SACRORUM CONCILIORUM
NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,
IN QUA PRÆTER EA, QUÆ
PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS,
Et novissime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*,
EA OMNIA INSUPER IN SUIS LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ
JOANNES DOMINICUS MANSI
ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.
EDITIO NOVISSIMA
AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE,
POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE
EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,
ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MS. Codices Vaticanos, Lucenſes, aliosque recensita, & perfecta.
ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS VICESIMUS QUINTUS.
Ab anno MCCC. usque ad ann. MCCCXLIV.







VENETIIS MDCCLXXXII.
APUD ANTONIUM ZATTA.
SUPERIORUM PERMISSU, AC EXCEL. SENATUS PRIVILEGIO.



SYLLABUS

EORUM, QUÆ TOMO XXV. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice ☞ notata sunt, huic nostræ Editioni noviter accessere.

Apud

ANNO CHRISTI

Omnia cornua peccatorum confringam. Ps. 74.

ANNO CHRISTI 1300.

CONCILIUM MELEDUNENSE,

ANNO CHRISTI 1300.

Pro reformanda ecclesiastica disciplina celebratum a Stephano Senonensi archiepiscopo & suffraganeis, XII. Kal. Febr. anno Dom. MCCC. celebratum.

Nunc primum prodit ex apographo R. P. Jac. Sirm. S. J.

In nomine Domini, amen. Nos Stephanus miseratione Divina Senonensis archiepiscopus, una cum suffraganeis nostræ Senonensis provinciæ, in provinciali concilio apud Meledunum celebrato, anno Domini MCCC. die Jovis ante festum B. Vincentii, continuata de die in diem a die Lunæ præcedenti, congregatis, una cum aliis personis ecclesiasticis dictæ provinciæ, ad ordinandum, statuendum, & reformandum ea quæ fuerint ordinanda & reformanda: eodem approbante concilio ordinamus & præcipimus, quod quædam constitutiones domini Bonifacii VIII. papæ, in præsenti concilio, ac nostris & suffraganeorum nostrorum synodis publicentur, & cuilibet presbytero parochiali copia liberetur, & quilibet eorum habere & commendare debite memoriæ de cetero teneatur.

Adhuc numerabatur in Gallia annus 1299. cum initium anni a Paschate duceretur. *H.*

Primo sequitur constitutio in titulo de rescriptis. Statutum quod circa judices a sede apostolica deputandos &c.

Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu ecclesiarum cathedralium canonicis, causæ, auctoritate litterarum sedis apostolicæ, vel legatorum ejusdem, de cetero committantur, nec audiantur alibi quam in civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi. Cum vero ejusdem civitatis seu diœcesis fuerint actor & reus: extra ipsos causa non committatur, nec conveniatur aliquis eorum: nisi ab episcopo contra aliquem de sua diœcesi, vel ab aliquo contra eum, aut ejus capitulum, seu contra universitatem civitatis, villæ, vel castri, fuerit actio dirigenda: vel nisi actor eamdem civitatem, seu diœcesim intrare non audens, aut sui adversarii merito potentiam perhorrescens, eum infra ipsas nequeat convenire secure. In his quippe casibus, extra dictas civitatem & diœcesim possit contra prædictos causa committi. Nullus tamen eorum ultra unam dietam a fine suæ diœcesis valeat conveniri. Sed & in duobus ultimis casibus nisi impetrans de dicta perhorrescentia (quam in litteris apostolicis exprimere teneatur) primo fidem judici faciat, saltem per proprium juramentum: judex ipse nullatenus in causa procedat, sed partes a sua jurisdictione dimittens, impetrantem eumdem in expensis legitimis alteri parti condemnet. Cum autem actor & reus civitatis & diœcesis fuerint diversarum: si actor in civitate vel diœcesi rei judicem habere recuset, ipsum non in sua scilicet actoris, sed in alia civitate vel diœcesi habere impetrare valeat, teumque trahere ad eamdem: dummodo

ANNO CHRISTI 1300.

locos ad quem eum traxerit, ultra uoam diætam, sicut in alio casu præmititur, minime sit remotus. Iu nullo quoque casuum prædictorum, judex extra civitatem vel diœcesim in quibus depotatus fuerit citet partes, nec de causa sibi commissa cognoscat (nisi ad hoc expressus accesserit partium earumdem assensus) nec alibi quam infra illas civitatem seu diœcesim, & personis dumtaxat superius designatis, committat quomodolibet vices suas. Quicquid autem contra præmissa, vel aliquid eorum contigerit attentari, sit ipso jure irritum & inane.

Secundo contra illos qui litteras citatorias vel excommunicatorias delegatorum sedis apostolicæ deferunt, nec bullam presbyteris ostendere volunt. In antiqua * compilatione, in titulo de officio & potestate judicis delegati; Cum in jure penitus &c.

* scilicet Gregoriana

Præterea quæsivisti, eum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur, auctoritate qua fungor, ini ut talem denuncies excommunicationis sententiæ sobjacere; ac tibi super mandato apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides: an mandatum hujusmodi exequi tenearis. Super quo, hujusmodi tibi damus responsum: quod nisi mandato sedis apostolicæ certus extiteris, exequi non cogeris quod mandatur.

Tertio contra illos, qui jurisdictionem ad forum ecclesiæ de jure vel consuetudine pertinentem impediunt vel perturbant.

In titulo de immunitat. eccles.

Quonism, ut intelleximus, quorumdam justitiariorum, ballivorum, judicumve sæcularium & temporalium domioorum, in quibusdam partibus præsumptuosa temeritas sic excrevit, ut in terris eorum seu districtibus litteras apostolicas impetrantes, vel ad judices ordinarios ecclesiasticos recurrentes super causis, negotiis, seu quæstionibus, quæ de jure vel antiqoa consuetudine ad forum ecclesiæ pertinent, obtinere non possint in eis per eosdem ordinarios judices vel apostolicas litteras justitiæ complementum; quin potius super illis recurrere ad judicium sæculare, vel a lite, causa, seu quæstione desistere compellantur; nos justitiam nostram & ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere, qui alios in sua justitia confovemus, statuimus ne quia impetratores litterarum, vel alios ad forum ecclesiæ recurrentes super causis, quæ ad idem forum de jure vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alium, ad desistendum, vel in foro sæculari de quæstionibus hujusmodi litigandum, per ipsorum judicum ecclesiasticorum, vel impetrantium, vel litigantium seu volentiom litigare, & aut propinquorum ipsorum seu rerum illorum aut ecclesiarum suarum etiam captionem, modisve aliis quibuscumque, compellat, seu compelli faciat vel procuret: nec per se aliosve impediat, quo minus coram judicibus ecclesiasticis, delegatis seu ordinariis, querelantes de causis, quæ, ut præmissum est ad cognitionem pertinent eorumdem, possint libere justitiam obtinere; nec ad præmissa faciendа det consilium, auxilium vel favorem. Si quis vero contra præsumpserit, excommunicationi se ipso facto noverit subjacere: a qua, nisi tam judici cujus cognitio fuerit impedita vel jurisdictio usurpata, quam parti quæ turbata in prosecutione fuerit sui juris, de injuriis, damnis, expensis, & interesse, prius per eumdem fuerit integre satisfactum, nullatenus absolvatur.

Quarto contra illos, qui ut suspecti de hæresi, vocati ut de fide respondeant *, aut eo jam ordinariis suis non comparent, sed se excommunicari permittunt, & in excommunicatione hujusmodi stant per annum. In titulo de hæreticis libro VI.

* Deest, coram inquisitoribus.

Cum contumacia, in causa præsertim fidei, suspicioni præsumptionem adjicat vehementem, si suspectus de hæresi vocatus a vobis ut de fide respondeat, excommunicationis vinculo, pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter, se absentat, per vos fuerit innodatus, quam per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus condemnetur.

Quinto contra regulares & sæculares admittentes publice excommunicatos & interdictos ad ecclesiastica sacramenta, & ad ecclesiasticam sepulturam. In titulo de privilegiis libro VI.

Episcoporum & aliorum prælatorum querelis frequentibus & querulosis clamoribus excitati, præsenti decreto duximus statuendum: ne aliqui sæculares aut regulares, quantumcumque exemptionis seu libertatis sedis apostolicæ privilegiis communiti, cujuscomque ordinis, religionis, status, vel conditionis existant, scienter celebrent vel faciant celebrari Divina in civitatibus, castris, villis, nisi quatenus eis

ANNO CHRISTI 1300.

eis a jure conceditur, seu locis aliis interdictis ab ordinariis sive delegatis judicibus, aut a jure; sive excommunicatos publice, vel interdictos ad Divina officia seu ecclesiastica sacramenta, sive ad ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui vero contra præsumpserit, præter alias pœnas a jure statutas, ingressum ecclesiæ sibi noverit interdictum: donec de transgressione hujusmodi, ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserit, satisfecerit competenter.

Sexto. Constitutio facta in concilio Bituricensi a domino Simone apostolicæ sedis legato. In titulo de pœnis.

Cum juris utilitas tot & tantis excogitata vigiliis, sufficienter nequeat prosperari, si processus ministrorum justitiæ contingat iniquorum machinationibus impediri: ut illorum audaciam quos amor Divinus a malo non revocat, saltem rigor ecclesiasticæ coerceat disciplinæ, sacri provisione concilii duximus statuendum: quod si quis, cujuscumque dignitatis aut conditionis existat, nuncios aut executores ecclesiasticorum judicum, aut alias litteras eorumdem actave judiciaria deferentes, hac occasione verberare, capere, detinere, occultare, carceri mancipare, mutilare, aut quod gravius est censendum, interficere, litteras vel acta prædicta personis memoratis auferre, seu ea rumpere, cancellare, aut alias destruere quoquomodo, vel sic ablata celare præsumpserit, aut ut ista fiant procuraverit, vel facientibus consilium vel opem duxerit adhibendam, excommunicationis sententiæ, quam ex nunc proferimus, subjaceat ipso facto: a qua, nisi prius tam judici, cujus auctoritatem contempserit, quam passo injuriam, & ceteris quorum intererit, prout excessus postulabit atrocitas, satisfecerit competenter, nullatenus absolvatur.

CONCILIUM MERTONENSE,

ANNO CHRISTI circiter 1300.

Editum ex MS. bibliothecæ Cotton. Tomo II. Anglicanæ collectionis.

Constitutiones provinciales domini Roberti de Wynchelse, Cantuariensis archiepiscopi, apud Merton editæ.

I. *De decimis, & nutrimentis animalium.*

Quoniam, propter diversas consuetudines in petendo decimas, per diversas ecclesias, inter rectores ecclesiarum, & parochianos suos, rixæ, contentiones, & scandala, & odia permaxima oriuntur: volumus, quod in cunctis ecclesiis per archiepiscopatum nostrum constitutis, uniformis sit petitio decimarum, & proventuum ecclesiarum.

In primis, volumus, quod decimæ de fructibus, seu de frugibus, non deductis expensis, integræ, & sine aliqua diminutione persolvantur; & de fructibus arborum, & seminibus omnibus, & herbis hortorum: nisi parochiani pro talibus decimis competentem fecerint redemptionem. Volumus etiam, quod decimæ de fœnis, ubicumque crescant, sive in magnis pratis, sive in parvis, sive...... aliter in communibus viis exigantur.

De nutrimentis animalium, scilicet de agnis, statuimus, quod pro sex agnis, & infra, sex oboli dentur pro decima: si septem sint agni in numero, septimus agnus detur rectori pro decima; ita tamen, quod rector ecclesiæ, qui septimum agnum recipit, tres obolos in redemptionem solvat parochiano, a quo decimam illam receperit. Qui octavum recipit, det denarium; qui vero nonum, det obolum, vel expectet rector usque ad alium annum, donec plenarie possit alium recipere, si maluerit: & qui ita expectabit, secundum meliorem, vel tertium ad minus, de agnis secundi anni semper exiget, & hoc pro expectatione primi anni. Et similiter, qui septimum sic dedit ad decimam, non det pejorem, sed meliorem. Et ita intelligendum est de decima lanæ. Si oves alibi in hieme, alibi in æstate nutritæ fuerint, decima est dividenda. Similiter, si quis in medio tempore emerit, vel vendiderit oves, & certum sit a qua parochia oves illæ venerunt: dividenda est decima, sicut de re, quæ sequitur duo domicilia. Si autem incertum fuerit, habeat illa ecclesia, infra cujus limites, tempore tonsionis, oves inveniuntur.

De lacte autem volumus, quod decima solvatur, dum durat: videlicet de caseo tempore suo, & de lacte in autumno, & hieme: nisi parochiani competentem pro talibus decimis voluerint facere redemptionem, & hoc ad commodum ecclesiæ. De proventibus autem molendinorum, volumus quod decimæ exigantur & solvantur: * ad valorem proventuum plenam faciant redemptionem. De pasturis autem, & pascuis, tam communibus, quam non communibus, statuimus, quod decimæ fideliter persolvantur: & hoc per numerum animalium & dierum, si expedit ecclesiæ. De piscationibus etiam, & apibus, sicut & de omnibus aliis bonis juste quæsitis, quæ renovantur per annum, statuimus, quod decimæ solvantur debito modo.

* Deest aliq

Statuimus etiam, quod decimæ solvantur de artificibus, pandoxatricibus, & de lucro negotiationis per mercatores, & quoscumque alios: & similiter de carpentariis, fabris, mercatoribus, sutoribus, sive sint pelliparii, & omnibus stipendiariis & operariis: videlicet

ANNO CHRISTI circiter 1309.

dent decimas de stipendiis, nisi ipsi stipendiarii aliquid certum velint dare ad opus, vel ad lumen ecclesiæ; & hoc, si hujusmodi placuerit rectori. In pensione autem principalis legati, alias mortuarii, volumus, quod consuetudo provinciæ cum possessione ecclesiæ observetur; ita quod rector ecclesiæ in petitione sua, sive vicarius, vel cappellanus, Dominum habeat præ oculis. Sed quoniam multi inveniuntur sponte decimas dare nolentes; statuimus, quod parochiani moneantur primo, secundo, & tertio, ut decimas Deo & ecclesiæ fideliter solvant; & si se non emendaverint, primo ab ecclesia suspendantur, scilicet ab ingressu ecclesiæ; & sic demum, ad solutionem decimarum, per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit, compellantur. Si tamen suspensionis relaxationem vel absolutionem petierint, ad ordinarium loci mittantur absolvendi, vel debito modo puniendi. Rectores vero ecclesiarum, seu vicarii, vel cappellani, qui prædictas decimas annuas dicto modo, propter formidinem hominum, seu favorem, Dei timore postposito, officium suum non fecerint, decimas, ut prædictum est, non petendo: pœna suspensionis innodentur, donec dimidiam marcam argenti archidiacono loci persolverint.

II. *De decimis, & nutrimentis animalium.*

Quoniam, ut audivimus, super decimis & nutrimentis animalium, inter ecclesiarum rectores, propter amotiones pecorum ad diversas parochiarum pasturas, diversis anni temporibus, contentiones multimodæ oriuntur: nos viam pacis præparare volentes, statuendo diffinimus, & diffiniendo statuimus, quod ad ecclesias, in quarum parochia oves, a tempore tonsionis, usque ad festum S. Martini, continue pascuntur & cubant, decima lanæ, & casei, & lactis, ejusdem temporibus, licet postmodum amoti fuerint a parochia illa, & alibi tondeantur, integre persolvatur. Et, ne fraus fiat in casu præmisso: præcipimus, quod antequam oves amoveantur a pasturis, vel etiam distrahantur, ecclesiarum rectoribus sufficienter de solvenda decima caveatur. Quod si, infra prædictum, ad diversarum parochiarum pascua & pasturas transferantur: qualibet ecclesia, pro rata temporis portione, decimam percipiet earumdem minori xxx. dierum spatio, in rata temporis portione, minime computando. Si vero, per totum tempus prædictum cubant in una parochia, continue depascantur in alia: rector, in cujus parochia cubant, licet ibidem caseus fiat, decimam casei vel lactis dumtaxat percipiet, cum aliam non modicam meliorationem sentiet, & percipiet utilitatem. Quod si post festum S. Martini ducantur ad pascua aliena, & usque ad tonsionem, in una vel in diversis parochiis, sive in propriis pascuis dominorum suorum, sive alterius cujuscumque pascantur habitatione; ad numerum ovium pascua æstimentur, ut secundum æstimationem pascuorum, ab eorum dominis exigatur decima casei & lactis.

De vaccis & capris decima proveniens, ubi cubant & pascuntur, ibidem solvatur: alioquin, si cubant in una parochia, & pascantur in alia, decima inter rectores dividatur omnino. Agni vero, vituli, & pulli, & alii fœtus decimales, habita ratione ad diversa, ubi gignuntur, oriuntur, & nutriuntur, & ad moram quam traxerint in eisdem, particulariter decimentur. Item præcipimus, quod si quis, post festum S. Martini, oves occiderit, vel si oves quovis casu moriantur fortuito, decimam inde legitimam parochiali ecclesiæ solvere non postponat. Et si oves extraneæ in alicujus parochia tondeantur, decima lanæ ibidem tradetur rectori ecclesiæ, pro se fideliter conservanda; nisi sufficienter doceri possit, quod pro decima sit alibi satisfactum, ut solutionem ibidem faciendam modo legitimo valeat impedire.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

III. *De Mortuariis.*

Quia inter rectores ecclesiarum & parochianos suos, lites cupimus extinguere, quæ frequenter oriuntur: statuimus, quod decedens tria ad minus habens, vel plura, cujuscumque generis in bonis suis animalia, optimo, cui de jure fuerit debitum, reservato, ecclesiæ suæ, a qua recipit sacramenta dum viveret, sine dolo, & fraude, & contradictione qualibet, pro decimarum, tam temporalium, quam personalium, necnon oblationis, subtractionis compensatione, ad deliberationem animæ suæ, melius post optimum ecclesiæ reservatur.

IV. *Quæ debent parochiani invenire, & quæ rector.*

Ut sciant parochiani defectus ecclesiarum ipsos contingentes, præsentium tenore, innotescimus universis parochianis, per totam nostram Cantuariensem provinciam constitutis, compelli, res & ornamenta omnia infrascripta invenire: scilicet missale, calicem, vestimentum principale, casulam, albam, amictum, stolam, manipulum, zonam, cum duabus tuellis benedictis, & omnibus suis appendiciis. Item crucem processionalem, & aliam crucem pro mortuis, thuribulum cum navi & thure, lucernam cum tintinnabulo, velum quadragesimale, vexilla, campanas manuales pro mortuis, feretrum, vas ad aquam benedictam, tabulas pacis, candelabrum ad cereum Paschalem, campanile cum campanis & chordis, fontem cum seruris, reparationem navis ecclesiæ interius & exterius, tam de jure, quam de consuetudine, tam in imaginibus, & præcipue in imagine principali in cancello, quam in altaribus & fenestris vitreis. Item clausuram cœmeterii, tam de jure, quam de consuetudine. Volumus etiam in posterum ad eosdem parochianos prædicta singula pertinere. Item, compellendi sunt parochiani ad inveniendum ista subscripta: videlicet legendam, antiphonare, graduale, psalterium, troparium, ordinale, manuale, cappam pro choro, cum omnibus suis appendiciis, frontale ad magnum altare, tria superpellicia, unum rochetum, pyxidem pro corpore Christi honestam, reparationem librorum & vestimentorum, quandocumque contigerit eadem reparatione indigere. Cetera autem, tam in reparatione cancelli interius & exterius, quam hic non expressis, juxta constitutiones & ordinationes approbatas, rectoribus, vel vicariis incumbit reparare. *Quære istam constitutionem in meliori forma posterius in constitutione Wynchels.*

CON-

ANNO CHRISTI circiter 1300.

CONSTITUTIO DOMINI

Roberti de Wynchelse & W. Archiepisc. Cantuar. Quid parochiani invenire debent, & quid rectores.

Ex eadem Anglicana collectione.

UT parochiani ecclesiarum singulorum archidiaconatuum Cantuariensis provinciæ sint de cetero certiores de defectibus ipsos contingentibus, ac inter rectores & ipsos ambiguitas pro temporibus successivis...: volumus de cetero & præcipimus, quod parochiani teneantur invenire omnia inferius annotata: B videlicet legendam, antiphonare, graduale, psalterium, troparium, ordinale, missale, manuale, calicem, vestimentum principale, cum casula, dalmatica, tunica, & cum cappa de choro, cum omnibus suis appendiciis; frontale ad magnum altare, cum tribus tuellis, tria superpellicia, unum rochetum, crucem processionalem, crucem pro mortuis, thuribulum, lucernam, tintinnabulum ad deferendum coram corpore Christi in visitatione infirmorom, pyxidem pro corpore Christi, honestom velum Quadragesimale, vexilla pro Rogationibus, campanas cum chordis, feretrum pro defunctis, vas pro aqua benedicta, osculatorium, candelabrum pro cereo Paschali, C fontem cum serura, imagines in ecclesia, imaginem principalem in cancello, clausuram cœmeterii, reparationem navis ecclesiæ interius & exterius tam in imaginibus quam in fenestris; reparationem librorum & vestimentorum, quandocumque contigerit eadem reparationibus indigere. Cetera autem omnia, tam in reparatione cancelli, quam in aliis, hic, secundum diversas ordinationes & consuetudines approbatas, a locorum rectoribus & vicariis debent in omnibus reparari, sumptibus eorum.

DE ORNAMENTIS ECCLESIÆ,

D Quæ pertinent rectoribus, & quæ parochianis, in provincia Cantuariensi.

Ex eadem Anglicana collectione.

DEcretum venerabilis magistri Roberti de Wyncbelse, miseratione divina Cantuariensis archiepiscopi, suam provinciam visitando, super variis defectibus inter rectores, vicarios, & eorum parochianos sæpius, de diversis rebus ad ecclesiam pertinentibus, & eorum ornamentis, sic datum est, ut patet inferius, ad doctrinam præsentium, & memoriam futurorum.

E Cum plerumque altercatio fuerit inter rectores ecclesiarum, in provincia Cantuariensi constitutos, & eorum parochianos, super variis ornamentis, rebusque ecclesiasticis; quæ, quanta, & quomodo ad rectores pertineant infrascripta, quæ autem ad eorum parochianos, quæ sequuntur teneas pro doctrina. Ut autem parochiani in singulis subsequentibus certiores fiant, intelligant singuli, & observent universi, quod calix, missale, principale vestimentum ecclesiæ; videlicet casula, alba, amicta, stola, manipulum, cum duabus towellis altaris, crux processionalis, & alia A crux minor pro mortuis, thuribulum, lucerna, cum tintinnabulis; velum quadragesimale, vexillum, campanæ manuales, feretrum pro mortuis, vas ad aquam benedictam, osculare, candelabrum ad cereum Paschale, magnæ campanæ, campanile, & chordæ ad easdem, fons sacer cum serura & apparatu ad eumdem, reparatio ecclesiæ interius & exterius tam altaris quam in imaginibus, fenestris vitreis; pyxis ad hostiam conservandam, chrismatorium, clausura cœmeterii circumquaque: ad parochianos pertinent supradicta. Cetera omnia autem, tam in reparationibus cancelli interius & exterius, quam in libris & ceteris ornamentis ejusdem, secundum diversas ordinationes & constitutiones approbatas, habeant a locorum rectoribus seu vicariis reparari.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

ALIA CONSTITUTIO

Rob. de Winchelse, archiepisc. Cantuar. pro bono regimine curiæ suæ Cantuariensis: scilicet super duobus statutis, quæ inter se contraria videbantur.

Ex eadem Anglicana collectione.

RObertus permissione Divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilectis filiis, officiali curiæ Cantuariensis, & decano ecclesiæ beatæ Mariæ de Arcubus London. ejusdem officialis commissario generali, salutem, gratiam, & benedictionem. Vestra nos olim duxit discretio consulendos, an statutum quod in eadem curia invenimur edidisse, quo cavetur, ut si quando justificationem directe contrariam intentioni, vel replicationem directe contrariam exceptioni, aut duplicationem replicationi, seu deinceps, proponi contigerit, statim hoc fiat, quoad justificationem.... & post exceptiones vel replicationes, & deinceps, quarum probationes de jure concurrere debent, propositas, aut saltem infra tridnom, a tempore propositionis & admissionis canonicæ earumdem, ut sic probationes concurrere valeant, super eis in causis & negotiis extra eamdem curiam inchoatis, in quibus usque ad litis contestationem & ulterius est processum, sibi locum valeat vendicare, consultationi vestræ, prout alias fecimus, respondemus: quod cum propter cursum probationum hinc & inde, ut sic dilationum materia amputetur, statutum ediderimus supradictum, & in litibus ac negotiis extra eamdem curiam inchoatis, quibus usque ad litis contestationem & ultra, citra tamen publicationem testium est processum, si in ipsis idem statutum minime servaretur, possent eædem lites & negotia contra nostram intentionem nimium protelari, propter similitudinem & identitatem expressam, prælibatum statutum nostrum de universis litibus & negotiis, ad eamdem curiam devolutis, in quibus circa publicationem testium in principali negotio est processum, post resumptionem negotii principalis intelligendum fore & servandum, cum idem judiciom de similibus sit habendum, auctoritate metropolitica declaramus, responsiones nostras ad quascumque consultationes super antea vobis factas totaliter revocantes: mandantes, declarationem & interpretationem eamdem, & quicquid secundum eam est in eadem curia

in

ANNO CHRISTI circiter 1300.

in quibuslibet negotiis hactenus attentatum, futuris temporibus firmiter observari, & sub isto tenore vel alio ad perpetuam rei memoriam inter statuta ejusdem curiæ registrari.

Datæ apud Wrotam xvi. Kalendas Julii, anno Domini MCCC. & consecratiuuis nostræ decimoquinto.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

BENEDICTUS PAPA XI.

Sedit ab anno 1303. usque ad 1304.

CLEMENS PAPA V.

Sedit ab anno 1305. usque ad 1314.

AD MERTONENSE IN ANGLIA CONCILIUM,

In quo constitutiones provinciales D. Roberti de Wichelsey Cantuariensis archiepiscopi editæ sunt,

Anno 1305. habitum

ANNO CHRISTI 1303. 1305.

ADDITAMENTA.

An. 1305. Ex Ap. Mart. Fitem. III. p. 253.

„ SPelmannus & ex illo Labbeus concilium hoc in Mertonensi prioratu comitatus Surriæ habitum ad annum 1300. produxit: Integrius est apud Wilkins ad annum 1305. quo reipsa synodus convenit; ex eo additiones hic ex me, ut haberent, eruditi expectabant.

Habeant igitur §. *in primis &c.* ad illa verba *sive in magnis sive in parvis* additur *sive in ebiminis* (alias in communibus viis) *exigantur, & prout decet & expedit ecclesiæ persolvant*. §. *Statuimus quod decimæ &c.*, post illa verba *lari persolverit*, additur. De ista materia tangitur. *Extra de officio ord. c. cum ab ecclesiarum*; & quod hic dicitur, dicit canon. XVII. q. VII. *Omnes*. Et hoc verum est, quod prælati inferiores auctoritate propria possunt excommunicare, nisi consuetudo sit in contrarium, vel nisi inhibeatur per superiorem, & hoc manifeste, ut c. XVI. q. VIII. *Omnes*. Hoc melius notatur per Jo. II. q. I. *Nemo episcopus*.; Et *Extra. de celebratione missarum*. c. I vers. *exercere pertineat &c.* per W. in Clement. Et quia tangitur supra de decimis personalibus dic secundum Host. quod decimæ personales non debent integre solvi. Hoc tenet Host. *de transact.* c. *Statuimus vero ecclesiasticum de decimis*: c. *in aliquibus* per eumdem XVI. q. VII. c. *Item quicumque*; vers. *pridie per archidiaconum*, ibi & dicas, aliis omissis. Contrarium tenet Innoc. de parochiis c. I. in fine, *Vel erit* tnper rubrica *de decimis*. Dicit tamen Jo. Inno. de reg. jur. c. *qui prior*, in quarta parte quæstionis vers. *Innocent.* quod ratio Innocent. est media.

In §. *Quoniam &c.* post illud *casti & lactis* additum est: *si vero post totum illud tempus cubant in una parochia & pascuntur in alia, continue inter ecclesias decima dividatur.*

De vaccis & capris decima proveniens; ubi cubant & pascuntur, ibidem solvatur; alioquin, si cubant in una parochia, & pascuntur in alia, decima inter rectores dividatur omnino. Et habita ratione ad domestica nutrimenta, duximus statuendum, ut agni, vituli, & alii fœtus decimales, ubi edunt & nutriuntur, decimentur. Agni vero, vituli, & pulli equini, & alii fœtus decimales, habita ratione ad diversa, ubi edunt & nutriuntur, & ad moram, quam traxerint in eisdem, particulariter decimentur.

Item præcipimus, quod si post festum S. Martini oves occiderint, vel si oves quovis casu fortuito moriantur, decimam inde legitimam parochiali ecclesiæ solvere non postponant. Quod si oves extraneæ in alicujus parochia tondeantur, decima lanæ ibidem tradatur rectori ecclesiæ, pro se fideliter conservanda, nisi sufficienter docere possit pro decima facta alibi solutionem ibidem faciendam, modo legitimo valeat impedire. Quid vero pro decima dari debeat, ubi lac propter parvitatem vaccarum vel ovium ad caseum faciendum non sufficit, & pro agnis & pullis equinis, velleribus, aucis, aut aliis hujusmodi, de quibus propter modicitatem eorum decima certa dari non potest, consuetudini locorum duximus relinquendum.

Ad hoc, quia audivimus, quod quidam justitiæ contemptores decimas vicariorum suorum, quidam in proprias, in quorum possessione hactenus non fuerunt, manu laicali & armata invadere non formidant, nos, ut periculis prædictis obviemus futuris temporibus, auctoritate Dei Patris omnipotentis, & approbatione synodi sacrosanctæ excommunicamus omnes illos, qui de cætero talia perpetrare præsumpserint, ac eorum fautores.

Statuimus etiam, quod prædiales decimæ ibi solvantur, ubi sunt; personales vero, ubi sacramenta recipientur; decimæ pecudum solvantur, ubi pascuntur & aluntur: ad lites & contentiones inter rectores ecclesiarum quietandas firmiter statuendo præcipimus, quod, quando oves diversis temporibus anni in diversis locis demorantur, ut est de ovibus, quæ post festum S. Michaelis, & ante festum S. Martini ab una parochia ad aliam transmittuntur, & in quinden. vel mens. post pascha revertuntur, decima agnorum dividatur inter ecclesias parochiales, etiam lana

pro

ANNO CHRISTI 1305.

pro rata temporis utrique ecclesiæ persolvatur. Si vero post festum S. Martini trasmittantur, & in prædicto tempore viz. quindena, vel mense post pascha revertantur, medietas decimæ agnorum cum tota decima lanæ, ad ecclesiam, de cujus parochia existunt oves, revertatur, quam constitutionem sub pœna excommunicationis in nostra provincia præcipimus observari.

Alia constitutio domini Roberti de Winchelsey, Cantuariensis archiepiscopi, de juramento & obedientia sacerdotum, rectoribus & vicariis, in eorum ecclesiis celebrantium, faciendis; facta & edita in eodem concilio Mertonensi, Anno Domini MCCCV.

Item statuimus & ordinamus quod presbyteri stipendiarii, necnon & alii sacerdotes, propriis sumptibus, vel per amicos (*a*) sustentati, divina celebrantes in archiepiscopatu nostro Cantuariensi non recipiant oblationes, portiones, obventiones, denarios pro requisitis, tricennalia, vel aliquam certam quotam (*b*) oblationum pro corporibus mortuorum præsentibus, vel alias, sine licentia a rectoribus, vel vicariis ecclesiarum, in quibus celebraverint, petita & obtenta ullo modo; nec sic recepta asportent in præjudicium rectorum, vel vicariorum prædictorum, vel eorum vices gerentium, ne majoris excommunicationis sententiam, in hac parte latam, & (*c*) irregularitatem incurrant, miscendo se, ut prius, in divinis.

(*a*) Cod. al. *alios*,

(*b*) *partem*

(*c*) Deest *irregularitatem* in uno cod.

Item statuimus & volumus, quod prædicti presbyteri die dominica, vel festivali post admissionem suam, ad celebrandum in aliqua ecclesia, vel cappella coram rectoribus, vel vicariis, seu eorum vices gerentibus; alioquin coram ipsis rectoribus, vel eorum cappellanis parochialibus infra missarum solemnia jurent, tactis & apertis coram ipsis sacrosanctis evangeliis; quod ecclesiis parochialibus, vel eorum cappellis, in quibus divina celebrant, eorumque rectoribus, seu vicariis, vel ipsorum loca tenentibus, nullum omnino inferent præjudicium circa oblationes, portiones, obventiones, denarios pro requisitis tricennalia, vel alia jura, quocunque nomine censeantur: immo, quatenus in eis est, eosdem observabunt indemnes in præmissis, & singulis præmissorum.

Jurabunt etiam specialiter dicti sacerdotes, quod odia, scandala, rixas, aut contentiones inter rectores & vicarios aut eorum parochiales presbyteros & parochianos nullo modo suscitabunt, neque sustineant, aut aliquo modo foveant; sed, quatenus in eis est, concordiam nutriant, & servent inter eosdem. Et quod in dicto archiepiscopatu nostro non celebrent divina; sed eis hoc expresse interdicatur, donec præmissa præstiterint juramenta; (*d*) & si celebrent sic in loco interdicto, irregularitatem incurrant, præter alias pœnas, quas canones inducunt contrarium facientibus; & si fuerint convicti coram archidiacono loci, vel officiali suo, se infirmasse prædictum juramentum; vel si fuerint super hoc defamati, & se purgare nequeant, amoveantur omnino, & tanquam perjuris interdicatur eis divina celebratio in dicto archidiaconatu, (*e*) donec fuerit super hoc cum eis canonice dispensatum.

(*d*) Cod. al. *vel saltem non fiet per ipsos quominus præstent*.

(*e*) Cod. al. *archiepiscopatu*.

Item, quod non audiant confessiones parochianorum ecclesiarum, vel cappellarum, in quibus divina celebraverint, nisi in casu a jure permisso, nec oblationes hujusmodi ecclesiæ sibi appropriabunt; quod si contrarium fecerint, crimen sacrilegii incurrant, nisi de licentia rectoris, seu vicarii, aut aliorum præsidentium, petita primitus & obtenta.

ANNO CHRISTI 1305.

Item jurent prædicti presbyteri, quod debeant interesse cancello matutinis, vesperis, & aliis divinis officiis, horis debitis, induti superpelliciis, de quibus propriis expensis sibi providebunt; non enim stabunt aut sedebunt in navi ecclesiæ, vel in cœmeterio, nec in campia erunt, (*f*) præsertim horis prædictis. Et licet fuerint super his per rectores, vicarios, aut alios præsidentes commoniti, non reddant se elatos, nec ob hoc erigant cervices contra præsidentes prædictos; nec propterea excitabunt aliquos, qui foveant vel protegant eosdem.

(*f*) Cod. al. ad. *sive privatis cappellis*.

Item ad interessendum prædictis horis & magnis missis, debet eis injungi in virtute obedientiæ, & sub debito juramenti præstiti (*g*) canentes, legentes, & psalmodizantes, prout eis Deus scientiam dederit. Dicti vero presbyteri diebus dominicis & festivis; vel si corpus alicujus defuncti affuerit, suas missas post offertorium (*h*) majoris missæ dictum seu decantatum, incipiant & compleant & non prius, nisi de licentia rectoris vel vicarii petita specialiter & obtenta.

(*g*) Cod. al. ad. *quod sive præsentes*.

(*h*) Cod. al. *lectum evangeli*.

Item, si oporteat tres vel duas missas die aliquo in ecclesia parochiali celebrari; unam viz. de die, aliam de Trinitate pro benedictione nubentium, & tertiam pro defunctis; volumus & statuimus, quod presbyteri ibidem celebrantes, juxta assignationem rectoris seu vicarii, aut eorum parochialis presbyteri, unam vel duas ex missis eisdem celebrent die illa, sine contradictione quacumque.

Item presbyteri non detrahant rectoribus, vel vicariis ecclesiarum, vel cappellarum, ubi celebraverint; sed humiliter se habeant erga eosdem, & faciant eis debitam reverentiam.

Item non exercebunt tabernas, nec spectacula, nec cellas meretricum, nec ludos noxios, vel prohibitos.

Item volumus & statuimus, quod rectores vel vicarii, seu eorum loca tenentes, a presbyteris prædictis hujusmodi recipiant juramentum; & quod habeant copiam in suis ecclesiis parochialibus de præmissis.

FORMA JURAMENTI EXTRACTA E PRÆMISSIS.

Tu jurabis, quod tu eris obediens nobis, & nostro locum tenenti, seu deputato in ecclesia nostra parochiali, in licitis & canonicis mandatis, sicut te Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia; viz quandiu in ipsa ecclesia nostra celebraveris. Respondeat *Ero*.

Item, quod ecclesiæ nostræ prædictæ, seu nobis, aut nostro ibidem locum tenenti, nullum omnino inferes præjudicium, vel gravamen circa portiones, oblationes, obventiones, denarios perquisitos, tricennalia, vel alia jura ecclesiastica, quocumque nomine censeantur; immo, quatenus necesse est, nos, & locum tenentem nostrum ibidem, servabis indemnes in præmissis, & singulis præmissorum.

Ju-

ANNO CHRISTI 1301.

Jurabis etiam specialiter, quod odia, scandala, rixas, & contentiones inter nos, aut locum tenentem nostrum hujusmodi, & parochianos nostros nullo modo suscitabis, nec sustinebis, aut aliquo modo fovebis; sed, quatenus in te est, concordiam inter nos & parochianos nostros nutries & servabis.

Item jurabis, quod non audies confessiones parochianorum nostrorum, nisi in casu a jure permisso, nec oblationes dictæ ecclesiæ nostræ tibi appropriabis sine licentia nostra, vel præsidentis nostri ibidem petita primitus & obtenta.

Item jurabis, quod cancello matutinis, vesperis, & aliis divinis officiis horis debitis præsens eris, indutus superpellicio, de quo tibi expensis propriis providebis. Non enim stabis vel sedebis in navi ecclesiæ, vel cœmeterio, nec eris in campis præsertim horis prædictis. Et licet fueris super his per nos vel præsidentem nostrum commonitus, non reddes te clarum, nec ob hoc eriges cervicem contra nos, vel præsidentem nostrum quemcumque; nec propter ea excitabis aliquos, qui te foveant, vel contra nos protegant in præmissis.

Item quod non detrahes nobis, neque nostro præsidenti cuicumque, sed erga nos, & præsidentem nostrum quemcumque, ibidem, quamdiu in ipsa ecclesia celebraveris, tam in dictis, quam in factis humiliter te habebis, A & reverentiam debitam adhibebis.

ANNO CHRISTI 1301.

Respondeat: *Admitto, juro, & promitto me omnia & singula præmissa observaturum & impleturum, sicut me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia infrascripta.*

Quibus peractis, dicatur sacerdoti: in virtute obedientiæ nobis factæ, & sub debito juramenti per te præstiti, tibi injungimus, teque monemus, quatenus interfis horis prædictis, & magnis missis, canens, legens, & psalmonizans, prout scientiam dederit tibi Deus, nisi infirmitatis, vel alia causa legitima id impediat implendum. Etiam tibi, si- B cut supra, injungimus, quod diebus dominicis, vel festivis aut si corpus alicujus defuncti affuerit, post offertorium, & preces majoris missæ dictas vel decantatas, missam tuam incipias & compleas, & non prius, nisi de licentia nostra, vel nostri ibidem præsidentia, petita specialiter & obtenta.

Item, quod si oporteat duas vel tres missas die aliquo in dicta nostra ecclesia celebrari; unam, viz. de die, aliam de Trinitate pro benedictione nubentium, & tertiam pro defunctis; tu, juxta assignationem nostram, C aut nostri præsidentis ibidem, unam vel duas ex eisdem missis celebres illo die sine contradictione quacumque: & hoc tibi injungimus, sicut prius, ac etiam sub pœna canonum & constitutionis in hac parte latarum, promulgatarum, & debite publicatarum.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

SYNODUS COLONIENSIS

A Wichboldo archiepiscopo celebrata, circa ann. Dom. MCCC.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

Ex collectione statutorum, sive Decretorum provincialium &c. Ecclesiæ Coloniensis, edita anno 1554. II.

TITULI CAPITULORUM.

STATUTA DOM. WICHBOLDI

ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.

VVichboldus Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius universis prælatis, capitulis, conventibus, collegiis, ecclesiarum rectoribus, totique universitati cleri & populi suæ civitatis & diœcesis, salutem, & infra scriptorum memoriam perpetuam observandam.

I. *De ætate & qualitate præficiendorum ecclesiis parochialibus.*

Licet sacris canonibus sit institutum, ne aliquis ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur, nisi qui jam XXV. annum ætatis attigerit, & scientia & moribus commendatus existat: plures tamen hujus salubris statuti invenimus trangressores. Volentes igitur periculis animarum prospicere, inhibemus universis archidia-

ANNO CHRISTI circiter 1300.

diaconis, ac aliis qui de consuetudine investire habere dinoscuntur, ne deinceps aliquem puerum vel aliquem alium, qui vicesimum quintum ætatis annum non attigerit, sibi præsentatum, de hujusmodi parochialibus ecclesiis investiant vel admittant: Contrarium facientes, non solum ab ingressu ecclesiæ suspendimus in his scriptis, verum etiam ipsam investituram decernimus non tenere.

II. *De nominibus pastorum non residentium & non ordinatorum, tradendis per decanos.*

Item cum secundum jus quilibet, qui ad curam animarum regendarum assumitur, ut B gregis sibi crediti diligentius gerere curam possit in parochiali ecclesia, cujus rector extiterit, residere personaliter, & ad eam promoveri teneatur; alioqui, etiam nulla monitione præmissa, ipsa ecclesia sit privatus: vobis decanis Christianitatum committimus & mandamus, quatenus nomina illorum qui in vestris decanatibus hujusmodi ecclesias, utpote minores annis, occupant, & nomina pastorum non residentium personaliter, in his scriptis nobis intra mensem post præsentem diem tradatis, ut hujumodi negligentiam & defectum de prælatorum nostrorum consilio reformemus. Alioqui in vos extunc sententiam excommunicationis ferimus in his scriptis, & id ipsum in qualibet C synodo volumus observari in forma supradicta.

III. *De apostatis, discursoribus, & vagis clericis.*

Quia vero, ut intelleximus, aliqui clerici, utpote apostatæ, discursores, & vagi de aliis pruvinciis & diœcesibus ad diœcesim nostram Coloniensem venientes, regimen animarum & officiationem ecclesiarum sibi assumunt, qui ab aliis diœcesibus tanquam irregulares & indigni, pro eorum culpis & excessibus sunt remoti: statuimus, ut nullus deinceps presbyter alienus ad regimen & ad curam animarum, loco coadjutoris vel vicarii aut socii, per pastores eccle- D siarum, vel cappellarum, aut altarium rectores, assumatur absque litteris testimonialibus proprii episcopi, profitentis talem rite secundum claves ecclesiæ ordinatum esse, & executionem sui officii habere: ita quod per decanos Christianitatum, in quorum decanatibus assumi desiderant, examinati tunc demum admittantur tales, cum in his inventi fuerint idonei, ut dictum est. Pastores vero & cappellani, ac altarium rectores nostræ diœcesis, qui his spretis, aliquem clericum ignotum, dicentem se presbyterum, assumpserint, excommunicationis sententiam, nisi intra sex dies a se talem amoverint, se extunc hoc ipso facto noverint incursuros, & alias pro modo culpæ, canonice E puniendos.

IV. *De illis qui plura beneficia acceptant & habent in una eademque ecclesia.*

Cum item sanctissimus pater dominus Bonifacius octavus summus pontifex, inter cetera statuerit, ne aliquis deinceps, nisi unicum personatum, dignitatem, præposituram, administrationem, vel officia perpetua, quocumque nomine censeatur, cum præbenda insimul, absque dispensatione sedis apostolicæ in eadem

ANNO CHRISTI circiter 1300.

A ecclesia obtinere, vel jam obtenta tenere valeat: & si a quocumque secus præsumptum fuerit, illud irritum sit omnino: nos quia nonnulli in observatione hujusmodi statuti se exhibent negligentes, in ipsorum negligentiam supplere cupientes, mandamus vobis universis, ad quos talium ordinatio seu collatio spectare dinoscitur, ne deinceps talia faciant & attentent, sed ea personis intra tempus legitimum habilibus conferant. Alioqui nos eadem conferemus.

V. *De testamentis clericorum.*

Præcipimus ut sacerdotes denuncient suis subditis, quod omnes quibus a jure inhibitum non est, liberam testamenti condendi habeant facultatem. Et clerici bona, maxime immobilia, & quæ per ecclesiam sunt adepti, sive per modum testamenti, sive alias, non transferant ad filios vel nepotes, aut ad alios suos consanguineos, sed relinquant ea ecclesiæ, a qua sunt profecta. Sed intuitu eleemosynæ, pauperibus, religiosis & piis locis, & illis qui ipsis servierunt, sive consanguinei sint, sive alii, aliqua juxta servitii meritum de mobilibus dare possunt. De aliis vero bonis, quæ ex hæreditate, artificio, vel doctrina, vel alias non ex bonis ecclesiasticis ad clericos pervenerint, clerici possunt disponere pro suo arbitrio. Excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes clericos, qui bona mobilia ecclesiarum, filiis suis, nepotibus, vel consanguineis, seu aliis conferunt, vel in ipsos transferunt, & ab ecclesia alienant sua propria voluntate, & sine consensu nostro.

VI. *De testamentis laicorum, & quorum debeant admoneri per sacerdotes.*

Præcipimus & monemus ut laici in præsentia sui sacerdotis testamenta sua faciant, nisi improvisa necessitas emerserit. Item omnibus sacerdotibus præcipimus, quod hortentur omnes clericos & laicos testamenta se facere, & quod non differant usque ad angustiam mortis, sed ea faciant, dum adhuc compotes sunt suæ mentis & corporis. Et in testamentis faciendis consulant sacerdotes suis subditis, quod declarent sua debita & forefacta, & quod ex primo restitui faciant seu præcipiant de bonis suis: & quod postmodum legent aliqua fabricæ ecclesiæ totius civitatis & diœcesis Coloniensis, & suæ parochiali ecclesiæ: & etiam religiosis & piis locis, & pauperibus aliis secundum arbitrium testantis.

VII. *De legatis fabricæ ecclesiæ Coloniensis, & de pœna celantium legata.*

Si quis vero fabricæ ecclesiæ S. Petri, & parochiali ecclesiæ suæ aliquid legaverit in suo testamento, eidem viginti dies de injuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et fiant testamenta parochianorum publice & coram discretis personis. Et cum aliqua ecclesiæ S. Petri leguntur, hoc presbyter significet Coloniæ procuratori fabricæ, & nomina eorum qui prædictæ fabricæ legata fecerint, intra mensem. Suspendimus autem, & suspensos denunciamus omnes presbyteros, qui celant legata fabricæ prædictæ, nisi ea procuratori ejus denuncient intra duos menses a tempore scientiæ:

ANNO CHRISTI circiter 1300.

tiæ: excommunicamus atiam omnes laicos qui celaverint prædicta legata.

VIII. *Quod quilibet potest in lecto infirmitatis condere testamentum, & legare proprietatem, retento usufructu, non obstante quocumque statuto.*

Quoniam autem in aliquibus locis nostræ diœcesis quædam consuetudo inolevit, quæ dicenda potius est corruptela, cum sit contraria rationi, & contra jura canonica & civilia, videlicet quod judices & scabini & consiliarii quorumdam oppidorum, dicunt, statuunt, val judicant & faciunt observari, & per consuetudines tenent, quod nullum testamentum, donatio, vel legatum teneat super immobilibus, vel quæ a decumbentibus in lecto, in pios usus, vel alias personas, fuerit factum vel facta; nea etiam quod vel quæ fiunt ab aliquo per applicationem proprietatis in pia loca vel alias personas, retento a donatore seu a testatore usufructu, nisi ab eodem ulusfructus cum proprietate transferatur & desaratur: nos huic manifesto errori obviare volentes, consuetudines prædictas seu statutum, reprobatas, seu reprobatum, penitus reprobamus: statuentes etiam, quod quilibet tam sanus, quam infirmus, qui liberam habet a jure testamenti factionem, & compos mentis extiterit, libera possit condera testamantum, & donara & legare, tam proprietates, quam usumfructum, vel proprietates, retento sibi usufructu; & etiam utrumque tam proprietates, quam usumfructum: & secundum ejus voluntatem & dispositionem procedant universa præmissa, cum ultima voluntas libera esse debeat, & liberum, quod non redeat, arbitrium.

IX. *Pœna contra contrarium statuentes.*

Præcipientes districtius, quod si in aliqua parochia aliquando judices, scabini, vel consiliarii, secundum dictas consuetudines seu statutum, reprobatas, seu reprobatum, judicaverint & fecerint obsarvari, denuncientur officiali nostro, & ipse officialis contra prædictos tam scabinos quam consiliarios & partem ad hoc instantam nominatim procedat.

X. *De inventario faciendo per manufideles, & quando liceat apprehendere bona, inventario non confecto.*

Varum quia executores seu manufideles testamentorum nonnunquam in executionibus testamentorum perperam procedentes, bona ad executiones testamenti pertinentia, clam surripiunt & celant, & postmodum rationem exacutionis suæ facere debent, negant se habere bona quanta receperunt, furtum & rapinam committentes & ultimam voluntatem defuncti minime exequentes: nos malitiis talium obviara volentes, statuimus & ordinamus, quod nullus executorum seu manufidelium, bona testatoris ad executionem suam pertinentia invadat vel recipiat, val da aisdem aliquatenus se intromittat, nisi facto prius inventario: id ast quadam scriptura, in qua continebuntur, quæ & qualia bona testator post se reliquerit, ad executionem prædictam pertinentia, quæ ipse executor, seu manufidelis recipiet, & levabit, & debita, forefacta, & legata ipsios testatoris restituens, adimplebit. Et illud inventarium fiet per probos viros & idoneos, videlicet per presbyterum, & duos scabinos loci, vel synodales non suspectos, & sigillabit sub sigillo presbyteri vel alicujus authenticæ personæ, unde executores petant a testatora, si poterit fieri, quod ipsos de bonis suis, & de debitis suis certificat. Nam in hoc stabitur assertioni testatoris. Et nos excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes executores seu manufideles, qui bona decedentium, quorum sunt executores, prios non facto modo prædicto inventario, invadunt & recipiunt, & levant. Et nihilo minus ipsi executores & manufideles, si bona prædicta non facto inventario levavarint, dum a creditoribus seu a legatariis defuncti, ratione dictæ executionis conveniuntur, in solidum tenebuntur & condemnabuntur: exceptis rebus, quæ servari non possunt, quas res, si necessitas exegerit, executores alienare poterunt, non facto inventario in præsentia sacardotis loci, vel duorum val trium scabinorum, vel synodalium vel fide dignorum: & pecuniam da dicta receptione ipsi executores deponant in certo loco, nec ea utantur, nisi dicto inventario facto. Alioqui dictas excommunicationis sententias incurrant. Et si defunctus aliquod debitum sub pœna ad usuras, seu ad alia pericula, vel ad alia damna debeat: poterunt executores seu manufideles de bonis dafuncti solvere debitum, pœnam, usuras, & alia pericula & damna extinguendo, non facto atiam inventario, si ipsum inventarium commode fieri non potast. Et si debitum, pœna, usura, seu aliis impedimentis instantibus, sunt * augmentanda, vel etiam exequiæ dicti defuncti fuerint faciendæ: hoc tamen fiat in præsentia presbyteri, duorum vel trium scabinorum, synodalium, vel aliorum proborum; alioqui dicta excommunicationis sententia ligentur. Si vero presbyter loci fuarit executor, tunc faciat fieri inventarium ipsum in præsentia decani loci, vel alterius authenticæ personæ, duorum vel trium scabinorum, synodalium, & aliorum proborum. Præcipimus etiam sacerdotibus loci & ipsis executoribus seu manufidelibus, quod copiam inventarii prædicti referant nobis intra duos menses, si intra diœcesim nostram fuerimus: alias nostro officiali, a tempore quo factum fuerit. Et præcipimus hoc per nostrum officialem registrari, nec aliquid recipiatur pro sigillo. Cum autem testator decasserit, ipsi executores seu manufideles, facto inventario, bona ad axecutionem pertinentia apprehendant, & exequantur ultimam voluntatem dicti defuncti, faciendo proclamari in loco, in quo morabatur defunctos, & pluries esse & conversari consuevit, ut & omnes creditores ipsius defuncti, & a quibus aliqua extorserat, compareant certa die sua debita ostensuri: & tunc ipsi executores seu manufideles, primo creditoribus a quibus quid injuste axtorserat, satisfaciant: & de residuo satisfaciant legatariis, cuilibet pro rata bonorum defuncti: & officialis noster per censuram ecclesiasticam compellat executores & hæredes defuncti, ad implendam & exequendam ultimam defuncti voluntatem.

* fit augmentandum

XI. *De bonis clericorum decedentium, & de hujusmodi bonis se intromittentibus.*

Sed quia nonnulli terrarum domini, judices, & alii officiarii laici, bona clericorum nostræ diœ-

ANNO CHRISTI circiter 1300.

diœcesis decedentium ex testamento, vel ab intestato, auctoritate propria & violenter rapiunt, occupant, & arrestant, in præjudicium ecclesiasticæ libertatis, quo minus decedentium ultima voluntas pro salute animarum eorumdem decedentium valeat adimpleri: nos tam præsumptuosos excessus corrigere volentes, monemus omnes nobiles, judices terræ, advocatos, terrarum dominos, & laicos quoscumque, ne deinceps talia attentare præsumant. Contrarium facientes (quos ipso facto ex tunc in his scriptis excommunicamus) excommunicatos in ecclesiis vestris, & præcipue in parochiis in quibus talia perpetrantur, & in quibus talia morantur, vos universi rectores ecclesiarum publice nuncietis. Quam excommunicationis sententiam, si per quindenam, post hujusmodi delictum perpetratum, animo sustinuerint indurato, districtum sive terram, si dominus terræ est, alioqui locum ubi talia perpetrata noscuntur, ubi forefactores tales manserint, ecclesiastico supponimus interdicto.

XII. *De manifestis usurariis.*

Excommunicamus, & excommunicatos denunciamus, omnes usurarios manifestos: & singulis diebus Dominicis & festivis a quolibet sacerdote denuncientur excommunicati. Nullus sacerdos oblationes manifestorum usurariorum recipiat, nec ad communionem eos admittat: nisi satisfaciant de usuris secundum constitutionem felicis recordationis domini Gregorii papæ decimi, quæ incipit: Quamquam usurarii. Nullus testamentis manifesti usurarii intersit, nec ad pœnitentiam & communionem eos admittat, nisi de usuris satisfecerint, secundum formam constitutionis dicti domini papæ. Et testamenta manifestorum usurariorum, qui secundum formam dictæ constitutionis non satisfecerint de usuris, nulla sint ipso jure. Dum autem manifesti usurarii secundum formam dictæ consuetudinis satisfecerint, ad sacramenta ecclesiastica * admittantur. Manifestos autem usurarios dicimus, de quibus per sententiam vel per confessionem factam in jure, aut evidentiam quæ aliqua tergiversatione non potest celari, constiterit evidenter. Et illos etiam, qui super usuris diffamati, intra tempus statuendum ab eo qui super hoc habet potestatem, se non purgaverint, reputamus pro manifestis usurariis puniendos. Præcipimus etiam singulis sacerdotibus parochialibus, quod moneant in parochiis suis frequenter in generali & in speciali, de quibus constiterit, usurarios & infamatos publice de usuris, ac contractus illicitos præemptionum exercentes, ut ab usuris & talibus contractibus desistant intra septem dies a tempore dictæ monitionis. Alioqui ipsi ex tunc dicti usurarii & præemptores, excommunicentur in speciali, de quibus constiterit; & de quibus non constiterit, in generali: & diffamati, si se non expurgaverint, pro convictis habeantur. Et si taliter moniti & excommunicati, desistere noluerint, nominatim excommunicentur, & nomina eorumdem nostro officiali referantur, salvo jure nostro & archidiaconi in præmissis. Præcipimus etiam constitutiones dicti Domini papæ, contra usurarios alienigenas editas, firmiter observari. Sacerdotes non permittant quæstionarios Goliardus, vel quoscumque alios ignotos, intra parochiam suam in ecclesia, vel in via, vel in platea, vel in quibuscumque locis parochiæ suæ prædicare, vel ostiatim deferre indulgentias pro quæstu faciendo. Sed tales & omnes qui eis assistunt, presbyter loci excommunicet, & ad removendum ipsos invocet auxilium brachii sæcularis, si necesse fuerit.

In concil. Lugdun. c. 27.

* Deest non

XIII. *Ne quæstus fiat in ecclesia, vel via publica, per concionatores quæstuarios.*

Sacerdotes non permittant prædicatores quæstuarios celebrare super arcas, vel pulsare campanulas manuales per vicos, neque in ecclesia: & ipsi presbyteri singulis diebus Dominicis & festivis moneant parochianos suos, & etiam sub pœna excommunicationis inhibeant eisdem, ne tales audiant, propter pericula hæresum & errorum, quos sæpius seminant. Et si quis tales viderit, denunciet presbytero: & presbyter faciat eos teneri per justitiam sæcularem, & nobis remitti. Præcipimus etiam, quod ecclesiæ interdictæ a nobis, nostro capitulo, archidiacono loci vel officiali, seu quocumque judice ordinario, nullatenus aperiantur, nec quacumque auctoritate, pro quocumque quæstu faciendo, nisi de speciali mandato nostro.

XIV. *Ne aliquis detineat legata fabricæ majoris ecclesiæ Coloniensis.*

Monemus item omnes sacerdotes & alios quoscumque nostræ diœcesis, qui eleemosynas fidelium ad opus fabricæ ecclesiæ majoris Coloniensis collatas detinent, quod intra mensem satisfaciant de eisdem procuratori seu procuratoribus dictæ fabricæ. Alioqui ipsos suspendimus: & si per octo dies dictam suspensionem sustinuerint, ipsos excommunicamus, & etiam omnes illos qui dictas eleemosynas surripuerunt, celaverunt, & distrahunt, & distraxerunt, surripiunt, celant & distrahunt, in fraudem dictæ fabricæ Coloniensis.

XV. *Ut unusquisque promoveat fabricam majoris ecclesiæ Coloniensis.*

Item præcipimus & injungimus universis presbyteris Coloniensis diœcesis, sub pœna suspensionis & excommunicationis, quatenus dictum negotium fabricæ apud suos subditos promoveant diligenter & fideliter in ecclesiis, testamentis, & confessionibus. Et si qui pro hujusmodi negotiis suspensi vel excommunicati fuerint, non absolvantur, nisi per nos seu nostrum officialem.

XVI. *De laicis provisoribus structurarum ecclesiasticarum.*

Item statuimus, quod laici provisores parochialium ecclesiarum, qui pro conservatione structurarum, luminarium, & comparatione ornamentorum instituuntur, certis ad hoc vel non certis redditibus deputatis, nihil ordinent vel disponant absque consilio plebanorum: & quod bis in anno, videlicet in crastino beatæ Margaretæ, & beati Petri ad cathedram, de administratione ejus commissa plebanis suis teneantur reddere rationem: ut si quid inordinate egerint, per ipsos plebanos pro utilitate ecclesiarum suarum, prout secundum Deum & suas conscientias expedire viderint, corrigant & reforment.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

XVII. *Ne campanarii sint illitterati.*

Prohibemus item ne deinceps campanarii in villis & ecclesiis parochialibus ibidem assumantur, nisi litterati, qui in defectu respondentis ad altare, cum camisiis lineis assistant, in missis deservientes presbytero, ne ministrator careat socio sibi respondente.

XVIII. *Contra falsarios monetarum, & earum receptores.*

Quia nonnulli in diversis partibus nostræ diœcesis falsas seu adulterinas monetas cudunt, & cudi faciunt, propter quod respublica læditur, & damna plurima subjectis nostris & toti provinciæ inferunt: unde in hac nostra synodo statuimus, & sub pœna excommunicationis præcipimus, ut ubicumque tales falsarii reperti fuerint, tam ipsi falsarii, quam receptores eorumdem, cujuscumque sint status, vel gradus, aut dignitatis, per plebanos locorum moneantur, ut a talibus prorsus desistant, & indilate. Ipsique qui in suis districtibus eosdem falsarios recipiunt, & * tuentur, eos falsarios removeant, nullatenus reversuros: alioqui ipsi falsarii & eorumdem receptores, quos post triduum ab hujusmodi monitione numerandum, in his scriptis excommunicamus, excommunicati publice nuncientur: & cessari in locis, ubi talia committuntur, quamdiu fallarii ibi steterint, præcipimus a Divinis.

* al. vitent

XIX. *Ne aliquis exequatur mandata indebite: seu de rescriptis.*

Quamvis rescripta stricti juris sint, nec ad alias personas, quam quæ eisdem continentur expresse, aliquatenus extendantur: nonnulli tamen hujusmodi rescriptis in casibus a jure non concessis, abutuntur, & sua mandata dirigunt, & sententias de facto fulminant contra aliquos, ad quos eorumdem jurisdictio nullatenus se extendit. Volentes igitur talibus nefandis ausibus obviare, statuimus, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in his scriptis firmiter prohibemus, ne aliquis deinceps subditorum nostrorum, cujuscumque status seu conditionis, aliqua mandata alicujus judicis delegati contra personas in authentico non expressas, recipiat, aut executioni demandet, etiamsi narretur in mandato casus a jure concessus, nisi super hoc prius a nobis, vel officiali nostro, habita & obtenta licentia speciali: cum talia mandata contra alias personas plerumque ex malitia & odii fomite procedere videantur. Illum autem, quod hujusmodi mandata contra alias personas emiserit in casu a jure non concesso, aut per nos non admisso, vel per officialem nostrum non approbato, propter hoc excommunicationis sententiæ, quam in his scriptis ferimus, decernimus subjacere.

XX. *Contra suspendentes tedas vel litteras comminatorias ad portas seu fores.*

Quia vero nonnulli, ut intelleximus, tedas & litteras annexas ante portas, & januas aliquorum religiosorum, & granges eorum, suspendere non formidant, in quibus incendia, homicidia, & alia damna & maleficia se illaturos eis ante quorum ædificia dictas litteras & tedas suspendunt, interie publice comminantur, nisi intra certum terminum eisdem malefactoribus aliqua pecuniæ summa pro ipsorum arbitrio persolvatur: nos talibus maleficiis, quantum possumus, obviare volentes, præcipimus universis ecclesiarum rectoribus, quod singulis diebus Dominicis & festivis, hujusmodi malefactores & dictarum litterarum scriptores, fautoresque, opem & operam dictis malefactoribus præstantes, & omnes, qui præmissa sciverint, vel conscii fuerint (nisi nobis vel pœnitentiario nostro revelent intra octo dies, postquam talia intellexerint) quos in his scriptis excommunicamus, excommunicatos publice denuncient, & præcipiant ab omnibus arctius evitari & revelari eosdem.

XXI. *Contra detentores cerocensus.*

Item præcipimus ut universi ecclesiarum rectores moneant omnes cerocensuales ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, quocumque nomine censeantur, qui cerocensum debitum subtrahunt & non solvunt, & qui dictum cerocensum hactenus non solverunt; quod de subtractis satisfaciant intra mensem; & deinceps debitis temporibus & statutis persolvant dictum cerocensum, ut tenentur. Alioqui dictos subtrahentes & non solventes, quos excommunicamus in his scriptis, excommunicatos publice nuncient singulis diebus Dominicis & festivis.

XXII. *Quibus horum statutorum copia necessario habenda.*

Præcipimus etiam omnibus decanis Christianitatum & plebanis locorum, ut præmissorum omnium copiam a sigillifero curæ nostræ Coloniensis intra quindenam recipiant, & sibi fieri procurent sub correctione debita; alioqui contrarium facientes, quos ex nunc prout ex tunc excommunicamus in his scriptis, excommunicationis sententiæ volumus subjacere. Item decani Christianitatum, nomina plebanorum sui decanatus ad præsens absentium, nobis vel officiali nostro dent in scriptis sub pœna prædicta,

ANNO CHRISTI 1300. ANNO CHRISTI 1300.

Ex Bessin Concil. Rotomag.

SYNODALIA PRÆCEPTA

CONSTANTIENSIS ECCLESIÆ,

A Reverendissimis Episcopis ejusdem Ecclesiæ variis Synodis in lucem emissa; Sacerdotibus honeste vivere desiderantibus apprime utilia,

Et a Vicariis prædictorum Episcoporum summa deligentia castigata atque emendata, recenter excusa anno 1538.

ADMONITIO PRÆVIA.

Horumce Statutorum priorem partem edidit Collect. nov. pag. 231. D. Edm. *Martene*, ex apographo amici, qui ea descripserat ex codice Ecclesiæ B. M. de Guencampo Trecorensis Diœcesis in inferiore Armorica, ipsorum usibus jam diu aptata. Nos vero sincera, nec aucta, nec detruncata, ex genuino codice Constantiensi, modo repræsentamus, pluribus insuper subsequentibus Synodis adaucta, ab anno videlicet 294. & deinceps.

Vix aliud superest observandum, præterquam pro Concilio anni 1231. cui cap. 4. insigne testimonium, etiam ex codice Guencampensi, perhibetur: illustrius vero Præceptis antiquis, e quibus multo plura, velut ex nativo & provinciali penu, deflorata passim cernuntur.

INCIPIUNT PRÆCEPTA SYNODALIA DIOECESIS CONSTANTIENSIS.

I. *De Presbyteris qualiter se debent habere venientes ad Synodum & redeuntes ab ea.*

QUoniam propter indevotiones, ut non dicamus derisiones quorumdam ad Synodum venientium, novimus in populo retroactis sæpe temporibus scandala suborta fuisse: ut propter casus consimiles ministerium nostrum, qui quasi signum ad sagittam positi sumus, inter laicos non vilescat: jubemus ut Sacerdotes & Clerici eundo & redeundo, cum devotione & humilitate, in gestu & habitu exhibeant se modestos. Jejuni, statim post pulsationem grossæ campanæ, intrent Synodum, in superliciis * Presbyteri & Beneficiati; Abbates autem & Priores cum cappis sericeis, juxta suum ordinem incedendo, sint induti.

* Edit, cum stolis.

II. *Ne Clerici, vel Monachi recedant a Diœcesi nostra sine licentia.*

Præcipimus districte, ne aliqui recedant a nostra Diœcesi causa commorandi vel peregrinandi, sine nostra licentia, sive sint Abbates, sive Priores, sive alii. Et si majores eos ad se vocaverint, non recedant sine auctoritate nostra, alioquin revertentes non admittemus.

III. *Ut bona Prioratuum ibidem, & in pios usus expendantur.*

Quoniam vero Prioratibus quidam deputati, non eis quæ Dei sunt intendentes, nec bona Prioratuum prout debent expendentes; sed avaritiæ & cupiditati potius intendunt. Præcipimus districte sub pœna excommunicationis, ut bona Prioratibus collata, in ipsis Prioratibus expendant; hospitalitatem, prout facultates locorum poterunt facientes, & in pias eleemosynas erogantes, ut devotio populorum erga domos Religiosas augeatur: alioquin ipsos ab administrationibus sibi collatis expoliabimus.

IV. *Vicario quoquo modo constituto XV. libræ assignentur.*

Vicarias sufficientes, jamdudum est, præcipimus assignari, videlicet quindecim libr. Toron. Licet aut perpetui Vicarii non constituantur post Concilium, * sed pro tempore constituantur; videl. quia Rectoribus damus licentiam in scholis morandi, vel peregrinandi, vel impotentes sunt ad serviendum. Volumus tamen ut Vicariis Vicaria quindecim librarum Turon. assignetur: & hoc nostra auctoritate, ne Ecclesiæ fiant quasi venales. Ita quod si reversus de scholis, vel peregrinatione sua, voluerit in propria persona deservire, pro tempore substituto satisfaciat competenter.

* scil. anni 1231.

V. *De Vicariis assignatis.*

Vicarias vero a nobis assignatas nullus auctoritate sua audeat diminuere: & qui sine auctoritate nostra eas diminuunt, vel institutos a nobis, in fraudem nostræ assignationis, vel institutionis Concilii, auctoritate quarumcumque litterarum eos molestaverint; alios excommunicabimus, & excommunicatos denunciabimus, etiam occasione pensionis antiquitus ibi perceptæ.

VI. *De Ecclesiis & Locis Religiosis, qualiter debentur appropriatis.*

Quia vero obtentu libertatis a nobis, vel ab Ecclesia nostra, Abbatiis, vel locis religiosis factæ, non debent Ecclesiæ, vel Cappellæ sine servitio remanere: præcipimus, ut absque molestia & contradictione super Ecclesiis, vel Cappellis, victum Presbyteris secundum formam prætaxatam assignent. Nec nos, nec ipsos auctoritate D. Papæ, vel alterius permittant molestari: alioquin, propter ingratitudinem de bonis sibi collatis, meritis suis exigentibus, eos privabimus; non obstante si dicant quod omnes redditus ad Ecclesias sibi pertinentes vel cappellas, sint eis ab antiquo appropriati.

VII. *De non appropriandis Ecclesiis, sive Cappellis.*

In Concilio * fuit statutum ut nullus Episcopus Ecclesiam de cetero appropriet loco religio-

* I. Claromont.

ANNO CHRISTI 1300.

ligioso sine consilio sui Capituli, & assensu; A & quicquid super hoc factum fuerit aliter, decrevit Concilium non tenere. Proinde jubemus, ut qui Ecclesias sine consilio & assensu Capituli Constantiensis in ipsa Diœcesi ut appropriatas tenent vel decimas, nobis personas idoneas ad eas repræsentent; vel instrumenta, si quæ habeant, super his nobis studeant exhibere: alioquin nos, tam nostra auctoritate ordinaria, quam Apostolica, dictas Ecclesias, vel decimas personis idoneis conferemus.

VIII. *De juramento, vel pactione non exigendis a Præsentato vel Præsentando.*

Districte præcipimus, ne Abbates, vel Personæ juramenta exigant a Clericis, antequam eos præsentent, nec de augmentando pensionibus, nec quod contenti erunt eo ad quod præsentat eos. Similiter nec Clerici eis juramenta faciant ad * præsentationem sub anathemate prohibemus, & qui exegerint, & qui præstiterint, excommunicatos reputamus.

* al. ante

Item præcipimus, ne resignent in manibus Patronorum, vel personarum privatarum.

IX. *De Monachis & Canon. Regul.*

Item prohibemus, ut Monachi non pauciores tribus alicubi morentur: & ad Regulares C hoc extendi Canonicos declaramus, ubi sufficiunt facultates.

X. *De eleemosynis Ecclesiarum.*

Similiter prohibemus, ne aliqui eleemosynas Ecclesiarum auctoritate sua occupent; aut eas ad laicalem feudum extra jus Ecclesiæ convertant; vel eleemosynas Ecclesiæ, quæ dicuntur ad unum usum collatæ, scilicet ad luminare, vel Presbyterum, sine auctoritate nostra non audeant ad alium usum convertere. Si quis autem Presbyter cupiditate ductus, scilicet pro pecunia, vel pro filiis, vel nepotibus, ut inde feodentur, illud facere ausus fuerit, beneficio D se noverit cariturum.

XI. *De Leprosis, Religiosis, & Infirmis.*

Præcipimus ut qualibet Abbatia intra muros suos domum habeat ad Leprosum ibi ponendum, si forte ita contigerit; non extra, nisi in loco religioso: quia etiam domus inde vilescit, & per hoc mutua fraternitas amittitur erga ipsum. Præterea circa curam infirmantium & debilium, operam debitam adhibeant diligenter; ita quod secundum loci facultatem, juxta cujuslibet debilitatem vel infirmitatem omnia eis necessaria ministrentur.

XII. *De pensionibus injuste non percipiendis.*

Quoniam vero *omne quod non est ex fide, peccatum est*, & tempus non minuit peccatum, sed auget: excommunicamus omnes Religiosos, qui scienter sine auctoritate hujus Ecclesiæ pensiones in Ecclesiis percipiunt, licet eas perceperint ab antiquo.

ANNO CHRISTI 1302.

XIII. *Ne Clerici, vel Monachi placita laicorum sectentur.*

Item districte præcipimus, ne Presbyteri, vel Clerici, vel Monachi, placita laicorum pertractent, vel firmas illorum teneant; nec in rebus eorum procuratores existant: & ne assisias sectentur, nisi propter domorum suarum emergentes necessitates: Sacris enim Dei Sacerdotes oportet vacare assidue. Quod si contra fecerint, & propter hoc molestiam perpessi fuerint, sive de patrimonio, sive de rebus suis, ab Ecclesia non subvenietur: cum sit indignum eis ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ec- B clesia scandalum generari.

XIV. *Ne Patronis decimæ ad firmam tradantur.*

Prohibemus districte, ne Abbates, vel Monachi, vel Canonici Regulares, accipiant ad firmam decimas, quarum sunt Patroni, sive ad unum annum, sive ad duos annos, sive ad vitam illius qui decimas habet.

Prohibemus sub pœna excommunicationis ne decimæ laicis Patronis, vel alicui de eorum familia tradantur; vel eis qui imposterum Ecclesiam possint molestare occasione hujusmodi. Similiter nec præpositis eorum, vel aliquibus C extra jurisdictionem nostram commorantibus. Similiter nec laicis, maxime ballivиam habentibus.

XV. *De oneribus Ecclesiarum.*

Item statuimus, ut Religiosi, & alii, qui in Ecclesiis aliquid percipiunt, pro rata quam ibi percipiunt, onera Episcopalia & Archidiaconalia sustineant, & ad ædificationem Ecclesiarum secundum ordinationem nostram & Archidiaconorum subministrent; non obstante si dicant, quod nunquam aliquid ad hoc posuerunt.

XVI. *De compoto domorum Religiosarum reddendo.*

Quia vero utilitatibus & necessitatibus domorum Religiosarum providere cupimus & debemus; & ne bona earum prodige, & in pravos usus expendantur; & murmurationes de claustris removere. Statuimus ut in qualibet Abbatia Abbas, & Ballivus quater in anno compotum de redditibus & expensis eorum Conventui terminis assignatis reddant: ita quod summa redituum & expensarum in scriptis redigatur, & in quolibet termino scriptum de expensis anni habeat tam Abbas, quam Conventus, sigillo Abbatis & sigillo Conventus sigillatum, ac no- E bis in fine anni, vel atornatis a nobis, tam de expensis quam de redditibus respondeat competenter. Idem dicimus de Prioratibus, qui de redditibus sibi deputatis & de expensis quater in anno coram fratribus, si ibi fuerint, & coram atornato a nobis computent, & in fine anni coram nobis respondeant: maxime ubi timetur de dilapidatione, vel quod Priores bona non in bonos usus, vel non in ipsis locis expendant.

XVII.

A

ANNO CHRISTI 1300.

XVII. *Ne in Prioratibus numerus deficiat.*

Item cum temporibus nostris divinus cultus non debeat diminui, sed potius augeri: prohibemus, ne in Prioratibus numerus Monachorum, qui ibi deservire debent, diminuatur, nec annihiletur, cum facultates Ecclesiæ non sint diminutæ: alioquin bona Prioratuum in manu nostra retinemus. Et insuper præcipimus Archidiaconis quod in his curam adhibeat diligentem.

Similiter præcipimus quod Abbates Prioribus suis socios dent competentes, qui sint bonæ vitæ, & conversationis honestæ; & per quos divinum Officium celebrari possit. Et licet om- B nes Sacerdotes ad Horas Canonicas decantandas singulis diebus teneantur; præcipue tamen Monachi, & alii Regulares, qui arctiori Regulæ & Voto tenentur astricti. Provide jubemus ut Monachi, seu alii Regulares in Ecclesiis parochialibus commorantes, singulis diebus divinum Officium decantent in eis, aut parochialis intersint Officio Sacerdotis. Quod si non fecerint, per Sacerdotem loci vel Decanum nobis præcipimus intimari.

XVIII. *De Confessoribus Abbatum, Priorum, & Sacerdotum.*

Præcipimus ut Abbates & Priores a nobis C constituti, nobis confiteantur, vel de licentia nostra sibi virum providum & discretum eligant Confessorem; ita Dominus Papa constituit. Similiter Presbyteri Confessoribus a nobis atornatis, saltem semel in anno confiteantur.

HIC STATUENDUM VIDETUR

INITIUM ALTERIUS SYNODI.

I. *Quomodo Presbyteri debent ad Synodum venire.*

QUando vos Presbyteri ad Synodum venire debetis, die Dominica præcedenti publice D inquiratis in parochia vestra si qui sint infirmi, & eos eodem die, vel sequenti feria, vel antequam iter arripiatis, etiam non requisiti visitetis, & quicquid fuerit necessarium ad salutem animæ faciatis, dummodo prius confessi fuerint: non tamen omittentes provisionem, quam per vicinos Sacerdotes facere consuevistis, in vicinis parochiis remanentes. Et hoc dicimus de illis qui secum non habent Presbyteros, cum nullus possit alicui curam animarum committere, nisi Episcopus vel qui fungitur vice ejus: unde non possunt absolvere, nec pœnitentiam injungere. Concedimus & damus potestatem eis Presbyteris, qui sunt cum aliis qui curam animarum habent, dummodo sint E bonæ vitæ & conversationis honestæ, & notum sit de ordinatione ipsorum, quod loco ipsorum, cum necessitas fuerit, parochianos absolvant, & eis injungant pœnitentiam, ne possit dici de illis: *Curabant contritionem populi mei dicentes, Pax, pax, pax; & non erat pax*: & inde possint culpabiles inveniri. Præcipimus, ut eos quos secum habent, vel habebunt, loco, vel tempore competenti nobis manifestare procurent.

II. *De habitu Presbyterorum.*

Præcipimus vobis, ut eundo, morando, & parochias circumeundo, habitum tam in Tonsura quam veste habeatis, ne status vester vertatur in opprobrium populo, prout de vestimentorum habitu in Concilio Lateranensi determinatur: videlicet ut clausa desuper habeatis indumenta, nimia brevitate, vel nimia longitudine non notanda, & maxime coram nobis, ne de hoc reprehendi possitis. Unde reprehendemus Presbyteros qui per parochias suas vadunt in supertunicalibus apertis nimia brevitate notandis, & in hergandis, & in tali habitu venire coram nobis non formidant: in quo habitu videntur potius pugiles, quam Clerici, vel Presbyteri. Si tamen oporteat eos equitare, possunt supertunicalia sub cappa clausa habere aperta, sed in aperto clausa deferant. Qui autem de cetero transgressor erit hujusmodi constitutionibus; vestis aperta publice pauperibus erogetur: & hoc præcipimus executioni mandari. Idem de hergandis præcipimus.

III. *De habitu Leprosorum.*

Præcipimus de Leprosis ut cappas clausas desuper deferant, ut a sanis possint discerni, ne se commisceant sanorum communioni, & ut omnis occasio commorandi diutius inter sanos Leprosis tollatur. Moneat Sacerdos quilibet parochianos suos, & si necesse fuerit, per superiorem compelli faciat, ut ipsis, secundum quod consuetum est, in necessariis provideant, ut non habeant victus quærendi necessitatem; mercata, vel loca populosa ingredi, vel fœdare non audeant: quæ si postea intraverint, ipsis quicquid habent in sua parochia, subtrahatur. Porcos vero, quos in suis Leprosariis nutriunt, sanis vendere non præsumant; & si contra fecerint, vendentes & ementes ad boni viri arbitrium puniantur.

IV. *De Clericis tabernariis.*

Præcipimus ut abstineatis a tabernariis. Et omnes Clerici scituri, quod si in taberna eis facta fuerit injuria, eos super hoc non audiemus.

V. *De Sanctis Sacramentis.*

Vobis præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, ut debitam reverentiam singulis Sacramentis Sanctæ Ecclesiæ exhibeatis; ut laici ad exhibendum similiter ex vestra devotione excitentur. Quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Matrimonium, Ordo, Pœnitentia, & Extrema-unctio.

VI. *De forma baptizandi.*

Baptismus cum omni reverentia & honore celebretur, & cum magna cautela, maxime in distinctione verborum & in prolatione, in quibus tota virtus consistit, scilicet, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen.* Et in Prono doceant laicos sub hac forma debere baptizare pueros, etiam patrem & matrem in summa necessitate. Cum autem puer in necessitate baptizatus fuerit a laico, & eum inveneritis discreto modo & debito ba-

ANNO CHRISTI 1300.

baptizasse, si supervixerit puer, afferatur ad Ecclesiam, & quod deest, suppleatur, non quantum ad salutem, sed quoad augmentum virtutum: scilicet ad fores Ecclesiæ pabulum salis, quod est primum donum in Baptismo; aurium, & narium de sputo linitio, quod est secundum; sed exorcismi non dicantur; & super fontes omnia fiant sine intermissione; sanctæ Crucis signatio; in pectore, & inter scapulas olei sacri in prædictis inunctio; in vertice, Chrismatis inunctio. Et quia tota virtus Baptismi in distinctione & prolatione verborum consistit; ab eo qui baptizat integre & ordinarie sine intermissione aliquali proferantur. Si autem dubium fuerit sub qua forma puer baptizatus fuerit a laico; tunc Sacerdos omnia faciat. Et similiter de pueris qui inveniuntur expositi, de quibus dubium est utrum sint baptizati. Et immergens dicat, *Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c.* Ad levandum puerum de sacro fonte, unus sit aut duo ad plus, nisi fuerit vir & uxor sua, qui pro uno reputantur; vel nisi fuerint de proxima cognatione ejus. Tres tantum recipiantur pro charitate servanda.

Sacerdos qui baptizat puerum, fit ejus pater spiritualis: unde filius ejusdem Presbyteri naturalis non debet, nec potest matrimonium contrahere cum fœmina, quam idem Presbyter baptizabit; nec similiter filia naturalis Presbyteri cum filio spirituali. Et si forte fuerint matrimonialiter personæ hujusmodi copulatæ, debent ab invicem separari.

Jubemus propter scandala, immo sortilegia, ut sint fontes firmati, & Oleum, Chrisma, & Eucharistia sub sera ponantur, ne temeraria manus ad ea possit extendi. Qui vero ea incaute non firmata reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: & si per ejus incuriam aliquid nefandum contigerit, gravius puniatur.

Item præcipimus ut fontes mundos custodiant, & ne aquam ibi diutius remanere patiantur.

VII. *De Confirmatione.*

Sacerdos frequenter moneat populum ad Confirmationem, quæ ab Episcopo est tantum facienda. Post Baptismum enim debet suscipi Sacramentum Confirmationis: quod Sacramentum præstat augmentum ad gratiam; per quod Spiritus Sanctus infunditur in baptizato; quo Sacramento armatur Christianus, & instruitur ad agones hujus mundi, & contra diabolum.

Quod si confirmandus adultus fuerit, scilicet XIV. annorum vel plurium, confiteatur prius, & postea confirmetur. Et jejuni veniant ad Confirmationem qui sunt perfectæ ætatis: linteos bendellos & mundos gerentes in manibus. Cum autem puer inungitur Chrismate ab Episcopo, pater vel mater ipsum non teneat neque liget.

VIII. *De officio Sacerdotum.*

Præcipimus, sicut præceptum est in Concilio Lateranensi, ut Sacerdotum Officium tam diurnum quam nocturnum, distincte & aperte, & non syncopando, quantum Deus dederit, celebrent, & devote; & hoc in Ecclesiis ad hoc deputatis, nisi propter necessitatem.

Nullus etiam audeat aliquo casu celebrare, donec Matutinas Canonicas, & Primam cantaverit, & quolibet die horas Canonicas dicant.

IX. *De Corporalibus.*

Corporalia munda custodiantur, & abluat ea sæpe Sacerdos, sive Diaconus superpellicio indutus, & in vase specialiter ad hoc deputato, & ablutiones in piscina ponantur. Similiter linteamina Altaris, & indumenta Sacerdotalia, quando opus fuerit, ab honesta persona abluantur sine appositione aliorum pannorum, ita ut munda & nitida conserventur: quia nimis est absurdum sordes negligere in sacris, quæ dedecent in profanis.

X. *De Cœmeteriis.*

Et Cœmeteria munda custodiant; & quæ poterunt claudi claudantur, propter reverentiam fidelium ibidem jacentium. Et ne choreas in Cœmeteriis duci permittant, jubemus. Et ne sinant venditiones ibidem fieri donec Missa celebretur.

Nullus in Cœmeterio sine nostra licentia ædificare permittatur. Aliter si quis ædificaverit, juris esse Ecclesiæ censemus ædificium, quod in Cœmeterio illius constitutum est. Nec Abbates, nec alii, qui ibi ædificaverint, in illis audeant aliquid reclamare.

XI. *Ne res Presbyteri ponantur in ecclesiis.*

In Concilio firmiter inhibetur, ne suppellectilia Sacerdotis propria, seu aliena, in Ecclesiis admittantur, nisi propter incursus hostiles, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ut ad eas oporteat habere refugium: sic tamen ut necessitate cessante, in loco pristino reportentur.

XII. *De Sacramentis renovandis.*

Sacerdotes die octavo semper renovent Sacramenta, ut Eucharistiam, & fontem benedictum; ne sui vetustate aliqui ad indevotionem moveri valeant aut errorem.

XIII. *Ne Curati recipiant ignotos Presbyteros.*

Præcipimus districte ut non recipiant Sacerdotes in Ecclesiis suis ad celebrandum, nisi notum sit de Ordinatione eorum.

Librum habeant, qui dicitur Manuale, singuli parochiales; ubi continetur ordo Servitii, Extremæ unctionis, Cathecumeni, Baptismi, & hujusmodi.

XIV. *De redditibus & possessionibus Ecclesiarum.*

Præcipimus districte Sacerdotibus, ut omnes redditus Ecclesiæ & possessiones scribant in Missalibus suis. Et prohibemus penitus Presbyteris & parochianis, ne de his quæ sunt Ecclesiæ, ipsi aut Presbyteri alienent ab Ecclesia, nisi de consilio Episcopi, aut Archidiaconi. Si quis autem contra hoc fecerit, præcipimus ut emendet: & irritum decernimus & inane.

Præcipimus ut Personæ & Vicarii, qui grangias, & alias domos in eleemosynis suis constru-

ANNO CHRISTI 1300.

structas habent, easdem devastare non permittantur; vel si de eleemosynis suis abstulerint, eas reædificent, & dictis eleemosynis reponant: & super his Archidiaconus diligenter curam adhibeat. Quia vero de bonis ecclesiasticis in privato ædificare, alienationes rerum ecclesiasticarum, quæ sacris Canonibus sunt interdictæ, cum ædificium cadat sub soli specie, non est dubium continere. Prohibemus ne Rectores Ecclesiarum, vel aliæ personæ Ecclesiasticæ, si solum eleemosynatum habeant ad Ecclesiam, de bonis ecclesiasticis ædificent in privato.

XV. *De excommunicatis.*

Nullus excommunicatus a Superiore, pro absoluto habeatur, nisi constet de ipsius speciali mandato.

Præcipimus, ut nullus Presbyter excommunicatos a Nobis, vel Archidiacono, vel Decano, pro absolutis habeat, vel in Ecclesia recipiat, etiamsi de se conquerenti satisfecerit, & ei constiterit, donec a Nobis, vel ejus excommunicatore, de ejus absolutione ei constiterit evidenter.

Ut autem excommunicationis vitetur periculum, & excommunicati rubore suffusi ad reconciliationis gratiam citius redire compellantur, jubemus, sub pœna excommunicationis injungentes, ut quilibet Sacerdos schedulam habeat vel chartam ubi nomina excommunicatorum parochiæ suæ scribat, & ex quibus causis, & quot, & ad quorum instantiam, necnon cujus auctoritate singuli sint excommunicati; & singulis diebus sic eos excommunicatos denunciet, licet a nemine requisitus.

Qui sic per viginti dies in excommunicatione permanserint, aggraventur: & si nec sic absolutionem impetraverint, Sacerdos hoc excommunicatori denunciet, ut possint coerceri per brachium sæculare, ut quos Dei timor non revocat a malo, saltem severitas ecclesiasticæ coerceat disciplinæ.

Similiter inhibemus, ne aliquis pro debito eorum, coram eis recognito, excommunicare audeat, nec pro debitis suis, nisi in generali pro jure suo, nisi parochianus jus Presbytero debitum publice fateatur. Licet enim de malefactore vel raptore Sacerdoti constiterit per confessionem, & conquerens justitiam ecclesiasticam postulet exhiberi; Presbyter indubitanter justitiam exerceat, licet in conspectu suo eum videat, & certus sit de ejus reatu: quia ea quæ per confessionem novit, nescit ut homo, sed ut Deus.

XVI. *De eleemosynis Ecclesiarum.*

Præcipimus, ut Presbyteris eleemosynas non habentibus, in quibus possint manere, eleemosynæ a Personis Ecclesiæ, vel a Patronis, si eas habuerint, eis assignentur, in quibus domos ædificent, ne bona Ecclesiæ in alios usus convertantur.

XVII. *De filiis Presbyterorum.*

Prohibemus etiam ne Sacerdotes habeant filios suos secum illegitime natos, propter scandalum: & ne eis ministrent in Altari, cum sit indecorum ut in Altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo unigenitus Dei Filius pro salute humani generis æterno Patri victimatur.

XVIII. *De Quæstoribus.*

Præcipimus, ut nullus in Ecclesia recipiatur ad quærendas eleemosynas sine nostris litteris, nisi parochianus Ecclesiæ vel de vicinia notus sit. Nec ad prædicandum, nisi fuerit persona a nobis destinata: cum nulli liceat transgredi fines a sanctis Patribus constitutos, nec honorem assumere, nisi fuerit canonice evocatus. Jubemus ne aliquis extraneus ad prædicandum, vel audiendum, * cum non possit solvere vel ligare, in Ecclesia alterius admittatur, nisi fuerit a nobis specialiter destinatus, vel ab ipso Presbytero parochiali vocatus, si viderit utile, vel necesse. Quæstores quoque eleemosynarum ea dicant populo tantum, quæ in litteris Domini Papæ, vel in nostris continentur.

* suppl. confessiones,

XIX. *De reliquiis.*

Præcipimus, ut Statutum in Concilio Lateranensi, quod antiquæ Reliquiæ amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec venales exponantur. Inventas autem de novo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate Domini Papæ fuerint approbatæ. Similiter prohibemus ne laici Reliquias tractent, nec de Ecclesiis auctoritate sua auferant; nec Altaria, vel simile Altaris, occasione Reliquiarum suarum erigant in Ecclesiis, ut inde oblationes recipiant ad opus Ecclesiæ suæ. Qui contra hoc fecerit, excommunicetur.

XX. *De bonis Ecclesiarum.*

Præcipimus, ut bona Ecclesiarum in bonos usus convertantur; non luxuriose vivendo, vel prodige: scientes quod si inde culpabiles inventi fuerint, eos beneficiis spoliabimus; cum per abusionem talium sacrilegium incurrant, & judicium sibi manducent & bibant. Inhonestas vero negotiationes, sive suo nomine sive alieno, non exerceant. Negotiationem vero inhonestam Clericis dicimus; si emant ultra victum & vestitum, vinum, bladum, & carnes, ut carius vendant; vel in æstate, si minus justo pretio emant ea quæ debent sequenti Septembri recipere; vel si tradant usque ad nundinas Montis Martini supra mare, vel blada, vel res suas, ut tunc exigant ex conventione majus pretium quam habuerint ante terminum.

XXI. *De his qui circa Altare debent esse.*

Nullus permittatur deservire Altari, vel Epistolam legere, nisi in superpellicio, vel cappa clausa. Item quilibet Presbyter habeat Clericum.

XXII. *De Altari.*

Præcipitur etiam, quod si in Altari mota tabula fuerit, vel enormiter fracta, sacerdos non celebret, donec Altare consolidetur, & iterum consecretur. Et ne super lapidem sine capsa celebretur. Et ampullæ vini & aquæ in ministerio Altaris sint mundæ & integræ, vitreæ, seu stanneæ: ad ablutionem vero manuum, vas grandius deputetur.

XXIII. *De Eucharistia.*

Sacerdotes ministrantes diligenter attendant, quod hostia sit integra, alba, de frumento cum manu electo, & quod integrum habeat circulum; & quod vinum non sit acetosum; & aquam non omittant.

XXIV. *Ne quis in die bis celebret.*

Præcipimus, ut nullus audeat bis in die celebrare Missam, aut cum duplici Introitu, nisi in magna necessitate, scilicet humano corpore præsente; vel in die solemni, vel quadragesimali, quando non potest Divinum Officium omitti, & in die Paschæ & Nativitatis Domini. Quando celebraturus est secundam Missam & ternam, vinum superfusionis super digitos non sumat, sed ministro habenti bonam conscientiam conferat.

XXV. *De Præfationibus.*

Quoniam in plerisque libris plures Præfationes inveniuntur, quæ sunt superfluæ: tantum decem invenimus in sacro catalogo recipiendas. Scilicet unam in Pascha, quæ incipit, *Te quidem omni tempore*. Secundam in Ascensione Domini, *Qui post resurrectionem*. Tertiam in Pentecoste, *Qui ascendens super omnes cælos*. Quartam de Sancta Trinitate, *Qui cum unigenito*. Quintam de S. Maria, *Et te in veneratione*. Sextam in festis S. Crucis, *Qui salutem humani generis*. Septimam de Apostolis, *Te Domine suppliciter exorare*. Octavam de Nativitate Domini. *Quia per incarnati Verbi*. Nonam de Epiphania, *Quia cum unigenitus*. Decimam in Quadragesima, *Qui corporali jejunio*.

XXVI. *De ornamentis Ecclesiasticis.*

Præcipimus, quod Sacerdotes piscinas juxta Altaria habeant decentes, mundas, ablutionibus liberum cursum exhibentes, nec sine tegmine relinquant. Juxta Altare tria manutergia ad minus habeantur: unum ad primam ablutionem; secundum post Evangelium; tertium post Sacramenti perceptionem. Aliud sit pendens juxta Missale, ad tergendum os & nares Sacerdotis, si opus sit.

Districte inhibemus, ne ornamenta Ecclesiæ pignori obligentur, nisi pro necessitate Ecclesiæ, & cum consilio parochianorum. Quia vero terreni negotii nihil Divino Officio debet anteponi: prohibeant Sacerdotes in villis mediocribus, dum Missa celebratur diebus Dominicis ac Festivis, in Cœmeteriis Ecclesiarum panes, pisces, vel etiam carnes vendi; ne forte occasione prædicta quidam minus devoti non exauditis divinis præceptis & eloquiis, majoris indevotionis occasionem sumant, & devotorum fidelium foris Ecclesiam vendentibus adstantium ex longa consuetudine charitas refrigescat.

XXVII. *De Clericis Beneficiatis.*

Præcipimus omnibus Clericis habentibus Ecclesias, ut ad singula tempora Ordinum se offerant ordinandos: & qui ordinati sunt, in Ecclesiis resideant; nisi aliter de licentia nostra facere permittantur.

XXVIII. *De effusione vini consecrati.*

Si quid ceciderit de Sanguine Christi, id est, de Sacramento Sanguinis super corporalia: illa pars est sugenda, & ipsum corporale de panno aliquo mundissimo involvendum, pro reliquiis est servandum. Vel Sacerdos abluat illud tribus vicibus in calice subterposito, & aqua ablutionis ab ipso Sacerdote sumatur, vel saltem primæ duæ ablutiones; & tertia in sacrario reponatur.

Si autem super pallam Altaris, vel aliud sacrum indumentum ceciderit: de parte intincta similiter Sacerdos faciat. Si super aliud Ecclesiæ vestimentum ceciderit: pars intincta sugatur, & post scindatur, & comburatur, & cinis in sacrario ponatur. Si autem super lapidem, vel terram, aut lignum ceciderit: lingendus, radendus, & tergendus est locus, & pulvis in sacrario reponendus. Si autem per negligentiam Sacerdotis illud evenerit, ad Episcopum debet mitti.

Calix post Missam mundissime panno involvatur; nec ministri eo intus tergant calicem, sed alio ad hoc deputato; qui dum satis decens non fuerit, vel vetustate attritus, in sacrario comburatur.

Corporalia vetustate attrita, vel non satis decentia, quæ non possunt fieri decentia, in sacrario comburantur, ne manus laica ad ea possit extendi. Et de illis potest sumi pannus de quo calix intus tergatur: prohibentes ne laici ad illum manus extendant, sed a sacerdote tantum tractetur.

XXIX. *De vetustate Imaginum.*

Imagines vetustate deformatæ, & linteamina sacra vetustate attrita, sacris usibus inutilia, comburantur, & mundo loco intra parietem Ecclesiæ pulvis in sacrario reponatur; quia possent intuentes inducere in errorem.

XXX. *De communione infirmorum.*

Item singuli sacerdotes habeant singulos calices, in quibus communicentur infirmi, qui decori sint & mundi, ut in eis devotio infirmorum excitetur.

Nec permittant, Diaconos deferre infirmis sanctum Corpus Christi, nisi in necessitate, quando Presbyter fuerit absens. Sed semper cum magna reverentia & maturitate illud deferant in pixide idonea: & sit bene clausa propter casum in eundo ad infirmum & redeundo. Si tanta fuerit via, Psalmos pœnitentiales dicant cum Letania.

Cum autem sacerdos ad infirmum venerit, & ei Corpus Christi dederit; si quid de Corpore Christi in ore infirmi remanserit, vel inde exierit quod ab eo non possit recipi, aliquam formam habens; ab ipso sacerdote convenienter debet sumi, vel commixtum in calice cum modico vini, vel aqua benedicta, alicui habenti bonam conscientiam dari.

Si autem infirmus adeo fuerit arctatus, quod sub magna forma Corpus Christi recipere non possit; sub minima debet ei dari in calice commixtum, & cum modico vino, seu aqua benedicta, in ore infirmi instilletur: & maxime si sine scandalo aliter fieri non possit, ne infirmus sine viatico obire videatur.

XXXI.

ANNO CHRISTI 1300.

XXXI. *De Confessione infirmorum.*

Ab infirmis in periculo mortis constitutis, ax Theodoro Cantuar. pura est inquirenda peccatorum confessio. Non pœnitentin injungenda est, sad tamen eis intimandum nt doleant, & conterantur da peccatis suis univarsis & singulis; non tamen timore pœnæ, quam peccando meruerunt, sed qui Deum Patrem suum & Creatorem & Redamptorem suum offendere præsumpserunt, acerbitates ægritudinis quasi flagella patris quamdiu ei placuerit, eum gaudio sustinentes. Si autam convaluerint; statim ad sacerdotem accedere debent, & tunc pœnitentia competens eis injungatur.

XXXII. *Quilibet Sacerdos potest absolvere in articulo mortis.*

Potest autem sacerdos absolvere in articulo mortis quemlibet excommunicatum a quolibet, atiam n Domino Papa; prius juramento ab eo recepto, si inciderit in aanone latæ sententiæ, quod sanitata recuperata, & opportunitate concessa, Romanam Ecclesiam visitabit, vel eum adibit qui super hoc potestatem n sede Apostolica habeat.

Si autem pro re judicatn fuerit excommunicatus: primo satisfaciet, si super hoc habuerit C facultatem: & sic eum absolvat, receptus juramento quod quam cito potuerit, excommunicatoris sui præsentiam adibit, mandatum ipsius prius petiturus. Idem faciat, si per * offensam manifestam fuerit excommunicatus infirmus; videlicet quod prius emendet.

* propter

Si autem amendandi, vel solvendi non habuerit facultatem: jurat quod possa suum faciet, cum ad fortunam venerit pinguiorem. Si autem in tali articulo decessarit, hæres suus ad hoc faciendum teneatur pro ipso; & hoc debet Sacerdos ei intimare; nec tamen per ipsum est compellendus.

Cum autem infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicenta Domino languido D quem sanaverat: *Vade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat*, præsenti scripta statuimus, &

Districte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos anta omnia, id est, antequam ægrotum recipiant in curam, moneant, & indicant quod medicos advocent animarum: nt postquam ægro fuerit da spirituali saluta provisum, nd corporalia medicinæ remedium salubrius procedatur; cum, causa cessania, cesset effectus. Hoc inter alia causam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum ais n medicis suadetur, postquam eos in curam sumserunt, ut de animarum saluta disponant, in desperationis E articulum inciduur, unde facilius mortis periculum incurrunt: aredunt enim ægri, quod medicus de eorum saluta desperet. Ceterum cum anima multo sit pretiosior corpore; sub iotimatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

XXXIII. *Quod omnes debent confiteri semel in anno.*

Doceatur a Sacerdotibus, maxime aote Qua- A dragesimam, quod omnes fideles utriusque sexus, postquam ad annos discretionis pervenerint, omnia peccata sua confiteantur, saltem semel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeant pro viribus suis adimplere. Suscipientes ad minus in Pascha reverenter Eucharistiæ Sacramentum: nisi de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerint abstinendum. Alioquin & viventes ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & morientes Christiann careant sepultura. Unde hoc salutare Statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat.

ANNO CHRISTI 1302.

B Si quis alieno Sacerdoti justa de causa voluerit confiteri peccata sua, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote; cum aliter non possit absolvere vel ligara. Sacerdos autem sit discretus & cautus: ut mora periti medici superinfundat oleum & vinum vulneribus sauciati; diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, per quas prudenter intalligat quale illi debeat Presbyter præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis axperimentis utendo ad sanandum ægrum.

XXXIV. *De Confessione.*

C Caveat autem omnino, ne verbo, signo, aut quovis alio modo, prodat aliquatenus peccatorem: sed si prudentiori indigeat consilio, illud absque expressione personæ cauta requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumserit revelare, non solum n sacerdotis officio deponendum esse decrevimus; verum atiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in aliquo Monasterio detrudendum.

Ad audiendam confessionem, aminentem sibi locum eligant Sacerdotes, ut communiter possint videri; & in locis abditis extra Ecclesiam nullus recipiat confessionem, nisi in necessitata.

D In confessione habeat sacerdos vultum humilem, & oculos in terram, ne indiscreta & fraquentius faciem respiciat confitentis, & maxima mulieris, & patienter voluntatem ejus inquirat: qui enim operam medicantis expectat; oportet ut vulnus detegat. *

* *Fusius apud Mart. pag. 270. 271. nova Collect.*

XXXV. *De effectu confessionis.*

Debet atiam Sacerdos peccatori eum accedit ad confessionem effectum confessionis declarare: videlicet quod sine illa non est salus & in confessione omnia mundantur, & per confessionem peccator Deo reconciliatur, & ad Deum reducitur, nt Deus in ipso habitet, & de possessione E diaboli ad Dei possessionem convertatur; & confessio hominem sanctificat, sicut scriptum est: *In exitu Israel de Ægypto*, id est de peccato, *Facta est Judæa*, id est confessio, *sanctificatio ejus*. Et Deus nullum approbat, nisi illum confessio custodiat; & magnam partem tollit erubescentia habita in confessione: vult enim Deus ut homo confiteatur, nt habeat justam causam ignoscendi, quia scriptum est: *Confitemini Domino, quoniam bonus*. Non dicit: quoniam justus. In quantum anim est bonus, absolvit peccatorem; in quantum justus, condemnat.

XXXVI. *De circumstantiis inquirendis a Sacerdotibus.*

Io confessioue caveat Sacerdos oe inquirat nomioa personarom cum quibus peccaverunt confitentes, sed circumstantias secundum quantitatem criminis. Primo ioquirat, vid. de loco, de tempore, de perseverantia, de varietate personæ, & qualiter hoc fecit, de tentationis tempore, & de ipsius vitii multiplici executione, & modo operis, ut in fornicante, vel adulteraote potest perpendi. Debet inquirere Sacerdos a foroicante si sit Clericus, vel laicus: utrum solutus, vel gingatus, quando turpitudinem suam peregit. Et similiter cum qua: utrum B cum conjugata, vel cum soluta; cum mœretrice publica, vel alia; si cum virgine; si cum sanctimoniali, vel voto astricta; si cum affini, vel consaoguinea; si cum filia Domini sui, vel cum ancilla; cujus ætatis; & si sapiens fuerit. Si Clericus: utrum in sacris Ordinibus constitutus; vel in quibus; & qualiter turpitudinem suam peregit; utrum ordioarie, vel inordinarie. Verumtamen si quærat confitens, quomodo extraordinarie? non respondeat Sacerdos. Si io loco sacro, aut in loco cui debuit reverentiam, ut sunt domus Dominorum, & aliorum multorum: Si in tempore orationis coostituto; ot sunt festivitates Sanctorum, & tempora jejunii. Inquirat autem quan- C tum perseveraverit: nam perseverantia auget delictum. Et quando tentationem sustiouit: sunt enim quidam qui non expectant tentationem, sed præveniunt, & ultro se peccato offerunt. Inquirat etiam de multiplici executione vitii. Hæc enim tenetur pœnitens omnia confiteri, quando præsumitor: & judicat Ecclesia peccatum majus, vel minus ratione harum circumstantiarum. Inquirat etiam, utrum publice peccaverit, vel occulte; ut sic exstiterit exemplum mali aliis. Similiter circa alia vitia capitalia debet Sacerdos inquirere.

XXXVII. *De septem vitiis capitalibus.*

Suot autem septem principalia vitia: quorum duo sunt carnalia, scil. gulositas, & luxuria: & quinque spiritualia, scil. avaritia, tristitia sive accidia, ira sive odium, invidia, & inanis gloria sive superbia.

XXXVIII. *De Gulositate.*

Consistit autem vitium gulositatis in crapula & ebrietate, id est io excessu contra potum & cibum. A crapula & ebrietate omnes diligenter abstineant, maxime Clerici, vinumque sibi temperent, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas & mentis exilium inducat, & libidinis provocet incentivum. Si quis E autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi commonitus a Superiore satisfecerit competenter, puniatur, & ab officio & beneficio suspendatur.

Inquirat etiam, cum debuit jejuoare, utrum nimio ardore comedendi cibum sumpserit, utrum immoderate, & alia quæ notantur his versibus.

Quinque gulæ vitia rumpunt jejunia pura.
Hora, libido, modus, pretiosa cibaria, cura.

Si quis vero ea die qua Eucharistiam sumpserit, per voracitatem vel ebrietatem vomuerit, graviter est puniendus.

A Si quis autem alium scienter inebriat, & hoc ex consuetudine fecerit; gravior est pœnitentia injungenda.

XXXIX. *Qualiter pœnitentia sit injungenda.*

Quoniam defectus nostri corporis tantam censuram manere non patitur, quantam canones præcipiunt: io injungendis pœnitentiarum summis sibi caveant Sacerdotes; quia secundum quantitatem culpæ, & possibilitatem pœnitentis, debet esse quantitas pœnitentiæ. Io arbitrio enim Sacerdotum est pœnitentiam debitam temperare; in orationibus, eleemosyois, & aliis satisfactionibus prout noverit expedire, & ma- B xime contra peccatum luxuriæ: & secundum quod sæpius & negligentius pœnitens commiserit tale peccatum, & tempus addatur & modus pœnitentiæ.

Notandum quod Confessores quædam injungunt confitentibus ad fundamentum confessionis, ut abstinere a peccato, & restituere ablatum; sine quibus non potest esse satisfactio: quædam ad impedimentum; ut sunt vitare loca suspecta, juxta illud.

Loca sola nocent, loca sola caveto.
Mala consortia: quia
Corrumpont mores bonos consortia prava.

Et Loth præcipit, *Noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione.* Quædam C ad præservationem; ut alium abstinere a carnibus, a furti vino. Quædam ad exemplum proximorum. Quædam ad substantiam satisfactionis; ut sunt jejunium, oratio, eleemosyna: his enim tribus deponitur triplex modus peccati. Jejunium contra luxuriam injungatur: eleemosynarum largitio contra avaritiam: orationis humilitas contra pondus superbiæ. Hæc enim tria detinent hominem ligatum, & faciunt manere io terra: quia *quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis; aut est concupiscentia oculorum; aut superbia vitæ:* sicut dicit Johannes in Canonica sua.

Valet autem satisfactio ad conservationem, & augmentum gratiæ; & tollit pœnam pecca- D ti; & debilitat fomitem peccati, id est, pravitatem peccati: quia *omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum.* Item conservat a recidivando. Quæ notaotur his versibus.

Servatur per opus; accrescit gratia pœna;
Solvitur atque fomes, languet, fugitur recidivum.

In hoc etiam debet Sacerdos esse sollicitus, ut pœnitenti pondus importabile noo imponat, licet recipere sit paratus: sed sic pœnitentiam temperet injungendam, ut a studio non cogatur cessare scholaris, vel ab officio suo faber, vel agricola, vel alius laboriosus, ut domui suæ providere non possit. Et ne pro peccato E occulto pœnitentiam publicam iojungat. Provideat autem diligenter ut peccantes publice faciat in aliquo publice pœnitere. Si qois autem ad prostantes accesserit, maxime ignotas; quasi pro adulterio ei pœnitentia injungatur.

Si quis autem conjugatus solutam cognoverit, septem annos secundum rigorem canonum debet penitere scil. secunda feria, quarta, & sexta, in pane & aqua jejunando, quia fœdus coniugii violavit: sed secundum quod Sacerdos viderit expedire, poterit pœniteotiam temperare.

XL. *De*

ANNO CHRISTI 1300.

XL. *De luxuria*.

Defloratores virginum, & incestuosi, qui cum sanctimonialibus peccaverunt, vel eum voto astrictis; & qui contra oaturam; homicidæ; perjurus; sacrilegus; incendiarius; sunt mittendi ad Episcopnm. Versus.

Qui facit incestum, deflorans, aut homicida,
Sacrilegus, patrum percussor, vel sodomita,
Fractor votorum, perjurus, sortilegusque,
Pontificem quærant, necnon qui miserit ignem,
Si percussisti Clerum, Simonve fuisti,
Si male de Bulla Papæ tractaveris ulla.

Si autem in solemnitatibus præcipuis fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit: non inhonestum videretur ut in vigiliis Festorum quæ violavit in pane & aqua jejunaret, vel competenter redimeret.

Contra omnia peccata carnis solent sic pœnitentes muniri: cavere malam societatem, & opportunitatem peccandi; & debet vitare loca & personas eum quibus, vel per quas peccare potest.

XLI. *De nocturna pollutione*.

Quæratur otrum ei dormiendo contigerit aliqoando pollutio. Quod si ex ebrietate, vel præcedenti cogitatione hoc eveoerit, magis est timendum. Quæratur utrum ei aliter contigerit quam dormiendo. Quærator utrum intus munditiam servaverit castitatis, quia, *qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, &c.* Et utrum mulierem alienam sollicitaverit, lascive aspexerit, concupierit, & eam osculatus fuerit; quia licet ad actum non pervenerit, forsitan illa consensit, & ille nihilominus mortaliter peccavit, dommodo curiositatem & operam quam potuit exhibuit, & in animo suo affectum retinuit. Similiter inquiret de illis qui consilia & auxilia pro talibus crimioibus perpetrandis, & curam impendunt & imponunt.

Audita confessione semper Sacerdos interroget confitentem si velit a peccatis abstioere. Si enim dixerit se non posse abstinere, vel non velle; dicat quod pœoitentia nihil ei valet quaotum ad vitam æternam. Et tamen ei declaret quantam pœnitentiam debet sustinere, & eum admoneat ut iterum agat quicquid boni operis potuerit, ut Deus cor illius illustret ad pœnitentiam; quia valent ad multa, bona facta in mortali peccato.

XLII. *Ad quid valent bona facta in peccata mortali*.

Valent enim ad temporalium bonorum multiplicationem: unde Esaias: *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis*. Sicut legitur alibi: *Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos*. Item ad pœnæ temporalis dilationem, vel diminutionem; sicut legitur: *Quia humiliatus est populus, non inducam malum in diebus ejus*. Item ad gratiæ habitatiooem: uode salvata est Raab, quia recepit nuncios Josue. Unde Josue: *Ingredimini in domum meretricis, & producite eam, & omnia quæ ejus sunt*. Item ad assuefactionem bene operandi, quia: *Bonum est homini cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua*. Facile enim est ei quod aliis difficile videtur. Item: *Adolescens juxta viam suam vadit; & cum senuerit, non recedet ab ea*.

A Item ad resistendum aliis peccatis: quia peccatum uonm pondere suo hominem ad aliud trahit, sicut dieit Gregorius. Sed per bona quæ facit, multotiens custoditur. Et: *Sicut aqua extinguit ignem ardentem, ita eleemosyna resistit peccatis*. Et licet bona facta extra charitatem nullius sint præmii meritoria; ea tameo Dominus ex sua liberalitate remunerat: in tantum enim diligit bonum, & odit malum, quod oullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum esse patitur. Item si decederet in tali statu, non tantum puniretur io inferno, quantum si noo fecisset ista opera; quia si ista non fecisset bona, magis puniretur.

Debet etiam Sacerdos docere, & ipsum mone-
B re ut de omnibus peccatis confiteatur: quia falsa est pœnitentia, cum spretis pluribus criminibus, de uoo solo agitur pœnitentia; & cum sic agitur de uno, ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est: *Qui totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*. Scilicet quantum ad vitam æternam, id est, nullum meritorie adimplet. Quid enim * prodest si tota civitas custodiatur, & unum foramen, per quod hostes intrent, relinquatur. Qui enim operam medicaotis expectat, oportet ut vulnus detegat.

* f. etern

Similiter falsa est pœnitentia, cum pœnitens, forte verecundia ductus, apud se dividit confessionem, ut quædam crimina nni Presbytero di-
C cat, & ei alia celet, & alii Sacerdoti ea revelet; quod est semper carere venia. In dubiis autem consulet semper Sacerdos Episcopum, aut viros sapientes, quorum consilio certificatus, solvat securus, & liget.

XLIII. *De avaritia & cupiditate*.

Quæratur utrum confitens habuerit rem alienam injuste, scilicet per fraudem, usuram, rapinam, & furtum. In furto, usura, rapina, & fraude valde sibi caveant Sacerdotes, ne alias pœnitentias injungant, scilicet Missarum, eleemosyoarum, & hujusmodi, priusquam reddiderint: noo enim dimittitur peccatum, nisi restituatur abla-
D tum. Non sufficit tantum sola restitutio; sed cum restitutione debet condigna pœnitentia injungi pro peccato.

XLIV. *Cui sit restitutio facienda*.

Est autem restitutio ei facienda a quo habuit, si possit inveniri, illo autem mortuo, vel non invento, restituendum est proximioribus personis, & uxori ejus quod justum fuerit pro parte sua. Si autem incertum est a quo habuit, vel non possit ille inveniri; tunc ad consilium ecclesiæ debet pauperibus erogando fieri restitutio. Injungendum est læsori, ut ei
E quem læsit, vel a quo rem alienam habuit injuste, si potest satisfaciat immediate, si velit & audeat sese revelare; sin autem, mediante Sacerdote, vel alio bono viro, nemine oominato, compenset læsor per servitia quæ poterit animo restituendi.

Si vero grave damnum est, & læsor non possit solvere; debet petere veniam personaliter a damnificato, si audeat revelare: alioquin hoc faciat alicui bono viro, nemine nominato, medianti, & ipse satisfaciat jejuniis, orationibus, & corporalibus disciplinis, habens in proposito suo quod omnia restituet, si ad fortunam ve-

ne-

ANNO CHRISTI 1300.

nerit meliorem. Quæratur, utrum aliquando pro cupiditate rei alienæ se perjuraverit, vel fidem violaverit, vel Ecclesiam, vel cœmeterium; & tales debent mitti ad Episcopum.

XLV. *Qui ad episcopum sunt mittendi.*

Sacerdotes in confessione majora majoribus reservent; & mittant ad Episcopum homicidas, perjuros, injectores manuum in parentes vel Clericos & in quoscumque Religiosos; incendiarios, simoniacos, falsarios, hæreticos, schismaticos, sortilegos, & qui de Sacramento Ecclesiæ sortilegium commiserunt, vel ad hoc auxilium præstiterunt; & qui abortivum facere præsumpserunt, & qui ad hoc auxilium vel consilium impenderunt. Item Clerici qui furtum commiserunt; & qui irregulares facti sunt quoquomodo; & qui bis permittunt se baptizari, & qui sine prima tonsura aliquem Ordinem susceperint; & qui in susceptis Ordinibus saltum fecerint; qui per se, vel per alium homicidium perpetraverint, vel judicio sanguinis interfuerint, Item qui auctoritatem, vel consilium, sive auxilium vel consensum in aliquo impenderint, unde mors hominis, vel mutilatio membrorum est secuta; vel si causa fuerit, vel occasio; vel si litteras dictaverit, vel scripserit, vel legerit; vel si aliquod adminiculum ad hoc præstiterit, ut aliquis mutiletur vel occidatur; & qui in suspensiona vel excommunicatione promoti sunt, vel divina celebrarunt, ad Episcopum sunt mittendi.

XLVI. *De restitutione rerum.*

Diligenter attendat Sacerdos cujus officii, vel cujus ordinis sint confitentes. Nam si mercator est, emens vel vendens ad mensuram; prohibendum est ne habeat falsum pondus vel mensuram falsam. Si habuerit falsam mensuram, vel falso mensuraverit, tenetur restituere, si sciat quibus, satisfaciat Ecclesiæ vel Ecclesiis, quarum credit illos parochianos esse, vel pauperibus, tamen ad consilium Ecclesiæ. Item quæratur utrum causa stupri aliquid habuerit a gingata *: si hoc; marito suo reddat. Si autem ab ancilla vel a filia de rebus Domini sui; ipsi Domino est reddendum, vel patri. Similiter si a Religiosa persona, Ecclesiæ suæ reddat.

* l. conjugata.

XLVII. *De damnis & furtis.*

Quæratur etiam utrum quis alieno damno consenserit. Quod si fecerit, manifestandum est ei, quod si consenserit de simplicitate, vel negligentia, non impediens læsorem cum posset, vel lædendum non præmuniens: non videtur ipse solum teneri ad restitutionem damni, sed ad satisfactionem pœnitentiæ pro negligentia: inducat tamen læsorem ad satisfaciendum læso. Si vero præbuit consilium, vel auxilium, vel favorem in damnum alterius, vel partem habuerit damni, tenetur in solidum, nisi inquantum noverit ab aliis esse solutio.

Injungendum etiam hæredibus raptorum & læsorum quod debent reddere damnificatis, prout possunt, damna illis a parentibus suis illata, vel ab illis quorum habent hæreditates, etiam de proprio suo, inquantum ad eos pervenerit hæreditas.

XLVIII. *De ira & odio.*

Item quæratur utrum pœnitens ex ira alicui conviciatus fuerit, vel enormiter Deum juraverit, vel sanctam Mariam; vel aliquem occiderit; vel causam alicui fecerit; vel in tristitiam mentis inciderit, quæ mortem operatur æternam; vel aliquem odio habuerit. Quod si fecerit, moneat eum Sacerdos diligenter ut deponat iram, rancorem, & odium omnino: sed emendam non tenetur remittere, sed placato animo potest coram judice petere.

XLIX. *Contra invidiam.*

Quæratur utrum per invidiam doleat vel doluerit de utilitate proximi, vel de ejus infortunio lætus fuerit. Item quæratur utrum per invidiam alicui detraxerit, & maxime ei qui præest. De quo Basilius. *Si quis detraxerit illi qui præest, septem dies pœnitere debet*. Est enim invidia dolor ex alterius felicitate nascens & animum torquens: invidus enim dicitur qui ex alterius felicitate torquetur. Et inde provenit detractio, quod est alicujus bonum denigrare: *Detractores Deo sunt odibiles*. Et inde provenit susurratio; ex qua discordia inter comites seminatur. Et inde depravatio; quod est bona ejus evertere, vel mala memorare. Et exinde etiam provenit ingratitudo, quod est pro bonis perceptis gratias non referre. Et inde compressio boni; quod est alterius bonum tacere. Et inventio mali; quod est ei cui invidet novum genus peccati imponere.

Ei vero qui invidus fuerit injungatur quod de cetero gaudeat de utilitate proximi sui, de qua doluit, & bonum quod in eo novit publice extollat, ac in gemitibus & orationibus culpam deflere studeat.

L. *Contra superbiam.*

Quæratur utrum per superbiam super alios mente & corpore se levaverit, cum dicat Evangelium: *Qui major est vestrum, fiat minor*: &, *quanto major es, humilia te in omnibus*. Versus.

> Quanto dignior es, aut per genus, aut per honores;
> Tanto sunt in te vitiosæ res graviores.

Quatuor autem modis dignoscitur tumor arrogantium seu superborum. Prima species est cum quis bonum quod habet, a se æstimat habere: quia similis est Nabuchodonosor, de quo in Daniele quia bonum quod habuit sibi attribuens ait: *Nonne hæc est Babylon magna quam ædificavi in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei? Et cum adhuc sermo esset ex ore regis, ecce vox clamavit, dicens: Cum feris & bestiis erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes*. Bruto enim similis efficitur, qui ex alieno suum credit esse & decipitur.

Secunda cum quis quod habet, a Deo se habere credit, sed pro meritis suis. Contra quod dicit Apostolus: *Gratia Dei sum id quod sum*.

Tertia cum quis se jactat habere quod non habet; quod est vitium hypocritarum. Et hæc jactantia est rapina. Unde Job. 26. *Quæ est enim species hypocritæ si quis avare rapiat*. Qui enim est avidus opinionem sibi rapit sanctitatis.

Quarta est, cum despectis ceteris, appetit quis

ANNO CHRISTI 1300.

quis singulariter videri habere quod habet; sicut dictum est de Pharisæo in Evangelio: *Domine, tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum*. Qui autem superbus fuerit, de cetero sit humilis, & recolat unde venerit, quid sit, & quid futurus sit, & qualiter dies sui transeunt; quia *vita hominis vapor est ad modicum parens*, ut dicit Jacobus Apostolus.

LI. *De accidia.*

Quæratur utrum accidiosus fuerit in his quæ pertinent ad salutem, id est, negligens & indevotus. Et talis timeat: quia *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*. Est autem accidia torpor animi, quo quis aut bona negligit inchoare, aut inchoata fastidit perficere. Ex qua surgit desidia, pusillanimitas, negligentia, & alia multa.

Qui autem sic accidiosus fuerit, injungat quod sit assiduus in Psalmis & Psalteriis, & sacris lectionibus: quia per horum assiduitatem ab homine diabolus elongatur.

Sciendum est autem quod omnibus qui ex justa causa videntur non posse sine magno gravamine frequenter in aliqua die jejunare, possunt in redemtiones, recompensationes adhiberi competentes; scilicet per orationes, eleemosynas, per abstinentiam a carnibus, vel a piscibus, vel hujusmodi secundum statum personarum, vel a vino, in quadragesimalibus cibis. Propter autem viam peregrinationis facilius est quam propter aliud relaxatio indulgenda, vel commutatio. Similiter etiam propter societatem, non quamlibet, sed si accedat ad mensam alienam, vel alius ad suam, cui se debeat conformare, & hæc si sine gravi damno vel scandalo nequiverit evitare; vel etiam pro solemnitate, si interfuerit divinis.

LII. *De Feriis.*

Intimandum est laicis ut sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem Dominicam a Vespera usque ad Vesperam. Feriandi vero per annum sunt isti dies. In Nativitate Domini; S. Stephani, & ejus Inventionis; S. Joannis Evangelistæ; Innocentium; S. Thomæ Martyris; S. Silvestri; Octava Domini; Epiphania; Nativitas B. Mariæ; Assumptio; Purificatio; Annunciatio; Conceptio in partibus istis; Inventio S. Crucis, & Exaltatio; Sanctum Pascha cum tribus diebus sequentibus ad minus; Ascensio Domini; Sancti dies Pentecostes; Nativitas, & Decollatio S. Johannis Baptistæ; duodecim Apostolorum; & maxime Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Thomæ, Philippi, & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, qui sua prædicatione illuminaverunt mundum; S. Marci; Lucæ Evangelistæ; S. Laurentii; Vincentii; Clementis; Dionysii mart. Michaelis Archangeli; & Dedicationis Oratorii; Omnium Sanctorum; S. Martini; S. Nicolai; S. Mariæ Magdalenæ; S. Catharinæ; & illæ Festivitates quas singuli Presbyteri in suis parochiis ab antiquo collaudaverunt cum populo, quæ vicinis tantum circum morantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Festum vero Reliquiarum matris Ecclesiæ Constantiensis omnes celebrent in crastino S. Michaelis in Monte Gargano. Reliquas vero Festivitates per annum monendi sunt ut juxta morem antiquum observent. Quoniam vero, ut dicit Augustinus, *Melius est diebus Dominicis & Festivis arare vel fodere, quam choreas ducere*, jubemus ut Sacerdotes choreas, præcipue in Cœmeteriis Ecclesiarum omnino duci prohibeant, & ne ducant eas etiam alibi. Et ut ab omni peccatu mortali, præcipue diebus Festivis abstineant, subditos suos juxta datam sibi a Domino prudentiam moneant diligenter.

LIII. *De Jejuniis observandis.*

Sacerdotes præcipiant omnibus, ætatem habentibus adultam, instituta jejunia observare; ut jejunium Quadragesimale, Quatuor Temporum, Vigiliarum, scilicet Natalis Domini, Assumptionis B. Mariæ, S. Johannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, Matthæi, Simonis & Judæ, Andreæ, Laurentii mart. Omnium Sanctorum, jejunium in Festo S. Marci Evangel. quando major Letania cantatur, & in tribus diebus Rogationum. Si qua autem de Vigiliis prætactis die Dominica evenerit, indicendum est jejunium die Sabbati præcedenti.

LIV. *De pœnitentiis contra vitia spiritualia.*

Contra eum qui super alios se levavit mente & corpore, injungat Presbyter quod frequenter in Ecclesia vel alias suo Domino multotiens genua flectat, pectus sæpius tangendo, & orationem dicat; pauperum manus abluat, pedes lavet. Injungatur enim * ei ne malum de proximo suo dicat; ne bonum alterius diminuat; sed si scit bonum in altero, pro posse suo extollat.

Si superbus fuerit in vestibus, pauperibus elargiatur. Si superbus, quia multos ad sui gloriam ad prandia vocabat, multos pauperes recipiat, vel in elargitione eleemosynarum sit largus.

Ei autem qui in superbiæ vitium inciderit, quia credit aliquod bonum quod habet, a se habere, vel meritis suis accepisse; injungenda est pœnitentia in maceratione carnis, videlicet in disciplinis, & recordatione fragilitatis suæ, ut discat quia *omnis caro fœnum, & sicut flos agri decidet*.

Eis vero qui super alios per superbiam se extulerunt, injungat ut alios pro posse suo promovere procurent, ut in bono promoveantur, & super posse * habuerint, & consilium & auxilium impendant ad alterius bonum promovendum: nihilominus tamen doleat de eo quod egit, & de eo pœnitentiam agat.

Ei vero qui accidiosus fuerit, injungatur quod sit assiduus in psalmis, & psalteriis, & sacris lectionibus, quia per assiduitatem elongatur diabolus ab homine.

Ei vero qui invidus fuerit, injungatur quod de cetero gaudeat de utilitate proximi sui, de qua doluit aliquando; quod in eo publicet bonum & extollat; gemitibus & orationibus culpam defleat.

Ei autem qui iracundus fuit, vel odio habuit aliquem, injungatur quod de cetero pœnitens sit, & salutem illius quem odio habuit exoptet; & ei, quem propter iram vel odium in aliquo læserit in dicto vel in facto, satisfaciat competenter.

* *f. etiam*

* *f. & si super hoc posse.*

LV. *De*

ANNO CHRISTI 1300.

LV. *De sponsalibus & matrimoniis.*

Insinuent frequenter laicis Sacerdotes ne dent sibi mutuo fidem de contrahendo, nisi coram Sacerdote, vel coram pluribus fide dignis, & non suspectis, per quos fides data possit probari: alioquin eos super fide data, nisi utique coram nobis voluerint confiteri, non audiemus. Sunt autem personæ suspectæ, pater, mater, soror, & frater: quia tales videntur diligere & affectare incrementum filii vel filiæ, fratris vel sororis.

Non fiant sponsalia vel firmalia cum repentaliis: * quia libera debent esse matrimonia nec pœna astringi.

* al. &, in dicta mulcta pecuniaria valenti pro modulo exequi.

Fiant autem firmalia per verba de futuro; ita quod unus dicat alteri, *Ego te accipiam in meam*; & illa illi; *Ego te accipiam in meum*, si Ecclesia poterit sustinere. Et potest juramentum apponi, vel fides ex utraque parte præstari.

Inhibeatur etiam ne sese carnaliter cognoscant, donec inter eos sit matrimonium celebratum: quia si inde convicti fuerint, graviter punientur.

Doceant autem illos Presbyteri, qui matrimonialiter consentiunt, quod tali consensu continentur quatuor: scilicet consensus ad cohabitandum, consensus ad carnalem copulam, consensus ad mutuum obsequium, & consensus ad mutuam proprii corporis potestatem: sed tamen quis quandoque peccat exigendo ultra debitum. Versus.

Festa, locus sacer, jejunia, menstrua, partus.
Si petis his, peccas; reddis quandoque licenter.

Eos autem qui fidem de matrimonio contrahendo dederunt invicem, & postea confitentur in jure carnalem copulam intervenisse, ad matrimonium in facie Ecclesiæ solemnizandum sunt compellendi, nisi canonicum impedimentum apponatur; sive fides data fuerit coram pluribus, sive clam: non obstante si dicat quod non habuit animum consentiendi in illam, & hoc etiam velit jurare: quia in hoc casu præsumit Ecclesia matrimonium contractum; contra quam præsumptionem non admittatur probatio.

Ab illis enim qui dant fidem in occulto de contrahendo, & post dictam * carnalis copula sequitur, sed in jure negant, & postea cum aliis contrahunt: * ad confessionem veniunt, & de fide quam dederunt confitentur in foro pœnitentiali. Quærendum est utrum quando fidem dederunt, animum habuerunt consentiendi matrimonialiter, vel tantum extorquendi carnaliter copulam. In primo casu dicatur eis quod non est matrimonium cum illis cum quibus contraxerunt postea, nec cum eis possunt sine adulterio commisceri. In secundo autem, scilicet quando fidem solum dedit ut carnalem copulam extorqueret, non animo consentiendi, injungenda est ei pœnitentia de fide mentita, & secure cum uxore, quam postea desponsavit, potest carnaliter commisceri.

* f. datam
* f. add. si.

In hoc autem casu solum ex parte sua affuit fraus, & defuit omnis consensus facti, sine quo cetera fœdus non possunt perficere conjugale; quoniam consensus ex utraque parte necessarius est: aliter non est matrimonium judicandum.

Antequam matrimonium celebretur, per tres A dies Dominicos fiant denunciationes in Ecclesia: in qua Presbyter a populo perquirat, sub pœna excommunicationis, de lateritate sponsi & sponsæ qui debent conjungi; utrum valens impedimentum obsistat; utrum inter eos sit consanguinitas vel affinitas, quorum prohibitio quartum gradum consanguinitatis & affinitatis non excedit. Utrum consanguineam illius quam vult accipere, in terno vel in quarto gradu ante desponsaverit per verba de futuro: sponsam enim alterius nullus consanguineorum sibi aliquando matrimonio copulare potest; & hoc propter honestatem Ecclesiæ, sive publicæ honestatis justitiam, quod idem est: quia ipsa quam primo desponsavit, conjux ipsius fuisse B dicitur. Et utrum sint in ætate legitima; utrum alter eorum sit voto astrictus; vel Ordo impediat. Utrum sit inter eos cognatio spiritualis sive compaternitas; quæ contrahitur per susceptionem alicujus de Baptismo, vel de sacro fonte: ex qua susceptione spiritualitas triplex surgit. Una, quæ est inter illum qui suscipit puerum, & matrem pueri, quæ mater * ejus est, vel patrem carnalem pueri, quia compatres sunt. Et hoc impedit matrimonium contrahendum inter compatrem & commatrem, & dirimit contractum.

* f. quia commater.

Alia surgit spiritualitas inter illum qui suscipit & illum qui suscipitur, scilicet filiolum vel filiolam.

C Et hoc similiter impedit matrimonium inter illos, quia patrinus non potest habere filiolam suam in uxorem.

Tertia surgit spiritualiter inter susceptam ab aliquo de sacro fonte, & filium ejus carnalem; & similiter impedit matrimonium inter illos: quia filius meus carnalis nullo modo potest copulari matrimonialiter cum ipsa quam de sacro fonte suscepi.

Filii autem duorum compatrum, sive ante compaternitatem sint geniti, sive post, legitime possunt copulari, excepta illa persona, qua mediante contracta est compaternitas. Inter alias personas non impedit spiritualis cognatio sive compaternitas: unde compater alicujus li- D cite potest accipere in uxorem filiam sui compatris vel commatris, dummodo non sit illa, per quam contracta est compaternitas.

Nullus Sacerdos audeat in casu dubio matrimonium celebrare: nec Decani purgationes recipiant super matrimoniis; nec de causis matrimonialibus cognoscant; sed omnes matrimonii dubitationes ad Nos referant.

LVI. *De Decanis.*

Quoniam autem breviores lites, in quibus moderatorem Provinciæ expectare non oportet, sine scripturæ solemnitate debent procedere: statuimus ut Decani Rurales, qui negotia di- E sceptant humiliora, sine scriptura cognoscant: & citationes eorum & mandata eorum per se, vel per nuncium sub impressione sigillorum suorum exequantur, & executioni demandent. Ut autem sollicitudo ipsorum & cura plurimum rescindatur in causis arduis, & gens sub majori judice constituta providentiam sentiat grandiorem; duximus statuendum Decanis ut de causis summam decem solidorum Turonensium excedentibus non cognoscant, nec pœnas ultra prænominatam exigant quantitatem. Si vero coram ipsis pœnam ulterioris quantitatis imponi contigerit, quam committi postmodum crede-

dide-

ANNO CHRISTI 1300.

diderint, superiori denuncient, ut per ipsum quod justum fuerit inde statuatur: sed nec emendas percipiendi pecuniarias ultra duos solidos Turonenses de cetero habeant potestatem.

Præcipimus etiam, quod Presbyteri parochiales, qui legitimam excusationem non habuerint, ad loca & dies pro audiendis causis statutos a Decanis suis conveniant, & ea quæ in parochiis suis emandanda fuerint, eis insinuent, ut in eorum præsentia prout justum fuerit habeatur contractus. Et ea quæ in consistorio Decanorum fient, juxta ipsorum testimonium obtineant firmitatem.

Semper in nuptiis prohibeantur sortilega fieri. Celebretur autem matrimonium cum reverentia & honore, & in facie Ecclesiæ, non cum risu, ne contemnatur.

Si autem mulier quæ desponsatur, alium virum habuerit, super eam non debet dici benedictio vel oratio, scilicet, *Propitiare Domine*, quæ dici debet super eas quæ non habuerunt virum, antequam pax detur. Et hoc est quod dicitur quod secundæ nuptiæ non debent benedici; & hoc ad exhortationem continentiæ.

Sciat autem Presbyter qui hujusmodi benedictionem fecerit supra mulierem ad secunda vota seu nuptias convolantem, cum alias benedicta fuerit; & iterum non debeat benedici; se ipso facto & beneficio suspensum, & ad Apostolicam sedem mittendum esse, ut in cap. 1. E. *De secundis nuptiis*.

Nubentes caveas iterato ne benedicas,
Ne sis suspensus per Papam restituendus.

LVII. *De Extrema-unctione.*

Ad Sacramentum Extremæ unctionis moneant sæpe Sacerdotes populum non tantum divites, sed etiam pauperes, maxime a quatuordecim annis & supra: ut omnes communiter, cum fuerit necesse, exhibeant se paratos suscipere Sacerdotes Sanctum Oleum ad eos cum magna reverentia deferentes & honore.

Doceant Sacerdotes sæpe populum hoc Sacramentum licite posse iterari, & sæpe in quolibet infirmitate magna recipi, unde mortis est metus: quia per eam, sicut dicit B. Jacobus, venialia dimittuntur; & quandoque alleviatur infirmus; & quandoque ad veram contritionem, & æterni gaudii considerationem per eam incitatur.

LVIII. *Sacramenta gratis conferantur.*

Pro prædictis autem Sacramentis conferendis, videlicet pro Baptismo, & benedictionibus nubentium, pro exequiis defunctorum, & aliis Sacramentis, nihil exigant, sed gratis Sacramenta ecclesiastica conferantur.

Unde nullus ante collationem Sacramentorum pecuniam extorquere præsumat, aut pleglos exigat, ant propter hoc impedimenta ficta fraudulenter opponat, sicut statutum est in Concilio Lateranensi.

Debent tamen a parochianis, quibus expensa sunt Sacramenta, piæ consuetudines observari: & sunt per Episcopum compellendi qui nituntur laudabilem consuetudinem immutare. Et ideo inhibemus ne Sacerdos aliquis in hujusmodi casibus audeat jus dicere, sed apud superiorem querelam deponat.

LIX. *De Sacramento Ordinis.*

Quia vero Sacerdotes ex susceptione Ordinis potestatem conficiendi, ligandi, atque solvendi, & supradicta Sacramenta ministrandi suscipiunt: restat videre quomodo se debeant in susceptione Ordinia habere, & alii Clerici; & quando in susceptione executionem Ordinis suscipiunt; & quomodo Ordinem susceptum debent observare; & quando post executionem Ordinis susceptam, eam amittant.

Item quod accedentes ad Sacros Ordines promovendi habeant Breviarium proprium, non accommodatum, una cum libro qui dicitur Manipulus Curatorum.

Item quod ipsi sic promovendi habeant beneficium, seu patrimonium, vel titulum verum, & non fictum, a parentibus & propinquis, aut aliis suis amicis sine fraude seu quittancia de non aliquid petendo, præcedente seu subsecuta.

LX. *Qui sunt irregulares.*

In primis igitur inhibemus, ne Clerici vel Presbyteri irregulariter ordinentur: & antequam ordinentur, confiteantur discretis Pœnitentiariis.

Sunt autem irregulares, qui non debent ad sactos Ordines promoveri; bigami scilicet, viduarum mariti, vel corruptarum; qui castitatem vovit, & qui promissum violavit, matrimonialiter contrahendo; qui duas uxores simul, vel diversis temporibus habuit; qui cognovit uxorem suam postquam scivit eam adulteram; qui de jure unam uxorem habuit, & aliam de facto, quæ in veritate uxor non fuit. Item qui homicidæ: qui aut facto, aut præcepto, aut auxilio, vel consilio, aut adminiculum aliquod præstando, homicidii conscii fuerint: & qui se defendendo, vel aliter, homicidium fecerit. Si tales ordinantur, executionem Ordinis non recipiunt, nec cum talibus dispensatur.

Item excommunicati vel suspensi, irregulariter ordinantur: & tales cum ordinantur, aut sciunt se excommunicatos; & hi in perpetuum debent absque dispensatione aliqua deponi: vel non recolunt factum propter quod sunt excommunicati, sed juris ignari non se credunt excommunicatos propter tale factum: & isti irregulariter ordinantur, nec cum talibus, si sunt excommunicati qui inciderunt in canone latæ sententiæ, vel alio modo, potest dispensari, nisi de mandato sedis Apostolicæ speciali.

Item qui contra prohibitionem sub excommunicatione factam ad Ordinem se ingerunt, irregulariter ordinantur; nec cum eis, nisi per sedem Apostolicam poterit dispensari.

Item qui furtive suscipit Ordinem, etiam sine prohibitione excommunicationis, executionem non recipit; quia tenetur renunciare Ordini: quia *non dimittitur peccatum, &c.* Et fur est semper in mora reddendi.

Item illegitime nati, sine dispensatione Domini Papæ, irregulariter ordinantur. Et qui indignus quantum ad Ordinem reputatur, quantum ad beneficium etiam ecclesiasticum debet indignus reputari: unde beneficia quæ suspensi, vel in excommunicatione positi sunt adepti, non possunt aliquatenus retinere.

Item, qui saltum fecerit in promotione, suspensus est quantum ad executionem Ordinis quem suscepit, donec Ordinem quem prætermisit fuerit assecutus.

ANNO CHRISTI 1300.

Item, qui sunt in enormibus peccatis, sive illa peccata sint occulta, sive manifesta, ad Ordines non debent accedere, nec in susceptis Ordinibus ministrare; ut sunt peccantes contra naturam, incestuosi, perjuri, fures, & consimiles.

Item qui sortilegia de Sacramentis ecclesiasticis fecerint, Irregulariter ordinantur: quia in eo debet quis puniri quo deliquit.

Item qui simoniace ordinantur, irregulariter ordinantur: quorum distinctio est tripartita. Alii sunt simoniace, & a simoniacis ordinati; & isti in perpetuum debent deponi. Alii simonisce ordinantur, sed non a simoniacis: ut illi qui collateralibus Episcoporum dant munera pro Ordinibus habendis, vel aliis quos credunt pro se posse intercedere: & isti executionem non habent, sed debent deponi. Alii simoniace ordinantur, sed ipsis ignorantibus: ut illi quorum parentes dant munera Episcopis, vel collateralibus Episcoporum pro Ordinibus suis habendis, ipsis ignorantibus. Illi autem in suis Ordinibus ex dispensatione possunt remanere, quia simoniaci non sunt. Et cum talibus videtur quod Episcopus possit dispensare ut executionem Ordinum suorum possint habere: & similiter qui per talem simoniam, de qua non fuerunt conscii, beneficium obtinent, ex dispensatione Episcopi illud possunt retinere.

Item qui promissionem vel juramentum faciunt Ordinatoribus, vel præsentatoribus eorum antequam ordinentur, quod eos super provisione sua non inquietabunt, irregulares sunt & suspensi, donec dispensationem super hoc per sedem Apostolicam meruerint obtinere.

Item beneficiati Clerici, vel in sacris Ordinibus constituti, si post sententiam Galonis, scilicet post admonitionem eis factam a Prælatis suis, concubinas in domibus suis tenuerint, vel alias unde scandalum ortum fuerit habuerint, sententias excommunicationis incurrunt; & tales sunt excommunicati, nec debent ordinari, nec executionem Ordinis recipiunt, nisi prius fuerint absoluti. Et si in Ordinibus ante receptis in hoc casu ministraverint; antequam ad superiores promoveantur, oportet quod cum eis super irregularitate primitus fuerit dispensatum. Quod est observandum in Presbyteris jam promotis; videlicet quod non debent celebrare, nisi prius fuerint absoluti super residentia: & si ante celebraverint, irregularitatem incurrunt, nec possunt dispensationem habere nisi a Domino Papa; sed ab Episcopo non possunt absolvi, nisi Episcopus speciale privilegium habuerit. Tales enim quod sic in fornicatione prolapsi sunt, suspensi sunt quoad se, & quod alios, dummodo peccatum eorum notum fuerit per sententiam, vel per confessionem in jure factam, vel evidentiam rei, quæ nulla tergiversatione possit celari. Unde nec talium est officium audiendum; cum sit statutum sub excommunicatione ut nullus audiat Missam Sacerdotis quem sciat concubinam indubitanter habere.

LXI. *De Ordinatis*.

Restat videre quomodo debeant Ordinem susceptum observare; & qualiter ratione beneficii quod adepti sunt se debeant custodire & alios ratione Ordinis, ut mundi & sancti sint: quia scriptum est, *Sancti estote, quia ego sanctus sum*. Et, *Mundamini qui fertis vasa Domini*. Ut videlicet castitatem servent coram Domino in corde, & coram hominibus in corpore: nihil enim valet incorruptio corporis, nisi sit integritas mentis: nihil valet esse mundum in corpore, qui pollutus est in mente. Maxime enim Sacerdotes a parochianis suis, & eis quæ peccata sua confessæ fuerint, vel quas baptizaverint, vel de sacro fonte levaverint, abstineant. Dicit enim Canon: *Si quis Sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse: & quia malum exemplum dedit omnibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando quindecim annis pœniteat: postea vero ad Monasterium vadat, & ibidem cunctis diebus vitæ suæ Deo serviat*.

ANNO CHRISTI 1300.

Item in ratione Ordinis præbeant se exemplum fidelibus in conversatione sancta: ut sobrietatem in seipsis custodiant; Deo pietatem, & proximis justitiam exhibeant, & exemplum præbeant fidelibus conversatione, & etiam in sermone: ut sermo eorum non sit fatuus, sed sale conditus; ut attendant quid dicant, & quando, & cui, & qualiter.

Item in charitate, ut Deum tota mente diligant, & proximum sicut seipsos. Hoc est quod dicit Apostolus ad Timotheum: *Exemplum esto fidelium in verbo, & in conversatione, in fide, & charitate, & castitate*. Et ad Titum: *In omnibus præbe exemplum bonorum operum in doctrina recta*, scilicet, in integritate vitæ, in corporis gravitate, ne levis sis, sed fidem rectam custodias apud Deum & homines.

Item ut Divinum Officium, tam diurnum quam nocturnum, Deo sine intermissione persolvant, licet non habeant curam animarum. Ratione autem beneficii quod adepti sunt, cui est cura animarum annexa, attendant quid susceperint; quia curam subditorum suorum: & cui rationem reddituri sunt; quia Deo in die judicii: timentes ne perditione ipsorum, si negligentes & incuriosi extiterint, incuria ipsorum possit accusari, & iidem condemnari. Et attendant quia pastores sunt eorum: undes eos debent pascere, sicut dicit Apostolus in Actibus Apost. *Attendite vobis & universo gregi vobis commisso, in quo posuit Christus vos regere Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo*. Et Petrus: *Pascite eum qui in vobis est gregem Domini: providentes non coacte sed spontanee; secundum Deum, neque turpis lucri gratia; neque ut dominantes in Clero, sed forma gregis facti ex animo*: ut scilicet per vos grex Domini invitetur ad humilitatem, memores ejus quod scriptum est: *Rectorem te posuit? Esto in illis quasi unus ex illis*. Quod dicit autem, *Non turpis lucri gratia*: quia non debet primo & principaliter officium exequi propter pecuniam, vel propter lucrum temporale: sed principaliter spe æternorum. Si tamen postea & secundario pro sustentatione sua aliquid expectat, non peccat, quia *dignus est operarius mercede sua*, &, *qui Altari servit, de Altari vivat*. Caveant autem omnes qui divina celebrant, vel psalteria legunt propter pecuniam, ne finem suum in spe pecuniæ habendæ ponant, sed tantum spe æternorum hæc faciant: secundario tamen ad sustentamentum sui aliquod lucrum temporale possunt expectare, & de jure accipere.

LXII. *De Testamentis agendis*.

Moneant & doceant Presbyteri parochianos suos, ne testamenta sua faciant sine ipsorum præ-

præsentia, dum tamen commode possint interesse: quia voluntates defunctorum debent executioni per Ecclesiam demandari.

Unde præcipimus, ut Presbyteri se exhibeant ad hoc pro nobis, & ne fraudulenter se subtrahant vel absentent, quando parochiani sui debent condere testamenta sua: nec ea occasione qua non interfuerunt, dicant testamenta non valere, nec occasione ejus præsumant pecuniam extorquere.

Similiter prohibemus ne propter cupiditatem audeant testamenta impedire, dicentes. Non bene ordinavit: nimium dedit: parum sibi retinuit: & hujusmodi ficta impedimenta, ut assolent, apponere, quoadusque eorum cupiditati fuerit satisfactum.

Prohibemus ne executores testamentorum, sive sint Religiosi, sive Clerici sæculares, sive laici, pecuniam & alia bona quæ per manus ipsorum de testamentis decedentium debent in usus pios expendi, in aliis usibus applicent, vel sibi audeant retinere; sed ipsa bona fideliter & plenarie in usus pios convertant, juxta defuncti voluntatem.

Similiter autem quod residuum fuerit ultra ea quæ in testamento fuerint nominata, in pios usus expendant, dummodo eorum dispositioni commiserint hoc testantes. Residuum autem bonorum suorum certis personis, vel incertis de certis locis, vel hospitali, vel certis Ecclesiis erogare studeant: alioquin ad nos totum residuum deferatur.

Licet autem de benignitate canonica qui extremam voluntatem in alterius disponere *committit, non videatur decedere intestatus: sed in omnibus piis voluntatibus defunctorum sit per locorum Episcopos providendum, ut universa recte procedant: licet a testatoribus id contigerit interdici: volumus & præcipimus, ut in cujus dispositione voluntatem suam testator committit, coram nobis de bonis illis ordinet, ut sciamus in quos usus bona defuncti convertantur; & ne illum, cujus fidei est commissum, contingat diffamari, si diceretur quod de bonis testatorum magnam partem sibi retinuit, vel alias suam fecerit voluntatem. Idem dicimus de illius quorum fidei committitur, ut de residuo bonorum testatoris disponant, ut si quid ultra quindecim libras residuum fuerit, coram nobis de dictis bonis studeant ordinare. Hoc autem præcipue intelligimus de illis, de quibus sinistra posset suspicio suboriri.

* i. dispositione.

LXIII. *De bonis intestatorum.*

Bona vero intestatorum ad nos deferri jubemus. Intestatos autem dicimus, qui omnino nullum testamentum fecerunt; aut si fecerint, postea irritum factum est per contrariam voluntatem, nec postea aliud fecerunt, aut non jure fecerunt; ut sunt illi qui satis minus sua parte sumserunt, vel qui fere totum suis relinquunt, vel personis non capacibus.

Inhibemus nihilominus ne Clerici testamenta sua per manum laicalem tantum disponant, quia solent laici de rebus Clericorum maxime causari. Et licet de rebus suis mobilibus rationabile possint facere testamentum; utputa, legando pauperibus, locis religiosis, & eis qui ipsis viventibus servierunt, sive consanguinei sint, sive alii: tamen mobilia ipsius Ecclesiæ, vel de bonis Ecclesiæ acquisita, de jure non possunt in alios usus transferre; & si forte transtulerint, ab Ecclesia poterunt vindicari.

Cum autem leges humanæ testatoris extremum quod non redit arbitrium tanquam legem jubeant observari; statuimus, ut infra octo dies post obitum testatoris: si Clericus beneficiatus testator fuerit; ad Nos: si laicus; ad Nos, vel Decanum, vel Officialem, hi per quos testator voluntatem suam executioni voluerit demandari, veniant, ipsum testamentum, si scriptum fuerit, deferentes, ut rite sub sigillo autentico, ne fraudi locus forsitan relinquatur, valeat publicari. Si nuncupativum: per testes rite probetur, & in formam autenticam redigatur: & ex tunc infra annum executioni modis omnibus si possit fieri demandetur.

Nullus vero ad impediendum malitiose judicium testatoris bona defuncti in nostra manu arrestare præsumat. Quod si quis Presbyter vel Decanus ex justa causa fecerit: nobis denunciare sic bona esse arrestata, & ex qua causa, quantocius poterit non omittat, ne contra ipsum quod hoc malitiose fecerit præsumamus.

LXIV. *De præceptis Synodalibus scribendis.*

Quia vero nihil aut parum prodest audire, nisi teneatur in mente: nec scire sufficit, nisi comprobetur affectu. Jubemus in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, firmiter injungendo, ut omnes Sacerdotes hæc statuta, sive præcepta, necnon & documenta Synodalia diligenter audiant & attendant. Et ut possint facilius memoriæ commendare, scribant ea, seu scribi faciant; & ut in eis diligenter studeant, & ad sequentes Synodos ea in manibus afferentes, cum fuerint interrogati super capitulis singulis, sciant legere, & nobis etiam respondere; & juxta ea viventes, suos subditos verbo pariter & exemplo sic instruant, ut in districto examine possint villicationis suæ sic dignam reddere rationem. Amen.

Martenii Collectio duo consequenter superaddit Capitula, scil. de usuris, & de reverentia Ecclesiis & cœmeteriis debita pag. 391. & seqq. Verum certo sunt eorum qui sibi assumserunt additamenta, cum in genuino codice Constantiensi prorsus desint.

STATUTA SYNODALIA D. CONSTANTIENSIS Episcopi, facta & lecta publice in Ecclesia Constantiensi Anno D. MCCXCIV. die Martis post Festum S. Marci Evangelistæ.

IN primis statutum esse noscatur quod vendentes & ementes in Ecclesia, omnino expellantur.

Confratrum comestiones, choreas, cantilenas, actus judiciales sæculares, & alia inhonesta, in Ecclesia fieri prohibemus.

Quod deferentes Chrisma jurent, quod eo nullatenus abutentur.

Testamenta post mortem defunctorum facta, vel eis viventibus, sed mentis non compotibus, vel etiam ignorantibus, nullius sint momenti; sed factores & consiliatores acerrime puniantur.

Decani infra triduum a tempore sciente * computandum, Nobis, vel Officiariis nostris, vel nostras vices gerentibus, intestata denuncient fideliter & complete. * f.

Executores quorumcumque testamentorum, post annum a tempore mortis testantium computandum, Nobis, seu Officiariis nostris, vel vices gerentibus, teneantur reddere rationem.

ANNO CHRISTI 1300.

Statuimus, quod infra octo dies a tempore datæ computando, excommunicationes per Presbyteros parochiales excommunicatorum executioni mandentur, & etiam sigillentur: alioquin impetrantes ad expensas excommunicati teneantur; nec Sacerdos postmodum exequatur, quousque Officiali exhibuerit easdem.

Præcipimus, quod Presbyteri parochiales qualibet die Dominica, vel saltem semel in mense quadam die Dominica denuncient excommunicatus in registris contentos: & quod, cum divina celebrantur, excommunicati ab Ecclesiis expellantur.

Omnes de Civitate vel Diœcesi Constantiensi excommunicati, qui excommunicationem per annum sustinuerint, publice in Ecclesia, & nominatim moneantur, ut infra mensem sub pœna excommunicationis & emendæ se absolvi faciant & procurent: alioquin super articulis fidei examinabuntur, & contra eos tanquam suspectos de hæresi procedemus, & eos faciemus per justitiam sæcularem justitiari. Quos sic excommunicatos Presbyteri parochiales Nobis, vel Officiariis nostris significent puniendos: & ipsis Presbyteris gratis prisiæ concedentur.

Statuimus, ut impedientes jurisdictionem ecclesiasticam denuncientur excommunicati singulis diebus Dominicis & Festivis: quibus denuncient Sacerdotes eorum parochiales ut procurent se absolvi a sententia excommunicationis, quam ob hoc incurrunt auctoritate Concilii Lugdunensis, infra duas menses; alias per nos absolvi non poterunt, sed erunt ad Sedem Apostolicam remittendi.

In grande obsequium fidei præcipimus de cetero non admitti ad prædicandum verbum ad populum regulares vel sæculares absque nostris, seu Vicarii nostri litteris.

Diebus Dominicis & Festivis judices sæculares placita sua non teneant: alias quod per ipsos factum fuerit, nullius sit momenti.

Præcipimus, quod Clerici super factis personalibus non litigent coram judicibus sæcularibus, nec ab eisdem judicibus respondere compellantur: alias utrosque canonice puniemus.

Districte præcipimus, ut Presbyteri parochiales diligenter memoriæ commendent quæ in istis versibus continentur.

CASUS RESERVATI EPISCOPO.

Qui facit incestum, deflorans, aut homicida,
Sacrilegus, patrum percussor, vel sodomita,
Fractor votorum, perjurus, sortilegusque,
Pontificem quærat, necnon qui miserit ignem.
Ad Papam feriens Clerum, falsarius, urens.
Percutiens Clerum Romam petat: excipiatur
Nesciens, erudiens, leviter jocans, minor ætas,
Janitor officii prætextu, vimque repellens.

Præcipimus, ut Presbyteri & Decani falsarios, & de falsitate suspectos, Nobis, vel nostris sine mora denuncient.

Jubemus ut in nomine Jesu singuli, præcipue dum aguntur Missarum sacra mysteria, gloriosum nomen illud quoties recolitur, flectant genua, cordis quoque vel pectoris percussione, vel capitis inclinatione testentur.

Districte præcipimus, ut alias, quod quilibet Presbyter omnia præcepta Synodalia penes se habeat complete, & ea per singulos menses perlegat, & secum ad quamliber Synodum afferat bene scripta. Alioquin qui contra fecerit, in decem solidos punietur, & per mensem, juxta Statuta Provincialis Concilii, a Divinis Officis suspendetur.

Et est notandum quod hæc scripta cum præceptis vel factis debent inseri, & observari per quemlibet Sacerdotem.

Anno Domini MCCXCIV. die Martis post Exaltationem sanctæ Crucis, in Synodo Constantiensi, quæ fuit dicta die.

PRæceptum fuit quod si per negligentiam Sacerdotis evenerit quod peracta consecratione Corporis Christi non fuerit vinum & aqua in calice: suppleat Sacerdos quod deest, & apposito in calice vino & aqua sine scandalo, compleat Sacerdos sacrificium dicens: *Simili modo, &c.*

SYNODUS CONSTANTIENSIS MCCC.

Anno Domini MCCC. die Martis post Quasimodo *statuta & lecta in Synodo quæ sequuntur fuerunt.*

LIcet canone sit salubriter inhærendo statutum, ne quis Sacerdos interesse matrimoniis clandestinis præsumat, per triennium, si contra fecerit, suspensionis sententiam incursurus; & taliter contrahentes arbitrarie sint puniendi: quia tamen in hujusmodi canonis observatione quamplurimos vidimus sæpius negligentes, immo verius transgressores, pœnas non timentes prædictas, viasque exquirentes & modos per quos ostensa sibi impedimenta devitent, quandoque ad partes se transferunt alienas, ubi dicti impedimenti notitia non habetur, & ibidem matrimonia damnabiliter solemnizari procurant; nonnumquam de alienis partibus ignotos Presbyteros, qui dicta celebrant matrimonia ad istas partes adducunt; ut sic suas voluntates improbas consequantur, & illudere quantum in eis est valeant canoni memorato; ex quibus animarum pericula provenerunt, & in Ecclesia Dei grave scandalum est ortum.

Nos autem hujusmodi excessum, & abusum detestandum, propter excrescentem malitiam delinquentium, volentes ut dignum est, & ad nostrum spectat officium, pœna graviori punire: jurium inhærentes vestigiis, addendo statuimus, ut nulla persona ecclesiastica, vel sæcularis, cujuscumque conditionis vel status existat, de cetero matrimonia clandestina in civitate ista vel Diœcesi, bannis nondum factis per tres dies Dominicos, ut antiquitus est statutum, nisi de licentia nostra, aut Officiariorum nostrorum, quibus damus potestatem dispensandi super hoc aliud concedatur, audeat solemnizare in facie Ecclesiæ, celebrare, vel eisdem interesse scienter; de istis partibus, prædictis matrimoniis solemnizandis, nec ad alias se transferre; personas extraneas occasione hujusmodi ad istas civitatem & Diœcesim adducere; aut in præmissis, vel præmissorum quolibet, opem, favorem, consilium scienter & dolose impertiri, quomodolibet præsumat. Quod si quis deinceps attentare præsumpserit, & omnes & singulos taliter, ut præmittitur, delinquentes, ipso facto suspensionis in Presbyteros, & excommunicationis in ceteros, extunc prout extunc proferimus in his scriptis; injungentes Decanis & Presbyteris ut Nobis vel Officiariis nostris infra quindenam a tempore notitiæ revelent quicquid sciverint de

præ-

ANNO CHRISTI 1300.

prædictis; alias pœna simili vel graviori eosdem puniemus.

De falsariis.

Præterea quia vitium falsitatis his diebus multipliciter, proh dolor? inolevit: nam quidam se falsis nominibus nuncupantes, instrumenta, memorialia, & mandata impetrant contra alios, & transire faciunt fraudulenter. Quandoque alii falsa fabricantes sigilla, eis consignant litteras, per quas de facto excommunicant, & absolvunt, per hæc decipientes alios, & semetipsos. Alii diversos alios modos excogitant, & faciunt falsitates.

Nos tam pestilenti morbo remediare prout possumus cupientes: statuimus ut nullus Ecclesiasticus vel sæcularis, cujuscumque conditionis aut status, in posterum hujusmodi falsitatis vitia, aut alia quæcumque committere fraudulenter aut dolose audeat vel præsumat; aut opem, consilium, vel favorem scienter committentibus impartiri. Quod si secus deinceps attentatum fuerit a quolibet vel præsumtum: in agentes, & consentientes, auxiliatores, consiliatores, fautores, fraudulentos, ipso facto excommunicationis sententiam extunc & exnunc proferimus in his scriptis: Decanis nostris, & Presbyteris injungentes, &c. *ut supra*.

Quia accepimus quod in Ecclesiis & Cappellis ubi ad honorem Dei & Sanctorum a Christi fidelibus pro salute sua vigiliæ celebrantur, nonnulli sæpe veniunt, sub ovis specie lupum in mente gerentes, sollicitantes mulieres, eas rapere & corrumpere satagentes, quanquam ante faciem Crucifixi, quod graviter est ferendum, quantum in eis est, suam exequi libidinem non verentes: per quod non solum Deum & Ecclesiam vilipendunt, & etiam scandalizant populum, fideles a sancto proposito retrahentes, & etiam sibi ipsis ingerentes damnationem æternam. Quocirca hac Synodali monitione pro omnibus, & ex causa monemus omnes & singulos, tam Clericos quam laicos, ut tam flagitiosum delictum in locis prædictis nostrarum civitatis vel etiam Diœcesis committere non audeant in futurum, nec committentibus consentire scienter, vel eis fraudulenter impartiri opem, consilium, vel favòrem, alioquin rapientes deinceps de dictis locis violenter mulieres jam dictas, & cum mulieribus sic raptis se etiam turpiter commiscentes, ipso facto in prædictis casibus extunc & exnunc sententiam excommunicationis proferimus in his scriptis, injungentes Decanis, &c.

Item volumus & præcipimus præcepta nostra per quamlibet parochiam sæpius & solemniter publicari; ne quis excusationis vel ignorantiæ possit habere velamen.

Expliciunt præcepta Synodalia nova & vetera de diœcesi Constantiensi.

SYNODUS BAIOCENSIS,

Circa annum Domini MCCC.

Ex codice Victorino a R. P. Jac. Sirmondu descripta.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Quomodo personæ ecclesiasticæ ante synodum debeant sibi providere?*
2. *Quod omnes curam animarum habentes veniant ad synodum.*
3. *Ut jejuni intrent synodum.*
4. *De baptismo & ejus forma, & qualiter debeat fieri.*
5. *De confirmatione.*
6. *De sacramento altaris & ejus circumstantiis, scilicet vini & hostiæ electione, & quid agendum sit, si aliquid omissum fuerit.*
7. *Quod nec panis nec vinum remaneant super altare.*
8. *Ne elevent hostiam donec dixerint, Hoc est corpus meum.*
9. *De sanguine Christi cadente super corporale, vel pallam, vel aliud indumentum, quid agendum sit.*
10. *Ut duabus mulieribus tantum tradatur marmor sive liber deosculandus.*
11. *De musca vel aliqua alia re cadente in calicem, quid faciendum sit.*
12. *Ut die octavo renovetur eucharistia, & aqua benedicta.*
13. *Ne celebrent donec horas canonicas & Primam dixerint.*
14. *Ut calix post Missam a sacerdote vel a diacono panno mundissimo involvatur.*
15. *Ne aliquis bis eodem die celebret.*
16. *Ne detur eucharistia pueris infra septem annos.*
17. *De clericis in ministerio altaris.*
18. *Quot præfationes debent dicere sacerdotes.*
19. *Ut Divinum officium distincte celebrent & devote.*
20. *Ne celebrent super tabulam motam vel fractam, donec consolidetur & consecretur, nec super lapidem portabilem sine capsa: & de ampullis.*
21. *De piscinis & manutergiis.*
22. *Ut sacerdos sive diaconus corporalia sæpe abluat.*
23. *Ut chrisma & eucharistia sub clavibus, & fideli custodia conserventur.*
24. *Ne in ecclesiis supellectilia sacerdotis vel clerici alterius conserventur, nisi in casibus concessis.*
25. *Ut quilibet sacerdos librum habeat, manuale.*
26. *De libris & ornamentis ecclesiæ necessariis habendis.*
27. *Ut reditus ecclesiæ & presbyterii in Missalibus scribantur, & ex eis nihil alienetur.*
28. *Ne fiant picturæ inhonestæ in sacro loco, vel in domibus clericorum.*
29. *Ut firmentur ecclesiæ post Divinum officium celebratum.*
30. *Ne ædificent in cœmeteriis.*
31. *Ne choreæ in ecclesiis vel cœmeteriis fiant.*
32. *De vita & honestate clericorum, & ne commercia vel officia sæcularia exerceant.*

33. *Ut*

ANNO CHRISTI circiter 1300.

33. *Ut clausa desuper habeant indumenta, & ut cappis clausis utantur communiter universi.* A
34. *Ne aliquis clericus dictet, scribat, aut proferat litteras pro vindicta sanguinis.*
35. *Ne beneficiati sint advocati pro pretio: & ne loco laicorum curiam teneant: & ne sint chirurgici.*
36. *Quibus temporibus vel diebus non liceat jurare super sacrosancta evangelia.*
37. *Item de vita & honestate clericorum, & ne habeant concubinas.*
38. *Ne filii sacerdotum ipsis ministrent in ecclesia circa altare, & ne in eorum domibus commorentur.*
39. *Ne laici publice teneant concubinas.*
40. *Ne antiquæ reliquiæ extra capsam exponantur venales.* B
41. *Ut nullus recipiatur ad prædicandum sine litteris episcopi.*
42. *Item ut nullus recipiatur ad quærendas eleemosynas sine litteris episcopi.*
43. *Ut nullus faciat patronis juramentum antequam sit receptus ab episcopo.*
44. *De resignationibus, ne fiant nisi in manu episcopi.*
45. *Ne ornamenta ecclesiæ pignori obligentur.*
46. *Ut laici filios suos instrui faciant.*
47. *Ne ecclesia patrono servagium faciat.*
48. *De firmatione ecclesiarum.*
49. *Item de eadem.*
50. *Item ut non recipiant ecclesiam ad firmam, nisi habeant perpetuum vicarium.* C
51. *De liberatione personarum & rerum ecclesiasticarum.*
52. *Ut condonati signum portent apertum.*
53. *Ut nullus de manu laicali decimam recipiat.*
54. *Ne quis intret possessionem decimæ sibi collatæ a laico.*
55. *Ut nullus portet magnum cultellum cum cuspide.*
56. *Ne laici faciant testamenta in absentia sacerdotis.*
57. *De morte intestatorum, ut statim nuncietur episcopo, officiali, vel decano.*
58. *Ut immobilia de bonis ecclesiæ acquisita, illis ecclesiis legentur.* D
59. *De citationibus & excommunicationibus faciendis.*
60. *De officio decanorum.*
61. *Qualiter absolvendi sunt excommunicati.*
62. *Qui sint ex facto excommunicati.*
63. *Quod excommunicentur sortilegia facientes.*
64. *Quod excommunicati a domino Papa, a quolibet sacerdote in necessitate possunt absolvi.*
65. *Ut de omnibus in extremis absolvatur.*
66. *De observantia jejuniorum.*
67. *De solemnitatibus faciendis.*
68. *In quo gradu possunt matrimonia copulari.*
69. *Quomodo fiant sponsalia.*
70. *De termino nuptiarum, ad inquirendum de consanguinitate & affinitate.* E
71. *De prohibitione clandestini conjugii, & de pœna eorumdem.*
72. *Ut in nuptiis sortilegi excommunicentur.*
73. *Ne alter conjugum transeat ad religionem, nisi per episcopum.*
74. *Ut moneatur populus inungi quotiens necesse fuerit.*
75. *Ut medici primo faciant advocari medicos animarum.*
76. *Ut singuli sacerdotes habeant calices in quibus communicent infirmi.*
77. *Quomodo exhibendum sit corpus Christi infirmis debilitatis.*
78. *Ne infirmis pœnitentia injungatur, sed quando convaluerit.*
79. *Ut ecclesiastica sacramenta libere exhibeantur.*
80. *Quod sacerdotes eligant sibi locum eminentem ad audiendam confessionem.*
81. *De loco & modo confessoris confessiones audientis.*
82. *Ne inquirant nomina personarum, sed tantum circumstantias.*
83. *Ne sacerdotes injungant Missas confitentibus.*
84. *De investigatione peccatorum, & quæ penitentia injungenda.*
85. *Ut omnes a crapula & ebrietate se abstineant.*
86. *Ut præcipiant tabernariis, ne in locis circumjacentibus congregentur.*
87. *Qui mittendi sunt ad papam, & qui ad episcopum.*
88. *Ne Prior ultra summam centum solidorum mutua recipiat.*
89. *De computatione obedientiariorum.*
90. *Ne abbas mutuo accipiat pecuniam ultra summam sibi taxatam.*
91. *Ut statuta serventur, & ut nullus religiosus fidejubeat ultra summam x. librarum.*
92. *De statutis monialium.*
93. *De restauratione prioratuum, & ne qui censum vel pensionem exigant.*
94. *Ne fiant excommunicationes generales.*
95. *Ne decanus cognoscat causas matrimoniales.*
96. *Ne personæ ecclesiasticæ de rebus ecclesiasticis litigent coram judice sæculari.*
97. *Ne emendæ propter concordiam sumantur.*
98. *Ne decanatus tradatur in firmam.*
99. *Ut curati studeant in theologia.*
100. *Ne causæ ecclesiæ tractentur in modum curiæ sæcularis.*
101. *Ut mortuo vicario vicaria personatui accrescat.*
102. *Ut personæ domos ædificent in solo ecclesiæ.*
103. *De rebus episcopalibus non celandis vel retinendis.*
104. *De officio advocatorum.*
105. *Ne clerici vel monachi sint negotiatores.*
106. *Ne permittantur causæ sæculares in loco sancto tractari.*
107. *Ut de vacatione ecclesiarum certificetur episcopus.*
108. *Ut sacerdotes episcopo vel pœnitentiali suo semel in anno confiteantur.*
109. *Ut ad ordines successive accedant.*
110. *Ut die ante ordines veniant.*
111. *Ne ab alio quam a proprio episcopo se faciant clerici ordinari.*
112. *De sententia domni Gallonis.*
113. *Item de eadem.*

CAPITULA.

I. *Quomodo personæ ecclesiasticæ ante synodum & in synodo debeant sibi providere.*

Die Dominica vel sabbato præcedente synodum, sacerdotes qui cappellanos non habent in suis parochiis, diligenter inquirant in ecclesia publice, si qui sint infirmi in parochia: & antequam iter arripiant, eos visitent etiam non requisiti, & faciant quicquid necesse fuerit ad salutem animarum. Nihilo minus procurantes provisionem eorum, quam solent facere, per cappellanos in aliis ecclesiis remanentes.

II. Quod

ANNO CHRISTI circiter 1300.

II. *Quod omnes curam animarum habentes veniant ad ſynodum.*

Præcipitur ut omnes veniant ad ſynodum, maxime curam animarum habentes: & ſi inevitabili neceſſitate detenti fuerint, mittant cappellanum ſuum, aut clericum loco ſui. Et in eundo & redeundo honeſte ambulent, & honeſta quærant hoſpitia, & in eis circumſpecte ſe habeant, ne ſtatus clericorum vertatur populo in opprobrium & contemptum. Et qui ex cauſa remanſerit, eum decano, & decanus epiſcopo ſtudeant nunciare.

III. *Ut jejuni intrent ſynodum.*

Præcipitur ſacerdotibus, ut jejuni, & induti ſuperpelliciis & ſtolis mane intrent ſynodum: ceteri autem, perſonatus ſeu vicarias eccleſiarum habentes, ſuperpelliciis tantum. Abbates autem cappis ſericis ſint induti. Omnes autem a tempore pulſationis ſynodi, omni occaſione poſtpoſita, majorem eccleſiam intrare feſtinent.

IV. *De baptiſmo, & ejus forma, & qualiter debeat fieri.*

Baptiſmus cum ſummo honore & reverentia, & cum magna cautela celebretur, maxime in diſtinctione & prolatione verborum, in quibus tota virtus ſacramenti conſiſtit, ſcilicet: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Et in Romano doceant laicos ſacerdotes ſub hac forma debere frequenter pueros, etiam patrem & matrem pueri, in ſumma neceſſitate baptizare: & dicant laicis, quod nomen puero non imponant. Forma autem verborum prædicta, ab eo qui baptizat, integre, nude, ordinate, continue, ſine interpoſitione aliqua proferatur. Interrogetur autem laicus, qui ſic puerum baptizavit, diligenter a ſacerdote, quid dixerit, & quid fecerit. Et ſi invenerit eum diſcreto modo & debito baptizaſſe, allato puero ante fores eccleſiæ, ſuppleatur quod deeſt: ſcilicet pabulum ſalis, aurium linitio cum ſaliva: exorciſmi tamen non dicantur, & ſuper fontes, ſine immerſione tantum, omnia fiant quæ ſolent fieri. Si vero dubium fuerit in qua forma verborum puer baptizatus fuerit, tunc ſacerdos omnia faciat, & immergens dicat: Si tu non es baptizatus, ego baptizo te, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Ad elevandum puerum de ſacro fonte tres tantum recipiantur.

V. *De confirmatione.*

Sacerdotes ſcientes adventum epiſcopi ad prædicandum in aliquo certo loco, moneant populum diligenter, prout melius potuerint, circa duas leucas vel tres, ut omnes qui commode poterunt, conveniant coram epiſcopo ad audiendum ſermonem, maxime qui conſilio epiſcopi indigent: & ipſi cum populo veniant cruce præcedente. Adulti autem qui debent confiteri, & qui confirmandi fuerint, prius confiteantur, ſi tempus habent confitendi, & deferant ſecum bendellos latos, mundos, & ſatis longos. Jejuni etiam, ſi fieri poteſt, hoc recipiant ſacramentum, & ea die non celebrent ſacerdotes, niſi celebrent ſummo mane.

VI. *De ſacramento altaris & ejus circumſtantiis, ſcilicet vini & hoſtiæ electione, & quod agendum ſit, ſi aliquid omiſſum fuerit.*

Sacerdos miniſtrans diligenter attendat quod hoſtia ſit integra, non mucida, non perforata, & quod ſit frangibilis, & integrum habeat circulum. Et quod vinum non ſit acetoſum: & aquam non omittat. Si autem aquam omiſerit, cum averterit * ſe, apponat aquam, ſi fieri poteſt ſine ſcandalo. Si vero per negligentiam evenerit, quod perlecto canone & peracta conſecratione, nec vinum, nec aqua reperiantur in calice: ſtatim debet infundi utrumque, & hoſtia ſic conſecrata ſeorſum reverenter obſervetur. Hoſtia autem nova, ſicut fieri ſolet, ante calicem apponatur, & reincipiatur canon Miſſæ, ſcilicet, Te igitur. Poſt communionem vero, prior hoſtia ab ipſo ſacerdote ſumatur.

* advertérit.

VII. *Quod nec panis nec vinum remaneant ſuper altare.*

Caveant ſacerdotes ne panis vel vinum remaneat ſupra altare infra Miſſam, præter illa quæ ab ipſis ſunt conſecranda. Si quid autem forte remanſerit, ab ipſo ſacerdote, vel ab alio mundam habente conſcientiam, cum reverentia ſumatur. Unde non eſt tutum, hoſtiam erigere ſuper pallam, quia poſſet ibi aliqua fractio remanere.

VIII. *Ne elevent hoſtiam donec dixerint, Hoc eſt corpus meum.*

Præcipitur ſacerdotibus, ut quando inceperint in canone Miſſæ, Qui pridie, tenentes hoſtiam, non elevent ſtatim eam, ſed ante pectus ſuum detineant donec dixerint, Hoc eſt corpus meum: & tunc elevent eam decenter, ita quod poſſit videri ab adſtantibus. Et poſt totalem corporis & ſanguinis Dominici ſumptionem, aliquantum ab ſpuendo abſtineant: & ſi abſtinere non poſſunt, ſaltem in loco mundo hoc faciant, qui conculcari non poſſit.

IX. *De ſanguine Chriſti cadente ſuper corporale, vel pallam, vel aliud indumentum, quid agendum ſit.*

Si quid de ſanguine Chriſti ceciderit ſuper corporale, ſugenda eſt pars intincta, & ipſum corporale aliquo panno mundiſſimo involutum pro reliquiis eſt ſervandum. Si vero ſuper pallam vel ſuper aliquod aliud ſacrum indumentum ceciderit; pars intincta prius ſugatur, & poſtea ſcindatur, conſuta panno mundo ſervetur pro reliquiis: ita tamen, quod ſuper pannum ſchedula conſuatur continens: Linteamen ſuper quod ſtilla cecidit ſacramenti. Si autem ſuper aliud commune veſtimentum ceciderit, pars intincta prius ſugatur, & poſtea ſcindatur & comburatur, & cinis in ſacrario reponatur. Si autem ſuper lapidem, lignum, terram ceciderit, lingendus, tergendus, radendus eſt locus ille, & pulvis in ſacrario reponendus. Si autem de corpore Chriſti ſuper pallam vel quodlibet aliud ornamentum ceciderit, abluatur & ablutio a ſacerdote ſumatur, vel ab alio mundæ conſcientiæ. Si vero ſuper lapidem, lignum, terram ceciderit: locus radatur, & pulvis in ſacrario reponatur. Sacerdos ſeu miniſter, cu-

jus

ANNO CHRISTI circiter 1300.

jus negligentia illud acciderit, ad episcopum de- A bet mitti.

X. *Ut duabus mulieribus tantum tradatur marmor sive liber deosculandus.*

Inhibemus firmiter & districte, ne pace recepta a presbytero in altari, pluribus quam duabus mulieribus marmor tradatur deosculandum.

XI. *De musca vel aliqua alia re cadente in calicem, quid faciendum sit.*

Si musca vel aranea, vel aliquid tale, in sacramentum ceciderit, quod vix sine vomitu, aliquando non sine periculo corporis sumi potest: sanguis sumatur, & superfuso vino ipsum quod ceciderit abluatur, & ablutio a sacerdote sumatur, vel ab alio mundæ conscientiæ, & postea in sacrario comburatur. Quod si fides ipsa quempiam hoc quod ceciderit sumere fecerit, Deo gratias.

XII. *Ut die octavo renovetur eucharistia, & aqua benedicta.*

Sacerdotes die octavo semper renovent sacramenta, & eucharistiam, & aquam benedictam: ne sui vetustate aliquam indevotionem movere valeant, aut horrorem.

XIII. *Ne celebrent donec horas canonicas & Primam dixerint.*

Nullus antequam matutinas canonicas & Primam dixerit, Missam celebrare aliqua necessitata præsumat.

XIV. *Ut calix post Missam a sacerdote vel a diacono panno mundissimo involvatur.*

Calix post Missam panno mundissimo involvatur, nec ministri eo calicem intus tergant, sed alio ad hoc specialiter deputato. Qui dum non satis decens fuerit, vel vetustate attritus, in sacrario comburatur.

XV. *Ne aliquis bis eodem die celebret.*

Nullus audeat bis in uno die Missam celebrare, nisi in Natali Domini, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate, scilicet corpore defuncti præsente, vel in die solemni, vel Quadragesimali, vel etiam in die Paschæ. Celebraturus quoque secundam Missam, vinum superfusionis non sumat, sed ministro habenti bonam conscientiam conferat.

XVI. *Ne detur eucharistia pueris infra septem annos.*

Inhibemus presbyteris ne hostias sacras dent pueris ullo modo infra septennium constitutis.

XVII. *De clericis in ministerio altaris.*

Nullus uxoratus permittatur deservire altari, vel epistolam legere: nec alius nisi in superpellicio, vel cappa clausa.

XVIII. *Quot præfationes debent dicere sacerdotes.*

Invenimus novem sequentes præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas. Unam in Pascha, quæ sic incipit, Te quidem. Aliam in Ascensione, scilicet, Qui post resurrectionem. Tertiam in Pentecoste, Qui ascendens. Quartam in festis beatæ Mariæ, scilicet, Et te in veneratione. Quintam in festis S. Crucis, Qui salutem humani generis. Sextam de apostolis, scilicet, Te Domine suppliciter exorare. Septimam in Natali, Quia per incarnati Verbi. Octavam in Epiphania, scilicet, Quia cum unigenitus. Nonam in Quadragesima, scilicet, B Qui corporali jejunio.

XIX. *Ut Divinum Officium distincte celebrent & devote.*

Districte præcipitur, ut sacerdotes Divinum officium nocturnum pariter & diurnum distincte & aperte, quantum Deus dederit, celebrent & devote.

XX. *Ne celebrent super tabulam motam vel fractam, donec consolidetur & consecretur, nec super lapidem portabilem sine capsa: & de ampullis.*

C Præcipitur quod in altari, in quo tabula mota fuerit, vel enormiter fracta, sacerdos non celebret, donec altare consolidetur, & iterum consecretur. Nec super lapidem portabilem sine capsa celebretur. Ampullæ vini & aquæ in ministerio altaris sint mundæ, integræ, vitreæ, stanneæ sive argenteæ. Ad ablutionem manuum vas grandius deputetur.

XXI. *De piscinis & manutergiis.*

Provideant sacerdotes, quod habeant piscinas juxta altaria decentes & mundas, ablutionibus manuum liberum cursum exhibentes: nec sine coopertorio relinquantur. Fontes etiam honeste D obturent, & eos tegi honeste faciant, & sub seris, clavibus adhibitis, custodiri. Juxta etiam altare ad minus tria manutergia habeantur: unum ad primam ablutionem, secundum post Evangelium, tertium post sacramenti susceptionem. Aliud sit pendens circa Missale ad tergendum os & nares, si opus fuerit, sacerdotis.

XXII. *Ut sacerdos sive diaconus corporalia sæpe abluat.*

Sacerdos seu diaconus sæpe abluat corporalia, indutus superpellicio, in vase mundo ad hoc specialiter deputato: & omnes ablutiones, si fieri potest, in piscina reponantur, vel saltem E prima: ceteræ autem in baptisterio. Linteamina altaris, & cetera indumenta sacerdotalia, non nisi a sacerdote vel diacono, vel aliqua matrona honesta vel virgine, sine appositione aliorum pannorum, quando opus fuerit, convenienter abluantur, ita ut munda & nitida conserventur: quia sicut continetur in concilio, nimis absurdum videtur in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis.

XXIII.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

XXIII. *Ut chrisma & eucharistia sub clavibus, & fideli custodia conserventur.*

Statuitur, ut per omnes ecclesias chrisma & eucharistia sub fideli custodia, clavibus adhibitis, conserventur: ut non possit ad illa temeraria manus extendi. Si vero is ad quem spectat custodia, ea iocaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur: & si per ejus incuriam aliquid nefandum inde evenerit, gravius puniatur.

XXIV. *Ne in ecclesiis supellectilia sacerdotis vel clerici alterius conserventur, nisi in casibus concessis.*

In concilio firmiter inhibetur, ne supellectilia sacerdotis propria, sive aliena, in ecclesiis admittantur: nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, propter quas ad eas oporteat habere refugium. Ita tamen, ut necessitate cessante in loca pristina reportentur.

XXV. *Ut quilibet sacerdos librum habeat, manuale.*

Librum qui dicitur manuale, habeant singuli presbyteri parochiales, ubi ordo servitii contineatur. Scilicet baptismi, catechismi, extremæ unctionis, & hujusmodi, & alios libros, in quibus possit competenter Divinum tam nocturnum quam diurnum officium celebrari.

XXVI. *De libris & ornamentis ecclesiis necessariis habendis.*

Sacerdotes servientes ecclesiis procurent, ut sibi sint libri necessarii, & alia ornamenta. Ita quod ad hæc emenda parochialis presbyter ae persona, & alii qui ibi sibi forte aliquos percipiunt reditus vel decimas, pro modulo portionum suarum, si opus fuerit, solvere compellantur.

XXVII. *Ut reditus ecclesiæ & presbyterii in Missalibus scribantur, & ex eis nihil alienetur.*

Præcipitur sacerdotibus, ut omnes reditus ecclesiæ vel presbyterii scribantur in Missalibus suis, & de rebus ecclesiæ vel presbyterii nihil alienetur, nisi per episcopum.

XXVIII. *Ne fiant picturæ inhonestæ in sacro loco, vel in domibus clericorum.*

Imagines vetustate deformatæ, & linteamina sacra vetustate attrita sacris usibus inutilia, in loco mundo comburantur, & pulvis juxta parietem ecclesiæ recondatur: quia possent intuentes ducere in horrorem. Etiam picturæ in monasteriis depictæ, sive aliis sacris locis, aut in domibus clericorum insculptæ, quæ possunt ad lasciviam incitare, sine mora penitus deleantur. Sed & ne talia de cetero præsumantur, firmiter inhibemus.

XXIX. *Ut firmentur ecclesiæ post Divinum officium celebratum.*

Præcipitur sacerdotibus, ut Divino officio celebrato, & populo regresso ad propria, ecclesias firmare studeant diligenter.

XXX. *Ne ædificent in cœmeteriis.*

Nullus de novo ædificare in cœmeterio permittatur, nec domum aliquam, si diruta fuerit, durante per annum ruina, ibi reædificet, nisi de liceutia episcopi speciali. Nec fimus vel immunditiæ in cœmeteriis adunentur.

XXXI. *Ne choreæ in ecclesiis vel cœmeteriis fiant.*

Prohibeant sacerdotes sub pœna excommunicationis choreas in ecclesiis vel cœmeteriis duci. Moneant etiam & ne alibi fiant, quia ut dicit Augustinus: Melius est festivis diebus fodere vel arare, quam choreas ducere. Quam grave sit peccatum choreas & ballationes in sacro loco ducere, perpendi potest ex pœnitentia secundum rigorem canonum talibus injungenda. Si quis ballationes ante ecclesias sanctorum fecerit, emendatione pollicita tribus annis pœniteat.

XXXII. *De vita & honestate clericorum, & ne commercia vel officia sæcularia exerceant.*

Clerici officia vel commercia sæcularia non exerceant, maxime inhonesta. Mimis & histrionibus & joculatoribus non intendant, & tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in ecclesiasticis officiis, & aliis bonis studiis exerceant diligenter.

XXXIII. *Ut clausa desuper habeant indumenta; & ut cappis clausis utantur communiter universi.*

Clerici beneficiati, & in sacris ordinibus constituti clausa desuper deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Si quis autem post statutum hujusmodi, ejusdem transgressor extiterit, per superiorem suum puniatur: & vestis aperta portata in publico pauperibus erogetur. Præcipimus etiam, ut universi presbyteri cappis clausis communiter utantur, alioquin gravissime puniantur, & eis agentibus super hoc exceptio proposita admittatur. Pannis rubeis vel viridibus, necnon manicis, aut sotularibus consutitiis aut rostratis, sellis, frænis, pectoralibus & calcaribus deauratis, non utantur. In sacerdotio vel in personatibus constituti, cappas manicatas non gerant, nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Nec ad partes longinguas aliqua ratione secedant, etiam causa peregrinationis, vel studendi, nisi de nostra licentia speciali.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

XXXIV. *Ne aliquis clericus dictet, scribat, aut proferat litteras pro vindicta sanguinis.*

Nullus clericus sententiam sanguinis dictet aut proferat, aut vindictam sanguinis exerceat, aut ubi exerceatur intersit. Nec quisquam clericus litteras dictet aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas.

XXXV. *Ne beneficiati sint advocati pro pretio: & ne loco laicorum curiam teneant: & ne sint chirurgici.*

Clerici seu beneficiati, seu in sacris ordinibus constituti, non sint advocati pro pretio seu in fraude pretii in curia laicali, nec loco laicorum curiam teneant, nisi de consensu episcopi, nec ballivius eorum licitis præficiantur, nec ullam partem chirurgiæ subdiaconus, diaconus, sacerdos exerceant, quæ adustionem inducit vel incisionem: nec quisquam purgationi aquæ ferventis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendat.

XXXVI. *Quibus temporibus vel diebus non liceat jurare super sacrosancta evangelia.*

Decrevit sancta synodus, ut a Septuagesima usque ad octavas Paschæ, & ab Adventu usque ad octavas Epiphaniæ, necnon & in jejuniis quatuor temporum, vigiliis & Litaniis majoribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum, nisi de concordia & pacificatione, nullus super sancta evangelia jurare præsumat. Et in his diebus non debent sacerdotes laicis reliquias exhibere.

XXXVII. *Item de vita & honestate clericorum, & ne habeant concubinas.*

Continenter & caste vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni vitio libidinis præcaventes, maxime ab illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, ut in conspectu Dei puro corde *, & mundo corde valeant ministrare. Quocirca districtius inhibemus, ut nullus in sacris ordinibus constitutus, aliqua occasione teneat in domo sua vel alibi mulierem, vel personam aliquam, de qua mala suspicio possit oriri, unde populus scandalizetur. Qui autem post sententiam domini Gallonis inde latam, & admonitionem legitimam, focarias, vel mulieres alias cum scandalo tenuerit, sciat se sententia excommunicationis ligatum. Et qui in excommunicatione illa præsumpserit celebrare Divina, irregularis effectus, non sine dispensatione potest amodo celebrare.

* *f.* corpore

XXXVIII. *Ne filii sacerdotum ipsis ministrent in ecclesia circa altare, & ne in eorum domibus commorentur.*

Prohibetur sacerdotibus, ne proles eorum, quam in sacro ordine genuerint, propter scandalum, eis in ecclesiasticis officiis assistat vel ministret, vel ne in eorum domibus commorentur. Et ne in domibus suis habeant aleas vel decios prohibemus.

XXXIX. *Ne laici publice teneat concubinas.*

Prohibeant sacerdotes, ne laici publice teneant concubinas, & qui post admonitionem tertiam tenuerit, tam ipse quam ipsa ab ingressu ecclesiæ arceantur: & si perseveraverint, gravius sunt puniendi.

XL. *Ne antiquæ reliquiæ extra capsam exponantur venales.*

Item in concilio est statutum, quod antiquæ reliquiæ amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec venales exponantur. Inventas autem de novo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Later. IV. c. 62.

XLI. *Ut nullus recipiatur ad prædicandum sine litteris episcopi.*

Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi fuerit ad hoc ab episcopo destinatus. Quæstores quoque eleemosynarum tantum ea dicant populo, quæ in litteris domini Papæ vel episcopi continentur. Qui si alia proposuerint, statim a sacerdotibus eis silentium imponatur. Sacerdos tamen loci populum sibi commissum diligenter inducat ad erogandas eleemosynas, pietatis intuitu, non animo extorquendi.

XLII. *Item ut nullus recipiatur ad quærendas eleemosynas sine litteris episcopi.*

Nullus recipiatur ad quærendas eleemósynas in ecclesia sine litteris episcopi, vel ejus certo mandato: nisi fuerit parochianus ecclesiæ, vel de vicinia notus.

XLIII. *Ut nullus faciat patronis juramentum, antequam sit receptus ab episcopo.*

Nullus clericus patronis faciat juramentum, antequam episcopo sit præsentatus & receptus. Episcopus autem receptum faciat jurare, quod ad patronos accedat, ut debitum faciat juramentum.

XLIV. *De resignationibus, ne fiant nisi in manu episcopi.*

Sed ne resignationes fiant in manus abbatum, vel quorumlibet patronorum, sed in manus episcopi tantum, districtius inhibetur. Omnia beneficia collata sede vacante Bajocensi, & post promotionem nostram, si nobis non fuerint præsentata, in manu nostra capimus, & per manus decanorum volumus & præcipimus detineri.

XLV. *Ne ornamenta ecclesiæ pignori obligentur.*

Statuitur quod ornamenta ecclesiæ non obligentur, nisi de consensu episcopi *.

* *Additum alia manu,* & consilio parochi,

XLVI. *Ut laici filias suos instrui faciant.*

Sacerdotes frequenter moneant parochianos suos, ut filios suos clericos faciant diligenter instrui, & attentius scholas frequentare: quia illitterati non sunt ad ecclesiastica beneficia admittendi.

XLVII.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

XLVII. *Ne ecclesia patrono servagium faciat.*

Prohibetur districte, ne aliqua ecclesia servagium * domino terræ, vel aliquid tale conferre præsumat, donec habeat sui episcopi super hoc consilium, ut ejus auctoritate fiat quod fuerit faciendum.

* al. corvagia

XLVIII. *De firmatione ecclesiarum.*

Nullus ad firmam tradat ecclesiam suam aliquo modo alicui, sed nec ullus recipere præsumat sine nostra licentia vel mandato, districtius inhibemus.

XLIX. *Item de eadem.*

Nullus ad firmam recipiat vel tradat alicui ecclesiam suam ad deserviendam pro se, nisi licentia episcopi speciali. Et nullus habere præsumat cappellanum ad deserviendum secum in ecclesia sua, qui non fuerit de ordinatione ecclesiæ Bajocensis, nisi de licentia episcopi speciali.

L. *Item ut non recipiant ecclesiam ad firmam, nisi habeant perpetuam vicariam.*

Nullus sacerdos curam animarum habens, ecclesiam ad firmam recipiat, nisi in ecclesia C sua perpetuum vicarium habeat. Et tunc illam non recipiat sine licentia nostra speciali. Ceteris autem curam animarum habentibus hoc firmiter prohibemus.

LI. *De liberatione personarum & rerum ecclesiasticarum.*

Præcipitur sacerdotibus, ut cum homo vel res ecclesiæ detinetur, moneant detentorem ut reddat vel recredat: & sacerdos vel decanus cautionem recipiat, non detentor, & coram episcopo vel officiali partibus assignet terminum competentem. Si autem reddere, vel recredere noluerit, & de detentione constiterit, compe- D tenti monitione præmissa, excommunicetur detentor: locum autem in quo res ecclesiæ detinentur, interdicto supponat, si locus est de dominio detentoris.

LII. *Ut condonati signum portent apertum.*

Statuitur quod condonati cujuslibet domus religiosæ aliquod signum in eminenti loco portent ad arbitrium episcopi, & religioni congruentia indumenta, ut per hæc distinguantur ab aliis, & sicut religiosi ab ecclesia defendantur: & ad hoc faciendum per suos presbyteros compellantur.

LIII. *Ut nullus de manu laicali decimam recipiat.*

Nullus laicus, vel clericus, vel religiosa persona, recipiat decimam de manu laicali, nisi per episcopum.

LIV. *Ne quis intret possessionem decimæ sibi collatæ a laico.*

Nullus clericus vel religiosus intret possessionem decimæ sibi collatæ a laico, vel ecclesiæ A occasione juris patronatus sibi a laico collati, vel aliter acquisiti.

LV. *Ut nullus portet magnum cultellum cum cuspide.*

Districte præcipitur ne sacerdotes magnum cultellum portent cum cuspide, nec clerici, sacerdotes, vel alii in sacris ordinibus constituti, nisi justi causa timoris.

LVI. *Ne laici faciant testamenta in absentia sacerdotis.*

Sacerdotes frequenter prohibeant laicis, ne B testamenta sua faciant sine præsentia sacerdotis, nisi in necessitate.

LVII. *De morte intestatorum, ut statim nuncietur episcopo, officiali, vel decano.*

Volumus & præcipimus, quod si aliquis sacerdos aliquem moti novit intestatum, quod hoc statim quam cito poterit, nobis, vel officiali nostro, vel saltem decano loci, nunciare procuret; & hoc sub pœna suspensionis dignum duximus omnibus intimandum.

LVIII. *Ut immobilia de bonis ecclesiæ acquisita, illis ecclesiis legentur.*

Præcipitur sacerdotibus ut immobilia de bonis ecclesiæ acquisita, tantummodo suis legent ecclesiis, de jure enim aliud facere non possunt: de mobilibus autem sacerdotes rationabile possunt facere testamentum. Domus autem utensilia successoribus suis relinquantur, saltem quod eis sufficiat competenter.

LIX. *De citationibus & excommunicationibus faciendis.*

Super citationibus factis a curia nostra, & excommunicationibus ferendis vel absolutionibus faciendis, non credatur sine litteris episcopi. Quin presbyteri sententias audacter denuncient, latas districte servent, nec amore parcentes alicui, nec timore. Nullus, quacumque ex causa excommunicatus, etiamsi cum adversario composuerit, pro absoluto habeatur, nisi per litteras excommunicatoris vel superioris.

LX. *De officio decanorum.*

Cum aliquid mandabitur decanis, si alias commode certificare curiam non poterunt, apponant sigilla sua litteris curiæ, in signum quod mandatum curiæ executioni demandarunt.

E

LXI. *Qualiter absolvendi sunt excommunicati.*

Quando aliquis est excommunicatus, absolvendus est solemniter cum psalmo pœnitentiali, scilicet Miserere mei Deus, & cum oratione devota, & cum gravitate est absolutio impendenda. Et tunc super hæc pars adversa certificatur.

LXII. *Qui fiat ex facto excommunicati.*

Sciendum etiam, quod excommunicati sunt ipso facto qui in clericos, vel quoscumque religiosos injiciunt manus violentas, & incen-

ANNO CHRISTI circiter 1300.

diarii cœmeteriorum ecclesiarum, & qui litteras domini Papæ falsat, vel ad hoc aliquod adminiculum præstat, vel etiam falsatas penes se ultra quindecim dies servat, vel etiam falsis utitur etiam ignoranter, si crassa sit ejus ignorantia & supina.

LXIII. *Quod excommunicentur sortilegia facientes.*

Excommunicamus sortilegia de sacramentis ecclesiæ facientes: & qui malitiose procuraverunt abortivum, ex quo sententiam excommunicationis propter hoc latam audierint: & qui ad conjungendum vel disjungendum falsa matrimonia, vel ad exeredendum aliquem, scienter deponent testimonium falsitatis. Et tales sunt per episcopum, vel ejus pœnitentiarium absolvendi. Has autem sententias in suis ecclesiis frequenter denuncient sacerdotes.

LXIV. *Quod excommunicati a domino Papa, a quolibet sacerdote in necessitate possint absolvi.*

Sciendum quod excommunicatus a domino Papa, a quolibet sacerdote absolvi potest in articulo mortis: satisfactione præmissa, si pro offensa vel pro soluto prius judicato, si pro re judicata excommunicatione fuerit innodatus (si tamen de hoc habuit facultatem) recepto prius juramento, quod quam cito habuerit opportunitatem, excommunicatoris sui adibit præsentiam, mandato ipsius pariturus. Si autem infirmus vel offensam emendare non poterit, vel solvere judicatum: inducendus est hæres ut hoc faciat, non tamen est per pœnitentiarium compellendus.

LXV. *Ut de omnibus in extremis absolvatur.*

Pium videtur & tutum, ut quilibet sacerdos infirmum in extremis laborantem absolvat de omnibus, de quibus absolvere eum potest.

LXVI. *De observantia jejuniorum.*

Sacerdotes præcipiant omnibus ætatem habentibus instituta jejunia observare, ut jejunium Quadragesimale, quatuor temporum, vigiliis Natalis Domini, & Assumptionis B. Mariæ, beati Joannis Baptistæ, apostolorum Petri & Pauli, beati Matthæi, Simonis & Judæ, beati Andreæ, beati Laurentii martyris, omnium Sanctorum. Jejunium in majori Litania, scilicet in festo beati Marci evangelistæ, in diebus Rogationum. Si qua de vigiliis prætaxatis die Dominica evenerit, indicendum est jejunium sabbato præcedente.

LXVII. *De solemnitatibus faciendis.*

Pronunciandum est laicis, ut sciant feriandam per annum omnem Dominicam. Feriandi autem per annum isti sunt dies, Natale Domini, * S. Joannis evangelistæ, Innocentium, S. Silvestri, octavæ Domini, Epiphania, Nativitas S. Mariæ, Annunciatio, Purificatio, & Assumptio ipsius, & Conceptio, dies Parasceve cum omni reverentia & honore, sanctum Pascha, cum duobus diebus sequentibus ad minus, Ascensio Domini, Inventio sanctæ Crucis, sancti dies Pentecostes, S. Joannis Baptistæ Nativitas & Decollatio, duodecim Apostolorum, & maxime Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Philippi & Jacobi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, qui sua prædicatione Mundum illuminaverunt, S. Laurentii, S. Michaelis archangeli, Dedicatio cujuslibet oratorii, & omnium Sanctorum, & S. Martini, & S. Mariæ Magdalenæ. Et illæ festivitates, quas singuli presbyteri in suis parochiis ab antiquo collaudaverunt cum populo, quæ vicinis tantum commorantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquas autem festivitates per annum cogendi non sunt ad feriandum, sed monendi ut morem antiquorum observent.

* Deest S. Stephani.

LXVIII. *In quo gradu possint matrimonia copulari.*

Sciendum est quod in quinto gradu consanguinitatis & affinitatis, & supra, possunt modo licite matrimonia copulari.

LXIX. *Quomodo fiant sponsalia.*

Prohibemus sub pœna excommunicationis & magnæ emendæ, ne aliquæ personæ consentiant matrimonialiter per verba de præsenti, donec sint ante fores ecclesiæ, quando nuptialis benedictio debet celebrari: possunt tamen fidem dare inter se matrimonio contrahendo, si sancta ecclesia id poterit sustinere. Et hoc tamen non fiat sine præsentia sacerdotis, vel alicujus clerici ad hoc specialiter ab ipso missi.

LXX. *De termino nuptiarum ad inquirendum de consanguinitate & affinitate.*

Volumus autem quod terminus nuptiarum prætaxatus tantum contineat temporis intervallum, quod intra se habeat tres dies Dominicos, vel festivos & solemnes a se invicem distantes, in quibus, quasi tribus edictis perquirant sacerdotes, & populo sub pœna excommunicationis de legitimitate sponsi & sponsæ, qui debent conjungi, utrum sit inter eos consanguinitas vel affinitas, vel aliud impedimentum matrimonii. Quod si fuerit propositum, ad episcopum vel officialem quæstio referatur.

LXXI. *De prohibitione clandestini conjugii, & de pœna eorumdem.*

Clandestina conjugia penitus inhibemus, prohibentes etiam ne aliquis sacerdos talibus interesse præsumat: statuentes, ut cum matrimonia contrahenda fuerint in ecclesiis, presbyteri publice proponant competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentum apponat. Et etiam tunc ipsi presbyteri nihilo minus investigent utrum aliquod impedimentum obsistat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura contra copulam contrahendam, contractus impediatur expresse, donec, quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis. Si quis vero hujusmodi clandestina conjugia inire præsumpserit in gradu prohibito, etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta, illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium. Cum autem taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores videantur, pari modo proles illegitima censeatur. Si vero ambo parentes legitimum impedimentum scientes,

ANNO CHRISTI circiter 1300.

tes, præter omne interdictum in conspectum ecclesiæ etiam contrahere præsumpserint: sane parochialis sacerdos qui tales conjunctiones prohibere contempserit; aut quilibet alius etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Sed & huic qui taliter copulari præsumpserit, etiam in gradu concesso, cum * digna pœnitentia conjungatur. Si quis ad impediendam legitimam copulam malitiosum impedimentum objecerit, ecclesiasticam non effugiet ultionem.

* Corr. condigna pœnit. injungatur.

LXXII. *Ut in nuptiis sortilegi excommunicentur.*

Semper prohibeantur sub pœna excommunicationis in nuptiis sortilegia fieri. Si autem in computationem graduum aliqua dubitatio emerserit, in hoc definitio episcopi requiratur. Nec aliquis sacerdos in casu dubio audeat perficere matrimonium episcopo inconsulto: sed ad episcopum referat, quæcumque emerserit, super matrimoniis quæstiones.

LXXIII. *Ne alter conjugum transeat ad religionem, nisi per episcopum.*

Prohibeant sacerdotes sub excommunicatione publice in ecclesia, ne alter conjugum ad religionem transeat aut recipiatur, nisi per episcopum.

LXXIV. *Ut moneatur populus inungi quotiens necesse fuerit.*

Ad sacramentum extremæ unctionis moneant sæpe sacerdotes populum, non tantum divites, sed etiam pauperes, & omnes, maxime a XVI. annis & supra. Et omnibus communiter, cum fuerit necesse, exhibeant se paratos, sanctum oleum ad eos cum magna reverentia & honore deferentes. Doceant sæpe sacerdotes populum, hoc sacramentum licite posse iterari, & sæpe recipi in qualibet magna infirmitate, unde mortis est metus, & post receptum reverti licite ad opus conjugale.

LXXV. *Ut medici primo faciant ad vocari medicos animarum.*

Can. IV. c. 11.

Statutum est in concilio & districte injunctum medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut medicos advocent animarum: ut postquam infirmo fuerit de spirituali salute provisum, ad corporalia medicinæ remedium salubrius procedatur. Ceterum autem cum anima multo sit pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibetur, ne quis medicorum pro corporali salute, aliquid ægro suadeat, quod in periculum animæ illius convertatur.

LXXVI. *Ut singuli sacerdotes habeant calices in quibus communicent infirmi.*

Singuli sacerdotes singulos habeant calices, in quibus communicent infirmi, qui decori sint & mundi, ut in eis infirmorum devotio excitetur. Nec permittantur diaconi deferre infirmis sanctum corpus Dei, nisi in necessitate, cum sacerdos fuerit absens, vel infirmus: sed semper cum magna reverentia & maturitate

A idem deferat in pyxide idonea bene clausa, propter casum, & in eundo ad infirmum & redeundo, si tanta fuerit via, psalmos pœnitentiales dicat, & litaniam. Frequenter moneantur laici, & etiam pueri, ut si viderint deferri sanctum corpus Christi, statim flectant genua sua Domino & creatori suo, & junctis manibus, quousque transierit, orent.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

LXXVII. *Quomodo exhibendum sit corpus Christi infirmis debilitatis.*

Si quid de corpore Christi in ore infirmi remanserit, vel inde exierit, quod ab eo recipi non possit, aliquam formam habens: ab ipso B sacerdote convenienter debet sumi; vel comminutum in calice cum modico vini, alicui habenti bonam conscientiam dari. Si autem infirmus adeo fuerit arctatus, quod sub magna forma corpus Domini recipere non possit, sub minima ei detur in calice comminutum, & cum modico vini in ore infirmi instilletur: & maxime si sine scandalo aliter fieri non possit, ne infirmus abire sine viatico videatur.

LXXVIII. *Ne infirmis pœnitentia injungatur, sed quando convaluerint.*

Ab infirmis & in mortis periculo constitutis pura est inquirenda peccatorum confessio, non C pœnitentia injungenda. Eis tamen est intimandum, ut conterantur & doleant de peccatis suis universis & singulis, non tantum timore pœnæ quam peccando meruerunt, sed quia Deum patrem & redemptorem suum offendere præsumpserint, acerbitates ægritudinis quasi flagella pii patris, quamdiu placuerit, cum gaudio sustinentes. Si autem convaluerint, statim ad sacerdotem accedere debent, & tunc eis pœnitentia competens injungatur.

LXXIX. *Ut ecclesiastica sacramenta libere exhibeantur.*

Can. III. c. 7.

In concilio prohibetur, ne quis sacerdos pro D benedictionibus nubentium, exequiis mortuorum, & aliis sacramentis, pecuniam extorquere præsumat, aut plegios exigat, aut propter hoc fictitia impedimenta opponat. Debent tamen a parochianis quibus impensa sunt sacramenta piæ consuetudines observari, & libera sacramenta ecclesiastica conferri. Et sunt per episcopum compescendi, qui laudabilem consuetudinem malitiose nituntur immutare. Et ideo inhibetur, ne sacerdos aliis in casibus, hujusmodi audeat jus sibi dicere, sed apud superiorem querelam deponat.

LXXX. *De confessione semel in anno facienda.*

E Docetur maxime ante Quadragesimam omnis utriusque sexus fidelis, quod postquam ad annos discretionis venerit, omnia sua fideliter confiteatur peccata, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam pro viribus suis studeat adimplere. Diligenter autem & attente moneantur non minus universi, ut quotiens crediderint se incidisse in mortale, totiens confiteantur sine mora. Si quis autem alieno sacerdoti justa de causa voluerit sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter illum non possit solvere vel ligare. Sacer-

dos

ANNO CHRISTI circiter 1302.

dos autem sit cautus & discretus, ut more periti medici superfundat vinum & oleum vulneribus fauciati; diligenter inquisens & peccatoris circumstantias & peccati. Caveat autem sacerdos omnino, ne verbo, aut signo, aut aliquo modo quovis, prodat aliquatenus peccatorem: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione caute requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum revelare præsumpserit, non solum a sacerdotali officio deponendum decrevimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

LXXXI. *De loco & modo confessoris confessiones audientis.*

Ad audiendam confessionem, eminentem locum sibi eligant sacerdotes, ut communiter possint videri: & in locis abditis extra ecclesiam nullus recipiat confessionem, nisi in necessitate. In confessione habeat sacerdos vultum humilem & oculos in terram, nec indiscrete vel frequentius faciem respiciat confitentis, maxime mulieris: & patienter audiat quæ dixerit, in spiritu lenitatis, & ei pro posse suo pluribus modis persuadeat ut confiteatur integre, nude, vere; aliter dicat ei non valere.

LXXXII. *Ne inquirant nomina personarum, sed tantum circumstantias.*

In confessione sibi caveant sacerdotes ne inquirant nomina personarum, cum quibus peccaverunt confitentes, sed circumstantias tantum quæ possunt aggravare peccatum.

LXXXIII. *Ne sacerdotes injungant Missas confitentibus.*

Consulimus & monemus, ne sacerdos injungat Missas confitentibus, sed ut cupiditatis vitium fugiat in hac parte, fructum qui ex tali injunctione solet sacerdotibus convenire, censeat pauperibus erogari. Et si forte aliquando injunxerint, non recipiant ipsi denarios: sed
D pœnitentibus injungant, ut sacerdotibus distribuant quibus viderint expedire.

LXXXIV. *De investigatione peccatorum, & quæ pœnitentia injungenda.*

Quia per experientiam certam didicimus, pro fornicatione, vel etiam peccatis majoribus, fere nullam, vel minimam pœnitentiam pœnitentibus injungi a sacerdotibus ignorantibus, seu negligentibus canonica instituta: præcipimus, quod sacerdotes studeant inquirere diligenter & peccata usitata, & usitatas circumstantias peccatorum, maxime gulæ, luxuriæ, & cupiditatis, quibus genus humanum corrumpitur & fœ-
E datur. Vitium autem gulæ in excessu circa potum & cibum ostenditur, quod maxime fit in quinque. Inquiratur igitur pœnitens, utrum aliquando excessum fecerit, quærendo cibos nimis sumptuosos, & nimium delicatos: sicut dives in evangelio, qui epulabatur quotidie splendide, & Judæi qui carnes in deserto cupierunt. Item utrum peccaverit in nimia ciborum etiam vilium sumptione, sicut Sodomitæ, quorum peccatum fuit abundantia panis. Item utrum peccaverit sumendo cibum cum nimia aviditate, sicut Esau; vel cum nimio apparatu, sicut

A filii Heli; sive ante horam, ut Jonathas. Quod qui fecerit, moneatur a talibus abstinere, & curare contraria contrariis studeat diligenter. Hi siquidem sunt satellites Nabuzardan, qui interpretatur princeps coquorum, qui Hierusalem, id est fidelem animam, funditus destruxerunt.

LXXXV. *Ut omnes a crapula & ebrietate se abstineant.*

A crapula & ebrietate omnes, clerici maxime, diligenter abstineant, & vinum sibi temperent & se vino: nec ad bibendum quempiam incitent, nec quisquam se obliget ad potus æ-
B quales: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi commonitus a superiore satisfecerit competenter, a beneficio vel officio suspendatur.

LXXXVI. *Ut præcipiant tabernariis, ne in locis circumjacentibus congregentur.*

Ex hoc idem præcipiant populo sacerdotes, firmiter injungentes dominis tabernarum vel custodientibus tabernas, ne in domibus suis vel in locis circumadjacentibus, cum parochianis suis causa potationis sustineant conventicula congregari: ostendentes eis quod talis potatio in-
C numerabilium est occasio peccatorum. Si autem tertio admoniti, huic salubri statuto acquiescere noluerint: tam ipse quam familia ejus, ab ingressu ecclesiæ arceantur.

LXXXVII. *Qui mittendi sint ad papam, & qui ad episcopum.*

Incestum faciens, currumpens, aut homicida,
Sacrilegus, patrum percussor, cum sodomita,
Clerum percutiens, Romam petit. Excipiuntur
Nescius, erudiens, leviterque jocans, minor ætas,
Janitor officii prætextu forte repellens,
Adjunctus cum personis feriens coeuntes.
Fæmineus sexus, claustralis, & ægra senectus,
Pontificem quæras: papam, si miseris ignem,
Si percussisti clerum, simonita fuisti,
Si male de bulla papæ tractaveris ulla.

LXXXVIII. *Ne Prior ultra summam centum solidorum mutuo recipiat.*

Statuimus & præcipimus ut prior non conventualis, ultra summam centum solidorum Turonensium, ab aliquo, sine licentia abbatis sui, vel nostra, si remotus fuerit abbas, mutuo pecuniam non accipiat. Quod si forte fecerit, abjiciatur a prioratu, nec prioratum denuo valeat adipisci, quousque per nos vel per provinciale concilium fuerit restitutus: nisi forte prio-
E ratus ita abundet in redditibus, quod priori ultra dictam summam pecuniæ accipere mutuo sit necesse. Et ex tunc ultra summam centum solidorum Turonensium accipere non præsumat. Eidem pœnæ subjaceat prior, qui quantulamcumque summam pecuniæ mutuo acceperit a Judæo. Abbas autem qui sine licentia nostra a Judæo pecuniam mutuo acceperit, suspendatur.

LXXXIX.

LXXXIX. *De computatione obedientiariorum.*

Statuimus, ut abbates, priores, & alii obedientiarii, de singulis proventibus & redditibus & expensis, singulis annis diligenter computent in capitulo ter vel quater in anno ad minus, ut status tam abbatiarum, quam prioratuum, a claustralibus cognoscatur. Et compotus redigatur in scriptis: ita quod conventus penes se retineat unum, & abbas unum, & ballivus domus tertium.

XC. *Ne abbas mutuo accipiat pecuniam ultra summam sibi taxatam.*

Nullus abbas mutuo accipiat pecuniam, sine capituli sui vel majoris & sanioris partis licentia, ultra summam a nobis taxatam & expressam in ordinatione, quam tradidimus cuilibet monasterio in nostra diœcesi constituto.

XCI. *Ut statuta serventur, & ut nullus religiosus fidejubeat ultra summam x. librarum.*

Præter hæc districte præcipimus, quod omnia statuta quæ in ordinatione summi pontificis de statu regularium edita continentur, diligentius observentur. Qui vero contra hoc fecisse, tempore visitationis episcopi, invenintur, sciat se gravissime puniendum. Item statuimus quod nullus abbas, prior, vel monachus, fidejubeat ultra summam decem librarum Turonensium, sine mea licentia speciali.

XCII. *De statutis monialium.*

Propter scandala quæ ex monialium conversatione proveniunt, statuimus de monialibus nigris, ne aliquod depositum recipiant in domibus suis, maxime arcas clericorum, vel etiam laicorum, vel causa custodiæ apud se minime deponi præsumant. Pueri & puellæ qui ibidem solent nutriri & instrui, penitus expellantur. Et omnes simul comedant in refectorio, & in dormitorio solitarie dormiant, & omnes simul comedant. Cameræ autem monialium omnes destruantur, nisi aliqua per inspectionem nostram necessaria retineatur, ad infirmariam faciendam, vel alia de causa, quæ nobis justa & necessaria videatur. Item moniales nullatenus exire permittantur, & extra pernoctare, nisi forte ex causa magna & raro. Et abbatissis injungimus, ne aliter permittant egredi moniales. Et si aliquando abbatissa ex justa causa aliter permittat, eidem injungat quod sine mora revertatur, & det ei sociam, non ad voluntatem suam, sed quam viderit expedire. Item ostia suspecta & superflua obstruantur. Circa hæc autem diligentiam adhibeant & curam, per se & per ministros suos, & vitas & conversationes ipsarum taliter restringant, quod per earum diligentiam scandala quæ de eis juste proveniunt, sopiantur.

XCIII. *De restauratione prioratuum, & ne qui censum vel pensionem exigant.*

Statuimus ut in locis sive prioratibus, ubi congregatio conventualis solet esse, si facultates ipsius ecclesiæ suppetant, conventus restauretur ibidem. Et monemus abbates & priores conventuales, quod tot servitores in abbatiis & prioratibus sibi subditis instituant (si ad hoc facultates locorum sufficiant) quot ibi solent deservire. Statuimus & ne qui pensionem vel censum exigant, nisi quam exigere solent & recipere ab antiquo: nisi forte alicui ex justa causa permittatur. Nemo privatas vel adulterinas pensiones de ecclesiis vel ecclesiasticis beneficiis solvere deinceps vel recipere præsumat. Quod qui fecerit, omni ecclesiastico beneficio privatus, excommunicationi subjacebit.

XCIV. *Ne fiant excommunicationes generales.*

Statuimus ut omnes nobis subjecti, tam ordinarii, quam ab ordinario delegati, temperent se & refrænent a generalibus excommunicationibus: ne in generali participantes excommunicent, nisi communicaverint in crimine delinquendo.

XCV. *Ne decanus cognoscat causas matrimoniales.*

Prohibemus districte, ne decanus sive monachus, vel quicumque alius cognoscat de causis matrimonialibus: donec super his privilegium sedis apostolicæ, vel auctoritatem se habere probaverit, quod ab antiquo sic fuerit consuetum. Sed cum in eorum auditorio talis quæstio devenerit: eam nobis vel officiali nostro sine moræ dispendio studeant nunciare, ad nostrum examen partes in competenti termino remittentes.

XCVI. *Ne personæ ecclesiasticæ de rebus ecclesiasticis litigent coram judice sæculari.*

Inhibemus ne monachi, vel aliæ personæ ecclesiasticæ, de causis quæ tantum in foro ecclesiastico tractari consueverunt & deberent, deponant querimoniam coram judice sæculari: nisi a nobis habuerint super hoc licentiam specialem.

XCVII. *Ne emendæ propter concordiam sumantur.*

Firmiter præcipimus, si partes litigantes coram nobis seu archidiaconis vel decanis ruralibus sine licentia eorum componant, neutra pars prætextu alicujus consuetudinis emendam propter hoc judici solvere teneatur.

XCVIII. *Ne decanatus tradatur in firmam.*

Statuimus ut decanatus ab archidiacono non vendatur, seu ad firmam tradatur, sed gratis concedatur: nec hoc licebit fieri, licet gratis detur, sine nostra licentia speciali: ita tamen quod de emendis jurati superioribus respondebunt.

XCIX. *Ut curati studeant in theologia.*

Præcipimus, ut curati clerici qui habent vicarias perpetuas in suis ecclesiis, si sint docibiles, studeant principaliter in theologia, nisi justa, & rationabili causa cum eis aliter duxerimus dispensandum: & nisi sint in sacris ordinibus constituti, ad sacros ordines promoveantur, & in suis ecclesiis deserviant in ordine sacerdotali, si de eorum & vicariorum extiterit voluntate, vel alibi in eodem ordine de nostra licentia Domino studeant deservire.

C.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

A

C. *Ne causæ ecclesiæ tractentur in modum curiæ secularis.*

Item præcipientes inhibemus ne causæ ecclesiasticæ coram decanis ruralibus, vel quocumque judice tractentur per modum curiæ sæcularis.

CI. *Ut mortuo vicario vicaria personatui accrescat.*

Statuimus, quod vicario perpetuo cedente vicaria accrescat personatui: & ex tunc personæ illius ecclesiæ non per vicarium, sed per se ipsum ibi deserviat in ordine quem ipsius ecclesiæ cura requirit.

CII. *Ut personæ domos ædificent in solo ecclesiæ.*

Præcipimus quod personæ ecclesiarum parochialium, qui habent redditus abundantes, domos in solo ecclesiæ studeant ædificare competentes. Vicarii vero perpetui, quibus ad hoc omnino non suppetunt facultates, pro posse suo ad hoc laborent, ut a personis suis juventur, secundum portionem quam in eisdem percipiunt annuatim.

CIII. *De rebus episcopalibus non celandis vel retinendis.*

Prohibemus sub pœna excommunicationis, ne quis de jure episcopali ecclesiæ Bajocensis aliquid retinere, vel celare præsumat: & quicumque de jure episcopali aliquid imminuerit, vel retinuerit, vel celaverit scienter, si infra octo dies a tempore scientiæ hoc quod detinet nobis non restituerit, vel de eo non satisfecerit, vel nobis non revelaverit jus episcopale imminutum sive retentum, ex tunc ab officio noverit se suspensum.

CIV. *De officio advocatorum.*

Item statuimus, quod unusquisque advocatus juret se fideliter officium suum facturum, & quod injustas causas sive desperatas non sustinebit, nec instrumenta partis adversæ subtrahet, vel subtrahi faciet, nec exceptionibus falsis, seu per malitiam excogitatis, quod sciat, utetur, nec procurabit quod falsi testes vel subornati, seu falsa instrumenta, in sua causa producantur. Et quod clienticuli sui causam, nisi in quantum credet quod faciat ad utilitatem clienticuli sui, non prorogabit: & quod de his quæ in curia facta fuerint, de quibus a judice inquisitus, veritatem non celabit secundum credulitatem suam: & quod si non crediderit se sufficienter * defensioni causæ suæ, cum peritioribus consilium habebit, & libellum & acta in causis susceptis fideliter pro posse suo conficiet manu propria, vel ea, si scribere nescierit, vel noluerit, scribi faciet.

* f. sufficientem

CV. *Ne clerici vel monachi sint negotiatores.*

Item statuimus, ne monachi vel clerici aliqui aliquam negotiationem exerceant causa lucri, vel irreverenter se immisceant contractibus laicorum: monachos autem ecclesias vel beneficia ad firmam retinere omnibus modis prohibemus.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

CVI. *Ne permittantur causæ seculares in loco sancto tractari.*

Item firmiter prohibemus, ne rectores ecclesiarum permittant judices in ecclesia vel in cœmeterio causas illas tractare, quæ pœnam sanguinis, vel alias corporalem inducunt, & ne submonitiones vel banna laicalia sustineant fieri in eisdem.

CVII. *Ut de vacatione ecclesiarum certificetur episcopus.*

Item præcipimus omnibus decanis & presbyteris nobis subditis, quod cum ecclesia aliqua ex ipsorum vicinia fuerit viduata rectore, vacationem, & ad quem jus pertinet patronatus, & numerum parochianorum, atque valorem ecclesiæ, quam cito hoc sciverint, nobis significare procurent, vel saltem propinquiori decano, & decanus hoc nobis studeat nunciare.

B

CVIII. *Ut sacerdotes episcopo vel pœnitentiali suo semel in anno confiteantur.*

Districte præcipimus, quod quilibet sacerdos, maxime curam animarum habens, cappellanus, seu vicarius perpetuus temporalis, nobis, vel pœnitentiariis nostris, saltem semel in anno, sua fideliter confiteatur peccata: cum ab alieno sacerdote, qui curam animarum non habet, absolvi non possint, & absolutio * facta alii quam suo prælato, nullius noscatur esse momenti. In necessitate tamen aliis litteratis sacerdotibus poterunt confiteri: sed propter hoc non omittant, quia ad nos vel pœnitentiarios nostros veniant saltem semel in anno.

C

* Cor. confessio

CIX. *Ut ad ordines successive accedant.*

Præcipimus omnibus clericis habentibus ecclesias, personatus, vicarias, ut ad singula tempora ordinum se ordinandos offerant, & in ecclesiis suis residcant, nisi eis aliter facere permittatur de nostra licentia: qui vero ab ecclesia sua per mensem abesse præsumpserit, & in ea non resederit ut tenetur, sciat se auctoritate Lateranensis concilii ecclesia sua privatum, & auctoritate nostra prædictum mandatum executioni mandandum.

D

Later. III. c. 13.

CX. *Ut die ante ordines veniant.*

Volumus insuper, quod die Veneris ordines præcedente, ad nos, vel ad mandatum nostrum accedant, ut examinari valeant & scribi nomina eorum; & antequam ordines recipiant, nobis vel pœnitentiario nostro confiteantur: quia sæpe contingit, quod pro simplicitate confessoris plures irregulares irregulariter ordinati sunt.

E

CXI. *Ne ab alio quam a proprio episcopo se faciant clerici ordinari.*

Prohibemus ne aliquis clericus diœcesis nostræ ab alio se faciat ordinari, nisi licentiam a nobis super hoc obtinuerit specialem, nec taliter ordinati in ordine sic suscepto ministrare præsumant, sine nostra licentia vel sententia speciali.

CXII.

ANNO CHRISTI circiter 1300.

CXII. *De sententia domni Galonis.*

In nomine Domini: Nos Galo miseratione Divina sanctæ Mariæ io Porticu diaconus cardinalis, apostolicæ sedis legatus, excommunicamus omnes sacerdotes & clericos quoscumque, qui post legitimam commonitionem focarias vel mulieres alias, de quibus mala suspicio possit suboriri, in domibus suis, vel alibi, unde populus scandalizetur, duxerint retinendas: nisi sint clerici, qui in minoribus ordioibus contraxisse probentur, qui tamen cum uxoribus non debent ecclesiastica beneficia retinere. Moneantur autem oe matres aut sorores, aliasve personas conjunctas secum habeant, cum quibus etsi nihil sævi criminis naturale fœdus existimari permittat, frequenter tamen suggereote diabolo noscitur sæpe facinus perpetratum fuisse.

CXIII. *Item de eadem.*

Prohibemus etiam sub eadem excommunicatione, ne sacerdotes vel clerici, occasione alicujus consuetudinis, pro baptismo, sepultura, benedictione, aliisve sacramentis ecclesiasticis, aliquid exigere vel extorquere præsomant: sed ea fideliter, & sine difficultate studeant canonice ministrare. Moneantur tamen laici diligenter, ne hoc quod pro reverentia sacramentorum devotio introduxit, velint ex avaritia aliquatenus revocare. Item ne sacerdotes de cetero utantur cappis manicatis, & oe io sacris ordinibus constituti manicas consutitias vel sotulares rostratos, vestesque rubei coloris ha- A beant, consimili districtione prohibemus. Decanis quoque & archidiaconis, ne vestes rubei coloris vel viridis habere præsumant, & specialiter archidiaconis & præpositis, qui habent curam aoimarum, ne cappas foratas habeant manicatas; monachis etiam, ut cappis sumptuosis & nisi nigris de cetero non otantur, sub eadem pœna duximus inhibendum. Inhibemus etiam omnibus tam monachis quam clericis sub excommunicationis vinculo, ne fœnus exerceant; & ne aliquam negotiationem exerceant inhonestam prohibeantur districte. Ut antem ab omnibus in tonsura, & habitu, & conversatione, honestas ecclesiastica observetur: districte præcipimus universis prælatis sub atte- B statione Divini judicii firmiter injuogentes, ot omnia prædicta observent, & quantum in ipsis erit, faciant monitione præmissa a subditis per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari.

ANNO CHRISTI circiter 1300

DE SYNODIS DIOECESANIS

Deinceps non edendis

ADMONITIO GAB. COSSARTII.

Hactenus synodalia, quæ occurrerant, singularium diœcesεon statuta edidimus: cum & minus multa reperirentur, & ex iis mores ac disciplinam obscuriorum temporum intelligere liceret. Nunc ab iis ut abstineamus, contrariæ prorsus rationes faciunt. Et vero nimia eorum esset moles, fructus C exiguus. Hanc ipsam Bajocensem synodum prope omittendam ducebam, nisi & eam a Sirmondo nostro laudatam intellexissem, & tanquam exemplar ceterarum proponere visum esset. Nam ceteræ, non res tantum easdem, sed eadem prope habent verba. Quod si quid forte sit in iis, quod scire sit operæ pretium: e provincialibus, quas non negligimus, petitum est.



CONCILIUM AUSCITANUM,

Anno Domini MCCC. celebratum.

Nunc primum prodit ex codice MS. illustrissimi archiepiscopi Remensis coadjutoris Mauritii Caroli Tellerii.

Incipiunt constitutiones provinciales Au- D scitaniæ provinciæ editæ sub anno MCCC.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De libertate electionum.*
2. *Contra illos qui occupant bona defunctorum.*
3. *De bonis vacantium ecclesiarum.*
4. *De iatrusis in beneficia curata.*
5. *De intrusis in alia beneficia.*
6. *Ut nullus patronus a præsentato per ipsum aliquid extorqueat.*
7. *Ut præsentato congrua portio assignetur.*
8. *De iis qui impediunt possessionem pacificam curati beneficii.*
9. *Quod septennium ad studia semel in vita concedatur eidem personæ in uno vel pluribus beneficiis institutæ.*
10. *Ut nullus parochialem recipiat ecclesiam, non intendens ordinari.*
11. *Quod unus non occupet nisi unum officium.*
12. *De temporibus ordinandi.*
13. *De ætate requisita in curato.*

CAPITULA.

I. *De libertate electionum.*

PUblicamus & præeipimus observari, ut quicumqne electionem, postulationem, provisionem canonieam, beneficiorum, dignitatum, administrationum eeelesiasticarum, impediverint patenter vel clam; ut cuncti qui per se vel alios gravare præsumpserint electores in personis beneficiariis, vel aliis bonis suis ecclesiasticis * movet eeteraque loca pia E consanguineorum, vel bona prædictorum, pro eo quod rogati, seu alias inducti, eum pro quo rogabantur, seu inducebantur, eligere seu præsentare noluerint, sint ipso facto exeommunieationis vinculo innodati. Et ultra hoc, eleriel vel regulares, privati omnibus ecclesiastiois beneficiis, dignitatibus, administrationibus, seu prioratibus, quæ obtinent; & indigni ac inhabiles ad quæ-

ANNO CHRISTI 1300.

quævis beneficia miniſtratinnes, vel honores eccleſiaſticos nlterius aſſequendos. Si laici ſuerint, præter dictam excnmmunlcationis ſenteotiam, ipſnrum ſamiliæ ioterdictn eccleſiaſtico ſint ſubjectæ: nullaque enrum poſteritas, uſque ad quartam incluſive progeoiem, quodcumque beueficium eccleſiaſtieum vaieat nbtinere. Quæ ſeotentiæ relaxari nnn poſſunt, præterquam in articulo mortis, oiſi auctnritate ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Inſuper laicorum prædicturum poſteritas uſqun ad quartum gradum, ad beocficia eccleſiaſtica qnælibet aſſeqnenda io eccleſiis civitatis diœceſis, in quibus talia perpetrarunt, ſit iobabilis & indigna.

II. Coatra illos qai occupant bona defanctorum.

Quæcumqne eapitula, conventus, collegia, & ſingulares perſunæ, eccleſiarum eathedralium, regularium, & collegiatarum vacaotinm, bona ipſarum nccupaverint in earnm diſpendium & jacturam; an ipſn ſint & tamdiu maneant ab nfficlo, & beoeficiis quibuſcumque ſuſpenſi, donee pleoe reſtitucrint id quod de boois acceperint ſupradictis.

III. De bonis vacantium eccleſiarum.

Epiſcopi, abbates, vel alii qnicumque regulares, ſæculares prælati, ſen perſonæ eccleſiaſticæ, qui vel quæ bona dignitatum, prinratuum, vel accleſiarum quarumeumque vacaotium, ſibi ſubjectarum, ſeu ad collatinoem, præſentationem, ordiuationem, vel enſtndiam particularem, quæ mnrientibus earum rnctoribus vel miniſtris, in ipſis inventa, ſeu vacatiunis tempore nbvenicotia, qnæ in utilitatem earumdem expandi, vel ſutnris debent ſucceſſnribus reſervari, occupare, io ſuos uſus cnnvertere quoquo mndo præſumpſeriot: ipſi epiſcopi ab ingreſſn ecclaſiæ, ceterl vern ab uſficio & beneficio co ipſo tamdiu ſint ſuſpeuſi, dooec reſtitutiunem ſecerint de prædictis: oiſi ex cauſa ratinnabili hnc competere dignoſcatur: quo caſo de iilis bonis intelligitor quæ dedoctia debitis ac aliis oneribus lpſarum eccleſiarom, & pro ſervitnribns oſque ad novos redditus ſupportaodis, ex ipſis reperta ſneriot ſupereſſe.

IV. De intruſis in beaeficia curata.

Conc. Vaurenan. 1368. c. 17.

Si qois beneficium cul cura imminet animatum vi occupaverit, ſeo ſcieoter A iotrnſerit io eodem: ipſn jure privatus exiſtat beneficin, quod eura ſimili primitus nbtinebat.

V. De intruſis in alia beneficia.

Altera pars ejuſdem canonis Vaurenſis.

Item ſi quis anctnritate propria violenter dignitates præſatas, ant quæcumqoe alia beneficia eccleſiaſtica, occopare præſumpſerit: eu ipſo privatus exiſtat jure, ſi quod ſibi competebat primitus in iiſdem.

B *VI. Ut nallas patronas a præſentato per ipſum aliqaid extorqueat.*

Quia horribile nimis eſt, ut ad noſtrum pervenit auditum, quod in qniboſdam eccleſiis ooſtræ provinciæ, (in qnibus complures iaici in jnre patrooatus per eccleſiam tnicrantur) dum vaeatur, venalitas veodicat ſibi iocum, noleutes patroni hujuſmodi, ad vacantes eccleſias quempiam præſeotare, niſi ab illn quem præſentare vnlnerint, val C amicis ipſius, prævin ex pactn extnrqueaut aliquam pecuniæ quantitatem, vel emoiumentum aliquod conſequantur: nos volcotes ſimoniacam peſtem & vitiom hujuſmodi a noſtra extirpare provincia, & nt tenemur animarum providern ſaluti, ſtatnimus, ut nullns patrnnus aliquem præſentet ad regimen animarum aliquo datu promiſſo, remiſſo, vel retcotn; vel ioſtitneos, eumdem ſic præſentatum ſcienter admittat, & oiſi ſuerit ſufficiens, & ſcientia, & mnribus, & ætata & de iegitimo maD trimonio procractns; vel ſecum ſuper his fnerlt legitime diſpeoſatom. Alioquio præſentaos, cujuſcumque gradus ſen conditinnis exiſtat, ipſo ſactn illa vice ſit jure præſentandi privatus, & nihilominus, ſi iaicus ſuerit, excommnoicatinnis vioculo irretitos. Clerici vero & religioſi patruni, præter hnc quod illa vice ſint poteſtate præſeotandi privatl, ſibi noverint ingreſſum eccleſiæ interdictnm. A quibus ſeoteotlis abſnlvi & iiberari nequeant, præterqusm in mortis articuln, niſi de ooſtra E licentia ſpeciali, vel ſuffraganeorum noſtrorum. Præſentatl vero ſic, ſcientes & cooſentientes, ſint inhabiles ipſo facto ad quodlibet beoeficium eccleſiaſticum obtinendum: oiſi eum eiſdem per ſuperinrem ſoum fuerit miſericordlter diſpenſatum. Si vero ignoranter præſentati cooſtiterint, cnnfeſtim tamen ſciverint, beneficio obtento renuncieot: cnm aliter nequeant agere pœnitentiam ſalutarem. Inſtituens autem ioſtitutionem, ſuper præmiſſis inquirat ſnliicite

veri-

veritatem. Quod si invenerit, prædictas A sententias, ut dictum est, contra delinquentes faciat publicari: & ecclesiam illa vice de persona idonea oon differat ordinare. Alioquin si super præmissis repertus fuerit culpabilis vel remissus, in conferendis beneficiis suspendetur ad tempus superioris arbitrio statnendum.

VII. Ut præsentato congrua portio assignetur.

* Deest ad

Item quod nullum præsentatnm * regimen animarnm per clericos, religiosos, exemptos vel non exemptos, aut B laicos, admittant: nisi tantum coram eis eidem præsentato de proventibus ipsius ecclesiæ fuerit assignatum, nnde jura episcopalia possit solvere, & congruam sustentationem habere, ac alia incumbentia onera supportare, consuetudine contraria non obstante.

VIII. De iis qui impediunt possessionem pacificam curati beneficii.

Conc. Vauren. an. 1368. ubi aliæ lectiones.

Statulmus quod qnicnmqne procueat impedimentum super possessione pacifica C beneficii obtlnendl cnrati sive collati, vel impedimentum appositum repellere desinlt negligenter: ultra pœnas a jure scriptss, excommunicationis sententia sit ligatns.

IX. Quod septennium ad studia semel in vita concedatur eidem personæ in uno vel pluribus beneficiis institutæ.

* f. studendo Mendosus ecus.

Statnimus qnod septennium vivendo * solum intelligatut ab omnibus eidem D posse concedi uni personæ in uno vel plnribus beneficiis per mutationem vel alias transmittl, nisi aliter per sedem apnstolicam ordinetur. Quod quidem septennium intelligi volumus in boc canone, de quo habetnr mentio in constitutione domini Bonifacii papæ, cap. *Cum ex eo*, de electione, in libro sexto.

X. Quod nullus parochialem recipiat ecclesiam, non intendens ordinari.

Observari præcipimus, quod nullus E parochlalem reciplat ecclesiam, non intendens ad facerdotium promoveri, ut * & fructus ex ea percipiat per annum, quia in voluntate mutata promotus extitit, ad restltutionem eornmdem tenebitur. Et nlbilo minna conferens, qui ipsum non credebat ad facerdotium promovendnm, præter Divinam quam inde incutrit offensam, remaneat ad servandam indemnem ecclesiam obligstns.

* f. quod si fructus ex ea perc. per ann. quamvis volunt. mutata prom. extitit.

XI. Quod unus non occupet nisi unum officium.

Cum singula officia singulis sint committenda personis, & unum officiam vix valeat aliquis adimplere: observari præcipimus, ur nullus cujuscumque ecclesiæ canonicus, regularis vel sæcularis, duos personatus, vel duas dignitates, vel præposituras, seu administrationes, aut duo beneficia, aut unum alterum * cum reliquo insimul & præbendam in eadem obtineat, vel jam obtentum retinere præsumat: consuetudine aliqua, etiam juramento vallata, contraria nnn obstante, cum dicenda sit potius corruptela. Si aliqui monachi, vel religiosi alii, pluribus prioratibus, vel beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus (etiamsi cura eadem non per ipsos, sed per presbyteros ad eorum præsentationem per episcopos Institutos *) præesse præsumat, absque dispensatinne sedis apostolicæ speciali: nisi forte nnus ex eis ab alio dependeat, vel ad invicem sint adnexi. Si secus factum est, sit irritum ipso jure: & transgressores, fiot eo ipso ineligibiles, & tanquam ambitiosi ab utroque penitus repellantur.

* [illegible]

* [illegible]

XII. De temporibus ordinandi.

Observari præcipimus, ut nullus episcopus, vel quivis slius, infanti, vel conjugato, nisi religionem intrantibus, seu illittersto, aut homini diœcesis alienæ, tonsuram conferat clericalem, nec ad sacros ordines promoveat absque eorumdem superioris licentia speciali. Superiorem hoc casu intelligimus episcopnm, de cujus diœcesi est oriundus tonsurandus hujusmodi, vel etiam promovendus; vel habet, licet alibi natus fuerit, domicilium; seu ibi cujus diœcesis beneficium ecclesiasticum obtinet. Transgressores hujusmodi punientur, pro ut sacris canonibus definitnr.

XIII. De ætate requisita in curato.

Observari præcipimns, nt nullus episcopus minori viginti quinque annis beneficium ecclesiasticum cum cura animarum conferat, nec ad obtinendum ipsum cum eodem dispenset de facto: nec etiam dispenset, qnod qui vicesimum annum *, dignitatem vel prioratus, quibus animarum cura imminet, valeat obtinere. Si secus factum fuerit, sit irritum ipso jure.

* Deest tertium habet.

ANNO CHRISTI 1300.

G. C. De hujus concilii loco nihil comperi: de tempore difficultatem movit Labbeus noster, atque rejiciendum esse ad annum 1330. Hoc illi concedo, in ecclesia B. Mariæ de Marchiaco diœcesis Ausitanæ, celebratum esse provinciale concilium, die S. Nicolai hiemalis, præside Guillelmo ar- A chiepiscopo: cujus titulus cum falso præferat annum 1300. emendatius in calce legitur adscriptus annus 1330. Sed præter istud concilium, hoc reperio plane diversum, anno 1300. assignatum.

ANNO CHRISTI 1301.

SYNODUS PROVINCIALIS CANTUARIENSIS

Pro admissione Fratrum Minorum & Prædicatorum ad confessiones audiendas,

Anno 1300. habita.

Extat ap. Wilk. Conc. Britan. t. II. p. 259. ex lib. memorandor. Jo. Dalderby episc. Lincoln. f. 9.

Mansi tom. III. pag. 257.

IDibus junii anno Dom. MCCC. in capitulo Ecclesiæ Christi Cantuar. præsentibus dominis, Roberto, Dei gratia, Cantuar. archiepiscopo, totius Angliæ primate, ac dominis Sarum, & Roffen. & Lincoln. (qui die præcedente in dicta Ecclesia fuerat consecratus) Episcopis & procuratoribus aliorum episcoporum provinciæ Cantuar. qui pro consecratione hujusmodi illuc venerant, consensum extitit concorditer inter eos, quod statutum de novo editum super admissione Fratrum Prædicatorum, Minorum ad prædicationes faciendas, & confessiones audiendas, quod in Quadragesima proxima præterita, fuerat publicatum, prout magister Reginaldus de Sancto Albano, tunc præsens, qui hujusmodi publicationi interfuerat, sicut dixit, testimonium perhibebat, & alias acceptum fuerat a particularibus, qui de Romana curia venerant, in omnibus suis articulis servaretur, & præcipue quod Fratres non admitterentur per prælatos ad confessiones audiendas, nisi personaliter venientes ad eos, & in eorum diœcesi commorantes; & quod examinatio eorum, an essent idonei, ad prælatos pertineret. Consensum etiam extitit similiter, quod ad clausuram monialium procederetur, prout dictus dominus archiepiscopus asseruit se fecisse; præcipue quia dictum fuit, quod quidam erant in veniendo de curia Romana ad explorandum, qualiter statutum de clausura prædicta, & alia per B papam modernum edita, fuerint observata.

Mandatum archiepiscopi Cantuarien. de admissione Fratrum Minorum ad audiendas confessiones.

Ex reg. Winchelsey. fol. 278. C.

Robertus, &c. magistro Martino, commissario Cantuar. salutem. Quia fratribus Minoribus inferius nominatis, & vobis, post licentiam & gratiam nostram a provinciali ministro ipsius ordinis ad subscripta petitam & obtentam, juxta constitutionem novellam domini papæ, ad id specialiter præsentatis, vid. fratribus Radulpho de Wodeheye Johanni, de Kenelden, Johanni C de Bedewynde, Willelmo de Dele, Rogero Meleneyns, & Tomæ de Malmesbur, licentiam in forma constitutionis ejusdem nuper dedimus specialem, ut confessiones quorumcumque utriusque sexus nostræ Cantuar. diœc. ejusdem Fratribus, vel eorum alicui sua peccata confiteri volentium, audiant, & eis imponant pœnitentias salutares, ac beneficium absolutionis impendant, donec aliud super hoc duxerimus ordinare; tibi committimus & mandamus, quatenus in dicta forma publices', seu publicari facias locis & temporibus opportunis, & nos inde certifices, cum super hoc fueris legitime requisitus. Dat. apud Charth. 9. Cal. Julii, anno dom. MCCC. consecrat. nostræ VI.

ANNO CHRISTI 1301.

CONCILIUM COMPENDIENSE.

Ex MS. codice S. Genovefæ Parisiensis. (a)

Statuta concilii Remensis provinciæ, anno Dom. MCCCI. facta die Mercurii ante festum B. Clementis. D

TITULI CAPITULORUM.

1. *Si clericus detineatur per laicalem justitiam.*
2. *Si clericus capiatur per laicalem justitiam, & extrahatur.*
3. *Ne pro excessibus clericorum laicalis justitia aliquid levet.*
4. *De conspiratoribus quod si aliquis conveniatur in foro ecclesiastico defendent eum.*
5. *De dominis temporalibus inhibentibus, ne quis de suis subditis alium trahat in foro ecclesiastico.* E
6. *De abbatibus.*
7. *De excommunicatis per biennium.*

CAPITULA.

I. Si clericus detineatur per laicalem justitiam.

IN primis igitur statuimus & decernimus auctoritate concilii, quod si in aliqua civitate, vel in aliquo loco nostræ Remensis provinciæ contingat quandoque clericum detineri per laicalem justitiam, postquam dictus clericus fuerit ab episcopo loci illius, vel ab officiali, vel decano rurali, seu ex parte alicujus eorum, legitime requisitus: cessetur a Divinis in loco captionis & detentionis, quousque fuerit competenter restitutus.

II.

(a) Concilium istud a P. Harthzeim in Concil. Germ. to. IV. pag. 55. tanquam Cameraci habitum affertur. *Mansi.*

ANNO CHRISTI 1301.

II. Si clericus capiatur per laicalem justitiam & extrahatur.

Item si clericus per justitiam sæcularem laicalem capiatur in aliqua diœcesi, & extrahatur ab ea, & ad aliam deducatur: cesset similiter a Divinis in loco ubi fuit captus, & in locis ipsius capientis per quem fuit deductus, quousque ad dictam diœcesim fuerit readductus & sufficienter restitutus.

III. Ne pro excessibus clericorum laicalis justitia aliquid levet. B

Item cum per justitiam laicalem non debeant puniri excessus clericorum, nec ab eis levari emenda de eisdem, cum hæc ad solos judices ecclesiasticos, non sæculares, pertinere dinoscantur: monemus auctoritate prædicta omnes & singulos nostræ provinciæ, ne pro prædictis, seu occasione eorumdem, levent aliquid, recipiant, vel exigant quoquo modo. Alioquin contra facientes excommunicationis sententia auctoritate C prædicta innodamus.

IV. De conspiratoribus, quod si aliquis conveniatur foro ecclesiastico defendent eum.

Item cum nonnulli scabini, rectores, gubernatores, judicatores, communitatis, locorum, seu territoriorum nostræ Remensis provinciæ, prout intelleximus, conspirationem seu conjurationem fecerint, aut facere nitantur, quod si aliquis de sua communitate, vel de suis subditis, D seu de suo territorio, conveniatur in foro ecclesiastico, ant contra eum procedatur in casu in quo potest de jure, seu de consuetudine ibidem conveniri, quod eum ad sumptus communes defendent, propter quod dictam jurisdictionem ecclesiasticam non est dubium impediri: monemus illos omnes & singulos nostræ jam dictæ provinciæ, quod si talia fecerint, ea revocent infra mensem, & quod de cetero a talibus se abstineant, nec talia committant, & talibus non utantur: alioquin excommunicationi subjaceant ipso facto.

V. De dominis temporalibus inhibentibus ne quis de suis subditis alium trahat in foro ecclesiastico.

Item cum nonnulli temporales domini, suis inhibeant subditis, ne quis eorum alium trahat in foro ecclesiastico, A in casibus alias a jure seu consuetudine permissis, quinimmo quia sic trahentes procedunt frequenter ad contemptionem trahentis & bonorum ejusdem amicorum trahentis, & bonorum ipsorum: nos ne talia fiant prohibentes, contra facientes excommunicationis vinculo innodamus, & denunciamus a canonibus excomunicatos.

ANNO CHRISTI 1301.

VI. De abbatibus qui conspirant quod se communibus expensis defendent contra episcopos.

Item cum nonnulli abbates hujus provinciæ inter se ordinaverint, & conspirationem fecerint, quod si contingat aliquem episcopum contra abbatem aliquius viliæ procedere sibi subditum, pro suis excessibus vel aliter puniendum, quod ad defensionem ejusdem contribuent, & ad sumptus communes eum defendent, quod non est dubium fore in præjudicium jurisdictionis episcopi sui, & contra juramentum suæ professionis, per quam suo episcopo est astrictus, & C contra ecclesiasticam libertatem: monemus tales, quod hoc revocent infra mensem, & a talibus se abstineant: alioquin excommunicationi subjaceant ipso facto.

VII. De excommunicatis per biennium.

Item quod si excommunicati publice sententia excommunicationis, per biennium & amplius animo perstiterint indurato, vocentur ad proximum concilium, tanquam suspecti de hæresi: & D in eodem concilio contra tales, ut justum fuerit, procedatur.

Quæ omnia fecimus in scriptura redigi, & in ipso concilio solemniter promulgari: præcipientes districtius, & mandantes auctoritate prædicti concilii, universis & singulis provinciæ Remensis, quatenus quæ taliter pro defensione libertatis ecclesiasticæ, & ipsarum ecclesiarum statu pacifico, duximus or- E dinanda, servent & teneant illibata.

NOTA G. COSS. S. J.

Liber MS. ex quo descripti sunt hi canones, Remensis provinciæ concilium appellat, non designato concilii loco: quem docemur a Meyero lib. x. annal. Flandr. ad hunc annum. *Mense*, inquit, *Novembri, die Mercurii ante ferias divi Clementis, vacante adhuc sede Morinensi, coacta apud Compendium synodus provincialis per archiepiscopum Remorum. Hic excommunicati abbates, quicumque conspiraverant in suos episcopos. Fulminati item magistratus laici, qui non patiebantur, ut laici in foro ecclesiastico convenirentur. Decretum quoque, ut ubicumque a judice temporali capiatur clericus, a Divinis cessetur officiis.* Quæ omnia huic concilio convenire, manifestum est.

RE-

ANNO CHRISTI 1301.

REMENSE CONCILIUM PROVINCIALE

Anno 1301.

Secundo die Mercurii ante Clementem habitum.

An. 1301. Assert. Mart. Vet. Mon. t. VII. pag 1314. Ex Sup. Mansi t.l.3. p.162.

IN primis igitur statuimus & decernimus auctoritate concilii, quod si in aliqua civitate vel in aliquo loco nostræ Remensis provinciæ contingat, quemquam Clericum detineri per laicalem justitiam, per quam dictus clericus fuerit ab episcopo loci illius, vel officiali, vel decano rurali, seu ex parte alicujus eorum legitime requisitus, cessetur a divinis in loco captionis & detentionis, quousque fuerit competenter restitutus.

Item, si clericus per justitiam laicalem capiatur in aliqua diœcesi, & extrahatur ab ea, & ad aliam ducatur; cessetur similiter a divinis, & in loco ubi fuerat captus, & in loco ipsius capientis, per quem fuit deductus, quousque ad dictam diœcesim fuerit reductus & sufficienter restitutus.

Item, cum per justitiam laicalem non debeant puniri excessus clericorum, nec ab ea levari emenda de eisdem, cum hæc ad solos judices ecclesiasticos, non sæculares, pertinere noscantur; monemus auctoritate prædicta omnes & singulos nostræ provinciæ, ne pro dictis, seu occasione eorumdem levent aliquid, vel recipiant, vel exigant quoquo modo: alioquin contrafacientes excommunicationis sententia auctoritate prædicta innodamus.

Item, cum nonnulli scabini, rectores, gubernatores, judicatores communitatum, locorum, seu territoriorum nostræ Remensis provinciæ, prout intelleximus, conspirationem aut conjurationem facere nitantur, quod si aliquis de sua communitate, vel de suis subditis, seu de suo territorio, conveniatur in foro ecclesiastico, aut contra eum procedatur in casu, in quo potest de jure seu de consuetudine ibidem conveniri, quod eum ad sumtus communes defendant, propter quod jurisdictionem ecclesiasticam non est dubium impediri; monemus omnes & singulos jam dictæ provinciæ, quod si talia fecerint, revocent ea infra mensem, & quod de cetero a talibus abstineant, nec talia committant, & talibus non utantur, alioquin excommunicationi subjaceant ipso facto.

Item, cum nonnulli temporales domini suis inhibeant subditis, ne quis eorum alium trahat in foro ecclesiastico, in casu a jure seu consuetudine permisso, quin immo contra sic facientem & contrahentem procedunt frequenter ad captionem personæ trahentis & bonorum ejusdem amicorum trahentis, ac bonorum ipsorum; nos ne talia faciant prohibentes, contra facientes excommunicationis vinculo innodamus, & denunciamus a canone excommunicatos.

Item, cum nonnulli abbates hujusmodi provinciæ inter se ordinaverint, & conspirationem fecerint, quod si contingat aliquem episcopum contra abbatem aliquem velle procedere sibi subditum, vel alias puniendum, quod ad defensionem ejusdem contribuent, & ad sumtus communes omnium defendentur, quod non est dubium fore in præjudicium jurisdictionis sui episcopi, & contra juramentum suæ professionis, per quam suo episcopo est astrictus, & contra ecclesiasticam libertatem; monemus tales, quod hæc revocent infra mensem, & a talibus se abstineant; alioquin excommunicationi subjaceant ipso facto.

Item, quod si excommunicati publica sententia excommunicationis, per biennium & amplius animo sustinuerint indurato, vocentur ad proximum concilium tanquam suspecti de hæresi, & in eodem concilio contra tales, ut justum fuerit, procedatur; quæ omnia redigi fecimus in scriptis, & in ipso concilio solemniter promulgari. Præcipientes districtius & mandantes auctoritate prædicti concilii, universis & singulis provinciæ Remensis, quatenus quæ taliter pro defensione libertatis ecclesiasticæ & ipsarum ecclesiarum statu pacifico duximus ordinanda, prout superius continetur, servent & teneant illibata.

ANNO CHRISTI 1302.

CONCILIUM REMENSE

Anno 1302. celebratum.

Epistola ad Bonifacium Papam VIII. adversus Capitula Ecclesiarum Cathedralium.

Mansi tom. III. pag. 258. Assert. Mart. Vet. Mon. t. VII. pag. 98.

SAnctissimo patri, & Domino suo ac refugio singulari Domino B. divina providentia sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ summo Pontifici sui humiles, & devoti, Dei, & sui gratia, R. * Remensis Archiepiscopus G. * Suessionensis, S. * Belvacensis &c. Episcopi, se & Ecclesias suas ad devotissima pedum oscula beatorum, & Petri naviculam feliciter gubernare.

Speculator, qui adstat desuper, cuncta per mundum prospiciens, & disponens, idemque pastor piissimus, qui ad oves, quæ perierant, se missum profitetur, ipsis sua divina potentia de luporum infernalium faucibus vi ereptis; ceteris insuper, quæ percusso pastore eodem dispersæ erant, sua simul humana prudentia recollectis, ac in unius adductis ovilis Dominici unitatem, cum, unde descenderat, vellet ascendere, gregem suum pro cujus vita mortem subierat, absque custodia deserere noluit; sed eidem loco sui speculatorem, & pastorem constituit, non delegatum, sed verum vicarium generalem, cui licet homini, suam eamdem, quam habebat, contulit potestatem. Verum quia in hoc humani different oculi a Divinis, quod illis sunt omnia velut præsentia, notoria, & aperta: istis vero possunt faciliter, maxime de his, quæ in remotis mundi partibus aguntur, quotidie plurima occultari. Ea propter divina ipsa sapientia, non

* Robertus.
* Guido.
* Simon.

sine

ANNO CHRISTI 1302.

sine mysterio, ordinavit hujusmodi vicarii sui spiritum in plurium coadjutorum spiritus propagari, quatenus singuli, in ea, in qua positi sunt, sollicitudinis specula, speculatoris & pastoris officium exercentes sub eodem ad ipsius exonerationem quod per se possunt peragant, & viriliter exequantur; cetera referant ad ipsum, penes quem potestatis esse noscitur plenitudo, ut eidem in terris cunctipotens, quæ non poterunt ipsa lima suæ correctionis emendet, & si forte ex vera eorum relatione perspexerit in ovili Dominico effracturam seu foramen, illud sera suæ justitiæ resarciat & reformet; quod in propagatione spiritus Mosaici propensius edocetur. Hinc est, pater sanctissime, quem Deus ipse vicarium suum in terris, & tamquam oculatissimum in sanctæ matris ecclesiæ specula speculatorem constituit & pastorem, nec hoc immerito, quo siquidem judicio omnium non poterat alius oculatior inveniri. Nos qui sumus vestri devoti servuli contagiosum morbum, qui apud nos in ovili vestro quotidie invalescit, cui per nos non possumus obviare, beatitudini vestræ, ex qua medelam firmiter speramus, tenore præsentium indicamus. Capitula namque ecclesiarum cathedralium, etsi quasi per totum regnum, potissime tamen in ea in qua sumus vestra Remensi provincia, suis juribus non contentis, sed aliena usurpare multipliciter satagentes, privilegiis Romanorum pontificum temere abutentes, concessas sibi contra malefactores suos, ad debitores indistincte, & quandoque ad proprii personam, de quibus nulla fit in eis mentio, injuriose extendendo, multa enormia sæpissime committentes correctione digna, in vesanam Luciferi quodammodo superbiam se extollunt, & se pares in hoc opinantur Altissimo, qui prius quam ascenderet ad patrem noluit se a peccatrice tangi, quod & ipsi propter peccata sua se a quoquam, nedum in se, sed nec in suis familiaribus clericis seu cappellanis tangi minime patiuntur; sed se gerunt omnino pro exemtis ab omni humana potestate, humana dicimus, ut vestram, quæ immediate a Deo est, & quam saltem effugere per Dei gratiam non poterunt, excludamus. Sed & ecce, pater sanctissime, quomodo tanta eorum arrogantia, non solum in nostram, quin etiam in Dei, gloriosæ Virginis, & sanctorum injuriam & præjudicium, sed & in populorum scandalum convertatur; statim cum nostrum aliquis contra quemquam ex eis propter suos defectus aut excessus manifestos ad finem correctionis paternæ, intendit procedere vel attentare, ipsi ad articulos prosiliunt, quos vere libellos famosos possumus nominare, in quibus vitam & famam prælati proprii lacerant dentibus venenosis, omnino falsa & incogitata enormia contra eum convenientes; & nisi satisfaciat eis ad votum, comminantur cessationem a divinis, & deinde ad ejus criminationem facillime inclinantur. Sic eorum remanent scelera impunita, sic datur occasio delinquendi, nedum ipsis, sed ceteris exemplum sumentibus ab eisdem; sic nascuntur rancores & odia, detractiones pullulant, sic deturpatur & vilipenditur status ecclesiasticæ dignitatis, & breviter, sicut melius nobis scitis, pater sanctissime, præmissa sunt ad omnia malorum & scandalorum genera porta patens. Throno igitur vestræ piissimæ sanctitatis supplicamus unanimiter, & devote, ad pedes vestros beatos flexis genibus humiliter provoluti, quatenus in præmissis de opportuno dignemini paterno remedio providere: ita quod vobis cedat ad gloriam, ac universali ecclesiæ sponsæ vestræ pacem perpetuam & saluberrimum incrementum. Valeat & vigeat in Domino Jesu Christo vestræ sanctitatis paternitas, quam conservet suæ sanctæ ecclesiæ ad diuturna. Datum anno MCCCII. die Dominica post festum B. Michaelis archangeli.



CONCILII REMENSIS PROVINCIÆ

ANNO CHRISTI 1303.

Anno Domini MCCCIII.

Sancta die Veneris ante Circumcisionem, Statutum.

Extat ap. Mart. Vet. Mon. t. VII. pag. 1314.

Mansi tom. III. pag. 159.

IN primis igitur statuimus & decrevimus auctoritate concilii, ne quævis sæculares & religiosæ, exemtæ & non exemtæ personæ excommunicatos & interdictos nominatim publice ad divina, neve corpora defunctorum talium ad ecclesiasticam sepulturam admittant; alioquin talibus ab ipsis canonibus est ingressus ecclesiæ interdictus. Ut tam salubria statuta publicentur frequenter adjicientes, auctoritate præsentis concilii, quod omnes & singuli cujuscumque status, dignitatis, professionis aut conditionis existant, qui talibus divinis celebrandis, & sepulturis faciendis interesse præsumserint, vel qui opem in his auxiliumve præstiterint & favorem, post mensem a tempore publicationis præsentis in singulis diœcesibus Remensis provinciæ faciendæ, excommunicationi subjaceant ipso facto: simili sententia percellentes omnes & singulos, qui matrimonia clandestina fecerint, seu contraxerint, aut procuraverint fieri, seu ipsi præsumserint interesse.

Quia nonnulli servientes temporalium dominorum & justitiæ laicalis, asserentes pro suo libito, clericos tam non uxoratos, quam uxoratos, qui tamen cum unica & virgine contraxerint, esse publicos mercatores, tallias & collectas imponunt eisdem, & extorquent ab invitis, quamquam clericaliter vivant, nullis se mercimoniis implicantes, ac moniti auctoritate ordinariorum locorum ut desistant, recusant parere, quamquam offeratur eisdem, ut facta fide coram ipsis ordinariis, quod dicti clerici non sint tales manifesti mercatores, tallias & collectas hujusmodi permittant levare, ipsi tamen judicis & partis officio fungentes cognitionem super hoc sibi vindicant & assumunt. Et quia de his, ut asserunt, sibi constat, bona dictorum clericorum mobilia capiunt, vendunt, & detrahunt in magnum præjudicium & gravamen ipsorum. Pro modo etiam omnium facultatum ipsorum clericorum, licet in minimo solum eos asserant mercatores, tallias & collectas imponunt & extorquent ab eis: Nos vero attendentes præmissa fieri contra libertates & consuetudines ecclesiasticas novas, notorias & antiquas, talia amodo fieri prohibemus; alioquin post mensem a tempore publicationis prædictæ omnes illos & singulos qui talia amodo fieri procurant, man-

ANNO CHRISTI 1302.

mandare, aut facta suo nomine rata habere, auxilium, consilium, opem vel favorem clam, vel palam præstare præsumserint, auctoritate prædicti concilii, monitione tamen competenti præmissa, excommunicamus in his scriptis.

Item, quia non caret nota hæreticæ pravitatis in contemtum potestatis & clavium sanctæ matris ecclesiæ, excommunicationis sententiam quamvis catholicam in se sustinere, præsertim per annum & amplius: volens cancro huic vulneroso, ne sui contagione corrumpat alios, & pernicioso seducat exemplo, ignitum quod superest injicere ferrum; statuimus auctoritate præsentis concilii, ut tales qui taliter excommunicationem in se latam sustinuerint, careant ecclesiastica sepultura, nisi saltem in extremis se pœnituerit, & ad condignam satisfactionem venerint & emendam.

Item, cum excommunicati per biennium & amplius ad præsens concilium sint vocati, peremptorie & personaliter responsuri, super tanto excessu, qui notam seu speciem hæresis non evadit; qui non venerint, nec apparuerint per idoneos responsales, ipsos omnes, & singulos reputamus contumaces, purgationem eis omnibus & singulis, quos sic suspectos habemus de hæresi, indicentes canonicam; ad quam præstandam, secundum juris formam, ipsos & singulos eorum suis singulis diœcesanis termino super hoc competenti præfigendo eisdem ab ordinariis supradictis, decernimus teneri.

Diligenti deliberatione habita, honestate considerata, & ut superfluitatibus abstineatur, statuimus ut omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ Remensis provinciæ in singulis conviviis sint contentæ potagio & duobus ferculis sine fraude, nisi magnitudo personarum supervenientium aliud requirat; & tunc cum prædictis poterunt uti aliquo intermedio ferculo; ita quod si in conviviis hujusmodi, reges, duces, comites, barones & alios excellentes contigerit interesse, præsenti statuto minime sint astricti. Si quis vero contra præmissa vel aliquod præmissorum attentaverit vel attentare præsumserit, pœna puniatur condigna. Quæ omnia redigi fecimus in scripturis, & in ipso concilio solemniter promulgari præcipientes districtius & mandantes auctoritate dicti concilii universis & singulis personis provinciæ Remensis, quatenus quæ taliter pro defensione libertatis ecclesiasticæ, & ipsarum ecclesiarum statu pacifico duximus ordinanda, prout superius continentur, servent, & teneant illibata.

Annectuntur his apud Martene constitutiones aliæ, quæ cum titulo suo careant, eidem prorsus concilio tribuendæ viderentur, cui & superiores huc usque recitatæ. Si quis tamen eas legerit attente, agnoscet profecto fragmentum esse constitutionum in synodo quadam Cameracensi conditarum. Quare omittendas illas censeo, eo plane consilio, quo & reliquas diœcesanas synodos post sæculum XIII. celebratas, ab hac collectione mea abiegavi.

ANNO CHRISTI 1302.

CONVENTUS PARISIENSIS

In æde B. Mariæ, die Martis, X. Aprilis, ann. MCCCII. super dissidiis inter Bonifacium VIII. & Philippum Franc. Regem exortis.

Ex litteris episcoporum ac totius cleri Galliæ ad Bonifacium pontificem, quæ in regio tabulario servantur, discimus, Philippi regis jussu, prælatos regni, barones, abbates, ceterosque honore aliquo ecclesiastico insignes, necnon ecclesiarum urbiumque œconomos, syndicos, ac procuratores, Lutetiæ in æde B. Mariæ, die Martis, 10. Aprilis convenisse. Hic multis conquestum esse regem de pontifice, qui regem in temporalibus sibi subjectum vellet, de regni prælatis omnibus, magistris in theologia, & professoribus utriusque juris, Romam evocatis, multisque aliis, quæ a se minime tolerari possent, utpote regni sui libertati contraria, profitebatur. Quæ cum essent a rege proposita: barones, simul cum syndicis, & procuratoribus regis laudaverunt consilium. Itaque a nobis, *inquiunt episcoporum litteræ*, subsequenter responsione petita, licet longiores deliberationis inducias postulantes, ipsum dominum regem, & majores ea baronibus memoratis (quod non ea intentione ad eumdem dominum regem apostolicæ litteræ processissent, ut vestræ voluntatis existeret in regni prædicti libertatem impingere, vel quidquam honori regio contrarium in hac parte quomodolibet innovare, multa lenitate verborum, persuasionibus studiosis, & multiplicatis excusationum præsidiis) nisi simus informare, ac ipsum ad servandum vinculum unionis, quod inter sanctam Romanam ecclesiam, & prædecessores suos & ipsum, usque ad hæc tempora viguisse dignoscitur, multiplici indictione. Ulteriori tamen dilatione negata, ac prædicto patenter & publice universis, quod si quis contrariæ voluntatis appareret, ex tunc pro inimico regis, & regni, notorie habebatur: consultius attendentes & conspicientes apertius, quod nisi dominus rex, & barones prædicti, ex nostra forent responsione contenti, præter alia pericula, & graviora scandala, quorum non esset numerus, neque finis, tam Romanæ quam Gallicanæ ecclesiæ devotio, & obedientia omnimoda laicorum, & totius populi, ex tunc irreparabiliter tollebatur: non sine multæ perplexitatis angustia, sic duximus respondendum. Quod ipsi domino nostro regi in conservatione personæ suæ, suorumque, & honorum, ac libertatis, & jurium dicti regni, prout quidam nostrum qui ducatus, comitatus, baronias, feoda, & alia membra nobilia dicti regni teneamus ex forma juramenti, & ceteri, qui omni debito sibi sumus fidelitatis adstricti, adessemus eidem debitis consiliis, & auxiliis opportunis: eidem domino nostro regi humiliter supplicantes, ut cum apostolicæ sanctitati ad obedientiam teneamur, ad beatitudinis vestræ tenoram, permitteret nos transferre. Ex parte cujus, & baronum, est secuta responsio: quod nos nullo modo abire permitterent: regnum sic periculose, sic deformiter, sic irreparabiliter vacuari, quin potius exhauriri totaliter, nullatenus sustinerent. Considerantes igitur tam vehementem commotionem, & turbationem tam periculosam, & gravem, immo gravissimam, regis, baronum, & aliorum laicorum regni prædicti; & jam cognoscentes apertius, quod antiqui hostis pacis æmuli, zizaniæque satoris, qui a suæ ruinæ principio conatur, ut ecclesiæ unitatem

ANNO CHRISTI 1303.

tatem pacis turbatione rescindat, caritatem vulneret, sanctorum dulcedinem operum invidiæ veneno fellis inficiat, humanumque genus evertat modis omnibus, & perturbet, faciente nequitia, amabilis fœderis unitatis, & amicitiæ singularis, quæ inter sæpe dictam Romanam ecclesiam, ac prælatum dominum nostrum regem, ac prædecessores ejus, & regnum, ad laudem Altissimi, fidei Christianæ profectum, & tam ecclesiæ, quam regis, & regni, exaltationis monimenta felicia, hactenus viguerunt, dissolutioni & separationi lugubri & flebili, proh dolor! porta patet, & insurgunt undique frementia scandala, excrescunt angustiæ, ecclesiis, ecclesiasticisque personis, expositionis, ac rerum & bonorum direptionis, pericula imminentur: cum jam abhorreant laici, & prorsus effugiant consortia clericorum, eos a suis omnino consiliis & allocutionibus abdicando, ac si contra eos proditoriæ factionis conscii, vel participes extitissent, & ad contemnendam ecclesiasticam censuram, & processus, si quavis auctoritate for- A san fierent contra eos, jam se parant & muniunt in grave periculum animarum, & alia varia & diversa pericula, quæ nec lingua referre sufficeret, nec posset scriptura differere. Hinc in promptu ad sanctitatis vestræ providentiam circumspectam in hoc summæ necessitatis articulo duximus recurrendum flebilibus vocibus, & lacrymosis singultibus, paternam clementiam implorantes, vel supplicantes humiliter, quod salubre remedium in præmissis, per quod firmata longi decursu temporis inter ecclesiam, regem, & regnum, fructuosæ unionis & mutuæ dilectionis integritas, in antiquæ caritatis dulcedine conservetur, status ecclesiæ Gallicanæ in pulchritudine pacis & quietis optatæ remaneat, prospi- B ciator nobis, nostrisque statibus, revocando vestræ vocationis edictum, ac prædictis periculis & scandalis obvietur. Apostolicæ providentiæ studio, ac paternæ officio pietatis, digoemini provide e. Conservet Altissimus B. V. Ecclesiæ suæ sanctæ per tempora longiora. Datum Parisiis, die Martia prædicta.

ANNO CHRISTI 1303.

☞ AD CONVENTUM PARISIENSEM

Pro dissidiis inter Philippum Pulchrum Galliarum regem & Bonifacium Papam VIII.

Celebratum anno 1303.

ADDITIO.

Anno 1303.

Ex Sup. Mansi tom. III. pag. 264.

P*Ræter causam dissidiorum inter regem & pontificem magna animorum contentione in conventu isto agitatam, de qua Labbeus, addita sunt pariter a Philippo rege statuta plura in commodum ecclesiæ, quæ ex regesto Cameræ computorum suis tamen verbis descripsit P. de Bois in histor. posthuma Eccl. Parif. tom. II. pag. 529. Ex quo hic dantur.*

Primum statuit, ut libertates & immunitates ecclesiarum, monasteriorum, & personarum ecclesiasticarum serventur, & custodiantur, sicut temporibus beati Ludovici; prohibetque eas a quoquam lædi, aut violari, aut quidquam de jurisdictione earum, quam de jure aut approbata consuetudine obtinent, detrahi. II. Item vetat; ne quis nomine regis manus injiciat in bo- D na alicujus prælati, aut ecclesiasticæ personæ, nisi juxta emendam, pro qua jussum fuerit ea retineri. III. Item vult, ut clerici divinis officiis & precationibus vacent, eorum causas & negotia in regia curia celeriter & sine mora pertractari, prout tamen negotiorum momenta exigent; quorum si haud ita prompta discussio fit, jubet eis dies certos assignari, ut causæ, quam citius poterit, finiantur. IV. Item feoda eorum & retrofeoda rex pollicetur haud se in posterum requisiturum, nisi eorum consensu, aut ad ejus regnum pertineant; neque recepturum se novas advocationes vassallorum vel hominum ecclesiarum; immo eas rescissas esse, C quæ in loci consuetudine præscriptione temporum non acquisitæ fuerint. V. Item quo ad regalias, quas prædecessores reges in ecclesiis aliquibus regni possidebant, quoties ecclesiam vacare pontifice contigisset, quoniam complures querebantur multa tempore custodiæ perperam fieri, amputari silvas, & piscationes stagnorum & vivariorum ante tempus fieri, & multa alia perpetrari in detrimentum ecclesiarum; rex inhibet, ne in posterum, dum redditus ecclesiarum ratione vacationis in custodia regia sunt, ante debitum sectionis tempus amputentur nemora, neque excidantur arbores, quæ ad decorem & amœnitatem ædium rusticanarum consitæ sunt, neque vivaria aut stagna exhauriantur piscibus, nisi forte legitimum piscationis tempus advenerit. Quæ omnia ex æquo rex servari præcipit; daturumque operam pollicetur, ut in posterum fidi probatique rei ecclesiasticæ dispensatores adhibeantur. Addit insuper a se decerni, ut custodes regaliarum, qui damnum rei ecclesiasticæ per speciem custodiæ intulerint, ad restituenda damna cogantur, & in eos ex jure animadvertatur. Hæc aliaque ad civilem administrationem rex Philippus præcipiebat in basilica beatæ Mariæ ex consilio episcoporum, procerum, & aliorum, ex quibus maxime publica regni comitia constabant. *Actum Parisiis die luna post mediam quadragesimam, anno millesimo trecentesimo secundo*; stilo nostro 1303.

CONCILIUM ROMANUM

Habitum anno Domini MCCCII. tempore Bonifacii papæ VIII.

O*Occasionem, & causam, & acta habiti concilii Conradus Vecerius in vita Henrici septimi Imperatoris his verbis describit:* Anno a E Christo salvatore genito millesimo trecentesimo secundo, Francorum rex Philippus, cognomento pulcer, grave adversum pontificem maximum

ANNO CHRISTI 1302.

Bonifacium octavum conceperat odium, tum Gibelinæ factionis studiosiorem existimans, tum quod fidem temere prævaricatum contenderet. Promisisse enim sibi paucis ante annis, cum alia quædam, tum de summa Romani imperii potestate ab Germanis ad Gallos traducenda, atque adeo Carolum fratrem diserte fuisse in conventis nominatum, cui id decus primum assignaretur. Hæc videlicet pollicita nunc cecidisse ad nihilum, Alberto Austrino Teutonico principe palam nuper decretis ejus comprobato.

Eas rex causas gravius secum considerans, rationem irarum exequendarum perquirit. Neque difficilis mox via Bonifacii irritandi inventa. B Columna gens Romæ opibus & clientelis insignis, Octavo inter comitiorum arcana, suffragii jure ne eligeretur, obstiterat. Itaque eis quoque Bonifacius per speciem expilati thesauri ecclesiæ, effecerat ut ædes & suburbana familiæ publice diruerentur, & qui eorum cardinales jam essent, venerando collegio excederent. Interea Stephanus ex ea gente profugus, in Gallia agitans, idoneus Philippo visus est, per quem initia malorum fierent. Cœptus comiter humaneque haberi, liberaliusque quam fortuna exsulantium est. Ad hoc Philippus, ne quid impo- C tentiæ prætermitteret, sacerdotales Galliarum titulos, a pontificibus antea pro decretis proque more sanctæ matris ecclesiæ componi solitos, ipse ordinare citra consensum præsulis Romani statuit.

Quæ ubi summus antistes intelligit, gravissime tulit injuriam, pessimi exempli, id quod erat, existimans, si vel antecessorum recte constituta temere rescinderentur, vel auctoritatem pontificiam laicus princeps profanasset. *Et paulo post hæc de indicta synodo subjungens ait:* Itaque quo partes suæ justiores vulgo noscerentur, lege potius agere quam armis instituit. Prælatos Gallicos majores convenire Romam universos jubet, ad publicam synodum celebrandam. Hi, ne regno decederent, Philippi prohibitione intercluduntur. Quibus rebus ad octavum Bonifacium delatis, increpatur rex primum per literas, deinde, cum castigationem contumaciæ parvipenderet, sacrorum participatione arcetur. Neque eo minus, prælatis regni ipse Lutetiam accersitis causam quoque suam approbare nititur. *Hæc de Philippi regis excommunicatione Vecerius.*

ANNO CHRISTI 1302.

NOTA G. COSS. S. J.

Hæc Binius e lutulento fonte sibi a Vecerio propinata, imprudenter hausit. Nam sacris interdictum non esse Philippo regi in hoc concilio, docet auctor vitæ Bonifacii, Romæ in Vallicellana bibliotheca extans. Cujus hæc verba describit Odor. Raynald. *Anno Domini* M.CCC.II. *tertio Kal. Novemb. Romæ Bonifacius papa celebravit concilium.... contra Philippum regem Franciæ: coruscationibus multis pravis contra regem, nulla pluvia apparuit subsecuta.* Idem habet diserte Bernardus Guidonis in Chronico, his verbis: *Anno Domini M. CCC. II. III. Kalendas Novembris, Bonifacius papa VIII. pontificatus sui anno VII. Romæ concilium celebravit, convocatis prælatis totius regni Franciæ, omnibusque doctoribus ejusdem regni, tam in theologia, quam in utroque jure, canonico & civili, contra regem Franciæ Philippum. In quo concilio verba quidem fuerunt & transierunt: sed nihil aliud notabile gestum apparuit in effectu.* Immo & id constat &c. ut ibidem.

CONCILIUM APUD PENNAM FIDELEM.*

* Pennafel.

A Toletanæ provinciæ præsulibus celebratum Anno Domini M. CCC. II.

Ex Cossart. Append. Tom. XI.

Ex codice Ms. bibliothecæ Vallicellanæ. 1

TITULI CAPITULORUM.

1. *Quod quilibet clericus recitet horas canonicas.*
2. *Quod nullus clericus teneat concubinam publice.*
3. *Quod migrantibus.....*
4. *Quod nullus sacerdos suo parochiano tradat corpus Christi, donec.......*
5. *Quod qui revelat sigillum Confessionis......*
6. *Quod quilibet episcopus provinciæ Toletanæ publicet...... clericis.*
7. *Quod decimæ solvantur de omnibus.*
8. *Quod sacerdotes, vel per se, vel per idoneos ministros, faciant hostias de farina triticea.*
9. *De usuris.*
10. *De Baptismo.*
11. *De festo sancti Ildephonsi colendo.*
12. *De salve Regina cantanda.*
13. *De immunitate ecclesiarum.*
14. *De captione ecclesiarum.*
15. *De non emendis possessionibus ecclesiasticis per certas personas.*

D Concilium Domini Ægidii * Apud Pennam Fidelem.

* Corr. Gundisalvi. (tametsi in MSS. ubique Ægidius legitur, inquit Harduinus.)

PRÆFATIO.

Cum testante Isidoro, pastorale officium, subditorum curam 2 regens, eorum mores, velut speculator, prospicere debeat, atque, 3 vitam: proinde nos Ægidius * miseratione divina Toletanæ sedis archiepiscopus, Hispaniarum primas, ac regni Castellæ cancellarius, Alvarus Palentinus, Bernardus Segobiensis, Simon Seguntinus, Joannes Oxomensis, E Paschasius Conchensis, episcopi, licet immeriti ad ejusmodi assumpti officium, una cum nostrorum capitulorum procuratoribus, apud Pennam Fidelem congregati, pro subditorum commodo, animarumque salute, morum reformatione, & ecclesiarum nostrarum, inde de communi consensu salubriter duximus statuendum.

* Corr. Gundisalvus.

In primis, quia ministri Christi fulgent in ecclesia sancta Dei velut stellæ in firmamento, & in vita debent laici * speculari.

* f. laicis prælucere.

CA-

1 Hoc Concilium edidit Card. de Aguirre ad fidem Codicis Mondexarensis, cujus proinde variantes hic apposuimus.
2. C. M. gerens. 3. C. M. atque vitam proinde; nos &c.

ANNO CHRISTI 1302.

CAPITULA.

I. *Quod quilibet clericus recitet horas canonicas.*

STatnimus & ordinamus, nt quilibet clericus in ſacris ordinibus cooſtitutus, vel alias beoeficium eccleſiaſticum, cum cura vel ſine eura, obtinens, legitimo impedimento ceſſante, quotidie horas canonicas recitet, nt reoetur. Si quis antem in eis negligens inventus fuerit, & monitus a ſuo prælato canonice, ſe non correxerit, per * ſubtractionem fructuum beneficii, ad tempus, prout culpæ qualitas exegerit, arceatnr. Quod ſi beneficio caruerit, in ſacris ordioibus conſtitutus, per ſuſpenſionis ſententiam puniatur.

* C. M. ſubſtitutionem.

II. *Quod nullus clericus teneat concubinam publice.*

Item quia quotum vita deſpicitur, reſtat, ut eorum prædicatio contemnatur: non ſolum verbo, ſed exemplo teoentur miniſtri Chriſti ſuos ſubditos informare, qui dixit: *Exemplum do vobis, ut quemadmodum ego facio, & vos faciatis:* ſtatuimus & ordinamus, oe ſubditorum animas pernicioſo perdamus exemplo, ut nullus clericus teneat publice concubinam in domo propria, vel etiam aliena. Si quis autem ſuæ ſalutis immemor, hujus noſtræ conſtitutionis tranſgreſſor extiterit, & monitus a ſuo ſuperiore canonice, ſe non correxerit: ad tempus, per ſubtractionem fructuum ſui beneficii arceatur. Quod ſi indurato animo in crimine perſeveraverit, beneficio perpetuo ſpolietur. Ceterum ſi in ſacris conſtitutus, beneficiatus non fuerit, & in hoc crimine reus extiterit, & monitus a ſuo ſuperiore canonice, ſe non correxerit, ab officiis ſuſpendatur. Quam ſententiam ſi indurato animo ſuſtinuerit, acrius, juxta ſui ſuperioris arbitrium, puniatur.

Joan. 13.

III. *Quod migrantibus....*

Item quia dominns noſter Jeſus Chriſtus corpus ſuum diſcipulis tradidit manducandum, cum dixit: *Accipite, & manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum:* cujus exemplum ſecuta mater eccleſia pie ſtatuit, & provide ordinavit, ut vere pœnitentibus & confeſſis, corpus Domini humiliter poſtulantibus, potiſſime ad patriam ab hoc ſæculo migrantibus, tanquam viaticum præbeatur, & nonnulli, quibus animarum cu-

Matth. 26.

A ra eſt commiſſa, in ſuæ animæ periculum, in officio ſibi commiſſo adeo negligentes exiſtunt, quod morientes, propter eorum culpam & negligentiam, ſine pœnitentia & euchariſtia recedunt (quod dolentes referimus) ab hac vita: ſtatuimus & mandamus, ut quicumque reus in hoc inventus fuerit, ſuo beneficio perpetuo privetur.

IV. *Quod nullus ſacerdos ſuo parochiano tradat corpus Chriſti, donec...*

B Item quia ſcriptum eſt ſecundum Apoſtolum, *probet ſe unuſquiſque, & ſic de pane illo edat:* ex quo manifeſte docemur, quod nullus corpus Domini debet ſuſcipere, niſi fuerit per cordis contritionem, oris confeſſionem, & operis ſatisfactionem, probatus, alias autem ſuſcipiens judicium ſibi manducat; & nonnulli vetentes ruborem ſacerdotis, potius quam Dei timorem, ſua occultant ſcelera & peccata propriis ſacerdotibus', dicentes cum non.........
C apud fratres vel alios ſe confeſſos, & ſic corpus Domini indigne ſuſcipiunt, fallentes ſemetipſos, cum ſacerdotes decipiunt, qui in die judicii de eis tenentur reddere rationem: ſtatuimus, & mandamus, ne aliqui ſacerdotes corpus Domini ſuis parochianis præbeant, immo in eorum ruborem & verecundiam exorcitè denegent, donec de eorum confeſſione ſibi fuerit....ut quos Dei timor a malo non revocat, eos rubor coerceat disciplinæ,

1. Cor. 11.

V. *Quod qui revelat ſigillum confeſſionis, . . .*

D Item quia juxta verbum Jacobi, qui ait, *Confitemini alterutrum peccata veſtra,* quilibet Chriſtianus tenetur confiteri proprio ſacerdoti, quæ confeſſio lapſis poſt baptiſmum tanquam ſecunda tabuis conceditur in ſubſidium animarum; & nonnulli ſacerdotes ſuæ ſalutis immemores, & ſuſcepti officii ignari, peccata....non ut hominibus, ſed ut locum Dei tenentibus, confeſſa, quæ juxta verbum Auguſtini dicentis, Nihil in hoc mun-
E do minus ſcio, quam id, quod in confeſſione ſcio, tanquam ſcita, cum vere juxta Domini verbum debeant dici non ſcita, propalant, & revelant: ne exceſſus tanti criminis tranſeat impunitus ſtatuimus & * mandamus, quod, ſi qui tam nefandi criminis rei inventi fuerint, tanquam deportati, & in metallum damnati, perpetuo carceri mancipentur, pane & aqua pro vitæ ſuſtentatione ſolummodo reſervatis.

Jacob. 5.

* C. M. ...dam...

ANNO CHRISTI 1302.

VI. *Quod quilibet episcopus provinciæ Toletanæ publicet ...... clericis.*

Cap. clericis de immun. eccl. in 6.

Item cum sanctissimus papa dominus Bonifacius octavus, cupiens laicorum coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare, constitutionem ediderit, * quam contra laicos clericis oppido infestos tradidit antiquitas, per quam ecclesiasticis personis, & eorum bonis salubriter providetur, & parum esset jura condere, nisi essent personæ, quæ ea studiosius exequantur: statuimus & mandamus, ut quilibet episcopus Toletanæ provinciæ, teneatur in sua diœcesi eamdem constitutionem facere divulgare, ne quis crassam & supinam ignorantiam prætendere valeat, in animæ suæ periculum & jacturam.

** C. rr. quæ incipit, Clericis laicos oppido inf. ts. ant. per quam &c.*

VII. *Quod decima solvantur de omnibus.*

Ps. 23.

Item quia *Domini est terra, & plenitudo ejus*, in cujus dominii recognitionem, decimam partem, tanquam portionem Dominicam, omnium, tam frugum, quam fructuum ex terra, cultura hominum vel sine cultura nascentium, creator hominum sibi dari instituit, necnon & de omnibus aliis licite acquisitis; & nonnulli timorem Dei præ oculis non habentes, sed sui * dominii recognitionem subtrahentes, hanc decimam minime dare ministris Christi satagunt, in grave sui dispendium, & periculum animarum: proinde qui in * partem sollicitudinis vocati sumus, saluti animarum providere volentes, statuimus & ordinamus, ut omnes parochiani, de suis prædiis & prædiorum cultis, ac arborum * fructibus, hortis, & de aliis natura vel cultura humana ex terra nascentibus, necnon & de animalibus, insuper & de omnibus utilitatibus, utpote caseo, lana, cera, melle, & aliis inde provenientibus, & de omnibus aliis licite acquisitis, decimam, tanquam portionem * Dominicam, ministris Christi sine qualibet diminutione persolvant. Si qui vero Dei timore postposito, a ministris ecclesiæ canonice moniti, Dominicam decimam integre dare renuerint: excommunicationis vinculo innodentur, & nisi satisfecerint, ecclesiastica sepultura careant, etsi excommunicati non fuerint nominatim.

** C. M. Domini.*
** C. M. parte.*
** C. M. fructibus, & de aliis &c.*
** C. M. Dominus, eam.*

ANNO CHRISTI 1302.

VIII. *Quod sacerdotes, vel per se, vel per idoneos ministros, faciant hostias de farina triticea.*

Item quia dominus noster Jesus Christus, *qui est panis vivus, qui de cælo descendit*, grano frumenti se comparavit, *Joan. 6.* cum dixit: *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet*: ideo tradunt sanctorum patrum *Joan. 12.* decreta, quod panis, cui consecrandus * est, non fiat nisi ex farina * alias & ex granis frumenti, id est tritici, elicita, & ex aqua pura & limpida aspersa. Verum quia propter simplicitatem hominum, & juris ignorantiam, conficiendo massam ex aqua sit Deus panis, posset periculum imminere: statuimus & ordinamus, ut sacerdotes per se, si commode * possint, vel saltem per alios idoneos ministros ecclesiæ, ipsis tamen præsentibus, massam ex farina triticea tantum, & aqua pura * ..... fermenti, vel alicujus alterius rei appositione, conficiant, & inde hostiam faciant, quæ debeat in corpus Domini consecrari.

** C. M. est in altari*
** f. farina alba.*
** C. M. possit.*
** Deest forte sine ulla.*

IX. *De usuris.*

Item qui ad * compescendum usurarum voraginem, quæ animas devorat, & facultates exhaurit: Lateranense * & Lugdunense concilia, salubria statuunt: tam contra manifestos usurarios, quam contra domos eis locantes, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut status existant, pœnas debitas infligendo: ne nos, qui executores dictorum conciliorum sumus in Toletana provincia, favente Domino, deputati, possimus de negligentia reprehendi: statuimus & ordinamus, ut quilibet episcopus in sua diœcesi, per suas * publice pecuniam, atque * ei domos ad * domos exercendum, locantes puniat, prout dicta concilia statuunt, atque damnant.

** C. M. compensandam.*
** Later. III. cap. 25. Lugdun. cap. 26.*
** f. personas.*
** C. M. eis.*
** f. atque domos ad fœnus.*

X. *De Baptismo.*

Item quia nonnulli, tam judæi, quam Agareni, cæcitatem sui erroris attendentes, ad fidem converti desiderant orthodoxam * scilicet, mundus eos ...... bona timentes quæ habent perdere universa: ne propter hoc hostis antiquus animas perdere cupiens, bonum propositum revocet, quod Dei spiritus inspiravit: statuimus & mandamus, ut quicumque Judæus, vel Agarenus, baptizari voluerit, propter baptismi sacramentum bona, quæ ante habuit, ut jura præcipiunt, non amittat.

** f. orthodoxam, sed mundus eos revocat, bona &c.*

XI.

ANNO CHRISTI 1302.

XI. *De festo sancti Ildephonsi colendo.*

Item quia mater Verbi & salvatoris nostri, domini Jesu Christi, gloriosa ac semper virgo Maria, cappellanum ac suæ virginitatis specialem præconem, beatum Ildephonsum, patriarchalis Toletanæ ecclesiæ præsulem ac rectorem, post sui assumptionem descendens de cælo empyreo, corporaliter visitavit, ac donis & muneribus * specialibus decoravit, in signum * specialis dilectionis & amoris, * & quos mater Dei diligit & hono- B rat, nos teneamur diligere ac etiam honorare: statuimus & ordinamus, ut per totam Toletanam provinciam, ejus festivitas, tanquam præcipuæ, seu duplici officio solemniter celebretur.

* C. M. spiritualibus; minus recte.
* C. M. spiritualis.
* C. M. ut quos.

XII. *De Salve Regina cantanda.*

Item cum humana fragilitas propter sui corruptionem vivere nequeat absque culpa, & testante Hieronymo, res contra naturam pene sit, ut sine peccato aliquis vivat, & lapsi per peccatum, C solum, post * Dominum, recursum habeant ad vitæ dulcedinem sanctam Virginem gloriosam, quam tenemur omnes requirere tanquam matrem misericordiæ, cum hymnis & canticis gloriosis: ideo inde suæ laudis præconium duximus taliter ordinandum, ut singulis diebus post completorium cantetur *Salve Regina* in qualibet ecclesia, alta voce, cum versu, *Ora pro nobis*, & orationibus, *Concede nos famulos tuos*; Item, *Ecclesiæ tuæ*; & pro summo pontifice oratio, *Deus omnium fidelium*; & pro Rege D nostro oratio, *Quæsumus omnipotens Deus*.

* C. M. Domini.

XIII. *De immunitate ecclesiarum.*

Item, cum ea, quæ Divini juris, sæculari non subjaceant potestati, & nonnulli potentes, nescimus quo ducti spiritu, vel odii fomite, vel cupiditatis radice, ecclesias infringere, & earum libertatem & privilegia imminuere moliuntur, eis exactiones indebitas & onera gravia imponendo: proinde nos, qui ex officii nostri debito, tanquam mu- E rum pro domo Israel opponere nos debemus hujusmodi excessibus, quantum cum Deo possumus, resistere cupientes, statuimus & ordinamus, ut si Regina fuerit quæ hoc facere acceptaverit, vel prandia indebite exegerit, vel filii regum, episcopus in cujus diœcesi attentati, vel etiam perpetrari contigerit, eis penitus denunciet, ut satisfaciant de commisso; & si requisiti satisfacere

A noluerint infra mensem, juxta modum & qualitatem culpæ, vel damni dati, cujus æstimatio diœcesani arbitrio relinquatur, prout viderit expedire, terra eorum, si qua in sua diœcesi habuerint, ecclesiastico subjaceat interdicto. Quod interdictum ponere ceteri episcopi in terris, quas in suis diœcesibus habuerint, postquam eis denunciatum fuerit, teneantur.

ANNO CHRISTI 1302.

Verum quia domini Henrici, filii illustrissimi domini Ferdinandi quondam regis Castellæ & Legionis (qui ab ecclesia Toletana * Ponadieilam, & ab ecclesia Segoviensi, Riacan. aldeas, indebite detinet occupatas, necnon & episcopo Seguntensi quædam mobilia, postquam fuit de eo provisum Seguntensi ecclesiæ, usurpavit) excessus est notorius: statuimus & ordinamus, ut nominatim requiratur, quod prædicta loca restituat, Seguntino episcopo satisfaciat de ablatis. Idem penitus statuentes de infantissa Portugalliæ, super restitutione pœnarum de Viana, Conchensi ecclesiæ facienda. Ceterum si alii potentes a prænominatis, in præmissis deliquerint: secundum canonicas sanctiones, terræ eorum, quas habent in eorum diœcesi, supponantur ecclesiastico interdicto. Et præter hoc, si moniti, usque ad mensem non satisfecerint, ab eisdem excommunicationis vinculo innodentur, temperantes, si sibi videbitur expedire. Quam excommunicationem archiepiscopo, & ceteris suffraganeis denuncient, ut & ipsi a suis subditis eos tanquam excommunicatos faciant evitari. Quod si in diœcesibus, in quibus deliquerint, terras non habuerint, si * in aliis diœcesibus provinciæ Toletanæ: illi episcopi ubi deliquerint, eos excommunicent, sed alii episcopi ubi terras habuerint, teneantur, postquam ad eos pervenerint, & eos excommunicatos facere in suis diœcesibus denunciari, & terras eorum supponere interdicto. Verum si in diœcesi archiepiscopi aliquod commissum fuerit de prædictis: teneatur idem facere, quod episcopis est superius ordinatum. Simile penitus statuentes, si delinquentes, tale delictum commiserint, propter quod incurrant excommunicationis sententiam ipso facto.

Scilicet Ferdinandi III.
* C. M. Posadiellam.
* Cor. let.

Quod si religiosæ militares personæ fuerint, qui talia perpetraverint: contra tales duximus taliter procedendum; ut si fuerit magister alicujus ordinis, vel magnus commendator, vel prior Hospitalis S. Joannis, ab episcopo in cujus diœcesi deliquerit, per se, vel per alium moneatur, ut satisfaciat secundum quod jura præcipiunt de commisso.

ANNO CHRISTI 1302.

so. Quod si hoc facere * renuerit, ille A episcopus in cujus diœcesi delictum commiserit, ejus terras subjiciat ecclesiastico interdicto; quod si terras in ejus diœcesi non habuerit, fiat, ut præcedenti paragrapho est notatum. Sed si inferiores a prænominatis fuerint, * ut simplices commendatores, & deliquerint in loco vel in re non exemptis: per episcopum in cujus diœcesi talia perpetraverint, si moniti non satisfecerint, & excommunicentur, & nihilo minus eorum commendæ supponantur ecclesiastico interdicto, & si in sua perfidia B perseveraverint, denuncientur suo majori: & si ipse non correxerit, & satisfacere noluerit, vel corrigi & satisfieri non fecerit, a die requisitionis infra mensem, omnes ecclesiæ & villæ sui dominii similiter ecclesiastico subjiciantur interdicto, in * quacumque fuerit diœcesi Toletanæ provinciæ, eo modo, quo superius est expressum. Si vero simplex frater sine commenda aliqua, deliquerit in loco & re (ut præmissum est) non exemptis, & monitus non satisfecerit: per diœcesanum excommu- C nicetur, ubi delictum fuerit perpetratum. Et si indurato animo in rebellione perseveraverit, suo commendatori denuncietur. Quod si nec ille commendator correxerit, & * emendare non fecerit: procedatur, ut superius est notatum.

* C. M. noluerit.
* C. M. ut sicut.
* C. M. quorum.
* C. M. emendari.

Item si similes, vel quævis alia persona, in aliquo deliquerit, episcopus in cujus diœcesi deliquerit, eum excommunicet, & excommunicatum denunciet domino archiepiscopo, ut eum faciat ab omnibus suffraganeis evitari: & D nihilo minus si terram in aliqua parte provinciæ habuerit, episcopus in cujus diœcesi fuerit, eam subjiciat ecclesiastico interdicto. Hæc constitutio, quantum ad hujusmodi personas, juxta arbitrium episcopi ad * præterita extendatur.

* C. M. prædicta.

Item si communitas aliqua vel concilium deliquerit: episcopus diœcesis locum subjiciat interdicto. Et nihilo minus officiales aliquos de majoribus nominatim excommunicent; excommunicatos, archiepiscopo denuncient, ut superius.

Item si Alcales, vel Majorini, vel alii rectores civitatum, vel aliorum locorum, deliquerint: per diœcesanum excommunicentur, & excommunicati denuncientur domino archiepiscopo, ut superius. Et si universitas vel concilium loci ubi hoc acciderit, in hoc inventa fuerit culpabilis: locus supponatur ecclesiastico interdicto.

XIV. *De captione ecclesiarum.*

Item cum rex pacificus Christus Jesus, qui pacem venit docere in mundum, ecclesiam suam in petra fidei solidatam, pacis vinculo firmavit, & in ea episcopos vel prælatos, & alias personas, quas instituit, & suam pacem dedit, atque * reliquit, quorum anima, secundum Ambrosium, sunt fletus & lacrymæ, & pro Dei populo noscuntur solum orationi & jejunio deputati; & nonnulli de sua potentia confisi, instigante diabolo, in Dei opprobrium & contemptum, jam dictos prælatos & Christi ministros non solum injuriis afficere.....est tanquam * jus mortis, * diffidare in personis propriis non verentur: * nos attendentes quam ignominiosum eis existat, si bene advertereat, arma contra tales assumere, quibus armis uti, veritate eis in persona.... prohibente, cum dixit: *Converte gladium tuum in locum suum*, & alibi: *Mihi vindictam, & ego retribuam*. Ideo nos tranquillitatem & pacem in ecclesia Dei servare volentes, ne concussis columnis ædificium corruere censeatur: statuimus, & mandamus, quod si aliquis cujuscomque dignitatis, conditionis, vel status existat, diffidaverit, vel diffidatum tenet vel tenuerit, episcopum præsentem, vel canonicum ecclesiæ cathedralis, aut socium, & admonitus diffidationem non revocaverit, excommunicetur, & denuncietur, domino archiepiscopo, ut supra. Et nihilo minus terra ejus, ubicumque eam habuerit in provincia Toletana, per diœcesanum loci subjiciatur ecclesiastico interdicto.

* C. M. & quæ.
* Locus mendosus.
* C. M. diffidare.
* C. M. non
Matth. 26.
Rom. 12.

Item quia nonnulli ecclesiarum vassalli, terras ex munificentia regum vel principum largitate ecclesiis acquisitas, vel quovis alio justo titulo obtentas & possessas, calliditate propria, vel alterius fallacia decepti, in potentes & duros adversarios, venditionis alteriusve alienationis titulo, transferre nituntur, unde ecclesiæ in rebus & juribus damnificantur, & earum ministri rixas incurrunt * & odia graviora: ideo E nos....ecclesiarum providere, & ministrorum quietudinem fovere prout cum Deo possumus cupientes.

* C. M. ant

XV. *De non emendis possessionibus ecclesiasticis per certas personas.*

Statuimus & mandamus, quod si aliqui milites, vel alii privilegiati, domos vel possessiones * emerint, vel emerunt,

* C. M. emerint in domini opusve.

ANNO CHRISTI 1302.

runt, in dominio ecclesiæ, & eas moniti infra duos menses dimittere noluerint, vel vendere * personis non privilegiatis minime curaverint, per diœcesanum, in cujus diœcesi sunt, excommunicentur; & nihilo minus, si terras habuerint, subjiciantur ecclesiastico interdicto. De qua sententia debet facere fidem archiepiscopo, ut ipse contra eum procedat eo modo, quo superius est notatum. Statuentes nihilo minus, ut hæc constitutio ad præterita extendatur.

* C. M. personis privilegiatis &c.

Ego Petrus..... de Cailla, notarius curiæ domini archiepiscopi Toletani, * præsens interfui, quando supradicti reverendi patres & domini, videlicet archiepiscopus Toletanus, & ceteri episcopi, & procuratores suarum ecclesiarum, & alii canonici cathedralium ecclesiarum, fuerunt congregati apud Pennam Fidelem, & ipsi omnes suprascriptas constitutiones, quas ibidem composuerant, & ordinaverant, fecerunt in mei præsentia legi, mandantes insuper mihi, ut eas manu propria scriberem, & in publicam formam redigerem, atque earum transumpta supradictis dominis, vel procuratoribus suarum ecclesiarum, qui in prædicta congregatione cum eis interfuerant, exhiberem, cum ab eis fuero requisitus.

* C. M. præsens fui.

Actum est apud Pennam Fidelem, tertio Idus Maji, anno Domini MCCCII. præsentibus supradictis dominis. Et ego ad mandatum eorum hoc transumptum ex prædictis constitutionibus propria manu scripsi, & in earum fine apposui hoc meum assuetum signum.

Ordinatio episcoporum in concilio Toletano disponitur isto modo.

Ex parte dextera.	*Ex parte sinistra.*
Episcopus Palentinus.	Episcopus Segoviensis.
Episcopus Oxomensis.	Episcopus Seguntinus.
Episcopus Cordubensis.	Episcopus Conchensis.

G. COSS. OBSERVATIO.

Concilium hoc Ægidio archiepiscopo tribuitur in eo quo sumus usi Ms. cum tamen certo constet esse Gundisalvi III. qui prius Conchensis episcopus fuerat. Id autem constat ex anno quo est habitum: tunc enim non Ægidium, sed Gundisalvum, Toletanæ ecclesiæ præfuisse, ex rerum Hispanicarum scriptoribus, & antiquum illius ecclesiæ catalogo, didicimus. Constat id quoque ex cap. 2. concilii Complutensis, anni MCCCXXVI. in quo Joannes Toletanus archiepiscopus ait, a Gundisalvo prædecessore suo concilium apud Pennam Fidelem esse celebratum, ejusque citat constitutionem, quæ incipit: *Item cum ea quæ Divini juris*; quam constitutionem in hoc nostro concilio legimus, cap. 13. Satis igitur mirari non possum historicorum aliquot incogitantiam, qui concilium hoc ab Ægidio Albornotio celebratum dixerunt, qui sedere cœpit, anno MCCCXXXVII. totis nimirum 35. annis post concilii hujus nostri tempus; annis vero 11. postquam ejus est facta mentio in concilio Complutensi. Errorem hunc puto Hispanis librariis tribuendum, qui cum reperissent scriptum G. *archiepiscopi*, prima tantum expressa nominis littera (quod in actis hujusmodi fieri solitum esse norunt eruditi) putarunt designari Ægidium qui Hispanico vocabulo *Gil* vocatur: præsertim cum celebritas illius nominis faveret, ut de hoc potius Toletano archiepiscopo cogitarent, quam de aliis, quorum fortasse ne nomina quidem sciebant. Utut est, multos in errorem prava eorum scriptura impulit: at non Marianam nostrum, qui libro historiæ suæ xv. cap. V. diserte ait, Gundisalvum huic concilio præfuisse.

V I T A
B E N E D I C T I P A P Æ X.
V U L G O X I.

Benedictus hujus nominis decimus (qui enim opinione vulgi decimus numeratur, schismaticus & antipapa fuit, ut videre est in vita Stephani decimi & Nicolai secundi) patria Tarvisinus, sancti Dominici ordinis generalis, Nicolaus antea vocatus, propter raram & singularem doctrinam, Ostiensis cardinalis a Bonifacio creatus, eidem in sede pontificali successit, XI. Kalendas Novembris anno Domini 1303. Alberto imperante. Sciarram cum sectatoribus in judicium vocavit: venire recusantem de integro excommunicavit. Cognita vero Philippi regis causa, eumdem absolvit: cardinalibus Columnensibus eumdem favorem impertiit, sed ad breve tempus tamen uti pileo rubeo prohibuit. Cardinalibus aliquot creatis, res Italiæ componere studuit, ut, iis sedatis, Christianis in Syria laborantibus auxilium ferre posset. Verum in ea deliberatione Perusium profectus, ibidem mortuus est ipsis Nonis Julii anno 1304. cum sedisset menses octo, & dies septemdecim. In ecclesia fratrum Prædicatorum sepultus est. Miracula ab ipso edita sanctitatis ejus sunt evidentissima signa: nam ægrotos sanavit, & dæmoniacos liberavit. Post ejus mortem, sedes tredecim menses & duos dies vacavit.

CON-

ANNO CHRISTI 1303. ANNO CHRISTI 1303.

CONCILIUM NUGAROLIENSE,

Ab Auscitanæ provinciæ episcopis præside Amaneo archiepiscopo celebratum IV. Nou. Decemb. anno MCCCIII.

Ex Sivertii Summa omnium excommunicationum edidit Ludovicus Bail in Summa sua conciliorum.

TITULI CANONUM.

CANONES.

I. *Ut clerici peregrini non recipiantur sine litteris sui episcopi.*

Statuimus quod nullus in ecclesia sua recipiat clericum peregrinum ad officiandum, sine litteris commendatoriis ordinarii sui, & licentia sui episcopi. Alioqui clericus peregrinus sententiam excommunicationis incurrat.

II. *Ut qui eos ad efficienda sacramenta recipiunt, sint excommunicati.*

Irrefragabili constitutione sancimus, quod rectores ecclesiarum, & subcappellani eorum, recipientes peregrinos ignotos presbyteros absque suorum diœcesanorum litteris recommendatoriis, ad efficiendum ecclesiastica sacramenta, ipso facto sint excommunicationis sententia innodati.

A

III. *Ut prælatorum, & inquisitorum officium nemo turbet.*

Ut prælatorum judicum, inquisitorum & visitatorum officium eo fructuosius, quo liberius, valeat exerceri: præsenti statuto universis & singulis tam religiosis, quam clericis ac laicis, duximus inhibendum, ne ipsos impedire vel turbare præsumant, quo minus in ipsis locis religiosis, regularibus, vel aliis eisdem subjectis, liberum officii sui debitum exequantur. Alioqui si laici fuerint, excommunicationis, si religiosi & clerici, interdicti ipso facto incurrant sententias.

B

IV. *Ut nuncii ab episcopis missi, a nemine prohibeantur fungi officio suo.*

Si quis nuncios nostros, suffraganeorum nostrorum, seu judicum nostrorum suorumque, missos per nos vel eos, pro convocandis conciliis, synodis, citationibus vel executionibus faciendis, per se, vel per alium vel alios, clam vel palam impediverit, litteras eisdem abstulerit, fregerit, deleverit vel occultaverit, percusserit, vel in præmissis, vel ad aliquod præmissorum dederit consilium, auxilium vel favorem, eo ipso sit excommunicationis vinculo irretitus.

C

D

V. *Ut domini & judices temporales de causis ecclesiasticis se non intromittant.*

De excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiis, scilicet an juste latæ fuerint, vel injuste, vel de aliis causis specialibus, vel ecclesiasticis, seu alias ad forum ecclesiæ, de jure, vel de antiqua consuetudine spectantibus, se nullatenus intromittant domini vel judices temporales: nec judices ecclesiasticos, nec super ipsis recurrentes ad ipsos, in hujusmodi quomodolibet impediant, vel prædictis dent consilium, auxilium vel favorem. Alter prædictæ excommunicationis sententia sint ligati: quæ, nisi satisfactio facta prius fuerit, minime relaxetur.

E

VI.

VI. Ut fugientibus ad ecclesiarum tutelam, injuria non fiat.

Quicumque fugientes ad ecclesiarum tutelam ibidem vulneraverit, mutilaverit, interfecerit, victualia subtraxerit, vel ne habere, aut dare eis valeant impediverit per se, vel per alium, seu alios, aut custodes, ne exinde exire possint, quoquomodo posuerit, incenderit, inde extraxerit violenter, aut aliquid prædictorum fieri præceperit vel procuraverit, seu consilium vel opem adhibuerit, excommunicationis sententiæ subjicitur ipso facto, præterquam in casibus a canonibus permissis.

VII. De perjuris.

Statuimus ut quicumque in transgressione juramenti manifeste fuerint deprehensi, ad mandatum nostrum, suffraganeorum, vel officialium nostrorum, in ecclesia eorumdem publice denuncientur perjuri: qui si admoniti, satisfacere noluerint, extunc excommunicentur candelis extinctis, & denuncientur intestabiles ac infames: nec ad testimonium vel actus legitimos admittantur: nec in foro pœnitentiæ, præterquam in mortis articulo, solvi valeant, &c. Et hoc frequenter in ecclesiis cathedralibus & parochialibus præcipimus publicari. Officiarii autem qui in observatione prædicti statuti, negligenter scientes extiterint, ipso facto ingressum ecclesiæ usque ad mensem sibi noverint interdictum.

VIII. Ut laici non sepeliantur intra ecclesias.

Corpora laicorum non sepeliantur intra ecclesias sine licentia prælati & rectoris, quamvis ab antiquo haberent sepulturas: alioqui eosdem (sepelientes) excommunicationis sententiæ volumus subjacere.

IX. De iis qui extra parochiam suam eligunt sepulturam.

Quicumque extra suam parochialem ecclesiam in qua decessit, elegerit sepulturam, matrici ecclesiæ solemniter præsentetur, & eidem reddatur de funeralibus debitum, prout de jure, vel in parochia fieri consuetum est: & contrarium facientes ipso facto subjaceant ecclesiastico interdicto.

X. De detentoribus decimarum.

Tam detentores decimarum ante ipsarum restitutionem, quam eorum filii, uxores, & familiæ, sepultura careant Christiana: nec ipsi, nec eorum filii usque ad quartam generationem inclusive ad tonsuram clericalem, ceteros ordines, vel ecclesiastica beneficia aliqua admittantur. Sed eorum beneficia aliis libere conferantur. Si nostri ordinarii prædictis hæc contulerint, ab illorum collatione eo ipso se noverint suspensos: & loca ubi sepulti fuerint, per annum ecclesiastico subjaceant interdicto.

XI. Ut archidiaconus visitans nihil muneris recipiat, nec quisquam suorum.

Archidiaconus visitare volens, in principio suæ visitationis omnes quos secum ducere voluerit, sic informet, quod nec ipse, nec quisquam suorum aliquid muneris, qualitercumque offeratur, recipiat. Alioqui percipientes, usque ad restitutionem dupli illius quod receperint, ecclesiæ vel rectori a quo receperint, faciendam teneantur, & excommunicationis sententiæ ipso facto senuverint subjacere. Archidiaconus autem contra præsentem constitutionem in aliquo veniens, tamdiu ab officio ipso se noverit suspensum, quousque de duplo hujus, si receperit, & ultra, per ipsum fuerit plenarie satisfactum: nulla eis in hoc remissione, libertate seu gratia valitura.

XII. De ecclesia nondum consecrata, si polluatur.

Ecclesia nondum consecrata, attamen Divino cultui dedicata, si polluatur seminis aut sanguinis effusione hominis violenta, vel sepultura excommunicatorum, interdictorum, hæreticorum, schismaticorum, paganorum seu Judæorum, nec ossa discerni & exhumari possint: per episcopum tantum aspersione aquæ benedicatur: si vero inferior ipso ecclesiam aut cœmeterium hujusmodi, vel etiam consecratam, reconciliare præsumpserit, eo ipso ecclesiastico supponatur interdicto.

XIII. Ut causæ seculares, maxime sanguinis, in ecclesiis non tractentur.

Judices sæculares, cujuscumque conditionis, si suas causas, maxime de sanguinis effusione & corporali pœna, in eccle-

ANNO CHRISTI 1303.

ecclesiis vel cœmeteriis audeant agitare, statuta, aut parlamenta facere, nisi ad pietatem suadeant: per publicationem præsentis edicti, excommunicationis sententiæ ipso facto volumus subjacere: processus eorum nihilo minus careant roboris firmitate.

XIV. De concubinariis, usurariis, adulteris.

Excommunicamus & mandamus denunciari excommunicatos publice omnes concubinarios, usurarios, adulteros manifestos.

XV. De iis qui retinent instrumentum soluti debiti.

Excommunicamus & excommunicatos provinciæ denunciari præcipimus creditores, qui instrumentum soluti debiti detinent, nisi infra quindecim dies, si commode fieri poterit, restituerint ipsum instrumentum debitori, vel alii legitimo pro eodem, vel saltem ipsum cancellaverint ac fregerint instrumentum infra dictum terminum.

XVI. De rapinis & detentoribus rerum & personarum ecclesiasticarum.

Supponimus ecclesiastico interdicto omnem locum provinciæ Auxitanæ, ubi manifesta rapina ecclesiarum, religiosorum, clericorum, vel personarum ecclesiasticarum reponitur, quamdiu dicta rapina ibi fuerit, vel clericus, aut persona ecclesiastica contra voluntatem sui prælati inibi capta a quocumque detinetur: & si de loco in locum mutata D fuerit, primus locus, & alia unde & ubi mutatur, usque ad dignam satisfactionem, eo ipso, ecclesiastico remaneant interdicto. Et si de prædictis quispiam consenserit scienter, ipso facto pœna consimili sit ligatus.

XVII. De iis qui talliant reclusos leprosos.

Excommunicamus & excommunicatos provinciæ denunciari præcipimus barones, consules, bajulos, & alios quos- E cumque qui reclusos leprosos, ratione per-

A sonarum vel patrimonii, ausi fuerint talliare, vel aliquid pro tallia exigere ab eisdem: nisi sic exacta infra 15. dies plenos restituerint requisiti.

ANNO CHRISTI 1303.

XVIII. Ut personæ ecclesiasticæ & earum bona non pignorentur.

Personæ ecclesiasticæ vel earum bona pro aliis non pignorentur: contrarium facientes, nisi de præmissis satisfecerint, infra mensem ipso facto sint excommunicationis vinculo innodati; universitates B locorum, ecclesiastico subjaceant interdicto.

XIX. Ut bona ecclesiastica in ædibus sacris deposita non occupentur.

Denunciari præcipimus publice excommunicatos, universos & singulos qui apud ædes sacras deposita ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum, arrestaverint vel occupaverint, & arrestari mandaverint: & qui talia occupata receperint, quique in prædictis scienter C dederint publice vel occulte consilium, auxilium vel favorem.

Confirmatio prædictorum statutorum.

Publicatæ fuerunt prædictæ constitutiones apud Nugarolum, die Lunæ post festum B. Andreæ apostoli, in concilio provinciali celebrato per reverendum in Christo patrem D. Amaneum Divina miseratione archiepiscopum Auxitanum: præsentibus & assistentibus sibi venerabilibus, Tarbiensi, Convenensi, Condomensi, Lectorensi, Vasatensi, Aquensi, Olorensi, Lascuriensi, Adurensi, episcopis, * B. Coseranensi electo & confirmato, & domino electo concor- D diter Bajonensi, & quampluribus abbatibus, Prioribus, & aliis subditis provinciæ Auxitanæ, sub anno Dom. MCCCIII.

* Bernardo.

Nota Gabr. Cossartii S. J.

Horum capitulorum postremam, quo ipsorum promulgatio facta dicitur anno MCCCIII. reperio in MS. codice illustrissimi archiepiscopi, Remensi coadjutoris Tellerii: sed eadem concilii alterius Auscitani apud Marciacum celebrati, cujus fronti annus adscriptus est MCCCXXVI. certissimo charactere, ut suo loco dicam, designatus. Cujus concilii cum pars sint omnia hæc capitula, partim integra, partim interpolata: valde suspecta mihi est eorum sub hunc annum collectio. Quia tamen suspecta tantum est, cum eadem constitutiones in diversis conciliis sæpe iisdem verbis repetantur, eam hic desiderari nolui. Lectoris esto judicium. Profuit E concilium illud anni 1326. ad horum capitulorum menda quædam tollenda.

CON-

ANNO CHRISTI 1304.

CONCILIUM APUD PINTARVILLAM

Anno 1304. coactum.

Ex Ebertul. Fiscan. 1305. affert Gallia Christiana, Tom. xi. pag. 173. in Append.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, Guillelmus miseratione divina Rotomagensis archiepiscopus, Gaufridus Abrincensis, Mathæus Ebricensis, Philippus Sagienses episcopi, Rotomagensis Ecclesiæ suffraganei, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod vir religiosus Frater Thomas abbas monasterii Fiscannensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Rotomagensis Diœcesis, requisitus a nobis in Provinciali Concilio apud Pintarvillam ob ardua negotia totius Cleri Rotomagensis Provinciæ celebrando congregatis, absentibus Petro Bajocensi, Guidone Lexoviensi, & Roberto Constantiensi episcopis, ac non coactus, privilegiis apostolicis super exemptione suæ personæ suique monasterii prædicti in omnibus eis salvis, una nobiscum ad dictum Concilium convenit, & intravit, protestans expresse, quod ob hoc ad alia concilia, seu convocationes quascumque per nos, & nostrum quemlibet in posterum faciendas, ipse suique successores tanquam ab omni ordinaria jurisdictione locorum notorie exempti, sedique Apostolicæ immediate subjecti, nullo modo possint interesse compelli. Quam protestationem tanquam idoneam, & rationi consonam admittentes, habere volumus roboris firmitatem. In cujus rei testimonium, sigilla nostra præsentibus litteris sunt appensa. Actum, & datum apud Pintarvillam prædicta die Martis post festum beatæ Agathæ, anno Domini 1304.

CONCILIUM COMPENDIENSE,

A Roberto de Courtenay Remensi archiepiscopo, cum suffraganeis celebratum pridie Non. Januar. anno Dom. MCCCIV. *

Ex codice MS. synodalium Remensis ecclesiæ.

Constitutio provincialis concilii facta apud Compendium anno Domini MCCCIII. die Veneris post circumcisionem Domini.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut excommunicati, & qui clandestina matrimonia fecerint, procuraverint, iis interfuerint, ad Divina non admittantur, nec eorum corpora ad ecclesiasticam sepulturam.*
2. *Ut tallia & collectæ non imponantur clericis, sub prætextu quod sint mercatores.*
3. *Ut qui excommunicationis sententiam sustinuerint per biennium, nisi in extremis satisfecerint, careant ecclesiastica sepultura.*
4. *Quod excommunicatis, qui vocati ad synodum, non comparuerunt, indicatur purgatio canonica, tanquam de hæresi suspectis.*
5. *Quod ecclesiastici contenti sint jusculo & duobus ferculis, nisi superveniant magnates.*

PRÆFATIO.

AD perpetuam rei memoriam profuturam in perpetuum, & tenendam, Nos R. miseratione Divina Remensis archiepiscopus in nostro provinciali concilio, quod apud Compendium nostræ Remensis provinciæ, anno Domini millesimo trecentesimo tertio * die Veneris post festum Circumcisionis ejusdem, universis suffraganeis nostris ad hæc, ut moris est, convocatis, & præsentibus venerabilibus fratribus Guillelmo Suessionensi, Guillelmo Laudunensi, Joanne Belvacensi, Guillelmo Atrebatensi, Guillelmo Silvanectensi, Guillelmo Ambianensi, Joanne Morinensi, & Guillelmo Cameracensi, episcopis; necnon dilectis suis magistris, Guielchini, Novionensis, & Joanne Tornacensis, venerabilium fratrum episcoporum vicariis; & magistro Hugone procuratore venerabilis fratris nostri Catalaunensis episcopi, licet minus competenter instructo, tamen hac vice de gratia admisso, extitit celebratum: nonnullis ecclesiarum, & personarum ipsarum oppressionibus, injuriis, & offensis, ad nostram deductis notitiam, & eidem concilio referatis, deliberatione super his in ipso concilio habita pleniore, de totius concilii providentia unanimi & concordi, juxta negotiorum ingruentiam & temporis qualitatem, super eisdem injuriis pro defensione libertatis ecclesiasticæ adhibere curavimus opportuna remedia, quæ sequuntur.

* *Romanus annus jam erat 1304. a Kal. Jan. sed tunc in Galliis inchoabatur tantum a paschate.*

CAPITULA.

I. *Ut excommunicati, & qui clandestina matrimonia fecerint, procuraverint, iis interfuerint, ad Divina non admittantur, nec eorum corpora ad ecclesiasticam sepulturam.*

IN primis igitur statuimus, & decernimus auctoritate concilii ejusdem, quod cum in canonibus tam antiquis, quam noviter editis, sit statutum, ne quævis sæculares, religiosæ, exemptæ & non exemptæ personæ, excommunica-

* Concilii hujus canones integri etiam recitati sunt, & adoptati a PP. Concilii diœcesani Cameracensis eodem anno 1304. habiti, quod extat in Conciliis Germaniæ, Tom. iv. pag. 89.

ANNO CHRISTI 1304.

tos & interdictns onminatlm & publice, ad Divioà; ucve corpora defunctorum talium, ad eccleſiaſticam ſepulturam admittant : alioquin talibns ab ipſis cauouibus eſt ingreſſus eccleſiæ interdictus : ut tam ſalubtia ſtatuta publlcentur frequeoter. Adjicieotes præſentis aoctoritate concilii, quod nmnes & ſinguli, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, profeſſinnis, aut conditionis exiſtant, qui talibus Divinis celebrandis & ſepulruris faciendis intereſſe præſumpſerint, & qui opem in his, auxilium præſtitetint, & favorem, poſt menſem a tempore publi- B catinnis præſeutlum in ſingulis diœceſibus Remenſis provinciæ facieudæ, excommunicationi ſubjaceaut ipſo facto. Simili ſenteatia percellentes omnes & ſingulos, qui matrimonia clandeſtina fecerint, ſeu conttaxerint, aut procuraverint fieri, ſeu ipſis præſumpſeriot intereſſe.

II. Ut tallia & collectæ non imponantur clericis, ſub prætextu quod ſint mercatores.

Item, quia nonnulli ſervientes temporalium domioorum, & juſtitiæ laicalis, aſſerentes pro ſuo debito, clericos tam non uxoratos quam uxoratos (qui tameo cum unica & virgine contraxerunt) eſſe publicos mercatores, tallias & collectas imponunt eiſdem, & extorquent ab eis invitis, quanquam clericaliter vivant, nullis ſe mercimoniis implicantes : ac mooiti auctoritate ordinariorum locorum ut deſiſtant, recu- D ſaot parere, quamquam offeratur eiſdem, ut facta fide coram ipſis ordinariis, quod dicti clerici ſunt tales manifeſti mercatores, tallias & collectas hujuſmodi permittaotur levare : ipſi tamen judicis & partis officio fungentes, cognitionem ſuper hoc ſibi vendicaot & aſſumunt. Et quia de his, ut aſſeruot, ſibi cooſtat : bona dictorum clericorum mobilia capluot, vendunt, & diſtrahuot, in magnum præjudicium & gravamen ipſorum. Pro modo etiam omoium facultatum ipſorum clericorum, licet in minimo ſolom eos aſſerant mercatores, tallias & collectas imponoot, E & extorqueot ab eis. Nos attendentes, præmiſſa fieri contra libertatem & conſuetudines eccleſiaſticas notorias & antiquas, talia amodo fieri prohibemus : alinquin poſt meoſem a tempore publicatioois prædictæ, omnes illos & ſingulos qui talia amodo facere, procurare, mandare, aut facta ſuo nomioe rata habere, auxilium, conſilium, opem, vel favorem, clam vel palam præſtare præ- A ſumpſeriot, auctoritate ſupradicti concilii, monitione tamen competenti præmiſſa, excommuoicamus in his ſcriptis.

ANNO CHRISTI 1304.

III. Ut qui excommunicationis ſententiam ſuſtinuerunt per biennium, niſi in extremis ſatisfecerint, careant eccleſiaſtica ſepultura.

Item quia non caret nota hæreticæ pravitatis, in contemptum poteſtatis & clavium ſanctæ matris eccleſiæ, excommunicatioois ſententiam, quamvis catholicam, in ſe latam ſuſtinere, præſer- B tim bienoium & amplius : volentes huic canceri vulneroſo, ne ſui contagione corrumpat alios, & pernicioſo ſedocat exemplo, ignitum, quod ſupereſt, injicere ferrum : ſtatuimus auctoritate præſentis concilii, ut tales, qoi taliter excommunicationem in ſe latam ſuſtiouerint, eccleſiaſtica careaot ſepultura, niſi ſaltem in extremis pœnituerint, & ad condignam veoeriot ſatisfactiooem & emendam.

C *IV. Quod excommunicatis, qui vocati ad ſynodum, non comparuerunt, indicatur purgatio canonica, tanquam de hæreſi ſuſpectis.*

Item cum excommunicati per biennium & amplius, ad præſens concilium ſiot vocati, peremptorie & perſonaliter reſponſuri ſuper tanto exceſſu, qol notam ſeu ſpeciem hæreſis non evadit : quia non venerunt nec comparuerunt per idoneos reſponſales, ipſos omoes & D ſingulos reputamus contumaces, purgationem eis omnibus & ſingulis, quos ſuſpectos habemus de hæreſi, indicentes caoonicam : ad quam præſtandam ſecundum juris formam, ipſos & ſiogulos ipſorum coram ſingulis ſuis diœceſanis, termiuo ſuper hoc competenti præfigendo eiſdem ab ordinariis ſupradictis, decernimus dctioeri.

V. Quod eccleſiaſtici contenti ſint juſculo & duobus ferculis, niſi ſuperveniant magnates.

Item diligeoti deliberatione præhabi- E ta, honeſtateque cooſiderata, & ut a ſuperfloitatibus abſtioeatur : ſtatuimus, ut omnes & ſiugulæ perſonæ eccleſiaſticæ Remenſis provinciæ, in ſingulis conviviis ſint contentæ potagio & duobus ferculis, ſine fraude : oiſi magnitudo perſoarum ſuperveoieotium aliud requiat. Et tunc cum prædictis poterunt uti aliquo intermedio ferculo : ita quod ſi io conviviis hojuſmodi reges, duces, comites, barones, aut alios excellentes con-

ANNO CHRISTI 1304.

contigerit interesse, præsenti statuto minime sint astrictæ. Si quis vero contra præmissa, vel aliquid de præmissis, attentare præsumpserit, pœna punietur condigna.

Quæ omnia redigi fecimus in scripturam, & in ipso concilio solemniter promulgari: præcipientes districtius, & mandantes auctoritate prædicti concilii, universis & singulis provinciæ Remensis, quatenus quæ taliter pro defensione jurisdictionis ecclesiasticæ, & ipsarum ecclesiarum statu pacifico, duximus ordinanda, prout superius continetur, servent & teneant illibata. In quorum testimonium & munimen, sigillum nostrum, una cum sigillis dictorum præsentium suffraganeorum, præsentibus duximus apponendum. Et nos prædicti præsentes suffraganei, sigilla nostra una cum sigillo prædicti reverendi patris, in præmissorum testimonium duximus apponenda. Datum anno & die Veneris supradictis.

ANNO CHRISTI 1304.



Ex Bessin Conc. Rotom. Prov. p. 167.

CONCILIUM PROVINCIALE

Apud Pintarvillam Die Martis post festum beatæ Agathæ 1304. more Gallico.

Dies & annus hujus concilii eruuntur ex protestatione Abbatis Fiscanensis. Nominantur ibi Guillelmus Rotomagensis archiepiscopus, Gaufridus Abrincensis, Matthæus, & Philippus Sagienses episcopi. Ex illius autem actis id unum superesse scimus, quod legitur sub finem Rotomagensis cujusdam Synodi.

Statuit Concilium omnes & singulos judices sæculares clericos ratione facti vel obligationis personalis etiam habiti vel habitæ coram eis, si ipsorum judicum litteræ factæ super hoc ostendantur, qui tanquam non coram suo judice pro infectis habeantur; justitiantes per suorum captionem bonorum, & amicorum suorum, seu aliis quomodolibet directe vel indirecte; nec non omnes & singulos religiosos & sæculares clericos, & laicos, cujuscumque status, ordinis, officii, seu etiam dignitatis extiterint, hoc publice vel occulte fieri procurantes, ipso facto excommunicationis sententiæ subjacere.





EXCERPTA EX CONSTITUTIONIBUS FRANCISCI

ANNO CHRISTI 1303.

Episcopi Eugubini ann. 1303. editis.

ANNO CHRISTI 1303.

De sacrificio Missæ, de Eucharistia, de cultu Ecclesiarum multa sub initium decernuntur, ex quibus hæc deligimus.

Sarti de Episc. Eugub. p. 178.

QUod nullus missam cantet vel celebret, nisi prius dixerit matutinum & primam.

Ampullæ vini & aquæ reponantur semper in loco ad hoc specialiter deputato & mundo una cum pyxide, in qua hostiæ non consecratæ.

Item quod omnes ecclesiæ plebanales habeant calicem de argento.

Item quod corpus Domini honorifice custodiatur in pyxide munda & decenti, & una cum oleo sancto sub clavi diligenter reponatur in aliquo loco infra ecclesiam post altare vel super alio loco condecenti ad hoc specialiter constituto & deputato & hoc maxime ne ad veneficia facienda possint auferri. Si autem propter incuriam vel negligentiam sacerdotis, cui custodia Eucharistiæ est commissa, aliquod mali acciderit, si publicum fuerit delictum, tribus mensibus ab officio noverit se suspensum.

Item quod imagines sanctorum frequenter tegantur.

Item quod præbendati seu beneficiati & constituti in sacris ordinibus intersint semper nocturnis officiis & diurnis, cum in beneficiis & præbendis residentiam statuunt, nec recedant ab officio donec compleatur, nisi justa causa, & ad hoc negligentes & inobedientes jubemus coarctari. In minoribus autem constituti, qui beneficium habent ecclesiasticum saltem publicis intersint officiis. Minister qui servit in missa, semper & ubique sit cotta indutus.

Item quod in festis ecclesiarum, & maxime in missis & vesperis, nulli ad cantandum admittamur in choro, qui non ferunt tonsuram, & habitum clericalem.

Nullus sacerdos alienum parochianum in confessione audiat vel absolvat sine Episcopi licentia vel proprii Sacerdotis, nisi sint peregrini, aut mortis periculum immineat. Contra facientes vero pro qualibet vice &c.

Sanctorum statuta sequentes statuimus & mandamus, ut in baptismo hæc forma servetur per sacerdotes, qui in ecclesiis solent baptizare, ut præmissis omnibus consuetis, faciat imponi nomen puero vel puellæ, deinde interroget tribus vicibus: Joannes vis baptizari? & adstantes, qui volunt manum tenere, respondeant: volo. Deinde tribus vicibus puerum vel puellam in aquam immergens, & in suis manibus caute tenens, dicat hæc verba: Joannes, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, cum trina immersione infantis, nec aliud verbum interponatur, nec aliquid addatur vel subtrahatur verbis prædictis. Et tunc illi qui astant quos fantulos appellamus suscipiunt infantem extractum vel extractam de aqua de manibus sacerdotis.

Item districte sub pœna excommunicationis præcipimus, quod nullus clericus secularis vel religiosus audeat in ecclesia aliqua prædicare ea hora qua nos prædicare cognoverit, nisi petita a nobis licentia & obtenta.

Citeras, leotas (liuti) viellas (fort. violini) & generaliter cetera instrumenta nullus clericus habeat, vel in eis se exerceat, & a cantionibus secularibus abstineat. Qui contrafecerint nobis & nostræ curiæ pro qualibet vice XL. solidos persolvere teneantur.

Si inveniri non potest, cui restitui male ablata

lata debeant, secundum arbitrium Episcopi est restitutio facienda.

ANNO CHRISTI 1305

Præcipimus omnibus & singulis monachis & quibuscumque religiosis, ut observent regulas suas & observantias regulares. Omnes jaceant simul in dormitorio uno, præter infirmos, qui in infirmaria locentur, & idem de refectorio observetur. Omnes induantur de uno vestiario, & sine proprio vivant. Præbendas, & beneficia specialia aliquos monachos habere penitus prohibemus, salvis obedientialiis, qui secundum antiquam consuetudinem per abbates & collegia poni solent. Omnibus professis regulam S. Benedicti prohibemus omnino esum carnium, nisi exigente infirmitate sicut in eorum regula continetur.

Nullus professus regulam S. Benedicti utatur vestibus lineis, vel duplellis, exceptis sarabolis, sive brachis.

Item statuimus quod nullus de fratribus solitariis seu cellariis accedat ad aliquod monasterium monialium vel sororum, nec ad aliquem carcerem seu cellam alicujus incarceratæ seu cellariæ ad loquendum alicui ex dictis sororibus seu incarceratis seu cellariis commorantibus in ipsis carceribus seu cellis. Quod si accesserit, causam nobis veram & non simulatam manifestare & assignare procuret intra x. dies, alioquin ipso elapso termino, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat.

Item statuimus, quod nullus ex prædictis fratribus audeat vel præsumat, nec permittat, ut aliqua mulier ingrediatur locum alicujus ipsorum, nisi forte in casu suæ infirmitatis mater vel soror. Nec etiam ad ostium apertum loquatur alicui mulieri nisi matri vel sorori. Contra facientes vero tam frater quam mulier nisi causam veram & legitimam assignaverit nobis, intra x. dies ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

Item statuimus & ordinavimus quod mulieres & sorores in carceribus commorantes vel cellis, in ipsis carceribus seu cellis nullum ostium habeant aut fenestram, per quod vel quam persona aliqua ingredi valeat vel exire, nisi forte esset aliquis career, vel cella habens claustrum muratum altitudine x. pedum ad communem * pedem manus, in quo claustro nullum ostium reperiatur. Et si quod ostium in ipsis carceribus sive claustris reperiretur, claudi debeat infra xv. dies a publicatione præsentis constitutionis, nisi forte esset aliqua infirma, quæ pro sua infirmitate evidenti, socia vel servitrice indigeat, quæ tunc possit condecens ostium habere pro ingressu & exitu servitutis prædictæ. Contrarium facientes ex nunc pro tunc excommunicationis vinculo innodamus.

* locus corruptus.

Item quod nulla persona utriusque sexus habitum mutet, vel habitum alicujus religionis assumat intrando in aliquem carcerem, seu cellam seu locum solitarium ad ibi habitandum sine nostra licentia speciali, nisi forte ingrederetur aliquam de religionibus approbatis.

VITA CLEMENTIS PAPÆ V.

Clemens quintus Vasco, Bertrandus Gotto ante nominatus, ex episcopo Burdegalensi electus fuit ipsis Nonis Junii, anno 1305. tempore Alberti imperatoris. Hic Burdigala Lugdunum pertransiens, eo omnes cardinales convocavit, curiamque Romanam in Gallias traduxit, ubi septuaginta & amplius annis perseveravit. Coronationi illius rex Franciæ, frater ejus, & dux Britanniæ interfuerunt. Sardiniam Friderico Siciliæ regi dono dedit, ea solum conditione, ut ex ea Saracenos abigeret. Sectam Fratricellorum hæreticorum, ordinemque Templariorum multis erroribus implicitorum, concilio Viennensi exterminavit. Venetos, qui cum præjudicio ecclesiæ ad Ferrariensem principatum aspirabant, excommunicavit. Idem bis contra Florentinos & Lucenses tentavit, quod ab armis contra Pistorienses sumptis abstinere nollent: absolutionem tamen postea, quod in Ferraria recuperanda pontificem juvissent, consecuti sunt. Robertum, patre ejus mortuo, regno Neapolitano investivit. Henricum ducem Luxemburgensem Imperatorem electum confirmavit, ea conditione, ut post biennium coronam accepturus Romam veniret. Bonam pecuniæ summam ad Lateranum incendio absumptum restaurandum misit. Diversis ordinationibus plures cardinales creavit. Columnenses restituit: Nogaretium & Sciarram ad instantiam & petitionem regis Franciæ absolvit. Verum Bonifacium, quod idem rex fieri importune sollicitabat, damnare & improbare noluit. Cælestinum V. quem Petrum confessorem nominavit, inter sanctos retulit. Ad extremum morbis exagitatus migravit e vita XII. Kalend. Maji, anno Christi 1314. cum sedisset annos octo, menses decem, & dies sexdecim. Sedes duobus annis, tribus mensibus, & septemdecim diebus vacavit. Clemens majorum suorum secutus vestigia, legem a Gregorio latam confirmavit, & secundum Panvinium aliquid ei adjecit.

DECRETUM ELECTIONIS Clementis V. Romani Pontificis.

Ex MS. R. P. Jac. Sirmondi S. J. collato cum apographo authentici diplomatis, quod servatur in tabulario S. Andreæ Burdegal. metropoleos, cum sigillis appensis, & singulorum monogrammatis, communicato a Petro Louveto Bellovacensi. Ediderat Raynaldus, sed mutilum.

In nomine Domini, amen.

Sanctissimo patri & domino, domino Bertrando archiepiscopo Burdegalensi, divina providentia in summum pontificem electo, Joannes Tusculanus, Theodoricus Civitatis Papalis, Leonardus Albanensis, Petrus Sabinensis, fratres Joannes Portuensis, Nicolaus Ostiensis & Veletrensis, episcopi, Joannes sanctorum Petri & Marcellini, fratres Robertus S. Potentianæ, Gentilis S. Martini in Montibus, Galterus, S. R. E. presbyteri, Matthæus S. Mariæ in Porticu, Neapolio S. Hadriani, Landulphus S. Angeli, Guillelmus S. Nicolai in carcere Tulliano, Franciscus S. Luciæ in Silice, Jacobus S. Georgii ad Velum aureum, Franciscus S. Mariæ in Cosmedin, Richardus S. Eustachii, & Lucas

ANNO CHRISTI 1305.

cas S. Mariæ in Via lata, diaconi cardinales, pedum oscula beatorum.

Recordatus est Dominus misericordiæ suæ, & plebem suam non despexit in finem: quia dum prolixæ vacationis Romanæ, & per consequens quodammodo universalis ecclesiæ, respexisset incommoda, & longa illius ex variis causis suspiria cognovisset: in tempore accepto exaudivit eam, & in die salutis misertus est ejus. Sanavit quidem, quia commota erat, contritiones ipsius: & vidua, per electionem canonicam generoso sponso oblata, sponsa speciosa facta est. Et sicut crapulatus a vino, ac a somno dormiens, excitata surrexit: & ubi desperabat magis, ut Lucifer est exorta. Unde serenus dies illuxit nobis Spiritus sancti illustratus ardore: populis, qui orbati, pene gradiebantur in tenebris, tanquam quoddam sidus apparuit, quod fulgore proprio, velut stella matutina, coruscans, cunctos fideles irradiat suæ lumine claritatis.

Dudum siquidem eadem Romana ecclesia per mortem sanctæ memoriæ domini Benedicti papæ XI. pastoris solatio destituta: nos Theodoricus civitatis Papalis, Leonardus Albanensis, Petrus Sabinensis, Joannes Portuensis, Nicolaus Ostiensis & Veletrensis, episcopi; Joannes SS. Petri & Marcellini, Fratres Robertus S. Potentianæ, Gentilis S. Martini in montibus, titulorum, presbyteri; Neapolio S. Adriani, Landulfus S. Angeli, Guillelmus S. Nicolai in carcere Tulliano, Franciscus S. Luciæ in Silice, Jacobus S. Georgii ad Velum aureum, Franciscus Cajetanus S. Mariæ in Cosmedin, & Lucas S. Mariæ in Via lata diaconi cardinales; una cum venerabilibus patribus Joanne Tusculano episcopo, Matthæo S. Mariæ in Porticu, & Richardo S. Eustachii, diaconis cardinalibus, apud Perusium sumus, pro substituendo summo Pontifice, conclave palatii, in quo idem dominus Benedictus mortis suæ tempore morabatur, ingressi, & tandem dictis Tusculano episcopo, Matthæo & Richardo diaconis cardinalibus, necnon fratre Galtero S. R. E. presbytero cardinale, qui absens, postmodum supervenit, & prædictum intravit conclave, & ex manifestis infirmitatum causis, ut apparebat, idem conclave egressis, & tunc extra illud morantibus ceteris ex nobis, votorum nostrorum scrutatoribus electis per viam scrutinii ad electionem de nobis: hac die sabbati in vigilia Pentecostes processimus in hunc modum.

Quia primo per deputatos inquisitores scrutatorum ipsorum, deinde per ipsos scrutatores, singulorum nostrorum votis inquisitis secreto, & mox in communi etiam publicatis, compertum extitit, quod in universo eramus * quindecim cardinales in conclavi manentes, & qui deposueramus in scrutinio vota nostra, quodque nos Albanensis, Sabinensis, Portuensis episcopi, Joannes, Fr. Robertus, presbyteri, Neapolio, Landulfus, Guillelmus, Franciscus Cajetanus, diaconi cardinales prædicti, vos in eodem scrutinio in summum Pontificem nominaveramus & elegeramus. Quo comperto, nos Theodoricus Civitatis Papalis episcopus, frater Gentilis presbyter, Franciscus, Jacobus, & Lucas, diaconi cardinales præfati, accessimus juxta morem, ac subsequenter de voluntate & speciali mandato nostro, venerabilis frater Franciscus Cajetanus prædictus, suo nomine & omnium nostrorum, forma subscripta vos elegit * nihilo minus in Romanum pontificem & pastorem.

* *Male* 15 *apud Raynaldum: ubi & sequentia corrupta.*

* *apud Raynald. elegit & nominavit in*

„ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ad honorem Dei, & B. Mariæ semper virginis matris ejus. Ego Franciscus S. Mariæ in Cosmedin diaconus cardinalis, venerabilem patrem dominum Bertrandum archiepiscopum Burdegalensem nomine meo, & omnium qui eum in summum pontificem elegerunt & nominaverunt, consenserunt ac accesserunt, eligo in summum pontificem & pastorem.

ANNO CHRISTI 1325.

Quam electionem, cantico Divinæ laudis præcantato, fecimus juxta morem clero & populo solemniter publicari. Pie igitur pater, electioni hujusmodi vestrum dignemini præbere assensum. In prædictorum autem testimonium & irrefragabilem fidem, eam præsentis decreti scripturam redigi fecimus, & nostris, necnon & dictorum Joannis episcopi Tusculani, fratris Galteri sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri, Matthæi S. Mariæ in Porticu, & Richardi S. Eustachii, diaconorum cardinalium, sigillis & subscriptionibus communiri. Actum & datum Perusii, anno Domini MCCCV. Indict. III. Nonis Junii.

Egn Joannes Tusculanus episcopus electioni factæ de venerabili patre domino Bertrando Burdegalensi archiepiscopo, in summum pontificem electo, consentio, & eam approbo, gratam habeo & acceptam: ipsumque, licet absentem, in summum pontificem recipio, & recepi, necnon meum sigillum huic decreto apponi feci & subscripsi. *Additur apud Raynaldum*: Et sic scribant se omnes qui interfuerunt.

Ego Theodoricus Civitatis Papalis episcopus, post publicatum scrutinium * accessi, & electionem communem fieri volui de venerabili patre domino Bertrando archiepiscopo Burdegalensi in summum pontificem: & factæ electioni de eodem archiepiscopo consentio & consensi, ipsumque, licet absentem, in summum pontificem recipio, & recepi, necnon sigillum huic decreto apponi feci, & subscripsi. *Additur apud Raynaldum*: Et sic omnes qui accesserunt.

* *apud Raynald.* ante electionem communem subsecutam accessi.

Ego Leonardus Albanensis episcopus, venerabilem patrem dominum Bertrandum archiepiscopum Burdegalensem, in scrutinio nominavi & elegi in summum pontificem, & electioni de eo in summum pontificem factæ consentio & consensi, & ipsum dominum Bertrandum electum recipio licet absentem, & recepi, huicque decreto meum sigillum apponi feci & subscripsi. *Additur apud Raynaldum*. Et sic omnes qui dederunt voces suas in scrutinio, se subscribant.

Ego Joannes Portuensis episcopus, venerabilem patrem, &c. *ut supra*.

Ego frater Nicolaus, Ostiensis & Veletrensis episcopus, venerabilem patrem, &c.

Ego Joannes tit. SS. Marcellini & Petri presbyter cardinalis, venerab. patr. &c.

Ego frater Robertus tit. S. Pudentianæ presbyter cardinalis, vener. patr. &c.

Ego frater Gentilis tit. S. Martini in Montibus presbyter card. post publicatum scrutinium, &c. *ut supra*.

Ego frater Gualterus S. R. E. presb. card. electioni factæ de venerabili patre dom. Bertrando, &c. *ut supra*.

Ego Neapolio S. Hadriani diacon. card. venerabilem patrem, &c. *ut supra*.

Ego Landolfus S. Angeli diac. card. vener. patr. &c.

Ego Guillelmus S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. vener. patr., &c.

Ego

ANNO CHRISTI 1305.

Ego Franciscus S. Luciæ in Silice diac. card. post publicatum scrutinium, &c. *ut supra*.

Ego Jacobus S. Georgii ad Velum aureum diacon. card. post publicatum scrutinium, &c. *ut supra*.

Ego Fraocifcus S. Mariæ in Cosmedin diac. card. veoerab. patrem, &c. *ut supra*.

Ego Richardus S. Eustachii diac. card. elect. factæ, &c.

Ego Lucas S. Mariæ in Via lata card. post publicatum scrutinium accessi, &c. *ut supra*.

Eorumdem cardinalium epistolæ ad Bertrandum eumdem electum in Rom. pontificem.

S*Anctissimo patri ac domino, domino Bertrando archiepiscopo Burdegalensi, divina providentia in summum pontificem electo, miseratione Divina episcopi, presbyteri, diac. S. R. E. cardin. pedum oscula beatorum*.

Recordatus est Dominus, &c. *ut in superiori eorum epistola*. Dudum siquidem eadem Rumana ecclesia per mortem sanctæ memoriæ domini Benedicti papæ XI. pastoris solatio destituta, de vobis (sicut per electiooem seu decretum, quod sanctissimæ paternitati vestræ una cum præsentibus litteris, per providos & discretos viros, fratrem Guidonem abbatem monasterii Belliloci Cluniacensis ordinis, Virdunensis diœcesis apostolicæ sedis; magistrum Petrum C de * Montechiello sacristam ecclesiæ Narbonensis, nostris communibus, ac Andream de Eugubio canonicum * Carthalensem, ejusdem sedis in Romana curia obsequiis insistentes, oostros ad id speciales transmittimus nuncios, liquere poterit) est nunc in summum Pontificem electio celebrata. Pie igitur pater, vos suppliciter exoramus, ut ad locum prædictæ sedis, & ad partes terrarum ipsius, exemplo felicis recordationis Clementis PP. IV. & sanctæ memoriæ Gregorii X. Romaoorum pootificum, præsentia vestra, sicut noster æterous medicus, qui præsens jacentem mundum erexit, & curavit infirmum, ecclesiæ laboribus consulatis. Fluctuat itaque Petri navicula, sagena rumpitur piscatoris, pacis serenitas in nubilum versa est, ac ecclesiæ Romanæ terras, & nonnullas adjacentea provincias, vastat bellorum calamitas, & in eis sagittæ zizaoiam seminantis ardentibus effectæ complentur, ex quibus propriarum rerum, quod A gravius est, aoimarum, pericula subsequuntur. Soldanus insuper Babylonicus hostis insultat, & post clades miserabiliter Christi fidelibus illarum partium inflictas, & urbium Christianarum exeidia, deteriora minatus, & residuum, quod ibi Christiani possideot, ut singularis ferus exterminare satagit, & hiato terribili nititur devorare. Succurrite, pie pater, & sauciatorum vulnera præsentialiter purgate, vino & oleo consovete. Non dubium quippe, quod in sede Petri residebitis fortior, lucebitis clarior, & in terra ejus vivetis quietior, & remotis regibus principibus atque populis admirabilior eritis, & ipsorum devotionem & obedientiam pleoius acquiretis. In sua namque domo est uousquisque B * poteotior, & io ecclesia propria quiescit qois dulcius. Ensis juxta capulum minus, ejusque pars quæ magis distat a capulo plus incidit, & visa frequenter spernuntur, sæpius ac facilius adita vel quæsita vilescunt. Venite ergo, & quod nostris in hac parte votis assentiat vestra benignitas, quam bene diuque valere cupimus, iterum supplicamus. Datum Perusii aono Dom. MCCCV. Iodict. III. V. * Idus Jonii.

* de Montegiello, *Raynald.*

* Catalaunensem *Raynald.*

* *Raynald.* uousquisque planeta potentior.

* *Raynald.* vi. Id. Jun.

In MS. nostro exemplari R. P. Jac. Sirmondi manu descripto, sequitur hoc Clementis V. diploma.

Clemens episcopus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

MEruit carissimi filii nostri Philippi regis Francorum illustris sinceræ devotionis, ad nos & ecclesiam Romanam integritas, & progenitorum suorum præclara merita meruerunt, meruit insuper fida regnicolarum pietas ac devotionis sinceritas, ut tam regnum quam regem favore benevolo prosequamur. Hinc est quod nos dicto regi & regno, per diffinitionem seu declarationem bonæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, *Unam sanctam*, nullum volumus vel intendimus præjudicium generari. Nec quod per illam, rex, regnum, regnicolæ prælibati amplius ecclesiæ sint subjecti, quam antea existebant. Sed omnia D intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante diffinitionem præfatam, tam quantum ad ecclesiam, quam etiam quo ad regem & regnum superius nominatos. Datum Lugduni Kalendis Februarii, pontificatus nostri anno primo.

CONCILIUM PROVINCIALE

Ex Bessin Concil. Rotom. Prov. pag. 168.

A Guillelmo de Flavacuria celebratum apud Pontem Audomari.

Ex MS. Bigotiano a P. Bessin primum editum.

Plura iisdem verbis repetit ex Concilio Pontis Audomari 1279. & Pratensi 1299.

I.

De Procurationibus.

REnovantes statuta Concilii, volumus, ut huic placet Concilio, quod circa procurationes ratione visitationis debitas, accipiendas ab Archiepiscopo & Episcopis, & circa gravamina non inferenda prætextu officiariorum suorum servientium, servetur quod statutum est in Concilio & in constitutionibus novis. Lateran. IV. can. 33.

II.

Ut edictum contra facientes colligationes in Ecclesia pronuncietur.

Volumus, quod statutum Concilii generalis 1 contra eos, qui faciunt colligationes & statuta con-

1 Lugdunensis, & Bituricensis, quæ jubentur, in provincia Rotomagensi observari, ut liquet ex Concilio Pontis Audomari 1279. c. 3.

ANNO CHRISTI 1303.

contra libertates ecclesiæ editum frequenter & solemniter in Synodis & parochialibus ecclesiis promulgetur, & transgressores canonice puniantur.

III.

De sæculari potestate Clericos capiente.

Conc. an. 1279. c. 6.

Statuimus, quod sæculares potestates clericos capientes cum majori violentia, quam exigit rebellio defendentis, vel detinentes eos ultra vel contra requisitionem judicis ecclesiastici, denuncientur excommunicati a canone in generali; in speciali vero postquam de his constiterit evidenter.

IV.

Ne de causis ecclesiasticis judex sæcularis adeatur.

Idem c. 9.

Districtius inhibemus, ne de causis ad ecclesiam pertinentibus a personis ecclesiasticis judex sæcularis, maxime super actionibus personalibus, adeatur.

V.

Ut percipientes majores decimas, teneantur &c.

Idem. c. 8.

Statuimus, quod abbates, priores, & aliæ personæ ecclesiasticæ, quæ percipiunt majores decimas in ecclesiis parochialibus, compellantur ad restaurandum libros, fabricam, & ornamenta, pro rata quam percipiunt, in eisdem, juxta consuetudinem observatam.

VI.

Ut litteræ citationum diligenter examinentur.

Volumus, quod statutum Synodale, scilicet quod personæ ecclesiasticæ, ad quas veniunt mandata diversorum judicum, delegatorum, conservatorum seu executorum, diligenter videant nomina judicum, diœcesum, & locorum, ad quæ citatur: & non * citent, nisi videant authenticum, vel transcriptum sub sigillo authentico.

* F. eant.

VII.

Ne vigiliæ, vel choreæ fiant in locis sacris.

Idem c. 14.

Firmiter inhibemus ne vigiliæ, vel choreæ in cœmeteriis & locis sacris fiant: præcipientes, ut transgressores canonice puniantur.

VIII.

Ut clerici tonsuram, & crucesignati crucem deferant.

Idem c. 10. & 11.

Moneantur solemniter in ecclesiis Clerici, maxime non uxorati, congruentem deferre coronam: Crucesignati vero crucem in aperto deferre cogantur.

IX.

De frænis, sellis, & calcaribus.

De sellis, frænis, calcaribus, & pectoralibus deauratis, aut aliam superfluitatem habentibus, quibus Clericos uti prohibitum est, & de clausis desuper indumentis a Sacerdotibus deferendis, volumus observari statutum Concilii generalis *.

ANNO CHRISTI 1303.

* Later. IV. c. 16.

X.

Ne beneficiati sint venatores.

Conc. an. 1279. c. 11.

Prohibemus ne clerici beneficiati, seu in sacris ordinibus constituti, venationibus, aut aucupiis sint intenti vel assueti.

XI.

De numero Religiosorum restituendo.

Idem c. 12.

Statuimus quod in Abbatiis & prioratibus, in quibus facultates ecclesiæ non sunt diminutæ, reintegretur numerus Religiosarum personarum, nisi forsitan ex superiorum expressa licentia, & ex causa rationabili, sustineatur ad tempus.

XII.

Ne Monachus solus alicubi commoretur.

Hoc, quod a jure statutum est, ne Monachus solus alicubi commoretur, observari volumus, & mandamus.

XIII.

Ut Monachi observent statuta Gregorii Papæ.

Idem c. 15.

Moneantur Monachi commorantes in prioratibus non conventualibus cum comminatione excommunicationis & suspensionis, & prout expediens visum fuerit, inducantur ut statuta Gregorii Papæ quantum ad esum carnium, * confessiones, & jejunia studeant observare. *Vet. Edit. addunt.* Statuimus, quod Regulares non morentur cum sæcularibus, nisi per diœcesani licentiam.

* al. comessationes.

XIV.

De non contrahendo cum Religiosis.

Can. 15.

Statutum factum de non contrahendo mutuo a Religiosis ultra certam quantitatem, nisi de licentia abbatis sui, firmiter observetur.

XV.

Ut Decani non suspendant aut excommunicent.

Can. 16.

Præcipimus, quod Decani rurales, exercentes jurisdictionem, non suspendant, vel excommunicent nisi in scriptis.

XVI.

Ne desistant a denunciatione excommunicationis.

Can. 17.

Præcipimus, quod Sacerdotes non desistant a sententiæ excommunicationis denunciatione, quantumcumque partes pacificent inter se, nisi sibi legitime constiterit de excommunicatorum absolutione.

ANNO CHRISTI 1305.

A

XVII.

De abfolutione qui fiat.

Can. 17. Item volumus, quod abfolutio fiat cum debita folemnitate.

XVIII.

Ne excommunicent in generali.

Can. 18. Inhibemus facerdotibus ne præfumant excommunicare in generali, nifi pro furtis, vel pro deperditis, & competenti monitione præmiffa.

XIX.

De examinatione Cappellanorum.

Can. 19. Statuimus, ut Cappellani, quibus Ecclefiæ committuntur ad tempus, fuper litteratura, converfatione, & ordinatione fua, diligenter examinentur.

XX.

Ne abutantur litteris apoftolicis.

Can. 23. Præcipimus, ut per fingulas ecclefias moneantur Clerici, & crucefignati tam clerici quam laici, ne litteris Apoftolicis, feu Legatorum fedis apoftolicæ, aut aliis generaliter, aut alias quomodocumque abutantur: fcientes C quod follicitudine qua convenit fi faciant, vigilabimus contra ipfos, ut exceffus eorum non remaneant impuniti.

XXI.

De Religiofis præfentatis ad curas ecclefiarum.

Can. 25. Statuimus, quod Canonici regulares, qui ad curam ecclefiarum a fuis prælatis Epifcopis præfentantur, non recipiantur ad ipfas, nifi per inquifitionem præhabitam conftiterit omnino effe bonæ vitæ, honeftæ converfationis, bonis imbutos moribus, de fufficienti fcientia eorum, & de natalibus eorumdem, & quod eorum prælati poftquam a prælatis recepti fuerint ad cu- D ras animarum feu ecclefiarum, eos fine licentia Epifcoporum ab eifdem non valeant amovere. Et quod nifi fufficientes perfonas infra 40. dies a die vacationis ecclefiarum præfentaverint, per ipfos ecclefiis vacantibus provideatur, ponendo ibidem presbyteros fæculares, fi videatur expedire.

Septem Virtutes
- Cardinales: Temperantia. Prudentia. Fortitudo. Juftitia.
- Theologicæ: Fides. Spes. Charitas.

Articuli fidei diftinguuntur, vel numerantur E fecundum numerum credibilium. Sic funt quatuordecim: feptem pertinentes ad Divinitatem, & feptem pertinentes ad Humanitatem Chrifti, & fic habentur in Symbolo, feu *Credo in Deum*.

VII. pertinentes ad Divinitatem
- De Deo uno.
- De Perfona Patris.
- De Perfona Filii.
- De Perfona Spiritus fancti.
- De remiffione peccatorum.
- De refurrectione mortuorum.
- De æterna vita Beatorum.

VII. pertinentes ad Humanitatem
- De Conceptione, feu Incarnatione Chrifti.
- De Nativitate.
- De Paffione.
- De defcenfu ad Inferos.
- De Refurrectione.
- De Afcenfione.
- De Adventu ad Judicium.

Septem funt opera mifericordiæ, quæ habentur per hos verfus:

Veftio, poto, cibo, tectum do, vifito, folvo.
Quo defunctus eget, non tua cura neget.

B Septem dona S. Spiritus
- Donum timoris, contra fuperbiam.
- Donum pietatis, contra invidiam.
- Donum fcientiæ, contra iram.
- Donum fortitudinis, contra acidiam.
- Donum intellectus, contra gulam.
- Donum fapientiæ, contra luxuriam.
- Donum confilii, contra avaritiam.

Sumus per fapientiam maturi, per intellectum providi, per confilium cauti, per fortitudinem generofi, per fcientiam difcreti, per pietatem mifericordes, per timorem humiles.

Expliciunt ftatuta Synodalia fecundum ufum Rotomagenfem.

HÆC SUNT FESTA QUÆ GENERALITER SUNT INDICENDA.

In menfe Januarii.

Circumcifio Domini, Epiphania, Converfio S. Pauli.

In menfe Februarii.

Purificatio, Cathedra, & Mathias.

In menfe Martii.

Annunciatio, dies Parafceves ufque ad meridiem, dies Pafchæ cum tribus diebus, dies Afcenfionis, dies Pentecoftes cum tribus diebus, dies Euchariftiæ.

In menfe Aprilis.

Dies fancti Marci.

In menfe Maji.

Apoftolorum Philippi & Jacobi, Inventio S. Crucis.

In menfe Junii.

Barnabæ, S. Joh. Bapt. Petri & Pauli.

In menfe Julii.

Mariæ Magdalenæ, Jacobi & Chriftophori.

In menfe Augufti.

Transfiguratio, S. Laurentii, Affumptio B. Mariæ, S. Bartholomæi, Decollatio S. Joh. Bapt.

In menfe Septembris.

Nativitas B. Mariæ, Matthæi, S. Michaelis.

In menfe Octobris.

S. Lucæ, S. Romani, Simonis & Judæ.

In menfe Novembris.

Omnium Sanctorum, Commemoratio Defunctorum, S. Martini, S. Catharinæ, S. Andreæ.

In menfe Decembris:

S. Nicolai, Conceptio, S. Thomæ Apoftoli, dies Natalis, S. Stephani, S. Johannis Evang. SS. Innocentium, S. Thomæ martyris.

Observatio.

Concilii hujus locum, diem, annum, & caufam deprehendimus ex archivio Beccenfi. Exinde quippe difcitur, apud Pontem Audomari celebratum effe concilium die Lunæ ante feftum B. Dionyfii an. 1305. contra perturbatores jurifdictionis ecclefiafticæ, ac multiplicibus angariis bona & perfonas ecclefiafticas aggravantes: quod fane hujus ipfius concilii art. 2. haud obfcure innotefcit. Ea etenim tempeftate regii magiftratus & judices quafi uno animo confpiraverant, ut ecclefiafticam jurifdictionem labefactarent, & Cleri libertatem qua poffent arte vel vi prorfus infringerent. Cete-

Ceterum ad calcem extat Elenchus festorum, quæ generaliter sunt indicenda. At posterioris concilii esse suadent tum quod ipsi præmissum sit: *Expliciunt statuta Synodalia*: tum quod illis festis annumeretur Eucharistiæ festivitas, quam A certum est in ecclesia Rotomagensi non fuisse institutam ante annum 1317. ut legitur in majori chartario Archiepiscopali folio 116.

ACTA CONCILII SISENSIS ARMENI

JUSSU * GREGORII PATRIARCHÆ, ET LEONIS ARMENIÆ REGIS,

Ad uniendam Armenam Ecclesiam cum Romana, generaliter coacti, anno Domini MCCCVII. & Armeniorum MCCLVI.

* Hic obiit, antequam Concilium cogeretur.

Ex Galani Concil. Eccles. Arm. cum Rom. par. 2. c. 18.

STudiosissime quam ex animo poterat, Leo pientissimus, & invictissimus Armeniorum rex, ex sacro sancto Armeniæ Patriarcha Gregorio jam contenderat rem quidem cælestem, ac divinam; ut totus nimirum in Christianæ reipublicæ unionem & concordiam procurandam, eousque incumbere, nihil præterea, deberet; quo Armenam Ecclesiam cum magna Romanorum, aliorumque Catholicorum Ecclesiis, in festis celebrandis, aliisque constitutionibus, & traditionibus suscipiendis, ad unionem & communionem perduceret: ne quid fortasse Ecclesiæ sanctæ deficeret, quominus unum esset corpus indivisum, sub uno vero capite, Christo Domino, & Deo nostro constitutum. Quod sane ubi accepit Beatissimus pater noster Gregorius, cognito, quod ejusmodi postulatio fuerat in animo, & corde piissimi regis a sancto spiritu insita, nimiom inde voluptatis, ac lætitiæ hausit. Quapropter summa ipsius voluntate, & libentissime facinus hoc divinum aggrediens, rem totam diligentissime ratione, atque animo lustrare cœpit. At quia præcipue compererat, aquæ commixtionem fore sacrificio apprime necessariam, in Ecclesiam quoque nostram nobis introducendam esse, adjudicavit; quemadmodum ea nunc pariter utitur sancta, ac magna Romanorum Ecclesia, aliæque ceterorum Catholicorum: idque testimoniis sacrorum librorum, sanctorumque Patrum doctrinis nobis probatum reliquit; immo & firme statuerat, opportuno tempore in Armenis Ecclesiis pleno etiam Concilio stabilire.

Præterea quoque tradidit, esse nobis recipiendas omnes septem Synodos Generales, & quicquid in illis a Sanctis Patribus decretum fuit, præsertim circa duas naturas, voluntates, & operationes, quæ in uno Domino nostro Jesu Christo, secundum divinitatem, & humanitatem perfecto, verificantur; eisque velut sanctis, ac divinis conciliis, ita nos Armenus cunctam exhibere reverentiam, & honorem, sicuti omnes aliæ solent Ecclesiæ, videlicet sancta, ac magna Ecclesia Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana. Tum etiam demandavit, ut festivitates Dominicas nniformiter cum præfatis Ecclesiis Catholicis solemni ritu celebraremus: nempe festum Annunciationis 25. Martii, quacumque die contigerit, similiter festum Nativitatis Domini 25. Decembris; ac festum Purificationis 2. Februarii; ceteras autem Sanctorum festivitates eo pacto, quo & alii Christiani, suis certis diebus, in quibus incidunt, ageremus: porro illæ, quas peculiari nostra traditione, Armena celebrare solet Ecclesia, eodem prorsus modo in posterum, sicuti nunc, observarentur. Item Trisagium, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis* (cui additum hoc loco fuerat, *qui*

B *crucifixus es pro nobis*) *miserere nostri* operæ pretium duxit, directum sic in filium esse deinceps decantandum: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, Christe, qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri*. Denique in vigiliis Dominicæ Nativitatis, Baptismi, seu Epiphaniæ, & Resurrectionis, præcipit nobis, ut a cibis paschalibus abstinentes, piscibus tantum, & oleo, sicut Romana solet Ecclesia, inter alia quadragesimalia obsonia, uti possemus.

Hæc itaque in sua Epistola recollecta, & sacrarum Scripturarum oraculis, sanctorumque Patrum traditionibus confirmata, misit ad piissimum Regem Leonem *, ut illa tempore congruenti, ad tollendos Ecclesiæ Armenæ defectus, C atque ad omnem æmulationis, & odii fomitem, qui in eam occasione mali obrepserat, restinguendum, pleno indicto Concilio, stabiliret. At vero cum ipsemet egregius Pater noster Gregorius nequivisset ad hoc præclamm facinus, uti animo deliberaverat, concilii ope complendum, tantumque Ecclesiæ suæ beneficium conferendum, pervenire: quippe interitu præoccupatus, ex hac mortali vita ad Dominum, cui devotus maximopere vixerat, demigravit; propterea Leo magnus, ac pius Rex, sanctissimi Patriarchæ mandatis obtemperare desiderans, Concilium quam cito convocandum existimavit, in quo ad præfatas traditiones decernendas interfuissent omnes Episcopi, Magistri, & Patres Armeni: idD que mox præstitit acuratissime, Generalem hanc Synodum congregans in Metropolitana Civitate Sisensi, in magna Ecclesia S. Sophiæ; ubi plenissimo cœtu adfuimus infrascripti Episcopi, Magistri, & Patres Cœnobiorum, astantibus plurimis ex Armeno populo Optimatibus, inter quus erat & ipse Leo pientissimus Armeniorum Rex; Haytan pater Regis, ceterique Principes, & Msgnates Armeniæ. Episcopi autem fuerunt

* Seu potius ad Haytonem Leonis patrem, ut una cum rege filio eam caperet provinciam.

Constantinus, magnus Archiepiscopus Cesareæ.

Joannes Archiepiscopus Tarsi.

Stephanus Archiepiscopus Sebastes.

Constantinus Archiepiscopus Sisis civitatis Me- E tropolitanæ.

Stephanus Episcopus a Deo consecratæ civitatis Tarsoni.

Nierses Episcopus Tyani.

Joannes Episcopus Anazarbi.

Joannes Episcopus Ajasi.

Stephanus Episcopus Parzerperti.

Basilius Episcopus provinciæ Ghabnensis.

Gregorius Episcopus Marsciæ.

Tharasius Episcopus Maschievori.

Jacobus nepos domni Gregorii Patriarchæ Episcopus N.

Hesychius Episcopus Stimbolæ.

Vartanus Episcopus Dochis.

ANNO CHRISTI 1307.

Andreas Episcopus Harcani.
Simeon Episcopus Ghubitarri.
Leo Episcopus Zamentani.
Joannes Episcopus Marantuniæ.
Stephanus Episcopus palatii Patriarchalis.
Georgius Episcopus N.
Hairabiet Episcopus Rorani.
Nicolaus Episcopus Cypri.
Præcursor Episcopus Miezghierti.
Vartanus Episcopus Ani.
Philippus Episcopus Khuorzeni.

Magistri & Patres Cœnobiorum fuerunt.

Joannes scriba Miezchieri.
Marcus Magister Schieverri.
Cyriacus Magister Eremita.
Gregorius Magister N.
Vartanus Magister Anazarbi.
Martyr Magister Palatii Patriarchalis.
Gregorius Magister Chiermasperi.
Gregorius Magister Miezchierensis.
Tharasius Magister Gherachensis.
Vartanus Magister Aghnieri.
Sergius Pater Monasterii Aghnierensis.
Gregorius Pater Monasterii Thiurchtensis.
Basilius Pater Monasterii Khorinensis.
Tharasius Pater Monasterii Miezcherensis.
Præcursor Pater Monasterii Mousisnensis.
Joseph Pater Monasterii Chielegachensis.
Tharasius Philosophus & Pater Monasterii Zorensis.

Principes, qui una cum ipso Rege Leone, & Haytone Patre Regis synodo adfuerunt.

Fratres Regis Armeniæ, Oscinus, Dominus Ghabui; & Alinahh Dominus Lamproni, & Tarsi.

Oscinus, Armeniorum Dux generalis, & Dominus Ghaneiæ.
Sembat Maracciacht Dominus Asghurri.
Raymundus Seneschal Dominus Micchalchui.
Vasah Dominus Piertghani.
Sembat Dominus Sembataghelæ.
Oscinus Dominus Ghubitarri.
Lichus Dominus Ghisterrami.
Tharasius regiæ domus Præfectus.
Tharasius Prachsimus Dominus Giofelchæ.
Lichus Cierrastenens, aliique Principes, Proceresque Armeniæ.

Adfuit etiam Constantinus Cappellanus Regius, cum magno Sacerdotum tum sæcularium, tum regularium numero.

Coram omnibus igitur nobis Rex epistolam Patriarchalem examinandam proposuit; quam cum diligenter legissemus, veracem omnino comperimus, non secus ac si Apostolica lex, & constitutio fuisset. In ea namque beatissimus pater noster Gregorius demandabat nobis, ut duas naturas, voluntates, & operationes in unam Filii Dei hypostasim referremus; ut in celebratione Dominicarum festivitatum, hoc est Annunciationis, Nativitatis, Baptismi, seu Epiphaniæ, & Purificationis, inveniremur ceteris Christianis conformes: ut juxta Menologii dispositionem festos sanctorum martyrum dies ageremus, & Assumptionis sanctissimæ Deiparæ 15. Augusti, & Exaltationis S. Crucis 14. Septembris: ut in Ecclesia propriis juxta uniuscujusque Ordinis diversitatem sacris vestibus uteremur; atque inter altaris operimenta non defuissent corporalia: ut jejunium Nativitatis Domini 19.

A Decembris inchoaretur; & in vigiliis * piscibus duntaxat, & oleo ex aliis cibis paschalibus vesci, contenti essemus: utque demum in augustissimo Eucharistiæ Sacramento conficiendo, aquam vino misceremus; quod pluribus quidem sacræ Scripturæ testimoniis comprobans, nobis summopere necessarium esse ostendit.

* In jejuniis a piscibus etiam & oleo abstinent Armeni. Sed in vigiliis non jejunant.

Et primo ex illo Joannis: *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt: & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt.* Tum apostolus Paulus scribens ad Corinthios ait: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis;* sicut

Joan. ep. 1. c. 5.
1. Cor. 11.

B & ipse Dominus accepto calice dixit, *hoc facite in meam commemorationem.* Præterea calix non significat vinum purum, sed potius poculum, in quo aqua vino miscetur: ut divinus etiam Salomon testatur dicens: *Miscuit in cratera vinum suum;* & iterum; *bibete vinum, quod miscui vobis:* his patefaciens, calicem, seu craterem esse poculum, in quo vinum & aqua miscentur. Tum quoque illud: *Calix aureus Babylon in manu Domini*, non denotat merum, sed poculum aureum.

Luc. 22.
Prov. 9. ex 10.
Hieron. 51.

Ceterum quod talis in calice mixtio necessaria sit, ostendit itidem ex Sanctorum Patrum traditionibus hoc pacto: Magnus Chrysostomus in sua Liturgia ait: *Accedens unus militum, lan-*
C *cea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis; hæc dicens, infundat vinum: & subdens, & aqua; infundat aquam:* sic manifesto declarans, aquæ mixtionem in sacris esse mysteriis necessariam. Idem indicat D. Basilius in sua quoque Liturgia: *Accipiens*, inquit, *calicem, miscens, benedicens* &c. Similiter & S. Athanasius, in Tractatu de Baptismo circa finem ait: *Vides hanc mensam, in medio altaris appositam, & ad Ecclesiæ decorem afferendum institutam?* & post alia subdit: *Hoc est cœnaculum, in quo cum Redemptore recumbis; ubi comedentibus illis, accipiens Jesus panem, fregit, deditque discipulis, dicens: accipite, & comedite, hoc est corpus meum: & accipiens calicem vini mixtum gratias egit, &*
D *dedit eis dicens: accipite, & bibite ex eo, qui est sanguis meus; & biberunt.* Et iterum post alia sequitur: *proponimus enim panem, & vinum super hanc divinam mensam, in qua Sapientia mactavit victimas suas, & miscuit in cratera vinum suum.* Et Gregorius Nyssenus in Cantica Canticorum. *Pande os*, ait, *& bibe aquam ex latere, de quo lancea tibi scaturiginem aperuit.* Tum Chrysostomus in explanatione Evangelii expendens verba illa, *Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*, in-
E quit hoc dictum esse, *ut perniciosissima eorum hæresis, qui aqua in mysteriis utuntur, radicitus extirpetur.* Verum illi in mysteriis aqua dicuntur uti, qui mysterium mortis Christi aqua sola conficiunt absque vino. Hoc idem præterea injungere Sancti Patres, qui in sexta Synodo * convenerunt tempore * Justiniani Imperatoris, ubi multa nobis de aquæ hujus necessitudine tradiderunt. Et hoc itidem ipsum decretum fuit a sanctis Patribus in magna Synodo * Carthaginiensi temporibus piissimi Imperatoris Honorii celebrata: quæ si quis videre desiderat, legat sextum Concilium can. 32. & Concilium Carthaginiense can. * 37.

Chrysost. in Matth. c. 26.
* Synod. Trullana can. 32.
* Justinian. II. sub quo Canones sextæ Synodi editi fuere: nam ipsa sexta Synodus celebrata fuit sub Constantino.
* Synod. Carthag. 5. can. 24.
* Canone 37. apud Armenos, sed re vera. Can. 24.

Præterea quoque S. Alexander, septimus post Petrum Apostolum in cathedra Romana Pontifex,

ANNO CHRISTI 1307.

tifex, de hoc sacro mysterio scribens, admonuit id nobis a quocumque Pontifice postulandum, ut nimirum sacramentalia ecclesiæ ministeria alios recte edoceat, præsertim Baptismi, Matrimonii, & sacrificii, quod in memoriam Dominicæ Passionis peragitur. Nam sicut ipse Dominus fuit in cruce immolatus secundum carnem; & sanguis & aqua ex ejus latere profluxerunt; ita nos pariter debemus in ejusdem mysterii commemorationem corpus ejus, & sanguinem una cum aqua offerre super altare. Hæc quidem tradidit magnus, & gloriosus martyr Alexander, qui omnes Ecclesiæ constitutiones, & canones plene ab ipso hauserat Petro; * præcepitque, *ut nec vinum solum, nec aqua sola, sed utrumque permixtum offeratur*; quod etiam didicimus ex Evangelio: cum enim Domini latus aperuerunt, non aqua solum effluxit, nec solus sanguis, sed utrumque simul. Et Julius Papa * hæc de tali mysterio fassus est, dicens: *Non potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi misceatur utrumque*, hoc est, vinum, & aqua: ac demum conclusit, quod si quis sacrificium altero solo sine altero perfecerit, *tamdiu cessare debeat a sacrificando, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione* juxta sacros Ecclesiæ canones *correctus sit*. Cyprianus item, martyr eximius, & Episcopus Carthaginiensis in Occidente, de calice Domini nostri Jesu Christi sic habet: *Per Salomonem Spiritus Sanctus typum Dominici sacrificii ante præmonstrat, immolatæ hostiæ, & panis, & vini, sed & altaris, & Apostolorum faciens mentionem: Sapientia, inquit, ædificavit sibi domum, & subdidit columnas septem, mactavit suas hostias, miscuit in cratera vinum suum, & paravit mensam suam; & misit servos suos, convocans cum excelsa prædicatione ad crateram, dicens: qui est insipiens, declinet a me; & egentibus sensu dixit: venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. Vinum mistum declarat, idest calicem Domini, aqua & vino mistum, prophetica voce prænunciat; ut appareat, in passione Dominica id esse gestum, quod fuerat ante prædictum*. His igitur docet beatissimus Cyprianus, haud quaquam licere, aqua sola, aut puro vino in mysteriis uti, sed utroque simul.

* Alexand. I. In ep. 1.

* Julius I. apud Gratian. de consecr. distinct. 2.

Lib. 2. ep. 3.

Prov. 9. ex 70.

Præterea magnus Episcopus Mediolanensis S. Ambrosius in suis scriptis commendatum reliquit, debere quemlibet sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ præstare obedientiam; quippe quæ ab Apostolo Petro in orthodoxa fide firmata fuit. Nam sicuti corporis est obedire capiti; ita debet similiter universalis Ecclesia, quæ corpus est Christi, ei obtemperare, qui totius Ecclesiæ caput a Christo Domino fuit constitutus. Tum etiam idem Ambrosius * aquæ commixtionem sacrificio necessariam esse ostendit: eo quod actione illa mistionem Verbi Dei, quæ nobiscum facta est, significamus, cum vere & proprie illa divinitatis, & humanitatis effecta sit compositio, secundum quam vera membra veri capitis nostri Christi vocati sumus. Idcirco enim, dum esset ille in Cruce, sanguinem emisit & aquam; quod perfecte in sacrificio Missæ completur, ut nostra cum Deo ostendatur communicatio.

* Lib. 4. de Sacram. c. 4. & l. 5. c. 1.

Eodem quoque intellectu S. Gregorius Nazianzenus in Oratione de Paschate mentionem faciens sanguinis & aquæ, quæ de Domini nostri Jesu Christi latere profluxerunt, cum supra crucem pro redemptione Mundi immolabatur, affirmat egressum esse sanguinem, ut indicare-

A tur, quod Dominus noster vivus secundum divinitatem remanserat; & pariter aquam, quia secundum humanitatem, quam de nostro assumpserat, vere pro nobis mortuus erat. Quibus profecto videtur innuere, in sancto reconciliationis sacrificio, quod est exemplum Dominicæ passionis, aquæ vinique mistionem necessariam esse: quandoquidem si, quod immolatum fuit, & in altari immolatur, est Christus, idemque perfectus Deus & perfectus homo, opus est consequenter, in hoc semper sacrificio, in signum divinitatis & humanitatis ejus, aquam vino miscere. Quamobrem quicumque hujus rei significationem in altari plene consummant, Jesum Christum Dominum nostrum, perfecte Deum, B & hominem confitentur: quicunque vero aut solum vinum, aut solam aquam apponunt, ii proculdubio in confessione humanitatis aut divinitatis ejus deficientes inveniuntur; immo ipsorum quoque sacrificium nullum fortassis erit, propter imperfectionem: quare taliter offerentes pœnis a sanctis ac magnis conciliis præscriptis merito subjacebunt. Præfata autem SS. Patrum & martyrum Jesu Christi in idem coincidentia testimonia, videlicet SS. Alexandri, & Julii Romanorum Pontificum, atque SS. Cypriani, & Ambrosii Episcoporum in suis ipsorum operibus indubitanter invenies. Quod si in promptu, & ad manum ea velis, reperies in epistola, quam * Eugenius Romæ Papa misit ad dominum * C Gregorium Patriarcham, magni Nierses Ghelajensis, perillustris ac celeberrimi doctoris, fratrem.

* Eugenius III.

* Gregorius Armen. Patriarcha LXII.

Hanc etiam aquæ in sacris mysteriis permiscendæ necessitatem commendat ultro Apostolorum successor * Irenæus in lib. 4. suarum lucubrationum adversus hæreses; ubi calicis memorat mistionem, quem Dominus cum suis discipulis in Regno se bibiturum promisit. Hoc ipsum denique * Beda venerabilis presbyter, aliique * Patres tradiderunt; quorum multi referuntur in memorata admirabilis patris nostri Gregorii epistola; quæ quidem cumulata admodum erat sacræ Scripturæ testimoniis, sanctorumque Patrum, ac Doctorum sententiis mirifice D exornata; nec non consentanea Canonibus, & decretis sanctorum Conciliorum, nimirum sextæ in magna urbe Constantinopoli coactæ Synodi, & Concilii Carthaginiensis; atque conformis consuetudini, rituique sanctarum & orthodoxarum Christi Ecclesiarum, Romanæ, Constantinopolitanæ, & aliarum, quæ hactenus a sanctis usque Apostolis eamdem jugiter servaverunt, atque servant consuetudinem, & traditionem.

* Iren. l. 4. c. 57. & l. 5. c. 2.

* Beda in Marc. c. 14.

* Alii Patrum, qui hoc ipsum docent, sunt S. Jacobus Apost. in sua Liturgia, cujus meminit Concil. Trull. can. 32. S. Clemens l. 8. Const. Apost. c. 17. Theodoretus Dialog. 1. Euseb. Emiss. serm. 5. de Pasch. Justin. m. in 2. Apol. Hieron. in Marci c. 14. Augustin. in Tract. 120. in Jo. Proclus Ep. Constant. in Tract. de traditione divinæ liturgiæ. Theophilactus in c. 19. Joan. ubi reprehendit Armenos. Damascenus l. 4. de fide c. 14.

Quapropter nos omnes, hic pleno Concilio congregati, Episcopi, Magistri, & Patres Cœnobiorum, adstantibus piissimo rege nostro Leone, ac religiosissimo Dominorum Domino magno Haytone, patre Regis cum fratribus suis, E ceterisque Armeniæ Principibus atque primatibus, & sacro sancto populo, una simul consentientes, reverenter suscipimus ejusdem nostri sancti Patris mandata; epistolamque illius, tanquam veracem, & Apostolicum Canonem, atque legitimam Constitutionem, ab omnibus Armeniorum Ecclesiis recipi, & observari jubemus. Et quamvis hæ sacræ traditiones, & dispositiones Dominicarum festivitatum, quæ priscis antea temporibus, a sancto usque illuminatore nostro Gregorio in Ecclesiis Armenis extiterant, earumque observatio complures perduraverat annos, in nobis postea exoleverint ex culpa; eas

nihi-

ANNO CHRISTI 1307.

nihilominus in præsentia misericordia & gratia A Dei, atque opera Patriarchæ Gregorii, piissimique Domini nostri Leonis, quod recipimus, & in pristinum restituimus: sumusque modo, cum in festorum celebratione, tum in omnibus aliis rectis constitutionibus, omnino cum sancta, & catholica Ecclesia magna Romana, aliisque verum profitentibus, & orthodoxis Ecclesiis Jesu Christi concordes.

Præsenti autem hujus sanctæ Synodi decreto, atque mandato nemo audeat in posterum adversari, aut contrarius apparere, ne divinam indignationem incurrat, partemque cum hæreticis sortiatur, iis maxime, qui pro frumentaceo pane, quo ad Christi corpus conficiendum sancta utitur Ecclesia, panem hordaceum: aut B pro vino ad conficiendum sanguinem Christi, aquam solam in mysteriis sacris usurpant. Utque magnum sacræ hujus sanctionis decretum firmum semper, atque immutabile perseveret, fuit a cunctis, qui in hac sancta Synodo convenimus, Episcopis, Magistris, & Patribus propria manu subscriptum; præsertim a magno Rege nostro Leone, atque a Domino Dominorum Haytone, & fratribus suis, ceterisque Armeniæ Magnatibus. Editum vero fuit anno Armeniorum 756. * die 19. M. Martii in civitate * Sia Metropolitana, in magna Ecclesia S. Sophiæ.

* Anno Dom. 1307.

* Urbs hæc in Cicilia, vocatur a Latinis ipsomet Provinciæ nomine Cilicia, sicut ab Armenis Sis eadem urbs, & provincia nuncupantur.

* Hic Episcopus ab hac eadem Synodo creatus fuit Armeniorum Patriarcha.

Constantinus * Episcopus Cæsareæ consentiens C subscripsi.

Constantinus Episcopus Sisis Urbis Metropolitanæ.

Joannes Episcopus Tarsi.
Stephanus Episcopus Sebastes.
Stephanus Episcopus Parzerperti.
Sethius Episcopus Jesenchi.
Joannes Episcopus Anazarbi.
Stephanus Episcopus Adani.
Nierses Episcopus Tyani.
Basilius Episcopus Ghubni.
Nierses Episcopus Neocæsariæ.
Vartanus Episcopus Amasiæ & Dochii.
Gregorius Episcopus Mariciæ.
Georgius Episcopus N.
Stephanus Episcopus Palatii Patriarchalis.
Joannes Episcopus Beri.
Andreas Episcopus Harcani.
Tharasius Episcopus Maschienori.
Jacobus Episcopus N. nepos Domini Gregorii Patriarchæ.
Isaac Episcopus Paperti.
Deodatus Episcopus Paseni.
Nierses Episc. Provinciæ Ghamkhi
Nunclus Episcopus Nepergherii.
Vartanus Episcopus Sasni.
Serspe Episcopus Giubeghceri.
Philippus Episcopus Ghieghi.
Præcursor Episcopus Miezghierti.
Gregorius Episcopus Vahanascini.
Hesychius Episcopus Stimbolæ Armeniæ.
Isaias Episcopus Thessalonicæ.
Hairabiet Episcopus Cemescazacuz.
Cyriacus Episcopus Miezchierti Tasctensis.
Vartanus Episcopus Maschiarti.
Simeon Episcopus Ghubitarri.
Martyr Episcopus Urteli.
Simeon Episcopus Ozubi Provinciæ Sciahabunensis.
Joannes Scriba Miezchieri.
Marcus Magister Schieverrensis.
Cyriacus Magister Eremita.
Gregorius Magister N.
Vartanus Magister Ecclesiæ Anarzabensis.
Martyr Magister domus Patriarchalis.
Gregorius Magister Chiermasperi.
Gregorius Magister Miezchierensis.
Tharasius Magister Ghierachensis.
Vartanus Magister Aghnieti.
Sergius Pater Monasterii Aghnierensis.
Gregorius Pater Monasterii Thiurchrensis.
Basilius Pater Monasterii Khorinensis.
Tharasius Pater Monasterii Miezchierensis.
Præcursor Pater Monasterii Mousinensis.
Joseph Pater Monasterii Chielegachensis.
Tharasius Philosophus & Pater Monasterii Zorensis.



AD SISENSE ARMENIORUM CONCILIUM

Pro utriusque ecclesiæ Armenæ ac Romanæ conjunctione

Anno 1307. habitum

A D D I T I O.

An. 1307. Ex Supl. Mansi tom. III. p. 270.

EX actis concilii Sisensis quæ Venetus Labbei D *editor a Galano accepit, discimus regis jussu lectam fuisse pro Concilio, & patrum discussioni propositam* epistolam patriarchalem. *Quæ hæc fuerit patriarchalis epistola, nec acta produnt, nec Venetus ille editor annuntiat. Ab eodem Galano tamen repetere illam pronum erat, ex quo, ne diu ultra desideretur, accipe.*

EPISTOLA GREGORII SISENSIS, ARMENIOR.

Patriarchæ ad Haytonem patrem Leonis regis Armeniæ cœnobitam.

Gregorius, servus Jesu Christi Domini nostri, & gratia Dei omnium Armeniorum patriarcha, E *piissimo, ac principali nostro, & sanctæ hujus ecclesiæ filio spirituali, maximo totius Armeniæ Domino, nostrique Regis patri Haytoni, quem Deus semper salvum, imperturbatum, & incolumem servet, salutem & benedictionem.*

NOtum tibi sit, religiosissime princeps, ad nos jam venerabiles litteras tuas, a Stephano reverendissimo tuo cappellano delatas, pervenisse: in quibus ea nobis memoras, quæ circa

ANNO CHRISTI 1307.

circa præterito anno, in hac Sisensi civitate, quo veniens nos dignatus eras adire, te fuimus alloquuti; nostra scilicet permagni quidem interesse, ut, donec inter vivos adhuc superstites sumus, ab excommunicationibus liberemur, atque in sanctam Dei Ecclesiam admittamur. Est enim in hac ecclesia penes nos, qui in aliis quoque Orientis ecclesiis, & monasteriis nostris reperitur, Athanasii liber, in Armenum idioma translatus; ubi agens de Missæ sacrificio ille ait, quod Christus calicem vini mixtum accepit. Extantque, quas præsens tibi defert litterarum fasciculus, Alexandri, & Julii * Romanorum Pontificum litteræ; in quibus Missæ sacrificium sine aqua conficientes anathematizantur: & hoc ipsum referunt etiam Ambrosius * & Cypria- B nus *.

* Alex. 1. ep. 1. & Jul. I. apud Grat. de consec. dist. 2.
* de Sac. l. 4. & l. 5. c. 1.
* Cypr. l. 2. ep. 3. Ver. edit.

Est insuper apud nos, qui prius erat nostri Avunculi, radix fidei, liber Irenei apostolorum successoria, ubi * aquæ vino miscendæ fit mentio: in cujus margine, propria Avunculi nostri manu annotatum legitur. *Vide, quod etiam aqua in Missa requiritur*. Extabat præterea quidam canon, a nobis nuper transcriptus, in quo Cypriani, & Carthaginiensis * concilii eadem de aquæ necessitudine verba legebantur: illudque concilium non novum, sed vetus est, & prope Nicænum. Nec non in sexto Concilio * idem reperitur canon, excommunicatio, & anathematismus: adducuntque illud Salomonis * *miscuit in cratera vinum suum*, & Joannis Evan- C gelistæ * *tres sunt qui testimonium dant in Cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt; & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, sanguis, hi tres unum sunt*. Tum Chrysostomus * super illud Matthæi, *non bibam de hoc genimine vitis* &c. inquit, hoc dictum esse, *ut perniciosissima aliquorum aliorum hæresis, qui aqua in mysteriis utuntur, radicitus evellatur*: nota quod non dixit, *qui in mysteriis aquam vino miscent*, unde colligitur, neque esse in illis adhibendum solum vinum: licet vinum, & panis materia sint hujus sacramenti, quod Christi incarnationem, & mortem designat. Adverte, inquam, non dixisse Chrysostomum, *qui miscent*; hoc enim si dixisset, no- D strum utique palam probaret: sed ait, *qui aqua utuntur*; ii autem utuntur aqua, qui mysterium mortis Christi sola aqua conficiunt absque vino.

* lib. 4. c. 57. & l. 5. cap. 1.
* III. Chart. can. 24.
* Trull. can. 32.
* Prov. IX.
* Jo. V.
* In c. 26. Matt. cujus verba Armeni ad suum probandum subvertunt, ut constat ex Trull. can. 32. *Galan.*

Item Gregorius Nyssenus super cantica canticorum. *Pande*, inquit, *os*, *& bibe aquam ex latere, de quo lancea tibi scaturiginem aperuit*. Cujus tandem rei testes habemus non modo omnium Christianorum ecclesias; verum ipsos etiam Armenos libros; nostros insuper laudabiles Assyros, quorum nullus sine aqua sacrificium peragit; & nostrorum cœnobiorum monachos, qui hostias aqua semper intingunt, ac deinde vino calicis immergunt; unde nunquam vinum remanet sine aqua. Mitto quod scribit idem Nyssenus, vinum scilicet aliud non esse, nisi E aquam, qualitatibus quibusdam affectam, quæ colorem a planta desumpsit. Nostri præterea sacrificii oblatio, quid aliud est, nisi Christi Corpus, & sanguis: in Corpore autem illo nonne erat aqua cum sanguine ut habetur in evangelio, * *& continuo exivit sanguis & aqua?*

* Jo. XIX.

Testis est Deus, quod præfatos canones, sanctorumque testimonia, quæ in hac conscripsimus epistola, nos ipsi præteritis annis propriis perlegimus oculis. Vos quoque testes estis, quod, cum Latini a nobis hoc antea requirebant, nos in opposito nihil fore detrimenti, pro certo existimantes, illis semper adversati fuimus: nec sciebamus, rem tantam fuisse a conciliis, summisque pontificibus, sub gravissimis excommunicationum pœnis definitam, atque præceptam: neque innumeris, magnisque sanctorum testimoniis, quæ in Armenis etiam voluminibus leguntur, confirmatam, immo & traditam, ut postea reperi, ab ipsomet episcopo nostro Niersese Lampronensi, ab ipso quoque Ghelaiensi Patriarcha. Quapropter ex præterito jam anno deliberavimus, numquam deinceps nos sacrum facturos, quin in calicem aquam infunderemus, saltem occulte, quousque id foret apud nostros, peculiari concilio stabilitum.

Porro autem, cum huc advenisset cappellanus tuus, nos ex Armenis codicibus, testimonia tibi scribenda colligere cœpimus, quæ id confirmarent, quibusque parati essemus; ne, convenientibus propter hoc viris ebriosis, tuoque justo judicio a nobis omnino absente, ulla fortasse orietur altercatio. Et quidem cum quibusdam nostris probatæ conscientiæ sociis præstolamur; donec simul cum omnibus aliis in unum locum congregati, quod fas est, librorum examinatione decernamus: jamque in præsentia rem significamus omnibus ecclesiasticis nostris, nec non & vestris; ne penitus ultro in excommunicationibus persistamus, sed quamprimum in missæ sacrificio aqua vino semper miscenda determinetur, eaque multo paucior vino, frigida, non calida, & una solummodo vice infundenda.

Te igitur, piissime princeps, quam studiose possumus, per Deum ipsum rogamus, ut & tu quoque ad rem hanc decernendam, diligentiam curamque adhibeas, conciliumque plenum indicas; utque hujusmodi opere, ac labore a conciliorum excommunicationibus liberemur, atque in sanctam Dei ecclesiam admittamur: quod profecto tunc perficietur omnino, cum septem generalia concilia susceperimus, & duas in Christo naturas, voluntates, & operationes, cum præstitus fuerit assensus subscriptioni patriarchæ Armeniorum, & patriarchæ Albanensium, omniumque Orientalium, & Occidentalium, uti nos in futura synodo declarabimus, cum festivitatem Nativitatis Dominicæ suo celebraverimus tempore; cum vigiliam paschatis observaverimus, & singulis quibusque sextis feriis, quæ inter pascha, & ascensionem incidunt, ab esu carnium abstinuerimus; cum sicut illi, ita & nos jejunaverimus, festosque dies egerimus; cum Trisagium, vel sine additione illa, *qui crucifixus es pro nobis*, in sanctam direxerimus Trinitatem; vel, si cum illa adjectione, in Christum secundum humanitatem. Cum denique fuerimus illis conformes in vestibus sacris, in orationibus, in ordinum collatione, in sacrarum imaginum veneratione, in usu aquæ prædictæ: fac igitur, per Deum quæsumus, ut cum illis omnino concordes efficiamur. Curasti jam pridem, ut benediceretur civitas Aghtamarensis; cur non similiter, ut, & nos omnes benedicamur, curæ tibi erit? Jam nos usque adeo donec numerosius cogatur concilium, cum aliquibus nostris episcopis utcumque providentes, nostro mandato irritam declaramus excommunicationem, quam contra librorum divinorum, ecclesiæque catholicæ doctrinam, per inscitiam, & iniquitatem erroneis canonibus pronunciaverit conciliabulum illud iniquum, adversus eos, qui in missæ sacrificio aquam vino miscerent: * ac insuper cum benedictione mandamus, tam tuis, quam regiis filiis tuis, tuorumque fratrum, ac procerum sacer-

* Conciliabulum Manaschiertense an. 686. habitum.

ANNO CHRISTI 1307.

sacerdotibus, ut juxta ecclesiæ Romanæ consuetudinem, aquam dictam vino in missa permisceant; atque id, quoadusque generale congregetur concilium, quando liberius quidem poterit exerceri, nimis caute fieri jubeas; omnes prius instruendo, nostræque hujus epistolæ testificationes illis ostendendo, ne scandalizentur.

Tu jam antea divina adjutus gratia, magnam illam concordiam, & amorem conciliasti: quod si hanc aliam perficere valueris, qua nos benedici, & cum sancta Dei ecclesia uniri facias; existimare certe poteris, quod fere alter Christus tuo nos sanguine ab inferis iterum erueris; tibique tot, anima & corpore servos, intercessores, ac laudatores perpetuos redemeris: esses etenim nobis Apostolus, & illuminator; beataque plane foret tota progenies tua; immo & pœnitentia tuis peccatis confessis debita, a nobis supra nosmetipsos esset libenter accepta, quantum denique super hujuscemodi negotium poteris laborare, tantundem Dei ecclesiæ laborabis: & hæc non alterius, sed propriæ nostræ manus scriptura est.

Interea, noli, amabo te, nos criminari, si tibi fandi prolixitate fastidium afferemus; dedecet enim, immo crimen esset, ac stultitia, rem tanti ponderis, paucis, veluti parvam, pertransire; non secus, ac virum longum, breve dedecet vestimentum. Et quidem res, de qua nunc agitur, magna admodum est, fidei nostræ opus, & res publica, quæ pervenire debet ad quemlibet, sive virum, sive mulierem: & omnes perturbare potest, iisque scandalum parere, qui, an vera, an falsa sit, nesciunt. Quamobrem antequam concilium celebremus, inque omnium mentibus firmam hujusce rei veritatem universali examine, & testimoniis tam hominum, quam divinarum scripturarum novi, & veteris testamenti constabiliamus; lubet in præsentia, quoniam aquæ miscendæ jam onus injunximus, res omnes memorabiles, quæ istius fidem adstruant, tanquam veritatis pignora hic præmittere.

Exordium autem sumimus ex iis, quæ aliquibus etiam primariis nostris Armenis indicavimus: & primum Orbele, archiepiscopo Siuniensi, quippe qui tam spiritualis, quam corporalis est princeps; atque illius quoque sociis, quibus hoc anno rem demonstravimus, ac persuasimus: & anno præterito Domno Joanni, sanctorum Apostolorum episcopo; tum alio præcedenti anno idem ostendimus episcopo Peecenensi, nec non & Varachensibus: propterea quod, ut modo recte recolimus, tertius jam recurrit annus, ex quo res ista certa fuit apud nos, & indubitata; tametsi jam antea illam etiam audivissemus ex antiquis, ac sanctis nostris patribus ex Domino Jacobo, & Davide magistro, ex domno Niersese, ex quatuor Patriarchalibus cathedris, ac demum ex papa, aliisque omnibus Christianis: jamdudum enim apud nostros ea tradita reperitur.

Præterea Domnus Nierses * in quacunque pervia sibi ecclesia, sive Latina, sive Græca, sive Syriaca, aut conficiebat sacrum aut sumebat communionem: num existimari poterit, in ejusmodi ecclesiis peractum fuisse sacrificium sine aqua! Tum quando magnus princeps Sgeman, & Hayton, majores tui, Antiochenum patriarcham, qui Latinus erat, in Sisensem duxerunt civitatem; tunc iste, & Domnus Constantinus, patriarcha noster, in ecclesia sanctæ Sophiæ Missam celebrarunt; videtur ne tibi,

* Ghelajensis Arm. patriarcha.

A quod si Antiochiæ patriarcha sine aqua id præstitisset, non abjecisset illum juxta canonum decreta sanctus papa? Immo nec ille solus, sed & noster etiam Domnus Constantinus vino aqua diluto palam una cum ipso concelebravit, & communionem ab eo sumpsit: idque in libro nostri Avunculi, qui apud Stephanum diaconum reperitur, per temetipsum videre poteris.

Denique, interroga cœnobitas istos, quidnam referant libri; quos & ipsi in futuro concilio ostendemus; aut quid narret Albanensis historicus: id plane, quod universo notum est Orienti; decem; decem nimirum episcopos in Tevinensi * conciliabulo permutasse totam pene legem, quæ a divo usque Gregorio in nobis B inviolata perstiterat: unam quippe naturam in Christo constituerunt, & Trisagium illud, *sanctus Deus*, &c. quod sacrum concilium erga sanctissimam Trinitatem decantandum decreverat; superaddentes, *qui crucifixus es pro nobis*, erga Filium direxerunt. Postea vero Heraclius Imperator, cum ob sanctam Crucem profectus esset in Orientem, omnes Armenos patres convocavit; qui post menstruum examen, concordiam, & unionem denuo componentes, susceperunt usum aquæ in sacrificio, celebrationem dominicæ Nativitatis die 25. Decembris, aliaque omnia: atque post Domnum Jeserem, tunc temporis patriarcham, quinque alii patriarchæ successores in eadem permanserunt fide; ex quiC bus unus fuit sanctus Isaac: ille, qui, dum Mahometem pro Armenis adiret, diem suum obivit in Mesopotamia, descenditque super eum lux de cælo; in ejus morte multa miracula perpetrata sunt. Quare superveniens Mahometes, epistolamque increpatoriam, ab eo sibi relictam, legens, aperuit illius sepulchrum; repertoque cadavere incorrupto, dexteram illius osculatus est, dicens, *quicquid mihi jussisti, exequar*: moxque inde discedens Armenos monachos e captivitate liberavit; eamque dexteram nos ipsi in Ghelaiensi vidimus civitate adhuc incorruptam, quæ deinde argento exornata fuit.

Hæc quidem omnia consideranda sunt: nec non ea, quæ in aliis etiam nostris epistolis meD morabimus; tum de Damasceni verbis * circa duas Christi naturas; tum de conciliorum canonibus, qui aquam vino miscendam injungunt, & Armenis nominatim præcipiunt, ne sine aqua dicta sacrificent; quod innuit etiam Chrysostomus, * damnando eos, qui sola aqua utuntur; quibus adhuc concordant, quæ scripsit papa, inquiens, quod cum de latere Christi egressa sint sanguis & aqua, non decet, aqua sola aut solo vino sacrum conficere: * & idem Chrysostomus in sua liturgia, *Unus militum*, ait, *lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis*; *hæc dicens, infundat vinum*; *& subdens: & aqua*; *infundat aquam*. Tum quæ narrat Damascenus de Trisagio; & quæ domnus Nierses, & domE nus Gregorius, de duabus indivisis, & inconfusis, in una Christi persona unitis, naturis, voluntatibus, & operationibus; tum quæ Chrysostomus de festo Nativitatis Domini, sicut ipse nosti; & quæ noster Abraham de festo Annunciationis, suo tempore celebrando; tum denique, quæ refert Albanensis Historicus, * fuisse, nimirum in Tevinensi conciliabulo, jussu regis Persarum coacto, constitutiones nostri sancti patris Gregorii a decem episcopis immutatas; & unam naturam in Christo, & additionem, *qui crucifixus es*, in Trisagio, noviter definitas. Id quod advertit etiam Isaias, totius

Orien-

ANNO CHRISTI 1307.

* Tevinens. conc. an. 536.

* Damas. de nat. contra Aceph. & l. de div. Incarnat.

* In Mat. 26.

* Alex. & Jul. ap. Grat. ubi supr.

* celebris Arm. histor.

ANNO CHRISTI 1307.

Orientis Doctor, ac magister, qui duobus Orientis locis Albanensis historici volumen, & intra illud nostra supra relata verba inventi, (nam res de Nativitate, & aqua expressius in ipsorummet * codicibus memoratur) quibus jam aliarum nostrarum epistolarum rationes, & canones; qui in eorum non reperiebantur libris, transcribens apponit; nobisque hoc anno rescripsit, dicens: noli quæso me incusare, si rem dilationibus prorogo; nondum enim expleta est. Hæc igitur omnia idcirco referuntur, ut notum fiat, nihil nos falsi, aut occulti fuisse loquutos; sed illud sane, quod omnibus Armenis manifestum est; aliorum etiam testimoniis patefacimus sapientibus tantum viris, abscientibus autem occultamus, quousque concilium celebrandum sit. Quin hoc item anno in expositoribus Divi Marci complura de aquæ mistione verba deprehendimus, videlicet in sancto * Hieronymo, & Beda * presbytero, atque in aliis etiam Latinis sanctis patribus, quos in futuram synodum afferemus.

* Hoc est Arm. & Alban.

* In Mar. 14.

* Bed. ib.

Te autem enixe obsecramus, ne nos, tuimet causa, hunc protendere sermonem, existimes; sed propter cæteros juniores, & imbecilles. Enimvero, ut inquit Paulus, debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Sine, obloquantur nonnulli, quod Christiani omnes, aut sancti, aut etiam evangelium ipsum, usum vini puri commendent, & aquæ mistionem prohibeant. Haud enim debemus nos hujuscemodi nugis aurem præbere. Si namque dixisset evangelium: accepto guttullo, aut œnophoro, aut utre; vel accepto vino ex cupa aut e cella vinaria, aut ex alio vase, in quo merum servari solet; vel si dixisset: petiis, & accepit vas vinarium, & similia; pro ipsis forte res esset. Porro cum dicat, quod recumbentibus illis in mensa, *accepit Jesus calicem*; profecto perspicuum est, quod de mensa, in qua erat juxta consuetudinem appositus, ipsum calicem sumpsit. Præterea si mos illius fuisset regionis, quemadmodum nos in oriente solemus, vinum in mensa purum apponere; & dictum esset; accepta phiala, aut alio vinario vase; utique merum intelligeretur; & similiter etiam, si aperte dixisset, illud fuisse vinum purum.

Deinde, neque potionem illam fuisse puram aquam, ostendit, ut inquiunt sancti, sicut id, quod de latere fluxit, non fuit aqua sola; ait enim, * *non bibam de hoc genimine vitis*: Unde constat vinum intus fuisse: sed non purum ut inquit Salomon, *miscuit in cratera vinum suum*; & divus Athanasius *accepit calicem vini mistum*: & S. Basilius, * *similiter & calicem de genimine vitis accipiens, miscens, gratias agens, benedicens, dedit &c.* & S. Gregorius * *bibe aquam, quæ de latere petræ scaturivit*: & ipse Dominus, * *hic est Calix, novum testamentum*. Calix autem vini poculum significat, aut scyphum, aut cyathum; quem etiam David pro poculo vinario usurpat; licet, quando purum vinum indicare vult, manifesto id explicet, dicens: * *Calix in manu Domini vini meri*. Calix itaque, quomodocunque in scripturis nominatur, non pro ipso vino, sed semper pro poculo sumitur, sic etiam in Hieremia, * *Calix aureus Babylon in manu Domini*: vide, quod jam non vinum, sed poculum designat: quomodo nanque posset vinum, aureum appellari? sic & vasa Templi, in quibus immolatorum sanguis recipiebatur, *aurei calices* vocabantur: in eodem similiter sensu ait David * *Calicis salutarem accipiam*, hoc est,

* Matt. 26.

* in sua liturg.

* Niss. in Cant. hom. 12.

* Luc. 22.

* Ps. 74.

* Hier. 51.

* Ps. 115.

A poculum salutis. Et Dominus item * *transeat a me Calix iste*; transeat nimirum istud poculum. Manifestum est igitur, quod Christus non aliud, nisi poculum e mensa desumpsit, in quo vinum erat aqua dilutum: maxime cum addiderit, * *hoc facite in meam commemorationem*. Sed in quarumnam rerum suarum memoriam faciendum est? num resurrectionis Lazari, aliorumve, quæ operatus fuisti, miraculorum? verum ipsemet cum antea sui sanguinis mentionem fecerit, signa responsionis insinuavit; quam discipulus ejus Paulus optime sciens, nobis exposuit dicens * *Mortem Domini annunciabitis, donec veniat*: Itaque sacrificium peragere, est dominicæ mortis commemorationem facere: in morte

B vero ejus nonne sanguis & aqua de latere profluxerunt? plane ad innuendum, quod aqua exiit tanquam ex mortuo: quatenus enim homo erat, mortuus est: sanguis autem tanquam ex vivente, quia quatenus erat verus Deus, vivus permansit adhuc post mortem corporis.

ANNO CHRISTI 1307.

* Matt. 26.

* Luc. 22.

* 1. Cor. 11.

At recole, quæso, illam magistri Minasi sententiam, qui dicere sæpe solebat; *culpa foret in Oriente, si in hac minori Armenia homo, in mensa recumbens, poculum vini puri suo etiam inimico non propinaret*: verum, cum sacrum esse merum conficiendum, traditum nobis non sit a Divo Gregorio, * ecce liber ipsius, neque a sancto Isaac, * ecce illius canones: unde igitur nobis hoc unquam defluere potuit? nisi, ut ve-

C rum fatear, ex eo quia, cum orientales innata quadam consuetudine vinum non bibant, nisi purum, vel sacrum ipsum in mero perficere maluerunt; tum quoque, ut a Græcis, in quorum pravitate offenderant, discreparent. Quod si purum requireretur vinum in missa, eo quod sic, ut quidam ex nostris loquuntur, incorruptibile sit, ecce jam Domnus Nierses, * qui docet, incorporea solum esse incorruptibilia; materialia vero corruptibilia omnia. Tam itaque vinum aqua dilutum, quam purum, corruptioni quidem obnoxium est. Et sane Græci; licet nobis, & antequam nos, sapientiores, quia tamen non vinum firmum, sed loram bibere solent; lora quoque in altari utuntur; quamobrem cœperunt

D a nobis in sacramentis differre. Quid ergo mirandum, si nos orientales, qui merum bibimus, in mero quoque sacrificemus? quando nulla alia Christianorum natio reperitur, quæ vinum dilutum potans, sacra in mero faciat.

* Illuminatore primo Arm. Patriarcha

* Arm. decimo patriarch.

* Gelacens. Arm. Patriarch.

Denique ne nobis culpam ascribas, carissime princeps, quod tibi rem equidem magnam committimus: quanquam etenim in hac nostra provincia una cum Deo dominaris; dum tamen mundi gloriam aspernatus, religiosus evadere maluisti, proculdubio partem sortitus es nostram. At vero quodnam facinus aggrediaris oportet præclarius eo, in quo Dei Filius te constituit regionis, & ecclesiæ nostræ conciliatorem? num pacificatorem existere; quid aliud, nisi Dei Fi-

E lio æquiparari est, ac beatum vocari? Quapropter precibus tecum agimus, quam possumus, diligentissimis; ut, si tua quoque hoc feret voluntas, justumque arbitratus fueris, nonnullos antea convoces episcopos, cœnobiorumque sapientiores patres ac magistros; quibus hanc nostram lubeat epistulam perpendere; atque aliis suorum monasteriorum probatis, & ingenio perspicacibus viris ostendere. Si quidem, qui illam approbent, fuerint; suscipiant: reprobantes vero ad futurum accedant concilium; in quo gratius nobis erit, & perjucundius, si quicquid in contrarium sciant, nobiscum conferant, quam

ANNO CHRISTI 1307.

quod ab aliis postea certiores facti, in nos obtrectationibus invehantur; perinde ac si nos mendaces fuerimus, aut ex industria rem aliquam sophistica opinione confictam, vel dolo e sacris Scipturis abstractam, in medium protulerimus. Congruens autem omnino erit, ut res omni prius modestia tractari incipiat, antequam in concilio reciproca omnium ratiocinatione, & communi consensu ad exitum jure, & canonice perducatur.

* Prov. 22. * Eccl. cap. 10. * Matt. 23.

Cæterum præ aliis diligentius expendas velim id, quod dicit scriptura * *ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*: & iterum, * *qui dissipat sepem* hæreditatis paternæ, *mordebit eum Coluber*. Si res igitur ita se habet: sanctorumne culpa fuit, quod septem idololatriæ suorum patrum a principio destruxerunt? minime quidem gentium: haud enim patres idololatræ, eorum veri patres censendi sunt: quoniam illorum filii, qui corpus erant Adam, veterem hominem in baptismo mortuum exuerunt, & Christum induti sunt; quibus postea dictum est, * *Patrem nolite vocare vobis super terram; unus est enim pater vester, qui in Cælis est*. Nostri itaque patres, non alii certo, nisi sancti, Dei simulacra, & sepes, ac termini eorum lex & canones sunt. Quare quisquis epistolæ hujus documenta servat, pacemque conciliat, non dissipat ecclesiam, nec perturbationibus, aut excommunicationibus implicat; neque nos, hæc scribendo, paternam sepem demolimur; sed potius divinorum librorum traditiones, sanctorumque patrum statuta perficimus, & confirmamus. Quapropter quicquid apud nos antiquum, & a principio traditum, conservare accurate debemus; ne quando rei nostræ contingat id, quod sæpenumero vineæ evenire solet, in qua aditus antea angustus, ex incuria tamen omissus, paulatim deinde a transeuntibus aperitur, ac undique dilatatur. Propterea nos excommunicationem, quæ in miscentes aquam lata inique fuerat, penitus abrogamus, abolemusque, ne forte quispiam e populo nostro Armeno, qui suum azymum inveterata consuetudine servat, incidat ultro in fermentatum, aut etiam in loram * quamvis, & si fermentatum non sit a canonibus stabilitum, eo tamen utentes improbandi non sint, juxta præceptum Domini Niersis; dum etiam Apostoli illo interdum usi sunt.

* hic Græcos carpit.

A Quocirca nos e sancta Romana ecclesia aquæ comixtionem modo recipimus, sicut ab eadem acceptum habemus azymum, mitram episcopalem, & modum signandi crucem; * tametsi non item pisces, & oleum in Quadragesima concedimus excepto Annunciationis festo; neque sacerdos in ecclesia nostra, sicut in illa cælibem agit vitam, neque, si in errorem gravem incidat, ad sacrum denuo faciendum admittitur; sed remanet irregularis, sicut apud illam irregularis remanet homicida. Veruntamen omnes ejusdem Romanæ ecclesiæ christianos recipimus, & approbamus; sunt namque, sicut & primæ sedi, ita & Deo propinqui, a quo immediate, non secus ac nostri sancti patres, eundem B dam hauriunt sapientiam, & patrocinium. Quatuor etiam patriarchas veneramur, cæterosque fideles, qui sacro Christi nomine insigniti, nuncupantur Catholici. Verum, heu, heu! nequaquam obtrectationibus inficere volumus, sed neque laudamus eos, qui Jacobitæ nominantur, uno digito sese cruce signant, & vespere sextæ feriæ carnem comedunt. Necnon rejicimus illos, qui circumciduntur, incestum per illicitam conjugii copulam admittunt, diaconosque matrimonio jugant. Cibos autem immundos, * præcipue qui ad pauperum manus obiter veniunt, C omnes, ut inquit Paulus, in nomine Dei purificatos haberi jubemus; quos & orationibus benedici, docet Dominus Nierses. Anathematizamus denique Nestorianos, qui benedictissimam Virginem Mariam Dei genitricem non appellant; unaque cum illis omnes detestamur hæreticos, quos catholica, & apostolica anathematizat ecclesia: ac populum nostrum, ut ab istis omnibus, & ab hæresi se caute custodiat, præmonemus in Christo Jesu Domino nostro; qui cum Patre, & Spiritu sancto est benedictus D in secula, tecumque sit semper. Amen.

* Arm. se cruce signant a læva ad dexteram ad exemplum Latinor. non a dextera ad lævam, ut reliqui Orient. *Galan.*

* Arm. in cibis immundis judaizant. *Galan.*

„ Hactenus ad Haytonem regem epistola Gregorii Patriarchæ: quo quidem Gregorio haud „ multo post vita functo, idem rex Hayton „ ejusque filius Leo, demortui patriarchæ litte„ris hisce vehementer permoti, ut concordia „ Armeniorum cum catholica Romana ecclesia, „ universali Armenorum patrum consensu, de„ cerneretur, concilium in Armenia generale „ indixerunt.

AQUILEJENSE CONCILIUM,

In quo de primatu sessionis episcopo Patavino permittendo post patriarcham,

Anno 1307. habitum.

Concilium hoc, cujus acta perierunt, ita describitur a viro doctissimo, mihique in primis amico, P. De Rubeis in Monum. Eccl. Aquilej. pag. 82.

„ Synodum provincialem, eodem (Ottobono „ patriarcha) præsidente, Aquilejæ anno 1307. „ ineunte celebratam, colligimus ex sequenti„ bus tabulis, quæ ad litem attinent ab anti„ stite Patavino motam, primum sibi in Syno„ do locum post sedem patriarchæ vendicante.

Milles. trecentesimoseptimo, indictione quinta, die lunæ penultimo Januarii, in majori ecclesia Aquilegensi; præsentibus discretis viris dominis, Rizardo de Capite vaccæ canonico Pa- E duano, Salione de Buzacherinis priore sancti Spiritus de Padua, Joanne de Bigoncia judice, & fratre, Johanne de Osenago monacho monasterii sancti Dionysii Mediolanensis testibus &c. Dum in dicta Ecclesia venerabilis in Christo Pater D. Ottobonus, Aquilegensis sedis patriarcha, cum suffraganeis suis provinciale concilium celebraret; venerabilis in Christo Pater Paganus, Dei, & Apostolica gratia Episcopus Paduanus sedebat a dextris, primum obtinendo locum Domini Patriarchæ prædicti......

„ Synodi acta, in eaque constitutiones editæ „ perierunt, aut latent in forulis.

„ Prima sede, quam inter cæteros concilii

„ Pa-

ANNO CHRISTI 1307.


„ Patres occupaverat, Antistes Patavinus, censuit ipsum deturbari oportere Ottobonus. Cum „ juri suo suæque Ecclesiæ detractum crederet, ille, Romanum provocavit Pontificem, „ sedisque Apostolicæ legatum. Quæ hocce in „ negotio fuerunt acta, Melioraniciæ Notarii „ regestum posteritati servavit.

MCCCVII. indictione quinta, die martis ultimo Januarii, in capitulo majoris Ecclesiæ Aquilegensis; præsentibus providis & discretis viris dominis, Rizardo de Capite vaccæ, Johannino de .... canonicis Paduanis, Salione de Buzacherinis priore Sancti Spiritus de Padua, Alberto de Hanselminis Archidiacono de Pedemonte, Pederico de Capite listæ præposito ecclesiæ S. Matthiæ de Avancio Paduanæ diœcesis, Lombardino de la Turre Aquilegensi canonico, fratre Johanne de Olenago Monacho Monasterii S. Dionysii Mediolanensis, & multis aliis. Venerabilis in Christo Pater D. Paganus, Dei gratia Episcopus Paduanus, coram religioso viro D. fratre Alberto Abbate Somachensi, venerabilis in Christo Patris D. Ottoboni Aquilegensis sedis Patriarchæ (*Vicario*,) eidem D. Episcopo asserente, & ex parte dicti domini Patriarchæ præcipiente; quatenus ad concilium in Ecclesia congregatum, ubi erant alii Episcopi simul cum ipso Domino Patriarcha, venire deberet, & dicto concilio usque ad finem interesse: alioquin pœnas a canonibus promulgatas contra inobedientes, & ad Synodum seu concilium patriarchale requisitos venire contemnentes, ex parte dicti domini patriarchæ, & ex speciali commissione sibi facta in hac parte, ipsum dominum episcopum admonebat & denunciabat, incurrere debere ipso facto. Qui dominus episcopus, jure suo & Ecclesiæ suæ quo ad primam sedem obtinendam in Concilio generali præsenti a dextris ipsius domini patriarchæ, sicut alii Prædecessores sui fecerunt, protestatus fuit, & dixit, ut supra in alia quadam protestatione, quod paratus esset venire, & concilio interesse, dum tamen sedes jam dicta prima, sibi debita & Ecclesiæ suæ, daretur seu assignaretur. Et quia hoc non fiebat, ne aliquid fieret in præjudicium dicti sui juris, & ipsius ecclesiæ, in præsentia dicti domini abbatis, & ab ipso domino abbate sic præcipiente, & mandante, ut supra, infrascriptam appellationem interposuit.

In nomine Domini Amen. Coram vobis D. fratre Alberto Abbate Somachensi, Vicario Reverendissimi Patris Domini O. Sacrosanctæ Sedis Aquilegensis patriarchæ, & speciali nuncio in hac parte, ego Paganus Dei gratia Episcopus Paduanus; nomine meo, & Ecclesiæ Paduanæ, capituli, & totius cleri Paduani, sentiens me, capitulum, & clerum antedictum gravari, & gravatos esse in prædicto Concilio a Domino Patriarcha prædicto; pro eo quod juris ordine non servato, jure meo, & Ecclesiæ meæ non discusso, nec examinato, & sine causæ cognitione, sedem primam seu locum a Dextris ipsius Domini Patriarchæ sedendi, mihi & Ecclesiæ meæ debitum, subtrahere & auferre, & me, & Ecclesiam meam prædictam possessione vel quasi juris sedendi a dextris ipsius in primo loco .... & alteri dare intendit; & etiam dedit & assignavit, alium loco mei in ipso loco mihi debito ponendo, in magnum mei præjudicium, Capituli, & Cleri antedicti: ab hujusmodi gravamine mihi & Ecclesiæ meæ illato, & quibuscumque aliis gravaminibus factis, vel de cætera faciendis per ipsum Patriarcham, reverendum patrem D. Neapoleonem S. Hadriani Diaconum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, & summum Pontificem in his scriptis appello; reservata mihi electione, coram altero eorum, coram quo maluero, & duxero eligendum, procedendi: & me, & jura Ecclesiæ meæ protectioni & defensioni prædictorum, Domini Legati, & Summi Pontificis, suppono; & Apostolos peto, & iterum cum instantia peto. &c.

„ Non pauca id genus Acta in hocce litigio „ conscripta citatum complectitur Melioraniciæ „ regestum. „ Quod sequitur, in lucem profero.

Die XIX. Febr. (*eodem Anno MCCCVII.*) super Castro Utini in superiori Sala; præsentibus discretis Viris, Ambrosino de Vico mercato Aquilegensi Mansionario, Neri Viola de Florentia, qui nunc moratur Utini, & Gerarducio de comitatu Pisarum, & multis aliis: Comparuit discretus Vir Presbyter Symeoni; & Apostolos a prædicto Patriarcha super dicta appellatione per prædictum Presbyterum Julianum interposita, (*tum Julianum, tum Simeonem ad rem suam procurandam substituerat Episcopus Patavinus*,) nominibus antedictis petiit, & cum instantia postulavit. Qui Dominus Patriarcha respondit, quod nolebat ei dare Apostolos, nesciens quos Apostolos ei dare posset; cum dicta causa non foret ventilata coram eo; & quod placebat ei, quod jus prosequeretur in curia Domini Legati, ubi inveniret respondentem nomine suo in prædictis. *Litigii finem, exitumque ignoramus.*



CONCILIUM RAVENNENSE,

Anno Domini MCCCVII.

H*Ujus meminit Rubeus lib.* VI. *histor. Ravennatis: at nomine uno tenus, fine ulla rerum in eo actarum decretarumve mentione.* Rainaldus, *inquit*, archiepiscopus in die virtutibus ac religione proficiens, purissimum cultum Divini numinis, legibus persancte editis, propagandum apud suum populum diligenter curavit. Quapropter provinciale concilium anno ab ortu Christi MCCCVII. Ravennæ celebravit. *Hoc tantum Rubeus.*

a Concilium Tarraconense anni 1307. habes in Concilio Tarraconensi anni 1319.

ANNO CHRISTI 1308.

CONSTITUTIONES

Pro ecclesia, & Regno Hungariæ F. Gentilis titulo S. Martini in Montibus Presb. Card. & Apostolicæ Sedis per Hungariam, eique annexas Provincias Legati; Sub Carolo Primo, Rege, & Thoma Archiepiscopo Strigoniensi; editæ ab anno MCCCVIII. usque ad annum MCCCXI. ex MS.

NARRATIO PRÆVIA.

I.

Ex Peteffy Conc. Hung. p. 244.

AD rationem instituti nostri non faciet, commemorare, quam divisi in eligendo Hungariæ Rege, a morte Andreæ III. fuerint Hungarorum animi, quasve in Regno conversiones Wenceslai Bohemi, & Othonis Bavari pro corona pugnantium factio excitarit. Adsunt fontes uberrimi, quorum subsidio, ætatis illius infelicis caliginem quisquis velit, otio suo, evolvet. Pauca, ut via ad thesaurum planissima accidat, non injucundum fuerit delibare. Civili isthoc in turbine Benedictus PP. XI. per F. Nicolaum Cardinalem, Ordinis Prædicatorum, S. A. Legatum, devincta prius Dalmatia, Hungariam quoque in partes Caroli B Roberti abituram non diffidebat. Opera interim sua Nicolaus excidit: alienas enim Procerum voluntates, mulctatis interdicto Ecclesiastico Budæ civibus, in se, cæterosque Caroli fautores, subjecto velut igne, ad vindictam in Episcoporum usque cædem prolapsam, armavit. Populus posthabitis omnibus consiliis, legati severitate commotus, in vim apertam prosiliit; cui componendæ imparem se videns Nicolaus, constitutiones nihil profuturas edidit, & ad sua bona pace reversus est.

I I.

Feliciore eventu F. Gentilis Cardinalis Ord. Min. a Papa Clemente V. missus, turbas composuit. Antequam Hungariæ limites ingrederetur, apud S. Augustinum Episcopum Zagrabiensem diversatus, res Caroli nutantes, tuto, & celeriter promovendi vias omnes addicit, iterque suum Pesthum accceleravit. Ladislao Vayvoda Transylvaniæ, ob detentam coronam Regiam, sacro anathemate percusso, duos fera annos ardente tota Regione bello intestino, sarciendæ paci impendit. Quum vero fessos do- D mestico damno, & propensos ad quietem Hungaros cerneret, ultimis omnino viribus electionem Caroli impellere conatus est: indicit prope Pesthum comitia, faciles se invitanti, quod mireris, Hungari inter se adhuc divisi, præbuerunt. Hic, dum, plura pro Carolo incautus molitur, prope erat, ut fructum, læto se flore porrigentem, excuteret. Proceres siquidem, jus constituendi Regis, Sedi Apostolicæ attribui & ex voluntate summi Pontificis Prin- E cipem Hungariæ imponi (istud oratione sua ad confertam multitudinem dicta, Gentilis Legatus innuebat) atque adeo liberam electionem præpediri audientes concordi voce exclamant: Nullum se in Throno passurum alium, quam cui ipsi, relicta, secundum leges patrias, suffragiorum libertate, imperium deferrent. Quæsituros unum aliquem e sanguine Divorum Regum: coronaret, ungeretque Papa, quem votis A omnium Regem jubebunt; illud Ecclesiæ ritus, illud optimatum voluntates attinere. Vim, aut fulmina caveret; restare hodiendum vestigia, qua nuper Nicolaus Nuntius, inter diras populi, re infecta, dimissus est.

I I I.

Gentilis ad mitiora persuasos, amico primum alloquio in diversa ruentes delinit, natales Caroli Roberti, jus sanguinis, patriæ afflictæ interitum, aliaque argumenta proconcione exaggerat. Nihil se ex potestate, aut imperio; sed precibus, consilio, hortatione acturum omnia, recipit: qua etiam comitate ingenia fregit, ef- B fecitque, ut ab iis, quorum votu aliena erant a Carolo, festiva voce in Regem expeteretur. Ita demum Hungari ad concordiam se redegere. Litteræ, consensu Legati, & Procerum, in vicem publici testimonii confectæ, totius electionis, & rerum gestarum seriem continent. Factæ constitutiones aliæ pro *Rege*, *Clero*, *ac seculari Ordine* per Gentilem Legatum in publicum sparsæ sunt, quarum adminiculo turbatum hucusque Regnum, & Ecclesiam meliorem in ordinem composuit. Abiit earum usus cum tempore. Lector tanto avidius singula per- C currat, quanto minus ab Historicis nostris recensita, & ni fallor, hodiendum apud nos documenta isthæc visa sunt. (*a*). Reliqua in Concilio Posoniensi.

(a) Accepimus ex MS. Vatic.

In Nomine Domini Amen.

Anno ejusdem 1308. indictione sexta, mensis Novembris die 27. Pontificatus Domini Clementis Papæ V. Anno IV.

REverendissimus in Christo Pater, & Do- D minus Domirus Gentilis DEI gratia tituli S. Martinl, in Montibus Presbyter, Cardinalis, in Regno Hungarie, ac partibus illi conterminis Apostolicæ Sedis Legatus. Ex quo cum ipsius Legationis partes accessit, quod fama prænoverat, ex rei evidentia, & facti experimento præcipiens, tempestatis videlicet fremitum, qua Regnum ipsum multæ fertilitatis olim, ut asseritur, jucunditate refertum, multaque solitum devotione clarescere, hostis an- E tiquus pacis æmulus, ac zizaniæ seminator, generali turbine conquassarat; particularibus quoque dissidiis, fere in singulis ejusdem Regni partibus suscitans, ex quibus adeo invaluerat commotionis horror in illo, & locum sibi dissensio, quæ detrimenta solet vastitatis inducere, vindicarat.

Quod ex Cælesti Principe Domino Carolo Hungariæ Rege Illustri, ac nonnullis Baronibus, & Nobilibus Regni dicti ad invicem dissiden-

ANNO CHRISTI 1308.

dentibus, & inter eos, odii, ac rancoris igne accenso, detrahebatur subditorum aversione Regalis munificentiæ culmini, ab eis ipsius Regis avertebatur affectus, ac mutuis hinc inde incommodis deperibat; cœpit circa ipsius Regni sedanda scandala indesinenter solerti studio vigilare, ac fervore officiosi exuberare favoris instantius, pro Ipsius Domini Regis, quem infra claustra pectoris in singularitate dilectionis habet, ut filium, ac incolarum Regni ejusdem statu prospero, & tranquillo, cogitationes pacis assiduæ meditando.

Post adventum igitur ejusdem Domini Legati Budam, per nuntios ipsius, & litteris pro ejusdem Regni negotiis, suæ commissis legationis officio, promovendis feliciter, generali Prælatorum, ac Baronum, & Nobilium, aliarumque notabilium personarum tam Ecclesiasticarum, quam secularium concilio, ad octavam Festi B. Martini Confessoris tunc instantis, solemniter convocato, circa ipsam octavam ad idem concilium eorundem Prælatorum ac Baronum plurimi, ac multitudo Nobilium, & personarum ipsarum copiosa personaliter, aliqui vero eorundem Baronum, quorum personalem adventum ad idem concilium longa distantia præpediit, per pocuratores idoneos convenerunt.

Sane Henrico Magistro, & Bano Sclavoniæ, ac nonnullis Baronibus aliis, & Comitibus, Nobilibus, quibus ad superius Castrum Budæ, ubi tunc Legatus ipse cum sua curia morabatur, propter armatorum multitudinem, quam secum habebat, nequaquam patebat aditus ultra Danubii flumen, ex ipsius Castri opposito constitutis, ipse Dominus Legatus insistens cœptis alacriter, suique status præeminentiam, & dignitatem officii, non attendens; quin immo, se ipsum humilians, una cum præfato Rege, aliisque Prælatis, & Baronibus citra flumen ipsum cum eo manentibus: speciosam fluminis ejusdem planitiem, piscatoris more, aquarum intrepidi, cymba transiit, ac in loco Fratrum prædicatorum, juxta flumen ipsum sito cum ipso Domino Legato, Prælatorum, Baronum, & Nobilium, & dictorum personarum multitudo, cives etiam, & advenæ copiosi, quos eximii spectaculi rumor, ac vulgata conventi . is dicti concilii celebritas concitarat, insperatæ pacis admiratione stupidi, & tot discordium animorum unitatis increduli, pacisque avidi, convenerunt. Quibus in ejusdem Domini Legati, ac mei, aliorumque notariorum, ac testium subscriprotum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentiam constitutis, dictoque Domino Rege, ac Venerabilibus in Christo Patribus Dominis DEI Gratia Thoma Strigoniensis, ac Vincentio Colocensis Archi-Episcopi. Et H. (a) Vacensis, Martino Agriensis, & Augustino Zagrabiensis Episcopis, & Nicolao postulato Jaurinensis ad dexteram, & magnificis Dominis viris Henrico Prælato Magistro, & Bano Sclavoniæ, Magistro Nicolao, filio Gregorii: nepote ejus Homodeo Palatino, & de genere Haba, Magistro Dominico, Magistro Kokos, & Ladislao Bano de Ratold-Kapos præ se, (b) ac Beka Magistro Tavernicorum Reginæ Dominæ, fratre suo, filiis Thomæ de genere Borsoe, ac Petro filio Campoldi de genere Aba, ad sinistram ipsius domini legati sedentibus, & nuntiis, seu ambasciadoribus, & procuratoribus magnificorum virorum Ugrini Magistri Tavernicorum regis, ac Ladislai Vayvodæ Transylvani, & Comitis de Zonik, ac Matthæi Trinche Palatini ibidem præsentibus, ac pressa nobilium aliorum, & vulgi stante ibidem corona, idem Dominus Legatus proposuit verbum DEI, assumpto illo Evangelico themate: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? seriose retexens agri semina, id est Regni Hungariæ, quæ in illo Dominus seminarat, ex quibus Reges Catholici, tantæ sanctitatis, & vitæ claritate conspicui prodierunt, quod sacrorum adscribi Catalogo meruere, quodve coronam Regni primus Rex Regni Hungariæ, Sanctus Stephanus, a Romano Pontifice consecratam acceperit, prout Hungarorum historiæ, quas Legatus ipse prænominatus asseruerat præstari, alias etiam, thema ipsum ad suæ intentionis propositum super statu ejusdem Regni mirabiliter reducendo.

Post quæ, sub specie tuendæ libertatis ejusdem Regni inter ipsos Barones, & Nobiles murmur, quod ipsius Domini Legati attigit aures, per querelam patulam in publicum productam, exoritur, videlicet: quod nolebant, nec erat aliquatenus intentionis eorum, quod Ecclesia Romana, vel ipse Dominus Legatus, ejus nomine, sæpe dicto Regno, de Rege nullatenus provideret; sed placebat eis, quod illum, quem ipsi ex antiquo, & approbato ejusdem Regni more vocaverant, & in Regem assumpserant, præfatus Dominus Legatus ejusdem Ecclesiæ Romanæ nomine, in Regem verum Hungariæ confirmaret, & quod etiam perpetuis futuris temporibus, veri summi Pontifices, & ipsa Romana Ecclesia haberent jus confirmandi, & coronandi Reges Hungariæ, de vera Regali progenie propagates, quos ipsi unanimiter, & concorditer de dicta progenie ducerent eligendos. Ipse vero D. L. ad consummationem cœptorum, per eum feliciter, & ferventer anhelans, ad eorumdem Prælatorum, Baronum, & Nobilium supplicationem, petitionem, & expressum consensum, Dominum præfatum Carolum, de prædictorum Regum Hungariæ, ex Domina Serenissima, Domina Maria Siciliæ, & Hungariæ Domina Regina Illustri, nata, claræ memoriæ Stephani Regis Hungariæ, vera progenie propagatum, (c) cujusque in eodem Regno successio legitima per eandem Ecclesiam exstitit declarata, sibique de jure deberi Regnum hujusmodi definitum, in ejusdem Regni verum Regem, ipsius Ecclesiæ Romanæ nomine, cum solemnitate debita confirmavit, & prædicta ipsius Ecclesiæ Romanæ nomine acceptavit, & subsequenter omnes unanimiter, & concorditer post confirmationem hujusmodi, tam adhærentes, quam adversantes hactenus eidem Domino Carolo, receperunt, & cognoverunt, singulariter, & diversim ipsum Dominum Carolum verum Regem, ac Regni Hongariæ successorem, sibique servire, ac obedire teneri; tanquam Vasalli legitimi, & fideles Domino Naturali, de quibus per eosdem firmiter adimplendis, & inviolabilitar observandis junctas manus, prout solet a profitentibus regulas fieri, infra sæpe dicti Domini Legati mittentes manus, juramentum, & fidem super veræ Crucis signum, ipsique, ac dicto Domino Regi singulariter pacis osculum præstiterunt; statimque ipsum Dominum Carolum Regem, catervatim elevatum sustollentes manibus, plausibus, ac vocibus extulerunt Regium lætis ad sidera nomen, subsequenter, Te DEUM laudamus solemniter decantando. Actum ut prædicitur in dicto loco Prædicatorum prope civitatem Pesten-

(a) Halmone

(b) Apud Raynald. habetur: Ladislao Bano de Karold, Copos Palat.

(c) Maria filia Stephani V. H. R. & Elisab. Nupta Carolo II. Claudo Siciliæ R. ex quo suscepit Martellum, Patrem Caroli I. Hung. R. de quo nobis sermo.

ANNO CHRISTI 1308.

stensem, ultra ipsum Danubium ex opposito dicti Castri, præsentibus, Reverendo in Christo Patre, Domino Thoma Episcopo Veglensi, ac Venerabilibus, & Religiosis viris fratribus Paulo, Priore Prædicatorum, & Haymone Ministro Minoris Fratrum, Ordinum Provincialibus, & Salomone Vicario Prioris Provincialis Fratrum Eremitarum in Provincia Hungariæ, cum eorundem Ordinum Fratrum multitudine, ac Venerabilibus, & discretis Viris, Magistris Philippo de Sardinia Arborensis, & Joanne de Aretio Auxiamanensis Ecclesiarum Canonicis auditoribus; nec non Magistris Guitto de Sanguinetto, Joanne Anglico, & Alberto de Parma, Capellanis Domini præfati Legati, & Notariis publicis, ac interius subscriptis, ad hoc specialiter vocatis, & rogatis, & alia diversarum copiosa multitudine nationum.

Et ego Joannes de Ponteeurvo Apostolica, & imperiali auctoritate, Notarius; prædictis omnibus interfui, ipsaque mandato, & auctoritate præfati Domini Legati, nec non a prædictis Prælatis, Baronibus, & Nobilibus, una cum præfatis Notariis rogatus, scripsi, & publicavi; meoque signo consueto, & ad majorem prædictorum roboris firmitatem, ac memoriam futurorum, supra dicti Domini Legatus, Rex, Prælati, & Barones fecerunt præsens instrumentum publicum prædictorum Notariorum subscriprionibus communitum, sigillis etiam propriis roborari.

ANNO CHRISTI 1308.

Et ego Guittus de Sanginetto, publicus Apostolica, & imperiali auctoritate prædictus Notarius omnibus, una cum prædictis testibus, & Notariis præsens interfui, ac de mandato præfati Domini Legati, nec non a prædictis Prælatis, Baronibus, & Nobilibus rogatus, huic instrumento publico me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

Sigilla nulla erant, sed in quadam parva schedula de pargamena, assuta hæc scripta erant: *Et ego Joannes Anglicus Notarius quondam Henrici, publicus Apostolica auctoritate Notarius &c.* In tergo autem instrumenti, in loco sigillorum ita erat scriptum: *Prælatorum Archi-Episcoporum, Legati, Regis, Baronum Sigilla.* Hucusque verba Notarii. (a)

(a) Possemus plura addere testimonia ex MS. nostris, quo Hungari Carolo fidem suam addixisse, & imper. acceptasse palam professi sunt, si argumenti ratio non prohiberet.

CONSTITUTIONES

Pro rege Hungariæ, F. Gentilis S. R. E. cardinalis & A. S. L.

De Stata Regis.

SUbsistentiam multorum, & regimen, singulis Regnis, & Mundi Provinciis singula regnantium solia præesse oportuit, & singulia Principatuum potestates: quia dum Reges populis imperant, & populi Regibus reverenter intendunt, dum hi humiliter subsunt, & illi benigne præsunt, dum congruis illi præeunt jussibus, & devotis isti animis subsequuntur; viget, & hoc in eisdem populis concordium animorum unitas, misericordia, & veritas sibi obviant, ac justitia, & pax se invicem complectuntur. Ideo namque a summo illo cælesti Rege, per quem singuli Reges regnant, & Principes principantur, temporalis gladii, ad malorum vindictam, terrenis est Regibus attributa potestas, ut ipsi assumpto dominandi officio, judicent æquitate populos, & dirigant in terris subjectas sibi nationes gentium, quatenus sit voluntas eorum in executione justitiæ, ac meditatio in lege rectitudinis, & observantia sanctæ pacis. Sane per Divinam providentiam Regno Hungariæ Reges Catholici præfuerunt; quorum primus S. Stephanus Rex, & alii nonnulli, Sanctorum Catalogo meruerunt adscribi: relinquentes ex se legitimos successores, sub quorum regimine Regnum ipsum fertilitate floruit, obtinuit pacis dulcedinem, & inter ipsius incolas viguit unitas animorum. Ex quo nunc Regnum ipsum Reges exteri usurpabunt, fertilitati sterilitas, pacis dulcedini tempestatis fremitus, & concordibus animis dissensio detestanda successit. Nos itaque ad ejusdem Regni status reformationem, per Sedem Apostolicam destinati, cupientes super his omnibus salutare remedium adhibere, Prælatorum, Baronum, &c. Nobilium convocavimus generale Concilium, in quo Prælati, & Barones iidem communiter magnificum Principem, Dominum Carolum, ex primorum Sanctorum Regum vera progenie propagatum, recognoverant verum, & legitimum Regem Hungariæ, ac eorum Dominum naturalem. Igitur cum non liceat a capite membra discedere, sacro præsenti approbante Concilio, irrefragabili constitutione sancimus, quod ipsi eidem Domino Carolo Illustri Regi Hungariæ; quem, ut prædicitur, omnes Barones communiter, & Prælati dicti Regni, juxta ipsius Regni antiquam consuetudinem, receperunt, & ut verum Regem, & legitimum recognoverunt, ut evidenter appareret per publica documenta: Et nos etiam vice, & Romanæ Ecclesiæ, petentibus approbavimus, & eorum receptionem, & recognitionem confirmavimus, ipsumque Regem Hungariæ naturalem & legitimum promulgamus; cui tanquam vero, naturali, ac legitimo Hungariæ Regi omnes obediant; districtius inhibentes, quod nullus dictum Dominum Carolum verum & legitimum Regem Hungariæ, pro Rege Hungariæ habere recuset, aut aliam personam pro Rege Hungariæ advocet, vel deliberate nominet; qui vero suæ famæ prodigus, & proprii persecutor honoris; dictum Dominum Carolum pro Rege Hungariæ recusaverit; aut aliam personam pro Rege Hungariæ advocaverit, vel deliberate nominaverit, per se, vel per alium, publice, vel occulte tam recusans, advocans, vel deliberate nominans, quam advocatus hujusmodi, eo ipso, quod advocationi consenserit, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis extiterit, excommunicationis, si fuerit singularis persona; si universitas, interdicti, & nihilominus principales personæ ipsius universitatis excommunicationis sententia, & in morte Ecclesiastica sepultura privati, præsentis sint constitutionis auctoritate ligati, & a gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac totius Christianitatis consortio separati. Faventes etiam recusanti, deliberate nominanti, vel advocanti, aut, ut prædicitur, advocato hujusmodi, aut dantes consilium, auxilium, vel favorem, publice, vel occulte, cujuscunque digni-

ANNO CHRISTI 1308.

gnitatis exstiterint, etiamsi Episcopali, Archi-Episcopali, vel Regali fulgeant dignitate, nisi infra sex dies a notitia constitutionis hujusmodi computandos, ab hujusmodi proposito ex toto destiterint, eo ipso excommunicationis prædictæ sententia involvantur. Si vero ab hujusmodi non recedentes proposito, sententiam prædictam incurrerint, & eam postmodum per mensem animo sustinuerint contumaci, omnes eorum Vasalli, castellani, Comites, Jobbagiones, & officiales alii, quocunque nomine censeantur, a fidelitate, homagio, & alia qualibet præstatione, qua eis tenebantur, adstricti juramento, aut alia qualibet firmitate vallata, sint absoluti, & liberi præsentis auctoritate decreti. Et nihilominus, si eis extra fidelitatem manentibus quoquo modo adhæserint, eum per hoc eos in sua malitia videantur confovere, excommunicationis vinculo innodati: terra etiam, quæ eis medio tempore obediens fuit, sit Ecclesiastico supposita interdicto; quod interdictum omnes Ecclesiastici, Clerici, & Prælati, exempti, & non exempti in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam ipso facto incurrant contrarium facientes, servare inviolabiliter teneantur. Et si absque digna, ac debita satisfactione dicto Domino Carolo Regi Hungariæ, prout convenit impendenda, deliberate nominantes, advocantes, & advocati, qui, ut prædicitur, advocationi prædictæ consenserint, vel facientes hujusmodi, decesserint, eorum corpora perpetuo Ecclesiastica sepultura privamus; districtius inhibentes Venerabilibus in Christo Patribus Archi-Episcopis, & Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, eorumque vices gerentibus, ac Ecclesiasticis, personis secularibus, & Religiosis, nec non Ecclesiarum Capitulis, & Conventibus exemptis, Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Benedicti, Minorum, Prædicatorum, S. Augustini, & aliorum Ordinum, nec non Magistris Præceptoribus, & Fratribus militiæ templi, Hospitalis, S. Joannis Hierosolymitani, & beatæ Mariæ Teutonicorum, non obstantibus aliquibus indulgentiis, privilegiis, & litteris eis, vel eorum aliquibus, aut ipsorum ordinibus ab Apostolica Sede concessis: ne advocantium, nominantium, faventium, aut advocatorum, ut præmittitur, decedentium corpora tumulare, aut eorum tumulationi, quoquo modo interesse præsumant.

Si quis autem prædictorum contra præmissa venire tentaverit, si Clericus fuerit secularis, circa Episcopalem ordinem constitutus, omnibus beneficiis Ecclesiasticis cum nota infamiæ, præsentis constitutionis auctoritate, privatus; si regularis pro tanta inobedientia carcerali custodiæ condemnatus excommunicationis vinculo se noverint innodatum. Et nihilominus loca, in quibus talium corpora sepulta fuerint, sint Ecclesiastico supposita interdicto. Cupientes denique non solum Regno Hungariæ honorem, & statum debitum obtinere, sed & quemlibet alium nostræ legationi commissum, sic in sua justitia conservari, ut jus alterius non usurpet; edicto perpetuo prohibemus, ut nullus Episcoporum, aut Archi-Episcoporum, aut quivis alius, cujuscunque conditionis, & status existat, præter Strigoniensem, ad quem de antiqua, & approbata consuetudine pertinere dignoscimus, aliquem, sed nec ipse, nec verum, & legitimum præsumat de cætero in Regem Hungariæ coronare. * Qui vero prohibitionis nostræ temerator, transgressor exstiterit, a temporalium administratione suspensus, excommunicationis vinculo sit ligatus, a qua excepto mortis articulo, & tunc etiam, debita nisi satisfactione præmissa, absolvi nequeat, absque Sedis Apostolicæ, vel ipsius Legati de latere, licentia speciali. Volumus etiam, propter contemptum constitutionis hujusmodi, quod quamdiu in dicta excommunicatione perstiterit, omnes sui Clerici sint ab ejus obedientiæ debito absoluti, & in nullo sibi pareant, vel intendant, & in morte nihilominus careat Ecclesiastica sepultura. Publicata Budæ, octavo Idus Maji.

* Jus coronandi Legatus sibi retinuit, adnitentibus & consentientibus Ungariæ Prælatis, dum tuta & quieta fierent omnia.

ANNO CHRISTI 1308.

De immunitate Regis.

Quamvis leges seculi per ora Principum divinitus promulgatæ, læsæ Majestatis reos, capitalis damnatione sententiæ juste damnent: fuerunt tamen nonnulli de Regno Hungariæ, qui debitæ fidelitatis, & suæ damnationis immemores, prædictis legibus, damnata præsumptione calcatis, celsitudinem Regiam, cui fidelitatem debitam servari convenerant, læsisse corporaliter referuntur. Ne igitur infidelitatis hujusmodi crimen in Regno prælato subrepat, & in exemplum ab impiis, futuris temporibus assumatur, per prædictas leges jam provisis remediis, alia quæ ipsarum rerum experientia indicavit, utilia, subjungentes, præsenti decreto de consensu præsentis concilii duximus statuendum: ut, si quis in hoc flagitii genus irrepserit, quod in Dominum Carolum Illustrem Regem Hungariæ manus violentas injecerit, aut aliquod nocumentum in personam ipsius procuraverit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel consilium dederit, aut favorem, seu receptaverit scienter eundem, præter pœnas, quas dictæ leges reis hujusmodi criminis ingerunt, & infligunt, omnibus feudis, gratiis, privilegiis, indulgentiis, & beneficiis spiritualibus, & temporalibus, ei, ab Ecclesia quacunque concessis, sit privatus, & perpetuo spoliatus. Et nihilominus Vasalli, Comites, Castellani, Jobbagiones, & alii Officiales ipsius, a fidelitate, homagio, obedientia, & alia qualibet præstatione, qua ei tenebantur, adstricti juramento, vel quacunque alia firmitate vallata, eo ipso sint absoluti, & liberi præsentis auctoritate decreti. Et ut tanti criminis ultio feratur non solum in auctores scelerum, sed in progeniem damnatorum, cum dignum sit ut nefandi ratione flagitii ultionis severitas amplius extendatur, & propter enormitatem delicti pœnarum modus exuberet, præsenti adjicimus sanctioni; quod nulli talium filiorum, aperiatur janua dignitatis Ecclesiasticæ, vel honoris, immo perpetuo ad quodlibet ministerium Ecclesiasticum præsentis constitutionis auctoritate reddatur inhabilis, nec ad aliquod Ecclesiasticum Beneficium, nisi per dispensationem Sedis Apostolicæ, vel Legati de latere, possit quomodolibet reassumi. Insuper, quia prædictum Dominum Carolum Illustrem Hungariæ clarissimum Regem, Romanæ Ecclesiæ filium, interna charitate complectimur, privilegium canonis ab Innocentio II. editi, in favorem totius ordinis Clericalis, quo cavetur, quod injiciens manus violentas in clericum, excommunicationis sententia sit ligatus, ad dictum Dominum Carolum Regem, ex causis, quæ juste nostrum animum movent, de speciali gratia duximus extendendum; irrefragabiliter statuentes,

ut

ANNO CHRISTI 1308.

ut quicunque in dictum Regem Carolum manus violentas injecerit, aut aliquod personale nocumentum ei procuraverit, præter pœnas alias superius impressas, excommunicationis pœnam contrahat ipso facto, & cum Juda proditore, ipse proditor, suscipiat portionem.

De Corona Regis.

Antiquorum habet relatio, declarata quoque historia inclyti Confessoris Beati Stephani Regis Hungariæ, qui in ipso felici primordio, quos Dominus noster JESU Christus per ministerium præfati Regis Regnum ipsum, ad fidem Christianitatis adduxit, ipsius in terris Vicarius Romanus Pontifex, Regi præfato, suisque in personam ejusdem Catholicis successoribus universis, sacram destinavit coronam, ut dicti Regis, & Regni eo evidentius appareret & nobilitas, cresceretque devotio, quo ipsius caput nobilior, atque devotione decoraret ornatus. Quia vero Coronam eandem, ut de aliis mobilibus sæpe contingit, possibile est effractione, ignis consumptione, ac innumerabilibus quasi casibus inopinatis deficere, vel confundi, nonnunquam vero abscondi ad tempus, vel occupatam per violentiam detineri, ut pluries retro actis evenisse temporibus, & ad præsens facti evidentia manifestat, * officio nostro congruere arbitramur, ut circa coronæ præfatæ, violentiam, occupationem, quæ in præsentiarum imminent, & quæ possent multipliciter imminere, salubre deinceps apponentes remedium, magnifici principis domini Caroli inclyti regis Hungariæ, suorumque successorum, & regni prædicti præsentibus, & futuris incommodis occurramus. Si enim præsenti ejusdem corona, vel futura durante, regnum ipsum debita informatione careret, illud sequetur absurdum, quod ea irrecuperabiliter occupata, seu cujuscunque casus eventu deperdita, vel consumpta, irrecuperabiliter confunderetur, & regnum, cui etiam consequens esset, quod non solum potentes, & nobiles, verum inferiores quilibet, eidem regi, & regno frequenter illudere possent, ac eorum tota potestas, ex illorum videretur dependere arbitrio, sicque domino prævaleret, & furis melior foret, quam Regis conditio, violenti. De consilio igitur, & assensu venerabilium in Christo Patrum, & dominorum Archi-episcoporum, episcoporum, & baronum regni prædicti præsentium, duximus statuendum; quod corona præfata, quæ per nobilem virum Ladislaum Vayvodam detinetur ad præsens; nisi usque ad proximum futurum concilium in præsenti Concilio ordinatum; nobis libera, & expedita restituta fuerit, ex nunc præsentis constitutionis vigore sit penitus interdicta, & pro interdicta, profana, & reprobata tamdiu ab omnibus habeatur, quamdiu per ipsum * L. vel per quemcumque alium sic detenta fuerit quousque ad manus nostras seu legitimi regis, vel Albensis ecclesiæ, ad quam spectare dignoscitur, libere fuerit restituta; & quod alia fabricetur, quæ per nos nomine Romanæ ecclesiæ eidem regi, & regno donetur, & per nos seu auctoritate nostra benedicatur solemniter; qua in locum succedente prioris, dictus rex successoresque sui coronentur, eamque auctoritate nostra, ut prædicitur, benedictam, rex, & successores prædicti, quam barones, & nobiles, ac universus populus pro vera, & legitima corona perpetuo recipere debeant & habere. Juris enim declarati existit, quod in locum alterius eadem auctoritate subrogata res quælibet, jure, quo illa, censeatur eodem, illiusque generaliter sortiatur naturam, in cujus locum substituitur, & honorem.

Quod si contra præfata rehabita, seu alia fabricata, & auctoritate nostra benedicta, de novo occupari, abscindi, deperdi, vel sic deficere, quod ad usum debitum non possit haberi, quoquo modo contingat: volumus, quod per Venerabiles in Christo Patres Dominos Strigoniensem, & Colocensem archi-episcopos, de consilio, & de consensu omnium, vel majoris partis suffraganeorum suorum interdicatur, sic occupata, vel perdita; quousque occupatione cessante, prædicta corona eadem in Albensi ecclesia reposita fuerit, seu regi legitimo liberaliter restituta, & alia similiter nomine romanæ ecclesiæ fabricetur, & benedicatur, quæ taliter benedicta, pro vera, ac legitima habeatur ab omnibus, ut de benedicenda, auctoritate nostra superius est statutum. Si autem præfati Episcopi inter se concordare, vel consensum majoris partis suffraganeorum suorum habere nequiverint, super eo, quod fieri debeat, Sedes Apostolica consulatur, totiesque prædicta juxta modum superius declaratum fieri possint, & debeant, quoties eventus necessitatis suaserit sic agendum. Cupientes insuper, ut quos reverentia DEI, amorque virtutis a malo non revocat, formidine saltem perterriti pœnæ, assuescant odisse peccatum, statuimus, ut si quis deinceps in temeritatem proruperit, quod præfatam sacram coronam, seu eam, vel eas, quas illius loco subrogari contigerit, per se, vel per alium, publice, vel occulte, furtive subripiat, vel per violentiam occupet, seu in læsionem, & damnum legitimi regis, qui pro tempore fuerit, atque regni ejusdem quoquo modo detineat, vel usurpet, seu subripienti, occupanti, detinenti, vel usurpanti, prædictis, sub quovis colore quæsito auxilium, consilium dederit, vel favorem, cujuscunque præeminentiæ, status, & conditionis existat, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat.

Et siquidem prædicta, vel eorum aliquid publice fecerit, seu fautor fuerit facientis, omnibus feudis, concessionibus, privilegiis, vel quibusvis gratiis, quæ a Romana vel quacunque alia Ecclesia obtineat, sine spe restitutionis, præsentis constitutionis vigore, perpetuo sit privatus. Si vero Clericus fuerit, dignitatibus ecclesiasticis, beneficijs omnibus, quæ obtinet, se privatum, & ad obtinendum inhabilem, & nihilominus excommunicationis sententiam, etiamsi Episcopali, & superiori dignitate præfulgeat, incurrisse noverit se ipso facto. Si autem universitas fuerit, interdicto, & nihilominus universitatis ejusdem principales auctores excommunicationi subjaceant; & demum, nisi sic offendentes resipuerint, cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant portionem. Nullus insuper, præterquam in mortis articulo, & satisfactione præmissa, a dicta sententia excommunicationis absolvi, nec ipsum interdictum relaxari valeat, sine Apostolicæ Sedis, vel nostra sententia speciali. Publicata ut supra *.

* Consula Petrum de Revva centuria IV. pag. 70.

* Ladislaum Vayvodam, qui S. Coronam Othoni Bavaro ereptam, & in Transylvaniam a se delatam Hungaris demum 1310. restituit.

* Budæ. Octavo Id. Maji.

De

ANNO CHRISTI 1308.

De bonis Regalibus, & Reginalibus non occupandis, & occupatis restituendis.

Canonica constitutione cavetur, quod temporalis, & spiritualis gladius debent sibi suffragari invicem, & alter in juvamen alterius, cum expedit, exerceri. Considerantes itaque dominum Carolum illustrem regem Hungariæ, suo temporali gladio in suis occupatis, & detentis regalibus, ad præsens efficaciter non juvari, propter quod ipsius regis magnificentia diminuta, dictum regnum inclytum intestino bello multipliciter conquassatum, nequit dicti Regis felici regimine gubernari. Nos, qui totis desideriis anhelamus, tam Regis quam Regni prædictorum statui viriliter providere, dicti Regis temporalem gladium, exigente necessitate, nostro spirituali juvando, sacri approbatione concilii duximus inhibendum, ut nullus regalia, vel reginalia dicti regis, de cætero occupare, aut usurpare, vel occupata illicite detinere præsumat. Irrefragabiliter statuentes, quod omnes, & singuli, qui dicta regalia, vel reginalia occupaverunt in præterito, vel occupata tenent in præsenti, dicto Regi restituant, infra trium mensium spatium, si non requirantur; infra decem vero dies, postquam super hoc a dicto supra rege, vel ex parte ipsius fuerint requisiti: & eum permittant, quiete ac libere, pacifice possidere, si notam infidelitatis, & pœnam voluerint evitare. Qui vero prædicta regalia, vel reginalia de cætero occupaverit, vel usurpaverit, seu occupata, vel usurpata, ut præmittitur, non restituerit, nisi de voluntate Regis ejusdem, & nostra, quamdiu fungemur legationis officio; alioquin ipsius regis consiliariorum, vel majori partis ipsorum, ipsa, vel ipsorum aliquod retinuerit, vel inter ipsum regem, & hujusmodi detentorem, aliter secundum morem Regni fuerit ordinatum, clericus, vel laicus, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, aut status, Religionis exstiterit, etiamsi archi-episcopali præemineat dignitate, vel episcopali, non obstantibus quibuslibet privilegiis, & indulgentiis eis, vel ipsorum ordinibus ab Apostolica sede concessis, vel qui, ne prædicta regalia, vel reginalia occupata restituantur dicto regi, infra auxilium ante dictum, dederit consilium, terminum, vel favorem, publice, vel occulte, si fuerit singularis persona, excommunicationis, si universitas, vel collegium, interdicti sententias ipso facto incurrat. Si vero per mensem, dictam sententiam, a lapsu prætaxati termini numerandum, animo sustinuerint contumaci, omnes vasalli sui, comites, castellani, judices, jobbaginner, & quivis alii a fidelitate, homagio, & qualibet alia præstatione, qua ei tenebantur, adstricti juramento, aut alia firmitate vallata, sint absoluti, & liberi præsentis auctoritate decreti: & si eis in tanta obstinatione manentibus; post lapsum prædicti mensis, quoquo modo adhæserint, quia favere eis in prædicta obstinatione videntur, excommunicationis vinculo sint innodati. Et nihilominus eorum, & dictorum detentorum morientium corpora, qui sine debita satisfactione decesserint, Christiana sepultura privamus; districte præcipientes omnibus clericis, & prælatis exemptis, & non exemptis, etiamsi de prædicatorum, minorum, & eremitarum S. Augustini ordinibus fuerint, cujuscunque dignitatis, aut conditionis exstiterint, quod talium morientium corpora nullus audeat tumulare, aut tumulationi eorum modo quolibet interesse. Si quis autem contravenire tentaverit, si clericus fuerit secularis, omnibus sit Ecclesiasticis beneficiis cum nota infamiæ, præsentis constitutionis auctoritate, privatus; si autem regularis, pro tanta inobedientia carcerali custodiæ condemnatus, excommunicationis vinculo se noverit innodatum, & loca nihilominus, in quibus talium corpora sepulta fuerint, sint Ecclesiastico supposita interdicto. Quicunque vero laicorum eidem regi ad recuperanda prædicta bona requisitus ab eo, fideliter assistere, ac ipsum juvare recusaverit, juxta fidelitatis obsequium; eisdem pœnis, & sententiis se noverit subjacere. Publicata tertio Idus Julii.

ANNO CHRISTI 1308.

De ordinatione vacantis Ecclesiæ per provisionem, electionem, aut postulationem facienda. *

* Resumat Lector ea, quæ p. 64. & seq. præoccupavimus.

Sciendum est volentibus Ecclesias vacantes ordinare, quod altero de tribus modis ipsis vacantibus providetur: aut enim ordinatur, vacans Ecclesia *per provisionem*, aut *electionem*, aut *per postulationem solemnem*. Provisio pertinet ad superiorem, in qua non est necessaria forma Concilii; electio autem, & postulatio ad inferiores, in quibus forma Concilii generalis necessario est servanda. Forma autem ipsius Concilii triplex est: scilicet forma scrutinii, compromissi, & inspirationis, vel quasi; secundum alteram istarum, quicunque vult eligere, vel solemniter postulare in Ecclesiis Cathedralibus, regularibus, & collegiatis, debet de necessitate procedere.

Per formam autem scrutinii, proceditur modo subscripto. Ecclesia enim pastoris regimine destituta, capitulum, sive canonici præsentes, statuent terminum ad electionem celebrandam, de quo fiet publicum instrumentum, in quo narrabitur, quo, die cedente, vel translato, vel defuncto tali Prælato talis ecclesiæ, ejusque corpore ecclesiasticæ tradito sepulturæ, capitulum, sive canonici, qui tunc præsentes erant, convenienter in unum, talem terminum, cum continuatione sequentium dierum ad electionem unanimiter statuerunt; qui terminus erit competens, quod infra illum absentes, qui vocandi sunt, citati commode venire possint, consideratis locorum distantiis, & personarum qualitate, & temporis, non tamen nimis longum, quia in electione mora est periculosa. Et si vocandus scitur ubi, personaliter est vocandus; si vero nesciatur, vocetur in loco, ubi morari consuevit, per edictum publicum. Vocatio autem fiet sub hac forma. B. Præpositus, & capitulum Strigoniensis ecclesiæ, canonico Strigoniensi, Colosææ moranti salutem in Domino. Discretioni vestræ significamus, quod bonæ memoriæ R. quodam archiepiscopus noster, die ..., fuit viam universæ carnis ingressus, & corpus ejus cum debita reverentia Ecclesiasticæ traditum sepulturæ. Ne igitur Ecclesia nostra propter diutinam vacationem, gravem patiatur in spiritualibus, & temporalibus læsionem, diem ... cum continuatione dierum sequentium, ad tractandum de electione futuri Pontificis, & ad electionem celebrandam duximus statuendum. Quo circa vos requirimus, & peremptorie citamus; quatenus die ipsa nobiscum convenire curetis, alioquin nos ex tunc, ad eam procedere curabimus ve-

ANNO CHRISTI 1308.

ſtri abſentia non obſtante. Quod ſi vero juſto impedimento detenti venire nequiveritis, & velitis alicui de canonicis committere vices veſtras, ad nos veſtrum ſpecialem nuntium, & idoneum traoſmittatis, qui juxta ſtatutum Concilii generalis, de ipſo impedimento faciat plenam fidem. Datum &c. Hæ autem litteræ erunt apertæ, & de præſentatione ipſarum fiet publicum inſtrumentum, ne poſſit malitioſe oegari citatio, prout aliqui jam fecerunt. Debent autem convenire io eccleſia, vel in capitulo, ſi poſſunt, vel io alio loco idoneo, ſi ibi convenire non poſſunt. Sed ex cauſa, ſolitus locus mutatur, & locus, & cauſa in citatione inſeratur. Omnibus autem in loco ſtatuto convenientibus, diligenter delibereot, an per viam ſcrutinii, an per viam compromiſſi, procedere velint. Si ergo etiam eligant de alectione hujuſmodi, fiat publicum inſtrumentum, in quo contineatur, qualiter diligenti deliberatione adhibita, placoit omnibus, & ſingulis, & concorditer omnes conſenſerunt, per viam ſcrutinii procedere.

Quo facto ſic procedant: eligantur enim ex ipſo collegio, & non aliunde, tres fide digni, vel plures, vel pauciores, licet ſit melius, quam tres tantom juxta Concilium Generale, de qua etiam electione fiat publicum inſtrumentum, quibus detur poteſtas, per idem publicum inſtrumentum, vel per ſcripturam alias autheoticam, examinandi vota ſua, & aliorum nullo omiſſo ſecreto, & ſingillatim, & in ſcriptis ea redigendi, & redacta mox in communi publicandi, ut ſciantur, qui in quem conſenſerunt, & meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & numeri ad oumerum collationem faciendi, & collatione per eos diligenti habita, electionem faciendi, & eum eligendi, in quem omnes invenerint & majorem & ſaniorem partem capitoli conſenſiſſe; ita quod unus ipſorum ſcrutatorum de conſenſu, & voluntate aliorum duorum, vice ſua, & collegarum, & aliorum omnium, qui in eis conſenſerint, electionem pronuntiet io ſcriptis & ſolemniter celebret, & alia faciat, proot compromittentibus placuerit. Huic autem inſtrumeoto ſuper poteſtate tradita confecto omnes ſubſcribent ſic: ego taliis... prædictis interfui, & cooſenſi, & prædictam poteſtatem eis contuli: & poſtea ſigilla omnium, & etiam capituli apponantur. Hoc facto iſti tres trahant ſe ad partem, & primo ſcrutentur voces eorum, ita quod duo ſcrutentur tertium. Poſt hoc ſeriatim, & ſingulariter vocabunt quemlibet de capitulo ſolum, per ſe, & primo illum, qui habet in electione primam vocem de conſuetudine, & dicent ei ſecrete exemplo Danielis: frater in electione preſenti habens DEUM præ oculis, cujus ounc cauſa tractatur, non te decipiat odiom, amor, vel favor; non pecunia, quæ humanos prævertere ſolet ſenſus, non lucro tuo proſpicias, ſed utilitati communi: ideo adjuramus te per DEUM vivum, & io virtute Spiritus Sancti, & ſub periculo animæ tuæ, quod conſentias in eum, & eum nomines, quem ex voto credis ottiliorem, & meliorem eccleſiæ, & per quem jura eccleſiæ poſſunt melius defenſari, & tunc ille dicat: & ego credo P. meliorem, & utiliorem, & in eum conſentio, & eum nomino eligendum in epiſcopum, & paſtorem, & tam interrogatio, & adjunctio, & reſponſio redigantur in ſcriptis. Et hoc per Tabellionem Clericum, vel ſi noo poſſit haberi tabellio, duo ex eis hæc ſcribant.

ANNO CHRISTI 1308.

Completo ſcrutinio, ipſi ſcrutetores, mox io illo actu, contrario intermedio redibunt ad capitulum, & ipſi, vel unus eorum, aliorum mandato, vota ſingulorum in communi publicabunt, & preſente Capitulo dicent: Nos examinavimus vota veſtra, & ſingulorum, ſecreto, & ſingillatim; placet vobis, quod explicemus? & illi dicent, placet; & publicabunt ſic, id eſt: publice legent, ut quod ſecrete actum eſt, ab omnibus ſciator. Publicatione facta, collatio numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum fiet per ipſos ſcrutatores ſic: ſi vota canonicorum diverſa fuerint, id eſt plures, ſurgent in medio capituli, & publicatis votis incipient a capite, & legent ſic: A. B. C. conſenſerunt in P. item ex altera parte legent, D. E. F. conſenſerunt in M. & ſic computabunt dicentes: Nos invenimus majorem numerum conſenſiſſe in P. Nam cum in univerſo XL. ſint canonici, XXV. conſenſerunt in ipſum P. & XV. io M. Item inveoimus: quod tot perſonæ, perſonatus, ſeu dignitates habentes, conſenſerunt io P. & plores quam io M. Item invenimus meliorem zelum ex parte eligentiom P. quam ex parte eligentium M. Nam illi elegerunt bonum, & utilem virum, iſtis autem caro & ſanguis revelavit ſuum conſaoguineum eligeodo; Item iovenimus P. majoris eſſe meriti, quia litteratior, prudentior, honeſtior, ſanctior, & melior, ac potentior ad jura eccleſiæ conſervanda, quam M. Ubi autem uous ſolus eſt in ſcrutinio nominatus, non habet locum collatio nomeri ad numerum, vel meriti ab meritum, vel zeli ad zelum; fiet tamen tunc collatio talis per eum, qui major eſt, vel per ſcrutarores. Si vir S. nominatus ſit de legitimo matrimonio natus, competentis ſcientiæ, ſufficientis ætatis, & in ſacris ordinibus conſtitutus, & ſi iſta concurrant, procedatur ad electionem, & duo ex ſcrutatoribus, quibus data a capitulo poteſtas eligendi, tribuant poteſtatem tertio electionem pronuntiaodi, & publicandi nomine ſuo, & omnium conſeotientium; qui unus debet eligere, et in continenti electio, & pronuntiatio fiet in capituio primo, in hac forma: In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Anno, menſe, & die, ego unus ex ſcrutatoribus a noſtro capitulo nominatus, & electus ad faciendum ſcrutinium, & electionem futuri Pontificis, ſecundum formam ſuperius prætaxatam, ipſa ſervata in omnibus, de voluntate, conſenſu, & mandato collegarum meorum, & ex poteſtata mihi tradita, iovocata Spiritus Sancti gratia, ad honorem DEI & glorioſæ Matris ejus, & S. ooſtri Patroni, & omnium ſanctorum. P. in quem collatio eſt facta, reperimus omnes, vel majorem & ſaniorem partem Capituli noſtri in ſcrutinio conſenſiſſe, in noſtrum, & eccleſiæ noſtræ epiſcopum, eligo, & in paſtorem, eamdemque electionem in his ſcriptis pronuntio. Poſt hoc pulſentur campanæ, ut populus congregetur & populo congregato, per alteram ex electoribus ad hoc, per capitulum deputatum, publicetur electio in commuoi, id eſt coram clero, & populo, & caotetur: Te DEUM laudamus ſolemniter, & electus, ſi præſens eſt, deportetur ante altare, intronizetur. Forma autem publica nominis hujus, erit talis: recitetur totus proceſſus, ſicut jam in forma pronuntiationis dictum, & ultimo ſic adjiciet: quam electionem vobis denuntio, & in præſentia omnium dico ſolemniter publicandam. Igitur celebrate, &

pu-

ANNO CHRISTI 1308.

publicata electione, decretum electionis fiet sic: sanctissimo ac beatissimo patri, & Domino suo Domino, Divina Providentia sacro-sanctæ romanæ, ac universalis ecclesiæ summo pontifici P. præpositus, & capitulum Strigoniensis ecclesiæ ejus humiles, fideles, ac devoti filii, pedum oscula beatorum. Sacris Canonibus novimus esse cautum, quod ultra tres menses vacare non debeant ecclesiæ cathedrales, ne propter defectum pastoris, Dominicum gregem lupus rapax invadat, & viduata ecclesia in suis facultatibus grave dispendium patiatur. Ea propter bonæ memoriæ R. archi-episcopo nostro, anno, mense, & die, sicut Domino placuit, viam universæ carnis ingresso, ipsius corpore, ut moris est, cum reverentia, ecclesiasticæ tradito sepulturæ; Nos, qui tunc præsentes eramus, convenientes in unum, ad electionem futuri nostri pontificis canonice celebrandam, terminum cum continuatione sequentium dierum duximus statuendum; citatis igitur interim, & tunc præsentibus omnibus qui electioni celebrandæ debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse, in Ecclesia nos convenimus de electione futuri pontificis tractaturi. Sane post diversos tractatus inter nos habitos, & nominationes diversarum personarum simplices, ac discussiones, ac inquisitiones multiplices, tandem placuit nobis, universis, & singulis per viam scrutinii nostræ ecclesiæ providere, & eligentes tres S. A. B. & C. de nostro collegio fide dignos, dedimus eis plenariam potestatem, ut secreto & singillatim vota cunctorum primo intra sua, & postea nostra diligenter inquirerent, & ea scriptis redigerent, & in scriptis redacta, mox in communi publicarent, & tam numeri ad numerum, quam zeli ad zelum, quam meriti ad meritum, per eos habita collatione diligenti, illum eligerent, in quem invenirent omnes, vel majorem, & saniorem partem nostri collegii concessisse; ita quod unus ipsorum de voluntate, & consensu aliorum duorum servatorum vice sua, & collegarum, & aliarum omnium electionum, eandem pronuntiaret in scriptis, & solemniter celebraret. Qui secedentes in partem, primo vota sua, ita quod duo scrutabantur tertium, secundo, tres simul vota omnium aliorum, sicut nobis postea retulerunt, secreto, & singillatim diligenter inquisiverunt, & in scriptis redacta, mox in communi publicarent, & in nostra præsentia, per eosdem, secundum formam eis datam, tam numeri ad numerum, quam zeli ad zelum, quam meriti ad meritum collatione habita diligenti, unus de scrutatoribus ante dictis, de voluntate, consensu, & mandato aliorum, in quem repertum fuit omnes vel majorem partem, & saniorem nostri collegii, seu capituli in scrutinio consensisse vice sua, & collegarum, & omnium aliorum, in his consentientium invocata Spiritus Sancti gratia, in nostrum, & ecclesiæ nostræ elegit episcopum, & pastorem; virum utique plenæ, & maturæ ætatis, utique, qui trigesimum annum ætatis suæ exegit, de legitimo matrimonio procreatum, & in sacris ordinibus constitutum, vita, & moribus, ac litterarum scientia commendatum, in spiritualibus, & temporalibus circumspectum, & electionem pronuntiavit in scriptis, & eam publicavit hoc modo: In hoc mense, & die. Ego unus de scrutatoribus a dicto nostro capitulo nominatis, & electis ad faciendum scrutinium, & electionem futuri pontificis secundum formam superius prætaxatam, ipse servata in omnibus, de voluntate, consensu & mandato, collegarum meorum, & omnium in his consistentium, & ex potestate mihi, & ipsis invocata Spiritus Sancti gratia, ad honorem DEI, & Gloriosissimæ Virginis matris ejus, & sancti, in cujus honorem ecclesia nostra est constructa, Dominum P. in quem, collatione facta, reperimus omnes, vel majorem partem, & saniorem nostri capituli, seu collegii, quorum scriptiones inferius continentur, in scrutinio concessisse, in nostrum, & ecclesiæ nostræ episcopum eligo, & pastorem, eandemque electionem in scriptis pronuntio. Dictam vero electionem sic canonice, & solemniter celebratam, & publicatam in communi omnes recepimus, & approbavimus, Te DEUM laudamus more solito, cum cordis jubilo decantando: idem vero electus sibi &c. de electione hujus præsentata licet, & hujusmodi humilitate se insufficientem, & indignum asserens, se multipliciter excusaret, nobis tamen vehementer instantibus, timens divinis dispositionibus contraire, invocato divinæ pietatis auxilio, die dicta, electioni consensit, non tam timide, quam devote electionem ipsam, officium, onusque impositum, ut prodesse valeat, suscipiens, & acceptans. Vestræ igitur beatitudini duximus unanimiter supplicandum, ut electionem sic prædictam canonice, sic solemniter celebratam dignemini confirmare, ut electo ipsi consecrationis munus favorabiliter impertiri possit, quatenus nobis velut pastor idoneus, & toti provinciæ præesse utiliter valeat, & prodesse. Nosque, & alii sibi commissi, sub ejus sacro regimine possimus coram Deo salubriter militare. Ad hujus autem confirmationem, nomine nostro a vestra sanctitate petendam, & nostros canonicos & co-electores, Inscrutatores, & procuratores ordinavimus, & constituimus, & propter hoc eos ad vestræ sanctitatis pedes duximus destinandos; dantes eis plenam, & liberam potestatem petendi confirmationem, &, si necesse fuerit, provisionem, & jurandi in animas nostras, si visum fuerit expedire, promittentes nos ratum, & gratum, & firmum perpetuo habituros, quidquid per eos in prædictis, vel aliquo præmissorum extiterit procuratum. Ut autem omnium nostrorum vota, & prædictis omnibus, & singulis in hac electione, & petitione concordasse noscatis, Sanctitati vestræ hoc canonicum decretum mittimus roboratum propriis manibus, & subscriptum. Ego præpositus Strigoniensis ecclesiæ, supradictis omnibus, & singulis consensi, & consentio, manu propria signo, & subscribo. Ego vice scribere nescientis, de mandato subscribo. Notarius autem in fine dicet: acta sunt hæc, anno, mense, die, & loco.

Per viam compromissi procedatur, modo subscripto: canonici vacantis Ecclesiæ, statuant terminum ad electionem celebrandam. Interim vocatis omnibus absentibus, & in termino convenientibus, qui possunt, debent, ac volunt commode interesse, major de capitulo, vel alius, cui capitulum committit, quærat a singulis, si placet eis per viam procedere compromissi. Singulorum autem consensu requisito, & habito, tractetur de persona, cui committant; deinde singulis super requisitis, & in unam personam, cui committatur, convenientibus, unus de mandato capituli dicet. Ego vice capituli committo, seu do A, si est unus, vel A. B. & C. si in plures compromittant, potestatem providen-

ANNO CHRISTI 1308.

di ecclesiæ nostræ de pastore. Illi autem, in quos compromittitur, si plures sint, quia possunt esse duo, tres, quinque & septem, trahent se ad partem, & simul deliberent potestate recepta, & conferant de persona eligenda, & si concordaverint, redeant ad capitulum, & forma eis a capitulo tradita in omnibus observata, unus eorum electionem pronuntiet, & publicet sub hac forma. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Anno N. mense N. & die N. ego de voluntate, & consensu collegarum meorum, in quo unanimiter compromissum fuit a capitulo, in quos potestatem providendi ecclesiæ transtulerunt, vice mea, & ipsorum, & omnium aliorum in electione jus habentium, & hic præsentium, ex potestate, auctoritate supradicta mihi, & aliis meis collegis concessa invocata Spiritus Sancti gratia, P. in quem nos A. B. & C. compromissarii supradicti simul convenimus, in nostrum & ecclesiæ nostræ episcopum eligo, & pastorem, & de ipso providen dictæ Ecclesiæ in pastorem, & ipsam electionem, & provisionem in his scriptis pronuntio, & solemniter publico in communi.

Hæc forma servanda est, quando compromissarii sunt de collegio, prout dicit Concilium. Si vero essent extra collegium, tunc sufficit dicere: Ego unus de compromissariis supradictis; de voluntate, & consensu ipsorum, vice totius capituli, P. in quem omnes convenimus, eligo, seu provideo in ecclesiæ episcopum, & pastorem, & in hoc quasi totum capitulum concordat, nam uno contradicente non potest per viam compromissi procedere. Postmodum vero coram clero, & populo publicent electionem, sive provisionem, & postea fiat decretum ipsius electionis, sive provisionis hoc modo: Almo & beatissimo patri, & Domino, Divina providentia sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ summo Pontifici P. præpositus, & capitulum ecclesiæ Strigoniensis, ejus humiles filii & devoti pedum oscula beatorum. Cum propter vacationem diutinam, ecclesiæ pastorali solatio destitutæ, in spiritualibus, & temporalibus, dispendia patiantur, conditores canonum deliberatione provida censuerant, ut ultra tres menses vacare non debeant ecclesiæ cathedrales. Defuncto igitur bonæ memoriæ R. archi-episcopo nostro, Anno, mense, & die, sicut Domino placuit, ipsiusque corpore cum reverentia tradito Ecclesiasticæ sepulturæ; nos canonici Strigoniensis ecclesiæ, qui tunc præsentes eramus, convenientes in unum, ad electionem futuri pontificis celebrandam, terminum cum continuatione dierum sequentium duximus statuendum, citatis interim, & tunc præsentibus omnibus, qui electioni celebrandæ, debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse in capitulo.

Nos recepimus de electione futuri pontificis tractaturi, & post diversos tractatus inter nos habitos, placuit tandem omnibus, & singulis, per viam compromissi, nostræ viduatæ Ecclesiæ providere, considerantes in unam difficulter multitudinem convenire, & sæpe in paucos spiritum sanioris consilii residere, dedimus plenam, & liberam omnes, & singuli unanimiter potestatem A. B. & C. ut iidem vel major pars ipsorum vice sua, & nostra per electionem canonicam, vel postulationem concordem, ecclesiæ nostræ supradictæ vacanti, DEUM, ac bonum statum ipsius ecclesiæ habentes præ oculis, de persona idonea providerent, omnem potestatem, & vicem nostram, super hoc eis committentes; ita, quod unus ipsorum de consensu aliorum compromissariorum, vel majoris partis ipsorum convenirent, eligerent, & electionem in præsentia nostra solemniter publicarent, qui secedentes in partem, & Spiritus Sancti gratiam invocantes, devote post tractatus diversos, & varios de diversis personis inter se habitos, ut nobis postmodum retulerunt, tandem in magistrum P. præpositum Strigoniensem in Sacerdotali ordine constitutum, iidem unanimiter convenerunt, virum utique plenæ, & maturæ ætatis, utpote qui 30. annos ætatis suæ exegit, de legitimo matrimonio procreatum, vita, & moribus, & litterarum merito scientia commendandum, in spiritualibus, & temporalibus plurimum circumspectum: quem secundum formam in compromissa appositam, in hunc modum elegit: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Anno, mense, & die. Ego N. unus de compromissariis supradictis de voluntate, & consensu collegarum meorum, juxta formam compromissi mihi, & eis traditam, vice mea, & prædictorum collegarum meorum, ac omnium de capitulo, & potestate mihi, & prædictis meis collegis ab universis, & singulis de ipso capitulo tradita, invocata Spiritus Sancti gratia ad honorem DEI, & Gloriosæ Matris ejus, & sancti nostri patroni, & omnium Sanctorum, magistrum P. præpositum Strigoniensem, in quem nos compromissarii supradicti unanimiter convenimus, in nostrum, & ecclesiæ nostræ eligo in episcopum, & pastorem, & de ipso provideo dictæ ecclesiæ in pastorem, eandemque electionem seu provisionem in his scriptis pronuntio, & publico, in communi publicatam omnibus unanimiter recepimus, & approbavimus more solito pulsatis campanis cum cordis jubilo, Te DEUM laudamus solemniter decantando; consequenter autem conveniente populo ad pulsationem campanarum, R. de mandato nostro dictam electionem ipsi populo publicavit. Idem vero electus sibi die ... electione hujusmodi præsentata, licet se multipliciter excusaret, tandem nobis vehementer instantibus, invocato Divinæ pietatis auxilio, die . . . dictæ electioni consensit. Sanctitati igitur vestræ duximus unanimiter supplicandum, ut electionem supradictam sic canonica celebratam, dignemini confirmare, & electo nostro prædicto, munus consecrationis misericorditer impertiri, quatenus auctore DEO, nobis, & toti provinciæ, velut pastor idoneus, præesse valeat, utiliter & prodesse, nosque, & alii sibi commissi sub ejus sacro regimine, possimus coram DEO salubriter militare. Ad hujus autem confirmationem, & consecrationem nomine nostro a vestra sanctitate petendam A. & B. de nostro capitulo nostros procuratores, & etiam instructores ordinavimus, & constituimus, & propter eos ad vestræ sanctitatis pedes duximus destinandos; dantes eis plenam, & liberam potestatem petendi confirmationem, & consecrationem, ac si necesse fuerit, dispensationem, & provisionem, & jurandi in animas nostras, si visum fuerit, expedire. Promittentes nos ratum, gratum, ac firmum habituros, quidquid per eos in præmissis, vel aliquo præmissorum fuerit procuratum. Ut autem omnium nostrorum vota in prædictis omnibus, & singulis concordasse noveritis, & in hanc electionem, & petitionem venire, hoc canonicum decretum sanctitati vestræ mittimus ro-


bo-

ANNO CHRISTI 1308.

boratum propriis manibus, & subscriptum, & ad majorem cautelam sigillo nostri capituli, & etiam propriis sigillatum. Ego archi-diaconus Strigoniensis supradictia omnibus, & singulis consensi, & consentio, & propria manu scribo.

Per inspirationem fit electio, si dum canonici primo intrant capitulum pro electione celebranda, nullo specialiter tractatu præcedente, quasi Divina revelatione, & inspiratione omnes, nullo contradicente, consenserint in aliquem repente, & simul eum eligant, & nominent dicentes una voce: eligo P. eligo P. & talis electio dicitur facta per inspirationem; & ex quo canonici omnes uno ore, & uno spiritu eligunt, unn est vis, si dicant eligo, sive eligimus. Quia una est censenda electio propter unanimes voluntates: & conformabitur sic decretum.

Sanctissimo Patri, & Domino suo Domino C. Divina providentia sacrosanctæ Romanæ, ac universalis ecclesiæ summo pontifici, P. præpositus, & capitulum Strigoniensis ejus ecclesiæ humiles filii, & devoti, pedum oscula beatorum. Ne pro defectu Pastoris Gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in spiritualibus, & temporalibus ecclesia viduata grave dispendium patiatur, conditores canonum deliberatione provida statuerunt, ut ultra tres menses vacare non debeant ecclesiæ cathedrales. Ea propter bonæ memoriæ R. archi-episcopo nostro, anno, mense, & die, sicut domino placuit, viam universæ carnis ingresso, ipsiusque corpore, ut est moris, cum reverentia ecclesiasticæ tradito sepulturæ. Nos canonici Strigonienses, qui tunc præsentes eramus, convenientes in unum ad electinnem futuri nostri Pontificis canonice celebrandam, terminum cum continuatione dierum sequentium duximus statuendum: citatis igitur interim, & tunc præsentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse, in ecclesia nos recepimus de electione futuri Pontificis tractaturi; nobis in unum locum, & propositum congregatis, unusquisque divina inspiratione repente, nulla nominatione, nulloque tractatu alio præcedente in P. virum utique plenæ, & perfectæ ætatis, utpote, qui 30. annos ætatis suæ exegit, legitimo matrimonio natum, vita, & moribus, & litterarum scientia commendandum consensit, & una voce simul, ac unanimiter omnes, & singuli in episcopum elegerunt, & pulsatis campanis, Te DEUM laudamus solemniter decantarunt, consequenter antem conveniente populo: etiam & ut supra in forma proxima. Publicata II. Idus Julii. Datum Budæ Anno domini millesimo, tercentesimo, octavo, indictione septima III. non. decembris. Pontificatus domini Clementis papæ V. Anno quarto.



PISTORIENSE CONCILIUM DIOECESANUM

Anno 1308. celebratum.

COLLECTORIS MONITUM.

An. 1308. Ex suppl. Mansi to. III. pag. 103.

QUanquam a Diœcesanis synodis post annum 1300. celebratis abstinendum statui, ne operis hujus moles nimium cresceret, nec ab ea lege recederem quam Labbeus constituerat; ex me tamen impetrare non potui quominus, aliis omissis, duo tamen diœcesana concilia darem, Pistoriense scilicet istud, & Lucense aliud suo mox loco referendum. Ac de Lucensi quidem, amori in patriam meam id facile indulgentiæ dabunt lectores æqui, ut quandoquidem tantum laboris, omnia undequaque dispersa concilia colligendo, in eorum gratiam suscepi; civibus interdum meis peculiarius, cum tantillo eorum incommodo, servirem. Quin nec grave illis accidet, si hic habeant Concilium, quamvis diœcesanum, quod nullibi habere possint excusum. Pistoriense vero ut darem coegit humanitas Illustrissimi & Rev. Domini Friderici Alamanni Pistoriensis episcopi, qui ejus apographum mihi benigne largitus est, hic primo vulgandum.

CONSTITUTIONES SYNODI DIOECESANÆ PISTORIENSIS.

Sub Episcopo Ermanno edita.

Anno MCCCVIII.

Exemplar extractum ex antiquo autographo existen. in Archiv. Sapientiæ Civit. Pist. in Pluteo X.

In Dei nomine. Amen. Infrascriptæ sunt Constitutiones factæ, & editæ per Ven. Patrem D. Ermannum Dei gratia Pistoriensem episcopum, & lectæ, & publicatæ in Synodo Cleri civitatis, & diœcesis Pistoriensis celebrata in Ecclesia majori civitatis Pistorii sub anno Dominicæ Nativitatis MCCCVIII. indictione VII. die VIII. Decembris, & postea confirmatæ per Venerabilem in Xpo Patrem Dominum Barontum Dei gratia episcopum Pistoriensem successorem dicti Ven. Patris D. Ermanni.

Rubrica.

Quod Clerici, & Conversi portent habitum, & tonsuram.

LIcet clericos, religiosos, & conversos congruis attollere favoribus, & eorum immunitates, jura, & privilegia illibata conservare pro viribus intendamus; tamen ipsos suis juribus, & honoribus ita volumus esse contentos, quod immunitatum, & jurium suorum limites observantes, jura non impediant, vel occupent aliorum. Et qui eorum verbis, & exemplis laicos debent ad viam vitæ & rectitudinis revocare, ipsos in mortis devia non impellant, & ne ex ipsis fomites eorum erroris, & discordiarum materiam dicantur laici invenire. Sane sicut nos tam facti experientia, quam frequens clamor

mor

ANNO CHRISTI 1308.

mor instruxit; quidam olerici, religiosi, ac ecclesiarum, & venerabilium locorum civitatis, & diœcesis Pistorien. conversi, nec in vestimentorum forma, nec in modo tonsuræ, nec in qualitate negotiorum, de ecclesiæ religione, seu conversione ostendunt, ad pœnæ subtersugium se pro clericis, religiosis, seu conversis solummodo exhibentes; & cum super excessibus, quos sæculari lapsu committunt, & negotiationibus sæcularibus, quas exercent, ad publica judicia protrahuntur, circumcisis crinibus, & habitu clericali, seu religioso assumpto, ut possint circumvenire vindictam, se pro religiosis, vel conversis, seu clericis repræsentant, fori privilegium labiis allegantes, quod factis negaverant paulo ante. Verum quia privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, & frustra legis invocat auxilium, qui contravenit in legem; nos volentes tam prædictorum animarum periculis, quam scandalis, & malis exemplis quæ exinde occurrunt, & possint occurrere, auxiliante domino, præcavere, omnes clericos, & religiosos, & conversos ecclesiarum sæcularium, vel venerabilium, seu religiosorum locorum Pistorien. civitatis, & diœcesis semel secundo, & peremptorie monemus, ut se ipsos debeant emendare, & sæcularibus negotiationibus, & officiis dimissis, omnino vestem, & tonsuram portare debeant congruentes; ita quod in modo tonsuræ, & vestimentorum qualitate eorum religioni conveniant, & a laicis discernantur;

Rubrica.

De electione

Et quod non recipiantur in canonicos, vel conversos sine licentia episcopi:

CUm propter indiscretam electionem, & receptionem canonicorum, clericorum, & conversorum, quæ passim, & indistincte consueverunt fieri per prælatos, & rectores ecclesiarum, Monasteriorum, & hospitalium civitatis, & diœcesis Pistoriensis scandala non modica, & damna gravia provenerint hactenus, & proveniant ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus civitatis, & diœcesis nostræ, pro eo, quod multotiens indigni, & pravæ vitæ homines, & qui, non ut serviant Deo, sed ut evitent sæcularia onera, & impune perpetrent malaficia, se procurant recipi in monasteriorum, ecclesiarum, & hospitalium canonicos, clericos, & conversos; statuimus, ut nullus prælatus, vel rector ecclesiarum, seu hospitalium civitatis, & diœcesis Pistoriensis deinceps ultra numerum statutum, seu consuetum tum in ecclasia, cui præest, si ecclesia est, quæ numerum habeat canonicorum, seu clericorum; & in ecclesiis, in quibus non est numerus, & in hospitalibus aliquem eligant, vel recipiant in canonicum, clericum, vel conversum, sine nostra licentia speciali. Quod si secus per aliquem fuerit attemptatum, electio, & receptio hujusmodi nullæ sint ipso jure, & prælatus, vel rector, qui sic electos, vel receptos habuerit pro canonicis, clericis, vel conversis, ipso jure sententiam excommunicationis incurrat; & nihilominus taliter electi, vel recepti, si se gesserint pro canonicis, clericis, vel conversis ecclesiarum, vel hospitalium, in quibus sic electi, vel recepti fuerint, ipso jure excommunicati existant.

ANNO CHRISTI 1308.

Nos Frater Andreas Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Pistoriensis universis, & singulis præsentes litteras inspecturis pateat manifeste, ne redargui a juris errore cum tacita veritate, vel negligentia compescamur juribus, oneribus irretiti juxta illud: *Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minime defensatur opprimitur;* & negligere, cum possis perturbare perversos, nihil aliod est, quam fovere, & necessitate nobis imposita, & cura nostri officii dictante cogimur diesque, noctesque insomnes ducere, ut accuratius greges nobis subjecti vita, & moribus mentis maturitatem ostendant, & ne devii sint a lege; at potius se sciant legibus mancipatos, & ne ipsas leges, quibus hactenus sedulo usi sunt, & continuo coutuntur paulatim, atque incuria obsoleta contingat, quarum notitia quotidiana necessaria videatur, & extat. Ideo inter leges, & constitutiones nostras, & dicti nostri episcopatus has præsertim duximus præsentialiter recensendas, videlicet constitutionem positam sub Rubrica: Quod Clerici, & conversi portent habitum, & tonsuram; quæ sic incipit. *Licet clericos, religiosos, & conversos &c. Repetitur eadem constitutio quæ supra.* Item constitutionem positam sub rubrica: *Quod non recipiantur in canonicos, vel conversos sine licentia episcopi:* Quæ sic incipit. *Cum propter indiscretam electionem &c.*

Prædictas Constitutiones autem, ut superius de verbo ad verbum exaratas mandavimus foribus majoris ecclesiæ nostræ Pistoriensis affigi, & apponi, ut nullus deinceps ignorantiam prætendere valeat in prædictis, sed contraveniens sentiat in legibus disciplinam. Idcirco omnes, & singulos, tam clericos conversos, quam rectores ecclesiarum, & monasteriorum juxta tenorem dictarum suprascriptarum constitutionum nostræ Civitatis, & Diœcesis Pistoriensis citamus, requirimus, & monemus, eisque sub pœna excommunicationis, & pœna in dictis constitutionibus contenta præcipiendo mandamus, quatenus supradictas constitutiones, unamquamque per se, & integraliter de verbo ad verbum inviolabiliter observare debeant, assignando eisdem terminum unius mensis a die affixionis prædictarum, infra quem comparere studeant quicunque contradicere voluerint oppositnri, & contradicturi, quare prædicta fieri non debeant de jure, & secundum formam Synodalium constitutionum civitatis, & diœcesis Pistoriensis. Quem terminum pro primo, & secundo, & tertio, & peremptorio hac præsenti canonica monitione assignamus ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc; ipso termino elapso in contrafacientes prædictam excommunicationis pœnam, & sententias in dictis constitutionibus contentas volumus incurrere ipso facto. Prædicta vero in majoris roboris firmitatem fecimus in præsentia & de præsentia, & consensu, & voluntate infrascriptorum canonicorum nostræ majoris ecclesiæ Pistoriensis, videlicet domini Joannis Simonis de Cancelleriis, domini Pauli Cepti, domini Justi Philippi Gaii, domini Stancolli de Tavianis, absentibus domino Corrado Ser Francisci, tamen legitima citato, & aliis, qui absunt, & aberant extra Pistoriensem diœcesim. Mandantes ad cautelam majorem, prædicta in volumine nostrarum constitutionum authentice registrari, & nostri pontificalis sigilli impressione muniri. Datum Pistorii in nostro episcopali palatio, præsentibus venerabili Viro domino Bartholomæo Abbate Monasterii S. Mariæ

ANNO CHRISTI 1308.

riæ de Buggiano Lucanæ Diœcesis, & Fratre Vincentio Francisci de Senis de Ordine Fratrum Prædicatorum testibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis sub anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, indictione nona, die tertiodecimo mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri domini Urbani miseratione divina Sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ Papæ Sexti anno octavo.

Et postea etiam per Venerabilem Patrem dominum Andream de Ciantoris eadem gratia episcopum Pistoriensem successorem domini Baronti episcopi. Et postea etiam per Ven. patrem dominum Fratrem Remigium eadem gratia episcopum Pistoriensem successorem dicti domini Andreæ episcopi prædicti. Et postea etiam confirmatur per Ven. Patrem D. Joannem eadem gratia episcopum Pistoriensem, & successorem dicti domini Fratris Remigii; & postea etiam confirmatur per Ven. patrem D. Fratrem Andream episcopum Pistoriensem successorem dicti D. Johannis episcopi prædicti; & postea etiam per Rev. patrem Dominum Matthæum episcopum Pistoriensem successorem dicti domini Andreæ avunculi sui.

De publicatione harum Constitutionum.

LEctæ, & publicatæ fuerunt dictæ constitutiones per me Berlingherium Arrighetti Notarium infrascriptum, & scribam publicum curiæ episcopalis Pist. dicti D. episcopi de mandato dicti domini episcopi; & conditæ, factæ, & promulgatæ per dictum Ven. patrem dominum episcopum suprascriptum in dicta Synodo celebrata in dicta majori ecclesia Pistorien. de voluntate, & consensu dicti sui Capituli, & coram D. Ranuccio de Perusio Vicario, Ser Gentile de Camerata cappellano ipsius domini episcopi, Ser vanne Buonvassalli, & multis aliis testibus vocatis, & rogatis sub anno, indictione, & die suprascriptis.

Publicatio supradictarum Constitutionum.

Publicatæ, & pronuntiatæ fuerunt constitutiones prædictæ per supradictum Rev. patrem, & dominum D. Johannem miseratione divina S. Theodori Diaconum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, & lectæ per Bindum de Mugello Cappellanum dicti domini legati de mandato, & auctoritate ipsius domini legati, ipso præsente, & mandante &c. præsente etiam clero civitatis, & diœcesis Florentinæ, ac religiosorum multitudine copiosa Florentiæ apud locum Fratrum Minorum in aula dicti domini Anno 1327. legati, Die Dominico VIII. Kal. Martii Pontificatus SS. in Christo Patris, & domini D. Johannis Papæ XXII. anno &c. indictione decima, præsentibus etiam Venerabilibus patribus dominis Petro Anagnino, Alamanno Amilien. Ugolino civitatis Castelli, Tedicio Fæsulano episcopis, Boso Aretino electo, & dominis Conte, & Arrigo Vicariis episcopi Florentini. Qui dominus legatus statim præcepit, dictas Constitutiones omnes, & singulas per singula capitula observari.

Et ego Andreas Nardi de Fulgines publicus, & apostolica, & imperiali auctoritate Notarius, & nunc notarius, & Scriba dicti domini legati, & suæ Curiæ supradictæ publicationi, affirmationi, & acceptationi interfui, & de mandato, & auctoritate dicti domini legati scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Michael olim Ser Thomasii de Putomossis civis Pistorien. publicus imperiali auctoritate Judex Ordinarius, & Notarius publicus Florentinus, & Pistorien. supradicta omnia, & singula inveni, vidi, & legi in volumine constitutionum civitatis, & diœcesis Pistoriensis, existente in archivio, & cancellaria episcopali Pistoriensis, & prout ibidem inveni, vidi, & legi, ita hinc inde transcripsi, & publicavi, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum, sub anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indictione octava, die vigesima quarta mensis Decembris. Et ad fidem omnium præmissorum me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

L U C A N A S Y N O D U S

SUB HENRICO LUCENSI EPISCOPO

Circa annum 1308. habita.

RUBRICÆ CONSTITUTIONUM D. EPISCOPI.

Ibid. p. 107.

II.

DE divinis officiis celebrandis.

... De uno scholare tenendo, qui cantare sciat.

De ornamentis ecclesiasticis servandis.

De Corpore Domini nostri Jesu Christi in cassa tenendo.

De faciendo incensum in celebratione missarum, videlicet ad Hostiam, & Calicem.

De non celebrando ultra unam missam in aliqua die.

De non dando comestionem aliquibus personis extra consuetudinem.

De vestibus prælatorum qualiter portare debeant.

..... ecclesiasticis per violentiam sumendis.

..... ecclesiasticum beneficium se faciat ad presbyteratus ordinem promoveri.

XVI.

De examinatione clericorum promovendorum ad sacros ordines,

XVII.

De eo, qui fuit ex fornicatione natus, & sacros ordines clanculo surripuit.

XVIII.

ANNO CHRISTI 1308.

ANNO CHRISTI 1308.

XVIII.

De eo, qui missus dicitur civitatis, vel diœcesis Lucanæ, ne se ab alio episcopo faciat ordinari.

XIX.

De eo quod nullo deinceps de alieno episcopatu natus ad regimen alicujus ecclesiæ civitatis, vel diœcesis assumatur.

XX.

De pactionibus non faciendis pro ecclesiasticis beneficiis obtinendis.

XXI.

De conjurationibus vel juramentis non faciendis ...

XXII.

De electionibus ad vacan .....

XXIII.

De conversis non recipiendis per aliquem rectorem.

XXIV.

De concubinis non tenendis.

XXV.

De possessionibus ecclesiarum non alienandis.

XXVI.

De debito non contrahendo nomine ecclesiæ.

XXVII.

De non locando aliquam ecclesiam.

XXVIII.

De usuris non faciendis.

XXIX.

De bestiis non dandis ad collariam.

XXX.

De odiosis conjurationibus non faciendis.

XXXI.

De sepulturis non eligendis.

XXXII.

De prima missa cantanda.

XXXIII.

De constitutione non facienda pro augendo præbendam.

XXXIV.

De eo quod nullus imperitus, qui nesciat grammaticam ad dignitatem eligatur.

XXXV.

De aliqua accomandisia pecuniæ non recipienda ab alquo officiali Lucensis communis.

XXXVI.

De non recipiendo officium procuratoris, vel Syndici contra Lucensem communem.

XXXVII.

De non faciendo Lucense commune aliquod instrumentum.

XXXVIII.

De non ludendo ad ludum taxillorum.

XXXIX.

De non blasphemando Dominum, vel Sanctos.

XL.

De armis non portandis offendilibus.

XLI.

De insultibus non faciendis contra ecclesiasticam personam.

XLII.

De juramentis non faciendis, & de matrimoniis dissolvendis.

XLIII.

De incantantionibus non faciendis.

XLIV.

De petentibus debitum jam solutum.

XLV.

De ecclesiastica libertate observanda.

XLVI.

De non faciendo, vel scribendo aliquod instrumentam contra ecclesiasticam libertatem.

A XLVII.

De non imponendo aliquam impostam Lucano Clero.

XLVIII.

De non faciendo aliquam injuriam Lucano episcopatui, vel suo Clero.

XLIX.

De iis, qui fecerint contra ecclesiasticam libertatem, non recipiantur ad aliquod officium ecclesiæ alicujus.

L.

De alienatoribus feudorum ecclesiasticorum.

LI.

De mandando executioni pias causas defunctorum, & voluntates eorum.

B LII.

De eo quod notarii teneantur denunciare ultimas voluntates defunctorum.

LIII.

De testibus, qui falsam reddiderint attestationem.

LIV.

De petentibus debitum jam solutum.

LV.

De fractoribus ecclesiarum.

LVI.

De mutuantibus ad usuram.

LVII.

De Pœnitentia sumenda.

LVIII.

C *De eo quod medici tenentur consulere infirmis ad pœnitentiam sumendam.*

LIX.

De non veniendo contra nostras constitutiones.

LX.

De armis non portandis.

LXI.

De audiendis aliquibus causis.

LXII.

De non promovendo, vel confirmando aliquem, ad aliquod beneficium, nisi habuerit XXV. annos.

LXIII.

De clericis non ordinandis.

LXIV.

D *De iis, qui assumpserunt ordinem sacerdotalem, quomodo tenentur missam cantare.*

LXV.

De continua residentia facienda.

LXVI.

De conversis ecclesiarum dandis in scripto domino episcopo.

LXVII.

De habendo numero Canonicorum in ecclesiis.

LXVIII.

De non eundo pesando panem, vel vendi faciendo vinum ad minutum.

LXIX.

De non portando arma probibita.

LXX.

De non absolvendo aliquem usurarium.

E LXXI.

De non eundo ad moniales.

LXXII.

De non convocando clericos vel coadunando.

LXXIII.

De non ingrediendo claustra monialium.

LXXIV.

De dando inscriptis D. episcopo omnia beneficia clericorum.

LXXV.

De revocatione dispensationum.

LXXVI.

LXXVI.

De litteris non auferendis de manibus sui nuncii.

A

LXXVII.

De licentia data per D. episcopum sacerdotibus pro absolutione peccatoribus ab ipso D. episcopo revocata.

ANNO CHRISTI 1308.

INCIPIUNT CONSTITUTIONES

D. Lucani episcopi.

LIcet sacri Canones a sanctis dudum editi Patribus de divino cultu, vita, honestate, ac moribus universos Christicolas instruant salubriter, & informent; quia tamen . . . . . . qualitatem, pro tamporum varietate, locorum conditionibus, ac cætera intendunt . . . . . . & opportuna de novo remedia cogitanda magistra rerum . . . . deo nos Fr. Henricus miseratione divina Lucanus episcopus &c.

Catera desunt usque ad Canonem IV.

De Corpore Domini Nostri J. C. in capsa tenendo.

Corpus autem D. N. J. C. in cassa, vel pixide . . . . altari appensa, & in sacrario ne ab indiscretis vel bestiis rangi possit cum multa reverentia teneatur. Chrisma atiam sub firma custodia taliter conservetur ne ab aliquo tractari possit sine licentia prælati vel honesta parte, quæ fuerit ad ipsius chrismatis custodiam deputata, & de quo chrismate nisi pro baptismate vel unctione sacra nulli pars detur. In celebratione missarum & maxime publicarum saltem dum secreta dicitur, candela cerea semper ardeat in altari.

De faciendo incensum in celebratione Missarum, videlicet ad hostiam & calicem.

In plebibus antem, & aliis collegiatis ecclesiis in missis, & diebus celebrandis solemnibus super hostiam, & calicem semper fiat incensum, cum id tam parvo possit fieri dispendio, quod paupertatis prætextu se aliquis valeat excusare.

De non celebrando ultra unam missam in aliqua die.

Itam statuimus, & ordinamus, quod nullus presbyter in aliqua die ultra unam missam, nisi causa necessitatis, & tunc non ultra duas missas, excepta die festa Nativitatis Domini ulterius celebrare præsumat.

De non dando comestionem aliquibus personis ex consuetudine.

Item statuimus, quod nullus prælatus, sive rector alicujus ecclesiæ, vel hospitalis parochianis suis, nullus monachus, vel clericus sæcularis, aut monacha suis fratribus, vel sororibus comestionem, seu aliquid loco comestionis pro suo ingressu prætextu cujuscumque consuetudinis, val exceptionis exhibere præsumat, & qui receperit ex nunc, prout ex tunc ipsos excommunicationis sententia innodamus.

De Vestibus prælatorum qualiter portare debeant.

Item statuimus quod nullus sacerdos, seu clericus in sacris ordinibus constitutus habens

B ecclasiasticum beneficium per civitatem, aut vicum siva plateas incedat, quin exteriorem vestem elausam habeat, nec mantellis utatur, aut cappis de nimio eoloris sulgore, aut splendore notandis vel bottonis in manicis, vel ad pectus. Cendadis autem rubeis, glaucis viridibus, val sanguineis non utatur discoopertis, nec caputeum aut insulam in ecclesia aut per eivitatem eundo inhoneste, vel superbe more deferat laicorum. Cappas manicatas, aut guaseappas ad divinum officium intar ecclesiam non gerat, si voluerit effugere ultiones; bottones non de panno, & guascappas in villis & terris diœcesis Lucanæ, & extra terram eundo, equitando, & redeundo & caputeum & insulam in eccle-

C sia de nocte eundo extra eivitatem, & redeundo habera unicuique clerico liceat ferra.

. . . . *Ecclesiasticis per violentiam sumendis.*

. . . .
. . . .
. . . .

XV.

. . . . *Ecclesiasticum beneficium se faciat ad presbyteratus ordinem promovere.*

D Item statuimus, quod quilibet clericus, qui nunc habet, vel in antea habuerit prælaturam, vel rectoriam alicujus eivitatis ecclesiæ, vel diœcesis nostræ curam animarum habentem, sive, ... statutis . . . . temporibus sa faciat ad presbyteratus ordinem promoveri, vel ad ordinem, quem ipsius beneficii cura reqnirit, secundum quod de juris communis terminis vel constitutionem editam in Concilio Lugdunensi de clericis promovendis sub pœna in canuna constituta.

XVI.

De examinatione clericorum promovendorum ad sacros ordines.

E

Item statuimus, quod elerici, qui sunt ad sacros ordines promovendi, diligenter examinentur per eos, qui ad hoc fuerint deputati, & ad quos pertinet: quod ut rita fieri possit, quartam, quintam, & sextam feriam, sabbatum quatuor temporum præcedantibus a plebanis suis præsentialiter præsententur, nt de ipsorum vita, scientia, & conditione, nativitata valeat constare eorumdem testimonio plebanorum; qui si forte aliqui ipsorum plebanorum nequiverint canonica præpeditione detenti, clericos suos, quos ordinari volunt cum litteris suis de ipsorum vita, scientia, conditione, & nativitata testimonium pechibentibus ad nos mittat, cum aliquo de eappallanis suis bonæ famæ & conversationis honestæ, qui etiam nobis, seu examinatoribus, ad quos pertinet, ipsius plebani vice, seu nomine, repræsentent.



ANNO CHRISTI 1308.

XVII.

De eo qui fuerit ex fornicatione natus, & ſacros ordines elanculo ſurripuerit.

Item ſi quis ſacerdotis filius, aut alius ex fornicatione natus, diſpenſatione non obtenta, ſacrum ordinem elanculo ſurripuerit; hoc ipſo ſit excommunicationis vinculo innodatus, & etiam poſt abſolutionem obtentam maneat tandiu ab ordinis ſic ſurrepti executione ſuſpenſus, donec diſpenſationis gratiam potuerit obtinere. Quod & de his, qui ſine certo titulo ſe elanculo fecerint ad ſacros ordines promoveri decernimus obſervandum. Illos vero, quos ſcienter ad ordines jam ſuſceptos . . . vel per ſaltum promoveri ſe fecerint, aut per ſimoniacam pravitatem a nobis, vel ab alio ſe procuraverint ordinari, excommunicationis ſententia innodamus. Si qui vero ſcienter ad ſacros ordines præſentaverint filios ſacerdotum, tacito quod ſint tales, ipſos ex nunc excommunicationis ſententia innodamus.

XVIII.

De eo qui miſſus clericus civitatis vel diœceſis Lucanæ ſe ab alio epiſcopo faciat ordinari.

Item ſtatuimus, quod ſi quis clericus ſæcularis, vel religioſus eccleſiaſticum habens beneficium in civitate, vel diœceſi noſtra ſe ab alio epiſcopo, vel archiepiſcopo fecerit ordinari, ab executione ordinis ſic ſuſcepti ipſum duximus ſuſpendendum, donec diſpenſationis gratiam valebit obtinere.

XIX.

De eo quod nullus clericus de alieno epiſcopatu natus ad regimen alicujus eccleſiæ civitatis vel diœceſis aſſumatur.

Item ſtatuimus ut nullus de alieno epiſcopatu oriundus ad regimen, vel in clericum alicujus eccleſiæ noſtri epiſcopatus eligatur, ſeu admittatur abſque noſtra licentia ſpeciali; & ſi contra factum fuerit, illud decernimus non tenere, & nihilo minus eligentes, ſeu etiam admittentes excommunicationis vinculo.....

XX.

De pactionibus non faciendis pro eccleſiaſticis beneficiis obtinendis.

Item cupientes ut beneficia eccleſiaſtica in civitate, & diœceſi noſtra . . . .
. . . .
. . . .

XXI.

De conjurationibus non faciendis pro clericis civilibus vel nobilibus ad eccleſiaſticum beneficium non eligendis.

Item ſtatuimus, & omnibus capitulis . . .
. . . .
. . . .
. . . .

XXII.

De electionibus ad vacantes eccleſias in civitate, vel diœceſi alterius non faciendis.

Item ſtatuimus ut ſervetur electio . . . . . . & quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica ulterius faciendis . . . . per laicos, ad quos ſpectat, vel ſpectaverit Deo duce & . . . . . . canonica facta ſine injuria adminiſtret in pace, & . . . . quam perſonas eccleſiaſticas in præſenti decreto peremptorie commonemus ut .... alicui clerico, vel perſonæ eccleſiaſticæ vel laico, eligendi, poſtulandi, vel præſentandi, aut conferendi, vel reformandi jus, vel poteſtatem habenti in aliqua eccleſia vel loco vene . . . . civitatis, vel diœceſis prædictæ, vel ejus conſanguineo, vel laico ante reformationem vel poſt, aliquam violentiam, vel metum, vel comminationem, vel injuriam, vel offenſam, dicto, vel facto, aut litteris, vel ſignis inferat de cætero, vel procuret inferri in omnes, & ſingulos, qui in prædictis officiis & aliis; vel beneficiis, vel eorum occaſione aliquo modo contrafecerint excommunicationis ſententiam proferentes, ac etiam decernentes omnes hujuſmodi electiones, poſtulationes, & collationes de quibuſcumque beneficiis vel metu aut comminatione alicujus, vel aliquorum laicorum ſi quæ fierent, nullas, & non tenere de jure eaſdem pronunciamus irritas, & inanes: & hæc conſtitutio in eccleſiis coram populo quater in anno ſolemniter recitetur.

XXIII.

De converſis non recipiendis per aliquem rectorem.

Item tam facti experientia, quam frequens clamor inſtruxit, quod quidam Lucanæ civitatis & diœceſis eccleſiæ prælati, ac venerabilium, religioſorumqua locorum rectores in animarum ipſorum periculum & Lucani communis fraudem aliquos, ſeu aliquas in converſos, & converſas recipiunt, qui ſicut prius in eorum domibus remanentes ſæcularibus negotiationibus, & officiis intendentes licet labiis Deo & eorum eccleſiis offerunt ſe, & ſua; hoc tamen ſolum peragunt ut . . . . poſſint circumvenire vindicta & onera Lucani communia tam realia, quam perſonalia evitare. Nos Fr. Henricus Dei gratia Lucanus epiſcopus volentes, prout poſſumus, animarum ipſorum periculo, & indemnitati eccleſiarum a ſcandalo, quod intervenire poſſet inter clericos, & laicos evenire auxiliante domino præcavere; ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus rector alicujus eccleſiæ Lucanæ civitatis, vel diœceſis ſæcularis, vel regularis aliquem virum, vel mulierem ulterius in converſum ſeu converſam ſuarum eccleſiarum, ac venerabilium religioſorumque locorum oneroſos, vel inutiles, vel qui non ſint bonæ famæ, ſeu in fraudem Lucani communis, vel alicujus univerſitatis Lucani diſtrictus, cui ſic recipiendi eſſent ad aliqua ratiocinia obligati recipere debeant; & ſi contra factum fuerit, illud decernimus non tenere, & in nullo ipſis ſic receptis eorum eccleſiis obligari: nihilominus in omnes & ſingulos homines, qui contra fecerint, ſeu fieri conſenſerint excommunicationis ſententiam promulgantes, & illi, & illæ intelligantur oneroſi ſeu inu-

ANNO CHRISTI 1308.

inutiles, & in fraudem recepti, qui ficut prius A in eorum domibus remanentes habitum conversalem condecenter non deferunt, vel se immiscuerint sæcularibus negociationibus & officiis sicut prius.

XXIV.

De concubinis non tenendis.

Item statuimus quod nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, aut aliud obtinens beneficium ecclesiasticum concubinam nec aliquam fœminam in domo, vel extra domum, de qua sit, vel fuerit infamatus, aut si . . . . suspicio rationabilis, vel verisimilis haberi possit, habeat mulierem, nec admittat eam ad ali- B quod servicium in canonica ecclesiæ, nisi matrem vel amitam ejus . . . . . filios suos. Et qui contra fecerint ab officio, & beneficio duximus suspendendos . . . . . &c.

XXV.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

XXVI.

De debito non contrahendo nomine ecclesiæ.

Item statuimus ne rector alicujus ecclesiæ vel loci religiosi civitatis, vel diœcesis Lucanæ debitum contrahat nomine ecclesiæ suæ vel ultra summam sibi concessam, vel concedendam a nobis; & si contraxerit pronunciamus contractum ipsum penitus non valere, & ex tali contractu in nullo suam ecclesiam obligari. Verum plebani & procuratores usum in summa X. librarum: Alii vero ecclesiæ rectores usum in summa LX. solidorum denariorum Lucanorum parvorum quilibet rector possit, & liceat ei debitum contrahere pro ecclesia, non obstante constitutione præsenti.

XXVII.

De non locando aliquam ecclesiam.

Item statuimus quod nullus prælatus, vel rector alicujus ecclesiæ de civitate, vel diœcesi Lucana ecclesiam suam ulterius locet, vel concedat ad firmam, nisi in casibus a jure concessis; & si quis contrafecerit, ipsum excommunicationis vinculo innodamus.

XXVIII.

De usuris non faciendis.

Item statuimus, & ordinamus omnes, & singulos clericos, & personas ecclesiasticas civitatis, & diœcesis Lucanæ, ut nullus ipsorum usuras exercere præsumat, in omnes & singulos, qui contrafecerint aliquo modo excommunicationis sententiam proferentes.

XXIX.

De bestiis non dandis ad collariam.

Item statuimus quod nulla persona ecclesiastica vel per se, vel per alium locet aliquem bovem, vel aliam bestiam ad collatiam, vel concedat in fraudem usurarum, vel contra canonica statuta; & si quis contra fecerit, pœna canonica puniatur.

XXX.

De odiosis, vel indebitis conjurationibus non faciendis.

Item statuimus, & monemus omnes clericos civitatis & diœcesis Lucanæ cujuscumque dignitatis vel ordinis existant, ut nullus odiosas vel indebitas conjurationes, vel colligationes & conspirationes de cætero faciat. In omnes & singulos, qui contrafecerint excommunicationis sententiam promulgantes.

XXXI.

De sepulturis non eligendis.

Item statuimus, sub excommunicationis pœ- C na districte præcipimus; ut cum aliquis alibi, quam in sua ecclesia elegerit sepulturam, ille apud cujus ecclesiam sepultus fuerit de omnibus ex funere provenientibus secundum loci consuetudinem dare priori teneatur.

XXXII.

De prima missa cantanda.

Item statuimus quod quilibet clericus ecclesiasticum obtinens beneficium in civitate, vel diœcesi Lucana postquam fuerit in presbyterum ordinatus infra tres menses proximos a die presbyteratus prædicti suscepti computandos missam D cantet; & tam promoti hactenus, quam promovendi cantare missam intra dictum terminum teneantur, nisi post ordinationem suam ad sacerdotium canonica fuerint præpeditione detenti, & quicumque prædictum (intra) terminum non cantaverint, eundem excommunicamus ..... iis scriptis nisi de nostra licentia steterit speciali.

XXXIII.

De constitutione non facienda pro augendo præbendam.

Item statuimus, & hoc nostro edicto prohibemus, ut nullum capitulum, vel canonici ali- E cujus ecclesiæ civitatis, vel diœcesis Lucanæ, ecclesia vacante constitutionem vel ordinationem, sive ordinamentum ulterius faciant vel comparent de augenda sibi præbenda, vel victu, & si contra factum fuerit totum sit irritum, & inane & contra facientem excommunicamus in his scriptis.

ANNO CHRISTI 1308.

XXXIV.

De eo quod nullus, qui grammaticam nesciat ad dignatatem eligatur.

Item cum valde periculosum existat animarum curas clericis . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

XXXV.

De aliqua accomandisia pecunia non recipienda ab aliquo officiali Lucensis communis.

Item statuimus ut omnes, & singulos . .
. . . .
. . . .

XXXVI.

De non recipiendo officium procurationis contra Lucanum commune.

Item statnimus quod nullus clericus contra Lucanum commune officium procuratoris, vel sindicatus alicujus communitatis, vel personæ laicæ ulterius gerat in curia sæculari, nisi pro ecclesia sive populo, vel pro miserabilibus personis, vel aliis suis conjunctis; & si quis contrafecerit pœnam X. librarum denariorum Lucensium, & majori, juxta negotii qualitatem nostro arbitrio punietur.

XXXVII.

De non faciendo contra Lucense commune aliquod instrumentum.

Item statuimus quod nullus clericus, qui sit nostrates, contra Lucanum comune faciat ultarius aliquod instrumentum publicum, nisi pro Lucano clero vel pro ecclesiis, vel venerabilibus locis, seu personis ecclesiasticis, vel pro eorum subditis, & familiaribus, vel fidelibus, vel pauperibus vel personis convictis, vel contra aliquam aliam personam ecclesiasticam, vel sæcularem civitatis, vel diœcesis Lucanæ; qui contrafeceris nostro arbitrio puniatur.

XXXVIII.

De non ludendo ad ludum taxillorum.

Item statuimus ut universos & singulos clericos & personas ecclesiasticas civitatis, & diœcecesis Lucanæ semel, secundo, & tertio, peremptorie commonemus ut nullus ipsorum ulterius ludat pro se, vel per aliquam aliam personam ludere faciat ad ludum aliquem taxillorum. In omnes & singulos, qui contra fecerint excommunicationis sententiam proferentes. Præsens autem constitutio (ultra) Lucanum episcopatum minime extendenda.

XXXIX.

De non blasphemando Deum, vel sanctos.

Item statuimus & districte præcipimus ut nullus clericus Lucanæ civitatis vel diœcesis, cu-
A jusçumque dignitatis, vel ordinis, vel conditionis existat, Deum, vel B. Virginem Mariam, vel aliquem sanctum, vel sanctos blasphemare præsumat, vel contra crucem, vel imaginem Dei vel B. Mariæ Virginis vel alicujus sancti aliquod inhonestum, vel vituperabile signum facere audeat; illum qui contra fecerit solidos 100. denariorum Lucanorum solvendorum pro subsidio terræ sanctæ prompte quilibet puniendo.

XL.

De armis offendilibus non portandis.

Item, ut clericorum compescatur audacia sta-
B tuimus, quod nullus clericus civitatis, vel diœcesis Lucanæ in locis, ubi habitat, offendibilia ferrea ulterius arma portet absque nostra licentia speciali, nisi eundo, & redeundo extra consuetos habitationis confines. In omnes, & singulos, qui contrafecerint excommunicationis sententiam proferentes.

XLI.

De insultibus non faciendis.

Item volentes clericorum tam religiosorum quam regularium & conversorum, prout possumusconibera audaciam, ut quos Dei timor a
C malo non retrahit . . . . . coerceat a peccato, & ne laici conquerantur, & scandalizentur ..... quod ipsi clerici cum deliquerint puniantur, statuimus, & ordinamus . . . . . .

XLII.

De juramentis non faciendis, & de matrimoniis dissolvendis.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . peccata hoc ipso sint excommunicationis vinculo innodati, illique nullate-
D nus ligati vel adstricti hujusmodi juramento, vel peccato agant pœnitentiam de perjuro sese repetant juramento, vel peccato hujusmodi, quod nullum decernimus non obstante: cum juramentum, & pactum non debeat esse iniquitatis vinculum, sed adminiculum veritatis. Ne autem per ignorantiam se valeant aliqui excusare, præcipimus hoc nostrum decretum per omnes prælatos & rectores ecclesiarum coram populo quater in anno solemniter publicetur.

XLIII.

De maleficiis, vel incantationibus non faciendis.

E * Item statuimus, & prohibemus quod nulla malefica, nulla incantatrix, & nulla divinatrix persona maleficium aliquod per quod alicujus mulieris prægnantis abortus procuretur, partus vel concipiendi auferatur, vel impediatur facultas, vel per quod inter virum & uxorem intervenire nequeat copula conjugalis, vel aliquod impedimentum sequatur; vel incantationem, vel divinationem exerceat in civitate, vel diœcesi Lucana, nullaque alia persona ad tales pro prædictis recurrat, nisi incantatio fieret verbis divinis, vel medicinalibus pro liberandis infir-

* Cave credas permitti hic ad curandos infirmos incantationes, sed permittuntur invocationes quædam Sanctorum vel Dei solemnibus quibusdam precationum formulis, quas episc. iste tolerabat, ut forte breviculum S. Antonii ad febrim fugandam. Ita etiam in verbis medicinalem quandam virtutem agnoscis: quod licet modo vix a superstitione immune judicetur; olim tamen non deerant viri docti qui crederent inesse verbis quibusdam medicam virtutem.

ANNO CHRISTI 1308.

firmis. In omnes & singulaa hujusmodi maleficas, & incantatrices, & divinatrices personas recurrentes ad eas, nisi in prædictis casibus, scilicet pro infirmorum delatione, excommunicationis sententiam proferentes.

XLIV.

De ecclesiastica libertate servanda.

Item cum ex injuncto nobis pastorali officio libertatem ecclesiasticam defendere teneamur, statuimus, & tam potestatem capitaneum, Antianum majorem Syndicum civitatis Lucanæ ac judices & assessores, & cancellarios eorum, & consules & notarios, judices curiarum civi- B tatis ejusdem quam vicarios vicariarum, & judices, & notarios, & nuntios omnium prædictorum, & potestates, consules & omnes consiliarios generales, & speciales & cujuscumque consilii civitatis, & cujuslibet communis, & terræ diœcesis Lucanæ, & alios officiales universorum prædictorum locorum quocumque nomine censeantur deputatos, & deputandas præsenti decreto commonemus, ut omnes & quilibet eorum ratione officii sui, vel personæ observent ecclesiasticam libertatem, & contrafacere, vel venire, opere vel consilio consensu directe, vel indirecte, tacite, vel expresse per se, vel per alios ulterius non præsumant. In omnes & singulos supradictos, qui scienter, & malitiose con- C trafecerint vel iverint, excommunicationis sententiam præferentes.

XLV.

De non faciendo, vel scribendo aliquod instrumentum capitulum contra ecclesiasticam libertatem.

Item pro libertatis ecclesiasticæ defendendu privilegio statuimus & monemus, & universis, & singulis statutariis & scriptoribus, & officialibus, & hominibus singularibus ad statuta communis, vel populi vel civitatis, vel officiorum civitatis Lucanæ condenda & scribenda electis, D & eligendia præcipimus, edicimus ut nullum statutum vel ordinamentum, vel . . . . . .
. . . . , ...
. . . .
. . . .
, ...

XLVI.

De non imponendo aliquam impostam Lucano clero.

Item pro pace, & quiete inter clerum, & populum . . . . E
. . . .
. . . .
. . a . . . .
. . . .
per alios ulterius imponant, vel recolligant vel imponenda consulant vel *arengent* * in publico vel occulto contra ecclesiasticam libertatem, nullamque ipsi clero, vel rectoribus aut ecclesiis, vel venerabilibus locis prædictis violentiam vel injuriam, vel impedimentum aliquod facto imperent vel præstent per se, vel per alios inferri procurent quominus ipsa clerus, prælati, rectores ecclesiæ et loca ut bona eorum in eo- A rum semper & ecclesiasticæ libertatis tranquillitate persistant. Nos enim omnes & singuloa officiales prædictos & homines singulares & eorum fautores, qui contrafecerint, excommunicationis vinculo innodamus.

* peterent

XLVII.

De non faciendo injuriam aliquam Lucano episcopatui vel clero super aliquam jurisdictionem eorum.

Item cum honores, & jurisdictiones, & jura episcopatus & B. Martini Lucani, & aliarum ecclesiarum & venerabilium locorum civitatis, B & diœcesis Lucensis defensare teneamur, ubique statuimus, ut omnes & singulos præsides, rectores, & officiales, & universos nostros subditos civitatis, & Diœcesis Lucanæ præsentes & futuros, cujuscumque honoris ac status conditionia existant, peremptorie commonemus, eis, & cuique ipsorum præcipientes districte ut ipsi episcopatui vel aliis ecclesiis vel venerabilibus locis civitatis, & diœcesis in suis possessionibus, honoribus, & juribus ipsarum ecclesiarum super castris, terris, villis, & hominibua de Moriano, de Sexto, de Aquileja, de Decimo, de Sala Garfagnanæ, de Staffolle, S. Maria in monte Tepori, de Sorbano, pro parte episcopatum Lucanum contingente in ipsa villa Sorbani, vel C aliis castris, & terria ad Lucanum episcopatum, ex imperialibus privilegiis spectantibus, & capitulo S. Martini super castris, terris, & villis & hominibus de Fibbialla, de Massagrosa, de Riscenio ad Gualdo, & juribus capituli ejusdem in Bozzano, Quiesa, & Milliano ad ipsum capitulum pertinentibus, vel super jurisdictione vel honore, vel proprietate, vel possessione eorumdem nullam molestiam, vel violentiam aut injuriam per se, vel per alios inferant vel procurent afferri vel ipsis communitatibus, & hominibus prædictorum locorum aliquod impedimentum præstent, quominus episcopatus, vel capitulum prædictum, & aliæ ecclesiæ, & loca venerabilia in. . . . . . civitatis, & diœcesis in D suis juribus, terris, & possessionibus, & aliis ad ipsos spectantibus omni jurisdictione, honore, & usu ipsorum in dictis terris, & locis & hominibus uti possint & libere exercere; vel aliud in prædictis locis, vel hominibus, vel contra homines dictorum locorum faciant, quod in ipsius episcopatus, vel capituli, vel aliarum ecclesiarum, seu locorum venerabilium sit vel possit præjudicium redundare; & si qui contra fecerint vel venerint vel opere, vel opera, aut consilium, vel favorem ad prædicta facienda præstiterint, ipsos excommunicationi vinculo innodamus.

XLVIII.

De iis, qui fecerint contra ecclesiasticam libertatem, quod non recipiantur ad aliquod officium alicujus ecclesiæ.

Item etiam pœnam persecutorum libertatis ecclesiasticæ statuimus, & prohibemus districte, ut nullus officialium, vel aliorum hominum cujuscumque dignitatis vel artis, vel conditionia existant, qui contra ecclesiasticam libertatem, vel contra præmissas nostras constitutiones de libertate ecclesiæ, de juribus episcopatus, ecclesiarum, & locorum venerabilium civitatis, & diœ-

ANNO CHRISTI 1308.

& diæcesis Lucanæ loquentes . . . . A consensu, vel favore pro judice vel advocato, vel indice &c. . . . .

XLIX.

. . . ., ut infra duos menses proximos post hujusmodi constitutionis publicationem ipsum feudum seu præstationes annuas vel redditus annuales, quos occultaverunt, vel subtraxerunt B in fraudem prælatis, & rectoribus ipsarum ecclesiarum, manifestare procurent, ac eisdem occultatis in alium proximum sequentem mensem debitam satisfactionem impendant, vel super ipsis componant amicabiliter cum eisdem; quodque nullus ipsorum parochianorum occultet aliquod ulterius de prædictis. In omnes & singulos tales occultatores, & parochianos, qui prædicta observare contempserint, excommunicationis sententiam proferentes; & hanc excommunicationem præcipimus quater in anno publice recitari.

L.

De alienationibus feudorum ecclesiarum. C.

Item, cum quidam iniquitatis filii instrumenta publica libellationis, & perpetuos redditus, & possessiones & terras ecclesiarum, & venerabilium locorum civitatis, & diœcesis Lucanæ in ipsorum animarum periculum & ecclesiarum præjudicium in fraudem occultare non formident; statuimus, ut universos, & singulos tales occultatores, & occultos alienatores prædictorum generaliter, & publice commonemus, ut intra duos menses proximos post hujusmodi constitutionis publicationem, ea, quæ de prædictis occultaverunt fraudulenter, & detinent occultata, ipsis prælatis, & rectoribus earumdem studeant revelare, & de ipsis occultatis D eisdem pro eorum ecclesiis intra proximum alium mensem sequentem satisfaciant ut . . . super iis concordent amicabiliter cum eisdem; quodque nulla ulterius persona sic celet, in fraudem, & malitiam vendat, vel alienet aliquid de prædictis. In omnes, & singulos homines, & personas, quæ prædicta observare contempserint, excommunicationis sententiam proferentes. Hanc nostram constitutionem quater in anno quolibet publicando.

LI.

De mandando exequutioni pias causas defunctorum & voluntates eorum.

Item cupientes ut piæ defunctorum voluntates exequutioni mandentur debite, statuimus, quod omnes fidei commissarii hactenus deputati usque ad unum mensem proximum vel ulterius deputandi in annum proximum post defunctorum obitum, eorumdem defunctorum voluntates & judicia, ad quæ constituti sunt, vel fuerunt, exequi fideliter juxta posse teneantur: alioquin ipsos fidei-commissarios omnes, qui hanc constitutionem contempserint, vel distulerint per malitiam observare, excommunicationis vinculo innodamus.

LII.

De eo quod notarii tenentur denunciare ultimas voluntates defunctorum.

Ad hæc etiam statuimus quod omnes notarii, qui ultimis decedentium voluntatibus interfuerint, & de ipsorum testamentis, & judiciis publica fecerunt documenta, judicia ipsa, quia nobis vel prælato, sive fideicommissario, vel personis ad quos ipsorum prosequutio pertinet intra mensem proximum post obitum testatoris revelent, & fideliter manifestent, & contenti salario ex ipsis copiam exhibeant publicam, ut ipsi fidei commissarii, vel ad quos pertinet prædictas copias, voluntates præsertim super infrascriptis restitutionibus faciendis, ut interest, salubriter exequantur; & qui hanc constitutionem non observaverint . . . . excommunicamus.

LIII.

De testibus, qui falsam reddiderint testationem.

Item cum per falsa interdum testimonia veritas . . . . reus absolvatur, & innocens condemnetur . . . .

LIV.

De petentibus debitum jam solutum.

Item omnes homines & personas quod alio . . . .

LV.

De fractoribus ecclesiarum.

Item omnes ecclesiarum fractores, & omnes rerum, & bonorum ecclesiarum raptores, & omnes sacrorum sepulchrorum violatores, & omnes qui alicui mulieri religiosæ violentiam intulerunt impetu voluntatis, & omnes incendiarios, & omnes deturbatores stratarum, & omnes fures nocturnos, & omnes agrorum & vinearum depopulatores occultos, & omnes qui terrarum terminos in fraudem destruxerunt, vel mutaverunt divisivos, & omnes qui ad domum alterius vel in aliqua parte in præjudicium, vel injuriam vel dedecus alicujus personæ lapides de nocte latenter projecerint, vel projici fecerint in civitate, vel diœcesi Lucana excommunicationis vinculo innodamus, quam excommunicationem E quater in anno decernimus solemniter publicandam.

LVI.

De mutuantibus ad usuram.

Item cum secundum sacræ scripturæ doctrinam nullus fœnerator in templo dominico requiescit, statuimus ac prohibemus hoc nostro generali decreto, præcipimus, ac monemus, ut nulla ulterius persona in civitate, vel diœcesi Lucana alienigena, vel terrigena usuras exercere præsumat, nullusque manifestis usurariis

ANNO CHRISTI 1308.

riis domum aliqnam de cætero locet, vel concedat; sed locatam revocet unusquisque, & locationem usque ad mensem post hujusmodi publicationem constitutionis rescindat. In omnes, & singulos usurarios manifestos, & locatores hujusmodi, qui hanc constitutionem contempserint observare, excommunicationis sententiam proferentes; præcipientes ut hæc constitutio quater in anno solemniter publicetur.

LVII.

De pœnitentia sumenda.

Item cum omnes christiani utriusque sexus annos discretionis habentes omnia sua confiteri peccata annis singulis teneantur, statnimus, & universos nostros subditos commonemus, ut quilibet homo utriusque sexus major XIV. annorum, saltem semel in anno, omnia sua solus peccata confiteatur suo proprio sacerdoti, vel alteri presbytero de superioris, vel nostra, vel proprii sacerdotis quæsita, & obtenta licentia speciali; & quod de confessione facta & pœnitentia sic accepta ab alio sacerdote unusquisque suo prælato vel presbytero proprio faciat fidem relatione, vel nuntio fide digno, vel litteris confessoris, alioquin ab ecclesiæ repellatur ingressu vivens, & moriens christiana careat sepultura. Ad hoc universis ecclesiarum prælatis & rectoribus curam animarum habentibus districte præcipimus, ut hanc nostram constitutionem primo die lunæ quadragesimæ, die paschatis resurrectionis Dominicæ, die sabbati omnium Sanctorum, & die festi nativitatis Christi coram populo in ecclesiis singulis annis diligenter studeant publicare.

LVIII.

De eo quod Medici tenentur consulere infirmis ad pœnitentiam sumendam.

Item considerantes etiam quod anima nobilior est corpore, & quod acutorum morborum indicia sunt incerta, & aliquos interdum mori contingit repente, & quomodocumqne animæ medicina . . . . ad salutem; statuimus ut cum fuerint ad infirmorum visitationem eisdem infirmis . . . . eosdem doceant & inducant, ut medicos salubres animarum ... procedant ad impendendum corpori medicamentum . . . .
. . . .

LIX.

De non veniendo contra nostras constitutiones.

Item . . . . statuentes, universos tam clericos & personas . . . . nobis subditos hac generali constitutione semel . . . . & ei, & cuique ipsorum districte præcipimus, ut domini habentes prædictas constitutiones, & quæ in eis continentur observanda observent, agenda peragant, publicanda publicent, recitanda recitent, & contra prohibita non excedant, si salutem, honestatem, & quietem suam diligunt, & pœnam imponendam pertimescunt; & ut nulli per ignorantiam se valeant excusari, eas generali nostro synodo ad hoc convocato mandamus publice recitari, præcipiendo insuper universis ecclesiarum prælatis, civitatis, &

A diœcesis Lucanæ sub excommunicationis pœna districte, ut unusquisque pro se, & suo capitulo, & cappellanis plebatuum easdem constitutiones intra tres menses proximos post publicationes earum de Manu Berti notarii recipiant publicatas, & ter in anno coram suo capitulo & cappellanis eas omnes, & illas publicandas, quæ de laicis loquuntur quater in anno, ut continetur in eis, publice legere, & vulgariter exponere non omittant.

LX.

De armis non portandis.

Licet clericos religiosos & conversos congruis B attollere favoribus, & eorum immunitates, jura, & privilegia illibata conservare pro viribus intendamus, tamen ipsos suis juribus, & honoribus ita volumus esse contentos, quod immunitatum, & jurium suorum limites observantes jura non impediant, vel occupent aliorum, & qui eorum verbis, & exemplis laicos debent ad viam vitæ & rectitudinis revocare, ipsos in mortis devia non impellant, & ex ipsis fomites eorum erroris, & discordiarum materiam dicantur laici invenire: sane sicut nos tam facti experientia, quam frequens clamor instruxerit, quidam clerici religiosi, ac ecclesiarum, venerabilium locorum Lucanæ civitatis, & diœcesis conversi nec in vestimentorum forma, nec C in modo tonsuræ, nec in qualitate negotiorum de clerico religioso, seu converso quicquam ostendunt; ad pœnæ subterfugium se pro clericis religiosis seu conversis solummodo exhibentes, & cum super excessibus, quos sæculari luxu committunt, & negotiationibus sæcularibus, quas exercent, ad publica judicia pertrahuntur, & circumcisis crinibus, & habitu clericali, seu religioso assumpto, ut possint circumvenire vindictam, se pro religiosis, vel conversis, seu clericis repræsentant, fori privilegium labiis allegantes, & factis negaverant paulo ante. Verum quia privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate; & frustra legis invocat auxilium, qui committit in legem; nos volen- D tes tam prædictarum animarum periculis, quam scandalis, & malis exemplis quæ . . . . occurrunt, possunt occurrere, auxiliante Domino, præcavere, omnes clericos religiosos, conversos sæcularium ecclesiarum, vel venerabilium, seu religiosorum locorum Lucanæ civitatis, & diœcesis semel, secundo, & tertio peremptorie commonemus, ut seipsos debeant emendare, & sæcularibus negociationibus, & officiis dimissis, omnino vestes, & tonsuram portare debeant congruentes; ita quod in modo tonsuræ & vestimentorum eorum religioni conveniant, & a laicis discernantur. Ita quod per civitatem Lucanam, seu burgos, vel castra, vel vicos, ubi habitant, nulla arma portare debeant absque E nostra licentia speciali; nisi quando illi de civitate irent extra civitatem, vel burgos, vel subburgos sine nostra licentia . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

LXI. De



ANNO CHRISTI 1305.

LXI.

De non audiendis aliquibus causis.

. . . . . . Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut . . . .
. . . .
quod causæ matrimoniales non sint tractandæ per quoslibet . . . . . judices, qui potestatem habeant judicandi, et statuta canonum non ignorent; et alibi in jure causæ perhibeantur committi, nisi in civitatibus vel locis magnis, seu insignibus, ubi haberi valeat juris copia peritorum; tamen ad audientiam nostram plurium fide dignorum relatione pervenit, quod nonnulli plebani, priores, & eorum vicarii Lucanæ civitatis, & diœcesis causas vertentes inter personas suarum plebatuum matrimoniales, & in quibus tamen periculum vertitur, indifferenter audiant, & eas decidere non formident; unde interdum evenit, quod matrimonia contracta legitime dissolvuntur, & alia mala, & animarum pericula multoties interveniunt, quæ ad præsens causa brevitatis omittimus, quæ longum esset per singula enarrare; nec non litigantes, propter peritorum distantiam, & maxime jure canonico, multiplicibus expensis & laboribus aggravantur. Quare volentes in prædictis, ut dictum est, animarum pericula, & subditorum nostrorum parcere laboribus & expensis, semel, secundo, & tertio peremptorie Lucanæ civitatis & diœcesis plebanos, priores, & eorum vicarios commonemus, ut de causis aliquibus audiendis (abstineant) nisi privilegio Apost. sedis vel ex commissione ipsius vel ejus legati, seu legitima sint præscriptione muniti, quam præscriptionem intra tres menses nobis, vel personæ ad hoc a nobis deputatæ ostendere teneatur; alioquin in omnes, & singulos monitoris nostræ hujusmodi constitutionis contemptores excommunicationis sententiam promulgantes.

LXII.

De non promovendo, vel confirmando aliquem ad aliquod beneficium, nisi habuerit XXV. annum.

Licet in canone a fel. recor. D. Gregorio Papa X. edito in Concilio Lugdunensi in can. *de elect.* inter cætera contineatur expresse, quod nullus ad regimen parochialis ecclesiæ suscipiatur, nisi XXV. annum ætatis attigerit; ac scientia, & moribus commendandus existat; decernendo de parochialibus ecclesiis iis, qui non attigerint XXV. annum, juribus omnino carere; quia tamen in observatione canonis memorari nonnulli clerici, & laici Lucanæ civitatis & diœcesis se, ut percepimus, exhibent negligentes, & etiam contra ipsum canonem scienter, & malitiose delinquunt, pœna canonis prædicti etiam in cunctis, & aliorum canonum pœna impensa, nos Fr. Henricus, Dei gratia, Lucanus episcopus tam periculose illorum negligentiæ & malitiæ obviare volentes, ac cupientes canones prædictos in civitate, & diœcesi prædictis metu pœnæ & conditionis per nos additæ arctinribus ab omnibus inviolabiliter observari, præsenti nostro decreto statuimus & ordinamus de fr. nostrorum consensu, quod nullus de cætero clericus, vel laicus cujuscumque religionis, vel ordinis, aut dignitatis, vel conditionis existat, civitatis, vel diœcesis memoratæ ad regimen parochialis ecclesiæ vel ad prælaturam nostri episcopatus eligere, seu præsentare audeat aliquem, qui non attigerit XXV. annum, & in sacris non fuerit ordinibus constitutus, nullusque prælatus, vel rector aut vicarius alicujus . . . .
. . . .
a publicatione præsenti, ac diebus solemnibus resurrectionis Dominicæ, SS. Petri & Pauli, Omnium Sanctorum, & festi Natalis Domini diligenter coram populo exponere & publicara procurent.

ANNO CHRISTI 1305.

LXIII.

De clericis ordinandis.

In Dei nomine Amen. Nos Henricus, Dei gratia, Lucanus episcopus, volentes quod ecclesiæ civitatis & diœcesis Lucanæ a prælatis, rectoribus, & canonicis earum in debitis ordinationibus serviantur decenter, universos, & singulos prælatos, rectores & canonicos ecclesiarum civitatis, & diœcesis prædictæ nobis subditos ordinandos, semel, secundo, tertio peremptorie ac publice commonemus, eisdem, & cuilibet eorum sub excommunicationis pœna districte præcipientes, ut in proximum venturum quatuor jejuniis coram nostra præsentia se præsentent, suscepturi ordines secundum quod ipsorum beneficiorum cura requirit. Alioquin in omnes, & singulos prælatos, rectores & canonicos, et quemlibet eorum nostræ monitionis, ac mandatorum hujusmodi contemptores ex nunc prout ex tunc in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus; contra eos alias nihilominus processuri prout de jure videbimus procedendum.

LXIV.

De iis, qui assumpti fuerint in ordinem sacerdotalem, quod tenentur missam cantare.

Item nolentes quod illi prælati, rectores, & canonici ecclesiarum civitatis, & diœcesis Lucanæ, qui jam sunt presbyteri ordinati, & nondum missam cantaverunt, ad serviendum Deo, & ecclesiis suis sint ulterius negligentes, ne amplius videantur in vanum sacerdotii ordinem suscepisse, eosdem presbyteros omnes, & quemlibet eorum nobis subditos, semel, secundo, & tertio peremptorie ac publice commonemus, ut ipsi, & quilibet eorum hinc ad mediam quadragesimam præsentem missam cantare procurent; alioquin in omnes, & singulos tales presbyteros beneficiatos, qui nostris monitionibus contempserint obedire, ex nunc prout ex tunc in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

LXV.

De continua residentia facienda.

Item nolentes quod ecclesiæ nostræ debitis obsequiis defraudentur, universos & singulos earum ecclesiarum prælatos, & rectores civitatis, & Diœcesis Lucanæ ecclesiasticum obtinentes beneficium curam animarum habens, sive .....
semel,

ANNO CHRISTI 1308.

semel, secundo, & tertio peremptorie monemus, ut ipsi, ac quilibet eorum continuam residentiam faciant in eisdem, ais serviant, ut tenentur, & ab ipsis ecclesiis ultra unum mensem ulterius non assentent se in fraudem, vagando absque nostra licentia speciali; & illos, qui contrafecerint, seu monitionibus nostris hujusmodi contempserint obedire, ex nunc, prout ex tunc, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus. Alias contra eos, prout videbimus expedire, processuri.

LXVI.

De conversis ecclesiarum dando in scriptis D. episcopo.

Item cum bonus pastor videns sæpe oves suas . . . .

. . . .

intra eumdem terminum personaliter compareant coram nobis, alioquin tam in prælatos & rectores, quam in conversos ipsos omnes, & quemlibet eorum, qui nostris monitionibus hujusmodi obedire contempserint, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationem ferimus in his scriptis.

LXVII.

De numero canonicorum habendo in ecclesiis.

Item cupientes quod tam prioralibus, quam baptismalibus ecclesiis civitatis, & diœcesis Lucanæ in debito, & consueto canonicorum numero serviatur decenter, universos, & singulos priores & plebanos civitatis, & diœcesis prædictæ, semel, secundo, & tertio peremptorie, ac publice præsenti scriptura monemus, ut unusquisque prior, & plebanus statutum, seu consuetum canonicorum numerum ecclesiæ, ac plebis suæ hinc ad unum mensem proximum futurum eligere, seu habere procurent, qui continua in ipsa residentiam facientes, eidem in ordinibus, secundum quod ipsius beneficii cura requirit, de cætero serviant diligenter, sicut canonici tales tenentur servire de jure; alioquin in omnes, & singulos priores, & plebanos, qui nostris monitionibus obedire contempserins, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & contra eos alias nihilominus processuri, ecclesias, & plebes ipsas de canonicis idoneis officio nostro curabimus ordinare, prout videbimus expedire.

LXVIII.

De non eundo pesando panem.

Cum sæcularia officia, & negociationes sint clericis penitus interdicta, Nos Fr. Henricus, Dei gratia, Lucanus episcopus, omnes & singulos clericos civitatis & diœcesis Lucanæ cujuscumque status & conditionis existant, semel, secundo, & tertio peremptorie commonemus, & eis, & cuilibet eorum sub excommunicationis pœna districte præcipientes, ut nullus eorum pesandi officium venaliter vel aliquid aliud in fraudem a laicis quibuscumque commissum in civitate, vel diœcesi prædictis ulterius exerceat, nullusque tabernam vini, seu vinum teneat advendendum, vel vendi faciat in suarum ecclesiarum domibus, vel alienis absqua nostra in utroque casu speciali licentia; in omnes & singulos qui fecerint ex nunc, prout ex tunc, in his scriptis excommunicationis sententiam promulgantes.

ANNO CHRISTI 1308.

LXIX.

De non portando arma prohibita.

Item, sacris constitutionibus nostris de armis prohibitis non portandis loquentibus, omnes & singulos clericos civitatis, vel diœcesis Lucanæ, semel, secundo, & tertio peremptorie, ac publice commonemus eis, & cuilibet eorum sub excommunicationis pœna præcipientes districte, ut nullus eorum contra formam constitutionum earum arma prohibita ulterius ... portet absque nostra licentia speciali. In omnes & singulos clericos cujusvis conditionis existant, qui contra fecerint, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam ferentes in his scriptis.

LXX.

De non absolvendo aliquid usurarium.

. . . .

Nos vero volentes excogitare hujusmodi malitiæ . . . . . . divinæ providentiæ, quo melius possumus, obviare de consensu nostri capituli & vocata innumera multitudine clericorum in nostro synodo duximus statuendum, quod nullus clericorum nostrorum sine nostra, vel nostri vicarii licentia speciali audeat absolvere aliquem usurarium manifestum. In cujus absolutione formam hujusmodi volumus observari, ut liber in quo usuræ continentur extortæ in manibus illius, cui confitetur, ipse usurarius teneatur liberaliter consignare, receptus nomine nostro, & illorum, quibus est restitutio facienda, ab ipso usurario pignoratitia vel idonea cautione, quod si eum contigerit ab ægritudine liberari in trium mensium spatium, postquam sanitati fueris restitutus, nobis, vel alteri personæ, cui restitutionis officium vel exequutiones hujusmodi duximus committendas, illam pecuniæ quantitatem personis, a quibus extorsit illicite, restituendum, quam in ipsius usurarii, quatenus non invenietur, habita, & extorta. Quo usurario moriente fidejussores ipsius usurarii ad restitutionem faciendam specialiter oblegati, in ejusdem temporis spatium prædicta licite, & integre facere teneantur, recepto ab eis fidejussoribus, si hæredes fuerint ipsius usurarii, de prædictis totaliter observandis corporaliter juramento. Si vero usurarius librum aliquem non fecerit de usuris pecuniarum dicti usurarii, & ipsam quantitatem sic extortam, in publico instrumento faciat confiteri nomine illorum, a quibus habuit, & extorsit, & summam quantitatis extortæ a quolibet, si recordari poterit, fideliter exprimi faciendo; quam cautionem spe cæcitatis, & præteritæ conditione rebellionis, ut præmittitur, pertinaciter recusaverit, eidem usurario peccatorum suorum absolutio, & alia sacramenta ecclesiastica denegentur, & in fine careat ecclesiastica sepultura; & quia parum podesset constitutionem facere, nisi ab illis, a qui-

Locus mendosus.

ANNO CHRISTI 1308.

quibus statuitur, observetur, monemus omnes prælatos, & religiosos rectores civitatis, & diœcesis Lucanæ, primo, secundo, & tertio peremptorie districte eis sub excommunicationis pœna præcipientes, ut præsentem nostram constitutionem factam pro salute animarum nostrarum observent; et si contrarium fecerint, ipsos excommunicationis sententia innodamus.

LXXI.

De non eundo ad moniales.

Item cupientes dissolutos, et infamiæ nota notandos accessus quorumdam hominum et personarum in posterum faciendos ad loca et monasteria monialium civitatis, et diœcesis Lucanæ via, qua conveoli, coercere, et illorum maliciis obviare, statuimus et universos, et singulos, tam clericos, et religiosos, quam laicos utriusque sexus civitatis, et diœcesis Lucanæ semel, secundo, & tertio peremptorie commonemus, ut nullus ipsorum audeat, vel præsumat ad dicta loca, & monasteria accedere sine manifesta, necessaria, honesta & rationabili causa absque nostra licentia speciali; in omnes, & singulos, qui contra fecerint, excommunicationis sententiam proferentes, Præsens autem constitutio ad patrem, vel . . . . . . amicum fratrem vel sororem monialium prædictarum nullatenus ....,

LXXII.

De non vocando clericos vel coadunando.

Cum universales clericorum conversationes per . . . . merito sint suspectæ, monemus singulas personas Lucanæ civitatis, vel diœcesis semel, secundo, & tertio.

. . . .

prælati, quam prætextu prælationis eorum sua capitula, vel conventus pro .... negociis vocent suos subditos, et hos faciant conveniri, vel procuratores aliquorum conventuum, quibus liceat, temporibus consuetis, vocare illos, qui tamen fuerint de congregationibus, et conventibus eorumdem aut vicarius episcopi generalis. In convocantes, et convenientes, et omnes et singulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc, in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

LXXIII.

De non ingrediendo claustrum monialium.

Ut utilitati monialium salubriter consulatur, & omnis periculi materia evitetur, monemus semel, secundo, et tertio peremptorie omnes, at singulos tam clericos, quam laicos, ac omnes et singulas abbatissas, priorissas, et moniales, ut nulli clerico, vel laico pateat aditus ad easdem. Nec ingrediantur clausuram eisdem monialibus specialiter deputatam; nec ipsæ moniales aliquam personam recipiant in ambitu clausuræ sine nostra, vel nostri vicarii licentia speciali, nisi fuerit medicus, qui intraverit pro infirmis, aut magistri lapidum vel lignaminum pro reparandis domibus, vel ædificiis faciendis, aut laborantes, vel aliæ personæ pro introducendis rebus necessariis, sine quibus non possent ipsæ moniales seu dominæ commode sustentari, aut sacerdos pro audiendis eorum confessionibus, et impendendis ecclesiasticis sacramentis laborantibus in extremis, vel alia gravi infirmitate, et sepeliendis corporibus defunctarum. In omnes et singulos, et singulas contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis. Item quod nullus sacerdos audiat confessiones earum, vel eas absolvere possit sine licentia nostra speciali, nisi ille, quem ad hoc duximus deputandum.

ANNO CHRISTI 1308.

LXXIV.

De dando in scriptis omnia beneficia domino episcopo per clericos obtenta.

Cum pluralitatem beneficiorum tam generale concilium quam nostra episcopalis constitutio interdicat, et multi sint clerici, et prælati in civitate, et diœcesi Lucana plura cum cura, et sine cura beneficia obtinentes; omnes & singulos clericos, & prælatos civitatis & diœcesis Lucanæ monemus, ut civitate intra unum mensem, diœcesani vero intra duorum mensium spatio a die monitionis hujusmodi beneficia cum cura, vel quibus cura non attineat animarum, quæ in civitate, vel diœcesi obtinent, nobis cum ipsorum beneficiorum titulis seu nominibus in scriptis debeant intimare, cum dispensationibus, quas habere se asserunt de eisdem, quem terminum eis pro primo, secundo, & tertio peremptorio termino assignamus. Alioquin contra tales plurima hujusmodi beneficia obtinentes, et contra monitionem nostram hujusmodi temere venientes elapso dicto termino ad privationem suorum beneficiorum procedemus, quantum instantia suadebit sibi et collatione.... beneficii, vel ejus qui sibi de jure debebit reservata.

LXXV.

De revocatione dispensationum super absentia ab ecclesiis.

. . . .

LXXVII.

De litteris non auferendis de manibus sui nuncii.

. . . .

per se vel per alium, seu alios litteras nostras cujuscumque tenoris existant, audeant tollere, vel rapere de manibus nostrorum nunciorum, aut eas quomodolibet lacerare, at pedibus conculcare; sed ipsas litteras reverenter recipiant quando eis per aliquem nunciorum nostrorum fuerint præsentatæ; qui in fraudem faciant earumdem, ex nunc ex ipso facto omnes, et singulos contrarium facientes excommunicationis sententiæ volumus subjacere.

LXXVII.

ANNO CHRISTI 1308.

LXXVII.

De licentia data per D. epiſcopum ſacerdotibus pro abſolvendo peccatores ab ipſo D. epiſcopo revocata.

Quia multi noſtris gratiis abutuntur, et prædeceſſorum noſtrorum litteris, abſolvendo peccatores de gravioribus culpis, quæ tamen diœceſano Epiſcopo reſervantur, et excommunoica-
A tos excommunicatione majori imprudenter ab excommunicationum ſentcotiis abſolvendo, volentes animarum ſaluti, prout ex noſtro tenemur officio, providere, ne recipiaotur (f. perdantur) animæ confitentium, ſacerdntibus prædictis, quibus gratiæ hujuſmodi conceſſæ ſunt per nos, vel prædeceſſores noſtros, ſeu officiales noſtros tam religioſis quam aliis quibuſcumque conceſſas præſentialiter revocamus, et eis et cuique eorum interdicimus ſupradicta.

ANNO CHRISTI 1308.

EXPLICIUNT CONSTITUTIONES D. HENRICI LUCANI EPISCOPI.

De dando in ſcriptis D. epiſcopo omnes converſos.

Cum bonos paſtor ſæpe videre habeat oves ſuas, ut quas paſcere, quas tueri, quas indefenſas a ſuo grege expellere teneatur, cognoſcat, univerſos & ſingulos eccleſiarum, et venerabilium locorum prælatos, & rectores, religioſos & ſæculares civitatis, & diœceſis Lucanæ ſemel, ſecundo, & tertio peremptorie commonemus, ot intra duos menſes proxime venturos quilibet eorum omnes converſos eccleſiæ, & loci ſui nobis dare per ſcripturam procnrent, & illis cum inſtrumentis converſariæ ipſorum prin-
B cipaliter coram noſtra præſentia repræſentent, & nihilominus converſos omnes cujuſvis eccleſiæ, ac loci prædictæ civitatis, & diœceſis, & illos & converſos aliarum eccleſiarum cujuſvis alterius diœceſis, & qoi ratione domicilii ſint vel fuerint ante converſariam cives vel . . . . Luc. & qoilibet eorum ſemel, bis, ac ter, ac publice peremptoria commonemus, ut unuſquiſque ipſorum cum chartis ſuæ converſariæ ....

. . . .

C O N C I L I U M   A U S C I T A N U M.

Ex MS. codice illuſtriſſimi archiepiſcopi, Remenſis coadjutoris, Mauritii Caroli Tellerii.

Conſtitutiones & ſtatuta in pruvinciali concilio Auſcis celebrato, edita per reverendum in Chriſto patrem Amaneum Dei gratia archiepiſcopum Auſcitanum, die v. Kal. Dec. ann. Dom. MCCCVIII.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut eccleſiaſtici beneficiorum & officiorum ſuorum jura viriliter defendant.*
2. *De celebratione Miſſarum.*
3. *De uſuris.*
4. *De monachis & regularibus.*
5. *De penſionibus religioſorum.*
6. *Renovatio & approbatio conſtitutionum.*

C A P I T U L A.

I. Ut eccleſiaſtici beneficiorum & officiorum jura viriliter defendant.

STatuimus quod quæcumque perſonæ juriſdictioni noſtræ ſubditæ, cujuſque conditionis, dignitatis, vel eminentiæ exiſtant in provincia Auſcitana, jura & deveria, quæcumque jure, uſibus vel conditionibus ipſarum, eccleſiis, beneficiis, abbatiis, perſonatibus, prioratibus, vel officiis debita, viriliter omnibus remediis quibus ſe juſte juvare poterunt acquirendo, retineant, &
C acquirant: adeo quod non poſſint de negligentia per ſoperiures redargui vel puniri. Si dictæ perſonæ in prædictis negligentes fuerint, vel remiſſæ: earum ſuperiures poſſint earumdem ſopplere defectum, exigere, acquirere eccleſiis & petere ante dicta.

II. De celebratione Miſſarum.

Vulentes Divinum officium amplius pro viribus ampliare, ſtatuimus quud
D quilibet reſidens intitulatus in eccleſia cathedrali vel collegiata, regulari vel ſæculari, babeat bebdomadam ſibi aſſignatam officiorum eccleſiæ in ordine, in quo fuerit conſtitutus: ſi presbyter, dicere Miſſam; diaconus, evangelium; & ſic de aliis: & prædicta habeant executioni demandari per deputatum vel deputandum per eorum ſuperiures, qui præſunt eccleſiis ſupradictis. Et ſi qui prædicti inferiures non ubediunt præla-
E tis ſuis, vel illis qui per eos fuerint deputati: per ſubtractionem præbendæ unius ſeptimanæ, ut ſuo prælato videbitur, puniatur: vel nibilominus plus vel minus legitime puniendus, pruut protervitas ſeu inubedientia demeruerit delinquentium. Super prædictis vero conſcien-

tiis ordinarii ...... quos dispensare valeaot, si ipsis videbitor faciendum.

III. De usuris.

Ut animarum periculis salubrius obvietur, provide duximus statoendum, ut decretalis *Usurarum voraginem*, posita in titulo de usuris libro sexto, provinciali concilio habeatur: & semper rectores parochialium ecclesiarum, plebibus indicant, ne quis per ignorantiam valeat se tueri. Verum quia juxta canonicas sanctiones ille usurarius est censendus, qui ex pacto pro mutuo recipit aliquid ultra sortem: item censetor eodem modo juxta statuta & privilegia, super hoc & multis aliis articulis ecclesiæ utilitatem conceroentibus, sigillata in cera viridi in thesaoro archiepiscopi Auscitanæ ecclesiæ.

IV. De monachis & regularibus.

Edicto perpetuo inhibemus, ut abbates regulares, bona eis & suis monachis conventualibus commonia nullatenus dividaot: irritum decernentes, si contra hæc fuerit aliquid effectualiter attentatom. Pari prohibitione utiliter statuentes, ne abbates regulares monachis simplicibus aliqnas pensiones assigoeot stantes in peculiis, bladis, vel rebus aliis quibuscumque. Quod si cootra fecerlot abbates superius nominati, pensionem aliqualiter assignaodo: pensiones prædictas infra aooum repetant. Quod si prædictas pensiones infra annum prælati enm effectu non duxerint repeteodas: ex tune episcoporum quilibet, dictorum siquidem prælatorum, pensiones prædictas possit & valeat mensæ propriæ applicare: decernentes pensionis assignationem vel pensionom factam in contrariom, nollius existere firmitatis. Statneodo nihilominus, omnes monachos provinciæ Auscitanæ debere comedere in uno refectorio, & in uno dormitorio pariter dormire, juxta B. Benedicti regulam & canonica instituta. Renovantes scienter pariter & expresse constitutionem super his alias editam a nostris prædecessoribus: ne quis super his per noo usom se valeat aliqualiter excusare: injungentes abbatibus, ut prædicta sic observent & faciant observari, quod non possint a nobis vel a suis ordinariis de culpa vel negligentia reprehendi. Præsentem vero constitutionem non tantom ad futura extendi volumus, sed etiam ad præterita & præsentia mandamus.

V. De pensionibus religiosorum.

Cum nonnulli mendicantes, transeuntes ad ordinem non meodicantium, ad ambitiones, ad honorum beoeficia, vel pensiones, eo libeotins optent sic transire, quo facilius possint prædictorum aliquid obtinere: nolentes in ea vocatione in qua vocati sunt juxta dictum apostoli permanere: hinc est qood nos speciali constitutione doximus statuendum, quod prædictis quondam mendicantibus in ordine non mendicantium persistentibus pensiones aliquæ in pecoiniis, bladis, vel rebos aliis quibuscumque, a prælatis ipsorum nullatenus assigoentur. Quod si factum fuerit in contrarium, nullum decernimos esse ipso facto. Quod si contra fecerint prælati superius nominati, peosionem eis aliqualiter assignaodo: * pensiones prædictas infra anoum prælati prædicti cum effecto duxeriot repetendas, ex tuoc episcopi quilibet, dictorum siquidem prælatorum, pensiones prædictas possint & valeant mensæ suæ propriæ applicare. Præsentem vero constitutiooem nedum ad futura extendi volumos, sed etiam ad præterita & præsentia mandamus.

* Deest, nisi.

VI. Renovatio & approbatio constitutionum.

Cum molta sit diligentia per nostros prædecessores provisum casibus, qui solent in nostris civitate & diœcesi ac provincia Auscitana evenire, per coostitutiones legitimas provinciales quæ ab aliquibus minus debite observantur: hinc est quod nos omnes constitutiooes provinciales, alias per prædecessores nostros & etiam per nos editas, renovamus, approbamus, easque de fratrum nostrorum consilio & assensu ex certa scientia confirmamus, ac ipsas inviolabiliter præcipimus observari.

ANNO CHRISTI 1309. ANNO CHRISTI 1309.

CONCILIUM LONDINENSE

Celebratum in ecclesia S. Pauli, die Lunæ proxima post festum S. Edmundi regis & martyris, anno Domini MCCCIX. per Robertum de Wynchelse, Cantuariensem archiepiscopum, cum suffraganeis, & aliis.

Ex tomo II. collectionis conciliorum Anglicanæ.

Ex vet. cod. MS. in registro principali archiepiscopi Cantuar.

CElebrata primitus Missa de sancto Spiritu, per Norwycensem archiepiscopum, & ceteris episcopis, pontificalibus indutis, post finitam Missam archiepiscopus proposuit verbum Dei in Latino, in quo reprehendit episcopus mala per preces electos, vel ambitionem: necnon & eos, qui non stant pro jura ecclesiæ. Finito autem sermone, dedit indulgentiam XL. dierum omnibus qui eidem sermoni interfuerant, confessis & contritis: & deinde exposuit in genere occasionem convocationis concilii quæ in certificatorio London. episcopi continetur. Et quia multum dies transivit, nihil plus actum fuit illo die. In crastino autem comparuerunt omnes episcopi, non induti pontificalibus, sed cappis suis clausis; necnon & ceteræ personæ ecclesiasticæ prædictæ in eodem loco. Et primo legebantur bullæ apostolicæ, propter quas fuit convocatum concilium: necnon & littera certificatoria Londonensis, prout inferius describitur. Bullæ autem ideo ante certificatorium legebantur, quia propter illarum primam, habuit archiepiscopus auctoritatem vocandi exemptos populum non habentes. Et est sciendum, quod Norwycensis, qui celebravit Missam, dedit solemnem benedictionem in Missa, propter reverentiam corporis Christi, quod ante se habuit in altari; & orationes consuetas eamdem benedictionem præcedentes. Bulla convocationis ad concilium generale, hic proximo describitur.

Eadem paucis immutatis, est initio concilii Viennensis, inscripta Philippo Francorum regi.

Bulla super convocatione ad Concilium generale.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi, & episcopis, ac dilectis filiis, electis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis, archipresbyteris, archidiaconis, & aliis ecclesiarum prælatis, exemptis & non exemptis ac eorum capitulis & conventibus, per Cantuariensem provinciam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

REgnans in cælis triumphans ecclesia, cujus pastor est Pater æternus, cui sanctorum ministrant agmina, & laudis gloriam angelorum chori decantant: in terris, ad sui similitudinem & repræsentationem, constituit ecclesiam militantem, unigenito filio Dei vivi, domino Jesu Christo, ineffabili commercio copulatam, in qua idem unigenitus Dei Filius a Patre progrediens, per illustrationem Paracliti procedentis pariter ab utroque, statuit fidei fundamentum. Sane Romana ecclesia, mater alma fidelium, caput est, disponente Domino, ecclesiarum aliarum omnium, & magistra: a qua, veluti a primitivo fonte, ad singulas alias ejusdem fidei rivuli derivantur: ad cujus regimen, voluit Christi clementia Romanum pontificem vice sui deputare ministrum, ut instructionem ac doctrinam ipsius eloquio veritatis evangelicæ traditam, cuncti renati fonte baptismatis teneant & conservent: & qui sub hac doctrina cursum vitæ recta peregerint, salvi fiant; qui vero ab ea deviaverint, condemnentur.

Ipsa nempe Romana mater ecclesia, juxta exigentiam possibilitatis ipsius, ad cunctas orbis provincias, in quibus Divini nominis cultus viget, fideique catholicæ observantia rutilat, intuitum sedulæ considerationis extendens, ac subjiciens ab olim suæ considerationis examini, diuturnæ calamitatis angustias illius specialis hæreditatis Dominicæ, videlicet Terræ sanctæ, ab infidelibus miserabiliter conculcatæ, in qua idem Patris æterni Filius, nostræ carnis indumento contectus, salutem humani generis, pietate ineffabili extitit operatus, quamque sua ipse voluit corporali insignire præsentia, & proprii aspersione sanguinis consecrare, multa sollicitudine studuit eidem terræ, retroactis temporibus, quibus potuit remediis, ut eriperetur ab ipsis impiis, subvenire. Et quia inter ceteros, quos professio Christianæ religionis includit, milites & fratres domus militiæ Templi Jerosolymitani, sicut est toti orbi notorium, tanquam speciales ejusdem fidei pugiles, & jam dictæ terræ præcipui defensores, ipsius terræ negotium principaliter gerere videbantur: ipsos & eorum ordinem præfata ecclesia specialis favoris plenitudine prosequens, eos adversus Christi hostes crucis armavit signaculo, multis exaltavit honoribus, ditavit facultatibus, ac diversis libertatibus & privilegiis communivit.

Hi nimirum cum crederentur in Domini servitio, sub regulari habitu, fideliter militare: sibi quasi cunctorum fidelium manus cum multiplici erogatione bonorum sentiebant multiplicari, multisque modis propterea adjutrices. Sed proh dolor! nova & calamitosa vox de malignitatis fratrum ipsorum enormitate progrediens, nostrum replevit, immo verius perturbavit auditum. Hæc enim vox nuncia lamentationis & gemitus, audientibus horrorem ingerit, commovet animos, mentes turbat, & cunctis fidei Christianæ cultoribus, novæ & ineffabilis amaritudinis calicem subministrat: & dum facti seriem ejus necessitate poscente, depromimus, noster attenuatur præ angustia spiritus, & valetudinis fatigata confractibus, membra singula præ nimio dolore tabescunt.

Dudum siquidem, circa nostræ promotionis ad apicem summi pontificis initium, etiam antequam Lugduni, ubi recepimus nostræ coronationis insignia, veniremus, & post, tam ibi quam alibi, secreta quorumdam nobis insinuatio intimavit: quod magister, præceptores, & alii fratres ordinis dictæ militiæ Templi, & etiam ipse ordo, qui ad defensionem patrimonii ipsius domini nostri Jesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum Dominum

num in scelus apostasiæ nefandum, detestabile idololatriæ vitium, execrabile facinus Sodomorum, & hæreses varias erant lapsi. Sed quia non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere, ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur, quique multa & magna, tam in Divinis officiis, quam in jejuniis, & aliis observantiis, devotionis signa frequentius prætendebant, suæ sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent: hujusmodi insinuationi, ac delationi ipsorum, ejusdem Domini nostri exemplis, & canonicæ scripturæ doctrinis edocti, aurem noluimus inclinare. Deinde vero, carissimus in Christo filius noster Philippus rex Francorum illustris, cui eadem fuerant facinora nunciata, non * typo avaritiæ, cum de bonis Templariorum nihil sibi vendicare, vel appropriare intendat; immo ea nobis & ecclesiæ, per deputandos super hoc a nobis administranda, gubernanda, conservanda, & custodienda, liberaliter ac devote in regno suo dimisit, manum suam exinde totaliter amovendo: sed fidei orthodoxæ fervore, suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus de præmissis, quantum licite potuit, se informans, ad instruendum & informandum nos super his, multas, & magnas nobis informationes, per suos nuncios & litteras destinavit.

* Pro thypho. H.

Infamia vero contra Templarios ipsos increbrescente validius super sceleribus antedictis; & quia etiam quidam miles ejusdem ordinis, magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto juratus deposuit, quod in receptione fratrum dicti ordinis, hæc consuetudo, vel verius corruptela servatur, quod ad recipientis vel ab eo deputati suggestionem, qui recipitur Christum Jesum negat, & super crucem sibi ostensam spuit, in vituperium crucifixi; & quædam alia faciunt recipiens & receptus, quæ licita non sunt, nec humanæ conveniunt honestati, prout ipse tunc confessus extitit coram nobis: urgente nos ad id officii nostri debito vitare nequivimus, quin tot & tantis clamoribus accomodaremus auditum. Sed cum demum fama publica deferente, ac clamosa insinuatione dicti regis, necnon & ducum, comitum, & baronum, ac aliorum nobilium, cleri quoque & populi dicti regni Francorum, ad nostram propter hoc, tam per se quam per procuratores & syndicos, præsentiam venientium, quod dolenter referimus, ad nostram audientiam pervenisset: quod magister, præceptores, & alii fratres dicti ordinis, & ipse ordo, præfatis & pluribus aliis erant criminibus irretiti, & præmissa per multas confessiones, attestationes, & depositiones præfati magistri, & plurium præceptorum, & fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis, & hæreticæ pravitatis inquisitore, in regno Franciæ factas, habitas, & receptas, & in publicam scripturam redactas, nobis quoque ac fratribus nostris ostensas, probari quodammodo viderentur: ac nihilo minus fama & clamores prædicti in tantum invaluissent, & etiam ascendissent, tam contra ipsum ordinem, quam contra singulares personas ejusdem, quod sine gravi scandalo præteriri non poterat, nec absque imminenti periculo tolerari: nos illius cujus vices licet immeriti, in terris gerimus, vestigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione prima duximus procedendum: multosque de præceptoribus, presbyteris, militibus, & aliis fratribus dicti ordinis, reputationis non modicæ, in nostra præsentia constitutos, præstito ab eis juramento, quod super præmissis meram & plenam nobis dicerent veritatem, super prædictis interrogavimus, & usque ad numerum septuaginta duorum examinavimus, multis ex fratribus nostris nobis assistentibus diligenter, eorumque confessiones per publicas manus in authenticam scripturam redactas, illico in nostra, & dictorum fratrum nostrorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio, in consistorio legi fecimus coram ipsis, & illas in suo vulgari cuilibet eorum exponi. Qui perseverantes in illis, eas expresse & sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt.

Post quæ, cum magistro & præceptoribus præfati ordinis, intendentes super præmissis inquirere: per nos ipsos, ipsum magistrum, & Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, ac Pictaviæ præceptores majores, nobis Pictaviæ existentibus mandavimus præsentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquomodo adduci: nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem, & an vera essent quæ continebantur in eorum confessionibus; & depositionibus, quas coram inquisitore pravitatis hæreticæ in regno Franciæ, presentibus quibusdam notariis publicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur fecisse, nobis, & fratribus nostris, per ipsum inquisitorem sub manibus publicis exhibitis & ostensis, dilectis filiis nostris Berengario titulo sanctorum Nerei, & Achillei; & Stephano, titulo sancti Cyriaci in thermis, presbyteris, ac Landulpho sancti Angeli diacono, cardinalibus (de quorum prudentia, experientia, & fidelitate, indubitatam fiduciam obtinemus) commisimus & mandavimus, ut ipsi, cum præfatis magistro & præceptoribus inquirerent, tam contra ipsos, & alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam contra ipsum ordinem, super præmissis, cum diligentia veritatem; & quicquid super iis invenirent, nobis referre, ac eorum confessiones, & depositiones, per manum publicam in scriptis redactas, nostro apostolatui deferre, ac præsentare curarent, eisdem magistro & præceptoribus absolutionis beneficium, a sententia excommunicationis, quam pro præmissis, si vera essent, incurrerant, si absolutionem humiliter & devote peterent ut debebant, juxta formam ecclesiæ impensuri.

Qui cardinales ad episcopos, magistrum, & præceptores, personaliter accedentes, eis sui adventus causam exposuerunt. Et quoniam tam personæ, quam res ipsorum, & aliorum Templariorum in dicto regno Franciæ consistentium, in manibus nostris erant: quod libere absque metu cujusquam plene ac pure super præmissis, omnibus ipsis cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate apostolica injunxerunt. Qui magister & præceptores Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ ac Pictaviæ, coram ipsis tribus cardinalibus, præsentibus quatuor tabellionibus publicis, & multis aliis bonis viris, ad sancti Dei evangelia, ab eis corporaliter tacta, præstito juramento, quod super præmissis omnibus meram & plenam dicerent veritatem, coram ipsis singulariter, libere ac sponte, absque coactione qualibet & terrore, deposuerunt, & confessi fuerunt inter cetera Christi abnegationem, & spuitionem super crucem,

cum

cum in ordine Templi recepti fuerunt. Et quidam ex eis se sub eadem forma, scilicet cum abnegatione Christi, & spuitione super crucem, fratres milites recepisse. Sunt etiam quidam ex eis quædam alia horribilia & inhonesta confessi: quæ, ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus.

Dixerunt præterea, & confessi fuerunt, esse vera quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dudum fecerunt coram inquisitore hæreticæ pravitatis. Quæ confessiones & depositiones dictorum magistri & præceptorum in scripturam publicam, per quatuor tabelliones publicos redactæ in ipsorum magistri & præceptorum, & quorundam bonorum aliorum virorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio, coram ipsius eisdem lectæ fuerunt, de mandato, & in præsentia cardinalium dictorum, in suo vulgari exposita cuilibet eorumdem. Qui perseverantes in illis, eas expresse & sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Et post confessiones & depositiones hujusmodi, ab ipsis cardinalibus ab excommunicatione quam pro præmissis incurrerant, absolutionem flexis genibus, manibusque copulosis humiliter & devote, ac cum lacrymarum effusione non modica, petierunt.

Ipsi vero cardinales, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro & præceptoribus, hæresi abjurata expresse, ipsis secundum formam ecclesiæ, auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt; ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum magistri & præceptorum, in scripturam publicam per manus publicas, ut est dictum, redactas, nobis præsentaverunt, & quæ cum dictis magistro & præceptoribus fecerant, retulerunt. Ex quibus confessionibus & depositionibus, ac relatione, invenimus sæpe satos magistrum & fratres, in præmissis, & circa præmissa, licet quosdam ex eis in pluribus, & alios in paucioribus, graviter deliquisse. Attendentes autem quod scelera tam horrende transire incorrecta, absque Dei omnipotentis, & omnium catholicorum injuria, non poterant nec debebant, decrevimus de fratrum nostrorum consilio, per ordinarios locorum, ac per alios fideles & sapientes viros, ad hoc deputandos a nobis, contra singulares personas ipsius ordinis, necnon & contra dictum ordinem, per certas discretas personas, quas ad hoc duximus deputandas, super præmissis moribus & excessibus inquirendum.

His nempe, quæ magis flere cogimur quam narrare, cor nostrum passione nimia cruciatur: & cum tanta provide nobis immineat gemendi materia, fletum non possumus declinare. Quisnam catholicus hæc audiens, nimis non doleat & prorumpat in luctum? Quis fidelis, hujusmodi sinistrum eventum intelligens, amara non emittat suspiria, verbaque lamentationis, & mœstitudinis non eruptet; cum tota Christianitas hujusmodi doloris sit particeps, & hic casus fideles percutiat universos? Ex iis etiam, dum ministerio debitæ considerationis nostræ mentis præsentantur obtutibus, ignis in nostris meditationibus exardescit, & ad tanta discrimina relevanda suspirat affectus, zelus accenditur, & spiritus angitur. Ad quod cum nos sufficere commode non posse sciamus, levamus oculos nostros ad montem, montem quidem Dei, montem uberem, montem pinguem, unde opportunum provenire nobis auxilium, & humiliter petimus, & devote speramus. Et quia salubre in iis adhiberi remedium interest generaliter omnium: nos cum eisdem fratribus nostris aliisque viris prudentibus, exacto & frequenti tractatu præhabito, prout tanta necessitas exigebat, de ipsorum fratrum consilio, universale concilium, sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis, longævæ observationis exemplo, nos instruit, a proximis Kalend. Octobris, ad duos annos immediate sequentes, decrevimus congregandum: ut in eo, tam circa dictum ordinem & personas singulares, & bona ejusdem, & alia quæ statum tangunt fidei catholicæ, quam circa recuperationem & subsidium terræ sanctæ, ac reparationem, ordinationem, & stabilitatem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum ac libertatum earum, illa, Deo auspice, communi consilio inveniatur provisio, & ejusdem approbatione concilii roboretur: per cujus salutiferam executionem virtus Altissimi, eliminatis erroribus, roborata fide, ad tramitem veritatis reductis errantibus, redintegrata ejusdem fidei unitate, extirpatis vitiis, virtutibus quoque plantatis, correctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solida stabilitate munita, recuperatis deperditis, & ejusdem terræ statu prospero reparato, occupata restituat, vastata restauret, & restaurata conservet, nobis quoque viam aperiat idem ipse qui novit, & facultatem tribuat, ipse qui potest: ut sic in præmissis, juxta incensum animi nostri desiderium, sibi ministrare possimus salubriter, quod is verus ejusdem universalis sponsus ecclesiæ, ipsam dilectam suam purgatam maculis, munitam virtutum monilibus ac ornatam, unam semper habeat & formosam, ad sui nominis laudem & gloriam, ad animarum profectum rubor fidei, pacem & exaltationem populi Christiani.

Quia vero prosecutio tanti propositi, tempore indiget, ut deductum maturius, facilius auctore Domino effectum debitum sortiatur: prædictum tempus ad idem duximus deputandum. Quocirca universitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vos fratres . . . . archiepiscopo & . . . . London. . . . Vvynton . . . . Saresburi . . . . Vvygorn. ac ... Lincoln. episcopi, taliquis vestrorum episcoporum in vestra provincia remanentibus, ad ea quæ pontificale officium exigunt: tam in vestris, quam illorum dictæ provinciæ qui ad hujusmodi concilium universale accesserint, civitatibus & diœcesibus exercenda, omni negligentia relegata, cunctis, prout talis & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis, sic medio tempore accingatis ad iter, quod in hujusmodi decreto termino, quem vobis & aliis peremptorie assignamus, in Viennensi civitate nostra, vos archiepiscope & episcopi superius nominati, personaliter; vos vero alii remanentes, episcopi, clerici, abbates, priores, decani, præpositi, archipresbyteri, archidiaconi & prælati, capitula & conventus, per eosdem archiepiscopum & episcopos, ad prædictum concilium accessuros, quilibet ad omnia quæ in eodem concilio statuentur, fient & ordinabuntur & fuerint opportuna, concedatis plenarie potestatem, de qua sufficienter constet per publica documenta, nostro vos conspectui præsentetis. Quod si forsan ipsis archiep. & episc. accessuris, hujusmodi nolueritis concedere potestatem, eo tamen venire, vel alios procurare idoneos, cum potestate simili ad idem concilium teneamini destinare.

Non

ANNO CHRISTI 1309.

nobis Pictavis existentibus mandavimus præsentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquomodo adduci: nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem, & si vera essent quæ continebantur in eorum confessionibus, & depositionibus, quas coram inquisitore pravitatis hæreticæ in regno Franciæ, præsentibus quibusdam notariis publicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur fecisse, nobis & fratribus nostris per ipsum inquisitorem, sub manibus publicis exhibitis & ostensis, dilectis filiis nostris Berengario, titulo sanctorum Nerei & Achillei, & Stephano, titulo sancti Cyriaci in Thermis, presbyteris, ac Landulpho S. Angeli diacono, cardinalibus, de quorum providentia, experientia, & fidelitate, indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus & mandavimus, ut ipsi cum præfatis magistro & præceptoribus inquirerent, tam contra ipsos & alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam contra ipsum ordinem, super præmissis cum diligentia veritatem, & quicquid super his invenirent, nobis referre, ac eorum confessiones & depositiones, per manum publicam in scriptis redactas, nostro apostolatui deferre, ac præsentare curarent, eisdem magistro & præceptoribus absolutionis beneficium, a sententia excommunicationis, quam pro præmissis, si vera essent, incurrerant, si absolutionem humiliter & devote peterent ut debebant, juxta formam ecclesiæ impensuri. Qui cardinales ad ipsos magistrum & præceptores personaliter accedentes, eis sui adventus causam exposuerunt.

Et quoniam personæ ipsorum & aliorum Templariorum in regno Franciæ consistentium, nobis traditæ fuerant: quod libere absque metu cujusquam, plene & pure super præmissis omnibus, ipsis cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate apostolica injunxerunt. Qui magister & præceptores Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, ac Pictaviæ, coram ipsis tribus cardinalibus, præsentibus quatuor tabellionibus publicis, & multis bonis aliis viris, ad sancta Dei evangelia ab eis corporaliter tacta præstito juramento, quod super præmissis omnibus meram & plenam dicerent veritatem, coram ipsis singulariter, libere ac sponte, absque coactione qualibet & terrore, deposuerunt, & confessi fuerunt, inter cetera, Christi abnegationem, & spuitionem super crucem, cum in ordine Templi recepti fuerunt; & quidam ex eis se sub eadem forma, scilicet cum abnegatione Christi, & spuitione super crucem, fratres milites recepisse. Sunt etiam quidam ex eis, quædam alia horribilia & inhonesta confessi: quæ, ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus. Dixerunt præterea & confessi fuerunt, esse vera quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dudum fecerant coram inquisitore hæreticæ pravitatis. Quæ confessiones & depositiones dictorum magistri & præceptorum, in scripturam publicam per quatuor tabelliones publicos redactæ, in ipsorum magistri & præceptorum, & quorumdam aliorum bonorum virorum præsentia; ac deinde interposito aliquorum dierum spatio, coram ipsis eisdem lectæ fuerunt de mandato & in præsentia cardinalium prædictorum, & in suo vulgari expositæ cuilibet eorumdem. Qui perseverantes in illis, eas expresse ac sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Et post confessiones & depositiones hujusmodi, ab ipsis cardinalibus, ab excommunicatione, quam pro præmissis incurrerant, absolutionem flexis genibus, manibusque copulatis, humiliter & devote, ac cum lacrymarum effusione non modica, petierunt.

Ipsi vero cardinales, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro & præceptoribus hæresi abjurata expresse, ipsis secundum formam ecclesiæ, auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt: ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum magistri & præceptorum, in scripturam publicam per manus publicas, ut dictum est, redactas, nobis præsentaverunt, & quæ cum dictis magistro & præceptoribus fecerant, retulerunt. Ex quibus confessionibus & depositionibus, ac relatione, invenimus, sæpe fatos magistrum & fratres, in præmissis, & circa præmissa, licet quosdam ex eis in pluribus, & alios in paucioribus, graviter deliquisse. Verum quia universis mundi partibus, per quas idem ordo diffunditur, ac fratres degunt ipsius, super his non possumus inquirere per nos ipsos: fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio, per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel quilibet vestrum, videlicet in suis civitate & diœcesi, una cum venerabilibus nostris patriarcha Jerosolymitano, ac archiepiscopo Eboracensi, Lincolniensi, Cicestriensi, & Aurelianensi episcopis, & dilectis filiis de Lotyngiaco Parisiensis diœcesis, & S. Germani de pratis juxta Parisios, monasteriorum abbatibus, ac magistris Richardo de Vauro canonico Narbonensi, capellano nostro, nostrique palatii auditore causarum, & Guidone de Vichio, rectore ecclesiæ de Hoshe Londoniensis diœcesis, vel octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex eis ipsis, quos vobis in hac parte propter negotii magnitudinem duximus adjungendos, vocatis per publicum citationis edictum, per vos & ipsos adjunctos, vel eorum aliquos, seu aliquem, in locis de quibus vobis & eis videbitur faciendum, qui fuerint evocandi, contra singulares personas, & fratres dicti ordinis, in civitatibus & diœcesibus vestris degentes, etiamsi aliunde venerint, vel illuc adducti forsan extiterint, super articulis quos vobis sub bulla inclusos transmittimus, & super aliis de quibus prudentiæ vestræ videbitur expedire, veritatem cum diligentia inquiratis.

Volumus insuper quod inquisitione, seu inquisitionibus hujusmodi factis, per provinciale concilium, contra ipsas singulares personas, & fratres, qui in eadem provincia fuerint, seu pro eis super his, de quibus contra eos inquisitum extiterit, absolutoria seu condemnatoria sententia, juxta juris exigentiam proferatur: inquisitore nihilo minus, seu inquisitoribus ejusdem pravitatis hæreticæ, in ipsa provincia per sedem apostolicam deputatis, tam ad dictas inquisitiones, quam ad hujusmodi prolationem sententiæ admissis, si ad eas vobiscum voluerint interesse. Proviso, quod de inquirendo, vel sententiando contra magistrum, præceptorem dicti ordinis in regno Angliæ constitutum, contra quos per certas personas inquiri mandavimus, vos intromittere nullatenus præsumatis. Datæ Pictavis II. Idus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

ANNO CHRISTI 1309.

Certificatorium Londonensis episcopi super citatione concilii.

REverendo io Christo patri domino Roberto Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, totius Angliæ primati; Radulphus permissione Divina Londoniensis episcopus, salutem: cum omni obedientia, reverentia, & honore. Literas vestras recepimus, tenorem qui sequitur continentes.

,, Robertus permissione Divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, venerabili fratri R. Dei gratia Londonensi episcopo salutem, & fraternam in Domino caritatem. Injunctum nobis, vobis, & aliis nostræ Cantuariensis provinciæ suffraganeis, necnon & ceteris prælatis ecclesiarum, tam exemptis, quam non exemptis nostræ provinciæ, universis, mandatum apostolicum, ut circa ea, quæ in ecclesia Anglicana correctionis & reformationis limam exposcunt, juxta apostolicarum, quarum vobis copiam alias transmisimus, seriem litterarum, subtiliter inquiramus, & fideliter conscribamus, ad generalis concilii notitiam deferenda, nos compellit provinciale concilium convocare; ut in eo, de eisdem articulis, & aliis quibusdam arduis negotiis, ecclesiam Anglicanam tangentibus, ad invicem pertractemus, faciamus & ordinemus, quod ad honorem Dei & ipsius ecclesiæ cedat, & saluti congruat animarum. In quo sententiæ absolutoriæ vel condemnatoriæ, contra singulares personas ordinis militiæ Templi, in nostra provincia existentes, juxta formam mandati apostolici, dante Domino proferentur. Fraternitati igitur vestræ committimus, & firmiter injungendo mandamus, quatenus venerabiles fratres nostros, episcopos, electos, confirmatos, abbates, priores electivos plenum conventum habentes, abbates supra se non habentes, decanos, præpositos, archipresbyteros, archidiaconos, & capitula, ac collegia universa, necnon & clerum cujuslibet diœcesis nostræ Cantuariensis provinciæ, tam exemptos, quam non exemptos, citetis seu citari faciatis peremptorie, quod iidem venerabiles fratres, episcopi, electi, abbates, priores, decani, præpositi, archipresbyteri, archidiaconi, personaliter, prædicta quoque capitula, collegia per unum, clerus quoque cujuslibet diœcesis per duos procuratores idoneos, compareant coram nobis, die Lunæ proximo post festum S. Edmundi regis, in ecclesia S. Pauli Londonensi super præmissis omnibus tractaturi: suum quoque ad ea, quæ, inspirante Domino, providebuntur ibidem, pro seipsis & aliis a quibus mittuntur, plenum adhibituri consensum: ulterius quoque facturi & recepturi, cum continuatione & prorogatione dierum, usque ad finem nostri ejusdem concilii, quod fuerit faciendum. Vos enim præmunimus, & ceteros citandos per vos præmuniri mandamus, quod absentes in numero supradicto, nisi propter evidentes causas & rationabiles, de quibus fidem faciant, fuerint impediti, tanquam inobedientes & contumaces, juxta juris exigentiam puniemus. Vos etiam peremptorie citamus ad hoc idem, clerumque vestræ diœcesis per vos citari mandamus in forma superius annotata. Quid autem in præmissis feceritis, nos dictis die & loco certificare curetis per vestras litteras patentes harum seriem continentes: & ceteris nostris suffraganeis antedictis injungatis, ut nos ipsis die & loco certificent per suas patentes litteras, qualiter hoc præsens nostrum mandatum fuerint executi. Datæ apud Wengham .VI. Non. Octobris, anno Dom. MCCCIX. consecrationis nostræ XVI. "

Volentes igitur huic mandato parere reverenter, venerabiles fratres vestros episcopos, & tunc electos confirmatos vestræ Cantuariensis provinciæ, peremptorie citavimus, ac per ipsos .... abbates, priores electivos plenum capitulum habentes, abbates supra se non habentes, decanos, præpositos, archipresbyteros, archidiaconos, & capitula ac collegia universa, necnon & clerum singularum diœcesum dictæ vestræ Cantuariensis provinciæ, tam exemptos quam non exemptos, peremptorie citari fecimus seu mandavimus, quod iidem episcopi, electi, abbates, priores, decani, præpositi, archipresbyteri, & archidiaconi personaliter, prædicta quoque capitula, collegia per unum, clerus quoque cujuslibet diœcesis per duos procuratores idoneos, coram vobis compareant die Lunæ proximo post festum S. Edmundi regis, in ecclesia S. Pauli London. super iis quæ in præscriptis litteris vestris continentur tractaturi, suumque ad ea, quæ, inspirante Domino providebuntur ibidem, pro seipsis & aliis a quibus mittentur, plenum consensum adhibituri, ulterius quoque facturi & recepturi cum continuatione & prorogatione dierum, usque ad finem vestri concilii, quod fuerit faciendum. Prædictos insuper omnes & singulos præmuniri fecimus, quod absentes in termino supradicto, nisi de evidenti impedimento & rationabili, in ea parte sufficienter fecerint fidem, tanquam inobedientes & contumaces juxta juris exigentiam punietis. Nos vero ad diem supradictum, auxiliante Domino, comparebimus: clerum quoque nostræ diœcesis, ad hoc idem citari fecimus, juxta formam in litteris vestris superius annotatam. Injunximus etiam ceteris suffraganeis vestris antedictis, ut vos similiter ipsis die & loco certificent per suas patentes litteras, qualiter dictum mandatum vestrum fuerint executi. In cujus rei testimonium has litteras patentes, reverendæ paternitati vestræ transmittimus, sigillo nostro signatas. Datæ apud Stebbenheth nono Kalend. Decembris, anno Dom. MCCCIX.

UDVAR.

UDVARDENSE CONCILIUM PROVINCIALE

Habitum sub Carolo I. Rege Hungariæ, & Thoma archiepiscopo Strigoniensi, in Udvarde (a)

(a) Udvar. locus est hodie non tanti nominis, ad Vivari, num, archiep. Strig. obnoxius.

Anno 1309. Ex MS.

NARRATIO.

An. 1309. Ex Peterffy Conc. Hung. t. 1. p. 162.

POstquam lites omnes in regno exoleverant, Thomas archiepiscopus soluta Budensi atque Posoniensi Synodo, provincialem in Udvard cum episcopis suis egit. Capita statutorum, quæ nondum interciderunt, hæc fere sunt.

I.

Ut sub meridiem, aut moriente die, ad salutandam Matrem Virginem ære campano populus excitetur. *Mos iste invalescente hæresi per Hungariam sublatus; sed a Patribus S. J. indulgente Nicolao Olaho archiepiscopo Strigoniensi restitutus est primum Tyrnaviæ, ad alia dein loca promotus.*

II.

Repetitum in cives Budenses fulmen, vectigalia portuum Danubii Præposito negantes; compellente tamen Carolo Rege dederunt DEO, quæ DEI sunt.

III.

Serpebant adhuc in Budensi populo electionem Caroli regis fraude extortam queritante, occultæ simultates, quas suffragantibus Episcopis, jacto in reos anathemate feliciter Thomas repressit.

IV.

Decretum, & constitutiones F. Gentilis cardinalis legati apostolici, patribus perlectæ sunt, & ut ad pastores animarum, quisque in diœcesi sua, eas proferret, constitutum. Hæc nos velut tabulam e naufragio.

Cætera in sacro comitio gesta, pulveres & blattæ corrodunt: didici ex amicis, immo hisce egomet vidi, in tabulario, neglectu lacrymis digno, ea consumi. *Hæc omnia Peterffy.*

CONCILIUM POSONIENSE IN HUNGARIA

Ex Coffareli Append. Tom. XI.

A Gentili Cardinale S. A. L. tempore Clementis PP. V. anno Dom. MCCCIX. celebratum. A Clemente VI. anno Dom. MCCCXLVI. confirmatum.

Edidit Oderic. Raynald. tomo 16. Annal. Ecclef. ad ann. 1346. num. 72.

1. *De non offendendis prælatis.*
2. *Ut nulla ecclesiastica persona præbeat auxilium, consilium, vel favorem alicui laica contra ecclesias ecclesiasticasque personas.*
3. *Ne quis recipiat ecclesiasticum beneficium de manu laici.*
4. *De non occupandis & occupatis restituendis bonis ecclesiasticis.*
5. *De pœna publicorum concubinariorum.*
6. *De prohibita deprædatione.*
7. *De his qui contumaciter sustinent excommunicationem.*
8. *Ne aliqua fidelis alicui infideli matrimonialiter copuletur.*
9. *De observantia mandatorum apostolicæ sedis, & legatorum ipsius.*

PRÆFATIO.

In nomine Domini, amen.

ANno ejusdem MCCCIX. Indictione VII. pontificatus domini Clementis papæ V. anno IV. Incipiunt constitutiones editæ per reverendum patrem, dominum Gentilem, Dei gratia tit. S. Martini in Montibus presbyterum cardinalem in regno Hungariæ, Poloniæ, ac partibus illis conterminis, apostolicæ sedis legatum. Et primo proœmium super statu regni.

Frater Gentilis miseratione Divina tit. S. Martini in Montibus presbyter cardinalis, apostolicæ sedis legatus, ad futuram rei memoriam.

VArietati morborum diversa medici medicamenta propinant, & ipsorum morborum qualitatibus, secundum artis peritiam, efficacibus remediis exquisitis, aliquibus gravioribus ferrum adhibent, quibusdam ignem adjiciunt, aliis vero qui levi possunt fomento sanitatem recipere, facilia medicamentorum antidota subministrant. Sic & dominus noster Jesus Christus, sub figura Samaritani, medici formam assumens, vulneribus infudit vinum, & oleum sauciati. Nos itaque ad regnum Hungariæ, ab eo, qui pacifici regis & summi medici locum tenet in terris, cum pleno legationis officio, licet immeriti, destinati: attendentes, regnum ipsum infirmitatibus variis & gravibus laborare, ac præterea informati exemplo domini Jesu medicorum præcipui, diversitati infirmitatum hujusmodi, etsi non omnibus, magis tamen letalibus, cupientes diversas & congruas adhibere medelas: infra scriptas constitutiones de præ-

latorum dicti regni, ac per nos concilii congregati, consilio & assensu, auctoritate qua fungimur, duximus promulgandas.

CAPUT PRIMUM.

De non offendendis prælatis.

CUm apostolicam sedem, in qua Christus catholicæ fidei posuit fundamentum, Christianorum matrem esse voluerit & magistram: non est dubium, quin Christus ipse graviter offendatur, si matrem filius, & magistram discipulus dehonorat. Quia igitur ipsi apostolicæ sedi non est possibile, cunctos filios & devotos, materno affectu, & suo magisterio præsentialiter confovere: debitum apostolicæ servitutis explere nititur, modo per episcopos, immo per archiepiscopos, nonnunquam, & per legatos a latere suo missos; quos, quia ejus privilegio gaudent, cujus legatione funguntur, a cunctis Christi fidelibus tamquam apostolicam sedem, immo Christum, qui in eis se recipi prædicat & audiri, honorari convenit & foveri. Verumtamen fuerunt & sunt nonnulli, quos termini nostræ legationis includunt, sicut fide digna relatione percepimus, qui licet glorientur nomine Cristiano, ad ipsum tamen Christum & apostolicam sedem, debitam reverentiam non habentes, episcopos, archiepiscopos, & legatos hujusmodi, doctores catholicæ fidei & magistros, ipsius Christi veros vicarios & legatos, hostiliter insequi, ausu sacrilego capere, & percutere, quandoque nequiter carceri mancipare, nonnunquam inhumaniter perimere, non verentur. In quo quantum Christi fidei devotio minoratur, evidenter intelligit qui prudenter attendit. Proinde nos qui ex injuncto nobis legationis officio sedem apostolicam, licet immeriti, repræsentamus, cupientes omnes & singulos nostræ legationi commissos de tam nefandis excessibus coercere, præsenti decreto statuimus, ut nullus de cetero in Dei offensam, apostolicæ sedis contemptum, & catholicæ fidei læsionem, præsumat tantum facinus attentare. Si quis autem propriæ inimicus salutis, reverentia religionis rejecta, Divinis & humanis legibus incivili damnatione calcatis, præmissum scelus exercere præsumpserit, per se vel per alium, publice vel occulte: eum, excommunicatum & a totius Christianitatis consortio separatum publice nunciantes, qua fungimur auctoritate, privamus omnibus privilegiis, indulgentiis, feudis, gratiis, & beneficiis quibuscumque, ei ab ecclesia quacumque concessis: omnibus ad quos pertinet eorum ordinatio, seu dispositio, disponendi potestatem liberam concedentes: terram suam nihilo minus, & quamlibet aliam quæ sibi adhærere præsumpserit, interdicto ecclesiastico supponentes. Et ne minus vindictæ quam excessus memoria prorogetur, decrevimus, ut filii talium in clericorum collegium nullatenus admittantur; nec in domibus regularibus, alicujus prælationis assequantur honorem: quod contra factum fuerit, irritum decernentes, nisi cum eis per sedem apostolicam, vel legatum de latere, fuerit dispensatum. Et quia dignum est, ut is, qui tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur; omnes eorum vassallos, castellanos, comites, jobagiones, & officiales alios, quovis nomine censeantur, a fidelitate, homagio, & qualibet alia præstatione, qua eis tenebantur adstricti, qua fungimur auctoritate, absolvimus: donec ad gremium sanctæ matris ecclesiæ humiliter redeuntes, absolutionis beneficium meruerint obtinere. Quod si eis in prædicta excommunicatione manentibus adhærere forte præsumpserint: illos eadem cum ipsis pœna statuimus excommunicationis involvi. Ceterum, ut dictorum sacrilegorum pœna sit aliorum cautela: inhibemus venerabilibus in Christo archiepiscopis, & episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis, eorumque vicem gerentibus, & ecclesiasticis personis, sæcularibus & religiosis, necnon ecclesiarum capitulis & conventibus exemptis & non exemptis, Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Benedicti, Minorum, Prædicatorum, sancti Augustini, & aliorum ordinum, nec non magistris, præceptoribus, & fratribus militiæ Templi sancti Joannis Jerosolymitani hospitalis, & B. Mariæ Theutonicorum, sub nostra legatione manentibus, non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis, & litteris, eis vel eorum aliquibus, aut ipsorum ordinibus, a præfata sede concessis, ne ipsi, vel aliorum aliquis, vel aliqui, corpora aliorum, qui sine digna & debita satisfactione decesserint, tumulare, aut tumulationi eorum quoquo modo interesse, præsumant. Si quis autem prædictorum, contra præmissam inhibitionem nostram venire tentaverit: excommunicationis vinculo se noverit innodatum, majori pœna pro tanta inobedientia puniendum; & loca nihilo minus, in quibus talium corpora se-

ANNO CHRISTI 1309.

sepulta fuerint, ecclesiastico supposita interdicto. *Publicata Posonii IV. Idus Novembris.*

II. Ut nulla ecclesiastica persona praebeat auxilium, consilium, vel favorem alicui laico contra ecclesias, ecclesiasticasque personas.

Illi procul dubio sunt majori pœna plectendi, qui nituntur offendere, quod totis suis viribus defendere tenebantur. Cum igitur personæ ecclesiasticæ singulariter teneantur tueri ecclesiam, a qua suam tuitionem recipiunt: præsenti decreto statuimus, ut nulla ecclesiastica persona, exempta vel non exempta, cujuscumque præeminentiæ, status, aut dignitatis existat, etiamsi pontificali fulgeat dignitate, præbeat alicui laico, cujuscumque dignitatis aut conditionis existat, contra ecclesias ecclesiasticasve personas, consilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte. Si quis autem, ecclesiastico honore postposito, contra tam salubre statutum venire præsumpserit: ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilo minus si inferior episcopo fuerit, episcopus suus contra eum ad privationem ecclesiastici commodi & honoris procedere; si vero episcopus metropolitanus, sui suffraganei excessum hujusmodi teneantur, quam cito commode poterunt, sedi apostolicæ nunciare. *Publicata Posonii IV. Idus Novembris.*

III. Ne quis recipiat ecclesiasticum beneficium de manu laici.

Præsentis constitutionis auctoritate, sacro approbante concilio inhibemus, ne quis archiepiscopatum, episcopatum, dignitatem aliquam inferiorem, personatum, parochialem ecclesiam, cum cura vel sine cura, beneficium aliquod ecclesiasticum, seu alicujus prædictorum administrationem vel detentionem, de manu laicali recipere, vel jam recepta tenere, sub quovis colore præsumat. Si quis autem contra fecerit, vel sic receptum beneficium, eo ipso, & nisi locum, quem sub crimine tantæ inobedientiæ tantæque ambitionis taliter jam recepit, vel in futurum recipiet, resipiscendo deseruerit liberaliter, infra duorum mensium spatium a publicatione constitutionis præsentis quoad jam recepta, a receptionis vero tempore quoad ea quæ deinceps continget sic recipi, numerandum: ad quodlibet aliud inhabilis ipso facto reddatur, ita ut ad dignitatem vel beneficium ecclesiasticum nullo unquam tempore, absque dispensatione apostolicæ sedis vel nostra, eligi valeat vel assumi. Insuper, ut quantum exeesserit, pœna docente recognoscat: si quam dignitatem, personatum, vel beneficium aliquod cum cura vel sine cura, sic recipiens vel detinens, &, ut præmittitur, non dimittens, canonicee forsan obtineat, ea vel eo sit præsentis constitutionis vigore ipso facto privatus. Indignum enim fore censemus, ut ecclesiastico beneficio gaudeant, qui eam tam nefandis ausibus despectui habuerunt. Injungimus quoque, ac in virtute sanctæ obedientiæ, necnon sub excommunicationis pœna, præcipiendo mandamus omnibus & singulis, tam clericis quam laicis, rusticis, jobagionibus, vassalis, castellanis, comitibus, & officialibus aliis, quocumque modo subjectionis adstrictis dignitati, personatui, vel beneficio taliter occupatis, quod occupatori vel detentori prædictis in nullo pareant vel intendant. Qui vero temere contra fecerit, si universitas fuerit, interdicti; si autem singularis persona, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere. *Publicata Posonii IV. Id. Novembris.*

IV. De non occupandis, & occupatis restituendis bonis ecclesiasticis.

Cum multa providentia fuerit olim a felicis recordationis Benedicto PP. XI. apostolicæ sedis legato, dum in his partibus fungeretur legationis officio, constitutum, quod nullus invadere, occupare, illicite detinere præsumeret decimas, tributa, castra, villas, munitiones, possessiones, & bona ad ecclesias, & pia ac religiosa loca, & ecclesias ac personas ecclesiasticas spectantia ac pertinentia quoquo modo, sententia excommunicationis prolata in hujusmodi invasores, occupatores, & illicitos defensores. Sed quia propter præsumptiones, & quorumdam cupiditates, nullus fructus hactenus aut rarus ex prædicta constitutione provenit: nos tantis animarum periculis præcavere volentes, ne tam salubre statutum videatur in desuetudinem abiisse, & ab hujusmodi præsumptoribus ejus ignorantia prætendatur, prædictum statutum duximus innovandum. Et ipsum in suo robore permanere, ac inviolabiliter observari volentes, adjicimus, ut quicumque propter invasionem, occupationem, & illici-

Conc. Bud. anno 1279. cap. 32. 33.

ANNO CHRISTI 1309.

licitam detentionem dictarum rerum, excommunicatione auctoritate prædicti statuti ligatus, infra trium mensium spatium, invasa, spoliata, occupata, & detenta hujusmodi non restituerit spoliatis, omnes eorum vassalli, jobagiones, castellani, comites, & officiales alii, quocumque nomine censeantur, homagio & qualibet præstatione, qua eis juramento, pacto, consuetudine, vel qualibet alia firmitate vallata, tenebantur adstricti, sint absoluti & liberi, præsentis auctoritate decreti: donec ad cor humiliter redeuntes, satisfactionem debitam impenderint de præmissis. Quod si perseverantibus in hujusmodi contumacia & contemptu adhæserint: qui eos in peccatis favere satagunt, excommunicationis vinculo sint ligati, & terra quæ eis medio tempore obediens fuerit, ecclesiastico supposita interdicto: quod interdictum omnes & singuli archiepiscopi & episcopi, & alii ecclesiarum prælati, capellæ & conventus, tam regulares quam sæculares, exempti & non exempti, Cistereiensium, Præmonstratensium, sancti Benedicti, ae Prædicatorum & Minorum, Eremitarum sancti Augustini, aliorumque approbatorum ordinum, necnon magister, & præceptores, milites Templi & hospitalis sancti Joannis Jerosolymitani, ae B. Mariæ Theutonicorum, in virtute S. obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, servare inviolabiliter teneantur. Et nihilo minus si sine debita satisfactione decesserint, prædictorum omnium corpora perpetuo ecclesiastica careant sepultura. Non enim debet illi ecclesiæ beneficium subvenire, qui dum viveret, ecclesiam hostiliter impugnavit. *Publicata Posonii IV. Id. Novembris.*

V. De pœna publicorum concubinariorum.

Almæ matris ecclesiæ, quæ plerumque rationabiliter ordinat & consulte, quæ suadente subjectorum utilitate, postmodum consultius ac rationabilius revocat aliquando, subtrahit, addit quandoque pariter & commutat in melius, imitantes exempla: constitutionem * bonæ memoriæ Philippi quondam Firmani episcopi, in regno Hungariæ ac partibus aliis nostræ jurisdictioni subjectis apostolicæ sedis legati, contra publicos concubinarios editam, a felicis recordationis Benedicto PP. XI. tunc in regno & partibus supradictis legato sedis apostolicæ, confirmatam, quibusdam additis & subtractis, juxta infra scriptam modificationem, in posterum observari præcipimus. Ad ipsius quidem temperandum rigorem, animarum zelus, quas ex illius contemptu quasi continuo, peccatorum sordibus fœdari conspicimus, nos inducit; spes recuperationis hortatur. Confidimus enim, quod spirituali pœna, excommunicationis videlicet, quæ quavis sine comparatione periculosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur, in temporalem mutata vindictam, subditorum mutabuntur & mores. Decreto igitur præsenti statuimus, ut quicumque clericus contra ipsius constitutionis vigorem deinceps deliquerit, excommunicationis pœna in ea contenta, propter causas prædictas, cessante, quartæ partis reddituum beneficiorum suorum, præsentis constitutionis auctoritate, damnationi subjaceat. Quia vero nihil prodesset jura condere, nisi foret qui ea executioni mandaret: omnibus episcopis, eorumque superioribus, necnon singulis ecclesiarum prælatis, de jure vel antiqua consuetudine jurisdictionem habentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna, quam, si ad hujusmodi constitutionis observantiam negligentes fuerint vel remissi, ipso facto incurrant, districte præcipimus, quatenus a subditis suis, qui contra ipsam constitutionem excesserint, pœnam præfatam integraliter exigant: ipsius quidem parte dimidia in exigentis, reliqua vero parte in pauperum usus, seu ecclesiæ exigenti commodum, convertenda. Prædicta autem condemnatio tandiu cum exactione debita repetatur, quousque mores suos & vitam, quoad præmissa, curaverint emendare. Ad quod etiam corporalis pœna, si superior suus expedire crediderit, indicatur. *Publicata Posonii IV. Idus Novembris.*

* Conc. Bud. anno 1279. cap. 47.

VI. De prohibita deprædatione.

Cum Christus vera pax de summis cælorum descenderit, ut quam mundus dare non potest, suis fidelibus pacem daret: profecto non est membrum Christi, nec ejus ecclesiæ, qui pacem suam non recipit, vel qui, ne alii recipiant, suis perversis actibus causam præstat. Cum itaque in regno Hungariæ olim in pulcritudine pacis æmulus, & discordiæ seminator, diu procuraverit optatæ pacis exsilium, immittendo guerrarum discrimina, & deprædationes seu disturbationes per perversos homines membra sua inhumaniter exercendo, propter

quæ

quæ pax & concordia extra dicti regni terminos din, quod doleoter referimus, exſulavit: nos qui præſati regni & incolarum ejus ſpecialem curam ſuſcepimus, ipſorum pacifico ſtatui providere deſiderabiliter affectantes, ſtatuimus ſacro approbante concilio, ut omnes & ſinguli, cujuſque dignitatis, conditionis, aut ſtatus extiterint, qui in regno Hungariæ præſato deprædationes ſeu diſturbatiooes publicas, per quas pax & tranquillitas dicti regni ut plnrimum impeditur, per ſe vel per alium publice exercere, vel qui aliter ipſius regni ſtatum pacificum impedire præſumpſerit, niſi per epiſcopum proprium monitus, ad quod ipſe epiſcopus in virtute obedientiæ teneatur, infra octo dies vitam ſuam melius conſulte correxerit, etſi clericus fuerit exemptus vel non exemptus, beneficiis privatus, ipſo facto excommunicatione, qua Deus iratus animas percutit, ſit ligatus. *Publicata Poſonii IV. Id. Novembris.*

VII. De his, qui contumaciter ſuſtinent excommunicationem.

Cum peccata tanto gravius deprimant atque laborioſius extirpentur, quanto invaluerint conſuetudine loogiori: præſenti conſtitutione, ſacro approbante concilio, duximus ſtatuendum, quod ſi quis clericus vel laicus, cujuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtat, aliquam de conſtitutionibus noſtris tranſgrediens, quas contra recuſantes dictum Carolum pro rege naturali Hungariæ recipere & habere, vel alium advocantes vel nominantes, ſeu recuſationi, advocationi, vel nominationi hujuſmodi conſentientes ſeu faventes, ac etiam contra occupatores regalium generalinm, vel eccleſiaſticorum bonorum, contra eos quoque qui in regnum prædictum, archiepiſcopos, epiſcopos, vel legatos, manus injecerint violentas, necnon cootra occupatores & detentores ſacræ coronæ, eorumque fautores, edidimus, majoris excommunioationis ſententiam, in præfatis conſtitutiooibus, ſeu aliqua earum contentam, quod abſit, incurrerit, quam citius commode poterit, cum debita inſtantia, illius abſolutionem efficaciter obtinere procuret. Qui vero concepta malitia, ſive damnoſa negligentia, excommunicationem hujuſmodi per annum ſuſtinuerit animo indurato: contra eum, per prælatum, ad quem de jure pertinere dignoſcitur, ſeu per inquiſitores hæreticæ pravitatis, bonis pro facto jnre confiſcatis ipſius, tanquam contra hæreticum procedatur. *Publicata Poſonii IV. Id. Novembris.*

VIII. Ne aliqua fidelis alicui infideli matrimonialiter copuletur.

Ut fides catbolica, quæ ſciſſuram erroris cujuslibet aſpernatur, nullius ſchiſmatis, vel fermento pravitatis hæreticæ maculetur: de conſilio & aſſenſu præſentis concilii, perpetuo prohibemus edicto, ut nullus, noſtræ legationi ſubjectus, qui vult reputari & haberi catholicus, præſumat de cetero, hæretico, Patareno, Gazano, ſchiſmatico, vel alteri fidei Cbriſtianæ contrario, maxime Ruthenis, Bulgaris, Raſciis, Lituanis, in errore manentibus (qui, ſicut fide dignorum teſtimonia præſtantur, in diminutionem catholicæ fidei, opprobrium Jeſu Chriſti, & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ eſt veræ fidei fundamentum, non ſolum ſacri baptiſmatis reiterant ſacramentum, verum alia catholicæ eccleſiæ ſalutifera ſacramenta damnabiliter contemnentes, habent deſpectui, fidei veritatem, in qua fidelibus ſalus datur, abnegant, & eis, diverſis modis & variis injuriam irrogare conantur) filiam, neptem, conſanguineam ſuam connubio tradere, vel eas eis modo aliquo copulare, cum hoc ſit in prædictæ fidei Chriſtianæ detrimentum non modicum & jacturam. Nam ſicut didicimus ab experto, viri ab unitate fidei catholicæ ſeparati, uxores ſuas, quantumvis catholicas, inſtigante diabolo, ad infidelitatis errorem trahunt potius, quam trahantur. Qui vero contra inhibitionem præſentem, filiam, neptem, vel conſanguineam ſuam, prædictis peſtiferis hominibus, qui, quantum in eis eſt, catholicam fidem, ſine qua nullus omnino ſalvatur, nituntur confundere, dederit, aut danti conſenſerit, vel ex propoſito & ſcienter hujuſmodi ſceleſtis ouptiis aſtiterit, (mulier etiam data vel tradita, quæ eiſdem conſenſerit) cum per boc in Chriſtiana religiooe ſciſſuram, & maculam ponere ſatagat, ac per hoc bæreticæ pravitati favere: eo ipſo excommunicationis mucrone percuſſum ſe noverit, & eccleſiaſtica ſepultura privatum. Volumus autem, & io virtute obedientiæ diſtricte præcipimus archiepiſcopo vel epiſcopo, in cujus diœceſi contemptor hujuſmodi moram trahit, quod eum excommunicatum denunciet, & ab omnibus evitandum; & ſi infra men-

mensem corde contrito & humiliato noo redierit ad ecclesiæ unitatem, de tanta injuria irrogata oomini Christiano & fidei orthodoxæ, condignam satisfactionem & debitam impensurus, ex tunc cootra eum, tanquam contra fautores hæreticorum & inimicos fidei Christianæ, procedatur juxta sanctiones canonicas & civiles. *Publicata Posonii IV. Id. Novembris.*

IX. *De observantia mandatorum apostolicæ sedis, & legatorum ipsius.*

Cum apostolica sedes ad obedientiam omnibus singulari privilegio proponatur: dolemus, quod quidam, quos termini nostræ legationis ineludunt, bonum obedientiæ pervertentes, ipsius apostolicæ sedis, vel etiam legatorum ejus, qui in decreta sibi provincia secundum in obedientia & reverentia locum tenent, ipsius obedieotiæ debito reverenter subtracto, mandatis, sive in recipiendis canonicis, sive in custodiendis scotentiis, sive in quibusvis præceptionibus observandis, aliorum damnabiliter voluntatem præponunt: & non attendeotes, 1. Reg. 15. quod *quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere*, pœoæ inobedientiæ debitæ se supponunt. Quod in terra Poloniæ (maxime per nonnullos episcopos & capitula, quæ, præsertim pro aliquibus recipiendis canonicis, nisi de suorum superiorum voluntate procedat, ab eadem sede vel legato ipsius directis litteris obedire contemnunt) factum esse frequentius, nostris auribus est relatum. Proinde nostro commissos regimini in bono perfectæ obedientiæ, sine qua infidelis quisque convincitur, etiamsi fidelis esse videatur, observari ferventi desiderio affectantes: monemus omnes & singulos, archiepiscopum, episcopos, electos, abbates, priores, ecclesiarum quoque capitula prædictæ terræ Polooiæ, ut non obstaote suorum superiorum voluntate contraria, dictæ sedis legatorumque ipsius mandata sic reverenter recipiant, & obedientiæ non amittaot: sciturі, quod si mandata hujusmodi per inobedientiæ vitium noo duxerint adimplendum, eos taliter puniemus, quod pœna docente cognoscent, quam grave sit eorum jussionibus contraire. *Publicata, ut supra.*

Dat. Posonii IV. Idus Novembris Pont. domini Clementis PP. V. an. IV.

EJUSDEM CONCILII CONFIRMATIO

Per Clementem VI. anno Domini M. CCC. XLVI.

PEtitio pro parte venerabilis fratris nostri Apetaconis, episcopi Lubucensis, nobis exhibita, continebat, quod dudum bonæ memoriæ Gentilis, tit. S. Martini in montibus presbyter cardinalis, in regno Hungariæ, ac provincia Poloniæ, infra quam ecclesia Lubucensis existit, ac quibuscunque aliis terris eidem regno adjacentibus, auctoritate sedis apostolicæ, plenæ legationis fungens officio, in concilio videlicet per eum, apud Posonium Strigoniensis diœcesis, constitutum in dicto regno Hungariæ, celebrato, nonnullæ constitutiones pro libertate ac utilitate ecclesiarum, ac earum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum, infra fines legationis suæ consistentium, edidit utiles & salubres, inhibitiones, prohibitiones, decreti interpositiones, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & nonnullas pœnas alias, continentes, prout io litteris præfati cardinalis inde confectis, ipsius sigillo munitis (quarum quidem constitutionum certa capitula de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus) continetur. Quare pro parte dicti episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut capitula prædicta, & omnia in eis contenta, cum præfatæ litteræ timeantur vetustate consumi, fulcire apostolico munimine dignaremur.

Nos igitur ecclesias, & earum prælatos, ac personas ecclesiasticas prædictas, io suis libertatibus ac utilitatibus, quantum cum Deo possumus, consovere volentes, ipsius episcopi supplicationibus inclinati, capitula prædicta rata & grata habentes, illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus. Tenores autem dictorum capitulorom, tales sunt.

In nomine Domini, amen. Anoo ejusdem M. CCC. IX. &c. *ut supra.*

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c. Datum Avinione IV. Noo. Septemb. pontificatus nostri anno V.

CON-

CONCILIUM [a] SALTZBURGENSE I.

Causa decimatum sedi apostolicæ solvendarum habitum an. Dom. MCCCX. tempore Clementis papæ V.

ANno Domini MCCCX. convocato provinciali concilio Saltzburgi, & proposita ibidem petitione domini Clementis papæ quinti, concordaverunt omnes in hoc, quod summa decimæ duorum annorum, si qua fuerit, vel esse potuerit persolvenda, solvi debeat summo pontifici in terminis infrascriptis: ita dumtaxat quod primus terminus solutionis faciendæ de primo anno, qui incipiet in isto proximo festo sancti Georgii, sit in proximo futuro festo beati Martini: & secundus terminus solutionis faciendæ ejusdem anni, sit in proximo subsequenti festo S. Georgii: & primus terminus secundi anni, sit in alio subsequenti festo sancti Martini: secundus vero terminus & ultimus, sit post hoc in subsequenti festo sancti Georgii: & quod decimam dabit de omnibus possessionibus, bonis, & redditibus, & beneficiis ecclesiasticis. Hæc de eis quæ beneficiorum intuitu possident, expensis necessariis deductis. Necessarias vero expensas esse dixerunt, quas stando, colendo, colligendo & conservando impendant, sine quibus res subsistere non potest. Et quod ecclesiæ, quarum redditus pro majori vel pro media parte in obligationibus, legatis & testatis consistunt, de iisdem obligationibus legatiæ seu testati decimam solvere teneantur. Item capitula, collegia, seu conventus, in communi de suis redditibus decimabunt. Item si quis ex uno beneficio sex marcarum argenti ponderis * propriæ redditus dumtaxat, eos non decimabunt: ultra vero si habuerit, decimas inde solvet. Aut si plura beneficia habuit, quæ conjuncta prædictarum marcarum excedant numerum, de ambobus insimul decimabunt. Hospitalis vero & domus leprosorum, cum annexis sibi ecclesiis, super quibus fundata sunt, decimas non præstabunt. De infirmariis, vestiariis, sacristiis & hospitalibus religiosorum non decimabitur, nisi si ultra provisiones necessarias de illis officiis exhibendas, esset excessus redditurum illorum officiorum: tunc de illo residuo fiet decimatio communi decimæ apponenda. Pastores vero & vicarii insimul, vel quilibet pro parte sua, decimabunt: ita tamen, quod plene de omnibus redditibus ecclesiæ decima persolvatur. Ordinarii personas providas deputabunt, qui eamdem decimam colligent & servabunt. Et si nuncius domini apostolici eisdem unum aut plures voluerit adjungere, suæ relinquatur optioni. Præterea sub juramento solventium decima persolvatur. Item ordinarii subjectos ad solutionem decimæ istius per censuram ecclesiasticam poterunt coarctare. Item decima fiat de bonis ecclesiarum, hac taxatione præmissa, ut tempus æstimationis solvendæ decimæ bladi & vini, sit inter festum sancti Michaelis & sancti Martini. De caseis autem solvatur decima, sicut prælati consueverunt denariis suis rusticis loco caseorum recipere, in festo S. Georgii secundum jus & terræ consuetudinem.

* Locus mendosus.

EJUSDEM CONCILII ACTA AMPLIORA. (a)

Declarationes statutorum in concilio provinciali domini Conradi archiepiscopi Saltzburgensis, anno MCCCX.

PRÆFATIO.

Ex editione Regis.

NOs Conradus Dei gratia sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, Wernhardus Pataviensis, Joannes Brixinenlis, Henricus Gurcensis, Albertus Chymensis, Fridericus Secovensis, Wernhardus Laventinensis, ecclesiarum episcopi, in hoc sacrosancto provinciali concilio Saltzburgensi congregato *, de consilio & consensu, procuratorum venerabilium Frisingensis & Ratisponensis episcoporum, plenum ad hoc mandatum habentium, ac assensu prælatorum Saltzburgensis provinciæ in hoc concilio aggregatorum, necnon procuratorum assensu, hujus sacri approbatione concilii, quædam statuta pœnalia priorum provincialium conciliorum ex certis & legitimis causis, ut animarum periculum caveatur, taliter duximus moderanda.

* f. congregati.

C A P I T U L A.

I. De clericis tabernariis.

PRimo statutum de clericis tabernariis, quod incipit, * *Clericus non viator*, cum hoc moderamine declaramus, quod causæ rationabiles & honestæ intelligi debeant istæ: quod si clericus non viator in sacris constitutus, aut religiosus, tabernam intraverit ad honorandum quempiam amicum, dominum, aut quamcumque honorabilem personam, vel si impræmeditate intret, oblitus constitutionis, seu ex quacumque necessaria vel utili causa, non voluptuo-

* Concil. Saltzburg. anno 1274. c. 11.

a Tempus Concilii, quod nec apud Canisium, nec alibi in Vulgatis exprimitur, detegit codex Bibliothecæ Cæsareæ, in quo visitur hic titulus: *Concilium Domini Conradi celebratum Salzburgi anno Domini MCCCX. in quadragesima*. Ei vero interfuerunt Wernhardus Pataviensis, Joannes Brixinensis, Hainricus Gurcensis, Albertus Chymensis, Fridericus Secoviensis, Wernhardus Laventinensis Ecclesiarum Episcopi cum quibusdam aliis Prælatis. Hoc vero Concilium geminandum non puto, cum & Chronographi Concilii dumtaxat unius faciant mentionem. *Hansizius Germ. sacr. tom.* 2. *pag.* 441.

(a) Labbeus postremum hoc Concilium a superiori distinxit; sed novissimus Conciliorum Germaniæ editor tom. IV. & Hansiz. Germ. Sac. tom. II. pag. 441. conjunxerunt, & nos cum illis. *Mansi*.

ANNO CHRISTI 1310.

luptuosa, ibique biberit, vel comede- A rit, pœna statuti præhabiti non ligetur. Hæc tamen moderatio ad lusores non extendatur.

II. De rationibus a prælato faciendis & audiendis.

Item statutum de rationibus faciendis, quod incipit, * *Item ne*, taliter mitigamus, quod revocata pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, prælatus qui collegio aut tribus per collegium deputatis saltem semel in anno non fecerit B rationem, & a claustri officialibus præsentibus aut vicinis claust. bis, & a remote distantibus semel in anno non audierit rationes, ab administratione temporalium sit suspensus: quam suspensionem si per tres menses post annum rationibus deputatum sustinuerit animo indurato, extunc arbitrio ordinarii puniatur.

* Concil. Salzburg. anno 1281. c. 2.

III. De clericis joculatoribus.

C Item juxta constitutionem domini Bonifacii, quæ est talis: Clerici qui clericali ordini non modicum detrahentes, se joculatores seu galiardos faciunt, aut buffones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure; si autem tempore breviori, & tertio admoniti non resipuerint, careant omni privilegio clericali: monemus hujus approbatione concilii, omnes & singulos tales, ut talem habitum & vitam non assumant, & assumptam deponant in- D fra tres menses, quorum unum pro primo, alterum pro secundo, & tertium pro tertio termino peremptorio assignamus: si pœnam prædictam, quam ipso facto incidunt, voluerint evitare.

IV. De capitulis celebrandis a monachis S. Benedicti & S. Augustini.

Item monemus abbates ordinis sancti Benedicti, & præpositos & prælatos sancti Augustini totius nostræ provinciæ, E ut provincialia capitula sua, usque ad festum Purificationis proxime futurum celebrent, juxta formam a sacris canonibus eis datam, & deinde de triennio in triennium, juxta formam sacrorum canonum jam prædictam.

ANNO CHRISTI 1310.

Clementis V. constitutio, qua Bonifacii VIII. constitutionem Clericis *mitigat.*

Clemens, &c. Pastoralis cura sollicitudinis nobis divinitus super cunctas Christiani populi nationes injuncta, nos vigilare, remediis, subjectorum eorumdem periculis obviare, ac scandala removere compellit. Sane quoniam ex constitutione fe. re. Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: * *Clericis laicos*: & ex declaratione seu declarationibus ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, pericula magna, & incommoda gravia sunt secuta, & ampliora sequi, nisi celeri remedio succurratur, præsumitur verisimiliter in futurum: nos de consilio fratrum nostrorum, constitutionem & declarationem, seu declarationes prædictas, & quidquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis: volentes & firmiter statuentes, illud contra quoscumque laicos exigentes seu extorquentes ab ecclesiis, ecclesiasticisque personis, tallias seu collectas, aut exactiones quascumque, & contra dantes ad id faciendum auxilium, consilium vel favorem, necnon circa præstandas subventiones laicis ab ecclesiarum prælatis, & aliis viris ecclesiasticis, inviolabiliter observari, quod super his a prædecessoribus nostris in Lateranensi & generali concilio, quæ nos sub obtestatione Divini judicii præcipimus observari districte, salubriter est provisum.

*Clementin. cap. ult. Quoniam. De immun. eccles.

Data * Lud. Kalendis Februarii, pontificatus nostri anno secundo.

* Lugduni.

ADMONITIO G. COSS. S. J.

Conradi Salzburgensis episcopi constitutiones tres, & mitigationem primæ, quæ est de contractibus matrimoniorum, ediderat Binius in appendice tomi tertii: & constitutiones quidem attribuendas monuerat concilio Salzburgensi anni MCCXCI. Mitigationem vero huic, anni MCCCX. quod nos in hac editione servamus. Qui vero regiæ præfuit, sive Binii mentem assecutus non est, sive non est eidem obsecutus, in hunc eumdem annum, & Constitutiones & Mitigationem contulit. Quod falsi arguitur ex ipsis Mitigationis verbis; *Constitutionem*, inquit, *de clandestinis matrimoniis dudum per nos editam, quæ incipit, Contractibus matrimoniorum.*

MITIGATIO SEU MUTATIO PŒNÆ

super cap. *Contractibus* * *matrimoniorum.*

* Vide sup. pag. 1095.

SAluti animarum paterna sollicitudine cavere volente, constitutionem de clandestinis matrimoniis dudum per nos editam, quæ incipit, *Contractibus matrimoniorum*, &c. taliter ex certis causis duximus moderandam.

Hæc moderatio, seu mitigatio non est in codice Canisiano.

Tollimus quidem, & sublatam esse decernimus, pœnam excommunicationis, quoad omnes articulos constitutionis ejusdem, & quod statutum ipsum alias sub vi præcepti maneat in vi-

gore

ANNO CHRISTI 1310.

gore suo: absolutionem autem illorum, qui ante sublationem, hujusmodi pœnam inciderunt, eamdem * committimus plebanis, ut eisdem, & qui in posterum contra constitutionem prædictam venerint, injungant stare ad modum pœnitentium ante fores ecclesiæ tribus diebus Dominicis, vel festivis, quando major adest populi multitudo, eosque, qui in hoc contumaces extiterint vel rebelles, puniant ipsi A plebani pro facultate cujuslibet, in aliqua pœna pecuniaria competenti, custodi ad fabricam nostræ ecclesiæ cathedralis Salzburgi sub certo testimonio assignanda. Et quod circa eosdem plebanos in singulis capitulis & synodis, tam nostri, quam archidiaconorum nostrorum, de hoc inquisitio diligens habeatur: & ad nostram notitiam perferatur plebanorum negligentia in hac parte.

* Corr. eosdem.

CONCILIUM COLONIENSE

Ab Henrico archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno MCCCX.

Ex statutis seu decretis Synodorum ecclesiæ Coloniensis editis anno 1554. H.

TITULI STATUTORUM.

1. *De revocatione statutorum contra libertatem ecclesiasticam factorum.*
2. *De occisoribus, mutilatoribus, & captivatoribus clericorum.*
3. *Ne quis laicus exactiones ecclesiis imponat, ratione advocatiæ, quam super bonis ecclesiasticis habet.*
4. *De invasoribus, occupatoribus, & detentoribus rerum & bonorum ecclesiasticorum.*
5. *De occupantibus bona ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & legata fabricæ ecclesiæ Coloniensis.*
6. *De vita & honestate clericorum.*
7. *De vicariis, quoad versus & lectiones in matutinis.*
8. *De ætate presbyterorum ordinandorum.*
9. *De concubinariis clericis.*
10. *Quod clericis publica emenda & pœnitentia non sit imponenda.*
11. *Quod non nisi ordinati ad sacros ordines, legant epistolas vel evangelia.*
12. *Quod non nisi ordinati ad sacros ordines, legant episcopo vel archidiacono instituatur.*
13. *Quod provisi de beneficiis auctoritate apostolica, se faciant juxta formam provisionis ordinari.*
14. *Quod fructus canonicorum suspensorum decedentium cedant ecclesiæ, & non successoribus suspensorum.*
15. *Quod clericus non leget concubinis suis vel spuriis annum gratiæ suæ.*
16. *De campanariis, quod sint litterati, & in albis ministrent.*
17. *Quod decani & plebani locorum examinent ornamenta ecclesiæ.*
18. *Quod fructus canonicorum suspensorum cedant capitulis, non singularibus de capitulo personis.*
19. *Quod ecclesia vel cœmeterium non consecrentur, nisi de dotatione loci diœcesano constiterit.*
20. *Quod parochiani non nisi a suo plebano communionem recipiant.*
21. *Quod non fiant imprecationes, nec cantetur Media vita contra aliquas personas.*
22. *De matrimoniis clandestinis.*
23. *Quod annus Domini de cætero in nativitate Domini observetur & innovetur.*
24. *De tabellionibus.*
25. *De sacramentis.*
26. *Quod plebanis non denegetur chrisma, vel oleum sacrum.*
27. *De statu religiosorum.*
28. *De monachis & monialibus.*

B 29. *Quibus statuta ista provincialia habitu & observatu necessaria.*

Statuta concilii provincialis Domini Henrici, sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopi, sacri imperii per Italiam archicancellarii, edita per eum anno Domini MCCCX.

PRÆFATIO.

AD honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac gloriosæ virginis Mariæ, atque S. Petri, ac C omnium Sanctorum. Nos Henricus, Dei gratia archiepiscopus Coloniensis, cupientes in hoc concilio nostro provinciali, de mandato speciali sanctissimi in Christo patris ac domini nostri Clementis, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summi pontificis, indicto, de capituli ac prælatorum nostrorum consilio & assensu, per infra scripta statuta nostra omnibus paterna sollicitudine providere: ut quies ecclesiis & ecclesiasticis personis procuretur, & pacis perturbatores a suis delictis pœnæ formidine arceantur, infra scriptas constitutiones observandas perpetuo, in D præsentiarum duximus promulgandas.

I. De revocatione statutorum contra libertatem ecclesiasticam factorum.

IN primis cum ad decus & decorem ecclesiæ nihil magis expediat, quam ut expurgatis erroribus, & statutis iniquis sublatis, ipsa plena quiete vigeat & secura gaudeat libertate; præcepta sacrorum canonum imitantes, omnia statuta, pacta, & ordinationes, contra libertatem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum edita seu editas, da- E mnamus, reprobamus, & cassamus, & irrita seu irritas nunciamus: mandantes universis nostræ diœcesis & provinciæ subditis, ut ea a locis suis intra mensem a notificatione præsentium faciant penitus aboleri: & locorum plebani moneant subditos diebus Dominicis & festivis, nominatim quos in his culpabiles sciverint, a alios in genere, quatenus hujusmodi de facto statuta, de facto revocent: alias eos ad id per com-

a Forte, alias. H.

ANNO CHRISTI 1310.

communicationis sententiam volumus coarctari. Verum quia intelleximus, quod in nullis locis laici (qui non contenti de propria ipsorum impietate & malevolentia, etiam alios Christi fideles a sua devotione & bonis operibus retrahere moliuntur) statuerunt & statuunt sub certa conspiratione & confœderatione, ne quis de cetero ecclesiis, ecclesiasticis seu religiosis personis, bona, prædia, districtus, jura & dominia aliqua, vendat, leget aut donet, vel quovis titulo in eos transferat, vel in nuptiis aut exequiis mortuorum, aut alias sacerdotibus parochialium ecclesiarum & aliarum offerant, nisi sub certo numero personarum & certo tempore Missæ, seu inter se taxant quid quilibet offerre debeat, contrarium facientibus pœnas pecuniarias infligendo: & quia hæc obviant directe ecclesiasticæ libertati: conspirationes, colligationes, & ordinationes hujusmodi, seu fœdera, & facta, & deinceps, si contigerit, facienda, decernimus non tenere, nec aliquem fore vel esse debere ad eorumdem observantiam obligatum.

Item statuta & consuetudines a laicis, cujuscumque status aut conditionis existant, introducta seu introductas, super eo quod dicti laici, antiquarum decimarum occasione, quas in aliquibus parochiis, vel largitione principum, aut donatione aliorum, seu alia de causa percipiunt, decimas novalium in terris propriis, quibuslibet parochiis obvenientes occupant, attrahunt, vel sibi vendicant, revocamus & cassamus: statuentes & præcipientes, ut præfati laici & quicumque alii, ab occupatione, detentione, vel usurpatione earumdem decimarum novalium, postquam ad agrum regium pervenerint, seu perveniunt, penitus desistant, & de ablatis satisfaciant, tam nobis, quam ecclesiis ecclesiasticisque personis, quibus ipsæ decimæ novalium de jure competere dinoscuntur: easdem decimas nobis, & ecclesiis ad quas pertinent, de cetero possidendas pacifice relinquentes.

II. De occisoribus, mutilatoribus, & captivatoribus clericorum.

Item statutum * venerabilis quondam Engilberti Coloniensis archiepiscopi prædecessoris nostri, contra injectores manuum in clericos, ecclesiasticasve personas, olim per ipsum editum, cum pœnæ majoris adjectione contra captivatores clericorum, observari volentes; statuimus, ut cum sacrilegi, qui suadente diabolo, Dei timore postposito, manus injiciunt in clericum, vel alias personas ecclesiasticas & religiosas, temere violentas, & ex hoc incidunt excommunicationis sententiam canonis jam prolati, quod occisores, mutilatores, & percussores atrociter clericorum & ecclesiasticarum personarum, & clericos capientes & in captivitate detinentes, seu per captivitatem, aliquam pecuniam ab eis extorquentes, seu talium receptatores & defensores, propter hoc auctoritate canonis latæ sententiæ excommunicati, eum omnibus operam & consilium ad præmissa adhibentibus, per omnes ecclesias diœcesis, in qua hujusmodi perpetrantur, per decanos ecclesiarum, rectores & presbyteros, quamprimum ipsis hoc per famam publicam, vel rei evidentiam, vel per fidem duarum fide dignarum personarum ipsis faciendam, aut per mandatum seu sententiam judicis constiterit, campanis pulsatis & candelis accensis, nominatim, quorum nomina sciri poterunt, alias in genere, excommunicati publice nuncientur, & arctius evitandi, donec satisfecerint de commissis, & debitæ absolutionis beneficium meruerint obtinere. Præterea in aggravationem pœnæ hujusmodi malefactorum, statuimus, ut omnis locus ad quem tales excommunicati venerint, vel ipsos clericos deduxerint, quamdiu ipsi captivatores & captivati ibidem fuerint, & post tres dies post eorum inde recessum, neenon locus in quo talis violentia facta fuerit, quem quidem locum, seu ecclesiam, aut ecclesias, in his scriptis ecclesiastico supponimus interdicto, & interdicti teneantur. Et si hujusmodi sacrilegi, seu malefactores, principes, nobiles, seu barones fuerint, & terram, jurisdictiones, districtum, munitiones, seu castra habuerint, & intra tres menses a tempore perpetrati delicti, etiam captivatis dimissis, non satisfecerint de delicto, extunc tota terra & districtus eorum, quos post lapsum dictorum trium mensium simili modo interdicimus, ecclesiastico, ipso facto, sit supposita interdicto. Si autem alii fuerint quam nobiles & terrarum domini;. tunc ipsi domini terræ, in quorum districtibus manent & domicilium habent sacrilegi ante dicti, vel ubi tam enorme scelus commissum extiterit, intra quindecim dies postquam de delicto hujusmodi constiterit per famam publicam, vel evidentiam facti, vel per denunciationem de-

* cap. 1. vide sup. ann. 1266.

ANNO CHRISTI 1310.

decani, seu presbyteri (quam ab ipso decano, seu presbytero loci, fieri præcipimus sub pœna excommunicatinnis, quam cito per famam, querimnniam alicujus, rei evidentiam, aut alin modo ipsis constiterit) præfatos sacrilegos tales habeant per detentinnem personarum suarum & privationem bonorum suorum, ut liberato captivo, Deo, ecclesiæ, & læso emendam præstent de commissis. Si vero dicti domini terrarum, præfatns sacrilegos habere nequiverint, nec bona sub eis habuerint, sed alias commanere in eorum districtibus cnnsueverint: procedant per proscriptionem contra eos, de terra sua ipsos expellendo, & per justitiam seu judices suos id fieri mandent & procurent. Alioqui staruimus, quod extunc ipsi domini terræ & eorum judices, & alii per quns regitur jurisdictin sæcularis, excommunicationis sententiam incurrant ipso factn: & si per quindenam dictam excommunicatinnem animo sustinuerint indurato, extunc tnta terra enrum ecclesiastico sit supposita interdicto. Præterea ne per mutationem locorum, præsati saerilegi hujusmodi possint malitiam palliare: volumus quod si ipsi sacrilegi, de una diœcesi ad aliam in nnstra provincia se transferant, vel captivos prædictos deduxerint, quod ad requisitinnem diœcesani, in cujus diœcesi hæc perpetrara sunt, vel ejus officialis, seu amicorum captivatorum seu captivati, facta ordinarin loci, seu diœeesann alterius, ad quem se sic transtulerint, fide per mandatum seu juramentum de præmissis, statuta eadem in omni fnrma, qua supra dicitur, inibi observentur. Si vero domini terrarum, vel alii nobiles, & jurisdictiones temporales habentes, fuerint malefactores ante dicti: capellani eorum, si quos habent, quamprimum sciverint dominos suns clericum captivasse, detinere in munitionibus aut dominiis suis, vel capi mandasse, vel aliquid aliud de præmissis fecisse, amodn coram ipsis non celebrent Divina: sed ut de delictn commissn intra quindecim dies satisfaciant, ipsos admoneant diligenter. Alioqui extunc ab eis, & mansionibus eorum recedant, nec eis communicent. Contrarium facientes, quos in his scriptis extunc excommunicamus, excommunicatos volumus nunciari. Et si contra hæc Divinis se immiscuerint, notam irregularitatis incidendn, & in ea permanserint per annum unum animo indurato: ipsos extunc beneficiis ecclesiasticis (quæ in diœcesibus in qnibus manent, nbtinent) ipsn facto decernimus privatos esse, & eosdem ipsis beneficiis privamus per præsentes: injungentes benefieiorum patronis, quod extunc aliis personis idoneis beneficia hujusmodi conferant, quibus iidem sunt privati. Alioqui termino juris elapso, potestas conferendi dicta beneficia ad superiorem devolvatur. Si vero dicti irregulares beneficia non habent in diœcesibus, in quibus manent, ipsos ab eisdem diœcesibus perpetun eliminamus & amovemus: ipsos etiam, tametsi per importunitatem suam absolutionem nbtinerent, de cetero ad aliqua officia, vel beneficia ecclesiastica, nullatenus admissum.

Præterea si eaptivans clericum vel religinsum, vel detinens, ac sacrilegus, hujusmodi pœnis vilipensis, congrua satisfactinne neglecta, per annum unum in excommunicatione hujusmodi perdurare animo præsumpserit obstinatn: statuimus, ut nulli de filiabus, filiis, fratribus & snroribus, & enrum filiis & filiabus, usque ad tertium gradum inclusive linea descendente, vel illi etiam, qui ad captivitatem hujusmodi, opem vel nperam impenderint, vel captivum clericum in suis vinculis detinuerint, ad ordines seu beneficia, aut etiam prælaturas, in nnstra diœcesi, seu alia in qua hæc fecerint, admittantur: cum ex delictn parentum, ipsn facto inhabiles reddantur ad hujusmodi consequenda. Statuentes & mandantes examinatoribus clericorum, capitulis, conventibus, patronis, & archidiaconis ac prælatis, ut nullum ex talibus ad ordines admittant: capitulum vero & conventus, nullum ex eis ad præbendas eligant; patroni nullum ex ipsis præsentent; archidiaconi & prælati tales non investiant ulln modo. Alioqui capitula & conventus, patroni & archidiaconi ac prælati, ipso facto jus suum amittant, & ca vice ad proximum superinrem devnlvatur. Et nihilo minus talium personarum receptin, investitura, & admissio, sit irrita ipso facto, nec ipsis jus quæratur in beneficiis sic adeptis. Feuda etiam, si qua prædicti sacrilegi ab ecclesiis vel ecclesiastieis personis tenuerint, post lapsum anni, per quem excommunicatinnem sustinuerint, ad ecclesias & personas ecclesiasticas libere revertantur: ita ut, si ipsi sacrilegi ultra se de hujusmodi feudis ingesserint, contra eos tanquam contra invasnres ecclesiæ, procedatur.

Verum cum futuris periculis sit maturis

ANNO CHRISTI 1310.

turis remediis obviandum, ne post vulneratam causam ad remedium difficilins in bonis recurratur, de clericis clericos eapientibus, aut capi mandantibus, aut adversus ecclesiam se hostibus ecclesiæ associantibus, ecclesiasque invadentibus, ut contra sacrilegos hujusmodi, persectius quo poterit, procedatur: statuimus, ut si qui elerici & prælati beneficiati, cujuscumque dignitatis, status, ant conditionis existant, bono opere spirituali rejecto, in tam præsumptnosam & detestabilem profunditatem malorum dilabuntur, quod clericos religiosasve personas eapiunt, vulnerant & detinent captivatos, aut contra ecclesias suas cathedrales, aut alias, quarum prælati, canonici, vel rectores existunt, cum hostibus ipsarum ecclesiarum se confœderant, vel in acie hostium contra suos diœcesanos & ecclesias armati comparent, archiepiscopos & episcopos, & ecclesias suas, & collegia, seu capitula vel bona earumdem rapiunt, vel capi faciunt, aut mandant, detinent vel detineri mandant, seu arrestari procurant, per abusum & judicium potentiæ sæcularis, dum hæc vel eorum aliquod, per evidentiam facti vel sceleris perpetrati, aut per confessionem propriam coram duobus testibus fide dignis factam, aut judicis sententiam, vel alio modo legitimo liquent, quos, salva pœna canonis, extune, ut exnunc, absque alterius mandati expectatione excommunicationis sententiam, quam in his scriptis propter hoc tamqnam delictum notorium in eos serimus, incurrere volumus ipso facto. In qua quidem sententia si per annum unum perseveraverint animo indurato, cum tanto gravius elerici, cujuscumque status, dignitatis aut conditionis existant, hujusmodi committentes, sint puniendi, quanto hæc sunt in ipsis magis detestanda & tanquam * ingrati. Cum autem ecclesias proprias invaserint, dignitates, personatus & beneficia sua admittere deheant, seu ea demeruerint, extune post lapsum anni, absque judicis sententia, dignitatibus, beneficiis, personatibus, & omnibus quæ in diœcesi, in qua præmissa vel eorum aliqnod commiserint, habent & obtinent, virtute & auctoritate præsentis concilii nostri, ipso facto sint privati: quos etiam ex causis præmissis privamus eisdem, absque spe restitutionis ad ipsa, propter atrocitatem criminis in hoc casu: mandantes, ut de ipsis dignitatibus, personatibus & beneficiis, per illos ad quos hoc spectat, extune ordinetur, & conferantur personis aliis intra tempus juris: alioqui eorum collatio ad superiorem devolvatur. Et si ante dicti clerici sic privati, non obstante quod forsan de facto dignitates & beneficia habent, adhue detinent, & patroni de ipsis negligunt ordinare, post hæc se ingesserint dignitatibus, personatibus, & beneficiis eisdem: fructus suos non faciant, nee actus eorum capitulares cuiquam suffragium præstent vel afferant nocumentum. Clericos vero hujusmodi committentes non beneficiatos, extunc ut exnunc excludi volumus & inhabiles existere ad dignitates, personatus, officia & beneficia quælibet, in diœcesi, in qua talia perpetraverint.

* Forte, ingrata. H.

III. Ne quis laicus exactiones ecclesiis imponat ratione advocatiæ quam super bonis ecclesiasticis habet.

Monemus item omnes nobiles terrarum dominos, scabinos, consules, judices sæculares, & universitates, ac alios laicos, cujuscumque status existant, ne de cetero occasione advocatiarum, quas quidam ex eis super bona ecclesiastica habent, vel quocumque alio nomine vel colore ad hoc quæsito, tallias, collectas, exactiones, petitiones, assisias, contributiones, servitia indebita, & ultra quam jus advocatiæ, jnxta scabinorum sententiam, ubi advocati sunt, permittit, ipsis ecclesiis ecclesiasticisve personis, hominibus, mancipiis, & bonis earumdem imponant, vel imponere, exigere, aut recipere præsumant, vel quo minus bona ecclesiastica colantur, & ipsæ ecclesiæ eisdem pacifice fruantur, per arrestationem vel prohibitionem aut alias prohibeant, ne bona ecclesiarum colant, vel homines suos dum in expeditionibus suis vadunt, vel alio modo procedunt, in grangiis & curtibus earumdem ecclesiarum & monasteriorum ponant: alias contra ipsos volumus procedi per sententiam excommunicationis, quonsque satisfaciant de commissis.

IV. De invasoribus & occupatoribus & detentoribus rerum & bonorum ecclesiasticorum.

Item statutum prædecessoris nostri Engilberti quondam Coloniensis archiepiscopi, quod sic incipit: Atque ad reprimendum importunam præsumptionem raptorum, prædonum & invasorum bono-

cap. 24. Vide sup. ad an. 1266.

no-

ANNO CHRISTI 1310.

norum & rerum ecclesiarum, &c. innovantes ex nunc de verbo ad verbum, prout in eodem continentur, volumus & præcipimus firmiter observari. Similiter & statutum ejusdem nostri prædecessoris Engilberti, de effractoribus & incendiariis ecclesiarum, quod sic incipit: Contra incendiarios autem & effractores ecclesiarum & monasteriorum, cum ipso facto sint excommunicati, &c. prout in eodem statuto continetur, innovantes, volumus & præcipimus observari.

cap. 1. ibid.

V. De occupantibus bona ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & legata fabricæ ecclesiæ Coloniensis.

Cum nonnulli tam clerici quam laici utriusque sexus homines, bona mobilia vel immobilia, ad ecclesias, monasteria vel alia pia loca, nec non ad dignitates, personatus & beneficia pertinentia, vel ad fabricam Coloniensem, & aliarum ecclesiarum legata, seu bona illicite acquisita, ipsi fabricæ cedentia, tacite vel expresse occupent & detineant minus juste, in fraudem ecclesiarum & monasteriorum, ac aliorum prædictorum: nos eorum in hac parte fraudibus obviare volentes, statuimus & præcipimus, ut quicumque, cujuscumque status aut conditionis existant, in præsenti, vel pro tempore, hujusmodi bona & legata, ac illicite acquisita, ecclesiis, prælatis & clericis scientibus vel ignorantibus, sub se habuerint, intra mensem a præsentis statuti publicatione, ea, quæ ad præsens apud eos sunt, & se habere sciunt, vel quocumque tempore, dum innotuerit ipsis se bona consimilia tenere vel occupare, similiter intra mensem, eisdem fabricæ nostræ Coloniensi & ecclesiis, monasteriis, prælatis, ecclesiarum rectoribus, aut aliis locis piis restituant atque reddant: alias ad id extunc per excommunicationis sententiam compellantur.

VI. De vita & honestate clericorum.

Statuimus item bonæ memoriæ Sifridi quondam Coloniensis archiepiscopi prædecessoris nostri, inter alia statuta sua, de vita & honestate clericorum editum, quod sic incipit. Ex concilio generali statuimus & præcipimus, ut universi clerici continenter & caste vivant, &c. innovantes præcipimus firmiter observari.

Vide pag. 619.

VII. De vicariis, quoad versus & lectiones in matutinis.

ANNO CHRISTI 1310.

Intelleximus etiam, quod quamquam in quibusdam ecclesiis vicarii aliqui adstricti sint suas septimanas servare, celebrando Missas in principali seu summo altari, & ceteras horas quascumque, lectiones tamen in matutinis legere, vel versus cantare in eisdem ecclesiis de consuetudine prohibentur. Propter quæ, occasione canonicorum absentium contingit interdum, in eisdem ecclesiis negligentias fieri, & matutinas cum cantu penitus prætermitti. Attendentes igitur absurdum esse, quod majora & solemniora, ut est dictum, ipsis vicariis permittantur, utpote Missarum celebratio in summo altari, & minima denegentur: ad tollendam negligentiam hujusmodi, præcipimus decanis, ut ipsi vicariis eisdem deinceps injungant versus cantare & lectiones legere, prout viderint expedire: eos qui ipsis in hoc non paruerint, sicut in ceteris, corrigendo: salva correctione contra canonicos, qui in præmissis fuerint negligentes.

VIII. De ætate presbyterorum ordinandorum.

Statuimus item, ut nullus clericus sæcularis ad sacerdotii gradum, nisi vicesimum quintum annum ætatis suæ attigerit, aliasque ad hoc idoneus extiterit, ordinetur: ut levitate juvenili, quæ prona est ad delictum, transcursa, sacerdotes in agendis discretionem habeant suo statui congruentem.

IX. De concubinariis clericis.

Quamquam item plures canones & statuta edita sint super continentia clericali: quia tamen natura prona est & labilis ad incontinentiam, idcirco ut quilibet clericus saltem pœnæ gravioris formidine strictius se contineat: statuimus, ut nullus clericus, & nullus omnino presbyter, concubinam vel in domo sua, vel extra publice teneat aut habeat, cui necessaria administret. Alioqui a Divinis noverit se suspensum: & talibus suspensis celebrantibus, nullus Divina audiat, nec pro capellanis nec sociis eos teneat: contrarium facientes, ut desistant, per excommunicationis sententiam arceantur, salvis pœnis per bonæ memoriæ Conradum archie-

cap. 2. vide ad an. 1251.

ANNO CHRISTI 1310.

chiepiscopum Coloniensem prædecesso- A rem nostrum, contra concubinarios & concubinas hujusmodi institutis. Qui vero relaxatis voluntatum * habenis, in lacum miseriæ & in lutum fæcis se immergunt, ut * salutis æternæ coronam, & honestatis normam, & sacrarum virginum pudicitiam violare præsumpserint, cujuscumque regulæ vel habitus monialium tales extiterint: propter tam flagitiosum crimen, si carnis commercium temeratium fuerit subsecutum, excommunicationis sententia, quam in his scriptis ferimus, se noverint innodatos. Sanctimoniales vero, quæ hujusmodi crimen flagitiosum perpetraverint, nullatenus deinceps ad officium aliquod in monasterio admittantur: sed in signum iniquitatis suæ (salvis pœnis contra tales sanctimoniales editis, prout hæ in concilio venerabilis patris domini Conradi Portuensis & S. Rufinæ episcopi, olim apostolicæ sedis per Alemanniam legati, sunt promulgatæ) taliter a suis superioribus corrigantur, quod earum correctio aliis terrorem incutiat, ea amplius non committendi.

* f. voluptatum

* f. & sal.

c. 13. ibid.

X. Quod clericis publica emenda & pœnitentia non sit imponenda.

Item cum clericis publica actio pœnitentiæ sit prohibita: statuimus, ut in nulla ecclesiarum nostræ civitatis, diœcesis, & provinciæ, aliqua emenda seu pœnitentia publica ipsis imponatur, cum ex talibus infames reddantur, sicut in aliquibus ecclesiis intelleximus observatum: videlicet quod canonici & clerici alii ante cruces in processionibus & in choro, diebus quibus ceteris in albis procedunt, in nigris cappis circumeunt & incedunt in publico & in facie laicorum: quod de cetero in virtute sanctæ obedientiæ fieri prohibemus. Sed superiores eorum juxta qualitatem delicti, pœnitentias ipsis clericis imponant suo ordini congruentes. Si secus actum fuerit, decernimus ipsos clericos ad hujusmodi emendas publicas non teneri.

XI. Quod non nisi ordinati ad sacros ordines, legant epistolas vel evangelia.

Statuimus item, ut non nisi ordinati legitime ad sacros ordines, epistolas vel evangelia legant, induti vestimentis sacris, cum id obviet canonicis institutis. Contrarium facientes a suis decanis puniantur.

ANNO CHRISTI 1310.

XII. Quod nullus ecclesiam curatam teneat, nisi ab episcopo vel archidiacono instituatur.

Item statuimus, quod nullus ecclesiam curatam de cetero teneat, vel regendam suscipiat, aut susceptam tenere præsumat, nisi a nobis, vel archidiacono, & eorum vices gerentibus (quibus hoc de jure vel consuetudine competere dinoscitur) de eadem fuerit le- B gitime institutus: cum alias non habeat claves ligandi vel solvendi. Contrarium faciens, nisi dictam ecclesiam dimittat, monitione viginti dierum præmissa, ex nunc excommunicationis sententiam, quam in ipsum in his scriptis ferimus, incidat ipso facto, nec plebs ei obediat vel intendat.

XIII. Quod provisi de beneficiis auctoritate apostolica, se faciant juxta formam provisionis ordinari.

C Statuimus etiam, ut quibus in nostra civitate est de beneficiis auctoritate apostolica provisum, sic quod ad ea, prout onus beneficiorum eorumdem requirit, promoveri teneantur, se faciant juxta formam provisionis eorumdem ad dicta beneficia promoveri: alioqui ea vacare decernimus, & eorumdem collationem devolvi ad superiorem, ut per ipsum intra tempus juris de personis aliis ordinetur. Et si contra hæc clerici hujusmodi fructus eorumdem benefi- D ciorum perceperint: illos suos non faciant, nec ipsis ministrentur. Quod in virtute sanctæ obedientiæ duximus injungendum.

XIV. Quod fructus canonicorum suspensorum decedentium, cedant ecclesiæ, & non successoribus suspensorum.

Statuimus & hoc, ut si qui canonici suspensi decesserint, quod propter hoc, ecclesiæ, annis gratiæ, & eorum fructibus post obitum cujuslibet ex con- E suetudine currentibus, non fraudentur: sed ipsis ecclesiis, & non successoribus suspensorum, cedant pro redditibus perpetuis comparandis ad communem utilitatem ecclesiarum: ne ecclesiæ ipsæ ex alieno delicto jacturam sentiant in hoc casu.

XV.

A

XV. Quod clericus non leget concubinis suis vel spuriis annum gratiæ suæ.

Nullus item annis gratiæ abutens, fructus annorum suorum spuriis vel concubinis suis leget aut donet. Contrarium faciens ecclesiastica careat sepultura: & legatum hujusmodi non teneat in hoc casu, sed cedat ecclesiæ a qua processit. Item vicarii ecclesiarum collegiatarum, vel aliarum ecclesiarum, ad ordinem quem onus beneficiorum suorum requirit, a tempore susceptorum beneficiorum promoveantur, & personaliter resideant in eisdem: alias eisdem vicariis seu beneficiis, si non promoventur, nec personaliter eis deservierint ipso facto, post lapsum anni, juris impedimento cessante, sint privati: & collatores earumdem vicariarum seu capellaniarum de ipsis, personis aliis, id facientibus, studeant providere. Idem de vicariis jam existentibus volumus observari: ne votum Christi fidelium qui hujusmodi vicarias pro remedio animæ suæ, vel pro cultu Divino ampliando, instituerunt & dotaverunt easdem, per talium non promotorum & non deservientium negligentiam defraudetur.

B

XVI. De campanariis, quod sint litterati, & in albis ministrent.

Presbyteri item sub albis camisias habeant, & campanarii (quos litteratos semper assumi volumus, ut saltem in responsionibus communibus presbytero valeant respondere) similiter tempore Divinorum camisiis mundis & albis sint induti, nec quotidianis vestimentis suis in suo officio administrent indecenter: alias per locorum decanos & plebanos ad sui officii exercitium nullatenus admittantur: quod ipsis decanis & plebanis in virtute sanctæ obedientiæ duximus injungendum.

C

XVII. Quod decani & plebani lotorum examinent ornamenta ecclesiæ.

Decani item & plebani examinent libros & ornamenta necessaria ad Divinum cultum in ecclesiis sibi subjectis: & ubi necesse fuerit, per conservatores dictæ ecclesiæ, & parochianos, intra mensem post admonitionem eorumdem, suppleri faciant: in rebelles excommunicationis sententiam promulgando.

D

XVIII. Quod fructus canonicorum suspensorum cedant capitulis, non singularibus de capitulo personis.

Statuimus item, ut fructus canonicorum suspensorum, durante suspensione eorumdem, cedant capitulis ad communes usus ecclesiarum suarum, prout in ecclesia nostra Coloniensi observatur, cui expedit in hoc casu ceteras nostræ diœcesis & provinciæ ecclesias conformari: ne ipsi canonici sic suspensi, eosdem fructus per aliquas alias personas singulares vendicantes sibi ex aliqua consuetudine, immo potius corruptela, ipsos competere, recuperent: & per consequens ad frequentationem chori per suspensiones hujusmodi nequeant coarctari: si tamen constet, ipsas personas singulares, per dictorum fructuum restitutionem, dare canonicis suspensis occasionem suspensiones hujusmodi non curandi.

XIX. Quod ecclesia vel cæmeterium non consecrentur, nisi de dotatione loci diœcesano constiterit.

Inhibemus item, ne aliqua ecclesia vel cœmeterium, nisi dotatæ, de qua dotatione ante omnia nobis, seu loci diœcesano, fidei fieri volumus, amodo consecrentur.

XX. Quod parochiani non nisi a suo plebano communionem recipiant.

Statuimus item, ut nullus parochianus ab alio quam a suo vero plebano, communionem recipiat: nisi de hoc privilegiis authenticis sit munitus. Contrarium facientes a perceptione corporis Christi abstineant, quousque ipsi plebano satisfecerint de contemptu.

XXI. Quod non fiant imprecationes, nec cantetur Media vita contra aliquas personas.

E

Prohibemus item, ne in aliqua ecclesiarum nobis subjectarum, imprecationes fiant nec decantetur [a] *Media vita* contra aliquas personas, nisi de nostra licentia speciali: cum nostra intersit discutere, quando sint talia facienda.

XXII. De matrimoniis clandestinis.

Prohibemus item, ne quis matrimoniis clandestinis intersit, & quod pro-

[a] Exstat hæc Antiphona apud Henr. Canis. tom. 5. Antiqu. Lect. p. 770. Vide Glossarium Du-Cangii, verbo *Media vita*. Hard.

ANNO CHRISTI 1310.

clamationes fiant ubique de matrimoniis contrahendis: & si qui contrarium fecerint, & in excommunicationis sententias inciderint, absolutiones talium, nobis seu nostro officiali specialiter reservamus.

XXIII. Quod annus Domini de cetero in nativitate Domini observetur & innovetur.

Statuimus etiam, ut ex nunc de cetero annus Domini observetur, & in nativitate Christi innovetur a quolibet anno, prout sacrosancta Romana ecclesia id observat, quæ est omnium ecclesiarum caput & magistra: ut errores & difficultates, qui propter diversitatem inceptionis anni nativitatis ejusdem, multoties evenerunt, de cetero evitentur.

XXIV. De tabellionibus.

Statuimus item, ut tabelliones seu notarii publici, quoties alicui appellationi, protestationi, aut provocationi, aliive actui in publico faciendo interfuerint, provideant sibi ut officiali nostro seu judici, aut aliis coram quibus appellant, dent sub eodem contextu copiam appellationis sub expensis appellantis: quas appellantibus seu provocantibus & protestantibus aliqua fieri volumus, ut judex, an deferat appellationi necne, deliberare valeat: ne ipsis judicibus, qui limitatum terminum super hoc a jure habent, currat tempus.

Item cum officium tabellionatus sit publicum, præcipimus ut quilibet tabellio, instrumenti confecti per ipsum, intra sex dies, postquam ex parte illius cujus interest, fuerit requisitus, sub expensis partis hoc requirentis, quas per taxationem curiæ nostræ, & diœcesani cujuslibet taxari volumus, copiam sub sigillo suo det & assignet.

In quibus duobus articulis si tabelliones negligentes fuerint, & de hoc constiterit per rei evidentiam, aut alio modo, ac ipsi appellantes seu protestantes hujusmodi facere contempserint: extunc in excommunicationis sententiam incidant, cujus relaxationem nobis specialiter reservamus.

XXV. De Sacramentis.

cap. 4. Vide pag. 683.

Item statutum piæ memoriæ Sifridi Coloniensis archiepiscopi prædecessoris nostri, de septem Sacramentis, inter alia statuta sua editum, quod incipit, Statuimus ut baptismus honorabiliter celebretur, &c. in omni sua forma pro instructione simplicium clericorum, qualiter in administratione eorumdem Sacramentorum se habere debeant, volumus & præcipimus observari.

ANNO CHRISTI 1310.

XXVI. Quod plebanis non denegetur chrisma vel oleum sacrum.

Statuimus etiam, ut nullis plebanis chrisma vel oleum sacrum, ab his qui hæc administrare solent, occasione cujusvis petitionis cathedratici seu synodatici non soluti, denegetur vel subtrahatur: cum necessarium sit in vigilia Paschæ, & aliis temporibus, pro renovatione fontis baptismatis, hæc in ecclesiis haberi. Sed ad solutionem prædictorum, dicti plebani, si necesse fuerit, viis aliis compellantur: ne parochianis ex alieno delicto, Sacramenta prædicta, quæ gratis dari debent, indebite subtrahantur.

XXVII. De statu religiosorum.

Item statuimus ut religiosi ordinis B. Benedicti abbatis, in crastino Exaltationis sanctæ crucis, omni anno celebrent concilia sua in civitatibus cathedralibus, & in monasteriis sui ordinis, si qua sunt in eisdem: alias in vicino in aliqua ecclesia dictæ civitatis, quam ad hoc viderint sibi aptam. Ad quod concilium abbates singulorum monasteriorum, quilibet eorum cum duobus monachis, veniant, & habeant inter se duos superiores abbates ordinis sui dictæ diœcesis, qui procurent ibidem legi regulam B. Benedicti, & provinciale concilium bonæ memoriæ domini Conradi Coloniensis archiepiscopi prædecessoris nostri, super statu, & regulari disciplina dicti ordinis, per ipsum olim observatum; quod quidem concilium, sic incipit: In nomine Domini, Amen. ann. 116[illegible]

„ Conradus Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus. Saluti, & „ bono statui omnium, cujuscumque professionis seu ordinis, sed nostrorum „ domesticorum maxime, debitores existentes in Domino, sicut in nostra „ visitatione negotium informationis & „ correctionis de clericis per statuta canonica expedivimus competenter: ita „ de monachis satagentes, id ipsum „ suo modo quo competens fuerit, expediemus.

„ In primis statuimus, quod omnium „ monasteriorum nigri habitus monachi „ or-

ANNO CHRISTI 1310.

„ ordinis S. Benedicti, Divinum officium in cantando & legendo, secundum quod regula ejusdem S. Benedicti præcipit, exequantur. Et sic finit: Datum & pronunciatum Coloniæ quarto Idus Martii anno Domini 1260. Quæ etiam statuta sunt ab aliis prædecessoribus nostris de observantia regulæ, ibidem legantur: & si qua pro monasteriorum dicti ordinis statu, & correctione fratrum rebellium, ac Divini cultus ordinatione, ordinanda sunt, ordinentur: & quæ ibidem definita secundum eorum regulam fuerint, observentur. Si qui vero monachi rebelles fuerint, nec per abbates corrigi possint, illos nobis vel loci diœcesano volumus præsentari.

XXVIII. Item de monachis & monialibus.

Si qui etiam monachi vel sanctimoniales, beatorum Benedicti & Augustini ordinum, præter superioris licentiam, bona mobilia apud se, vel apud alios, in deposito, negotiationis aut alia de causa, habuerint: illa suo superiori & conventui resignent, & eisdem ad cautelam quolibet anno intra quindenam ante festum Paschæ intiment, specificent, revelent, & demonstrent, & ad manus ejusdem superioris abbatis in præsentia conventus resignent penitus atque tradant monachi & moniales ejusdem. Contrarium facientes, seu qui bona hujusmodi dolo desierint possidere, excommunicentur, & puniantur secundum inde statuta. Et quicumque alii utriusque sexus homines præfata bona sub quovis nomine sub se habuerint: tales, nisi eadem bona intra mensem simili modo ad manus superioris ejusdem monachi vel monialis reportent & resignent, excommunicationis volumus sententiam incurrere eo facto.

Item præcipimus & statuimus, ut monachi & moniales in civitatibus atque villis, absque religionis habitu non discurrant: nec ullus monachus seu monialis, in pluribus monasteriis, quorum in uno dignitates, personatus, seu officia & præbendam obtineant: sed recepta secunda dignitate, personatu, officio cum præbenda, collator primæ dignitatis, personatus, officii & præbendæ prioris, eam seu eas alii conferant intra tempus juris: nec monachis vel monialibus prædictis, tempore absentiæ suæ, fructus cedant suarum præbendarum: quia sic viderentur aliquid proprii possidere. Sed monachis ad studendum aptis, de suorum superiorum providentia poterit de necessitatibus provideri.

Item statuendo prohibemus, ne in aliquo monasterio monachorum vel monialium, cujuscumque conditionis vel regulæ existant, in receptione vel admissione monachi seu sanctimonialis ad ipsum ordinem, pecunia exigatur, vel pro receptione talis personæ ad religionem, pacta, conditiones, aut conventiones de pecunia, vel alia re temporali, ipsi religiosi faciant, quovis nomine vel colore ad hoc quæsito: quod ipsis omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ duximus injungendum. Sed id quod ex post facto parentes & amici personæ receptæ, pro eleemosyna & devotionis causa, absque pacto, libere contulerint, recipere valeant: dum tamen id fiat pure & simpliciter, sine fraude.

Ceterum statuimus ut moniales ipsæ sub perpetua in suis monasteriis clausura maneant, ac nulli, nisi de illius ad quem pertinuerit, speciali licentia, ingressus vel accessus pateat ad easdem: ut sic a publicis & mundanis conspectibus separatæ, Domino liberius servire valeant, ac lasciviendi opportunitate sublata, ipsi domino Jesu Christo, cui integritatem suam spontanea voluntate devoverunt, corda & opera sua in omni sanctimonia custodiant, juxta constitutionem D. Bonifacii papæ VIII. quæ incipit. Periculoso & detestabili quarumdam monialium statui, &c. Quam in præmissis & aliis in eadem constitutione contentis, volumus & præcipimus firmiter observari. Nulla etiam mulier solemne votum continentiæ emittat, quæ non elegerit sub clausura certa vel approbata alicujus ordinis remanere: ne propter levitatem sexus, si in sæculo remanserit sicut prius, continentiæ votum dissolvens, gravius delinquat hoc casu: nisi ad talem ætatem pervenerit, quod de incontinentiæ vitio amodo contra ipsam suspicio non habeatur.

Quia vero per præsentia statuta nostra provincialia, communi utilitati ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, pro conservatione libertatis earumdem ac repressione ipsas infestantium, ut speramus, auctore Domino salubriter providetur: præcipimus & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, ut statuta nostra ab omnibus ecclesiis & ecclesiasticis personis nobis subditis, & in hoc concilio nostro congregatis, inviolabiliter, fraude & dolo seclusis, firmiterque observentur. Alias post

ANNO CHRISTI 1310.

post tres menses a publicatione præsenti statutorum eorumdem, volumus, venientes contra ipsa extunc pœnas incurrere contentas in eisdem.

Et ne quemquam ipsa statuta lateant vel latere possint, statuimus ut collegia, capitula, conventus, monasteria, decani, ecclesiarum rectores, & ceteri quorum interest, intra dictos tres menses a publicatione statutorum ipsorum, copiam recipiant & sibi procurent eorumdem: alioqui ipsos qui in hoc culpabiles extiterint, extunc suspendi volumus ab officio Divinorum.

Actum & pronunciatum & datum in palatio nostro Coloniensi, præsentibus venerabilibus patribus Guidone Trajectensis, Engilberto Onasburgensis, Godrefrido Mindensis ecclesiarum episcopis, necnon nunciis solemnibus venerabilis Theobaldi Leodiensis episcopi, & capituli Monasteriensis, sed ipsa vacante; ac prælatis & clero nostræ civitatis & diœcesis Coloniensis in dicto Concilio solemniter congregatis, in crastino Dominicæ Invocavit, necnon feria III. & IV. sequentibus concilio ipso durante, anno Dom. MCCCX.



CONCILIUM TREVIRENSE

Anno M. CCCX. celebratum.

Ex tribus MSS. codicibus, uno Ecclesiæ Metensis, altero collegii Societatis Jesu Metensis, & tertio conventus Cælestinorum Metensis.

IN nomine Domini, amen. Ista sunt statuta salubria provincialis concilii Trevirensis, edita per reverendum in Christo patrem & dominum, dominum *Balduinum*, Dei gratia sanctæ Trevirensis ecclesiæ archiepiscopum, sacri Imperii per regnum Arelatense archi-Cancellarium & publicata in ecclesia B. Petri Trevirensis anno Domini M. CCCXXXVIIII. die mensis aprilis, ratificata & approbata concorditer per ipsum provinciale concilium. Inter quæ quamplures institutiones canonicæ ad laudem Dei & necessariæ ad utilem eruditionem personarum ecclesiasticarum & sæcularium Trevirensis civitatis ac provinciæ continentur.

I. *De exercenda justitia adversus violentos ecclesiarum oppressores.*

Quoniam quidem esse omnium perfectissimam virtutum arbitrandum est hominibus, justitiam scilicet, quæ suum omnibus distribuit, conatus illicitos reprimens, & errata condemnans, quæ aliis augetur virtutibus & perficit virtuosos; eo quod justitiam colere summum noscitur esse bonum; quod & licet universis incumbat, specialiter tamen in pontificali culmine constitutis, qui juris executores existunt, tenentur justitiæ, eo quod reintegranda omnia sunt ordinatione pontificum ipsorum secundum varietatem temporum, per quorumcumque violentiam, oppressiones & fraudes ab ecclesiis subtrahuntur, ecclesiasticisque personis ablata sunt. Ad hoc enim Deus præcordiavit episcopos ut injustitias removeant, præsumtiones abscindant, & Domino in suis servientibus, opem ferant. Quod maxime fieri convenit, cum illi graviter opprimunt, de quibus dictum est: Nolite tangere Christos meos, per quos presbyteri & hi qui in sortem Domini assumpti sunt non absque mysterio onneupantur. Porro quaotis oppressionibus & violentiis, injuriis, blasphemiis & jacturis his diebus per hostis antiqui versutias afficiantur, crucientur, lædantur, & opprimantur contra Justitiam in nostra Trevirensi provincia personæ ecclesiasticæ & presbyteri, illi potissime, qui ferventiores in servitio Salvatoris existunt, nullus est qui hæsitet. Ob quam rem & licet omnes humiliari oporteat sub potenti manu Dei, ut in tribulationis tempore liberentur, ex injuncto tamen nobis officio pastorali hujusmodi insolentiis tenemur obsistere, ac per defensionem justitiæ eos mucrone inexpugnabili constitutionum utilium confringere, ut resistere valeant ascendentibus ex adverso. Cum itaque considerata locorum, hominum & temporum conditione, introducantur causæ scripturarum remedia, rationes & jura, quod in Apocalypsi competenter describitur, dum Johannes septem ecclesiis scribit, in unaquaque earum specialia vitia comprehendens, quod secundum Apostolum evidentius declaratur, dum per singulas singulariter ecclesias diversis remediis medetur illatis vulneribus. Ne per exhibitionem unius solius collyrii ad instar periti medici per eum omnium oculi curarentur; pro communi omnium nostrorum utilitate subditorum provida deliberatione statuimus atq; præcipimus incendiarios ecclesiarum, locorum religiosorum, ac eorum receptatores scienter, singulis diebus dominicis excommunicatos denunciari per omnes conventuales & parochiales ecclesias & per omnia monasteria tam monachorum quam monialium civitatis, diœcesis provinciæ Trevirensis, decernentes ipsos ex tunc ab omnibus evitandos. Cum autem ipsi incendiarii post publicationem hujusmodi excommunicationis absolvi non possint, nisi a summo pontifice; nos ot iidem incendiarii & receptatores eorum super hoc aliquam ignorantiam non prætendant, statuimus, ut hoc ipsis intimetur per parochiales prædictos ante denunciationem prædictam.

II. *Contra prædones & violatores ecclesiarum.*

Item de violatoribus ecclesiarum & monasteriorum, seu quorumcumque religiosorum & sacrorum locorum fractoribus, statuimus quatenus in loco ad quem prædam ecclesiarum & locorum seu personarum ecclesiasticarum duxerint, quamdiu est & erit ibi præda vel ipse prædo vel prædæ emptor, cessetur videlicet in ejusdem loci parochiali ecclesia penitus a divi-

nis per earumdem ecclesiarum parochiales presbyteros, cujuscumque superioris judicia ecclesiastici Trevirensis provinciæ mandato minime expectato: ita tamen quod iidem parochiales presbyteri causam cessationis hujusmodi, contra quem & pro quo eadem fit cessatio, suis episcopis, seu officialibus eorum quam primum commode potuerint non differant intimare. Si autem in ipsa parochia conventus, seu collegium fuerit, janua clausis ejusdem parochiæ, parochianis exclusis, voce submissa, ita quod foris audiri non valeant, divina celebrentur ibidem,

III. De parochianis qui sine officio missæ sepeliuntur.

Si qui autem parochianorum prædictorum decesserit, sine officio missæ cum solis commendationibus, sepeliatur in atrio, excepto prædone, prædæ emptore, fautoribus, seu receptatoribus eorumdem. Præmissa vero serventur quam cito de præmissis constiterit per facti vel spolii evidentiam vel sacramentum spoliati, si honesta sit persona. Si quid autem circa præmissa & cessationes hujusmodi dubitationis, seu quæstionis emerserit, judicio episcoporum & aliorum generalium officialium, quorum idem est auditorium relinquatur: per quos restituta præda, resumptis organis, iidem violatores, fractores, prædones, fautores, & receptatores eorum damna & interesse spoliato parochialibus ecclesiia & presbyteris per censuram ecclesiasticam restituere compellantur, quæ ratione cessationis hujusmodi spoliatus, eædem ecclesiæ & presbyteri incurrerunt. Super quibus damnia credatur juramento spoliati & presbyteri, si honestæ sunt personæ, & excommunicati nuncientur usque ad satisfactionem condignam præmissorum.

IV. Contra raptores.

His autem adjicientes decernimus, ut si raptores, violatores, seu prædones, quarumcumque rerum vel personarum ecclesiasticarum infra mensem, a quo, ut prædicitur, cessari contigerit, contra eos prædam non restituerint, nec satisfecerint de præmissis, absque alio mandato, auctoritate præsentis statuti, per parochiales presbyteros excommunicentur, & excommunicati ipso facto sint, & etiam nuncientur, interdicta terra, si quam eorumdem raptorum, violatorum & prædonum, habent; & si dominum superiorem habeant temporalem, moneatur dominus, ut eos ad condignam satisfactionem compellat infra alium mensem a tempore monitionis sibi factæ, quod si facere neglexerit, ex tunc terra ejusdem temporalis domini sub ecclesiastico sit posita interdicto. Quod autem dicimus de raptore, extendi volumus in eum qui rapinam fieri procuraret.

V. De captione clericorum.

Statuimus ut captivatores clericorum absque auctoritate superioris ecclesiastici, qui hoc facere possit & debeat, de qua quidem auctoritate constet, adjutores & defensores eorum: quamprimum de captivatione hujusmodi constiterit, per evidentiam facti vel alias legitime per parochiales presbyteros excommunicati denuncientur. Si autem a die denunciationis clericum captivatum infra triduum non restituerint, terra ipsorum, si quam habent, ecclesiastico sit supposita interdicto. Si vero a tempore interdicti hujusmodi infra mensem non resipuerint, eorum domini temporales a locorum ordinariis moneantur, ut captivatores & detentores clericorum ad eorum restitutionem compellant, alioquin ipsi domini per ordinarios excommunicentur, ac excommunicati denunciari mandentur. Quod si excommunicationis sententia non proficit, contra eos terræ ipsorum, si quas habent, ex tunc ecclesiastico sint suppositæ interdicto.

VI. Ut raptor denuncietur excommunicatus.

Et quia super constitutionum & sententiarum executionibus est juris subsidium & ordinariorum judicum auxilium implorandum; statuimus quod si raptores, captivator, prædo, excommunicati fuerint nunciati, vel terræ eorum, si quas habeant, interdicto sint suppositæ a judice ordinario unius civitatis, vel diœcesis, provinciæ Trevirensis; aliorum diœcesum ejusdem provinciæ ordinarii, qui super hoc ex parte spoliatorum seu captivorum super hoc requisiti fuerint, in suis civitatibus & diœcesibus eumdem raptorem seu captivatorem excommunicatum denuncient, ipsumque faciant ab omnibus evitari, terras si quas habeat sub suis jurisdictionibus, ecclesiastico interdicto supponentes,

VII. Contra celebrantes in locis interdictis.

Item, statuimus, si presbyter vel clericus in sacro ordine constitutus, in loco interdicto scienter celebraverit; vel ipse presbyter, vel clericus interdictus, suspensus, vel excommunicatus, maxime a judice, divina, ut prius, celebrare pertinaciter præsumpserit; & a loci ordinario monitus non destiterit, ac infra competentem dilationem secum super hoc canonice dispensari non obtinuerit, per suum episcopum & ad mandatum suum, ut sit ceteris in exemplum, corporaliter capiatur, ut circumstantiis provida deliberatione pensatis, in perpetuum vel ad tempus, prout episcopus expedire providerit, carceri mancipetur ad pœnitentiam peragendam.

VIII. Contra non recte tonsurantes.

Item cum ante sacramentale signum, quod per manus impositionem imprimitur & confertur, nullus secundum B. Isidorum dici debeat de sorte Domini, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ firmiter præcipiendo statuimus, ut nullus de civitate, diœcesi & provincia Trevirensi signum clericale seu clericalem tonsuram per quam secundum veriorem sententiam ordo clericalis confertur, deferat, seu sibi radi faciat, acolytatbus etiam ordinem non recipiat, antequam per eum qui possit & debeat, sibi in collatione primæ clericalis tonsuræ manus impositio & benedictio sacramentaliter imponatur.

IX. Ne plures uno die recipiantur ordines.

Item, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ omnibus subditis nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ Trevirensis, propter multorum abusum clandestinum, qui hactenus fieri consuevit, inhibemus ne quisquam eorum primam tonsuram cum aliis omnibus minoribus,

seu

ANNO CHRISTI 1310.

feu acolytathum cum fsero fubdiaconatus ordine, maxime cum confuetudo Trevirenfis provinciæ non repugnet, una & eadem die recipere præfumat. Quod fi contra præfumtum fuerit, hujufmodi ordines totaliter, jure reprobante, recipiens ab executione eorumdem ordinum fit fufpenfus, cum receptio plurium ordinum una die fit generaliter reprobata.

X. Ne fpiritualia vendantur ante receptionem.

Item, cum fpiritualia, nullo dato promiffo, per quod privata utilitas feu lafcivia induci valeat, pure & fimpliciter conferri debeant, prout in antiquis fanctorum patrum fanctionibus continetur, fub pœna excommunicationis latæ B fententiæ omnibus perfonis ecclefiafticis civitatis & Diœcefis provinciæ Trevirenfis firmiter inhibemus, ne quifquam ante vel poft receptionem in canonicum, lo monachum, vel in fratrem, feu adoptionem cujufcumque beneficii ecclefiaftici, ratione hujufmodi receptionis prandium feu convivium commune, prout hactenus in quibufdam ecclefiis fieri confuevit, feu eidem prandio, in quo non morum commendanda inftructio, fed reprobanda ventris repletio fieri confuevit, interfit. Verum ut ad honorem Dei & ecclefiarum decus utilitas augeatur, præcipimus, quod in ecclefiis, in quibus fuper hujufmodi conviviis tempore præfentis ftatuti confuetudo fervabatur, loco convivii hujufmodi C poft receptionem pure & fimpliciter factam, præftetur una cappa ad ornamentum ecclefiæ valoris centum groffiorum Turonenfium antiquorum, ubi alias cappa majoris vel minoris pretii minime folvebatur.

XI. Ut nullus alium præfentet.

Item, fub pœna latæ fententiæ omnibus perpetuis vicariis civitatis, diœcefis & provinciæ Trevirenfis inhibemus, ne quis alium vicariarum feu perpetuum mercenarium ad titulos vicariarum fuarum, prout hactenus factum fuiffe comperimus, præfentare præfumat; nec admittatur ad ecclefiam taliter præfentatus, decernentes irri- D rum & inane quidquid contra hoc fuerit attentatum.

XII. De non refidentibus.

Item, fub prædicta pœna firmiter præcipimus, ne quæcumque perfona ecclefiaftica noftræ civitatis & diœcefis provinciæ Trevirenfis groffus fructus ecclefiaftici beneficii percipiat, nifi in eodem beneficio refidentiam fecerit, ut tenetur, & faciat perfonalem, nifi cum eo fuerit canonice difpenfatum.

XIII. Contra executores teftamentorum.

Item, quia executores teftamentorum feu ultimarum voluntatum decedentium plerumque in noftra civitate, diœcefi & provincia Trevirenfi, executionem teftamentorum hujufmodi, etiam fuper his quæ a teftatoribus ad pias caufas legata vel difpofita funt nondum infra annum, fed plerumque biennium & tempus multo longius adimplere negligunt: quin immo plerique executores bona decedentium hujufmodi fibi appropriantes, dividentes inter fe, præfatas ultimas voluntates & difpofitiones dolofe exequi totaliter prætermittunt: quamquam fecundum A civiles etiam fanctiones extrema voluntas teftatoris cujuslibet infra annum debeat executioni demandari, alias eft defunctorum piis voluntatibus per locorum epifcopos providendum: innovando ftatuimus, quatenus iidem executores per locorum ordinarios moneantur, ut facto primitus & quam cito fieri poterit ab eis inventario fuper bonis receptis, infra annum a tempore obitus teftatoris, & hujus executores receptas ultimas difpofitiones prædictas præcipue ad pias caufas fideliter exequantur, fuper quo locorum epifcopis feu eorum vices gerentibus fidem faciant, alioquin executores prædicti bona executioni fibi commiffa epifcopis deliberent anno lapfo, per manus epifcoporum, fecundum difpofitionem defuncti dividenda & ordinanda. Quod fi executores ipfius facere contempferint, ipfo facto, fententiam excummunicationis incurrant, quam excommunicationis fententiam, fi per alium menfem indurato animo fuftinuerint, ex tunc ceffetur in parochiis ufque ad fatisfactionem condignam. Contra eos fi epifcopis expedire videbitur penitus ceffetur a divinis.

XIV. Contra gerentes cucuteras & rigatas.

Item, cum prima facie quilibet præfumatur talis, qualis is effe, cujus habitum fert, comprobatur, & in noftra civitate, diœcefi & pro- C vincia Trevirenfi quam plures presbyteri canonici & laici [illegible]tas & fcacatas veftes geftantes, nec non m[illegible], ut vulgariter dicimus, feu cucul[illegible]s, cor[illegible] epifcopis & ordinariis, & etiam in ecclefiis, in quibus beneficiis obtinent deferentes, venerabile fignum clericale, per quod ipfi in fortem domini funt, deferre præfumptuofa fuperbia vilipendunt, ut milites armatæ militiæ effe videantur, qui fanctæ cæleftis militiæ effe debent, & quibus non fub terreftri, feu [illegible] militia ftipendiis providetur, fub pœna excommunicationis latæ fententiæ omnibus presbyteris, canonicis & clericis in facris ordinibus conftitutis, & beneficia ecclefiaftica obtinentibus, firmiter inhibemus, ne deinceps D hujufmodi veftes rigatas & fcacatas in ecclefiis, in quibus beneficiati exiftunt, tempore quo celebrantur divina, de cetero deferre præfumant, fed tonfuram clericalem convenientem deferant fecundum qualitatem beneficii & conditionem perfonæ honeftæ, geftu, habitu & inceffu taliter fe habentes, ut honefte vivendo in converfatione laudabili fint ceteris in exemplum.

XV. Contra beneficiatos non tonfuratos per manus epifcopi.

Item, abufum damnabilem, qui in noftra civitate, diœcefi & provincia Trevirenfi inolevit, amoventes, omnibus perfonis nobis fub- E ditis fub pœna excommunicationis latæ fententiæ firmiter inhibemus, ne quis antequam primam tonfuram per manus impofitionem facramentalem receperit, fibi de quocumque beneficio ecclefiaftico provideri procuret. Si autem contrarium per quamvis perfonam factum eft, illud extunc decernimus irritum & inane.

XVI. Contra presbyteros exigentes a parochianis pecuniam.

Item, cum fecundum canonicas fanctiones nihil fit pro facramentis ecclefiafticis exigendum,

ANNO CHRISTI 1310.

dum, sed sit gratis & sine dilatione aliqua exhibenda, (quanquam piæ consuetudines super his erga sanctam ecclesiam pia devotione a fidelibus introductæ debent observari) quamplures parochiales presbyteri nostræ Trevirensis provinciæ, prout didicimus, ubi consuetudo non est super certo eis dando, consuetudinem prætendentes, pro sepulturis, chrismatis, & unctionis receptione & administratione immoderatos pecuniæ nummos & alias res extorquent ac exigunt ab invitis: inesfræuatam utique aviditatem eorum refrænare volentes, statuimus, ut prætextu consuetudinis, quæ sub certo eis solvendo notoria non fuerit ab antiquo, dicti presbyteri pro sepulturis & exequiis mortuorum ultra duodecim solidos parvorum Turonensium recipere, seu exigere non præsumant; sed etiam minori summa sint contenti, secundum morientium facultates: super quibus eorum conscientias oneramus. In locis vero & parochiis, in quibus super receptione certi & determinati majoris vel minoris pretii eis solvendi, super quo etiam contenti sint, seu rei cujuslibet alterius consuetudo dubia non existit, sed a parochianis & aliis quorum interest recognoscitur ita esse, nihil per hoc præsens statutum volumus immutari: quin hujusmodi pia consuetudo notoria simpliciter observetur.

XVII. Contra incorporationes ecclesiarum.

Item, cum cessationes seu collationes ecclesiarum, quas incorporationes vocant, in quantum ecclesiis & Monasteriis non personis conferuntur, ad perpetuas alienationes pertineant, super eisdem ecclesiis incorporandis in nostra civitate, diœcesi & provincia Trevirensi per importunitatem potentium ab ecclesiarum prælatis & capitulis faciendis tantæ & totiens gratiæ factæ fuerunt & fieri sperantur in posterum, quod parochiales presbyteri vix habent & habere posse videntur, unde secundum statum eorum commode sustententur, sed per incorporationes hujusmodi, per quas redditus & decimæ a parochialibus ecclesiis subtrahuntur, licet de jure communi pertineant ad easdem, [D] plurimis eisdem parochialibus presbyteris pro hospitalitate tenenda, & episcopalibus juribus exsolvendis non suppetant facultates, sicque quam pluribus presbyteris & rectoribus in ecclesiis deservientibus spiritualia seminantibus, ipsi carnalia non metunt; vineam plantant & colunt, & de ejus fructu non edunt; extraneis in messes eorum falces mittentibus, contra Apostolum, secundum quem laborantem agricolam prius oportet suscipere de fructibus suis, maxime cum serviens altario vivere debet de altari. Nos itaque ut militanti stipendia minime subtrahantur, statuimus, ut deinceps in nostra civitate, diœcesi & provincia Trevirensi, hujusmodi institutiones seu incorporationes ecclesiarum non fiant in ecclesiis & monasteriis, nisi subsit causa notoria & legitima, de qua constet; & nisi vocatis & præsentibus omnibus qui fuerint evocandi, solemnitates adhibeantur, quæ consideratis circumstantiis universis super alienationibus rerum ecclesiarum adhiberi debent secundum canonicas sanctiones: ita quod incorporationes hujusmodi ipso facto non valeant nisi contractu præhabito inter episcopos & ecclesiarum cathedralium capitula causa rationabilis vel urgens necessitas, seu earumdem ecclesiarum evidens utilitas eosdem episcopos & ca- [A] pitula communiter ad prædictas incorporationes de cetero faciendas inducat. Si qui vero aliquid contra fecerint seu procuraverint fieri, illud decernimus irritum & inane. Per hoc tamen præsens nostrum statutum in nullo derogavimus incorporationibus ecclesiarum hactenus rite factis.

XVIII. Contra presbyteros, seu irreverenter habentes.

Item, cum presbyteri & personæ ecclesiasticæ, maxime in sacris ordinibus constitutæ, in castris divinis sub ecclesiasticis stipendiis militare noscuntur, ne ecclesiasticum ordinem agno- [B] scentes, in aliud sæcularis vitæ genus, ecclesiasticæ disciplinæ spreta reverentia, non transcendant, statuimus, quin immo statuta a sanctis patribus innovamus, ne presbyteri seu clerici in sacris ordinibus constituti, & maxime monachi sæculares negotiationes exerceant, & præcipue tabernas non teneant, lucris turpibus non insistant, munera injusta non accipiant, justitiam non vendant pro sæculari quæstu, aliquem pretio non advocent, nec in plateis sæcularibus orphanorum & viduarum & personarum miserabilium defensione excepta, disputare contendant, conductores aut procuratores in casibus non permissis rerum sæcularium non existant, aleas non sequantur, spectacula sæcula- [C] ria fugiant, ornamenta non statuta & conditioni suæ minime convenientia neque desiderent, neque gestent, in deliciis superfluis non vivant, gulam fugiant, & sobrietatem sectentur, pondera injusta seu mensuras non habeant, circa otiosa & superflua non intendant. Si quis autem presbyterorum & clericorum, & monachorum contra hoc salutare statutum ausu temerario aliquid attentare præsumpserit; competenti monitione præmissa, a suo episcopo, quousque resipuerit & condigne satisfecerit, de commisso excommunicetur, & a temere tentatis per censuram ecclesiasticam compellatur.

[D] *XIX. Pro matriculario habendo in parochiali ecclesia.*

Item, prout jam dudum a sanctis patribus in generali concilio statutum est, præcipiendo firmiter innovamus, quod quilibet presbyter pastor, seu vicarius, in quacumque parochiali ecclesia divina celebrans, nisi propter paupertatem nimiam & notoriam excusetur, clericum vel personam saltem litteratam secum habeat, qui sibi competenter legendo & cantando respondeat in divinis, quacumque contraria consuetudine non obstante, per quam in quampluribus locis agricolæ & alii puri laici litteras penitus ignorantes, qui secus altare, dum sacra mysteria celebrantur, stare, vel sede- [E] re non debent, per quos potius impediri plerumque consueverat altaris ministerium, quam ipsi decenter in eodem ministerio deservirent. Scriptum namque est, quod Osias lepra percussus est a domino, eo quod usurpare voluerit officium sacerdotis.

XX. Pro Mandatis exequendis.

Item, quia per malitiam, desidiam, & subterfugia personarum ecclesiasticarum & presbyterorum, qui ad suorum superiorum mandata exequenda tenentur, plerumque effectus justi-

tiæ

tiæ multipliciter impeditur; statuimus ut presbyteri, quibus alicujus mandati executio a suo superiore committitur, si super executione hujusmodi quidquam dolose egerint, seu fuerint negligentes: illi seu illis pro quibus mandatum directum fuerat, etiam interesse teneantor, & damnis quæ ob id incurrerint coram judice a quo mandatum emanaverat declarandis. Si vero iidem presbyteri, seu quicumque executores alii, pro executione mandatorum hujusmodi damna passi fuerint, non relaxetur sententia, quantumcumque pars in hoc consentiat nisi primitus eisdem presbyteris & executoribus de damnis hujusmodi per eum qui damna intulerit, ad arbitrium judicis fuerit satisfactum.

XXI. Contra minas inferentes ecclesiasticis personis.

Item, quæcumque persona ecclesiastica vel sæcularis personæ ecclesiasticæ minas corporales intulerit, & monita a suo superiore eam assecurare noluerit, ad fidelem assecurationem præstandam indilate ad id per excommunicationis sententiam compellatur.

XXII. De illis, qui altaribus serviunt.

Item, cum is qui altario servit, secundum Apostolum, de altari vivere debeat, prout alias in provinciali concilio Trevirensi fuerat institutum; innovandom præcipimus, ut per locorum ordinarios deservientibus in ecclesiis parochialibus, & præcipue perpetuis vicariis competens portio assignetur. Quod si iidem deservientes seu vicarii quovis modo minorem aut minus sufficientem acceptaverint portionem, nihilominus actionem habeant contra earumdem ecclesiarum rectores, aut alios fructuom earumdum perceptores ad augmentum portionis ejusdem. Quod enim militantes Deo presbyteri mendicare non debeant, non specialiter in favorem personæ inductum est, sed totius ordinis clericalis. Et si deservientes prædicti seu vicarii ad assignationem debitæ portionis agere non valeant; seu quia lites abhorrent, nolunt super hoc deponere quæstionem, locorum ordinarii super hujusmodi portione assignanda debita, suum officium de plano & absque judiciali strepitu interponant, quamprimum id advenerit ad notitiam eorumdem.

XXIII. Qualiter in ecclesiis parochialibus se est regendum per laicos.

Item, in parochialibus ecclesiis cantentur, seu legantur, considerata qualitate temporis, horæ canonicæ. Impedimento cessante, ad parochiales matrices ecclesias parochiani de villis circumstantibus & capellis seu oratoriia attingentibus saltem quibuslibet diebus dominicis, in solemnibus festivitatibus, sub pœna excommunicationis teneantur accedere, ut ibidem missarum solemnia audiant, prout in generali concilio est a sanctis patribus institutum, præcipue, ne honor matricis ecclesiæ pereat per capellas, nisi capella forte adeo sit remota, vel aquarum inundatio, seu aliud subsistat, per quod super hoc rationabiliter valeant excusari: in eademque capella de redditibus adeo sit provisum, quod de auctoritate episcopi loci ejusdem possit & debeat in diebus talibus ibidem celebrare sacerdos.

A

XXIV. Contra decimas occupantes.

Item, decimæ prædiales non in domibus, sicut hactenus in plerisque locis fieri consuevit, sed in agris, vineisque, pratis & in aliis locis, ex quibus proveniunt, sub pœna excommunicationis integraliter persolvantur, nullis deductis expensis, quæ factæ fuerint circa rem hujusmodi decimandam.

XXV. Contra decanos rurales.

Item, cum causæ matrimoniales tractari debeant per discretos judices, qui potestatem habeant (B) judicandi, & statuta canonum non ignorent, firmiter inhibemus, ne decani rurales, seu forenses archipresbyteri, ecclesiarum pastores, seu vicarii de causis matrimonialibus cognoscere, vel judicare præsumant. Si contra factum fuerit, irritum nunciantes.

XXVI. Contra excommunicatos, qui per annum pervicaces sunt.

Item, cum excommunicationis sententia; quæ est ecclesiæ mucro, vilipendatur a pluribus, statuimus, quod si excommunicatus ab ordinario judice per annum in sua pervicacia & excommunicatione perstiterit, ab eodem judice moneatur (C) dominus temporalis, ut infra terminum competentem eumdem excommunicatum redire ad sanctæ matris ecclesiæ unitatem compellat: alioquin ipse dominus temporalis excommunicetur: quam excommunicationem si per mensem sustinuerit, ex tunc terra ejus, si quam habet, prout & in quantum eidem judici videbitur, supponatur ecclesiastico interdicto.

XXVII. Contra illos qui obligant bona ecclesiæ.

Item, quia quamplures ecclesiarum prælati, & potissime abbates, abbatissæ, priores, præpositi, & aliæ personæ ecclesiasticæ nostræ civitatis, (D) diœcesis & provinciæ Trevirensis bona ecclesiarum, monasteriorum & prioratuum adeo prodigaliter dissipando refundunt, vendunt, distrahunt, obligant; & adeo exquisitis conventionibus illicitis, etiam ipsis legum conditoribus incognitis, alienant, hactenusque dilacerando & dilapidando bona eadem consumpserunt, quod etiam in pluribus ecclesiis, monasteriis & prioratibus, in quibus per largitiones imperatorum, regum & principum ac erogationes fidelium superabundare consueverant possessiones & reditus, peccatis exigentibus, personæ clerici & monachi ac conversi locorum eorumdem in eisdem locis & extra, cultu divino, cui assumpti fuerant derelicto, in vili ac (E) indecenti habitu usque ad exinanitionem extremæ virtutis deducti, mendicare coguntur in locis & hujusmodi claustris, seu dormitoriis solemnibus ab antiquo, & quæ antiquis temporibus propter eorum sublimitatem operis sumtuosi alienigenis & incolis mirifici videbantur, vix eisdem personis clericis, monachis & conversis patet diversorium; ut ut ab imbribus & grandinibus protegantur: propter quod eædem personæ derisioni laicorum cedunt & scandalo, in totius clericalis cætus opprobrium & contemtum. Prædictis itaque dispendiis in quantum nobis Deo auctore permissum est, obviare volen-

ANNO CHRISTI 1310.

lentes, maxime cum ficut anime fine corpore A corporaliter non vivit; ite fine temporalibus fpiritualia diu effe nequeunt; præfenti conftitutione fub interminetione divini judicii prædictis prælatis, ebbatibus, prioribus, prioriffis, & eliis perfonis ecclefiafticis firmiter inhibemus, ne in pofterum bona ecclefiarum & locorum facrorum immobilie eliquatenus obligent, diftrahant, feu etiam alienent per fe vel per alium, nifi tractatu præhabito fuper hoc cum omnibus perfonia ecclefiafticis eorumdem locorum, requifitoque & hebito confenfu & fingulorum confilio, ejufdem loci evidens neceffitas fieri id expofcat. Et quie prædictis fuis prælatia fubditi fuper hujufcemodi alienationibus quandoque precum inductionibus, alias vero oppreffioni- B bus, formidolofis terroribus confentire contra proprias confcienties ut plurimum non verentur; præfenti conftitutioni adjicimus, ut deinceps hujufmodi bonorum immobilium obligatio, feu elienatio fecta in cafibus non permiffis, ipfo facto, non veleat, nifi una cum confenfu prædictorum euctoritas diœcefani epifcopi intervenerit. Omnes enim bafilicæ fui territorii in ejus poteftete confiftunt: quam quidem non nifi confidereta utilitete loci eum folerti eeufæ cognitione idem epifcopus impendat. Si quis autem contre hoc falutere confilium quicquam attentare præfumferit, tam elienans difpofitionis rei, quem recipiens reftitutionis ejufdem eum fructibus pœnas fuftineent, nec pretium C hujufmodi male recipiens ab ecclefia recipiet; fed ad ecelefiem, monefteria, & loca, quorum eadem bona funt, libere revertantur.

XXVIII. Contra monachos, qui vadunt per civitates.

Item, fub pœne excommunieationia præcipimus & inhibemus ne monachi extre elauftrum per civitatem, caftra, feu villas incedere feu difcurrere de cetero præfumant, nifi ratione adminiftretionis, fi quam hebent, hoe eis juxte regulares obfervenitea fit permiffum, vel nifi abbatis, feu prioris clauftrelis fuper D hoc licentia intercedet, quam idem ebbas feu prior fub pœna excommunicationis eis non impendet, nifi hoc exigerit monafterii evidens neceffitas vel patens utilitas eorumdem, fuper quo ipforum abbetis & prioris confcienties oneramus.

XXIX. Contra illos qui monetam falfam procurant.

Item, quie nonnulli motu demnabili ec nefando fcelere, prout intelleximus, monetem edulterinem & falfam in fuis prædiis & elauftris exercere præfumant: eujufmodi feeinus ipfi etiam gentiles multipliciter damnevetunt, fir- E miter omnibus presbyteris injungimus, ut in omnibus locis & parochiis fuia, in quibus hujufmodi felfem & adulterinam monetam per quofcumque cudi feu fabricari cognoverint, in continenti ceffent, cujufcumque fuperioris fui mandato minime expectato, penitus a divinis; eeufamque ceffationis hujufmodi & rei feriem diœcefano epifcopo non differant quamprimum poterunt intimere. Qui epifcopus extunc ed exeminetionem falforum monetariorum hujufmodi fpiritualiter & temporeliter totis viribus totaque intentione procedet: damne ob prædictam ceffationem ecclefiis & presbyteris obviantia reftitui integraliter faciens.

XXX. Contra canonicos.

Item, cum in Trevirenfi provincieli concilio præfidentibus in eodem recordationum felieium *Theoderico* Trevirorum, *Johanne* Metenfi, *Rogero* Tullenfi, *Radulfo* Virdunenfi Epifcopis, propter multas abufiones ennus gretiæ fuerit alias revocatus; nos confiderantes, quod hujufmodi revocatio in quemdam diffuetudinem eft deducte, ficque eathedralium & collegietarum ecclefiarum quam plurimi cenonici propriis commodis inhientes, in greve præjudicium fucceflorum, ecelefiarum damnum, & plerumque in illufionem provifionum a fede epoftolice fuper obtentis canonicetibus & præbendis in eifdem ecclefiis e perfonia idoneis obtentarum, fructus præbendarum fuarum pet ennum unum & poft eorum obitum fibi retinere & eppropriare contendunt, ennum telem, qui juxta hoc pro fucceforibus & ecclefiis biffextilis dicl debet, ennum gratiæ nuncupantes: per eujus retentionem nondum canonici quamdiu vivunt, fuper deducendis lafciviis & prodigalitatibus fpem effumunt, præfenti conftitutione ftatuimus, ut quecumque confuetudine, imo verius corruptela contrarie non obftante, nulli cenonico talem annum telifque anni reditus liceat retinere; quem fi hactenus retinuerint, vel eum deinceps retinere contingat, telis retentio qualitercumque fiat feu facta fuerit, nullins fit momenti. Non teneantur etiam capitula ecelefierum exeeutoribus feu creditoribus canonicorum annum hujufmodi retinentium, feu alii eorum nomine de prædicti anni fructibus & reditibus refpondere. Sed ed inftituendos fucceffores canonicos tranfeant pleno jure. Si quid in contrarium actum fuerit, irritum nunciantes, & hoc provinciale ftatutum epifcopis diœcefani Trevirenfis provinciæ in fuis eivitatibus & diœcefi per eenfurem ecclefiafticem inviolabiliter a fuis fubditis obfervari procurent.

XXXI. Item, de ufurariis, quod reftituant.

Præcipimus diftricte, ut omnes ufurerii reftituant quidquid ultre fortem perceperunt, fub pœne contra eos in Laterenenfi concilio edita, quæ talis eft: Statuimus ut ufurarii manifefti, nec ad communionem admittantur altaris, ne Chriftianam, fi in hoe peccato decefferint, accipient fepulturam, nec oblationes eorum quifquam recipiat. Qui autem ecceperit, aut chriftianæ tradiderit fepulturæ, quod acceperint, reddere compellantur, & donec ad arbitrium fui epifcopi fetisfecerint, eb officii fui maneant executione fufpenfi.

XXXII. Ut ufurarii reddant pignora.

Item præcipimus, ut forte deducta reddant pignora, & remittent.

XXXIII. Ne committant ufuras nomine tutelæ.

Item diftricte præcipimus, nt nomine tutelæ vel procuretionis, vel timore Domini fui aliquas non committant ufures: quie non fuo nomine fient ite, nec alieno poteft quia fœnus aliqualiter exercere.

XXXIV. Contra illos, qui pecuniam mutuant ante meſſem.

Item præcipimus, ne ea intentione mutuent pecuoiam ſuam ante meſſem vel vindemiam, recepturi io meſſe vel vindemiis bladum, vel vinum pro multo minori pretio, quam veriſimile ſcit tunc valere, ſub pœnis prædictis.

XXXV. Contra cogentes frangere feſta.

Item, ſtatuimus ſub divinæ ultionis pœna, & præcipimus, ut nobiles & Domini terræ permittanr homines ſuos dies feſtos obſervare, & non compellant eos evectiooes publicas ſeu alias angarias præſtare.

XXXVI. Contra uſurarios & cauvertinos.

Item præcipimus diſtricte, ut ſa circa cauvertinos & alios uſurarios ita ſa habeant, ſicut in generali concilio eſt ſtatuium.

XXXVII. Ne clerici litigare compellantur coram ſæcularibus judicibus.

Item, cum de conſuetudine approbata & tamdiu obſervata, quam memoria non exiſtat, tam religioſi qoam elerici injuriatores & moleſtatores ſuos eoram ſuis judicibus, videlicet aecleſiaſticis, in cauſam traxerint, & nonnulli barones, ballivi, nobiles, præpoſiti & villici & alii laici poteſtatem ſæcularem habentes, civitatis, diœceſis, & provinciæ Trevirenſis tam religioſos quam elericos coram ſe litigare compellant, ut non patiantur eos jus ſuum proſequi coram eccleſiaſticis judieibus; præcipimus vobis & univerſis presbyteris, quatenus in eccleſiis veſtris prædictas perſonas moneatis, ut ab hujuſmodi tam religioſorum, quam clericorum moleſtatione deſiſtant, nos omnes illas perſonas, quæ poſt jam dictam monitionem religioſos & claricos compulerint coram ſe litigare, excommunicationis vinculo innodamus, & præcipimus eos ſiogulis diebus dominicis & feſtivis excommunicatos denunciari.

XXXVIII. Ne monachis duo officia aſſignentur.

Item, nulli monacho vel moniali duo officia in eodem monaſterio, ſub pœna excommunicationis latæ ſentantiæ, aſſignentur. Singula namque officia ſuot perſonis idoneis aſſignanda.

XXXIX. De novitiis.

Item præcipimus ut omnes novitii poſt annos diſcretionis & probationis ſtatim faciant profeſſionem axpreſſam in manu abbatis, vel alterius ſecundum conſuetudines locorum rationabiles deſcriptas.

XL. De monachis & monialibus.

Item præcipimus diſtricte, ut mooachi & moniales omnibus proprietatibus, quas hactenus habuerunt, ſine difficultate renuncient: ut omnia in communes uſus monaſterii redigaotur. Qui vero renunciare renuerit, excommunicetur. Qui ſi nec ſic reſipuerint, per abbatem vel per abbatiſſam; aut ſi non, per epiſcopos aut eorum officiales ad id compellantur.

XLI. Item de monachis.

Item, diſtricte prohibemus, ne monachi denarios, quos in oblationibus miſſarum racipiunt, ſibi reſervare præſumant; ſed abbati & cui præceperit aſſignentur, in communes uſus fratrum expendandi. Item de denariis anniverſariorum & omnium, quæ ad manus eorum devolvuntur, nemo ſibi quicquam appropriare præſumat, nec per mooachos vel mooiales dividantur, ſicut hactenus per abuſionem fieri ab aliquibus conſuevit, ſed in communes uſus omnium redigantur.

XLII. De abbatibus & abbatiſſis.

Item, præcipimus abbatibus & abbatiſſis, ut ſuis ſubditis tam in victo quam in veſtitu, ſecundum monaſterii poſſibilitatem, neceſſaria adminiſtrent. Panis vero & vinum ac alia neceſſaria dantur fratribus ac ſororibus io communi ad ſufficientem oeceſſitatem eorum: oec alicui ad vitam nec ad certum tempus ſpecialiter aſſignentur; & quod utriuſque in communi ſuperfuerit, iterum in communitatem reſervent, vel pauperibus diſtribuant, ad hoſpitale pauperum in omnibus monaſteriis reſtaurentur.

XLIII. Ne religioſi habeant ſervos.

Item, inhibemus, ne monachi, vel moniales habeant famulos vel ſervientes utriuſqua ſexus ſpeciales, niſi forſitan io talibus conſtituti ſint officiis, quod ipſis omnimodo carere non poſſint. Et nunc da conſenſu Prælatorum ſuorum aſſumant eoſdem. Si quis autem alias tales perſonas retinere præſumſerit, expelli aas de monaſterio ſub pœna excommunicationis præcipimus per prælatos.

XLIV. Ne monachi ludant cum iſtis.

Item, ludos chorearum, ſcacorum, amillorum, & globorum monachis ioterdicimus omnino; & ne infra ſepta ſui elauſtri val ipſum clauſtrum habere tabernas, neve infra ipſas ibi vel alibi ſedera, ludera, ſeu bibera aliquis aorom audeat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ firmiter iohibemus.

XLV. De abbatibus & monachis.

Item, præcipimus diſtricta ne abbates, vel monachi, abbatiſſæ, vel moniales, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, mantella ſeu ſorcocia aperta portent de eetero, nec habeant paonos de nigra bruneta, nec de moreta; ſed quaoto haberi poſſunt humilioris pretii, prout regula præcipit. Item cucullas habeant cum amplis eapuciis, & latis: quando equitant cappis utantur & elauſis.

XLVI. Ne monachi portent bruneta.

Itam, ut dictum eſt, da bruneta nigra ſive da moreta & pellicia ſeu forraturas de vario ſeu griſio & alias exquiſitas, ſive fumuoſas pelles diſtricte religioſis omnibus ſub pœna excommunicationis latæ ſeotentiæ firmiter inhibemus.

XLVII.

ANNO CHRISTI 1310.

XLVII. Ut clauſtra ferentur de nocte.

Item, claves clauſtri ſint ſemper apud priorem, vel prioriſſam, vel magiſtram; nec ſine licentia aliquis monachus ſeu monialis, maxime de nocte, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ exire audeat: nec aliquam mulierem monachus, cujuſcumque conditionis ſit, in ambitu monaſterii introducere præſumat, ſine abbatis vel prælati ſui licentia ſpeciali, introducta tamen cum licentia non intus comedat.

XLVIII. De teſtamentis mortuorum.

Item, cum nihil magis hominibus debeatur, quam ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, & liberum quod iterum non reddit arbitrium, ſub interminatione divini judicii præcipimus, quod nullus executor ultimæ voluntatis, præſertim ad pias cauſas conſtitutus, a creditoribus vel legatariis teſtatoris audeat percipere vel exigere pecuniam pro debito ſuo, ſeu pro legato, ſeu debito eis ſolvendo, ſeu pro executione facienda. Quod ſi fecerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.

XLIX. Contra executores teſtamentorum diu.

Item, cum plures executores teſtamentorum defunctorum, maxime ad pias cauſas deputati, jam diu exequi ultimas voluntates eorum in ſuæ ſalutis diſpendium, & dictorum decedentium detrimentum neglexerint: monemus ipſos omnes & ſingulos primo & ſecundo præcipientes eiſdem, ut infra annum dicta teſtamenta exequantur: alioquin ad executionem eorum extunc per locorum epiſcopos procedatur, in quantum de jure fieri poterit & debebit.

L. Contra Begardos, ut non recipiantur.

Item, inhibemus ſub pœna excommunicationis, ne quis in noſtra civitate, diœceſi & provincia Trevirenſi aliquem vel aliquos de illis ruſticis, qui ſe Apoſtolos appellant, in domum ſuam recipiat, aut eis eleemoſynam eroget, cum prout in antiquis ſtatutis ſynodalibus continetur, ſedes Apoſtolica tales reprobaverit, & in eorum receptores & fautores excommunicationis ſententiam tulerit ipſo facto.

LI. Contra Begardos laicos.

Item, cum quidam ſint laici in civitate, diœceſi, & provincia Trevirenſi, qui ſub prætextu cujuſdam religionis fictæ Begardos ſe appellant, cum tabardis, & tunicis longis, & longis cappuciis cum otio intendentes, ac labores E manuum deteſtantes, conventicula inter ſe aliquibus temporibus faciunt & conſervant, ſeque fingunt coram perſonis ſimplicibus expoſitores ſacrarum ſcripturarum: nos vitam eorum, qui extra religionem approbatam validam mendicantes diſcurrunt, monemus omnes & ſingulos hujuſmodi Begardos, quos a quolibet parochiali presbytero a ſua parochia moneri volumus diligenter, ut infra quindenam a præmiſſis deſiſtant, & de laboribus ſuis vivant, circa labores ſicut ceteri homines ſe exponant: alioquin ipſos & quemlibet eorum, quos excom-

A municamus in his ſcriptis, denunciari in parochialibus eccleſiis excommunicatos præcipimus, mandamus ſingulis diebus dominicis.

LII. Contra lædentes clericos & portitores litterarum.

Item, ſtatuimus quod ſi quis cujuſcumque dignitatis ſeu conditionis exiſtat, nuncios, aut executores eccleſiaſticorum judicum, vel alias litteras eorumdem actave judicialia deferentes, hac occaſione verberare, capere vel detinere, occultare, carceri mancipare, aut quod gravius eſt interficere, litteras vel acta prædicta perſonis memoratis auferre, ſeu ea rumpere, B vel cancellare, ſeu alias deſtruere quoquo modo, vel ſic ablata celare præſumſerit, aut iſta fieri procuraverit, vel facientibus conſilium vel opem duxerit adhibendum; excommunicationis ſententiæ, quam ex nunc ut extunc in ipſum ferimus, ſubjaceat ipſo facto; a qua niſi prius tam judici, cujus auctoritatem contemſerat, quam paſſo injuriam & ceteris, quorum intererit, prout exceſſus poſtulaverit atrocitas, ſatisfaciat competenter, nullatenus abſolvatur.

LIII. Contra quæſtores & petentes ad calices ſine licentia epiſcoporum.

Item, prohibemus ſub pœna excommunica- C tionis, ne quis de cetero cujuſcumque conditionis exiſtat, vadat per terram cum *calicibus abſque litteris epiſcopi loci ad petendam pecuniam, quia multæ ex hoc truffæ & deceptiones committuntur.*

LIV. Contra facientes convivium in exequiis defuncti.

Præterea cum in exequiis mortuorum lugendum ſit potius quam convivandum, inhibemus ſub pœna excommunicationis, ne convivia & commeſſationes teneantur de cetero, quæ per hæredes ſeu ſucceſſores defuncti in eiſdem exequiis fieri conſueverunt; ſed ſumtus hi in uſus D pauperum & in pias cauſas in remedium animæ defuncti potius convertantur.

LV. Ne ſine lumine poſt campanam vadant.

In locis in quibus poſt ſonitum campanæ, vel buccinæ & nocte laici ſine lumine ire prohibentur, clericos & monachos hujuſmodi noſtræ conſtitutionis auctoritate eamdem prohibitionem volumus obſervare: alioquin pœnæ pecuniariæ laicis propter hoc impoſitæ eos decrevimus ſubjacere, quam per Archipresbyteros noſtros, vel per capellanos locorum ipſorum, nomine epiſcoporum, ab ipſis clericis exigi, levari volumus & mandamus: quam ſi forte legitime requiſiti ſolvere renuerint, eamdem pœnam duplicatam per eos ſolvere per cenſuram eccleſiaſticam compellantur, ut per hoc laicorum vitetur ſcandalum, & clerici ab illicitis arceantur.

LVI. De clericis & laicis, quod ſe habeant honeſte.

Diſtrictius quoque inhibemus, ne clerici ſeu ſacerdotes ad anniverſaria convenientes in ſabbato carnes comedere præſumant: vinum quo-

que temperent, & se vino honeste recreent, & se habeant mature & pacifice & sine murmure, & cum gratiarum actione recipiant & comedant, quod eis fuerit appositum, nec sibi parati faciant cibaria delicata, sed solum pro corporis refectione necessaria, ne longi temporis victum brevi hora consumat, & neque sua, sed quæ Christi sunt, quærere videantur. A crapula & ebrietate, a plausibus, risibus, cachinnis insolitis, ac inanibus fabulis, jocis & solatiis, ac detractionibus, de verbis otiosis atque superfluis, & a rixis, contentionibus omnino studeant evitare. Paulus quidem Corinthios reprehendit, quia inconvenienter conveniebant cœnam domini manducare.

LVII. Contra retrahentes, ne anniversaria fiant.

Postremo in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ne quisquam verbo vel facto aliquos inducere vel retrahere præsumat, ne anniversaria fieri solita fiant in ecclesiis, in quarum cœmeteriis corpora defunctorum, pro quibus fiunt, sepulta sunt.

LVIII. Ne clericus ludat cum taxillis.

Item, clericus aliquis cum taxillis publice vel occulte ludere non præsumat. Clerici vero in sacris ordinibus constituti, vel beneficium ecclesiasticum habentes, qui in platea vel in loco publico publice cum taxillis ludere præsumpserint, ipso facto sui ordinis sint suspensi. Ludere in præmissis casibus intelligimus ad puncta, ut sic dicamus, ponendo eum qui transverferat vel qui ludi est particeps, vel lucrum exinde consequitur, sive damnum. Præmissam tamen pœnam extendi nolumus ad ludentes socialiter & solatii causa, & in domibus honestis, & cum personis honestis, non ambitionis, vel avaritiæ causa.

LIX. Contra clericos, qui securitatem faciunt coram sæcularibus.

Nullus clericus securitatem vel fidejussionem præstet vel faciat coram quacunque persona vel curia sæculari de stando vel parendo juri coram ea sorte ratione feudorum vel possessionum, quæ, seu quas ab ea tenet.

LX. Contra statutores & scriptores contra libertatem ecclesiasticam.

Sane *Honorius* Papa IV. excommunicationis sententiam protulit contra statutores, vel scriptores statutorum contra ecclesiæ libertatem necnon & contra potestates, consules, rectores, & consiliarios locorum, ubi hujusmodi statuta fuerint observata, & insuper contra eos, qui secundum ea præsumpserint judicare, vel in publicam formam redigere ausi fuerint judicata. Hanc autem excommunicationis sententiam illos incurrere decernimus, qui contra privilegia & libertates clericorum & ecclesiarum statuere, ordinare, præcipere & interdicere expresse vel indirecte per se vel alios præsumunt, & præcipiunt, ne quis in ecclesiarum vel clericorum clibanis panem coquat, vel in molendinis eorum molat, ne quis eis ignem det, vel aquam ferat, ne quis eorum possessiones colat, aut defendat, sed impune destruat; aut ne quis cum eis commercium habeat vel quomodolibet participet, aut loquatur; aut eis de decimis, primitiis, oblationibus, vel aliis juribus spiritualibus non respondeat, aut his similia agant, & qui talia facta per alios, in quos dominium habent, seu officiales suos requisiti non revocant cum effectu. A qua sententia excommunicationis nullatenus absolvantur, donec de damnis & injuriis propter hoc personis ecclesiasticis & ecclesiis illatis satisfecerint competenter.

LXI. Ne aliquis Conjurationes contra Ecclesiasticas Personas & libertatem facere præsumat.

Districtius ergo præcipimus, ne aliquis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, conjurationes, colligationes, confraternitates seu alias quascumque obligationes fide vel juramento seu qualibet alia firmitate vallatus facere præsumat contra ecclesias vel ecclesiasticas personas seu contra ecclesiasticam libertatem.

LXII. Ne aliquis de novo altare ædificet absque licentia diœcesani.

Prohibemus sub pœna excommunicationis ne deinceps quisquam ecclesias, capellas, oratoria, hospitalia, seu alia pia loca & religiosa in Trevirensi provincia ædificet; vel altare in eadem provincia aliquod erigat, sine nostra vel episcopi loci licentia speciali. Sed altaria portatilia ita lata & spaciosa fiant, quod calix & hostia possint super illis convenienti distantia locari.

LXIII. Sententia contra obligantes ornamenta ecclesiastica.

Inhibemus sub pœna excommunicationis, ut nullus clericus vel laicus calices, libros, sacras vestes, & alia ornamenta ecclesiastica, per se vel per alium vendere, distrahere, pignori obligare, vel alias quomodolibet alienare præsumat absque nostra vel episcopi loci licentia speciali. Qui vero contra fecerint, clerici in sacris ordinibus constituti suspensionis: laici vero & clerici in minoribus constituti excommunicationis sententias incurrant, ipso facto. Qui autem tales res in pignus scienter receperit, eas illi ecclesiæ cujus sunt, libere restituere teneatur nulla recuperata pecunia ab eodem. Sed & quicumque clericus regularis vel sæcularis res hujusmodi pro quocumque debito cujuscumque rectoris vel capellani sui ecclesiæ propria auctoritate capere præsumserit; præter pœnam excommunicationis, quam ipsum incurrere decernimus, ipso facto a debito ipso cadat.

LXIV. Ne indecentia in Ecclesiis & cœmeteriis fiant.

Ne domini aut judices sæculares aut ballivi aut officiales seu nuncii curiæ sæcularis in ecclesiis vel cœmeteriis vel ecclesiarum atriis causas, lites, aut contentiones, seu placita audiant penitus inhibemus, sed nec sententias ibi proferant, nec præcepta, banna edita, subhastationes, vel executiones faciant, nec aliquos ad quamcunque pœnam corporalem condemnatos per loca ipsa deducant. Tales enim sententiæ & processus reprobantur a jure. Sed

nec

nec aliqui congregationes, consilia, parlamenta, vel choreas facere, vel cantilenas dicere, vel mercata tenere, vel merces vendere, vel aliqua ludibria vel inhonesta agere præsumant.

LXV. De presbyteris, ut teneant congruam hospitalitatem.

Quoniam quidquid habent clerici pauperum est, districte præcipimus omnibus presbyteris, rectoribus & vicariis, ut in suis ecclesiis hospitalitatem teneant congruentem; proviso tamen per ecclesias ipsas, ut in prandiis, cœnis, vel herbergiis & similibus, & quibuslibet aliis, gravationibus laicis quibuscumque se non submittant, aut de novo illis eos quocumque modo tributarios vel censuales faciant, si condignam effugere voluerint ultionem. Sed nec de ecclesiis aut rebus aut ecclesiasticis negotiis laicorum judicio aut voluntate quomodolibet disponant. Laici autem aut alii quilibet, qui in præmissis aut in talibus quæstis indebitis servitiis vel similibus ecclesias vel ecclesiastica bona quælibet gravare, aut ecclesiasticas personas ad hoc quomodolibet compellere præsumserint, nisi legitime ab ordinariis moniti, & talibus destiterint, aut jam commissa emendare distulerint, excommunicationis sententiæ extunc ipso facto volumus subjacere.

LXVI. Qualiter pecunia ecclesiæ a presbytero debet distribui.

Interdicimus ne rectores vel beneficiati de pecunia ratione ecclesiarum suarum acquisita emant possessiones, seu reditus perpetuos nomine hæredum suorum vel etiam alieno. Sed ad opus suum dumtaxat & ecclesiarum suarum faciant confici super his instrumenta. Nullus laicorum sub excommunicationis pœna latæ sententiæ bona decedentium clericorum occupare aut detinere præsumat; sed ad utilitatem ipsius ecclesiæ conserventur.

LXVII.

Adhuc inhibemus ne rectores & beneficiati in ædificiis, reparationibus ecclesiarum & domorum, in libris quoque, & ornamentis & aliis ad divinum cultum necessariis, juxta facultates ipsarum ecclesiarum studeant, cum opus fuerit, taliter se habere; quod eorum exemplo parochiani & alii merito ad hoc invitentur, præcipue cum ipsi ad talia possunt cogi.

LXVIII. Ut nullus cum calice ligneo celebret.

Omnibus sacerdotibus nostræ provinciæ Trevirensis interdicimus, ne quis eorum cum calice ligneo, vel vitreo, vel stanneo, vel plumbeo, vel de pelte, vel de auricalco, vel de electro, infra nostram provinciam ulterius celebrare præsumat. Igitur unaquæque ecclesia calicem saltem argenteum cum patena habeat.

LXIX. Ut imagines ecclesiæ fiat supra altare.

Præcipimus ut innaquaque ecclesia ante vel, post vel super altare sit imago, vel sculptura, vel scriptura, vel pictura expresse designans, A & cuilibet intuenti manifestans, in cujus sancti meritum & honorem sit ipsum altare constructum.

LXX. Quod presbyteri in ecclesiis personalem residentiam faciant, nisi dispensentur.

Statuimus, monemus, atque præcipimus omnibus rectoribus atque capellanis curatis ecclesiarum nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ Trevirensis, ut in suis ecclesiis infra mensem a die recitationis præsentis constitutionis computandum; residentiam faciant personalem, & hospitalitates ibidem teneant, prout facultates ecclesiarum suarum commode poterunt supportare: B alioquin præsentis constitutionis auctoritate ab ipsis beneficiis se noverint esse suspensos, nisi cum eis canonice fuerit dispensatum.

LXXI. Ut nullus census ecclesiæ suæ ad firmam sine licentia episcopi sui obliget.

Cupientes hospitalitatem in ecclesiis observari, interdicimus, ut nullus ecclesias ad censum seu ad firmam det vel concedat, seu fructus ejus obliget, absque nostra & episcoporum locorum licentia speciali. Sed & si quis ex aliqua rationabili causa ad censum seu ad firmam dandi licentiam a nobis seu loci episcopo obtinuerit; non tamen alicui sæculari personale C aliquod officium quocumque sæculari regimini gerenti adcensare, obligare, seu affirmare præsumat: alioquin contractum ipsum nullas vires habere decernimus, & ipsum ad firmam dantem & obligantem a beneficio suspendimus. Contractus vero ad firmam contra hoc jam initos revocamus, & omnino viribus vacuamus.

LXXII. Quod ecclesiæ non absferentur laico.

Districte præcipimus omnibus archipresbyteris, curatis, & perpetuis vicariis, ne propter debitum proprium vel ecclesiæ propria auctoritate denegare præsumant quibuscumque personis D ingressum ecclesiæ, aut differre ecclesiastica sacramenta, quæ eis sunt absque dilatione aliqua concedenda.

LXXIII. Ut hæredes moneantur, ut infra xl. dies testamentum, si fuerit, episcopo deportetur.

Item, statuimus, ut quandocumque aliquem in parochia cujuscumque presbyteri nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ Trevirensis testamentum vel quamlibet aliam ultimam voluntatem ordinare vel disponere contigerit; post mortem testatoris per ejusdem parochiæ presbyterum moneantur hæredes vel hæres, vel ipsius E ultimæ voluntatis executor vel executores, vel ille vel illi penes quem vel quos scriptura ultimæ voluntatis fuerit; quod ipsam infra xl dies a tempore obitus testatoria computandos, nobis vel officiali nostro in nostra civitate, diœcesi & provincia; episcopis vero locorum vel officialibus eorum in nostra provincia apertam vel aperiendam exhibeant, ne eleemosynæ seu legata ad pias causas remaneant insoluta, & ut pia ultima voluntas testatoris debitum sortiatur effectum. Quod si infra præmissos xl. dies id non fecerint, impedimento cessante, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto.

LXXIV.

LXXIV. Contra illos, qui tenentur ſolvere pro defuncto.

Statuimus, ut hæredes & ſucceſſores defuncti, qui juraverat ſolvere ſeu reddere pecuniam illicite acquiſitam, vel res alias ſeu legata, moneantur per locorum ordinarios, ut ſicut ille juraverat ſolvere, ſeu reddere, ita ipſi adimpleant, & ad hæc ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam, ſicut juſtum fuerit, compellantur. Et nihil eſt quod magis debeatur hominibus, quam ut eorum ſupremæ voluntatis eulogia impleantur.

LXXV. Ut teſtator vocet rectorem vel capellanum.

Statuimus, atque ordinamus, ut quicumque de bonis ſuis teſtari atque de anima ſua diſponere voluerit, rectorem ſeu capellanum, ſive curatum, qui ejus debet noſcere conſcientiam & conditionem, a quo eccleſiaſtica ſacramenta recipit, vivens, advocet, per quem ſalubrius & juvari & dirigi poterit in his, quæ ad ſalutem animæ ſuæ pertinent, peragendis.

LXXVI. Contra executores, ut moneantur ſuper teſtamentis.

Præcipimus quoque in virtute ſanctæ obedientiæ rectoribus eccleſiarum univerſis, ut annis ſingulis in quatuor diebus dominicis, videlicet ſemel in quolibet quatuor temporum, publice infra miſſarum ſolemnia moneant generaliter omnes & ſingulos Executores teſtamentorum ſeu quarumlibet ultimarum voluntatum & diſpoſitionum, & etiam quoslibet hæredes & ſucceſſores, & generaliter quaſcumque perſonas, quæ tenebantur aliqua dare, ſolvere, vel facere ad pias cauſas, ſeu quoslibet pios uſus, juxta defunctorum diſpoſitiones, ut illa infra anni ſpatium, a teſtatoris obitu computandum, dare, ſolvere, & facere teneantur, niſi quod agendum eſt prolixius tempore neceſſario de ſui natura, vel ex teſtatoris diſpoſitione expoſcat. Hoc aut habere locum intelligimus in caſibus poſt præſentem conſtitutionem futuris. In caſibus vero quæ ante præſentis conſtitotionis promulgationem dari, ſolvi, vel fieri debuerunt; annum ipſum a revocatione præſentis conſtitutionis decernimus computandum; alioquin qui infra præmiſſum tempus hoc implere neglexerint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant. Eiſdem quoque rectoribus & capellanis ſub pœna ſuſpenſionis ab officio præcipiendo mandamus, ut infra XX. dies poſt lapſum anni præmiſſum nobis vel officiali noſtro in civitate, & diœceſi noſtra & locorum epiſcopis in noſtra provincia fideliter nuntiare procurent perſonas, quas noverint in ſuis parochiis, quæ præmiſſa ſciunt, infra præmiſſum tempus non impleviſſent, ut per nos vel epiſcopos ad hoc per competentia remedia urgeantur, vel per nos ipſus, ſeu epiſcopos prout jura ſuadent piæ ipſorum decedentium voluntates executioni debitæ demandentur. Prædicta autem ad pias cauſas in extrema voluntate eorum parochiali ſacerdote ſeu curato & duobus aut tribus fide dignis teſtibus ſive quacumque ſcriptura inde confecta firma decernimus permanere.

LXXVII. Contra illos, qui bona teſtatorum ad ſe appropriant.

Præcipimus quoque & præceptum fuiſſe hactenus declaramus, ut teſtamentorum ſeu ultimarum voluntatum executores titulo emtionis, vel quovis alio titulo nihil omnino propria auctoritate de bonis reſtituant teſtatoris, niſi forte ab illo legatum vel conceſſum ſibi expreſſe fuerit. Qui vero contra fecerint, pretium amittant, ſi ex cauſa emptionis ſe duxerint retinere. Si vero ex alia cauſa, judicis ordinarii loci arbitrio puniantur.

LXXVIII. Ut clerici & eccleſiaſticæ perſonæ teſtari poſſint.

Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, permittimus de gratia ſpeciali, quod clerici beneficiati noſtræ civitatis, diœceſis & provinciæ, ſolutis omnibus eccleſiarum & beneficiorum ſuorum debitis, diſponere poſſint libere & teſtari, dum mentis ſuæ compotes exiſtunt, de bonis mobilibus & ſe moventibus obtentu eccleſiarum & beneficiorum ſuorum acquiſitis: ita dumtaxat, quod eccleſias ſuas & beneficia & domos utenſilibus & animalibus, quæ agriculturæ ipſius eccleſiæ deputata ſunt, nequaquam ſpolient ſeu rapiant, & inſuper ſufficientia victualia & ſumptus neceſſarios uſque ad novos fructus colligendos pro futuri ſucceſſoris ac ſervitorum eccleſiæ ac miniſtrorum neceſſariorum congrua ſuſtentatione reſervent.

LXXIX. Contrà ſortilegos & alios, qui characteres accipiant.

Divinationes, ſortilegia, auguria, & quælibet alia ſimilia ſuperſtitioſa remedia, ſive imprecationibus ac conjurationibus, ſive in votis, quas brevia ſeu characteres vocant, aut etiam in quibuſcumque rebus ad collum, vel alibi ſuſpendendis, vel ligandis conſiſtant, tamque damnata ab omnibus Chriſti fidelibus nobis ſubditis obſervari, vel fieri, eiſdemque fidem adhiberi penitus prohibemus. Nullus ergo paganorum morem ſecutus ad divinos, ſortiarios, vel augures, pro vita, vel pro morte hominum, vel animalium, vel rerum amiſſione, aut contra grandines aut tempeſtates, aut ut a viro vel a muliere magis ametur, aut pro quolibet alio remedio ſuperſtitioſo, vel conſilio ab illis expectando recurrat, aut eos in domum ſuam quaſi ut malum foris mittant, vel maleficium nuncient, introducat.

LXXX. Contra illos, qui pſalterium per ſortem inſpiciunt.

Nullus etiam ſuper ſortes quas ſanctorum ſeu apoſtolorum, vel pſalterii vocant, aut cujuſcumque ſcripturæ inſpectione divinationis ſcientiam profiteatur, aut futura promittat, aut quælibet maleficia in tabulis, vel codicibus in aſtralabo requirat.

LXXXI. Contra mulieres de nocte equitantes.

Nulla mulier ſe nocturnis horis equitare cum Diana Dea paganorum vel cum Herodiana innu-

innumera mulierum multitudine profiteatur. Hæc enim dœmoniaca est illusio.

LXXXII. Ut in collectionibus herbarum incantationes non fiant.

Nec non in herbarum collectionibus carmina, incantationes, aut alias observationes, præter dominicam orationem & symbolum adhibeat, nec in brevibus suspendendis, vel ligandis aliquid præter illa scribat. Dœmonium tamen sustinenti licet petras & herbas sine incantatione habere. Dies quoque ægyptiaci, constellationes, lunationes, calendas Januarii, initia mensium, dies mensis, cursus solis, lunæ, syderum superstitiose observari non debent, credendo in illis virtutem seu necessitatem interesse. Sed nec in præmissis diebus, seu temporibus, mensæ cum ampullis & lampadibus in domibus sunt parandæ, vel per vicos & plateas cantores & chori ducendi.

LXXXIII. Contra inspicientes animalia.

Nulla etiam tempora fausta vel infausta existimanda, ut quis in eis velit aut nolit aliquid inchoare, nec ad volatum vel garritum avium vel ad motum alicujus membri, aut ad alicujus animalis aspectum aliquid esse prospere venturum, vel non, est pronosticandum.

LXXXIV. Contra illos, qui per XII. signa cæli eventus prædicunt.

Interdicimus etiam, ne quis per duodecim signa cæli nascentium in illis mores, actus, eventus, aut effectus prædicere præsumat; & ne homo pro domo fabricanda, aut conjugio sociando, vel hujusmodi illa observet. Quicumque autem post generales prohibitiones, quas in missarum solemniis diebus dominicis per sacerdotes super his fieri præcipimus, si contra fecerint, ingressus ecclesiæ & ecclesiastica sacramenta eis omnino interdicantur; & si necesse fuerit, excommunicationis vinculo innodentur, aliisque juris remediis per locorum ordinarios a talibus arceantur.

LXXXV. Contra quæstores ficte agentes.

Quamplurimi dicunt se esse quæstores hospitalium, ecclesiarum, & locorum religiosorum & piorum, falso mentientes, falsas litteras portant, aliqua etiam falsa & adulterina signa sibi imponunt; nonnulli quoque sanctuaria se deferre prætendentes, abusiones multas in religionum & ecclesiarum & locorum, quorum nomine quæstus exercent, infamiam & scandalum plurimorum faciunt. Idcirco volentes circa hoc remedium quale possumus adhibere, omnibus & singulis rectoribus & curatis nostræ civitatis diœcesis & provinciæ in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ne de cetero ullum quæstorem in suis ecclesiis sine nostris vel episcopi loci aut sine litteris apostolicis admittant.

LXXXVI. Contra extraneos presbteros.

Districtius quoque inhibemus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne aliquis sacerdos non habens parochiam sive animarum curam matrimonia celebret, corpora defunctorum sepeliat, baptizet, confessiones audiat, Eucharistiam, & alia sacramenta ecclesiastica ministret populo, sine nostra, aut episcopi loci licentia speciali, aut illius, cui animarum cura in illo loco commissa est: cum constet absolutiones & remissiones ab eo absque licentia hujusmodi, tanquam a non suo judice factas, nisi dumtaxat in casu necessitatis, nullius fore momenti. Nemini etenim licet falcem suam mittere in messem alienam juxta illud; *ingressus es ut advena, numquid ut judicet nos?* Sed nec aliquis Sacerdos in alterius ecclesia vel parochia diebus dominicis vel aliis solemnitatibus missas publicas celebrare præsumat, donec rector, vicarius, vel capellanus missam celebraverit, nisi de ipsius rectoris vel vicarii licentia speciali: cum secundum canonicas sanctiones nulli sacerdoti liceat missas peculiares sive privatas dicere, per quas populus a publicis missarum solemniis, quæ hora debita fieri consueverunt, talibus diebus abstrahat; nec absque illius licentia saltem tacita in generali missas publicas celebrare vel baptizare, aut aliquid aliud quod ad rectoris seu vicarii spectat officium, agere præsumat.

LXXXVII. Contra illegitimos filios ne administrent in divinis officiis.

Omnibus sacerdotibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, ne filiis illegitimis sibi ad altare ministrantibus divina officia celebrare præsumant. Omnibus insuper curas gerentibus animarum præcipimus, ne horas canonicas, vel aliud quodcumque officium ecclesiasticum sine superpellicio, impedimento cessante, in ecclesiis dicere, vel celebrare præsumant. In ecclesia consecrata, sanguinis vel seminis effusione, aut incendio, vel violentia polluta, priusquam canonice fuerit reconciliata, arctius inhibemus, divina officia celebrari.

LXXXVIII. Contra infideles, ne sepeliantur.

Sed & si in cœmeterio consecrato ecclesiæ contiguo hoc contigerit vel si excommunicatus fuerit aut infidelis ibi sepultus sit, tunc absque nostra, vel episcopi loci licentia speciali quisquam in cœmeterio eodem non sepelietur.

LXXXIX. Contra sacerdotes audientes confessiones.

Nullus sacerdos nobis subditus, cui animarum cura commissa non fuerit, parochianum alterius ad confessionem admittat, absque nostra vel episcopi loci seu proprii presbyteri licentia speciali, nisi forte parochiali sacerdote in gravissima ægritudine constituto, vel nisi tanta fuerit multitudo, quod ad confessiones audiendas parochialis sacerdos sufficere non possit; in quibus casibus concedimus, quod possit de licentia parochialis sacerdotis, & etiam in gravi articulo necessitatis, quamvis omnes fideles in tribus anni temporibus, videlicet in Natali, in Pascha, in Pentecoste ad communionem corporis & sanguinis Domini sint monendi.

XC.

committens cum quibuslibet consanguineis vel affinibus.

Trigesimo-tertio, sacerdotes vel ministri, quorum culpa vel negligentia aliquid inhonestum circa sacramentum altaris evenerit.

Trigesimo-quarto, cognoscentes consanguineas suæ uxoris vel sponsæ.

Trigesimo-quinto, procurans quomodocumque sit, sive per se, sive per alium in alio sterilitatem.

Trigesimo-sexto, blasphemans Deum publice, vel matrem ejus, vel sanctos, vel falsum testimonium proferens, & laicus juramenti transgressor; qui tamen post transgressionem satisfacit de eo quod juraverat facere, vel servare.

Trigesimo-septimo, sacerdos cojens cum ea quam baptizavit, vel confessiones audivit, vel etiam cum ea, quæ speciali affinitate sibi est conjuncta.

Trigesimo-octavo, contrahens matrimonium cum ea, quam cognovit per adulterium, superstite legitima uxore sua, vel e contra.

Trigesimo-nono, mulier cujus vir diu absuit & de illius morte certitudo non habetur, contra prohibitionem ecclesiæ matrimonium cum alio contrahens, idem & e converso.

XCIV. Contra non habentes ætatem matrimonii.

Inhibemus rectoribus & sacerdotibus, ne matrimonialia inter aliquos qui non sunt ætatis nubilis, sive ambo, sive alter eorum tantum deficiat in ætate, vel etiam ubi dubitatur, utrum matrimonium teneat an non, vel si de hoc lis mota fuerit, solemnizare in ecclesia præsumant sine nostra aut episcoporum locorum vel officialium licentia speciali.

XCV. Contra clandestina matrimonia.

Declaramus & pronunciamus, quod quicumque clandestina matrimonia seu sponsalia contra juris prohibitionem contrahunt, tam ipsi contrahentes, quam ipsi omnes laici & clerici ac religiosi, qui non sunt presbyteri, qui scienter & sponte non casu fortuito tali matrimonio intersunt, per constitutiones tam provincialis concilii, quam prædecessorum nostrorum, excommunicationis; presbyteri vero suspensionis per triennium incurrunt sententias ipso facto.

XCVI. Contra non facientes proclamationes.

Inhibemus igitur, & inhibitum esse declaramus de jure, ne sponsalia, seu matrimonia clandestine contrahantur; sed cum contrahenda fuerint matrimonia, sacerdotes publice ter, scilicet, per dies dominicos, vel festivos proponant, & proclamationem faciant in ecclesiis competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi sacerdotes nihilominus per se ipsos fideliter & diligenter investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat. Quod si apparuerit, vel etiam de facto ipso sit probabilis conjectura, contractus matrimonii interdicatur expresse, donec quid super hoc fieri debeat per loci ordinarium declaretur. Sacerdos vero, qui tales conjunctiones solemnizare præsumpserit, aut quilibet regularis, qui in eis

A intercesse præsumpserit, per triennium ab officio suspendatur; gravius nihilominus puniendus, prout culpæ ipsius gravitas postulabit; sed & illis, qui taliter copulari præsumpserint condigna pœnitentia injungatur: & si sic conjuncti permanserint, ecclesia contra eos tanquam publicos concubinarios reputabit. Verum tamen si clandestine contrahentes talia matrimonia postea in facie ecclesiæ publice voluerint, ab ecclesia recipienda & approbanda sunt, tanquam a principio in conspectu ecclesiæ contracta, nisi vel consanguineitas, vel aliud legitimum impedimentum appareat: ita videlicet quod publice coram sacerdote & aliis pluribus personis confiteantur se matrimonium B contraxisse, vel de novo in ecclesia matrimonium contrahant de præsenti, eisque si postulaverint, detur benedictio nuptialis, injuncta tamen prius eis per sacerdotem pœnitentia competenti, pro eo, quod clandestine contraxerunt. Prædictæ autem proclamationes non remittantur a quoquam, nisi super una, vel duabus dumtaxat ex causa nos, vel episcopi loci velimus gratiam facere specialem.

XCVII. De personis ignotis.

Nullus autem sacerdos personas ignotas de remotis partibus venientes matrimonialiter copulare præsumat, sive ambæ ignotæ fuerint, C sive altera illarum tantum: nec tale matrimonium faciendum denunciet in ecclesia, sine nostra vel episcopi loci licentia speciali.

XCVIII. De alieno parochiano.

Sed nec aliquis sacerdotum alienum parochianum ad matrimonium recipiat, ignorante proprio sacerdote.

XCIX. De sponso & sponsa.

Si vero sponsus & sponsa de diversis parochiis fuerint, matrimonium possunt contrahere, & nuptialem benedictionem recipere in D quacumque ecclesia maluerint, dum tamen litteras nostras, vel certos nuncios suorum presbyterorum ostendant, continentes quod in ecclesiis quorum sunt parochiani matrimonium fuerit legitime denunciatum contrahendum, & quod ipsi presbyteri nullum sciunt, vel audiverunt impedimentum, quominus inter eos possit matrimonium esse, licet autem aliquis transtulerit domicilium suum in parochiam alienam: nihilominus tamen denunciatio matrimonii contrahendi fiat in prima ecclesia, in cujus parochia diu morati sunt, & etiam in illa, in qua suum transtulerint domicilium & morantur: præcipue si noviter se transtulerint. Eis autem, quæ rupta fide sponsaliorum ma- E trimonium cum aliis contrahunt, non detur nuptialis benedictio.

C. Contra illos qui illegitimi sunt nati, ad primam tonsuram non accedant.

Præcipimus, ut nullus illegitime natus ad primam tonsuram, vel aliques ecclesiasticos ordines, vel ecclesiastica beneficia se ingerat, seu præsentet, vel præsentari faciat absque legitima dispensatione. Qui vero contrarium fecerit, & qui talem scienter præsentaverit, præter pœnam juris, ipsum excommunicationis

ANNO CHRISTI 1310.

vinculo innodamus. Illegitimi quoque beneficia ecclesiastica absque sufficienti dispensatione obtinentes, ipso facto se noverint privatos.

CI. Contra excommunicatos.

Excommunicatos, aut nominatim interdictos per totam nostram Provinciam ab omnibus regularibus & saecularibus exemptis & non exemptis praecipimus in divinis officiis & sacramentis ecclesiasticis evitari: nulli debent in hoc aliquibus privilegiis se tueri. Qui vero contra fecerint, vel tales ad sepulturam ecclesiasticam admiserint, vel receperint, aut celebrare in ecclesia interdicta praesumpserint, ecclesiae in quibus talia fient, subjaceant interdicto.

CII. Ut praecepta ecclesiae denuncientur.

Praecipimus rectoribus & capellanis ecclesiarum omnibus sub poena excommunicationis, ut praecepta, sententias interdicti & excommunicationis, quae nos vel episcopi nostrae provinciae, vel officiales nostri, vel alius auctoritate mandaverimus observari, mandabimus in futuro, postpositis odio, gratia vel timore, fideliter observent, & quantum in eis fuerit faciant ab aliis observari.

CIII. Contra retinentes litteras dolose.

Item, praecipimus sub poena excommunicationis latae sententiae, quod omnes illi qui retinent scienter & dolose, contra debitorum voluntatem omnia instrumenta & litteras ipsorum debitorum, de quibus plane satisfactum est, quod eadem instrumenta eis restituant infra mensem, ex quo praesens statutum ad eos pervenerit, & restituendi habuerint facultatem.

CIV. Contra illos, qui faciunt contra mandata ecclesiastica.

Nos quoque, qui propter executionem statuti & ordinationis praemissorum, vel alia qualibet occasione clericos vel laicos qui aliquos ad nostram curiam & ecclesiasticos judices citari, vel trahi fecerint, vel interdicti, aut excommunicationis, vel alias sententias & processus contra eos obtinuerint, aut ibi in judicio contenderint, vel etiam officialium nuncios, judices nostros & Episcoporum, qui hujusmodi sententias tulerint & processus fecerint compellere per captionem personarum vel rerum suarum, vel alio quocumque modo ad desistendum, vel obtinendum absolutiones, vel revocationes hujusmodi faciendas, eos qui in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus executiones aliquas contra quascumque personas fecerint capientes, & qui eos capi vel alias laedi mandaverint seu procuraverint, nisi infra unius mensis spatium cum debita satisfactione praemissa emendaverint, & eum steterint, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus. Ne autem circa haec, quae notoria sunt omittamus, & ne quis ignorantiam possit praetendere in praemissis, duas constitutiones felicis recordationis Gregorii papae decimi praesenti constitutioni de verbo ad verbum duximus subnectendas. Quarum prima est.

CV. Contra illos qui faciunt absolutiones per vim & metum.

„ Absolutionis beneficium, excommunicationis, vel quamcumque revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel per metum extortam praesentis constitutionis auctoritate omnibus viribus vacuamus. Si autem sive vindicta, sive violentia crescat malignandi audacia; eos, qui absolutionem, seu revocationem hujusmodi, vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiae decrevimus subjacere.

CVI. Contra illos, qui capiunt vel interficiunt propter sententias.

„ Item alia haec est: quicumque, eo quod in reges, principes, barones, nobiles, ballivos, vel quoscumque ministros, aut quoscumque alios excommunicationis seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam dederit alicui occidendi, capiendi, seu alias in personis aut bonis suis aut suorum gravandi: eos qui tales sententias protulerint, sive quorum sunt occasione prolatae, vel easdem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare volentes, nisi sententiam re integram revocaverint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius sententiae sit processum, nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto. Eadem sint sententia innodati omnes, qui ausi fuerint praedicta licentia data uti, vel aliquo praemissorum, ad quae committenda dari licentiam prohibemus, aliaque committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possint, nisi per sedem apostolicam, absolutionis beneficium obtinere.

CVII. Contra ballivos & judices saeculares.

Illud quoque sub excommunicationis poena prohibemus, ne quisquam civitatis, dioecesis, & provinciae nostrae clericos seu ecclesiasticas personas trahere seu trahi facere praesumat, super quibuscumque personalibus actionibus, coram quocumque judice, domino, ballivo, vel alio temporali, vel saeculari, seu saecularem jurisdictionem habente. Clerici vero hoc facientes, excommunicationis sententiam incurrans ipso facto.

CVIII. Contra dominos temporales, qui capi faciunt clericos, vel alios propter sententiam.

Sed nec ipsi de facto coram talibus & super talibus sive a clericis sive a laicis capti fuerint, in ipsis consentiant, aut coram eis super iis respondeant, sub eadem excommunicationis poena, praeter alias poenas de jure scriptas. Nos enim sententias condemnationis & processus quoslibet coram talibus, sive per eos, sive eorum auctoritate & mandato, habentes & habendos, irritos decernimus & inanes. Si autem domini temporales vel saeculares judices, ballivi praemissi, & alii quicumque quomodolibes

libet directe vel indirecte, per se, vel per alios tales in se consentire, aut sibi respondere, compellere, aut ab eis aliquid extorquere præsumpserint, ipsi domini judices, ballivi & quilibet alii excommunicationis sententiæ, ipso facto, se noverint subjacere, a qua absolvi non possint, nisi prius eia restituant, quod a talibus habuerint, nec remissio eorum a quibus exactum extiterit, ipsos extorquentes aliquatenus valeat excusare.

CIX. Contra illos qui detinent bona & jura ecclesiarum.

Injuncti nobis officii cura & commissa præterita nos compellunt, ut tam præsentis innovatione statuti, quam debitarum adjectione pœnarum, nostræ & subditorum nostrorum ecclesiæ indemnitatibus consulamus: ne nos, qui alios in sua justitia fovere tenemur, jus nostrum & ecclesiarum improvide negligere videamur. Quia igitur nonnulli bona & jura nostra & ecclesiarum nostrarum prædictarum spiritualia ecclesiastica & temporalia modis variis occupare, & occupata detinere, Dei timore postposito, non verentur: alii vero feuda & retro-feuda, bona & jura, quæ a nobis & ecclesiis nostræ provinciæ tenere debent, & aliis personis recognoscere, vel submittere non formidant. Idcirco, præcipimus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipsis occupantibus & detenturibus, ut bona & jura nostra & ecclesiarum absque nostra & antecessorum nostrorum seu earumdem ecclesiarum prælatorum licentia & assensu minus juste occupata & detenta, plene, integre & effectualiter nobis & eia restituere & agnoscere: ipsis vero recognitoribus submissoribus ecclesiarum, feudorum, & retro-feudorum, ut recognitiones vel submissiones quomodolibet factas totaliter infra mensem, ex quo præsens statutum ad eos pervenerit, cum effectu revocare non omittant.

CX. Contra illos, qui recognitiones & submissiones recipi demittunt.

Requirimus insuper & monemus eos qui recognitiones & submissiones hujusmodi per se vel per alios quomodolibet receperint, aut recipi fecerint, ut omni fraude cessante, infra idem tempus illa libere resignare, remittere & repudiare, & dimittere non omittant, de quibus restitutione, resignatione, remissione, seu repudiatione infra XX. dies post dictum mensem sufficienter nos & ecclesiarum prælatos certificare procurent per legitima documenta.

CXI. Contra illos, qui alienant bona ecclesiastica.

Ad hæc interdicimus omnibus & singulis nobis & ecclesiis subditis quæcumque bona ecclesiastica, vel mundana jura, feuda, vel retro-feuda, quomodolibet tenentibus vel possidentibus ne de cetero illa in totum, vel in partem quoquomodo vel titulo alienare, transferre, recognoscere, vel submittere quibuscumque personis ecclesiasticis vel mundanis, collegiis, universitatibus, seu villis, sine nostra aut successorum nostrorum ac prælatorum dictarum ecclesiarum licentia speciali præsumant: & ne quisquam recognitiones & submissiones hujusmodi scienter amodo præsumant. In contra-

A facientes extunc, ut exnunc in personas singulares excommunicationis; in collegia vero seu universitates interdicti, in his scriptis, sententias promulgamus: & insuper occupationes, detentiones, alienationes, recognitiones & submissiones ipsas, irritas nunciamus, & totaliter annullamus. Eidem quoque excommunicationis sententiæ decernimus subjacere eos, qui bona mobilia, feuda, jura, jurisdictiones & libertates quarumlibet ecclesiarum nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ quomodolibet usurpare, & occupata detinere præsumpserit, nisi infra duorum mensium spatium a præsentis publicatione constitutionis connumerandum, taliter occupata, vel detenta cum omnibus fru-B ctibus & proventibus inde perceptis plene & integre restituerint illis ecclesiis seu ecclesiasticis personis, ad quas pertinere noscuntur: universis & singulis ecclesiarum rectoribus & curatis præcipientes, quod præsentem constitutionem parochianis suis studeant diligenter exponere, & si forte quemquam hac excommunicatione ligatum noverint, illi sepulturam in morte seu aliqua ecclesiastica sacramenta in vita non ministrent, vel admittant etiam ad divina.

CXII. Contra indoctos medicos.

Quia, sicut intelleximus, plerique indocti, & quorum vita & mores incognita sunt in ci-C vitate, castris, oppidis & villis nostris, & nostræ provinciæ in arte medicinæ & chirurgiæ & aliis artibus docere, dicere & prædicare contendunt: & circa exhibendas medicinas & collyria quamplures imperiti & inexperti se ingerunt, ex quibus quam plurima dispendia provenisse noscuntur, magistrique esse cupiunt qui discipuli non fuerunt: districte, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ inhibemus, ne quis deinceps in civitate, diœcesi nostra & provincia artem medicinæ & chirurgiæ exercere seu docere præsumat, absque nostra licentia, seu episcoporum locorum speciali. Decet enim ut prius examinentur & approbentur tam in scientia quam moribus hi qui circa salutem cor-D porum, quæ rebus quibuslibet præponenda existit, se asserunt expertos: cum maxime in talibus tam periculosis & arduis quilibet ignorans præsumi debeat, nisi probaverit se scientem.

CXIII. Contra clericos male se gerentes.

Item, præcipimus quod unusquisque maxime clericus dolos & conjurationes caveat, odium & æmulationes, obtrectationes atque invidiam fugiat, non vagis oculis, non effræna lingua verborum, non petulanti fluidoque gestu incedat, sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendat, obscœnitatem E verborum etiam in membrorum, & operum penitus exsecretur. Senioribus debitam præbeat obedientiam, neque ullo jactantiæ studio se ipsum attollat, bonis moribus studeat, ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus, Deo auctore, conservet. Omnis enim jactantia atque immoderatio a moribus bonis est aliena. Curam pauperum, peregrinorum, alienarum miserabilium personarum habeant, præbentes eis caritativam refectionem, prout eis a Deo fuerit inspiratum. Viduas & orphanos & pupillos defendant, & tam in his, quam in aliis totius boni laudabile exemplum exhibeant.

ANNO CHRISTI 1310.

CXIV. Qualiter pueri baptizentur.

Item, si mulier in puerperio decesserit, & partus maternis visceribus adhuc jacere credatur, uterus mulieris sine mora aperiatur, & puer, si vivus eductus fuerit, baptizetur. Si vero mortuus, extra cœmeterium tumuletur: Sed si puer mortuus probabiliter credatur, tunc sine apertione mulier in cœmeterio cum partu tumuletur. Si autem muliere in partu laborante infans in ventre matris tantum caput emiserit, & nasci nequeat, mox aliqua de obstetricibus aquam super caput infantis infundat, dicens: Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti, amen. Et erit baptizatus.

Idemque dicendum est, prout quidam asserunt, si major pars corporis præter caput appareat, baptizatur; secus si minor, solus pes, vel sola manus appareat, baptizari non debet, quod si fiat, nihil agitur. Cum enim partus tunc non nascatur, nec tunc etiam renasci potest. Ceterum si solum caput, vel solum major pars corporis appareat, nec discerni potest cujus sexus sit, tunc obstetrix levando caput cum aqua faciendo crucem super caput dicat sic: Creatura dei, ego te baptizo in nomine Patris & Filii & levando dicat & Spiritus-Sancti. Et erit baptizatus.

CXV. De confirmatione.

Confirmatio est secundum sacramentum ecclesiasticum ab ipso Christo institutum, qui apostolos suos confirmavit & per eos eorumque successores populos confirmandos decrevit. In hoc Sacramento, sicut in baptismo, compaternitas contrahitur, impediens matrimonium contrahendum & dirimens jam contractum. Nullus potest bis confirmari, nullus nisi ipse baptizatus sit alium confirmatum præsentet. Nullus proprium filium, & e converso, nec vir nec uxor infantem aliquem ad confirmationem teneat, aut præsentet, non plures unum confirmandum, aut unus plures confirmandos præsentet, ne oblivio ex diuturnitate temporis, vel personarum multiplicitate proveniens, peccati occasionem inducat. Nullus hoc sacramentum nisi baptizatus fuerit accipiat. Confirmandus si adultus sit, prius debet confiteri peccata. In confirmatione nomina possunt mutari. Nemo sine hoc sacramento debet vitam finire, ideoque semper dicatur laicis, ne diu expectent episcopi sui adventum ad confirmandum; sed pueros mittant ad loca proxima, ubi episcopum audierint advenisse.

CXVI. Contra illos, qui alieno sacerdoti peccata confitentur.

Nullus alieno sacerdoti peccata sua confiteatur, nisi prius a proprio petita licentia & obtenta: quam nullus requisitus malitiose dare & recusare præsumat. In quibusdam tamen casibus libere potest quis confiteri alieno sacerdoti, licentia non petita. Primo, si episcopus hoc alii delegaverit, secundo si in aliena parochia peccaverit, potest de illo peccato sacerdoti illius parochiæ confiteri. Tertio si suum domicilium in aliam transtulerit parochiam. Quarto si est vagabundus. Quinto si mortis periculum sibi imminet, nec habere potest proprium sacerdotem: quo etiam casu posset laico catholico confiteri.

A Sed nec aliquis sacerdos alterius parochianum ad confessionem sine licentia sui sacerdotis admittat. Debet autem confitens se ipsum non alium accusare, nec personam illius, cum qua peccavit debet nominatim exprimere. Sed nec confessor de illa quærere. Nec debet etiam per nuncium, vel scripturam, sed ore proprio confiteri, ut qui per se ipsum peccavit, per se ipsum confiteatur & erubescat. Ad hoc confessiones mulierum in loco non occulto, sed in patenti quis audiat, nec earum facies aspiciat, sed vel capucium ante oculos teneat, vel alibi faciem avertat: & si forte horribile peccatum audierit, non spuat, nec faciem suam torqueat, aut signum aliquod faciat propter B quod peccatorem deterreat, vel rubore seu verecundia confundat: ita ut reliqua peccata sibi timeat revelare. Sacerdos diligenter peccatorem admoneat, & directe inducat, ut omnia peccata sua humiliter, vere, integre, simpliciter & fideliter confiteatur, nec verecundia vel timore aliqua celet. Ostendens ei, quia non homini, sed Deo, cujus personam repræsentat, ipse locututus est, & quod etiam ipse sacerdos peccator est, & quod beati Petrus & Paulus peccatores fuerunt, quod res pene contra naturam est, ut commisso quis sine peccato sit, & humanum est peccare; sed diabolicum est in peccato perseverare, dicens ei quod si ficte & palliate confiteatur, vel si aliquod C mortale peccatum celaverit, vel scienter dimiserit, vel partem peccatorum uni sacerdoti, partem alii confiteatur, talis pœnitentia ad æternam salutem non sufficit promerendam. Intelligens igitur presbyter ea, quæ confitens dicere voluerit, sollicitando eum studiose ut cogitet, ne aliquod peccatum prætermittat, de delictorum quoque circumstantiis prudenter & caute interroget, non tanquam scire appetens, sed ut melius & salubrius consulere sciat, & utatur consilio concilii generalis, ubi sic dicitur; Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatorum circumstantias, & peccati, qui- D bus prudenter intelligat, quale debet illi præstare consilium, & cujusmodi remedium adhibere. Interroget ergo in genere & de diversis, videlicet utrum peccaverit peccato superbiæ, gulæ, luxuriæ, & sic de aliis. Unde Augustinus: diligens inquisitor & subtilis investigator sapienter & quasi astute interroget a peccatore id, quod forte ignorat vel verecundia vult occultare.

CXVII. Qualiter sacerdos debet audire confessiones.

Cognito ergo crimine, varietates ejus non dubitet investigare, videlicet locum, tempus, E sexum, conditionem, causam, intentionem, personam, modum, & alia necessaria, non tamen conspiciendo nimias circumstantias, nec interrogando de inusitatis, nec quærendo de illis, quæ confitens forte ignorat, vel numquam audivit. In his instruatur & ad peccatum declarandum inducatur. Nam & secundum Gregorium loquendo, specificando & increpando sæpe culpa detegitur, quam nescit ille qui confitetur. Et nec inquirat unde persona cum qua confitens peccavit. Quærat etiam sacerdos a confitente, utrum doleat de commissis, dicens ei, quod non gaudebit se conver-

versum, nisi doleat se fuisse perversum: & an proponat ulterius non peccare, & pœnitentiam agere de commissis. Et si responderit, se a peccatis abstinere non posse vel nolle, aut ab aliquibus vult abstinere & in aliquibus remanere, nihilominus sacerdos confessionem ejus debet audire & de peccatis consilium præbere. Prius tamen quam sibi consulat ei, patienter dicat, quod si quis quæcumque habet, pauperibus erogaret, & quamdiu vixerit in pane & aqua jejunaret, & alia bona faceret, nihil sibi proficeret ad vitam æternam obtinendam, quamdiu in peccato commisso remanserit, vel propositum & voluntatem committendi habuerit, nec eum ab aliquo peccato absolvat, nisi de omnibus pœnituerit, & nisi propositum habuerit iterum non peccandi, ad quod toto posse & studio eum inducat. Quod si forte ipsum ad veram pœnitentiam & confessionem inducere nequiverit, præbeat ei de peccatis confessis consilium dicens in hunc modum. Frater, dico tibi & consulo, quod jejunes, ores, eleemosynas, & alia bona facias. Hæc tamen tibi ad æternam vitam non sufficiunt, & ad salutem æternam obtinendam quamdiu in peccato vel peccandi remanseris voluntate: quia nihil prodest jejunare, orare, & alia opera religionis facere, nisi penitus ab iniquitate revocetur: & secundum Isaiam irrisor est & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Opera enim sine caritate apud Deum nec justitiam, nec innocentiam præstant. Talem tamen pœnitentiam facias, ut per hæc bona & alia quæ feceris dignetur Dominus cor tuum ad veram pœnitentiam illustrare. Et facta generali confessione, scilicet, Confiteor Deo, &c. non absolvat a peccatis, sed dicat ei, quod non recipiat Corpus Christi, quamdiu in peccato & voluntate & proposito iterum peccandi manebit. Provideat tamen, quantum potest, ne in desperationis illum inducat periculum. Judæi Judam desperare fecerunt.

CXVIII. Ut sacerdos confitentem confortet.

Et quia contraria contrariis curantur, sacerdos peccatori peccata confitenti, & propositum ulterius non peccandi habenti suadeat & imponat pœnitentiam & correctionem per contrarium sibi respondentem.

CXIX. Contra superbiam, avaritiam, & gulam.

Contra superbiam enim suadeat humilitatem, & injungat orationem; contra avaritiam eleemosyam effluentem, contra gulositatem eiborum abstinentiam & sobrietatem; contra luxuriam, jejunium & orationes, peregrinationes, disciplinas, & alias carnis macerationes imponendo, semper tamen juxta personæ conditionem pœnitentiam quam poterit supportare, ne forte nimium gravetur, gravius peccet etiam injustam pœnitentiam imponendo & infringendo.

CXX. Quam debent injungere infirmis pœnitentiam.

Nam secundum Johannem Crysostomum, si erramus modicam pœnitentiam injungendo, melius est propter misericordiam talem dare, quam propter crudelitatem magnam infringi. Ubi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax: & secundum Ambrosium, melius est pœnitentias tales præstare per misericordiam, quam prætendere inclementiam. Imposita ergo pœnitentia & facta generali confessione Confiteor Deo, &c. dicat sic: injungo talem pœnitentiam tibi, seu satisfactionem peccatis quæ per contritionem confessus es. Et imponens manus super caput ejus dicat, indulgentiam & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus, amen. Et ego auctoritate Domini nostri *Jesu Christi* & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & officii mihi commissi, & auctoritate qua fungor, absolvo te ab his quæ confessus es & contritus. Et dicat ei quod si postmodum reduxerit ad memoriam alia peccata, quæ non sit confessus, redeat ad eum, ut ea confiteatur.

CXXI. Contra illos, qui debent parcere infirmis.

Infirmis autem non est pœnitentia injungenda, sed solum innotescenda seu declaranda. Dicat enim sacerdos infirmo, cujus peccata audivit: Frater, si sanus esses, pro his peccatis quæ confessus es, deberes tot annis vel taliter pœnitere: sed quia infirmus, nullam injungo pœnitentiam tibi ad præsens corporalem. Si tamen de ista infirmitate te mori contigerit, facias tantum dari pauperibus, vel piis locis, vel tot missas celebrari; vel similia loco prædictæ pecuniæ. Si vero convalueris, tamen pœnitentiam facias. Et imponens manum super caput ejus, absolvat eum de peccatis, prout jam de sano dictum est. Quod si forte infirmus pro pœnitentia recipienda sacerdotem petiit, vel aliqua signa pœnitentiæ ostendit, & priusquam sacerdos veniat, ille obmutescat, vel amens fit; sacerdos postea veniens sive ad nutum infirmi, sive ad testimonium illorum, qui illum presbyterum vel pœnitentiam petentem, vel alia signa pœnitentiæ facientem audierunt, debet ei imponere quidquid humanitatis & consolationis potest, absolvendo eum, reconciliando, & orationes dicendo, osculum crucis sibi dando, in cœmeterio sepeliendo, & similia faciendo. Caveat enim sacerdos omnino, ne aut verbo speciali, ut dicendo, ego non sum fur, vel adulter, quasi dicat tu es talis; vel generali, ego scio qualis tu es; aut signo, aut quolibet alio favore, odio, vel timore prodat, vel revelet peccatorem. Sed si forte pro pœnitentia pro peccato injungenda dubitaverit, & episcopi vel alterius prudentioris consilio indiguerit, illud caute & generaliter sub aliis terminis absque alicujus personæ expressione requirat. Alioquin deponatur, & in arctum monasterium ad agendam ibi perpetuam pœnitentiam detrudi debet.

CXXII. Ut medici infirmos moneant de salute.

Medicis corporum sub excommunicationis pœna præcipimus, ut infirmos moneant & inducant, quod ante omnia medicos advocent animarum, ut postmodum ad corporalis medicinæ salubrius remedium procedatur. Et insuper sub excommunicationis pœna prohibemus, ne infirmis pro corporali salute suadeant aliquid dare quod in periculum sit animarum.

CXXIII.

ANNO CHRISTI 1310.

CXXIII. Contra non facientes restitutionem.

Illud quoque notandum est, quod non remittitur peccatum, nisi restituatur, vel emendetur ablatum, seu restituendum, si emendandi facultas adsit. Non enim potest quis vere pœnitere, nec debet aperte absolvi, nec pœnitentia sibi induci, nisi prius restituat vel emendet rapinam, furtum, sacrilegium, incendium, usuram, vel res ex naufragio, vel incendio habitas, seu quaslibet indebitas extorsiones, vel censum retentum præter voluntatem domini cui debetur, vel damna cujuscumque contra justitiam data, & generaliter cujuslibet rei alienæ scienter contra justitiam debitam detentio-B nem. In iis siquidem omnibus & singulis sacerdos debet præcipere confitenti, ut statim satisfaciat juxta posse: & si peccatum occultum fuerit, fieri debet occulte per ipsum sacerdotem vel per aliam fidelem personam, suppresso nomine, confitentis restitutio seu emenda: si autem pœnitens non habet rem quam restituere debet, vel alia bona mobilia vel immobilia unde statim satisfacere possit; vel habet, seu potest ista, tamen cui restitutio facienda est præsens non est nec esse potest, & confitens apparet vere pœnitens & contritus proponens firmiter cum poterit satisfacere, ibi pœnitentia injungatur; & si sit infirmus, præcipiat hæredibus, ut si mori eum contigerit, C de iis plene satisfacere curent pro eodem. Omnibus autem pœnitentibus sanis vel infirmis, qui aliis tenentur aliquid restituere, non excusantur præcipiendo suis hæredibus quod restitutionem faciant vel emendam, nisi ipsimet in toto vel in parte statim restituant vel emendent: si hoc commode facere possint. Tenetur etenim alienæ rei detentor & etiam ejus hæres ad restitutionem, in quantum illius hæreditas sufficere potest.

CXXIV. Contra illos, quibus restitutio commissa est facere.

Facienda autem est restitutio domino rei D vel hæredibus ejus, si inveniri possint ab his, qui bona hujus habuerunt seu damna intulerunt, vel hæredibus eorum: sed si diligenter inquisiti, & congruo tempore expectati, non inveniantur, sed qui, & ubi sint, ignoratur: tunc consilio sacerdotis res illa in pias causas, præsertim in pauperum sustentationem, distribuatur pro illius anima cujus fuit: fiatque distributio præcipue in pias causas, vel in pauperes ipsius loci, territorii, in quo res reperta, vel capta seu damnum datum fuit. Si vero scitur persona, cui est emenda seu restitutio facienda, agit tamen in remotis partibus, nec speratur quod debet redire: mittatur ei si fieri possit commode & secure, vel pro E eo reservetur. Quod si non venerit, si mortuus fuerit, pro anima ejus cum consilio ecclesiæ pauperibus erogetur, & hoc, si res restituenda sit modica. Si vero magni valoris, debet mitti illi ad expensas detentoris; vel si res, vel summa modica est, & debitor inops sit, ei relinquatur, ut pro anima illius oret.

CXXV. Contra illos, qui pecuniam inveniunt.

Qui pecuniam vel aliam rem in via vel alibi invenit, tenetur eam reddere ei, qui eam A amisit vel perdidit, si eum poterit invenire; sed si nescitur cujus fuerit, aut forte scitur, sed inveniri non potest, publicetur hoc per sacerdotes, vel præcones in ecclesia, vel in loco ubi inventa est: & dominus expectatus non inventus cujus fuerit, erogetur cum consilio ecclesiæ pauperibus illius loci, pro illius anima cujus fuit: vel si modica sit res, vel summa inventa, & inventor egenus, juxta personæ & rei qualitatem sibi concedi poterit, ut eam pro eleemosyna retineat, & pro anima ejus oret, cujus fuit.

CXXVI. Contra raptores.

B Confessor vero debet scire & discernere quidquid habet judicare: quoniam nemo bene judicat qui ignorat. Noscere debet quod quando plures in rapinis faciendis concurrunt simul, quilibet a se occupata tenetur restituere; dum tamen in occupationibus per alios factis culpabilis non existat. Si enim culpabilis fuerit, quia forte aliis ut raperent consuluit; tunc ejus dolo & consilio damnum datum, sic in solidum, in quantum facere potest tenetur præcipue in foro conscientiæ. Sed & si rapinam passus adversus consiliarios rapinæ & raptores accusationes seu actiones suas ex justa vel injusta causa exercere non vult, ei tamen satisfaciendum est, nisi forte ipse spoliatus C raptori qui primus & principaliter tenebatur, & plures secum habuerit, liberaliter remiserit: quo casu est consiliarius, qui nihil habuit liberatus. Sed si consiliarius a rapinam passo est absolutus, non ideo alii ad quos pervenerint liberantur, nisi illos expresse intellexerit liberare.

CXXVII. Contra dantes consilium raptoribus.

Ceterum si non dederit quis consilium de rapina facienda; ivit tantum cum raptore, non ut ad rapinam quam dissuasit juvaret, sed ut raptorem, ne ab aliquo lædi posset, juvaret vel defenderet: tunc si nulla res ablata est, ad D nullius rei restitutionem tenetur; sed si raptor aliqua abstulerit, bene tenetur: quia etsi non consilium, opem tamen ad rapinam dedit: quod verum est, si raptor sine eo res apportare nequivisset: quod si potuisset, iste non tenetur: si vero raptor nihil abstulerit, sed aliud damnum intulerit, tunc nullo modo tenetur qui rapinam dissuasit, licet ad hoc ut cum raptore iverit; si tamen raptor nullo modo ivisset, nisi ejus habuisset comitatum, bene tenetur; quia etiamsi verbo dissuasit, opem tamen dedit & facto consuluit.

Generaliter autem restitutio facienda est qualitercumque in alterius cujus interest præjudicium acquisitum sit: puta quia damnum per E injuriam datum est. Ubi vero nullius interest, tamen alias illicite acquisitum est. Ita quod sine peccato retineri non potest, ut sicut aliqui dicunt in iis quæ excommunicatus acquirit, & etiam ubi alicujus interest, nescitur tamen quis vel ubi ipse vel ejus hæres sit; tunc idem de consilio confessoris est totum pauperibus erogandum, vel eidem, si egeat, ut præmittitur, relinquendum. Facienda est enim restitutio ejus quod quis per furtum, rapinam, oppressionem, dolum, vel calumniam acquisivit; ut per hoc omnes casus comprehendamus, in quibus sive per accusationes, sive judicis officio

ANNO CHRISTI 1310.

ficio competit repetitio. Tenetur quis etiam restituere quod alteri debitum est, sive jure naturali & civili, sive naturali tantum: quale est illud quod servo debetur. Si vero civili tantum debitum est, ut si hæres credens hæreditatem sufficere, solvit integre legatum de quo poterat falsidiam detrahere, legatarius ei restituere tenetur: quamvis quidam contradicant, pro eo quod falsidiam detrahere æquum est, super qua æquitate lex facta est: & idem videtur in eo qui scripsit se pecuniam spe futuræ munerationis debere: qui tamen nihil in veritate accepit, quia licet biennium, post quod exceptio pecuniæ non numeratæ non competit, lapsum sit; non tamen tenetur in foro conscientiæ reddere seu dare aliquid illi creditori, cui jure civili teneretur per exceptionem admissam.

CXXVIII. Contra hypocritas.

Item hypocrita, qui sub specie boni christiani multa acquisivit recipiendo in se executiones testamentorum, vel alia, ea restituere tenetur, quæ per fraudem quæsivit: sed forte non illi qui dedit, quia mercedem suam jam consecutus est: sed faciat sibi amicos de mammona iniquitatis, in pios usus talia convertendo. Sane restituisse, seu satisfecisse quis videtur, qualitercumque quis satisfecerit, etiamsi re non restituta ei, cui restitutio, seu emenda facienda est, actionibus minime præcedentibus, ex quo sibi donavit vel remisit: dum tamen sit persona talis quæ donare vel remittere possit: quia satisfacere est ad voluntatem creditoris satisfacere.

CXXIX. De illis qui ad restitutionem tenentur.

Ceterum si is, qui ad restitutionem tenetur evidenter omnino non solvendo factus est; tunc juxta præmissa sufficit contritio cum proposito reddendi, quando commode poterit: quia ejus qui nihil habet, nihil periculo esse potest, & Deus cor interrogat, lex autem opera quærit. Si tamen confessor dubitat, an ille sit adeo pauper, ut diximus, tunc consulat ei, ut bonis cedat; quod si fecerit, satis est. Tunc ejus nota est paupertas. Sed & quamvis bonis cedat, nihilominus debet ei injungere pœnitentiam salutarem. Quod facere debet etiam si plene solveret seu satisfaceret. Talis namque duos offendit, scilicet Deum, qui præcepit: furtum non facias in quo omnis non juxta & illicita alienæ rei occupatio sive acquisitio prohibetur, qui etiam dixit, diliges proximum tuum sicut temetipsum, & iterum, non concupisces rem proximi tui. Unde pro transgressione divini præcepti, injunget ei pœnitentiam salutarem, per quam Deo satisfaciat. Offendit etiam proximum, rem illius illicite occupando, seu contractando, vel sibi quomodolibet injuriam irrogando: unde ad restitutionem seu satisfactionem, si facilitas adsit vel non adsit facultas, saltem ad cedendum bonis tenetur, & alter istorum alterum non excludit, unde non sufficit restitutio, seu satisfactio, vel cessio, nisi pœnitentia per quam satisfaciat sequatur. Si vero omnino solvendo non est, sed vult in parte vel in toto; solvere poterit, non tamen commode, & sine periculo sustentationis suæ aut uxoris & familiæ: tunc confessor debet illum ad veram contritionem & pœnitentiam inducere, dicens illi, fili, restitue quod potes, ut sic pœnam inferni evites, & cum Deo in cælis æternaliter glorieris, & ponat secundum Augustinum ante oculos ejus judicium Dei: terreat ejus conscientiam, & persuadeat pœnitentiam. Et si nolit restituere, nec converti, vel conteri non potest, sibi pœnitentia, sed solum consilium juxta præmissa impendi debet. Si vero ad pœnitentiam & contritionem potest induci, tunc dicat illi, quod statim vel infra certum tempus quicquid commode emendare poterit, emendet; & de reliquo ab eo cui satisfieri debet veniam postulet humiliter & devote: quam si obtinere potest, bene est: alioquin componat, seu ordinet cum ipso, ut cum ejus voluntatem paulatim singulis annis & mensibus emendet, quod poterit, donec fuerit plene satisfactum, moderata tamen vitæ sustentatione sibi & familiæ reservata.

CXXX. De restitutione testamenti & de emendatione.

Quod si forte plures sunt, cum quibus satisfacere, vel emendare debet; quorum aliqui dilationem concedere, aut totum remittere voluerint, alii vero non: tunc confessor consulat illi, ut ad judicem fori contentiosi accedat: qui vocatis omnibus stabit judicio majoris partis. Hæc autem majoritas in hoc casu intelligitur, tam respectu debiti quam etiam respectu minorum personarum. Si vero omnia paria sunt; præferenda quidem erit humanior sententia, scilicet illorum qui in concedenda dilatione consentiunt, ne quantum ad hoc interest inter hypothecarios & chyrographarios scriptures, al. creditores. Si autem nullam potest misericordiam invenire, tunc tenetur statim solvere vel bonis cedere, quia talis peccator semper est in mora, præsertim ubi is, cui restitutio seu emenda fieri debet multum periculose eget. Jura tamen reis condemnatis etiam quadrimestre tempus ad solvendum concedunt. Ubi autem non est tanta & tam periculosa creditoris egestas, nec ipse induci potest ad dilationem aliquam concedendam, nec etiam debitorum ad statim emendandum vel restituendum; sunt qui dicunt quod tunc sacerdos, potest suam conscientiam informare ex eo quod intendit utiliter agere negotium creditoris. Si enim videt quod creditor non potest in promto, vel in cito, aut ita commode suum recuperare; potest pœnitenti, recepto ab eo juramento, & alia idonea cautione, si quam præstare potest, moderatam dilationem ad solvendum concedere; & sub conditione, scilicet si hoc infra diem statutum adimpleverit, absolvere: ut sic debitor debitum sibi recuperet, & ille in desperationem non incidat: quamquam rigor juris positivi aliud suadeat in hoc casu.

CXXXI. Contra fures qui faciunt eleemosynas.

Nemini licet furari furi vel raptori, usurario, vel avaro, rem furtivam vel raptam, ut ipse ex ea eleemosynam faciat, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona. Aufert enim illi facultatem restituendi rem, qui ad eam tenetur. Nec rapinam, seu furtum justificat, eo quod largas raptor ex invasa re eleemosynas facit: imo species furti est velle de alieno

no largiri, qui rem eliquam sibi ad certum tempus recepit commodatam, eam elteri committendo, furtum committit; sed & creditor, qui re sibi obligate utitur, inscio debitore, furtum committit. Quo easu ad æstimationem usus, etiam re domino restitute, tenetur.

CXXXII. Si circa illicite acquisitorum restitutionem ambiguitas oritur, tunc erit episcoporum consilium.

Illud quoque notandum est, quod si circa illicite acquisitorum restitutionem ambignitas oritur, aut si res vel summa quæ restitutioni subjacet magna est: tunc erit nostrum & episcoporum consilium expectandum. Ad hoe statuimus quod sacerdos damna deta seu fore secte sibi a confitentibus ut aliis restituant assignata, restituere non differet, nec sibi retinere præsumat.

CXXXIII. Contra excommunicatos qui tenent beneficia, si salvari desiderant.

Illud quoque prætereundum non est, quod qui excommuoicatus, vel ab homine suspensus, vel aliter absque titulo canonico eeeclesiasticum recepit beneficium; si salveri desiderat, omnia inde recepta eeclesiæ restituet, & beoeficinm dimittet, nisi cum eo per sedem apostolieam fuerit dispensatum.

CXXXIV. Contra illos qui faciunt guerras.

Item, declaramus & denunciemus, quod quicumque dominum temporalem vel alium potentem indueit ad guerrem injuste movendam, vel prædam cepieudam; in solidum ad restitutionem tenetur. Ceterum si duo facientes principeliter guerrem pacificantur ad invicem, & demne hinc inde data remittant: talis quidem remissio non extenditur ed homines, & subditos illorum, nisi de expresso eorum consensu sit facta remissio: immo est emende & restitutio facienda. Nam & ab illis non possent ipsi diu, guerre non existente, sine rapine extorquere taotumdem, vel nisi pex forsen aliter fieri non posset. Nem tunc utiliter pertis utriusque negotium geritur.

CXXXV. Contra illos qui judieant injuste.

Assessores quoque & edvocati incitantes & inducentes ex certa scientia & contra conscientiam judieem ed injuste judicandum, in solidum ad restitutionem tenentur: quie si occesionem demni dat, damnum dedisse videtur: si vero Judex simplex est, & judicat secundum conscientiam, deceptus tamen consilio assessoris bone fide electi, qui communiter justus & peritus credebetur; excusatus est, & assessor tenetur. Tenentur etiam & judex & essessor restitutionem, si se imperitos scientes de judicando vel essidendo intromittant: quia culpe est se immiscere rei non ad se pertinentis, & talem assessorem scienter eligens in culpa est. Rursus assessor percipiens certum salarium, & ultra illud aliquid extorquens, ad restitutionem tenetur. Alii vero inferiores officiati & nuntii, sive missi & similes, & certum percipiunt salarium, & ultra illud aliquid extorquent, ad restitutionem tenentur: si vero certum non percipiant salarium, & ultre debitum modum & loci morem aliquem per vim per immoderetam improbitetem, tunc quidem licet ad restitutionem noo teneantur, debent tamen inde tamquam de improbe ecquisito eleemosynas faeere. Prohibitus advocere, ut religiosus, beneficietus & in secris constitutus, si in certis casibus advocare præsumit, licet non cogetur salerium ei a quo percipit restituere, quia ejus non interest, ex quo ille in aliqua culpa amissionis causæ non fuit: tenetur tamen juxta sacerdotis consilium, illud in pias eeusas elergiri. Si vero per cavilletiones & malitias suas adversario advocato justam causam abstulit, vel eggrevevit contra conscientiem allegendo, seu positionem duplicem, vel eaptiosam faciendo, vel falsum testem instruendo, vel clienculum suum ad vere negande inducendo, vel litem ex industrie protrehendo & similia; tunc in solidum illi ad verum interesse tenentur. Quod si propter ejus negligentiem vel ignorentiam clienculus suus causam amiserit, tenetur illi non solum salarium extortum; verum etiam damnum litis restituere. Nam imperitiæ culpa annullatur verum. Quamquam licect ei vendere justum patrocinium & jurisperito consilium: pauperi temen gretis consulere debet, si ebsque labore magno & studio respondere potest, ut sicut gratis eccepit, sic & gretis det.

CXXXVI. Contra testem corruptum.

Testis corruptus ad restitutionem damni ei faciendum tenetur; quia propter ejus falsum testimonium causam suam emisit. Si vero reeipit præmium propter verum testimonium dicendum: tunc quod percepit juxte sacerdotis consilium, in pios usus erogare tenetur.

CXXXVII. Contra judicem qui recipit pecuniam.

Idemque est de judice, recepte pecunie, justam sententiam proferente, testis temen & judex delegatus sumtus moderetos, & assessor competens selarium licet recipere possunt.

CXXXVIII. Contra accusatores.

Accusetores & denuneiatores criminum hoc eelumniose agentes ad illeti demni restitutionem tenentur. Sed qui ex odio non ex eeritate denunciant, pœnitentiam inde agere debent. Teles etiam non solum ad restitutionem damni, seu pecuniæ tenentur, verum etiam semæ tenentur: ut si forte vel per se vel per alios cantilenas dixerint vel libellum famosum scripserint seu legerint, vel famam & honorem illius detrexerint in loeis illis, in quibus sciunt illum ex præmissis fore infamatum, profiteantur publice se mentitos fuisse. Ubi autem e diversis & super diversis infametus est: tunc arbitrio infemati vel seltem judicis se se superpurgent, veniam insuper eb eo super hoc postulentes. Deteriores si quidem sunt qui eliorum vitam, mores, femamque corrumpunt; quam hi qui aliorum substantias prædiaque diripiunt.

CXXXIX. Item de judice.

Constitutiones contra salutem animæ editæ servendæ non sunt; immo conditores earum & stetutorum iniquorum, quæ sunt contre ejus natu-

naturales quod in evangelio continetur, & in ecclesiarum præjudicium, & contra ecclesiasticam libertatem, & eorum consiliarii & scriptores & secundum ea judicantes & ea observantes & extorquentes, ad restitutionem damni ex hoc secuti in solidum obligantur. Idemque est, si fiat contra jus positivum ad pauperes opprimendos & justitiam impediendam, & super leges ipsi & statuta ipso jure non tenentur.

CXL. Item de usuris.

Usurarii inhonesta & prohibita lucra exercentes, ad eorum restitutionem tenentur. Quidquid autem sorti accidit, usura est: unde scriptum est, mutuum dantes nihil inde sperantes. Sed nec ab infideli usuras recipere licet. Si qui tamen receperit, satisfaciat inde auctoritate ecclesiæ illis christianis, a quibus forsan ille fidelis usuras extorserat, vel quibus est alteri obligatus, vel in æde sacra ad id faciendum deponat, & taliter liberatur. Quod si usurarius multa de fœnore lucratus est, de rigore juris etiam talia lucra restituere tenetur, sicut fur, vel raptor, inter quos numeratur: quia tamen qui nimis emungit, sanguinem elicit; videtur nobis, prout & sapientibus visum est, in hoc casu sufficere debitori, si sortem & sumptus & moderatum interesse duntaxat, & non talia reciperet lucra, qualia hoc suum repetere usuris. Cautum inde est, quod post talem restitutionem, remissionem de talibus lucris ab illo postulet debitore.

C X L I.

Ceterum uxor & filii & familiares usurarii furis & raptoris de talibus licitis concedentes & inducentes, & unde vivant aliunde non habentes, excusari videntur, si inde peccato non consentiunt; sed potius illum ad restituendum & corrigendum inducunt, quod verum est, si sit species verisimilis de illius correctione, & utantur tali moderamine, ut super hoc non subtrahatur illi in totum vel in magna parte restituendi facultas. Si enim nulla sit spes de ejus correctione, tunc illi, si sunt in illis eis aliqua bona separata, de eis vivant: alioquin sibi quærant victum a consanguineis, vel amicis, & potius debent mendicare ostiatim, quam de talibus vivant. Quia potius debent omnia mala pati, quam tali & tanto malo consentire. Si autem vir crudelis non permittit uxorem de alio comedere, nihilominus tamen vivat de dote sua seu sponsalitio, si quod habet, hoc denunciet amicis, vel episcopo, ut illum compescat: quod si nulla monitione compesci poterit, comedat cum cordis dolore, potius quam fame moriatur. Nam talis necessitas pœnam furti excusat, quam citius & commode poterit, restituat, & ad cautelam pœnitentiam agat.

CXLII. De quæstis collectis.

Circa quæstas, collectas, tallias, sciendum est, quod si dominus in concessionem rei suæ retinuit, quod possit talliare homines, & collectiones potest licite facere, omnino colonus de hoc aliquid ex certa scientia retinens, vel subtrahens, vel celans, ad restitutionem tenetur: dum tamen antiqua & solita fiat tallia, A & talis quæ etiam scitur & probatur, traditurque ab initio quod ex justa causa fuerit imposita: verum si non fuit dictum quota tallia fiat, sed in concessione rei fuit interminata, dictum est, quod dominus in tali homine vel casamento possit talliam facere; intelligendum est de modica tallia, considerata hominis facultate & casamenti qualitate: si vero dominus immoderate extorsit, debet restitutio per sacerdotem induci. Si colonus non exactus tacite & expresse domini dolo & fraude aliquid domino offert, dominus gratis recipiens restituere non tenetur: secus tamen est, si violenter aut minis vel terroribus extorsit, quod si forte ipse & ejus prædecessores B exegerint ab hominibus suis, quæ si venderet quidquid habet restituere non posset: tunc consulat ei sacerdos, ut remittat hominibus in compensationem aliquam servitutem, vel aliquos census, ad quos ei forte tenentur: vel concedat eis aliquam libertatem, vel construat hospitale, vel aliquid aliud pium agat, cum consensu passorum vel successorum illorum, certam facientes eleemosynam de alieno, seu illicite acquisito.

C X L I I I.

Volumus omnes scire, quod si habens omnia aliena bona, ad restitutionem tenetur, puta C quod habuerit ex injusto bello vel ex furto, vel rapina, vel simonia, vel usura, vel ex naufragio, vel ex injusto pedagio, vel ex injustis talliis, vel vi, vel metu extorsit, in ludo causa cupiditatis acquisivit, vel judex, vel assessor seu officialis indebita aliqua acquisivit: in iis quidem & similibus casibus, si sunt notorii, quibus quis ad restitutionem non tenetur: puta quia histrionatu vel similibus acquisivit, ex talibus quidem acquisitis vel eleemosyna vel personalis decima dari & recipi possunt. Nam licet tales turpiter agant, non tamen turpiter recipiunt. Sed & ubi aliquis ad restitutionem non tenetur; si tamen ex notorio peccato provenit, ecclesia recipere non debet, ne D peccatum comprobare videatur. Secus si occultum sit, licet prælatus hoc sciat.

C X L I V.

Regulariter autem quicumque ex illicita negotiatione, vel aliter sine calumnia aliquid acquirit, quod cum juxta præmissa restituere non tenetur, prudenter agit, si illud in pios usus eroget, de sui confessoris consilio. Non damnamus tamen eum, si suis hæredibus talia relinquit. De eo vero quod restitutioni subjacet, eleemosyna fieri non debet. Nam species furti est velle, ut prædiximus, de alieno largiri. Non debet quis male inquirere, ut bene E dispenset. Nam abominabiles sunt hostiæ quæ ex scelere offeruntur. Religiosi autem & clerici administrationem habentes, possunt eleemosynam & oblationem facere: quinimmo quidquid eis superest, tenentur pauperibus erogare: quoniam quidquid habent clerici, pauperum est. Nisi forte suis superioribus vel ecclesiis illud ex debito restituere teneantur, parique ratione hoc licite facere possunt in studio vel peregrinatione de suorum abbatum & prælatorum licentia exeuntes. Religiosus seu claustralis cujuscumque religionis proprio carens, nullam administrationem vel officium habens,

ANNO CHRISTI 1310.

quia nec proprium, nec etiam voluntatem habendi habere debet, eleemosynam & oblationem facere non potest, nisi forte cum abbatis voluntate: de omnibus rebus hoc faciat, vel nisi forte hominem ad mortem esurientem videat: tunc ei de licentia summi abbatis Dei omnia sunt communia, id est communicanda, juxta illud: pasce fame morientem. Si non paveris, occidisti.

CXLV. De Uxore, qua potest facere eleemosynam de propriis bonis.

Uxor quoque de rebus paternalibus, id est suis propriis, potest etiam viro invito eleemosynas & oblationes facere, sed & de bonis viri de illius licentia & permissione, hoc indistincte facere potest & debet: quin immo de pane, vino, & similibus, qui de laudabili & approbato more quasi ubique ad uxoris dispensationem pertinere solent, etiam sine illius expressa licentia, moderate tamen, hoc facere potest; informans sibi conscientiam, quia vir ejus hoc ratum habere debeat, etiam si aliquando hoc leviter sibi, ad terrorem forte, ne immoderate det, effectum prohibuerit. Informans etiam sibi conscientiam ex pauperis qualitate, credens, quod si vir illum videret, id ipsum faceret: sin autem creditur omnino viro displicere, nec aliquo modo valet suam conscientiam informare, nullatenus cum alius scandalo det.

CXLVI. De dotalibus

Quod vero de rebus viri diximus, idem est de dotalibus, quorum maritus dominus est, intelligi debet filius familias de castrensi, & de quasi castrensi peculio. Nam quoniam ad illa pater familias censetur eleemosynam & oblationem facere, potest de adventitio & profectitio sine patris licentia vel permissione id agere.

CXLVII. Omnes fideles flexis genibus debent adorare Corpus Christi.

Quando corpus Domini fertur vel refertur ad infirmos, omnes fideles illud devote & reverenter flexis genibus eundo & redeundo adorent. Nos autem omnibus pœnitentibus & humiliter confessis ipsum Corpus Christi assequentibus XL. dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.

CXLVIII. Ne moniales pro delictis priventur præbendis.

Item, sub pœna excommunicationis firmiter inhibemus, ne monachi seu moniales pro delictis ab eis commissis præbendis suis priventur: sed in suis monasteriis recipiantur; in quibus puniantur & corrigantur, considerata qualitate delicti, secundum regulares observantias & alias, prout secundum Deum justitiam superioribus & prælatis eorumdem monasterii videbitur expedire.

CXLIX. Nullus excommunicari debet, nisi pro peccato mortali & pro contumacia.

Item, cum nullus excommunicari debeat, nisi pro peccato mortali, & contumacia, de qua dubitandum non est, quin peccatum mortale existat.

CL. Ut presbyteri moneant omnes parochianos.

Præcipimus sub pœna excommunicationis, quod omnes presbyteri moneant in suis ecclesiis, & inducant parochianos suos, ut cum super excommunicationibus in eos latis fuerint per ecclesiam militantem absoluti, nihilominus confiteantur & conterantur & de peccato contumaciæ, vel inobedientiæ, pro quo excommunicati fuerunt. Hoc enim expedit eis salutem,

CLI. Contra religiosos.

Item, sub pœna excommunicationis omnibus religiosis mendicantibus utriusque sexus, cujuscumque religionis existant, nostræ civitatis, diœcesis & provinciæ, firmiter inhibemus, nec extra sua monasteria & claustra novas mansiones sibi appropriare, seu nova beneficia ad suos usus constituere præsumant, sine nostra & episcoporum locorum licentia speciali; nisi hoc eis a sede apostolica specialiter sit indultum: super quo nobis & locorum ordinariis fidem facere teneantur.

CLII. De decimis ecclesiarum.

Item cum decimæ de jure communi ad parochiales ecclesias pertineant, omne dubitationis scrupulum amoventes, declaramus, quod omnium novalium decimæ ad easdem ecclesias pertinent pleno jure. Nullus itaque hujusmodi novalium decimas contra voluntatem presbyterorum parochialium sibi appropriare præsumat, seu recipere, nisi super hoc sedis apostolicæ privilegio sit munitus. Novale vero volumus omnes scire agrum seu quodcumque prædium de novo ad culturam redactum: de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuit. Privilegiaque super hujusmodi novalibus religiosis concessa, non de quolibet tali novali intelligenda fore credimus, sed de illo dumtaxat, cujus decimam religiosus potest convenienter absque gravi detrimento parochialis ecclesiæ retinere: cum talis sit sæpe locus incultus, de quo parochialis ecclesia percepit magnos decimarum ratione proventus.

CLIII. Contra tabelliones.

Item, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ omnibus auctoritate imperiali notariis & tabellionibus præcipimus, ut quandocumque in causis spiritualibus & ecclesiasticis conficere contingeret instrumenta, super eisdem instrumentis faciendis prius recipiant prothocolla, quæ penes se dimittant in cartis: ut ex hoc per eos in essentialibus nihil mutetur. Et quia qui male agit, odit lucem, statuimus ut iidem tabelliones non occulte in privatis domibus, sed publice & in loco publico hujusmodi prothocolla & cecanta super conficiendis ab eis instrumentis recipiant, adhibitis ad minus duobus testibus fide dignis, nisi contractus talis sit, qui de consensu partium contrahentium usque ad certum tempus vel ad voluntatem eorumdem contrahentium teneri debeat in secreto.

XLV.

ANNO CHRISTI 1310.

CLIV. Contra Sacerdotes qui nolunt recommendare statuta.

Item in virtute sanctæ obedientiæ omnibus suffraganeis nostris & eorum vices gerentibus præcipimus, ut hæc statuta salubria recipiant infra mensem; & ea in suis synodis episcopalibus, vel alias quamprimum potuerint, congregatis omnibus ecclesiarum sibi subditarum prælatis, rectoribus, vicariis, & personis ecclesiasticis utriusque sexus, & publice legere & nuntiare procurent, ac deinceps annis singulis in perpetuum suis subditis & in suis synodis eadem statuta provincia recommendare faciant; ea præcipientes ab omnibus observari & insuper omnium ecclesiarum cathedralium, collegiatarum, & monasteriorum, tam monachorum quam monialium abbates, abbatissæ, priores, nec non archipresbyteratuum, decanatuum archipresbyteri vel decani quamprimum commode potuerint, sub pœna excommunicationis, copiam de hujusmodi statutis cum moderatis expensis recipiant, & de eis vicariis ecclesiarum & aliis personis ecclesiasticis præfati archipresbyteri & decani in suis archipresbyteratibus & decanatibus fiat copia: in tantum quod modis omnibus sub pœna prædicta omnes personæ ecclesiasticæ eadem statuta penes se habeant infra instantem nativitatem Domini.

CLV. Ut presbyteri bis in anno statuta legant.

Et quia dilatio temporis oblivionem inducit, præcipimus sub eadem pœna, ut illi in suis decanatibus congregatis, omnibus presbyteris sibi subditis annis singulis, certa die vel diebus eadem statuta relegant, ut super eis plenius instruantur. Presbyteri autem saltem bis in anno statuta eadem legant & videant, & in quantum parochianos suos tangunt, & super eis instrui possunt, ipsa statuta in suis ecclesiis semel in anno una die, si fieri potest, vel pluribus in vulgari publicent, & exponant, prout melius poterunt secundum sententiam a Deo sibi datam: ut nemini in nostra civitate, diœcesi & provincia lateant ea, quæ in nostro provinciali concilio sunt causa salubritatis instituta.

CLVI. Ad dandam absolutionem.

Postremo venerabilibus fratribus nostris episcopis suffraganeis nostræ provinciæ committimus cuilibet in sua civitate, & diœcesi plenariam potestatem absolvendi suos subditos ab omnibus prædictis sententiis per nos latis, si quas incurrerint: ita tamen quod prius satisfecerint de commissis, eisdem statutis semper in solo robore duraturis. Item omnibus presbyteris nobis subditis civitatis, diœcesis, & provinciæ nostræ Trevirensis vere pœnitentibus & confessis, qui quolibet mense vel sæpius unam missam celebraverint de Sancto Spiritu, & aliis personis ecclesiasticis, & sæcularibus preces Deo devotas & orationes, & præcipue orationem dominicam cum salutatione beatæ Virginis, erga Deum pia devotione effuderint, pro statu pacifico imperii & regni, & personarum piissimi principis charissimi domini & fratris nostri *Henrici* Dei gratia Romanorum regis semper augusti, & serenissimæ augustæ dominæ, *Margaretæ* felicissimæ conjugis suæ, quæ sibi a Deo data est, & ut Deus ipsos & nos ab omnibus adversis protegat & defendat, progressusque eorum & nostros ad laudem Dei de virtute in virtutem dirigat & prosperari faciat: quoties dictam missam celebraverint & prædictas preces effuderint, XL. dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus. Et hoc presbyteri in suis ecclesiis, quamprimum commode potuerint, non differant omnibus intimare. Insuper scire volumus universos, quod nos *Balduinus* prædictus Trevirensis Archiepiscopus nobis super præmissis omnibus & singulis reservamus potestatem addendi, minuendi, corrigendi, interpretandi, & declarandi quoties visum fuerit expedire.

CONCILIA RAVENNENSIA DUO

IN CAUSA TEMPLARIORUM

A Rainaldo archiepiscopo cum suffraganeis celebrata.

I. concilium. *Hieronym. Rubeus lib.* VI. *historiæ Ravennatis, ad ann. MCCCX.* Per idem tempus, *inquit*, concilium provinciale habitum Ravennæ est, in quo de negotio Templariorum actum est diligentissime: & quæ faciebant ad morum conformationem & catholicam fidem decreta.

II. concil. Ceterum quoniam restabant adhuc nonnulla, neque fuerant absoluta omnia, Rainaldus in proximas Kal. Junias, aliud concilium Bononiam indixit, quo omnes convenirent, Templarii præsertim fratres provinciæ Ravennatis, ut audirent sententiam, quam de ipsis concilium ferret. Mox prudentibus etiam consulentibus viris, eum concilii diem ad XVII. Kalend. Julias rejecit, locoque item mutato, Ravennæ in Ursiano templo habendum decrevit. Leguntur adhuc Rainaldi hac de re litteræ. Argentæ X. Kal. Junii scriptæ: quarum hæc inscriptio est. „ Rainaldus permissione Divina, & apostolicæ sedis gratia, S. Ravennatis ecclesiæ archiepiscopus, inquisitor contra singulares personas, & ordinem militiæ Templi Hierosolymitani, in Lombardiæ, Tusciæ, Marchiæ Tarvisinæ, & Histriæ terris, & partibus, a sede apostolica deputatus, venerabilibus in Christo patribus, & dominis, Dei gratia episcopis ... sanctæ Ravennatis ecclesiæ suffraganeis, electis, abbatibus, prioribus, diaconis, archipresbyteris, archidiaconis, capitulis cathedralium, & aliarum ecclesiarum conventualium, & collegiatarum, Ravennati ecclesiæ subditis, salutem & sinceram in domino caritatem „. Monet autem, mandatque, ut quos in eorum diœcesi Templarios haberent, diligenti eos adhibita custodia, adducerent. Petrus Cymacliensis episcopus, quod ægro-

ægrotaret, Armanninum Ghislerium Bononiensem, e Dominicana familia fratrem suum, ecclesiæque suæ procuratorem VII. Idus Junii, fecit, qui concilio interesset. Pari studio, postridie ejus diei a Papiniano episcopo Parmensi, Anselmo S. Joannis Parmensis abbate, Bernardino Avimundo, Bonifacio Arcna canonicis Parmensibus, Jacobo abbate cœnobii Brixilli, Parmensis diœcesis, & Harmanno præposito Parmensi, procuratores creantur Andreas Pelizonus S. Nicolai Parmensis rector, episcopi vicarius, & Gerardus e Cornazano, præpositus S. Domnini, diœcesis Parmensis: adjectis litteris, quibus se apud patres concilii, quamobrem non venisset, accurate excusabat, & ut excusationem acciperet, ob ea quæ illius procuratores relaturi essent impedimenta, rogabat. Quoniam vero Severus abbas cœnobii D. Mariæ extra portam Faventiæ, sacratorum virorum Faventinorum immunium procurator, una cum Fr. Matthæo episcopo, & Tinioso præposito Faventino, interesse ob morbum non poterat: pridie Id. Junii Franciscum ejusdem cœnobii monachum, sibi a cubiculo procuratorem substituit.

In concilio autem ii fuere, Ugo Placentinus; Ubertus Feretranos; Fridericus Ariminensis; Ubertus Bononiensis; Henricus Regiensis; Matthæus Cerviensis; Patrus Foropompiliensis, episcopi: Ugulinus cucullatus, designatus Faventinus; Nicolaus, & Joannes, cucullati Dominicani; Vincentius Franciscanus: qui tres, in provincia Ravennate, quæsitores in hæreticos erant: Bonincontrus archipresbyter Mutinensis, pro sacratis viris Mutinensibus; Gerardus Cornazanus, S. Domnini præpositus, pro episcopo, sacratisque viris Parmensibus; Gentilis, Ferrariensis episcopi vicarius; Prevostinus Mutinensis, episcopi Forocorneliani item vicarius; Joannes abbas Gavellianus, pariter episcopi Adriani vicarius; Armannus cucullatus Dominicanus, episcopi Cymaliensis procurator; Guercius D. Damiani canonicus, episcopi Sassinatis procurator.

Omnibus igitur, suo quisque loco, in archiepiscopatus prætorio XV. Kal. Julii considentibus, introducti sunt, Raymundus Fontana, Jacobus, Albertus, Guillelmus ab Pigazano, & Petrus Cazia, Templarii ordinis equites: qui jurati, cum nihil essent objectis criminibus, testibusque adversis debilitati, atque abjecti, ad omnia breviter constanterque, seorsum singuli responderunt.

Erant autem hæc fere quæstionis a pontifice præscripta capita. Cum in ordinem cooptabantur, in ipsis sacrorum suorum initiis, Christumne, aut Deum, aut Virginem Deiparam, aut Divos abjurassent, vel ut abjurarent, moniti fuissent, aliosve ipsi ad abjurandum incitassent. An Christum, vel Jesum, crucive suffixum, verum Deum esse, vel passum, pro humano redimendo genere negassent: an fuisse pseudoprophetam, & pro suis ipsis afflictum criminibus affirmassent. An ordinis magistrum, qui nullis erat sacris initiatus, crederent, per pœnitentiæ sacramentum, eluere animæ sordes, & peccata posse: an ipse id fecisset. An quæ occulta habebantur, in eorum legibus, ea orthodoxæ Romanæ ecclesiæ vituperationi esse, criminaque ac errorem fovere putarent. An ipso ordinis ingressu edocerentur, posse inter se luxuriose commisceri, idque esse faciendum, neque ullum ob id perpetrari flagitium. An hæc tirones etiam docerent. An ordinis sui amplitudini studere, vel contra quam fas esset, jurassent: ad idque jurandum alios induxissent. An qui cooptabat eos in ordinem, ne spem salutis suæ in Christo Deo positam haberent, illis ediceret. An conspuissent crucem, imaginemve Christi Dei, aut pedibus protrivissent, ac conculcassent, & die veneris sancto, vel alio in eam minxissent. An cattum, craniumve, aut simulacrum quodpiam, & idolum hujusmodi fictum & commentitium, Divina veneratione coluissent, in magnis comitiis, aliove fratrum loco; divitiasque ab eo, & terrarum, arborumque uberes fructus speravissent. An quo cingulo, interulam, carnemve cingebant, eo idolum quodpiam hujusmodi tetigissent. An tirones adolescentulos præsertim, libidinose, intemperanterque, atque alia, quam decent, parte, osculati fuissent. An dum rem Divinam facerent, sacra mysteriorum & consecrationis verba omisissent. An scelestum & nefarium facinus ducerent, hæc committere. Quod cum affirmassent ceteris fortiter, perpetuoque negatis ab concilio dimissi sunt.

Rainaldus concilium tunc consuluit, de tota re quid fieri placeret. In quo cum multæ sententiæ dicerentur, tandem interrogati primum, an judicium illud accurate & legitime constitutum existimarent, annuerunt: deinde, an dandi essent in quæstionem, responderunt non dandos. Nicolaus tamen, & Joannes, Dominicani, in hæreticos quæsitores, dandos esse dixerunt. Præterea an ad pontificem maximum deferendum esset judicium: negatum ab omnibus est, quod prope adesse concilium generale dicerent. Postremo essentne omnino absolvendi, an jubendum, ut se de objectis purgarent: de purgatione affirmatum est.

Sed postridie cum iterum convenissent patres, communi sententia decretum est, innocentes absolvi, nocentes ex lege puniendos. Intelligi innocentes debere qui metu tormentorum confessi fuissent, si deinde eam confessionem revocassent: aut revocare, hujusmodi tormentorum metu, ne inferrentur nova, non fuissent ausi: dum tamen id constaret. De ordine, ejusque bonis, consensere omnes, servanda innocentibus ea fore, si innocentes, major pars ordinis essent: & nocentes, abjurata hæresi, meritas sceleris pœnas, ipso in ordine dedissent.

De Terræ sanctæ subsidio, de quo item in eo conventu est actum, reges, principes, regulosque, a pontifice inducendos ad mare trajiciendum, eamque expeditionem persequendam consuluerunt. Atque ita dimissum concilium est.

ANNO CHRISTI 1310.

CONCILIUM SALMANTICENSE

IN CAUSA TEMPLARIORUM

A Gonsalvo Toletano archiepiscopo, & multis aliis præsulibus celebratum anno Domini MCCCX.

MAriana, *historiæ Hispanicæ lib.* xv. *cap.* x. Pridie, *inquit*, Kalend. Augusti, litteræ a pontifice datæ, quibus inquirendi in Castellæ Templarios, Compostellæ, & Toletano archiepiscopis potestatem permittit, adjuncto Americo inquisitore ex Prædicatorio ordine, (num eo a quo Directorium inquisitorium editum extat?) aliisque præsulibus. In Aragonia idem negotium episcopis Raymundo Valentino, Semeno Cæsaraugustano, datum est. Idem in reliquis provinciis toto Christiano orbe factum: eo temperamento, ut inquisitione habita, de summa rerum in conciliis tantum provincialibus cognosceretur. *Et paulo post:* In Aragonia, correptis armis, arcium se munitione tueri constituunt. *Mox.* Victi Templarii, ferroque vincti. In Castella Rodericus Ivanius ordinis promagister, sociique omnes a Gonsalvo Toletano præsule ad dicendam causam vocati: vincula injecta abs rege omnibus.

Salmanticæ in Vectonibus patrum concilium habitum est. Rodericus Compostellanus, Joannes Ulisiponensis, Vascus Idigitanus, Gonsalvus Zamorensis, Petrus Abulensis, Alfonsus Civitatensis, Dominicus Placentinus, Rodericus Mindoniensis, Alfonsus Asturicensis, Joannes Tudensis, Joannes Lucensis affuerunt: de vinctis atque supplicibus quæstione habita, causaque cognita, pro eorum innocentia pronunciatum communi patrum suffragio: ad pontificem tamen Romanum rejecta totius rei summa deliberatio: ea contra patrum decretum valuit: deletoque ordine, bona abs rege occupata, atque oppida omnia sunt. In Calæcia Ponsferratus Farumque: in Legionensi tractu Balduerna, Tavara, Almansa, Alcanitium: Tagum inter & Anam ad Portugalliæ fines, Valentia, Alconeta, Sericium, Nertobriga, Capella, Carcuvium: in Bœtica, Palma; in Vacezis, Villalpandum; in Contestanis, Caravacea; in Carpetania, Montalbanum, aliaque oppida, prædia, domus tota ditione Castellæ regum, quæ numerare singula longum esset.

A B C

CONCILIUM PARISIENSE

De causa Templariorum, anno Dom. MCCCX. a Senonensis provinciæ præsulibus celebratum.

GUillelmus Nangius in chronico MS. Anno, *inquit*, MCCCX. concilium Senonensis provinciæ, propter factum Templariorum, Philippo tunc archiepiscopo præsidente, Parisiis celebratur. Illic sane Templariorum singulis factis, & ea tangentibus, diligenter inspectis, pensatisque eorum demeritis, judicatum est atque definitum, quosdam ex ipsis ab ordine simpliciter absolvi, quosdam vero, post peractam eis injunctam pœnitentiam, liberos & illæsos abire permitti; alios autem sub arcta carceris custodia detineri; aliosque quamplures incisione muri perpetuo circumcingi: sed eorum nonnullos, tanquam relapsos in hæresim, tradi curiæ sæculari, eis primitus ab episcopo degradatis, quod & factum est.

D

CONCILIUM MOGUNTINUM,

Quo sub præsidio Petri Moguntini archiepiscopi jussu pontificis tractata est causa Templariorum, anno Domini MCCCX. tempore Clementis papæ V.

QUa occasione, quaque de causa, hæc synodus Moguntiæ congregata, & quid in ea gestum fuerit, ex manuscripto quodam codice Nicolaus Serarius lib. 5. in historia Petri archiepiscopi, refert his verbis:* Anno 1310. ante Viennense Concilium (*in quo Clementinas edidit Clemens quintus*) Concilium habuit secunda, tertia & quarta feriis post Dominicam *Jubilate* idem dominus Petrus provinciale; in quo statutorum provincialium ex antiquioribus synodis compendium collegit, cujus vix paucula supersunt: & Romani pontificis jussu tractata est Templariorum causa.

Comparuit autem in synodo, quemadmodum refert manuscriptus liber, Hugo comes Silvestris & Rheni, qui morabatur in Grumbach prope Meysenheim cum viginti fratribus, sub habitu ordinis prope armatis. Hi omnes, non quidem vocati, sed ultro & subito in consessum patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiscopus viros considerans, ac violentiam timens, placide jubet, commendator ut sedeat, & si quid habeat in medium afferendum, ut depromat. Qui clara & libera voce exorsus: se suosque confratres, inquit, intellexisse, hanc synodum sui ordinis delendi gratia potissimum congregatam, ex commissione Romani pontificis. Enormia enim quædam scelera, & plusquam

E

quam ethnica flagitia, illis objici, quæ in privato designarent, quod ipsis sane esset gravissimum & intolerabile: maxime quod non ordinarie auditi nec convicti condemnarentur. Quare coram ista patrum congregatione se appellare & provocare ad futurum pontificem, ejusque universum clerum: publice quoque protestari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi essent & combusti, constanter pernegasse, sed quidquam eorum designasse, atque in ea confessione tormenta & mortem perpessos. Immo Dei optimi maximi singulari judicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamydes, ac rubricatæ cruces, igni non potuerunt absumi. Archiepiscopus his auditis, ne tumultus suboriretur, protestationem eorum admisit, seque cum Romano pontifice acturum respondit, ut quieti esse possint, atque ita ad propria sunt dimissi. Postea vero Petrus aliam commissionem obtinuit, juxta quam procedens, prædictos censuit absolvendos, actum anno 1311. Kalendis Julii, ut Nauclerus ex quodam Jacobo Moguntino tradit. Habuisse autem archiepiscopum Moguntiæ concilium provinciale 1313. refertur in manuscripto: sed quia idem prioris mentionem non fecit, videtur unum & idem. *Hæc Serarius.*

Acta hujus Concilii ex Lunigii Spicilegio Ecclesiastica Contin. II. p. 38. hæc sunt.

IN nomine Domini amen. Petrus Dei gratia sanctæ Moguntinen. sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis prælatis, capitulis, conventibus cleric. & clericis ac Christi fidelibus, sive religiosis, sive sæcularibus per Moguntinen. civitatem, diœces. ac provinciam constitutis, salutem in Domino & præsentium repetitæ lectionis notitiam & observantiam inconvulsam.

Prooemium.

Ad honorem Dei omnipotentis, gloriosissimæ virginis Mariæ matris ejus, beatorum Petri & Pauli apostolorum, beati Martini patroni nostri ac sanctorum omnium, pro communi ecclesiarum, ac cleri civitatis, diœces. ac provinciæ Moguntinen. bono statu, diversas constitutiones a venerabilibus patribus felicissimæ recordationis prædecessoribus nostris, quorum vestigiis inhæremus editas, in diversis chartulis seu libellis dispersas, ita ut de quibusdam earum an essent constitutionea provinciales aut constitutionum hujusmodi omnium vim haberent, poterat verisimiliter dubitari, in unam compilationem seu libellum ad tollendum hoc dubium, ex officii nostri debito superfluis resecatis duximus redigendas, sub certis & consuetis titulis ordinando, quasdam ex his obscuras declarando, quasdam etiam per novellas additiones nostras innovando. Causa etiam brevitatis & utilitatis paucula de communi jure pro flosculis, fructu tamen non vacuis admiscendo pro loci & præsentis temporis qualitate. Volentes igitur, ut universi qui nobis sive diœcesana lege, sive metropolitana auctoritate subesse censentur; hoc tantum libello pro constitutionibus provincialibus in futurum utantur districtius inhibemus, ne quis in antea pro constitutionibus hujusmodi præsumat in judicio vel extra aliis uti chartulis seu quaternis, quos fide carere decernimus in hac parte hoc sacro concilio, cui una cum fratribus & prælatis nostris aliis præsidemus auctore Domino approbante,

De summa Trinitate & fide catholica.

Quæ propter sui exquisitam & probatissimam perfectionem ac clarissimam & lucidissimam veritatem, adjectione vel declaratione ulla non indigent. Ad quas inprimis tanquam ad principium medium & finem salutis omnium corda nostra manus & oculos elevamus devoti. Nihil aliud est credendum, tenendum vel docendum, nisi quod Romana credit, tenet & docet ecclesia, piissima, sanctissima, & prudentissima mater nostra. Ita tamen ut omnes prælati articulos fidei principales fideliter suos doceant subditos laicos simpliciter credere in ecclesia, clericos vero explicite & distincte.

De constitutionibus ex concilio domini Petri contra hæreticos, ne quis præsumat prædicare quod sacerdos in peccato mortali non possit conficere, vel solvere, vel ligare.

In primis igitur statuimus, ut si aliquis clericor. vel laicus utriusque sexus cujuscumque dignitatis, religionis vel status existat, ausus sit præsumptione damnabili publice prædicare, vel occulte docere, credere, vel tenere quod sacerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi, seu sic ligatus non possit sic ligare vel solvere suos subditos a peccatis pro hæretico & incredulo habeatur, quem errorem hujusmodi sacri concilii approbatione condemnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus. Cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, quod sive bonus sive malus sit minister per utrumque Deus effectum gratiæ confert, non enim quæ sancta sunt coinquinari possunt, nec ipsa sacramenta possunt hominum malitia profanari. Unus sacerdos quantumcumque pollutus existat, divina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Licite ergo a quocumque sacerdote ab ecclesia tolerato divina misteria audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

De constitutionibus ex concilia domini Petri archiepiscopi Moguntinen.

Canonum statuta primum & demum constitutiones provinciales, tam a nostris prædecessoribus, quam a nobis editas ab omnibus sciri ac inviolabiliter observari mandamus sub obtentu juris & honoris. Post præsentem enim publicationem ignorans ignorabitur, & negligens negligetur.

De rescriptis domini Petri archiepiscopi Moguntinen.

Statuimus ut præsens libellus constitutionum provincialium in singulis ecclesiis cathedralibus sub sigillo nostro, ac deinde in aliis ecclesiis conventualibus infra tres menses a publicatione præsentium computandos sub sigill. ordinariorum sine excusatione quslibet habeatur conscriptus, & in choro jaceat sic, ut possit parere cuilibet legere seu videre volenti. Ut autem communis utilitas prædictarum constitutionum in notitiam luculentam cunctorum deveniat,

Vene-

Venerabilibus fratribus & coepiscopis nostris injungimus & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus ipsas mox scribi faciant & procurent, ac anno quolibet, in singulis eorum synodis coram toto clero ibi, si commode fieri potarit, alioquin alibi legi faciant & injungant subditis suis, ut quilibet eas sibi procuret, & tenorem earum memoriæ recommender, & maxime archidiaconis, ut & suis subditis, scilicer decanis ruralibus, camerariis, & plebanis hoc injungant. Nos insuper de omnipotentis Dei misericordia, beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus auctoritate, nec non beati Martini patroni nostri meritis confisi, quibus vere pœnitentibus & confessis, qui eas sibi procuraverint, legerint, audierint, quotiescumque fecerint, quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia misericordirer relaxamus.

De consuetudine & concilio Domini Petri archiepiscopi Moguntinen.

Cum secundum sanctiones præses provinciæ delegatos principis ad ipsius præsidis provinciam declinantes non debeat ex officii debito sinere amplius facere, quam eorum legatio se extendit, Sacro approbante concilio statuimus, ut nullus plebanus seu quicumque alter clericus vel prælatus citationem vel processum alium a judice delegato sedis apostolicæ vel subdelegato sibi directos de citando quemcumque vel trahendo ultra unam dietam vulgarem notorie computandam a fine diœces. ipsorum judicum, de quorum auctoritate ante omnia constare debet, aliquatenus exequatur, Super forma vero rescripti, si aliquis dubitaverit, ad officiales recurrat. Si quis autem contrarium attentare præsumpserit cum hoc quod ipso jure irritus est processus per mensem ab ingressu ecclesiæ suspendatur.

De consuetudine ex concilio domini Petri.

Mortuo mandatore mandatum expirat, si eo vivente non fuerit perpetuatum, fines mandati exacta diligentia sunt servandi.

Ex concilio fritzlar. domini Sifridi.

Ecclesia Moguntina ex antiqua rationabili consuetudine dinoscitur obtinuisse, quod causas ad eam per appellationem delatas subditis suffraganeorum suorum committere valeat & compellere jurisdictionem hujusmodi suscipere detractantes, quæ ex his causis noscitur introducta. Primo ut vitetur circuitus cum pro diœces. metropolitanus eos ad id possit compellere. Secundo ut propter locorum distantiam parcatur partium laboribus & expensis, quia si non reciperentur delegationes hujusmodi, cogerentur partes cum dispendio apud sedem metropolitanam litigare, hujusmodi sacri approbatione concilii statuimus antiquam consuetudinem declarantes, ut sedes Moguntinen. causas hujusmodi subditis suffraganeorum suorum valeat delegare & animadvertere in rebelles.

Ex concilio Mogun. domini Petri Arch.

Huic statuto adjicimus & observatum de consuetudine declaramus ex causis præmissis idem in citationibus & aliis processibus causarum hujusmodi apud sedem ipsam in antea ventilandis, ac omnino decrevimus ac præcipimus observandum.

Ut malæ consuetudines in ecclesia deleantur ex eodem concilio domini Petri Arch.

Consuetudines, quæ gravamen ecclesiis inducere dinoscuntur, invalidas publicamus, locorum ordinariis ut in omnem eventum eis resistant firmirer injungentes.

De scrutinio ex concilio domini Petri archiepiscopi Moguntinen.

Satuimus ad terrorem malefactorum, ut universi episcopi provinciæ Moguntinen. ac eorum vicarii quando volunt & debent suis temporibus ordines celebrare, committant expresse examinatoribus clericorum ordinandorum sub anathematis interminatione, ut inter cetera perquirenda fideli diligentia perquirant sub obtentu honoris percipiendi a singulis ordinandis, ut si patres, avi, aut progenitores eorum usque ad quartam lineam ascendentes captivaverint, captivum detinuerint, occiderint, aut mutilaverint temere clericum aliquem in sacris ordinibus constitutum, & pro clerico se gerentem, eum autem quem in aliquo præmissorum effectum per aliquem progenitorum suorum usque ad lineam memoratam invenerint, si factum hujusmodi sit notorium non admittant. Prælati quoque, vel eorum vices gerentes, quorum interest investire, instituereque præsentatos ante investituram sive institutionem cum summa diligentia de his quærant, & quos tales invenerint nullo modo investiant vel instituant ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum juxta formam statutorum a prædecessoribus nostris desuper editorum. Examinatores insuper & & prælati ne eorum vices gerentes, qui secus in præmissis agere præsumpserint in futurum suspension. sententiis percellantur, alias per locorum ordinarios graviter puniendi.

De renunciatione vel permutatione beneficiorum domini Petri.

Nullus ecclesiam vel beneficium ecclesiasticum dimittere vel recipere præsumat sine superioris sui auctoritate, quod sub pœna excommunicationis omnibus firmiter inhibemus.

De temporibus & qualitate ordinandorum ex concilio domini Gerhardi.

Statuimus etiam, quod nullus ad examinationem aliquatenus admittatur, nisi recenter confessus fuerit ante omnia delicta sua idoneo sacerdoti, & quia pauci sunt, qui sua delicta vel sequelas intelligant delictorum, per discretum confessorem studeat instrui ordinandus an si expediat ordinari, vel ob irregularitatis alicujus sequelam ei sit potius abstinendum. Item nullus promovendus ad ordines admittatur ad titulum vicariæ, nisi sit perpetua vicaria, a qua non possit ad pastoris sive ordinantis placitum amoveri.

De ætate ex concilio domini Petri, ut nullus ad ecclesiam curatam investiatur infra vicesimum quintum annum.

Jus commune pene adjectione juvamus districtissime inhibentes, ne aliquis prælatus, vel ejus vica-

vicarius, aut ejus vices gerens, cujus interest investire aliquem minorem annis, qui videlicet non attingat vicesimum quintum annum ad parochii ecclesiam investire præsumat. Alioquin factum ipsum irritum, & prælatum seu ejus vicarium hujusmodi inhibitionis temerarium transgressorem ex facto hujusmodi ab ejus officio decrevimus suspendendum per unum annum proximo subsequentem, alias etiam ad arbitrium sui ordinarii puniendum.

De filiis presbyterorum ex concilio domini Petri: Ne illegitime natus ad ordines vel beneficium promoveatur.

Nullus illegitime natus ad aliquem sacrum ordinem vel beneficium aut officium curam habens animarum sine dispensatione sedis apostolicæ admittatur in aliqua ecclesia sæculari. Et tales qui hactenus sunt admissi, si de his constiterit, per eorum ordinarios repellantur. Alioquin scienter contrarium facientes per unum mensem ab ingressu ecclesiæ noverint se suspensos.

De clericis peregrinis ex concilio domini Sifridi.

Peregrini & ignoti clerici nullo modo recipiantur ad ordines vel officium, nisi litteris suorum episcoporum commendatitiis & dimissoriis sint muniti.

De officio archidiaconatus ne fiat inhibitio ab aliquibus, ut non appelletur ad superiores.

Inhibemus episcopis, archidiaconis, & prælatis, ac eorum officialibus universis sub pœna suspensionis, quam in omnes facientes contrarium promulgamus, ne in subditos suos, aut eos qui litigant, aut litigaverunt coram eis, aliquam faciant inhibitionem, seu impedimentum aliquod, sub quocumque colore vel modo, publice vel occulte, quo minus causas suas, appellationem, seu quascumque alias ad examen superiorum possint deferre.

De eodem officio archidiac.

Felicis recordationis domini Wernheri prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, quædam ex statutis ipsius pro communi bono in hoc sacro concilio duximus innovanda cum moderatione infrascripta de fratrum nostrorum concilio statuentes, ut archidiaconi & officiales eorum civitat. diœces. & provinciæ Moguntinen. super causis decidendis per ipsos certis finibus, quos præfatus dominus Wernherus archidiaconus ecclesiarum Moguntinen. & eorum officialibus posuisse dinoscitur S. ut de causa super matrimoniis ecclesiis investituris & usuris usque ad summam XX. solidorum Moguntinen. cognoscentes dumtaxat sint contenti. Causis aliis diœcesanorum examin. & eorum officiis reservatis: quod si in contrarium facere præsumpserint judicata per eos alias quam in dictis casibus sint irrita ipso jure. Et nihilominus per ordinarios a suis officiis suspendantur.

De officio vicarii ex concilio domini Sifridi: Ut fiat competens præbenda vicariis.

Et quia ecclesiarum rectores absque vicariis nequeunt sustentari, generali concilio inhærentes, statuimus, ut ipsis vicariis sufficiens & honesta portio de proventibus ecclesiæ assignetur. Alioquin ipsos rectores suis ecclesiis decernimus spoliandos.

Ex Concilio Aschaffenburgen. domini Gerhardi: Ne amoveatur vicarius sine causa legitima.

Præterea quorundam pastorum malitiis qui singulis annis vicarios a suis ecclesiis in quibus per consensum diœcesani vel archidiaconi instituti noscuntur ob quendam turpem questum amovere satagunt obviare volentes, prædecessorum nostrorum statutis duximus annectendum, ut vicarius, taliter institutus ab eadem vicaria ad instantiam veri pastoris non aliqua ratione nisi pastor actu sacerdos existens suam velit ecclesiam regere per seipsum, vel aliquam causam rationabilem amotionis contra suum vicarium coram diœcesano, vel loci archidiacono assignare velit & valeat, ac probare.

Ex concilio fritzlar. domini Sifridi: Ne conducti sacerdotes ponantur ad beneficia, sed vicarii perpetui auctoritate superioris.

Quia enormis quædam consuetudo in quibusdam Alemaniæ partibus contra canonicas sanctiones invaluit, ut ponantur in ecclesiis sacerdotes conducti, vel vicarii temporales, ne id de cetero fiat auctoritate legationis, qua fungimur, modis omnibus inhibemus. Sed cum vicarius poni debet & potest perpetuus instituatur de assensu & auctoritate diœcesani & archidiaconi loci. Nec episcopus vel archidiaconus talem instituat, nisi ei tantum de bonis ecclesiæ coram eorum fuerit assignatum, unde jura episcopi & archidiaconi possit persolvere, & congruam, ac sufficientem sustentationem habere.

Ex concilio domini Gerhardi de officio delegatorum.

Ad hæc plerumque contingit, quod judices delegati, vel subdelegati ad quos simplices commissiones sub forma communi impetrantur, seu diriguntur ultra quam patiantur fines rescriptis procedentes terras, civitates, oppida, & villas ecclesiastico subjiciunt interdicto. Invocantes etiam super hoc brachium sæculare. Nos igitur volentes hujusmodi iniquis processibus obviare, præsenti scripto declaramus de fratrum nostrorum consilio & assensu, quod sacerdotes nostræ civitatis, diœcesis, ac provinciæ, ad observationem seu publicationem sententiarum hujusmodi interdicti minime teneantur, nec invocationi brachii sæcularis, quam sic faciunt aliquatenus est parendum. Super interdicto ponendo recurratur ad decretalem extravagantem, quæ incipit: Proinde attendentes.

De officio ordinar. ex concilio domini Sifridi: De reverentia Eucharistiæ, quando levatur, vel portatur.

Sacerdos vero quilibet plebem suam doceat diligenter, ut cum in celebratione missarum elevatur hostia salutaris, quilibet devote flectat genua sua, vel saltem reverenter se inclinet. Idem faciat cum presbyter eam portat ad infirmum, quam in decenti habitu superposito mundo velamine ferat manifeste ac honorifice ante pectus suum cum omni reverentia & in timo-

ANNO CHRISTI 1310.

timore semper nola parvula & lumine, nisi locorum repugnet distantia, vel temporis qualitas, præcedente, ut ex hoc apud homines fides & devotio augeatur.

De episcopis, quomodo in summis festis missam celebrare debeant, ex eodem concilio, & prædicare debeant.

Antiquum statutum Moguntinen. concilii renovantes præcipimus, ut episcopi summis festivitatibus populo verbum Dei proponant, vel se præsentibus per alios ad hoc idoneos proponi faciant, & indulgentiam populo faciant, missamque in eisdem festivitatibus in ecclesiis cathedralibus celebrent, nisi magna necessitate fuerint impediti.

De carceribus episcoporum: Ex concilio fritzlar. domini Sifridi.

Ad hoc statuimus, ut singuli episcoporum suos carceres habeant juxta ecclesiam cathedralem, in quibus falsarii clerici, vel monachi incorrigibiles & apostatæ, vel alii qui hoc meruerint, recludantur. Ad quod efficacius exequendum aliæ ecclesiæ si opus fuerit subsidium conferant, & juvamen.

De majoritate & obedientia ex concilio ejusdem domini Sifridi, ne capellani officient sine licentia superioris.

Sacro etiam approbante concilio statuimus, ut nulli clerici nobilium capellani in capellis castrorum dominorum suorum celebrare præsumant, vel alia sacramenta ecclesiastica conferre, nisi antea episcopo, vel loci archidiacono obedientiam faciant manualem, & ad synodos veniant, & capitula certis temporibus, & statutis recepturi mandata ecclesiastica, & prolaturi suis dominis, & eorum castren. secundum quod fuerit opportunum. Cum plebani in quorum terminis castra consistant hoc facere frequenter non audeant propter tyrannidem dominorum. Qui autem ante obedientiam præstitam capellas tales officiare præsumpserint a prælatis suspensi, & excommunicati per vicinarum ecclesiarum plebanos tanto tempore denuncientur, quousque satisfaciant & obediant, ut est dictum. Statuentes etiam sub excommunicationis pœna jam latæ sententiæ, districte mandantes, ut si quando præda, vel spolium spiritualium personarum, seu etiam ecclesiasticam personam captivam ad aliquam civitatem, villam, vel oppidum, sivo castrum adduci contigerit, sacerdotes capellani civitatum, villarum, vel castrorum, postquam hoc sciverint, non expectato super eo superioris mandato, abstineant a divinis.

Ex concilio Aschaffenburgen. domini Gerhardi: De obedientia canonicorum, & aliorum ad superiores.

Præterea in quibusdam ecclesiis conventualibus talis consuetudo invaluit ex antiquo, quod prælatis eorumdem ecclesiarum in assurgendo, & in aliis prærogativis a canonicis exhiberi consuevit reverentia specialis, ut per hujusmodi insignia ipsi prælati, qui columnæ ecclesiasum censentur ab aliis simplicibus canonicis possint discerni. Sed quidam canonici immemores juramenti in eorum receptionibus præstiti de ecclesiarum consuetudinibus observandis, nec advertentes, quod sic legum, sic antiquarum consuetudinum transgressores juxta utriusque juris præcepta non immerito sunt plectendi qui contra hujusmodi consuetudines rationabiles juris consonas, & præscriptas, ex quadam arrogantia vel simultate motu proprio venire præsumunt. Propter quod non est dubium inobedientiæ notam debitam prælatis reverentiam subtrahendo, & perjurii reatum contra suarum ecclesiarum consuetudinem veniendu prædictos incurrere præsumptores. Considerantes igitur, quod ecclesiasticus ordo confunditur, cum unicuique honor debitus non servatur, & antiquas honestates, & approbatas consuetudines, & omnia ecclesiarum jura illibata servare volentes præcessorum nostrorum concilio annectendum duximus statuendum. Ut quicumque canonicorum reverentiam prælato suo debitam juxta consuetudinem in sua ecclesia approbatam proprio motu subtraxit trina vice, & de hoc per duorum de capitulo juramentum ipsi capitulo facta fuerit fides, a consortio sui capituli, & perceptione proventuum suæ præbendæ, tanquam inobediens, & perjurus ad arbitrium sui episcopi ipso facto auctoritate hujus concilii sit exclusus, per ipsum episcopum, si ejusdem præsumptoris meruit pertinacia, gravius puniendus. Si qui vero prælati, vel canonici præsumptores, hujusmodi dispensatione a suo episcopo non obtenta, ad capitulares tractatus, vel ad perceptionem suarum admiserint præbendarum, excommunicationis sententia hujusmodi sacri concilii approbatione decernimus percellendos; quod si præsumptores præfati tractatibus capitutaribus se ingerere, aut præbendarum suarum proventus ante dispensationem super prædicta inobedientia, & perjurii nota suo diœcesano ipsis impensam temeritate propria ipsis contingere præsumpserint ullo modo, ex tunc in illa ecclesia cui talis contumelia fuerit irrogata octo dierum per ejusdem ecclesiæ capitulum monitione præmissa ab officiis divinorum infra duos menses usque ad prædictorum excessuum satisfactionem condignam juxta diœcesani, & læsæ ecclesiæ capituli arbitrium imponendam. Si autem iidem præsumptores post cessationem divinorum infra duos menses non satisfecerint plene de commissis, vel saltem non inceperint emendare, per suos diœcesanos beneficiis ecclesiasticis spolientur.

Ex concilio Moguntin. domini Petri: Ut fiat oratio a clericis pro rege & regina.

Insuper universis sacerdotibus, & cunctis, qui cristiana religione censentur, tam religiosis quam sæcularibus, constitutis per civitatem, diœcesim & provinciam Moguntinam injungimus & mandamus, ut pro gloriosissimo rege nostro domino N. Serenissimo Romanorum rege semper augusto, & pro Serenissima domina N. regina Romanorum semper augusta ejus uxore domina nostra, nec non eorum liberis in missis & orationibus suis devotissime deprecentur, ut eos semper Deus dirigat & conservet in bono. Amen.

De postulando: Ex concilio fritzlar. domini Sifridi.

Item cum sacerdotis sit nulli nocere, omnibus velle prodesse, districte præcipimus, ne presbyteri nisi pro se ipsis, ecclesia sua, vel dum necessitas imminet pro personis conjunctis, vel miserabilibus, vel dominis suis, & tunc gratis & sine quæstu quolibet, postulare præsumant, alias a patrocinio repellantur; quod multo fortius de ecclesiarum prælatis volumus observari.

Statutum domini Wernheri de monachis: Ne advocationis exerceant officium.

Præterea cum servum Dei non oporteat litigare, omnibus religiosis præcipue monachis, qui non docentis sed plangentis habent advocationis officium, sub quocunque prætextu, nisi de licentia prælatorum suorum litteris declarata, & in causis monasterii sui tantum, inhibemus sub interminatione divinæ maledictionis, & sub pœna suspensionis ab officio, quam ex tunc ferimus, exercere. Statuentes ut prælati, qui tale genus potius ranarum coaxantium, quam monachorum regulari disciplinæ vacantium neglexerint districtione qua convenit coercere, suspensionem ab administratione spiritualium & temporalium incident ipso facto.

Ex concilio domini Wernheri.

Ceterum cum dicat apostolus: Nemo militans Deo implicet se sæcularibus negotiis. Et juxta decretum Eugenii papæ: Nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumere debeat; sacrorum canonum statuta imitantes districtius inhibemus, ne quis monachus in quocunque judicio ecclesiastico vel civili præsumat aliquatenus advocare, nisi forte de licentia &c. ut supra.

De his, quæ metus causa fiunt: Ex concilio fritzlar. domini Sifridi.

Quia clerici & religiosi nonnulli, non attendentes quantum sit obedientiæ bonum, quod victimis antefertur, & quod peccatum est ariolandi nolle adquiescere, & scelus idololatriæ obedire non velle, amissionem rerum suarum & corporis vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi prælatorum, qui cum prosperitatis tempore multa bona receperint, laute vixerint de patrimonio crucifixi, imminente ecclesiæ necessitatis articulo, pro honore illius adversitates sustinere detractant, qui cum foret summe dives ad obediendum Deo patri pro nostra salute onus subiit voluntariæ paupertatis, ex quo propter contemptum clavium ecclesiæ nervus ecclesiasticæ disciplinæ dissolvitur, & animas miserabiliter periclitari contingit. Sacri hujus concilii necessaria deliberatione statuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis legitime nisi probatus subditos inobedientes mandatum prælati exequi non curantes valeat excusare, adeo quod si metus corporis non simplici proprio juramento, sed legitimis coram eo, a quo mandatum subditus recepit, ostensus fuerit documentis, nihilominus loco cedat, ne notam transgressionis incurrere videatur. In his autem quæ in non faciendo consistunt, utpota cum mandatur non communicare excommunicatis, non celebrare
A coram interdictis ac aliis hujusmodi, nullus omnino nec rerum nec corporum quantumcunque probatus fuerit metus excuset, cum pro nullo metu quis debeat peccatum mortale committere, quod ex inobedientia surgere sanctorum auctoritatibus comprobatur.

Ex concilio domini Petri archiepiscopi Moguntinen. De absolutione & revocatione extortis vi.

Eos qui absolutionem vel quamcunque revocationem ab excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis per vim vel per metum extorserint, cum hoc quod hujusmodi revocationes sunt irritæ, statuimus & publicamus ex-
B communicationis sententiæ subjacere.

De alienatione judicii mutandi.

Quia plerumque cessiones actionum in fraudem fiunt, aliquando vero pure & simpliciter ex causa legitima vel ex causis, statuimus, ut cessiones actionum, quæ justis causis vel causa procedunt in præsentia episcoporum seu judicum vel officialium suorum, & de licentia eorumdem, si subsunt legitimæ causæ, fiant; jurent etiam cedentes quod non simulate sed vere cedant, alioquin secus factas decrevimus non tenere.

C *De judiciis & citationibus: De his qui citari non possunt propter crudelitatem & potentiam, & ex eo, quod in castris habitant.*

Et quia quidam per potentiam, quidam propter crudelitatem magnam personaliter citari non possunt, quidam etiam, quia in castris habitant; ita quod nulla ad eos citatio potest pervenire. Idcirco provida & necessaria deliberatione statuimus, ut contra tales citationes edictum apud parochialem ipsorum ecclesiam publice & legitime proponatur: quod si parochialis sacerdos tales citare non posset, coram superiore non simplici vel proprio juramento, sed justis probaverint documentis in Cathedrali
D ecclesia tribus dominicis continuis publice citentur in ambone, dummodo citandi infra unam dietam sint a Cathedrali ecclesia constituti. Alioquin ad tres quindenas solemniter evocentur, & ex tunc hujusmodi, ac si personaliter citati fuerint procedatur, ne ex malitia commodum valeant reportare; statutum novissime celebratum quantum ad hunc articulum corrigentes.

De his qui litteras judicum vel officialium vel nuncium male tractaverunt.

Præterea quidam crudeles homines & perversi, dum ad forum ecclesiasticum in causis
E etiam, de quibus merito ecclesia habet cognoscere, ab actoribus advocantur illius auctoritatis qua dicitur: Qui honorat missum mittentem, honorat Immemores existentes, nuncios ecclesiasticorum judicum citationis, excommunicationis, vel judiciales juris litteras deferentes verbis probrosis, & quandoque diris verberibus quosdam etiam captivantes. Alios interdum suis rebus temere, & publice spoliantes multipliciter afficiunt, & perturbant, & impediunt citationum, & litterarum executiones in non modicam ecclesiasticæ libertatis contumeliam, & jacturam. Considerantes igitur malitiis homi-

minum obviandum, & non esse aliqnatenus indulgendnm, hoc sacro approbaute concilio dnximns statuendum, ut si reos nuncios acta judicialia deferentes per se, vel per alium verberans, spolians, vel captivans, lite etiam non contestata, anctoritate hojus concilii habeatnr penitus pro convicto. Actor vero in causa recouventionis similia perpetrare per su, vel per alium non formidans, super instituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur. Et insuper uterque ac omnes alii, qui uomine & occasione corum talia facere præsnmpserint usque ad condignam satisfactionem læso, & judicibus summaria cognitione super hujusmodi fore facto præhabito excommunicationis senteutia percellantur.

De foro competenti: Ex concilio Moguntinen. domini Gerhardi.

Ad hoc quod prælati tam regulares, quam sæculares, & alii clerici passim trahnntur contra ecclesiasticam libertatem ad judicium sæcnlare, cum penitus sit absurdum, statnimus, ut actor qui talem malitiose attentaverit actionem, etiam coram ecclesiastico judice conquerens postmodom, uullatenus & nihilominus si compertnm fuerit enm de ecclesiastica persona calumoiose hojusmodi movisse querelam, ipse index, qui ea recepta citationem emisit, excommnuicationis seotentia constringatur, usque ad condignam satisfactionem arctius evitandus.

Ex concilio Aschaffenburgen. ne pro aliqua re persona ecclesiastica ad judicium sæculare trahatur.

Præterea nullus ecclesiasticam personam in crimiuali causa, vel civili quæstione, nec aliquem pro rebus, bonis, vel possessionibus ecclesiarum, sive jure personali, quod vnlgo libgeding dicitur, qui ex earumdem ecclesiarum rebus possessiones, vel bona possideat, sive alio quocumque titulo trahere præsumat iu judicium sæculare.

Ex eodem concilio: Ne judices ecclesiastici intromittant se de causis laicorum.

Huic adjicimus sanctioni prioris statuta concilii sectaotes: Ne prælati, vel quilibet jndices ecclesiastici de causis quas habent ad invicem laici se nnllatenus intromittant, oisi tales sint causæ, quas ad forum ecclesiasticum non sit dubium pertiuere. Nec ex hoc sæculare judicium, quod est valde incongrunm, dirimetur.

De sequestrationibus ex eodem concilio Aschaffenburgen.

Ad hoc quamdam consuetudinem, immo potius corruptelam, quæ iu quibusdam partibus inolevit, videlicet, quod aliqua ecclesia parochiali vacante plures ad eam clerici a diversis patronis in discordia præsentantnr, quibus coram diœcesano, vel loci archidiacono snper ipsa ecclesia contendentibus his ad quem investitura, vel iostitutio ecclesiæ talis spectat redditus, sive fructus ipsius sequestrat, & in suos usus couvertit, lite coram ipso duraute, immo quod deterius est, & merito detestandnm, litem, cui juxta utriusque juris præcepta finem imponere deberet, per diversos circumitus satagit prorogare, ut sic de prædictis redditibus magis, & magis valeat imbnrsare. Cum igitur hujusmodi consuetndo animabus perniciosa, & sacris canonibus sit repngnans, hujus sacri concilii approbatione statuimus, ut non obstaute consuetndioe supradicta, quam penitus reprobamus, per omne illud tempus, quo parochialem ecclesiam, vel capellam vacare contigerit, is ad qnem investitnra, vel institotio ejus spectat, scilicet ejusdem ecclesiæ &c. per duos idoneos presbyteros, & illius capituli, in qno ecclesia, vel capella consistit, noiversos redditus, sive fructus, qui vero rectori cedere consueveruut, faciet, procuret, & mandet colligi & fideliter conservari; ita quod ei, qui vicerit, totaliter assignentur. Alioqnin si ille, ad quem investitura pertinet, de hujosmodi redditibus occulte, vel manifeste aliquid sibi servaverit, ac usurpari præsumpserit, jure investiendi ad aliqua beneficia obtineuda iu perpetnum sit privatus. Et tale jus ad superiorem proximum devolvatnr. Qui etiam duplnm ejus, quod per hujusmodi sequestrationem recepit, irremissibiliter restituere teneatur.

De jurejurando ex concilio fritzlar. domini Sifridi de juramento confœderationis.

Excommunicamus præterea clericos, monachos & canonicos uuiversos, qui colligationes, sive fœderationes ullas fecerint fidei, vel juramenti iuterposita cautione, sive in electionibus faciendis, sive pro aliis qnibuscumque negotiis coutra canonicas sanctiones. Cum ex hujusmodi colligationibus suboriantur discordiæ, quæ ecclesiasticam dissolvunt disciplinam, bona ecclesiastica dissipant, & pericula pariunt aoimarum, volentes ex coufœderatione hujusmodi neminem obligari, eadem quoque excommunicationis sententia inuodamus eos, qni coujurationes, sive confœderationes tales fecerint sine difficultate, & dilatione qualibet, quousque ad invicem se absolvaut. Et quicumque detecti fuerint, cooſœderationes hujusmodi attentare; si monachi, aut caoonici fuerint regulares, de suis monasteriis, tanqnam membra putrida excludantur. Si clerici sæcolares fuerint, officiis & beneficiia io perpetuum spolieutnr.

De appellationibus ex concilio Moguntin. domini Petri. Regula appellantium, qui non prosequuntur appellationes interpositas a seatentia definitiva iafra duos menses.

Quia sæpe contiugit in causis appellationum iuterpositarum a sententiis definitivis revocari per soperiores antu omnia secitudum formam juris attentata, & absolvi appellantes, & ipsis revocatis, prædicti appellanies in clusionem juris judicum, & partis appellatæ a proseentione appellatiouis suæ desistunt. Ne igitur provisio facta ad remedinm, ut experimento didicimus, tendat ad noxam, statnimus, ut si infra duos menses post revocationem hujusmodi ipsi appellantes prosequi appellationes snas non curaverint, ex tunc per iuferiores judices, u quibus appellarunt, iu pristinas senteutias retrudantnr, & tamdiu eisdem ligati publice denuncientnr, qoonsque justa causa cessante ad appellationum snarum prosecutionem moram expirando redire festineot vel pareaut judicatis.

De vita & honestate clericorum.

Clerici officia vel commercia sæcularia non exerceant maxime inhonesta, prorsus tabernas evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Choreis & publicis spectaculis non intersint, coronam & tonsurem habeant congruentem, ad quod per prælatus suos per subtractionem beneficii & officii compellantur. Et si prælati eorum io his desides fuerint & remissi, per episcopum suum vel metropolitanum, si episcopus negligens fuerit, a suis dignitatibus suspendantur. Et ut clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & caste vivere studeant universi, præsertim in sacris ordinibus constituti, quatenus in conspectu Dei omnipotentis puro corde & mundo corpore valeant ministrara. Quicumque autem propter vitium continentiæ a suo prælato suspensus præsumpserit celebrare divina, non solum ecclesiasticis spolietur beneficiis; verum etiam pro hac duplici culpa perpetuo deponatur. Nec credat aliquis posse per alium cum talibus celebrantibus, nisi per Romanum pontificem dispensari.

De clericis vagabundis,

Clerici vagabundi, quos vulgus Eberhardinos vocat, quorum vita est odibilis, & laicos scandalizat; priori inhærentes concilio a clericis & personis ecclesiasticis recipi prohibemus, firmiter statuentes, ne aliquid eisdem detur. Nolumus tamen, ut hujus occasione statuti clerici vel sæculares pauperes, quos quanquam justa necessitas peregrinari compellit, a caritatis operibus excludantur, dummodo pauperes eleemosynam vel hospitium sibi postulent intuitu divinæ remunerationis impendi, cum necessitatis tempore sine personarum differentia elcemosyna sit impendenda, adjicientes qui eberhardini privati vitam ducunt reprobam & infamem, na ad sacros ordines, vel ecclesiastica beneficia aliquatenus admittantur, ut nostrum non vituperetur ministerium, nisi per longam morum emendationem, ac honestæ vitæ conversationem diœcesani judicio moderandam temporis anteacti fuerint infamiam expiati, & tunc dispensative ad sacros ordines & ecclesiastica beneficia eis aditus concedatur.

De eisdem clericis vagabundis, qui præsumunt aliquando celebrare.

Ad hue quia clerici vagabundi qui Eberhardini dicuntur, quorum vita Deo odibilis, clericos & ipsos laicos scandalizant, discurrendo per terras in villis quæ carent propriis sacerdotibus aliquando celebrara præsumunt, seu quod verius est, in quantum in ipsis est, divina officia profanare, statuimus, ut tales ad mandatum diœcesani, seu loci archidiaconi teneantur in custodia carcerali, ad hoc, si necesse fuerit, invocando auxilium brachii sæcularis, salvis nihilominus constitutionibus contra tales a nostris prædecessoribus promulgatis.

De monialibus ex concilio fritzlar. domini Sifridi,

Claustra monialium nullus clericorum vel monachorum sine causa honesta & bono testimonio introeat. Alloquin prælatus suus ipsum A debita subjiciat ultioni. Neque moniales de suis egrediantur monasteriis, nisi monasteriorum necessitas id exposcat, & tunc velatæ incedant. Illis autem tantum ob hanc causam egredi liceat, quibus administratio est commissa, vel quæ a superiori hoc receperunt in mandatis, hoc quidem non de illis monialibus quæ clausæ sunt, volumus intelligi, cum illis exire omnino non liceat; sed de illis, quæ sine clausura vitam consueverunt ducere laxiorem. Statuimus insuper, ut in singulis monasteriis fenestræ perlatoriæ duplicata habeant ferreamenta, Et ut moniales suis præpositis & prælatis in rebus licitis & honestis obediant. Nec cuiquam præter eorum licentiam sua con- B fiteantur peccata. Ipsi autem præpositi siva prælati, claustra monialium nullo modo introaant, nisi magna & evidens causa necessitatis id exposcat.

Ne sacerdotes in rure sina ministro litterato celebrent aliquatenus divina, & de superpelliciis campanariorum.

Item quod sacerdotes & campanatii, qui sacerdotibus ad altara & ad baptismum, deportationem olci & corporis domini ad infirmum assistunt, & juxta quod officium eorum requirit ministrant, super vestimenta sua superpelliciis sacerdotes, & campanarii camisiis albis u- C tantur, districte præcipimus observari. Quas quidem camisias campanariorum & superpellicia sacerdotum populus cujuslibet parorhiæ, quando & quotiens necesse fuerit, de eleemosynis quæ in parochia haberi possunt, procurent, alioquin de suis propriis sumptibus procurabunt. Approbatione totius concilii statuentes, ut sacerdos, qui post publicationem hujus statuti superpellicium pro se & camisiam pro suo campanatora non habuerit infra duos manses post eamdem publicationem proxime subsequentes, tamdiu cesset ab officiis divinorum, donec defectus hujusmodi suppleatur, & damnum, quod ex tali cessatione in obligationibus contigerit sacerdotem sustinere, per populum D suæ parochiæ refundatur eidem. Verum quia in parochiis ruralibus plurimum & maxime hoc contingit, quod propter defectum clericorum sacerdotes solos oporteat celebrare contra canonicas sanctiones, inhibemus, ne presbyter sina ministri suffragio divina officia & maxime missarum solemnia celebrara præsumat, inhærentes concilio Toletano, ubi dicitur: Væsoli, quia cum eeciderit, non habet sublevantem. Provida deliberatione sacri concilii duximus statuendum, ut omnes sacerdotes in villis extra oppida celebrantes loco campanariorum illitteratorum personas da cetero habeant fide dignas legere & cantare scientes, quæ quidem personæ de ornatu parochi fideliter conservan- E do, sufficienti præstita cautione univarsos redditus participant, campanariis laicis hactenus deputatos. Nec ab illis officiis sine archidiaconi consensu valeant amoveri. Alioquin contrarium facere præsumentes per diœcesanum vel loci archidiaconum ad id compelli poterunt faciendum ecclesiasticam per censuram.

Ne eucharistia feratur in calopedibus: Ex eodem concilio Aschaffenburgen.

Et licet omnes christi fideles in deportatione eucharistiæ ad infirmos sequi conveniant reve-

ren-

ANNO CHRISTI 1310.

renter, præcipue tamen sacerdotes, dum ipsum dominicum corpus in manibus suis gestant, procedere condecet humiliter & devote. Obinde præcipiendo statnimus, ut nullus sacerdos in deportando hujusmodi maximum & saluberrimum sacramentum quantumcunque aura mala, via lubrica vel lutosa existat, in calopedibus ire præsumat. Item præcipimus, statuimus & monemus, quod nullus beneficiatus vel in sacris ordinibus constitutus ecclesiam vel eorum ecclesiæ cathedralis aut aliarum ecclesiarum tempore divini officii sine religione vel mitratus intrare præsumat. Contrarium facientes pœnam suspensionis incurrant per decanos, sive prælatos, sive alios superiores ecclesiæ illius, quibus constiterit, aut per nos infligendam. B

De clericis vagabundis ex concilio domini Petri,

Cum clerici vagabundi seu goliardi non modicum detrahere dinoscantur clericalis ordinis dignitati, statuimus, ut si per annum artem prædictam ignominiosam exercuerint, ex tunc careant omni privilegio clericali, nec ad aliquos actus canonicos & legitimos admittantur. Sicque publica respersi infamia & repulsa ruboreque suffusi a statu hujusmodi pestifero retrocedant,

Ex concilio fritzlar. contra clericos militares, qui videlicet duplicem habitum portant, clericalem, & quandoque sæcularem.

Contra clericos militares, qui clericali schemate derelicto comam nutriunt, & gestant habitum laicalem coram prælatis suis & in ecclesiis in quibus habent beneficia, neque reverenter incedunt, demum post tirocinia & actus alios militares, quos interdum exercent, habitum pristinum resumentes ad beneficia se priora admitti impugnare desiderant. Sic terram viis duabus ingredi non verentur. Hoc sacro concilio approbante statuimus, ut apullatantes hujusmodi si antequam a suis prælatis sive capellanis evocati, & prius habitis beneficiis fuerint spoliati ad suas ecclesias sive præbendas redire voluerint, non aliter admittantur, nisi disciplinæ claustralis carcerem tanto tempora sustineant, quanto a suis ecclesiis constiterit eos se taliter alienasse. Ne nimis satisfactionis prolixitas quam prævaricationis diuturnitas prorogetur.

De cohabitatione clericorum & mulierum ex concilio fritzlar.

Cohabitationis vitium publice multis successive laboribus extirpatum quorumdam negligentia prælatorum, immo quod detestabilius est, aliquorum malitia qui quæstum æstimant, pietatem sentitur iterum pullulare. Quapropter E prælatis universis, archidiaconis, videlicet decanis, ac aliis, quorum interest, hujusmodi excessus corrigere, hujus sacri concilii auctoritate districte præcipimus, ut tam periculoso recidivo pervigili studio succurrere non prætermittant, ne subditorum sanguis de eorum manibus requiratur, ac eorum negligentia per locorum episcopos gravissime puniantur. Si qui autem quod absit ob quæstum turpem peccatum hujusmodi ad se delatum in subditis suis favere vel dissimulare præsumpserint, illi per suos prælatos ab eis dejiciantur honoribus, quos acceptione

A sordium talium dehonorant. Ut autem hæc statuta saluberrima districtius & efficacius observentur, auctoritas hujus concilii sancti pro vida deliberatione constituit, ut singuli archidiaconi in capitulo clericorum suorum bis vel saltem semel in anno ea publice legi faciant, & nihilominus semel in anno in episcopali synodo publicentur. Ne quis per ignorantiam se valeat excusare. Si qui autem in publicatione horum statutorum cessaverint temporibus prætaxatis, hujus sacri auctoritate concilii ab officiis noverint se suspensos.

Ex concilio domini Sifridi fritzlar: De continentia clericorum.

Licet multa super continentia clericorum sanctorum patrum hactenus emanarunt instituta; quia tamen adhuc nonnulli clerici lumbos suos cingulo continentiæ, ut accipimus, non accingunt, & in animæ suæ grave periculum & scandalum plurimorum non attendentes quod scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester: Nos qui saltem circa undecimam horam missi sumus, ut nociva de vinea domini sabaoth ex officio nobis injuncto quantum ipse nobis dederit extirpemus, quia zelus nos comedit domus Dei; hujus sacri concilii approbatione duximus aliquid statuendum. Propterea præcipimus, ut clerici continenter & C caste vivere studeant universi, maxime in sacris ordinibus constituti, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde valeant ministrare. Si quis autem clericorum visus fuerit deinceps incontinentiæ vitio laborare, detinendo concubinam, nisi post admonitionem canonicam illam prorsus a se expulerit, ex tunc officio & beneficio spolietur. Si vero fœtorem suæ libidinis non curaverit evitare, quia crescente contumacia crescere debet & pœna, anathematis gladio feriantur. Qui vero obscenis voluptatibus inhiantes concubinas ipsas usque adhuc tenuerint publice, ne delictum præteritum transeat impunitum, eos sub tali pœna duximus religandos, ut si canonici fuerint, quadraginta D diebus in claustris suis quadragesimali cibo jejunent. Si autem hoc agere contempserint, præpositis decanis & capitulis ecclesiarum sub anathemate prohibemus, ne præbendarum fructus eis ministrent, vel ad chorum vel ad consortium capituli eos admittant, nisi digna pœnitentia incepta vel peracta, & præstito juramento, quod eas ulterius non resumant. Qui vero sic amotas resumpserint, decernimus eos beneficiis esse privandos. Statuentes, ut illi, ad quorum collationem beneficia pertinent, ea personis idoneis assignent infra tempus in lateran. concilio comprehensum; alioquin proximus superior ea studeat assignare. Si vero decani vel alii eorum confratres excessum scien- E tes dissimulare præsumpserint, eos excommunicationis vinculo subjacere denunciamus.

Ex concilia Moguntin. domini Wernhe.

Item sacerdos qui concubinam in domo publice ausu sacrilego præsumpserit retinere suspen. ab officio sententiam canonis incidat ipso facto, qua sententia durante, si divina præsumpserit celebrare, sciat se omni misericordia postposita de nostra diœcesi expellendum.

Ex

ANNO CHRISTI 1310.

Ex concilio fritzlar. domini Sifridi: De clericis concubinariis.

De clericis concubinariis ruralibus rigor superius expressus servetur, quorum archidiaconi, si eos in suis iniquitatibus voluerint confovere, vel eorum dissimulare excessus, sciant ab officiis se suspensos, & si in præsumptione permaoserint, eos præcipimus episcopos suos a dignitatibus suis amoveri, quæ dignitatea per eosdem episcopos suos vel alios, ad quos donatio spectat, personis idoneis assignentur.

De clericis non residentibus ex concilio domini Petri.

Statuimus, ut in ecclesiis Cathedralibus, & aliis collegiatis canonici & alii beneficiati nullas distributiones quotidianas, seu manualia beneficia, quæ tantum residentibus, & quæ divinis intersunt officiis, dari debeant, in absentia percipiant. Qui vero taliter de distributionibus ipsis quicquam receperint, exceptis illis, quos corporalis necessitas, aut evidens utilitas ecclesiæ, seu superioris auctoritas, & dispensatio relevat & excusat, ad restitutionem omnium, quæ receperint ecclesiæ teneantur. Nec ante restitutionem ad capitula seu tractatus capitulares aliquatenus admittantur. Et idem de distributionibus pro defunctorum anniversariis largiendis decrevimus observandum. Contra prædicta nolumus aliquam consuetudinem suffragari.

De pluribus habentibus duo beneficia in civitate: Ex concilio fritzlar.

Quia vero plebani civitatum iocum in ecclesiis conventualibus obtinentes circa curam parochiarum frequenter occupati minus possunt in ecclesiis, & maxime io prælaturis, quas obtinent, prout ad eorum spectat officium deservire; statuimus ut eligant, quod in parochia vel in conventuali ecclesia resideant, & ad dimittendam alteram compellantur, nisi utramque de gratia Archiepiscopi vel diœcesani, qui pro tempore fuerint, valeant retinere.

De institutionibus: Ex concilio fritzlar.

Statuimus, ut nullus clericus ad curam animarum admittatur ab episcopo vel archidiacono, nisi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus est curam præsentatus, commiserit simoniam.

De præsentandis clericis ad parochiam: Ne clericus se de beneficio investire permittat a laico.

Quanquam antiqua prædecessorum nostrorum statuta proibibere inveniantur, ne aliquis clericus a laico de beneficio ecclesiastico, in quo jus obtinet patronatus institui se permittat, sed potius præsentatus ab eo Episcopo vel loci archidiacono investituram recipiat ab altero eorumdem, cui id de jure vel de consuetudine competit approbata, licet etiam templariis & hospitalariis, & aliis religiosis in eisdem prohibitum sit statutis. Ne ecclesias parochiales, quas de consensu diœcesani & Cathedralium ecclesiarum suis domibus seu monasteriis uniri obtinent per suos confratres officiare præsumant. Sed clericos sæculares episcopis sive archidiaconis locorum præsentent, qui ipsos in-
A vestient tanquam perpetuos vicarios in eisdem, ordinata ipsis competenti pro sua sustentatione præbenda. Quia cum pœna sufficiens nondum ast prodita contra hujusmodi transgressores, considerantes, quod facilitas veniæ incentivum tribuit deliquendi, sacri approbatione concilii hujus hac pœna præsumptores prædictos duximus puniendos, ut clericus a patrono laico vel etiam clerico in beneficio ecclesiastico sine episcopi vel loci archidiaconi licentia vel consensu institutus eodem beneficio in perpetuum sit privatus, & ipsius collatio ea vice ad superiorem proximum devolvatur. De quo quidem beneficio si temeritate propria intromiserit se patronus, jure quod sibi competebat in eo, B perpetuo sit privatus. Templarii vero & hospitalarii & alii religiosi contrarium facere præsumentes, non solum ecclesias ea vice, sed etiam alias, si quas habebant, ipsis unitas sine spe restitutionis ipso jure hujus concilii decreto amittant.

De templariis & hospitalariis: Ex concilio Aschaffenburgen.

Ad hoc quoniam templarii & hospitalarii & alii religiosi, qui a prælatis ordinis sui ad regendas parochiales ecclesias destinantur episcopis diœcesis subjectas sine institutione ipsorum aut archidiaconorum ministrare præsumunt, in C illis sententias ecclesiasticas in se vel in ecclesias prædictas ab episcopo vel archidiacono sive decano prolatas aliquotiens temeritate propria, & nonnunquam de prælatorum suorum conniventia vel mandato violare præsumunt, dicentes se ad observantiam sententiarum hujusmodi non teneri obtentu privilegii ordinis sui ab apostolica sede concessi, statuimus hoc sacro concilio approbante, quatenus in prædictis ecclesiis sine institutione debita diœcesani ac archidiaconi celebrantes, & sententias aut in se aut in ecclesias prædictas per diœcesanum vel archidiaconum, vel alios delegatos ipsorum prolatas violantes, exceptis casibus a jure permissis, nec non defendentes eos in contemptu hujus- D modi, ac in ecclesiis prædictis interdictis celebrantes, aut audientes divina, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Prælati quoque eorum regulares cum suis conventibus scienter dissimulantes excessus hujusmodi post admonitionem episcopi diœcesis corrigere infra mensem, jus sibi & ordini suo in prædictis ecclesiis competens ipso facto amittant.

De concessione præbendarum non vacantium: Ex concilio Aschaffenburgen.

Item nullus in canonicum eligatur beneficiu non vacante, nisi justa necessitas vel utilitas id postulaverit, & tunc unum tantum, & non E plures assumi permittimus, & hic qui taliter assumptus fuerit, statim ad residentiam compellatur. Si qui contra hoc statutum aliquos vel successive vel simul plures elegerint, quod factum est, ipso jure non teneat. Et episcopus ad tot præbendas potestatem habeat eligendi, quot personæ sic fuerint assumptæ, hujus auctoritate concilii statuentes, ut ante receptionem personæ in canonicum assumendæ personæ necessitas & utilitas ex receptione hujus secutura loci episcopo primitus exponantur, ne surreptionis astutia in fraudem hujus concilii aliquid attentetur.

De

De sede vacante aliud innovetur: Ex concilio Aschaffenburgen.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem episcopatum, vel aliam prælaturam, dun in discordia eliguntur, & alter, qui minori juri innititur, ut eum, cui majus jus est adquisitum, per potentiam vel per tædium fatigare & exhaurire possit, attrahit sibi favorem potentium laicorum, quibus ut ei mutuent & assistant, promissiones facit de beneficiis filiis eorum conferendis, & de juribus & de libertatibus ecclesiasticis remittendis. Nos huic morbo occurrere volentes remedio salutari præsenti statuto hujusmodi promissores & potentum B laicorum attractores volumus ipso facto & jure excommunicationis esse sententiis innodatos, & nihilominus eum fore ineligibilem ad hujusmodi dignitatem. Mutuatores etiam pecuniarum taliter in hoc casu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

De his qui occupant bona ecclesiæ, ex concilio Moguntinen.

Quicunque autem defuncto episcopo relicta ab eo ac sede vacante bona ecclesiæ occupaverit, ipso facto quam nunc in talem ferimus sententiam excommunicationis incurrat, quam successor inviolabiliter faciens observari nulla- C tenus relaxet sine restitutione & satisfactione condigna de sui capituli consilio & consensu.

Ut ecclesiastica beneficia in suo jure reserventur conferenda clericis. Ex concilio fritzlar:

Quoniam in quibusdam Alamaniæ partibus fundatores ecclesiarum vel hæreses ipsorum potestate, in qua hucusquam ecclesia eos sustinuit abutuntur parte decimarum vel aliarum obventionum ecclesiasticarum, in quibus jus obtinent patronatus sibi retinentes ex pacto eum præsentent clericos ad easdem, huic vulneri cancroso & simoniaco censuræ ferrum apponimus decernentes, ut ex quo constiterit patronum D hoc perpetrasse flagitium, anathemate feriatur, & ejus terra ponatur sub ecclesiastico interdicto, donec ecclesiam liberam sub suo jure dimittat salvo jure patronatus, quod eis de jure reservamus, quod possint per juris ignorantiam excusari. Qui vero cæca cupiditate ducti taliter a patronis per præsentationem receperint, officio beneficioque priventur, nec ad beneficia vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi per sedem apostolicam secum fuerit dispensatum. Episcopi vero vel archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, ab institutione beneficiorum & collatione perpetuo sint suspensi.

De eodem concilio fritzlar.

Cum beneficia ecclesiastica sine diminutione conferri debeant, quidam ecclesiarum patroni personis idoneis prætermissis tales ad ea præsentant, qui portione quantalibet debeant esse contenti, reliquam totaliter usibus suis applicando. Unde ad hujus mali perniciem extirpandam statuimus, ut si tales clerici se portione debita spoliari videntes ad episcopum suum querelam non detulerint, auctoritate hujus concilii sint ipso jure suspensi, & nihilominus eisdem A ecclesiis spolientur per episcopum, & plebano idoneo provideatur de ipsis. Si vero ad superiorem hoc detulerint quæstionis, ipse patronum per censuram ecclesiasticam ab hujusmodi molestationis onere compescat. Adjicientes nihilominus, quod si in hoc pertinax patronus extiterit, ad præsentationem talis ecclesiæ cum proximo vacaverit nullatenus admittatur.

De rebus ecclesiæ non alienandis. Ex concilio fritzlar.

Interdicimus etiam prioris concilii statuta sectantes, ne amministratores de rebus ad eorum amministrationem pertinentibus sine consensu majoris & sanioris partis capituli quicunque penitus alienare præsumant, verbo autem alienationis, donationis, venditionis, obligationis, permutationis vel emphitheusis sicut in quibusdam ecclesiis fieri consuevit perpetuum contractum volumus comprehendi, & si quid contra factum fuerit, irritum decernimus & inane: foresta quoque nemorum secari non faciant sine fratrum consilio & consensu, quod si fecerit, in usum fratrum pretium convertatur. Abbas vero vel officiati cujuscunque monasterii si de rebus ecclesiæ suæ quicquam citra formam canonicam alienare præsumpserint, ipsum superior cum id ei ex certis claruit argumentis a suo in continenti deponat officio, nec de cetero ad dignitatem aliquam vel amministratio- C nem ecclesiasticam admittatur, nisi secum sit per loci episcopum misericorditer dispensatum, auctoritate præsentis concilii decernentes, ut in mutuo contrahendo, nec non obligatione immobilium sacri canones observentur, qui eos creditores tantum appellant, qui probant mutuum in ecclesiæ utilitatem cessisse.

Ex concilio fritzlar.

Item de rebus ecclesiæ & ornatu nulli privatæ personæ ad obligandum aliqua concedantur, & si aliquibus sunt concessa, illa infra mensem redimere & restituere compellantur.

D *Ex eodem concilio fritzlar.*

Item statuimus, ut proventus annui fabricæ uni vel duabus personis fide dignis in singulis ecclesiis committantur, qui eos ad opus ecclesiæ convertant utiliter & singulis annis justam de ipsis & certam capitulo reddant rationem, & ne iidem redditus dividantur, vel ad expensas messium vel autumni seu extra ordinaria onera convertantur, quæ de præbendis suspensis sunt potius facienda districtissime prohibemus.

Ex concilio fritzlar, ut res ecclesiæ bis vel semel in anno inspiciantur.

E Statuimus etiam quod ornatus & libri ecclesiæ bis vel semel ad minus in anno inspiciantur a capitulo diligenter, & sub sigillis prælatorum & capituli ponantur sigillatim in scripto, ut sciatur in posterum si de ipsis augmentatum sit aliquid vel subtractum.

De prædiis Ecclesiarum.

Et quoniam pauci sunt in singulis ecclesiis, qui prædia & redditus plene cognoscant, nisi illi officiati forsitan fuerint, & multa vel aliqua propter negligentiam officiatorum & statum ipsis ine-

inæqualem ex eo sunt perdita vel distracta. Statuimus, quod prædia & redditus ecclesiarum communes, & specialiter dignitatum & officiorum, & quæ quali ratione cujuslibet officii fieri debeant sub sigillo prælatorum & capituli plenissime conscribantur.

Volumus etiam, & præsentium auctoritate statuimus, ut redditus, qui de proventibus annorum fabricæ ex nunc in posterum poterunt procurari, & proventus illorum bonorum, quæ de cetero sine speciali conditione fuerint collata ecclesiis intuitu pietatis, fratres præsentes, & qui sunt in studio per licentiam capituli integre & plene percipiant, ut libentius & frequentius in choro deserviant, & fideles quilibet ad eleemosynas ecclesiæ conferendas ardentius invitentur.

Ex concilio Moguntinen. De advocatis ecclesiarum.

Ceterum cum nonnulli ecclesiarum advocati spe defensionis eorum in advocatos ea conditione primo assumpti, quod de certis stipendiis & servitiis spontanee deputatis eisdem ipsarum ecclesiarum jura, possessiones & homines defendere debeant, facti sunt ex defensoribus offensores, eo quod tam immoderatis exactionibus & servitiis angarient homines, quod non propriis dominis persolvere census suos, aliasque illicite dividentes advocatias in partes in inferioribus suis eas in grave ipsarum ecclesiarum dispendium infeudare præsumant. Et quia privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, statuimus, quod sponte sibi assignatis stipendiis & servitiis sint contenti, prout coram imperio est obtentum sententia principum approbante, aliaque ecclesiarum jura & possessiones & homines defendant & protegant, nihilominus aliud pro tantis sibi & eorum juribus, possessionibus & hominibus usurpantes reintegrent advocatias, quas in partes dilacerasse, & suis infeudasse dinoscuntur feudatarii, eos vero taliter occupantes dimittant, quod si non fecerint infra mensem moniti per ordinarios & per alios suos superiores ipse advocatus & feudatarius ad id faciendum per excommunicationis & interdicti sententias compellantur. Demum statuimus, ut si quis ecclesiarum vel clericorum bona vel homines temere invaserit spoliis, incendiis vel rapinis, aut tollendo pignora occasione etiam cujuscumque quæstionis, quam contra ecclesiæ alicujus advocatum se proponit habere secundum statuta concilii Moguntinen. contra hujusmodi temerarios invasores edita procedatur.

Ex concilio Aschaffenburgen.

Hac in constitutione sancimus cunctos ecclesiarum advocatos infra provinciæ nostræ terminos constitutos, cujuscunque præeminentis sint status, eisdem juribus esse contentos, quæ ipsis seu eorum antecessoribus fuerint concessa, tempore quo advocatiam hujusmodi acceperunt, ac ecclesias, quarum advocati existunt, defensare studeant ac manutenere pro posse.

De eodem concilio.

Insuper statuimus, ne persona quantumcunque nobilitate aut præeminentiæ statu præfulgeat, ecclesias aut ecclesiastica bona, jurisdictiones, jura & vasallos eorum violenter, aut auctoritate propria publice occupare, aut occupando invadere, vel scienter occupantibus ecclesias vel bona ecclesiastica & prædicta præstare præsumant quomodolibet per se vel per alium aut alios consilium, auxilium & favorem, & nisi requisitus infra mensem ecclesiæ læsæ aut prælato ipsius damnum illatum emendaverit, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus.

Ex concilio domini Petri.

Hoc sacro concilio districtius approbante inhibemus, ne aliquis episcopus vel prælatus capitulum vel conventus aliqua bona immobilia pro suppignoribus, quæ vulgariter underpfant dicuntur, ponant aut obligent quibuscunque personis ad contractum alienationis rerum ecclesiæ perpetuum roborandum sine expresso consensu loci episcopi & juris solemnitatibus, quæ in hujusmodi rerum alienationibus requiruntur. Alioquin factum ipsum cernimus irritum & inane. Episcopos, qui hæc fecerint, ab ingressu ecclesiæ suspensos, alios vero prælatos ab officio & beneficio, personas vero alias excommunicationis sententiis ipso facto decernimus innodandos.

De eodem concilio.

Insuper inhibemus districte, ne aliquis prælatus cuiquam annuam pensionem de rebus ecclesiæ constituat se daturum, donec provideat sibi de beneficio competenti. Alioquin factum ipsum decernimus non teneri, ac promissorem sive promissarium ab officio & beneficio decernimus suspendendos.

De venditione & emptione rerum spoliatarum.

Nullus etiam prædam aliquam scienter emere vel tenere præsumat, alioquin nisi ipsam statim restituat, excommunicationis sententia percellatur.

De pignoribus.

Ad omnem quoque dubitationis sive quæstionis materiam amputandum statuimus, ut si quis prædium suum, cujus attinet patronatus, cuiquam obligaverit indistricte, jus præsentandi apud ipsum obligantem resideat, cum tale jus æstimari non possit & ergo in sortem nequeat computari, cum semper fructus rei pignoratæ in sortem debeant computari juxta canonicas & legitimas sanctiones.

De testamentis & ultima voluntate.

Clericus de proventibus anni gratiæ vel alias de rebus ecclesiæ adquisitis concubinæ suæ vel filiis in fornicatione genitis quicquam penitus non relinquat, quod si fecerit, legatum non teneat, & quod taliter est relictum, ecclesiæ applicetur.

De legatione clericorum.

Ad abolendam de domo domini consuetudinem vel potius corruptelam seu temeritatem, qua clerici, qui positi in exemplum in argumentum suæ finalis pœnitentiæ fructus præbendarum suarum concubinis vel spuriis suis legant in ultima voluntate rigor ecclesiasticus de-

debet exercere. Clerici annis gratiæ abutentes cum de rebus eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum fructus beneficiorum etiam eccleſiaſticorum ſpuriis vel concubinis dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignum ſuæ perditionis eccleſiaſtica careant ſepultura, & quibus taliter fructus legantur, eis careant ipſo jure. Qui autem teſtamentum tale poſt mortem manutenere volunt, & per quorum manus perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, eccleſia ipſa ſuppoſita ſit interdicto.

De legatione morientium: ex conc. fritzlar.

Item legata ſecundum diſpoſitionem morientium ordinentur collectoribus ad hoc duobus de eccleſia deputatis, ſi in vita ſua non manufideles elegerant ſuper eis.

Ex concilio domini Eberhardi Moguntinen.

Sunt nonnulli, qui anno gratiæ, qui pro relevatione debitorum in fructibus beneficiorum defunctis clericis eſt conceſſus damnabiliter abutuntur, fructus ipſius anni conſanguineis ſuis vel aliis quibus voluerint relinquentes, ex quo provenit duplex injuria, eccleſiæ ſcilicet & perſonæ; fraudatur enim eccleſia per dictum anni ſpatium ſervitore, privatur etiam perſona ſuccedens in percipiendis fructibus jure ſuo, quod de cetero fieri prohibemus; ſacri approbatione concilii ſtatuimus, quod niſi pro relevatione debitorum, quæ cum aliunde ſolvi non poſſunt anno gratiæ clerici non utantur, vel niſi ipſius anni fructus pro aliqua pia cauſa ipſi relinquant eccleſiæ, a qua idem beneficium habuiſſe noſcuntur.

Ex concilio Aſchaffenburgen.

Ad hæc quia quædam in quibuſdam partibus conſuetudo, immo corruptela deteſtabilis obſervatur, videlicet quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis conſtitutus ultra v. ſolid. uſualis monetæ, vel aliam ſummam juxta loci illius conſuetudinem limitatam nec piis locis nec perſonis eccleſiaſticis pro animæ ſuæ remedio & ſalute aliqua poſſit ordinare legata. Conſiderantes prædictam conſuetudinem & ſacris canonibus ſæcularibus etiam legibus obviare, cum omnia jura clament, quod ultima voluntas, & ultimum hominis teſtamentum immobile perſeveret, & nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupernæ voluntatis liber ſtilus exiſtat, eamdem conſuetudinem Deo odibilem, animabus & moribus inimicam, auctoritate hujus ſacri concilii penitus reprobamus, firmiter ſtatuentes, ut ubicunque qui jura teſtamentorum non prohibent factione & ſanitate & in lecto ægritudinis conſtituto legandi, ordinandi & diſponendi de bonis ſibi collatis circa pia loca & perſonas eccleſiaſticas, dummodo contra legitimas non prætereant ſanctiones, libera ſit voluntas & facultas, volentes & præcipientes diſtricte, ut per locorum epiſcopos, & ceteros prælatos juriſdictionem habentes univerſi clerici & laici impedientes defunctorum legata vel ultimas voluntates per excommunicationem in perſonas & interdicti in loca ſententias octo dierum monitione præmiſſa ferendas, ab hujuſmodi impedimentis deſiſtere compellantur, ad

A quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore facientes epiſcopi & prælati, ad quos teſtamentorum defenſio utroque jure ſuadente dinoſcitur pertinere, tam benevolos ſe exhibeant & paratos, ne hujuſmodi negligentia de eorum manibus in die diſtricti judicii requiratur.

Sequitur de manufidelibus.

Statuimus & a cunctis præcipimus inviolabiliter obſervari, ut manufideles, & ad exequendum ultimas decedentium voluntates electi, antequam de rebus & de bonis defuncti ſe aliquatenus intromittant, inventarium faciant ſub fi-
B dedignorum teſtimonio de eiſdem, ac infra annum cuncta diſponant ſecundum placita defunctorum, ad quæ per locorum ordinarios diſtrictiſſime compellantur.

De ſepulturis: ex concilio domini Petri Moguntinen.

Cum ſacris canonibus ſit conſonum, ubi quis vivus recepit eccleſiaſtica ſacramenta, quod ibi etiam mortuus requieſcat, omnibus chriſtifidelibus, qui ſepulti fuerint in ſuis eccleſiis parochialibus, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, & beati Martini patroni noſtri meritis confiſi, in
C relevamen ſuorum peccaminum xl. dies indulgentiarum de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Ex concilio Moguntinen.

Inſuper ſtatuimus, & ſub pœna ſuſpenſionis præcipimus firmiter & mandamus, ut omnes ſacerdotes provinciæ Moguntinen. cujuſcunque dignitatis, eminentiæ, ſtatus vel religionis fuerint, infra octo dies cauſa legitima ceſſante, poſtquam eis de morte archiepiſcopi vel epiſcopi cujuſcunque prædictæ provinciæ conſtiterit, miſſam pro defunctis dicat in remedium animæ epiſcopi memorati.

D Sane gravis, & clamoſa querela noſtris auribus multiplicatur, quod nonnulli ſuis juribus & finibus non contenti, parochianos alienos præſumunt recipere temere ad divina contra canonicas ſanctiones, & cum dictorum parochianorum judices non exiſtant, nec ligandi nec ſolvendi in eos acceperint poteſtatem, ſe tamen judices faciendo in foro pœnitentiali perículoſe abſolvunt & ligant pro ſuo libito voluntatis, ſicque ipſo qui proprios ſpernunt presbyteros minime abſolutos illud ſalutiferum noſtræ peregrinationis viaticum quod non proficit niſi prius a criminum labe mundatis in animarum ſuarum & eorum, qui non dijudicantes indiſcrete recipiunt conferre periculum non verentur.
E Sicque dicti eorum ſacerdotes, qui curam recipiendo eorum ſuam pro ipſis animam obligaverunt, dum ſibi taliter ſubtrahuntur ſtatum ignorantes eorum, nec poſſunt, quod in eis ægrotum eſt, ſanare, nec conſolidare infirmum, nec alligare confractum, & ſic dum curationis neceſſaria non adhibeantur remedia invaleſcentibus morbis uſque ad interemptionem læſio dilatatur, unde ſacerdotes nullam poſſunt de ſic pereuntibus animabus ſuperno judici reddere rationem.

A

Hic prohibetur religioſis audire confeſſionem ſine licentia plebani etiam quocumque tempore anni: ex concilio Moguntinen. domini Petri.

Nos ſanctorum Patrum, qui eccleſiæ ſanctæ Dei & perſonis eccleſiaſticis terminos, quos non licet tranſgredi, poſuerunt, ſtatuta conſiderantes, hujus ſacri approbatione concilii univerſis ſacerdotibus tam religioſis, quam ſæcularibus cujuſcumque conditionis, ordinis ſive ſtatus exiſtant in civitatibus, dioceſ. vel provincia de gentibus moguntina ſub debito juramenti, quod epiſcopo in receptione ſacerdotii præſtiterunt, ſub interminatione divini judicii firmiter inhi-
B bemus, ne quis alienum parochianum, cujus cura per epiſcopum vel loci archidiaconum, ſeu ejus ſuper en vicarium alii eſt commiſſa, præſumat, excepta neceſſitatis cauſa, quæ legem non habet, ad confeſſionem recipere, vel ad porrigendum ei aliquod eccleſiaſticum ſacramentum, niſi petita deſuper & obtenta licentia proprii ſacerdotis, cum certi & indubitati juris exiſtat talem a tali crimine ſolvi non poſſe aliquatenus vel ligare, & ex hoc ordinem eccleſiæ per majores & ſanctos patres divina providentia inſtitutum confundi, quod per univerſos plebanos ſingulis diebus dominicis & feſtivis coram ſuis plebibus præcipimus publicari.

De ſtatu monachorum: ex concilio fritzlar.

Statuimus inſuper, ut in ſingulis monaſteriis feneſtræ pro latere duplicata habeant ſerreamenta. Et ut moniales ſuis præpoſitis & prælatis in rebus licitis & honeſtis obediant, nec cuiquam alteri præter eorum licentiam ſua confiteantur peccata, ipſi præpoſiti ſive prælati clauſtra monialium non introeant, niſi magna & evidens neceſſitas id expoſcat.

De monachis & monialibus, de compaternitate non contrahenda; ex eodem concilio.

D Compaternitatem a monachis & a monialibus contrahi diſtrictiſſime prohibemus, ſtatuentes, ut ſi aliqua clauſtra monialium ad inopiam tantam devenerint, quod ibi de proventibus monaſterii ſuſtentari non poſſunt, & ab amicis panem & vinum, denarios vel aliquod hujuſmodi tranſmittatur eiſdem, non hoc prius recipiant, quam abbatiſſæ vel magiſtræ ſuæ id ſignificent, ut ejus arbitrio quid de hoc quod miſſum eſt, fieri debeat, ſtatuatur, & labores eorum veniant in commune, quod de monachis irrefragabiliter volumus obſervari.

De veſtibus monachorum & monialium: ex eodem concilio.

Statuimus etiam, ut juxta concilium proxime celebratum monachi & alii religioſi quilibet alterius coloris veſtibus, quam eorum ordini congruat, non utantur, ſeu quotidianæ ſive pluviales exſtant, ut monaſteria ſanctorum Auguſtini & Benedicti ad obſervationem ſuæ regulæ efficacius reformentur, prohibemus diſtricte, ne quis abbas vel abbatiſſa duas habeat abbatias, & nulli monacho vel moniali duo officia in monaſterio aſſignentur, niſi abbatia providentia de conſenſu capituli propter evidentem neceſſitatem vel utilitatem monaſterii aliter duxerit ordinandum.

Ne quis eligatur in abbatem niſi profeſſus: ex eodem concilio.

Nullus monachus in abbatem & in aliquod officium, niſi dudum profeſſus fuerit, aſſumatur. Et ſi qui jam aliter ſunt aſſumpti, a ſuis removeantur officiis, & alii ſubſtituantur eiſdem, quod de monialibus etiam decernimus obſervandum. Hoc priori concilio in non profeſſorum odium adjungentes, ut cum juxta decretum Pelagii abbas ſit a monachis eligendus, nullus omnino non profeſſus, quantacunque temporis diuturnitate in religione duraverit, ad electionem abbatis aliquatenus admittatur, nec ei
B valeat ſuffragari ſive de facto, ſive de conſuetudine, quod una cum ceteris monachis ad alios tractatus eccleſiæ antea ſit admiſſus.

De profeſſione monachi.

Novitii jam adulti ſi poſt annum probationis in manum abbatis facere profeſſionem recuſaverint, de monaſterio expellantur, quod etiam de monialibus obſervetur. Nullus monachus vel monialis in duobus monaſteriis locum habeat vel præbendam. Item quicquid monachus vel monialis, undecunque provenerit, adquirit, ſuis appropriare uſibus non præſumat, ſed totum in communes uſus monaſterii redigatur. Item nul-
C lus monachus vel monialis proprium quid habeat, & qui proprium habuiſſe in morte fuerint deprehenſi, eccleſiaſtica careant ſepultura, & qui ſepulti ſunt, jam exhumentur. Si quis vero ipſorum ad mandatum ſui prælati propriis renunciare noluerit, de monaſterio expellatur.

De monachis & monialibus.

Ludos alearum, chorearum, ſcacorum, taxillorum, ſtoulorum & globorum monachis & monialibus prohibemus diſtricte. Item abbates & monachi mantella & chirotecas non portent, nec pannos de nigro bruneto vel alios pretioſos, ſed quanto poſſunt haberi pretii vilioris
D juxta quod præcipit regula eorumdem: abbates & abbatiſſæ in communi dormiant dormentorio cum monachis vel monialibus ſuis, & in refectorio communi veſcantur, niſi quandoque juſta neceſſitas propter magnos & honeſtos hoſpites id minime obſervari compellat. Item tam abbatibus quam monachis vulpina pellicia & de cuniculis prohibemus, ſed agninis tantum utantur. Item monachi calcios, qui ſtivales dicuntur, non habeant, ſed alios ſuæ regulæ competentes. Item abbates cappas rotundas ad modum epiſcoporum in uſu quotidiano non portent, ſed cum manicis, ut eorum ordo poſtulat & requirat; nec ipſi, nec monachi, qui equitant, mantella deferant ſuper cappas, quas clau-
E ſas fore cenſemus. Hoc etiam ſtatutum lucidius declarantes ſtatuimus, ut tam monachi, quam abbates in cappis nigris equitent & rotundis vel in habitu uſitato: inſuper inhibemus diſtricte, ne occaſione qualibet ſæculares perſonæ domos vel habitacula ſua faciant juxta monaſteria monachorum, quia frequenter ex hoc contra monachos ſiniſtra præſumtio eſt exorta, niſi forte alicui perſonæ omni ſuſpicione carenti id de conſenſu & auctoritate diœceſani epiſcopi permittatur. Abbas vero, qui contra hoc fieri conſenſerit, gravi ſubjaceat ultioni. Item abbas nullum monachum alterius monaſterii

sterii sine litteris dimissoriis proprii abbatis in suo monasterio recipere vel tenere præsumat. Item monachi carnibus in refectorio non vescantur, nisi in infirmaria cum ægrotant. Item quicunque monachus in lapsum carnis ceciderit, de quo fuerit manifestum, ad nullam deinceps dignitatem, nec ad aliquod officium monasterii assumatur, nisi propter manifestam emendationem & honestam ac religiosam conversationem ipsius per diœces. episcopum secum fuerit misericorditer dispensatum: eidem quoque pœnæ subjaceat, si de hoc infamatus fuerit, nec canonice potuerit se purgare, & in pœnam sui criminis, de cetero ultimus sit in choro, & in capitulo vocem non habeat ad aliquam monasterii ordinationem tractandam, nisi propter emendationem manifestam abbatia providentia de consensu conventus ipsum duxerit admittendum. Si vero abbas vel monachus in officio constitutus in similem lapsum ceciderit, a suo statim removeatur officio, quod circa præpositum fieri volumus, si de hoc infamatus fuerit, nisi canonice se expurget, & nihilominus pœnis illis subjaceat, quæ de simplici monacho superius sunt expressæ. Idem de abbatissis, & monialibus statuimus observandum, & hæc omnia, quæ statuta sunt de monacho circa continentiam, propriorum abdicationem, & similia, ad canonicos volumus regulares extendi, licet ad esum carnium, & quædam alia regulæ inserviant laxiori. Item præcipimus abbatibus, abbatissis, nec non aliis omnibus monasteriorum rectoribus, ut subditis suis secundum uniuscujusque monasterii facultatem tam in victu, quam in vestitu necessaria administrent. Item juxta prioris statuta concilii prohibemus, ne mulierculæ, quæ votum continentiæ emiserunt, mutantes habitum sæcularem, nec tamen alicui certæ regulæ se adstringentes per vicos passim discurrant. Sed si propriæ suppetant eis facultates, continenter in suis vivant domibus, & honeste; sed si sunt pauperes manuum suarum laboribus, & honestis servitiis necessaria sibi quærant, plebanis suis sint subditæ, & eorumdem consilio regantur.

Ne aliqua admittatur in beginam ante quadragesimum annum.

Ad hoc quia juvencularum beginarum lapsus frequens & evidens statum religionis deformat, & scandalizat plurimos: statuimus, ut nulla de cetero in earum numerum admittatur, nisi quadragesimum ætatis suæ annum excesserit, & probatæ opinionis existat. Sexagenarium numerum, quem scripsit apostolus talibus assumendis, propter fragilitatem nostri temporis ad quadragenarium numerum restringentes.

De beghardis & beguttis.

Sectam & habitum, nec non conventicula suspicione mali non vacua beghardorum clamantium per vicos, & plateas civitatum, oppidorum, & villarum hoc vulgare brot durch got, nec non quaslibet alias singularitates a sancta Dei Ecclesia non receptas colentium reprobamus in hoc sacro concilio, & damnamus, mandantes sub pœna suspensionis universis plebanis per civitates, diœces. & provinciam Moguntin. constitutis, ut tales beghardos aut bikornos publice tribus dominicis diebus festivis, ut hujusmodi singularitates derelinquant, & se teneant, sicut alii christiani, & quod non prædicent in cavernis, vel aliis locis publicis, vel secretis, & cum beginis se conformantibus eisdem in moribus, habitu, & incessu. Alioquin ex tunc ipsos extra terminos suarum parochiarum per excommunicationis sententiam auctoritate hujus concilii repellere non obmittant, denuncientque vicinis sacerdotibus, ut tales sic repulsos in suis parochiis non admittant. Idem de beginis prædictis pestiferis duximus statuendum.

Ne aliquis introeat domos beginarum.

Sub pœna etiam anathematis prohibemus, ne clericus vel religiosus quispiam in domum intret earumdem. Sed si quis ex justa causa, & honesta cuiquam earum loqui voluerit, hoc in ecclesia sub bono testimonio faciat manifeste, ne sinistra contra ipsum suspicio oriatur. Alioquin gravi subjaceat ultioni.

Ex concilio Moguntinen.

Plerique religiosi, maxime ordinis sancti Benedicti, non verentur convivia frequentare, sæculares etiam personas ad ipsa cœnobia pro commessationibus invitantes, ex quo non solum scandalizantur extranei, sed etiam confratres eorum, religio dissolvitur, & honestas monastica deformatur. Cum igitur juxta sanctorum statuta canonum, & venerabilium conciliorum decreta monachorum non liceat undecumque provenerit aliquid suis usibus propriare privatis, sacri approbatione concilii talia de cetero fieri ex quacumque causa prohibemus. Si quis autem transgressor extiterit, pro qualibet transgressione carceralem octo dierum in graviori culpa subeat disciplinam.

Ex concilio Aschaffenburgen.

Præterea & si contra monachos, & moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus, aut animi levitate temere fugientes, & in sæculo sæculariter per aliqua temporum spatia conversantes, & tandem pœnitentia ducti ad claustra, de quibus profugere præsumpserunt, humiliter redire volentes, certæ & variæ pœnæ juxta qualitatem & quantitatem excedentium a sanctis patribus sunt statutæ. Quidam tamen abbates & abbatissæ, ac ceteri magistratus pœnis in sacris canonibus, sive in sui ordinis regula contra hujusmodi profugas personas expressas non existentes contenti, graviores & quasi importabiles pœnas in sui reversione imponere non verentur. Vel quod deterius est, easdem personas quantumcumque humiliter postulantes ad sua claustra, a quibus taliter exiverint, admittere inhumaniter contradicunt. Cum igitur juxta sacrorum canonum diversas auctoritates pœnæ non ampliandæ, sed potius sint laxandæ, & longe sit securius de misericordia, quam de crudelitate reddere rationem. Cum & Dominus per hos prophetæ pollicitus sit, sic dicens: Peccator in quacumque hora conversus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum suarum amplius non recordabor. Nos advertentes, & ubi paterfamilias largus dispensator existat, non decet familiam esse tenacem, ut peccandi materia & occasio personis talibus præcludatur, provida deliberatione hujus sacri concilii decrevimus statuendum. Et sub pœna suspen-

ANNO CHRISTI 1310.

sionis universis abbatibus & abbatissis, & ceteris monasticis magistratibus, cujuscumque ordinis aut conditionis existant, aut quocumque nomine appellentur, iojungimus firmiter, & districte, ut suis fratribus & sororibus in apostasiæ labem ex quacumque causa prolapsis, desiderantibus, ac petentibus eum humilitate, ac devotione regressum, sioum misericordiæ, quem alma mater ecclesia claodere nulli pœnitenti coosuevit more pii patrisfamilias, qui filium primo prodigum, & postmodum pœniteotem paterne recepit, liberaliter studeaot aperire, ita quod hujusmodi personas redire ad sna claustra volentes, quantumcumque graves fuerint earum excessus, vel enormes, juxta cujuslibet ordiois disciplinam sive regulam & consuetodi- B nem observatam sine qualibet contradictione recipiant & admittant, ita tamen, quod propter eorum excessus, nec victus, nec vestitus subtrahatur eisdem, sed alias sicut prædiximus regulariter puniantur. Alioquin prædictam suspensionis sententiam per ordinarios locorum seu officiales eorum in omnes contradictores procedente tempore, juxta quod eorum protervia meruit, præcipimus promulgari.

De capitulis monachorum: Ex concilio fritzlar.

Renovantes etiam concilium, quod novissime celebravimus, firmiter prohibemus, ne episcopi vel archidiaconi concessionibus ecclesia- C rum, quæ fiuot templariis, hospitalariis, vel aliis religiosis cujuslibet approbationis consensum ullo modo exhibeant, nisi reqoisito & habito prius consensu capituli ecclesiæ cathedralis: aliter concessiones hojusmodi sive factas sive de cetero faciendas vires decernimus non habere.

De religiosis officiantibus ecclesias: Ex concilio Moguntinen.

Ad hoc cum religiosi quidam alicubi sui ordinis per fratres officiant ecclesias sibi unitas, & id fratribus ipsis sit dissolutionis occasio, quia idem eo promptiores suot ad lubricum, quo ex religioso titulo se autumant exemptos, D ac prælati eorumdem per archidiaconostales corrigi minime patiantur, sed quasi pro ordinis scaodalo evitando ipsos ad domos revocant, vel ad alias parochias mittunt illos, auctoritate hujus sacri concilii hoc duximus annectendum, ut religiosorum ecclesiæ oon per fratres eorum officientur, sed per clericos sæculares, ut saltem de reliquiis, quæ de mensa religiosorum ceciderint, sustentari valeant pauperes sacerdotes, qoi in vituperium nostri ministerii publica egestate laborant, ita quod hinc sint verissima illa verba dicentis in canone: Mendicat infelix clericus ln plateis.

De jure patronatus: ex con. Mogun.

Ad extirpandam illam detestabilem corruptelam quorumdam patronorom ecclesiarum, qui rectoribus eorum defunctis spoliant dotem & ecclesiam omnibus rebus mobilibus & interdum immobilibus in salutis propriæ dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, ut sive clericus sive laicus hoc facere præsumpserit, sit a jure præsentandi ea vice suspensus, & loci archidiaconus & si ipsa negligens fueric, superior ecclesiam conferat ipsa vice. Uterque autem A excommunicetur & arctius evitetur, donec cum debita satisfactione restituat sic ablata.

ANNO CHRISTI 1310.

Ex concilio Moguntinen. domini Petri.

Quia plerique advocati ecclesiarum suis termiois non contenti ultra pensionem & redditus seu proveotus ab antiquo eis deputatos diripiunt & usurpanc sibi bona & res dictarum ecclesiarum, propter quod spiritualia, quæ sioe temporalibus non possont consistere, dictis ecclesiis subtrahuntur. Statuimus, ut si plus trioam admonitionem de restiturndis hujusmodi ablatis factam prædicti non restituanc oec satisfaciant, ut teneotur, ex tunc ipso fa- B cto a jure advocatiæ decernimus prædictos cecidisse: idem contra patronos ecclesiarum, quæ bona clericorum decedeotium sibi usurpaot contra statuta Lugdunen. concilii ut a jore patronatus cadant ac præsentandi; & hoc statutom per locorum ordioarios districtissime, iovocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis, decrevimus exequendum.

De consecratione ecclesiæ vel altaris: Ex concilio fritzlar.

Et quia de ecclesiarum reconciliatione dubitari consuevit a multis, præsentis super auctoritate concilii declaramus, quod ecclesia violata C per alium quam per episcopum reconciliare non potest, cum ea, quæ sunt episcopalis ordinis, oon nisi episcopo valeant demandari.

De celebratione missarum: Ex concilio fritzlar.

Auctoritate quoque præsenti districtius prohibemus, na aliqui sacerdotes io ecclesiis vel parochiis infra missam animarum solemnem missam celebrent pro defunctis, nisi rogati fuerint a defuncti parentibus & amicis, & tunc unam vel plures celebrent submissa voce sina nota.

Ex eodem concilio de Sacramentis conferendis.

Ut sacramenta ecclesiæ mundius & reverentius mioistrentur, priori concilio iohærentes statuimus, ut sacerdotes baptismom, oleum infirmorum, seu viaticum mioistrantes camisiis albis vel superpelliciis sint indoti, quæ penes altare reserveotur, & in eundo & redeundo, cum infirmos visitant, pariter & in missa eis utantur.

De celebratione missarum: Ex Concilio Domini Petri Moguntinen.

Prædecessorum nostrorum ducti vestigiis statoimus inhibentes sub pœna suspensionis, quam in E omnes temerarios transgressores hujus sacri approbatione concilii decernimus proferendam, uc nullus sacerdotom oovicio:um illa die qua celebrare debueric primam missam io exordio sacratissimi publicationis sui officii oblaturus Deo primitias gratiæ ac salutis sibi collocatæ, aliquos ad convivium invitare aut invitatos habere auc procurare per se vel per alium ullo modo præsumat, sed ad solum Deum, cujus militiæ est adscriptus, dirigat aciem sui cordis, maxime die illa devotus, curis & sollicitudinibus temporalium, quibus mentes homioum distrahuntur, exutus,

ANNO CHRISTI 1310.

tus, remotis vanitatibus, hiſtrionum curſibus, tumultibus & inſolentiis reproborum, qui etiam ſæpe venire aſſolent non vocati. Si quis aut ante vel poſt octo pluriumve dierum ſpatio intermedio amicorum honeſtam convocationem habere voluerit, illud abſque hiſtrionum tumultibus fieri non vetamus.

De baptiſmo & ejus effectu: Ex concilia fritzlar.

Baptiſmus eum ſumma reverentia celebretur maxime in diſtinctione & in prolatione verborum, in quibus ſacramenti virtus conſiſtit, bis ſcilicet verbis. Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Doceant etiam ſacerdotes, tam mares quam feminas, in neceſſitate debere parvulos baptizare eadem forma in ſuo idiomate, & quod patres & matres proprios infantes, ſi ſumma neceſſitas exigat, poterunt baptizare. Et ſi ſacerdotes ſuper hoc diligentius requirentes debitam formam in baptiſmate obſervatam invenerint, quod factum eſt, approbent, ſupplentes circa baptizatum quoad unctionem olei in pectore & in ſcapulis & chriſmatis in vertice, quod a laicis eſt obmiſſum. Si autem in baptiſmate debitam formam non invenerint obſervatam, non differant pueros baptizare.

De cuſtodia euchariſtiæ: ex eodem.

Item ſtatuimus, ut in cunctis eccleſiis baptiſmus, oleum, chriſma, & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clavibus adhibitis conſerventur, ne poſſit ad illa manus temeraria extendi: pallæ quoque altaris, vaſa & corporalia & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida conſerventur. Nimis enim videtur abſurdum in ſacris canonibus ſordes negligere, quæ non decerent etiam in profanis.

De obſervatione jejuniorum.

Ad hoc etiam prohibemus, ne quis adultus pariter & diſcretus ordinaria & ſtatuta jejunia, ut quadrageſimale, quatuor temporum & vigiliarum præſumat infringere; nec hujuſmodi neceſſaria jejunia prætextu votivi & extraordinarii jejunii violent, cum tale damnum tali lucro Deus nolit compenſari. Inhærentes priori concilio pravam quorumdam conſuetudinem reprobamus, qui ſextam feriam violant, ſabbato, quarta feria vel alia die ebdomadali jejunantes hoc decreto fieri hujus auctoritate concilii reprobamus & firmiter prohibemus.

De eccleſiis ædificandis: ex eodem.

Prohibemus etiam, ne religioſi vel quilibet alii eccleſias de novo fundare vel fundatas transferre ſine epiſcopi diœceſani licentia, & ſine primaria lapidis benedictione præſumant, aliter fundata eccleſia diruatur, & is qui fundavit, ſi clericus exiſtat, vel monachus, ab officio ſuſpendatur, alia pœna nihilominus juxta ſuperioris arbitrium puniendus. Si laicus exiſtat, uſque ad ſatisfactionem condignam excommunicationis vinculo innodetur. Item altaria ſuperflua per eccleſias parochiales omnia tollantur, cum ſingulis eccleſiis non conventualibus ad plus tria ſufficiant; ne altare aliquod de novo fiat niſi epiſcopo permittente; nec tunc etiam

A niſi eidem altari tantum in proventibus aſſignetur, ut ſaltem luminaria ultra victum miniſtri habeant competenter.

Ex concilio Moguntinen.

Inhibemus, ne religioſi vel alii quilibet eccleſias de novo fundare vel fundatas transferre &c. Cum igitur ex hoc, quod aliqui in civitatibus, oppidis, villis, & interdum in rure vel nemore ſe paſſim receptantes eccleſias, oratoria conſtruant & cappellas, quas abinde poſtmodum recedentes deſolatas dimittunt, loca ſacra contingat ſæpius profanari, auctoritate ſacri concilii duximus ſtatuendum, quod nullus ex epi-
B ſcopis iſtis, qui interdum in conſecrationibus eccleſiarum vices diœceſanorum exercent in locis de novo fundatis vel fundandis, eccleſiam, oratorium dedicent ſeu cappellam, aut lapidem primarium ponant, niſi de diœceſani licentia ſpeciali, ut juxta proviſionem prioris concilii ad taxationem diœceſani ſacræ domui provideatur de dote & lumine competenti, ne talibus recedentibus ea facilitate, qua veniunt, loca ſacra deſolari & profanari contingat, & ob hoc etiam quod antequam adventantes de novo firmentur in loco diœceſani providentia præcaveat, ne parochialis eccleſiæ, infra cujus terminus ſe recipiant, ſint ſucceſſu temporis nocumento. Ad hæc illis epiſcopis, qui vices diœceſ. in conſe-
C crationibus gerunt, prohibemus expreſſe, ne generalis promiſſionis prætextu aliquas conventuales eccleſias dedicent quoquo modo, vel in eis primarium lapidem ponant, niſi eis hoc a diœceſano ſpecialiter committatur, interpretatione congrua declarantes, quod iidem epiſcopi ratione commiſſionis hujuſmodi cum diœceſanorum ſubditis diſpenſandi, ligandi & ſolvendi eoſdem in manifeſtis caſibus vel occultis nullam obtineant poteſtatem, niſi diœceſanus eis hoc duxerit ſpecialiter concedendum.

Ex concilia fritzlar.

Hoc præſentis auctoritate concilii declaran-
D tes, quod epiſcopus primarium lapidem benedicere, & in fundamento locare in perſona propria teneatur, nec benedictionem lapidis, nec poſitionem ejuſdem debeat alii quam epiſcopo demandare.

De emunitate eccleſiæ & cœmeterii: Ex concilia Moguntinen.

Excommunicamus etiam & anathematizamus omnes, qui dedicatas Deo eccleſias auſu ſacrilego profanantes, faciunt munitiones de ipſis, & ad firmandum eas perfodiunt cœmeterium, oſſibus mortuorum ejectis, omnes quoque adhibentes operam, conſilium, vel juvamen decernimus
E excommunicationis ſententiæ ſubjacere; Eccleſias etiam taliter profanatas, & nihilominus omnia illa loca, in quibus auctores aut opem, conſilium vel operam vel juvamen præſtantes habent domicilia vel receptacula, ſubjicimus ex nunc eccleſiaſtico interdicto, in graviorem etiam pœnam ſubtrahantur, eorum familiæ eccleſiaſtica careant ſepultura, donec cum debita ſatisfactione munitio deſtruatur.

Ex concilio Moguntinen.

Præterea quia quidam a personis ecclesiasticis contra libertatem earum & approbatam consuetudinem ex antiquis obtentam temporibus ab eis pedagia & thelonea interdum extorquent injuste, tales ad abstinendum ab hujusmodi eorum angariis, & ad restituendum sic extorta injuste per ordinarios suos monitione præmissa per ecclesiasticam cogantur censuram.

Ex concilio Aschaffenburgen.

Ad hoc sacro approbante concilio irritamus & irrita nunciamus omnia statuta & consuetu- B dines, quæ civitates vel loca, potestates, consules vel quæcunque aliæ personæ contra libertates ecclesiæ aut personas ecclesiasticas edere vel servare contra canonicas sanctiones præsumpserint, & easdem a suis capitulariis mandamus infra duos menses post hujusmodi publicationem statuti penitus aboleri, & si similia de cetero attentaverint, ipso jure decernimus esse nulla. Potestas vero & omnes statutarii ipsorum locorum, & qui secundum statuta & consuetudines memoratas judicaverint, ex tunc inhabiles ad omnem in ecclesia legitimum actum, salvis nihilominus pœnis aliis contra tales in generali concilio promulgatis.

Privilegium de exactionibus factis.

Item statuimus, ut quæcunque civitas vel communitas, persona publica vel privata collectas sive actiones, angarias sive perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis imponant, vel bona ecclesiastica invadere præsumant, quadruplum refundant, si requisiti contempserint emendare.

De emunitatibus servandis de jurisdictione ecclesiastica.

Jurisdictionem ecclesiasticam præterquam per vias a canonibus indultas nullus attentet ali- D quatenus impedire, & ecclesiarum vel aliorum locorum emunitatem hactenus de jure vel de consuetudine obtentam infringere aut aliqualiter violare.

Privilegia.

Novas etiam exactiones, quæ vulgo ungelt dicuntur nulla civitatum imponat, & ab institutis post hujusmodi edicti publicationem infra mensem desistat, nec mensuras rerum venalium ab antiquo servatas, & a fidelibus approbatas minuere, vel immutare præsumat de servis, & mancipiis ecclesiarum in civitatibus re- E sidentibus post eorum servorum mortem ecclesiæ debita jura, quorum servi, & mancipia fuerint recipere minime prohibentur.

De occupatione bonorum ecclesiarum, & eis attinentium.

Insuper statuimus, ut persona quacumque nobilitate, aut præminentiæ statu præfulgeat, ecclesias, aut ecclesiastica bona, jura, jurisdictiones, & vassallos eorum violaverit, aut auctoritate propria publice occupare, aut occupando invadere, vel scienter occupantibus ecclesias,

A & bona prædicta præstare præsumat quomodolibet per se, vel per alium, aut alios consilium, auxilium, vel favorem, & nisi infra mensem ecclesiæ læsæ, vel prælato ipsius damnum illatum emendaverit, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus. Decedentium etiam clericorum peculium occupare, vel occupando detinere omnibus laicis, sub anathematis pœna ex nunc prout ex tunc in ipsos lata districtius inhibemus, de ista materia habeatur recursus ad VI. li. ti. in eodem.

De sponsalibus, & matrimonialibus: ex concilio fritzlar.

B Matrimonium secundum quod in concilio novissime celebrato statuimus, ut cum omni reverentia, & honore in conspectu ecclesiæ celebretur. Et cum matrimonium fuerit contrahendum per presbyteros in ecclesiis tribus diebus dominicis, & festivis a se distantibus publice proponatur, ut si quoddam impedimentum contrahendi matrimonium noverint aliqui, illud infra terminum competentem ab ipsis presbyteris præfigendum in facie ecclesiæ sine difficultate revelent: excommunicationis quoque sententia in genere proferatur in omnes hujusmodi impedimentum celantes, a qua sine satisfactione debita nullatenus absolvantur. Et si qui tempore hujusmodi denuncistionis præsentes fuerint,
C & impedimentum celaverint postmodum, nec ad accusationem, nec ad testimonium contra ipsum matrimonium admittantur.

Ex eodem concilio fritzlar.

Causas matrimoniales nullus sacerdos, archipresbyter, vel plebanus sine speciali mandato episcopi audire præsumat, aliter ejus sententia, vel processus, nullam obtineat firmitatem, & ipse transgressor durissime puniatur.

De cognatione spirituali.

Item statuta canonum, in quibus est provide
D ordinatum, ut nullus baptizatus a sacerdote cum ejusdem sacerdotis filia audeat matrimonium contrahere, cum inter talem baptizatum, & sacerdotis filiam spiritualis fraternitas generetur, firmiter præcipimus observari.

Ut tantum unus patrinus assumatur.

Statuimus, ut unus tantum sumatur patrinus in sacramento baptismatis, & confirmationis ad impedimenta matrimonii præcavenda.

Ex concilio Aschaffenburgen.

Nullus quoque ordinandus de non petendo
E beneficio ab ordinatore, sive præsentatore ipsius cautionem, vel promissionem aliquam interponat: quia hoc simoniacum est, & contra canonicas sanctiones.

De simonia, & ne aliquid pro sacramentis exigatur: Ex eodem.

Verum quia aliqui sacerdotes ex simplicitate sui juris ignorantiam quid ex avaritiæ vitio, quæ fere omnium oculos excæcavit, dum eucharistiam, oleum sanctum, sepulturam, aut alia sacramenta ecclesiastica suis subditis admini-

nistrant pretium extorquent ab ipsis pro sui erroris, & reatus defensione longam illius loci consuetudinem prætendentes, nec advertentes, quod diuturnitas temporis peccatum non diminuit, sed augmentat, nos inhærentes concilio Turonensi, quod hujusmodi consuetudinem maxime detestatur, ne pro hujusmodi, aut aliquibus sacramentis conferendis aliqua de cetero munera quantumcumque modica per prælatos vel sacerdotes a suis subditis tamquam debitum exigantur sub pœna excommunicationis sententiæ jam latæ, de approbatione hujus sacri concilii districtissime prohibemus, nisi munera hujusmodi sponte, & caritative a Christi fidelibus offerantur, archidiaconis, & eorum officialibus sub eadem pœna firmiter injungentes, ut in singulis synodis, sive capitulis, quibus solent clerici convenire, de hujusmodi vitio inquisitionem faciant specialem, & quos in eodem per probationes legitimas invenerint laborare, si vicarii fuerint, ipsos sine omni spe restitutionis a suis archidiaconibus amoveant. Pastores vero ab officiis, & beneficiis tamdiu suspendere non obmittant, donec super hujusmodi simoniaca pravitate cum ipsis per suos episcopos fuerit dispensatum. Prædicta vero suspensione pastorum durante archidiaconi de redditibus beneficiorum nihil percipiant eorum. Sed Sacerdotes idoneos in ecclesias constituant taliter suspensorum, qui per omne tempus suspensionis percipiant, & in suos usus convertant universos redditus ecclesiasticos ipsis pastoribus competentes: dignum enim est, ut qui altari servit, vivere debeat de altari. Sed illi proventus ecclesiastici merito subtrahuntur, cui ecclesiæ communio denegatur.

De Judæis: ex eodem concilio.

Licet olim in generali concilio provide fuerit institutum, ut uterque sexus de gente Judæorum in omni christianorum provincia signum, vel habitum publice deferre debeant, & frequenter, quo a populo christiano manifeste distingui valeat, & discerni, fuitque adjectum, & salubriter provisum in concilio memorato, ut in diebus dominicæ passionis in publicum prodire non debeat gens prædicta, sed in suis se continere domibus, clausis domorum ostiis, & fenestris, ne sicut in eodem concilio tangitur christiani, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes lamentationis signa prætendant illis diebus ab eodem Judæorum populo illudantur. Licet etiam in aliis sacris canonibus prohibitum inveniatur expresse, ut Judæi, nec publica officia, nec aliquas sæculares dignitates habeant, aut in suis domibus, & servitiis mancipia teneant christiana. Quia tamen nec contra Judæos in prædictis prohibitis casibus contrarium facientes, nec contra christianos potentes, ipsos sine distinctionis signo, vel habitu in suis terminis tolerantes, aut publicis officiis, vel sæcularibus dignitatibus præficientes eosdem, certa, & sufficiens pœna in canonibus reperitur. Considerantes prout facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi, & plus solet timeri, quod generaliter imperatur, de multa deliberatione, & unanimi approbatione hujus concilii irrefragabiliter duximus statuendum, ut in universis civitatibus, oppidis, castris & villis civitatis, diœces. & provinciæ Moguntinen. gens Judæorum utriusque sexus infra duos menses post publicationem hujus statuti talia signa, & habitum, quibus sine qualibet ambiguitate a christiano populo distinguatur sibi eligat, & deferat manifeste, dignitatesque sæculares, & officia publica, si quibus de gente præfata forte aliquis præest, & mancipia christiana prorsus dimittant. Alioquin in omnibus locis ubi Judæi huic sacro, & salubri concilio in hac parte obedire nolentes habitare, vel domicilia obtinere noscuntur, in pœna christianorum potentum tamdiu cessetur ab officiis divinorum, donec per principes, & nobiles, ac potestates christianos, in quorum territorio prædicta gens misera conservatur, ad observationem præmissorum omnium compellatur, ipsi autem per locorum diœces. indirecte per subtractionem communionis fidelium excommunicationis sententia percellantur. Si quis vero de gente præfata in die parasceves visus fuerit in plateis, vel per ostium suæ domus prospicere, ad quod probandum duorum christianorum stabilitatem in juramento stabilitur, idem loci diœcesano in marca argenti pœnæ nomine teneatur ad ejus solutionem reus, & omnes defendentes eumdem per excommunicationis sententiam compellantur. Et ne quis christianus, aut Judæus hujus statuti ignorantiam valeat allegare, universis parochiarum rectoribus per Moguntinen. civitatem, diœces. & provinciam constitutis, in quorum parochiis Judæi morantur sub pœna excommunicationis in quoslibet transgressores, auctoritate præsentis concilii ex nunc latæ præcipimus firmiter, & districte, ut quilibet in sua parochia singulis dominicis diebus singula quatuor tempora ipsa immediate subsequentibus infra missarum solemnia præfatum statutum lingua materna exponere non obmittat.

De servitiis Judæorum: ex concilio domini Petri Moguntinen.

Item cum in sacro concilio olim sacratissime sit statutum, ne Judæi sub alendo puerorum obtentu, nec pro servitio, nec pro qualibet alia causa christiana mancipia habere permittantur in domibus suis, & quod excommunicentur christiani, qui cum ipsis præsumpserint habitare, cum ipsi propter continuam conversationem, & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam execrabilem incontinentium possint simplicium christianorum animos de facili inclinare; nos qui Dei injurias graviter portamus, hujus canonis auctoritate statuimus, ut omnes christiani nostræ provinciæ sub quocumque prætextu domibus Judæorum inhabitantes infra duos menses post publicationem hujus statuti de Judæorum domibus nunquam postmodum reversuri recedant. Alioquin christiani contrarium facientes, per sententiam excommunicationis percellantur. Et alii christiani tamdiu a Judæorum familiaritate & commercio coerceantur, quamdiu Judæi hujusmodi christianos in domibus suis præsumpserint retinere.

De hæreticis: ex concilio fritzlar.

Excommunicamus, & anathematizamus omnes hæreticos quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiam sæculari judicio relinquantur, animadversione

ſione debite puniendi, clericis vero a ſuis ordinibus degradatis.

De redeuntibus ad ritum Judæorum.

Statuimus, immo ſtatutum Bonifacii publicamus, ut chriſtianus, qui ad ritum tranſierint, vel redierint Judæorum, etiam ſi hujuſmodi redeuntes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen præciſe, ſed coacti baptizati fuerint, tamquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per chriſtianos, vel Judæos convicti: & ſicut contra fautores, receptores, & defenſores hæreticorum, ita contra fautores, receptores, & defenſores talium per locorum ordinarios procedatur.

De raptoribus, & ſpoliator. clericorum.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis capitulo, & clericis civitatis, & diœceſ. Moguntinen. ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. His qui ab eccleſiarum prælatis pro ipſorum utilitatibus, & defenſione libertatis eccleſiaſticæ provide ſtatuuntur, digne adjicimus apoſtolicæ muniminis firmitatem, ut intemerata conſiſtant cum noſtro fuerint munimine communita. Significaſtis quidem nobis, quod bonæ memoriæ Gerhardus archiepiſcopus Moguntinenſ. prædeceſſor ſuus, auctoritate apoſtolica edidit, contra illos, qui prælatos, & canonicos Moguntinen. civitatis, & diœceſ. auſu ſacrilego capere, & detinere captivos contra libertatem eccleſiaſticam præſumebant, non fuerat ſufficienter eorum malitiis obviatum, & volens contra tantæ iniquitatis malum ſalubriter providere, diligenti meditatione præhabita ſui capituli, nec non archidiaconorum, aliorumque prælatorum eorumdem civitatum, & diœceſ. concilio, & aſſenſu ſtatuit, & ordinavit, ut in terminis archidiaconi illius, ubi prælatum, vel religioſum aliquem, ſeu clericum ſacris ordinibus conſtitutum, & pro clerico ſe gerentem capi, vel detineri conſtiterit, eo ipſo ceſſetur ab officio divinorum. Statuit inſuper, & etiam ordinavit, ut in omnibus locis, in quibus clericorum captivatores, & eorum complices, qui eis in hujuſmodi maleficio, conſilium, vel auxilium præſtiterint, domicilium, ſeu juriſdictionem de facto, vel de jure obtinuerent, in illis quoque locis ubi tales receptacula habuerint, infra eaſdem civitates diœceſ. ſervetur diſtrictiſſime interdictum, ita videlicet, ut corpora mortuorum ad ſepulturam eccleſiaſticam nullatenus admittantur. Et ſi forte in eccleſiis, vel cœmeteriis per abuſum laicalis potentiæ hujuſmodi corpora tumulata fuerint, in eis præfatum interdictum niſi prius ejectis exinde prædictis corporibus nullatenus relaxetur. Alia etiam ſtatuta ſalubria, & honeſta contra præſumptores eoſdem in favorem ejuſdem libertatis eccleſiaſticæ archiepiſcopus edidit ſupradictus, prout in eiſdem litteris confectis exinde plenius continetur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem archiepiſcopo provide factum eſt, ratum habentes, & ratum illud auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum inſeri facientes præſentibus, qui eſt talis.

Confirmatio hujus, & aliorum ſtatutorum. De captivatoribus clericorum: Ex concilio Moguntinen.

In nomine Domini amen. Gerhardus Dei gratia ſanctæ Moguntinen. ſedis archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius, univerſis per Moguntinen. diœc. conſtitutis ſalutem in Domino. Cum per illud ſtatutum, quod dominus Sifridus piæ memoriæ prædeceſſor noſter olim contra captivatores clericorum edidit auctoritate ſedis catholicæ ſuper hoc ſtatuendo ſpecialiter ſibi data non ſit adhuc ſufficienter proviſum; aliaque prælati, & clerus noſtræ diœc. a nonnullis perditionis filiis multipliciter aggraventur contra eccleſiaſticam libertatem, quia nova contra novos morbos oportet antidota præparari, multa deliberatione præhabita, de conſilio, & conſenſu archidiaconi, prælatorum, & capellani noſtri, ſtatuimus, & ideo nunc in quoslibet tranſgreſſores excommunicationis ſententiam promulgamus, ut non ſolum in terminis illius archidiaconatus, in quo prælatum, vel religioſum aliquem, ſeu clericum habentem ſacros ordines, & pro clerico ſe gerentem temere captivari, ſed in terminis archidiaconi, in quo quempiam clericum detineri conſtiterit, ipſo facto ceſſetur ab officiis divinorum, ut ſic tam nobiles, quam magnates, quam etiam populares cum plebe contra malefactores hujuſmodi ex divinorum carentia provocati conſurgant ad liberationem illius, qui auſu ſacrilego detinetur, captivo auxilium præſtaturi. Specialiter autem in omnibus locis illis, in quibus captivatores, & eorum complices noſtræ diœceſ. in maleficio ipſis conſilium, auxilium, aut juvamen præſtantes domicilium obtinent, & ſive de facto, ſive de jure juriſdictionem exerceat, aut ubi habent receptaculum obſervetur diſtrictiſſime interdictum. Ita videlicet, quod corpora mortuorum ad eccleſiaſticam ſepulturam nullatenus admittantur, quinimmo ſi per violentiam laicalem in eccleſiis, vel cœmeteriis fuerint tumulata; ibi enim relaxetur aliquo modo ſententia interdicti, niſi prius ejectis illis corporibus ſic per laicalem potentiam tumulatis. Durante etiam hujuſmodi interdicto ſacerdotes aliud facere præſumant, niſi quod in diebus dominicis propoſito ſuis plebibus verbo Dei, pronunciatis quoqua diebus feſtivis, quæ in illa ſeptimana occurrunt, eos aqua benedicta aſpergant, nullum omnino dicant officium in aperto (Hic ſervatur decretalis alma) ſemel in hebdomada, abſque ſigno campanarum clauſis oſtiis cum ſuo tantum miniſtro pro conficiendo viatico ſub ſilentio Miſſam dicant, præfatum interdictum juxta modum, & formam præſcriptam reverenter, & fideliter ſervaturi. Archidiaconi quoque, & eorum officiales in aliis locis noſtræ diœceſ. requiſiti, prædictos ſacrilegos ab omnibus ſuis ſubditis excommunicatos denuntiare faciant publice ſingulis diebus dominicis & feſtivis, donec captivatus liber & indemnis cum ſatisfactione debita dimittatur.

Etiam contra captivatares clericorum: ex eodem concilio Aſchaffemburgen.

Nos igitur ſtatuta ipſa non ſolum approbamus, verum etiam duximus adjungendum, firmiter ſtatuentes, quod ſi temerarii captivatores clericorum aliquos de familia ſua habuerint utputa Capellanos, conſules, & ſcriptores, iidem ſe ſta-

se statim retrahant a communione eorum, non solum in divinis, sed etiam in mensa, & aliis, quibus excommunicato quomodolibet communicatur illicite. Item nec consiliis eorum intersint, nisi forte tractatum haberent cum eis de procuranda liberatione eorum, quam si infra duos menses procurare non potuerint, sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ præcipimus, quod ex tunc non solum a consilio, & scribendo se abstrahant, sed omnino recedant ab eis, quam si iidem clerici per unum mensem sustinuerunt, ex tunc periculum suorum beneficiorum incurrant; ita quod ipsorum beneficia aliis conferri valeant, nec non inhabiles ad alia capienda ex tali mora reddantur, ad hoc statuimus, ut advocatus qui patrocinium, vel defensionem assumpserit quorumlibet clericorum detentorum, ac eos qui eis occultum dederint consilium, vel litteras excusationis dictaverint, vel scripserint, vel litteras quascumque a superiore impetraverint, quibus a liberatione clerici, vel refusione damnorum, vel de satisfactione ecclesiæ se quoquo modo de facto valeat colorare, nisi prius clericum dimiserit, ablata restituerit, ac ecclesiæ satisfecerit de offensa, excommunicationis sententia innodamus.

Alia pœna ut captivatores ecclesiarum feudis sint privati.

Statuimus etiam, ut manufidelis amicus, vel aliquis habens potestatem rerum captivati permittat, vel det aliquid pro liberatione ipsius, vel de dando interponat se, vel alias aliquam cautionem, quod si contra statutum hujus sacri concilii quisquam in casu hujusmodi inventus fuerit aliquid dedisse, vel promisisse in tanto diœcesano pœnæ nomine teneatur. Adjicentes, quod si detentor clerici per unum mensem clericum detinuerit captivatum, aut eo dimisso infra annum a tempore captivitatis clerici computandum satisfactione neglecta non obtinuerit se absolvi, ex tunc ab omnibus feudis cadat ipso jure, quæ a quibuscumque ecclesiis dinoscitur obtinere. Hæc omnia contra captivatores episcoporum multo fortius volumus observari, eo adjecto, quod episcopo captivato, clerici, & familia captivatoris statim recedere teneantur, quod quæ tales captivatores ipso facto non solum a jure cadant perpetuo feudorum, quæ captivitatis tempore a quibuscumque ecclesiis detinebant, verum etiam ipso facto cum omni sua posteritate fiat inhabilis in æternum ad feuda quælibet, quæ habebat captivitatis tempore, proprietati ecclesiæ applicentur. Et hi qui feuda ejus duxerint concedenda, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Quod si proximi domini feudorum feuda illa, in quibus casibus præmissis episcoporum, vel clericorum captivatores ceciderint, infra mensem unum, vel aliis concedere, vel ad se neglexerint revocare, ex tunc feudorum ipsorum collatio ad superiorem proximum devolvatur, quod de occisoribus, & mutilatoribus clericorum multo fortius volumus observari.

De concilia Aschaffenburgen.

Præterea cum in prædecessorum nostrorum statutis per pœnas contra captivatores clericorum proditas adhuc non ecclesiis, nec ecclesiasticis personis sufficienter provisum existat. Considerantes, quod pro unius delicto sacri canones interdum puniri præcipiunt totam terram, & nonnunquam propter parentum peccata in tertiam, vel quartam generationem filii puniuntur. Nos de similibus ad similia procedere cupientes provida deliberatione hujus sacri concilii prædecessorum nostrorum statutis duximus annectendum, irrefragabiliter statuentes, ut non solum eorum filii, qui canonicos etiam in minoribus ordinibus constitutos, & ceteros clericos etiam pro clericis se gerentes, ac alias personas ecclesiasticas captivare, vel captivos detinere, occidere, mutilare, aut lætalibus, sive nimis atrocibus vulneribus, quibus per medicorum industriam nequit subveniri vulnerare præsumunt. Sed & omnis eorumdem sacrilegorum utriusque sexus ab ipsis descendens posteritas usque ad quartam generationem, nec ad sacros ordines, nec ad aliqua ecclesiastica beneficia, nec in claustris, nec cœnobiis cujuscumque ordinis admittatur. Quod si contrarium factum fuerit ex malitia, vel ex ignorantia, ordinatos ab executione ordinum perpetuo volumus esse suspensos. Receptos vero ad beneficia ecclesiastica secularium ecclesiarum pro non receptis haberi decernimus ipso facto. Sed ne personis in monasteriis sive claustris receptis detur materia ad seculum redeundi, eas in ipsis monasteriis quidem volumus remanere; ita quod in conventu sint, & ultimæ reputentur, & numquam ad beneficia, seu dignitates aliquas assumantur. De illis autem personis, quæ in ecclesiis conventualibus, aut monasteriis ante hoc nostrum statutum inveniuntur promotæ, auctoritate hujus sacri concilii hoc districtissime præcipimus observari, ut si parentes ipsorum aliquid commiserint præmissorum, prædictæ personæ ob hujusmodi parentum suorum delictum, numquam ad personatus, vel dignitates aliquas assumantur, sed in suis gradibus persistentes ad ulteriores efficiantur inelegibiles ipso facto, omnibus aliis pœnis contra ordinantes, præsentantes, & recipientes personas hujusmodi in priori concilio constitutis in suo robore duraturis.

Ex concilio Aschaffenburgen.

Item a nonnullis in dubium revocantur quælibet statuta contra ecclesiasticarum personarum spoliatores a nostris prædecessoribus edita intelligi debeant & servari præsertim, cum spoliator infra octo dierum spatium, non quod super restitutionem spolii faciendam concilium statuit Moguntin. coram judice a quo emanavit, monitionis edictum comparuit, & se juri obtulerit pariturum, dummodo juxta spolium sibi impositum ordo judiciarius observetur. Nos hujusmodi ambiguitatem approbatione hujus sacri concilii taliter duximus declarandam, ut si conquerens de spolio, ipsum spolium esse notorium asseruit coram judice, & super tali spolio notorio monitionis litteras impetraverit, actor post lapsum in ipsorum octo dierum ad probandum hujusmodi notorium admittatur, sive reus absens fuerit per contumaciam, sive præsens. Quo probato reus ad restituendum ea quæ actor se per ipsius violentiam amisisse declaravit, cum expensis obinde factis, & satisfactione condigna sententialiter compellatur. Si vero in probatione defecerit notorii reo condemnabitur in expensis, & ex tunc lite quasi contestata super spolio probando observabitur debitus ordo juris, quod si is cui impositum est spolium, infra terminum monitionis comparens, se juri obtulerit pati-

parituum, libellumque & inducias deliberatorias petierit ſibi dari; in hoc caſu dicimus taliter diſtinguendum: aut actor, tanquam ſuper notorio contra reum: aut in ſimplicitationis forma litteras impetravit. In primo caſu ad probandum notorium lite etiam non conteſtata ſine prorogatione qualibet admittatur, & hoc probato, rem ablatam juxta legitimam declarationem ipſius cum expenſis legitimis & ſatisfactione debita per condemnationem judicis conſequetur. Alioquin reus ab actoris inſtantia quantum ad ſpolium ſibi impoſitum totaliter abſolvetur cum refuſione legitima expenſarum. Et hunc modum, & proceſſum ſimiliter circa eum, qui infra monitionis terminum juſto impedimento detentus venire non poterit, & hoc legiti- B me probaverit, per omnia volumus obſervari: literas autem ſuper ſpolio a ſolis diœceſanis locorum, & eorum officialibus præcipimus impetrari, alias ab aliis judicibus impetratas carere viribus decernentes.

Inſuper ſtatuimus, ne perſona quantacumque nobilitate, aut præeminentia ſtatus præfulgeat, eccleſias, aut eccleſiaſtica bona, juriſdictiones, & vaſſallos eorum, violeater, aut auctoritate propria publice occupare, aut occupando invadere, vel ſcienter occupatoribus eccleſias, aut prædicta bona præſtare præſumat quomodolibet per ſe, vel per alium, aut alios conſilium, auxilium, vel favorem, & niſi requiſitus per eccleſiæ læſæ, aut prælato ipſius damnum illarum C emendaverit, ipſo facto ſit anathematis vinculo innodatus; decedentium etiam clericorum peculium occupare, vel occupatum detinere omnibus laicis ſub anathematis pœna ex nunc, prout ex tunc in ipſos lata diſtrictius inhibemus.

Contra captivatores clericorum ex concilia Domini Petri Mogontinen. & eſt hoc capitulum omnium præcedentium, & ſequentium approbatia, & innovatia.

Sacri hujus approbatione concilii ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum contra captivatores, deſentores, occiſores, mutilatores, vulneratores, D & ſpoliatores clericorum, nec non multo fortius epiſcoporum edita ſpecialiter innovamus, approbamus, & per totam provinciam Moguntinen. præcipimus, ut pupillam oculi cuſtodiri ab omnibus, & cum ſumma diligentia obſervari etiam contra incendiarios, effractores, & deſtructores temerarios eccleſiarum Dei, contra quos ſimiliter ſtatuta hujuſmodi provide ſtatuentes, ut in omnibus caſibus, in quibus abſolutio vel diſpenſatio eſt petenda in cauſa vel cauſis in conciliorum ſtatutis quomodolibet comprehenſis, & maxime in præſcriptis, ut clerus, & eccleſiæ conſerventur in pace, poſt ſatisfactionem debitam, & condignam, Metropolitanus qui pro tempore fuerit Moguntinen. valeat E diſpenſare, prævia ratione. Ita ſi ei per epiſcopum loci, vel offic. ſuum ſupra ſatisfactione hujuſmodi patentibus litteris, & bonis nunciis deſtinatis fuerit facta fides.

De uſuris, & uſurariis ex concil. Aſchaff.

Contra uſurarios juxta ſtatutum Lateranen. concilii procedatur, ut ſi notorius fuerit ipſorum exceſſus, ſine diſtinctione qualibet eccleſiaſtica careant ſepultura, nihilominus eorum hæredibus ad reſtituendum uſuras per cenſuram A eccleſiaſticam compellendis. Si quis autem tales ſepelire præſumpſerit, ſuis beneficiis ſpolietur, excommunicationis ſententia ſingulis diebus ſolemnibus proferatur in omnes quicumque uſuras de cetero præſumpſerint exercere, hoc priori concilio adjungentes, ut ſi notorii uſurarii demum in ægritudine conſtituti abſolvi deſiderent, nullatenus audiantur, niſi primitus ſatisfaciant, vel hæredes ſuos tales habeant, quod pro eis ſatisfaciant in quantum poſſibile fuerit de uſuris.

Ex concilio Moguntinenſ. domini Petri. Alias habetur ex concilio domini Gerbardi de uſurariis.

Statuit & hoc dominus Gerbardus, ut in uſurarios omnes cunctis diebus dominicis, & feſtivis per locorum plebanos, & eorum vicarios auctoritate noſtra excommunicationis ſententia proferatur. Ita ut qui publice exercent uſuras, aut qui coram eccleſia de uſura convicti fuerint, vel confeſſi, aut qui per juratos villarum pro uſurariis ſunt publice proclamati, excommunicentur ſolemniter nominatim. Qui vero de uſuræ vitio ſola ſunt ſuſpicione notabiles, niſi data ſibi ſuper hoc a prælatis, plebanis, ſive vicariis, certis terminis ſe de hujuſmodi vitio legitime coram eccleſia expurgaverint, & debitores uſurarum, & fidejuſſores datos forſitan C ſuper eis abſolverint ſimpliciter, vel publice ab uſuris excommunicentur ſimiliter nominatim cum eis qui ſolvunt uſuras, nec accuſant eos poſt monitionem factam eiſdem infra menſem: ab uſurariis autem manifeſtis juxta Lateranenſ. concilium nullus omnino oblationes recipiat, nec ad communionem admittantur altaris. Nec ſi in hoc deceſſerint peccato recipiantur ad eccleſiaſticam ſepulturam. Qui autem contra præmiſſa fecerint, ea quæ acceperint, reſtituere compellantur, & donec ſecundum noſtrum arbitrium ſatisfecerint, ab officii maneant executione ſuſpenſi. Tales autem ſi reſipiſcere non curaverint a peccato, deinde poſt reſtitutionem, quæ male extorſerunt per uſurariam pravitatem, D ſi ad reſtitutionem omnium eorum ſuffecerint facultates, vel ſi in totum ſolvendo non fuerint prius reſtituta, ea ad quam ſufficerent portionem de reddendo reſiduo fortuito tempore ſufficientem cautionem adhibeant eis, vel eorum hæredibus, ſi exiſtant, a quibus extorſerunt uſuras. Alioquin pauperibus, vel piis locis juxta ordinationem judicum ſedis noſtræ, aut archidiac. Satisfactione idonea præſtita cautione ab eiſdem judicibus, aut archidiac. abſolutionis beneficium conſequantur. Nos enim ſolum eis abſolutionem talium duximus committendam, ne per quorumdam ſacerdotum ſimplicitatem, & per malitiam aliorum, qui contra reſtitutionem hujuſmodi proprium quæſtum quærunt, E non ſalutem animarum, vel commodum proximorum, quibus eſt merito reſtitutio facienda contra uſurarios aliquid incongruum ſtatuatur; quod ſi uſurarii præſcripti ſub ſpe finalis pœnitentiæ & abſolutionis extremæ claves eccleſiæ ſane contempſerint, & temere ſuſtinuerint anathema, ſeque in extremis abſolvi petierint juxta proviſionem fritzlar. concilii, non ſtatim ſub proprio juramento eſt eis abſolutio imponenda, niſi prius cuncta male extorta reſtituant, dummodo tantum in bonis mobilibus, & immobilibus habeant, quod reſtituere valeant univerſa, vel ſaltem refundant in quantum eorum facul-

tate

tates se extendunt, & de reliquo refundendo, & satisfaciendo ecclesiæ sanitate recepta, & copia rerum nacta dederint fidejussores idoneos, consanguineosque, ac affines, quod fidejussores tales non extiterint, & in eis appareant vera signa pœnitentiæ recepta sub forma præscripta, proprio juramento admittantur ad pœnitentiæ, & eucharistiæ sacramentum. Sed in pœnam tam diuturni contemptus clavium ecclesiæ ad terrorem aliorum negetur eis extrema unctio & ecclesiastica sepultura, nisi forte suadente causa legitima hoc a nobis ex gratia contigerit indulgeri. Ad quæ etiam duo ultima consequenda non sufficiant proprium juramentum, & pœnitentiæ signa præmissa, cum pater, & mater male adquisita restituere sint parati, sed forsitan filii contradicunt, & pro parentibus nolunt præmissas exponere cautiones. Vel cum uxor pro marito, vel e converso maritus pro uxore similia facere detrectaverit. Adjicientes, quod si usurarii manifesti per mensem unum temere in excommunicatione duraverint; ex tunc uxoribus, & filiis, ac propriis ipsorum mancipiis divina sacramenta, & eucharistia subtrahantur, baptismate parvulorum, & pœnitentia morientium exceptis. Servientibus aliis, & ancillis, & conductitiis, & colonis eorum excommunicationis gladio feriendis.

Præterea cum delictum privilegium emunitatis non habeat, & delinquenti pœna non dignitas merito communicetur, statuimus, ut quilibet, sive miles, sive ministerialis noster existat, seu quocumque privilegio fori præscriptione præfulserit, super usuris cessante in hoc crimine omni privilegio a nostris judicibus valeat conveniri, cum privilegium mereatur amittere, qui sui fori & honoris tam utiliter abutitur potestate. Nihilominus, & hoc contra captivatores, spoliatores ecclesiarum, sive clericorum, sive ministeriales sint, vel alias gaudeant privilegio, & contra fidejussores datos ab usurariis volumus observari, videlicet quod per nostros judices valeant de talibus insolentiis coartari.

De crimine falsi: ex concilio fritzlar.

Et quia plerique falsarii litteris apostolicis, & aliorum prælatorum testimoniis asserunt se munitos, hoc sanctum decrevit concilium, ne tales qualiacumque scripta deferant a clericis, vel a cujuslibet aliis personis ecclesiasticis recipiantur in ecclesiis vel in domo, nisi prius ipsorum litteræ per episcopum diœcesis, si ejus copia possit haberi; alioquin per capellanum ecclesiæ cathedralis examinatæ fuerint diligenter, & nisi ipsius epiteopi, vel capellani litteris testimonialibus sint muniti. Et hoc ideo quia per sacerdotes simplices non potest de facili litterarum veritas, vel facultas indagari, sane quæcumque persona ecclesiastica citra hanc formam tales receperit, ipso jure ab officio & beneficio per triennium sit suspensa, alia pœna nihilominus juxta superioris arbitrio punienda. Illud quoque præsentis auctoritate concilii huic capellano duximus annectendum, ut si tales sine dictis litteris testimonialibus petitiones suas præsumpserint promovere, plebani civitatis, & villarum, ac alii ad quos veniunt, eos cum rebus eorum per sæculare judicium, si alias detineri non possint, non dubitent occupare, diœcesano seu archidiac. præsentandos.

De sortilegiis.

Excommunicamus, & anathematizamus omnes sortilegos, firmiter prohibentes, ne ab alio, nisi a suo episcopo, nisi forte in mortis articulo absolvantur; & hanc excommunicationis sententiam singulis diebus dominicis & festivis per sacerdotes in eorum ecclesiis & capellis præcipimus publicati.

De clerico excommunicato ministrante: ex concilio fritzlar.

Cum scriptum sit in lege Domini, quod quicumque non obtemperassent sacerdotibus, ut extra castra positi dilapidabantur a populo, aut gladio cervice subjecta expiabant contemptum, & in primitiva ecclesia inobedientes ejecti de ecclesia rabido ore dæmonum trahebantur, multi nomine sacerdotes censuram ecclesiæ contemnentes, excommunicati, vel suspensi a prælatis suis, exigentibus culpis eorum, & immemores, quod episcopis, & prælatis clavium cælorum sit collata potestas, attentare sibi interdicta ministeria non verentur. Contra quos volumus rigorem ecclesiasticum exercere. Statuimus igitur, ut tales sine spe restitutionis ab officio deponantur, & infames, ac detestabiles facti de cetero ad beneficia ecclesiastica nullatenus admittantur, nisi per pœnitentiam approbatam, & conversationem laudabilem sedis apostolicæ gratiam meruerint obtinere.

De privilegiis, & excessibus privilegiatorum.

Præterea statuimus, ne religiosi cujuscumque religionis, vel ordinis existant privilegiati, fines suorum excedant privilegiorum, cum privilegium mereatur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Si qui etiam religiosorum per donationem, vel alium legitimum titulum jura patronatus aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum adquisierint, talia beneficia propria temeritate suis usibus non usurpent, sed eis vacantibus ad ea sacerdotes idoneos præsentent, alioquin elapso tempore a jure statuto ordinarius loci, prout ecclesiæ expediat, providum instituat vicarium. Si quas etiam ecclesias parochiales, infra quarum limites religiosi, & monasteria haberent, terras, agros, prata, vel vineas, aut alia bona, de quibus jure decimam solvere tenentur in decimatione defraudaverint, omnes ipsis ad hoc opem, vel operam dantes, & ipsorum servitiis intendentes, decernimus ipso facto excommunicationis sententiam incurrisse. Quicumque vero ausu temerario contra prædictam constitutionem venerit, cujuscumque status fuerit vel conditionis, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus. Et si clericus fuerit qui talia commiserit, aut opem vel operam, consilium, aut auxilium prædicta, vel aliquod prædictorum adhibuerit perpetrandi, omnibus sit beneficiis ecclesiasticis, & dignitatibus privatus, & ad ulteriora percipienda sit omnino inhabilis, & indignus, laicorum etiam contra præsentem nostram constitutionem in aliquo venientium filii & nepotes usque in quartam generationem, nisi sufficienter injuriam passis satisfactum fuerit, ad omnem honorem & dignitatem ecclesiasticam inhabiles decernimus esse, & etiam inhibemus sub anathematis pœna, quam

ex nunc in omnes contrarium facientes ferimus, eosdem in ecclesia Dei ulterius promoveri.

De injuriis & conviciatoribus: Ex concilio Aschaffenburgen.

Et quia de canonicis, & ceteris clericis, & aliis conviciatoribus, & percussoribus per prædecessorum nostrorum concilia, seu statuta nulla certa forma, & pœna præter eam quæ jure communi comprehenditur invenitur expressa. Nos attendentes quod plus timeri solet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur; approbatione totius concilii necessario duximus statuendum, ut canonicus qui suæ vel alterius ecclesiæ canonicum verbis probrosis affecerit per quartam; si vero convicia manifesta dixerit in prælatum per mediam partem anni a tractatu, & consortio sui capituli, necnon a perceptione fructuum suæ præbendæ penitus sit exclusus. Si quis autem canonicorum in prædictas personas etiam citra sanguinis effusionem manus injecerit temere violentas, pœnas prædictas dupliciter patiatur: pro vulnere vero hujus personæ ab aliquo canonicorum illato, si etiam nulla membri mutilatio ex tali vulnere fuerit subsecuta, sine omni remissione per præmissas pœnas quadrupliciter puniatur. Et insuper in utroque casu juxta suæ diœcesis arbitrio læso satisfaciat competenter, antequam restitutionis beneficium assequatur. Sed pro temeraria membri mutilatione omni beneficio ecclesiastico sit ipso jure privatus. Quæ omnia & singula circa alios clericos beneficiatos si personas ecclesiasticas prædictis modis lædant, vel lædantur ab ipsis juxta prædictam formam, & ordinem sub pœnis ejusdem præcipimus observari. Salvis tamen aliis pœnis in sacris canonibus contra temerarios violentarum manuum in clericos injectores expressis. Salvis etiam aliis juribus quæ vim vi repellere permittunt.

De pœnis qui episcopum percusserit.

Hoc sacro approbante concilio statuimus, ut si quis in hoc sacrilegii genus irrepserit, quod archiepiscopum, vel episcopum fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut cœperit, vel fieri jusserit, vel factum ratum habuerit, vel consilium dederit aut favorem; aut postea receptaverit, vel defensaverit eumdem, sicut reus criminis læsæ majestatis perpetuo sit infamis diffidatus, nihilominus bannitus sit intestabilis, & dentur cuncta ejus ædificia in ruinam. Et ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur, nullus ei debita reddere, nullus ei in judicio respondere teneatur. Quid quod etiam in bonis ipsius inveniatur, ipsi ecclesiæ cujus est episcopus applicetur, & ex illis nihil transmittat ad posteros. Sed potius cum ipsis quodammodo damnentur, & sua si qua vero feuda, officium, vel beneficium spirituale, seu temporale ab aliquibus ecclesiis obtinet, sit ipsis ipso jure privatus, quæ sic libere ad ecclesias convertantur, quod ecclesiarum rectores cum ipsis pro sua voluntate disponant, quod si quis prædictorum filios habeat vel nepotes per rectam lineam descendentes beneficiatos quovis beneficio, sint eis ipso jure privati. Nulli præterea talium filiorum vel nepotum per virilem sexum descendentium ab eisdem alicujus aperiatur janua dignitatis, aut honoris ecclesiastici vel mundani. Et ut magis famosa sit ejus infamia ab omnibus actibus legitimis repellatur. Volumus etiam & statuto præsenti adjicimus, ut in executione prædicta, ut ex injectione manuum violenta ipso facto excommunicationis sententiam quis incurrat, & tam insecutor, quam alii supradicti tanti mali participes, quamdiu in sua contumacia perseveraverint, singulis diebus dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis per omnes illius ecclesias locis in quibus tantum fuerit facinus perpetratum, nec non civitatum & diœces. vicinarum excommunicati publice denuncientur. Nec ab alio quam a provinciali concilio vel a summo pontifice possunt absolutionem, præterquam in mortis articulo, obtinere. Cum autem fuerint absolvendi, primo sufficienter, & idonee caveant quod inferendæ pœnæ peribunt, & auxilianta domino pœnitentiam peragent. Injungendum deinde per omnes illius loci ecclesias principales vicinorumque locorum diebus dominicis & solemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & virgas seu ferulas ferentes in manibus, cum quibus per easdem ecclesias publice fustientur. Ituti postmodum ad sedem apostolicam, & ibidem acturi pœnitentiam per annum integrum, nec inde postmodum reversuri absque dicti archiepiscopi, vel episcopi læsi, seu sic offensi, & ecclesiæ suæ licentia speciali. Ceterum cum tales gratiam reconciliationis meruerint, beneficio absolutionis obtento indulgeatur eis licentia, ut sua & suorum injuriam persequantur, & debitorum illorum, quæ contracta fuerint de postmodum adquisitis repetitio non negetur. Præterea præcipimus, ut si præsides provinciarum domini, seu rectores sculteti, ac alii domini temporales civitatum, oppidorum, castrorum, villarum, & aliorum locorum contra præsumptores prædictos præsentis statuti tenorem districti observent, & faciant observari, quod si non fecerint tam ipsi, quam officiales eorum infra mensem, postquam res ad notitiam eorum pervenerit, eo facto sententiam excommunicationis incurrant. Civitates vero, & universitates aliæ, quæ talia præsumentes receptaverint, vel quæ in his consilium, vel auxilium dederint, vel infra mensem saltem taliter delinquentes, prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas eis affuerit non duxerint puniendos, ecclesiastico subjaceant interdicto.

De pœnitentia, & de pœna confessorum revelantium confessiones. Ex concilio fritzlar.

In confessionibus audiendis maximam adhibeant diligentiam sacerdotes. Ita ut pœnitentibus usitata peccata, & communia singulatim; inusitata vero tantum per quasdam circumlocutiones caute perquirant, ne inexpertis detur materia, quod ante nescierant perpetrandi. Caveat autem omnino sacerdos, ne verbo, vel signo, vel aliquo modo prodat aliqualiter peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque omni personæ expressione caute perquirat, quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum. Verum quia quidam confessores, etsi personam confitentis non exprimant, circumlocutionibus confitentium, & peccati confitentis circumstantiis sub quodam generalitatis involucro indire-

&c

&e publicant confitentem, Concilium proxime celebratum clarius elucidando, statuimus, ut nullus sacerdos expressa religione, conditione, seu statu alicujus peccatum recitet confitentis, immo nec peccati qualitas, locus, seu vicinia perpetrati facinoris specificetur ullo modo, cum ex hujusmodi circumlocusionum indiciis auditoris industria personam interdum eliciat peccatoris, & ex specificatione peccati humana fragilitas ad perpetrandum similia forsitan provocetur.

De visitatione infirmorum & confessione eorumdem.

Et quia plerumque infirmus confiteri sua peccata, propter multorum præsentiam erubescit, id a sacerdotibus præcipimus districtissime observari, ut prius familiariter & secrete audiant confessionem ipsius, si mortis periculum non existat, & postea ad eum cum devotione deferant, & reverentia cum habitu condecenti eucharistiam salutarem.

De reconciliationibus pœnitentium.

Quia reconciliationis ministerium vilipenditur a plerisque, eo quod ad reconciliationem passim quilibet admittatur, nisi litteras plebani sui, vel sacerdotis exhibeat continentes utrum pœnitentiam injunctam sibi vel saltem partem peregerit, & utrum vere penitens videatur. Nec ad reconciliationem recipiantur aliqui, nisi vestem, & tonsuram habeant solemniter pœnitentis, ut ex his utrum vere & perfecte pœniteant, vel non, cognoscantur.

Prohibemus etiam ne quis sacerdos ab uno sibi confitente de aliorum peccatis nominibus sibi expressis inquirat. Et ne missas quas pœnitentibus procurandas injunxerit ipsemet celebrare præsumat, & pro vivis ne fiat aliquod tricenarium vel annuale.

De confessionibus audiendis. Ex concilio Moguntinen.

Quamvis ecclesia toleret, quod cum conniventia proprii sacerdotis subditi plebanorum pro maturiori consilio adipiscendo, religiosis quibusdam confiteantur interdum, nolumus tamen, immo sacri concilii auctoritate sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ vetamus omnibus religiosis, ne subditos plebanorum, maxime autem beginas, & beckardos aut inclusas ac alias personas hujusmodi communicent corpore domini, aut alia porrigant ecclesiastica sacramenta parvulis, vel adultis. Hoc etiam sub eadem pœna omnibus religiosis firmiter inhibentes, ut cum stationes & processiones solemnes, quas observat ecclesia generalis, ex institutione ecclesiæ & magnæ auctoritatis, & multæ opitulationis existant, utpote in quibus dominus honoratur vocibus communibus, & placatur, ne populum abstrahant ab eisdem prædicatione, tunc temporis instaurando, immo in prædicationibus suis sedule proponant eisdem quod talibus tenentur interesse, & quod peccant se amplius ab hoc abstrahendo. Et idem etiam populo frequentius exponant, quod ad matricem ecclesiam in præcipuis festivitatibus tenentur accedere, ac illam sui præsentia honorare, a qua sacramentorum gratia in eo quasi ex fontali gurgite influit, & descendit. Ipsique tunc abstineant ab omnibus allectivis, quibus abstrahi posset populus, quo minus ad solemnitatem veniat suæ matris.

De indulgentiis in dedicationibus. Ex eodem concilio.

Præterea cum indulgentiarum nimietas claves ecclesiæ contemptibiles reddat, pœnitentialem satisfactionem enervet, pontificalem auctoritatem annihilet; generali concilio inhærendo statuimus, quod nullus in dedicatione cujuslibet basilicæ det indulgentiam ultra annum, seu ab uno episcopo sive a pluribus dedicetur. Et in anniversario xl. dies. In dedicationibus autem talium ac ordinum temporibus relaxare catenas, ac pœnitentes introduci omnino vetamus. Sed hoc fiet tantummodo in festo cœnæ domini ad hoc ordinato.

Ex conc. Aschaffenbur. alias fritz.

Sacerdotes frequenter moneant plebem suam, ut in initio xl. ad confessionem veniant, & saltem in resurrectione Christi accipiant corpus dominicum, si velint inter catholicos reputari.

Ex concilio fritzlar.

Quia frequenter in pœnitentiis injungendis quidam casus emergunt, qui propter sacerdotum ignorantiam expediri non possunt, & qui etiam dispensationem episcopalem requirunt, ideo salubriter duximus statuendum, quod quilibet episcopus eo quod propter occupationes multiplices ejus copia quandoque haberi non potest, unum pœnitentiarium juxta se habeat honestum, providum, & discretum, & nihilominus alium instituat in ecclesia sua cathedrali, ut saltem ad ipsorum alterum recursus in hujusmodi casibus habeatur, qui etiam in illis casibus in quibus episcopi dispensandi obtinent facultatem, ipsorum auctoritate dispensent Archidiaconi quoque, archipresbyteri & plebani suis subditis plebanis in pœnitentiali judicio discrete injungant, ut in casibus memoratis sive occulti sive manifesti existant, recursum habeant ad pœnitentiarios supradictos, opportunum ab eis consilium requirentes.

In furtu, rapina, usura, fraude ante omnia injungant pœnitentibus, ut si possint ablata restituant; alias nulla valebit eis satisfactio ad salutem, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum.

De casibus apostolicæ sedi reservatis.

Sunt autem tria peccata, quæ injungendis in satisfactionibus sunt domino apostolico reservanda, scilicet in clericos vel quoscumque religiosos injectio manuum violenta; ecclesiarum, vel religiosorum locorum incendia; & simonia in ordine perpetrata. In aliis vero peccatis minoribus secundum quantitatem culpæ, & pluralitatem, confitentis possibilitatem, satisfactionem temperent sacerdotes.

De casibus episcopo reservatis.

Statuimus quod sacerdotes in satisfactionibus injungendis in religione sedeant, majora majoribus reservent, utpote homicidia, sacrilegia, incendia, peccata contra naturam, concubitum per-

personarum conventualium in sacris ordinibus constitutarum. Incestus videlicet cum consanguinea vel affini, vel cum ea quæ votum castitatis emisit, publicæ injectiones manuum in parentes, oppressiones parvulorum, negligentia percuntium in igne, vel in aqua natos amittentium, veneficia, perjuria solemnia, fidei fractores, votorum transgressores, simonia, adulteria, hæreses, apostasiaa, Maleficia eorum qui maleficiunt conjoges ne possent coire, vel qui procurant sterilitatem mulierum, vel abortum, falsarios qui sigilla litteræ, vel monetam falsificant, in hujusmodi peccatis, vel similibus detentos mittant sacerdotes ad episcopos absolvendos, nec absolvant, præterquam in mortis articulo, absque loci episcopi licentia speciali. Declarantes quod illi, quibus hoc duxerimus committendum, potestatem illud aliis personis non habeant committendi: in dubio autem consulent episcopum, vel ejus vices gerentes vel alios sapientes, quorum consilio pœnitentem absolvant, vel transmittant ad alium absolvendum.

De sententia excommunicationis.

Quia clerici & quidam laici vinculo excommunicationis astricti, fiducia finalis pœnitentiæ & absolutionis extremæ claves ecclesiæ contemnunt tempore sanitatis, hujus sancti concilii auctoritate statuimus, ut tales in extremis ad reconciliationis beneficium nullatenus admittantur dumtaxat sub proprio juramento, nisi idoneam cautionem præstent, quod sive moriantur sive convalescant per se, vel per suos, in quantum est ipsis possibile satisfaciant de commisso.

Ex eodem concilio.

Plerique clerici ac etiam alii cum excommunicatis publice communicasse contra conscientiam arguuntur, eo se prætextu malitiose se excusant, quod excommunicatio talium eis specialiter non fuerit nunciata. Unde necessario sancti approbatione concilii statuimus decernendo, ut postquam excommunicationis, vel interdicti sententiæ publice proferantur, & in cathedrali ecclesia synodo vel capitulo, vel alias in locis debitis solemniter promulgantur, non sit necessarium eas diversorum auribus inculcari, immo post publicationem hujusmodi singuli ad vitandum taliter excommunicatos, etiam si specialiter eis denunciati non fuerint, dummodo qualitercumque eis excommunicatio innotuerit, teneantur, cum talis ignorantia crassa sit penitus, & supina.

De injusta excommunicatione.

Quantæ præsumtionis & temeritatis existat, quod qui servare debent canonicas sanctiones, in E quibus apertius continetur quod nullus aliquem sine rationabili causa excommunicare præsumat, eas frangere non formidant; pluresque non animo justitiæ, sed livore odii vel favore adversariorum excommunicationis vinculo innodantes nullus peritus ignorat: quare firmiter prohibemus, ne quis excommunicationis sententiam in aliquem, nisi competenti admonitione præmissa & præsentibus personis idoneis, per quas si necesse fuerit posset probari admonitio, promulgare præsumat. Et si prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorem suum non revo-A caverit, per mensem ab ingressu ecclesiæ sit exclusus.

De excommunicatione.

Si episcopus aliquem excommunicaverit certa de causa, denunciet vicinis episcopis per suas patentes litteras, ut excommunicatum faciant denunciari & vitari. Et tunc sine difficultate aliqua vicini episcopi excommunicatum faciant publice denunciari & vitari, & in diœcesibus suis arctius evitari. Si vero episcopi in hoc fuerint negligentes vel excommunicatis communicaverint, tamdiu cathedralium ecclesiarum canonici sibi non communicent, quamdiu huic B salubri statuto præsumpserint obviare.

De his qui corpora mortuorum sepeliunt tempore interdicti: ex concilio aschaffenburg.

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum excrevit temeritas, & præsumptio laicorum, quod si quando auctoritate ordinaria seu delegata in terram, villam aut castrum interdictum generale ponatur, iidem laici officium sacerdotum, immo quod tunc temporis ipsis sacerdotibus est prohibitum, usurpare conantes, ut ecclesiasticam per hoc censuram magis elidant, apud loca taliter interdicta sepelire præsumunt in cœmeterio corpora mortuorum licet C autem jam pridem contra præsumptiones hujusmodi inter alia sit provisum, ut non prius resumantur divina, quam tumulata sic corpora fuerint exhumata. Quia tamen per illos contra quos interdictum ponitur, antequam satisfaciant frequenter in pactum deducitur, ut exhumationis pœna ab ordinario seu delegato ante omnia simpliciter dimittatur, ne forte hujusmodi delinquentium temeritas hac occasione impunita remaneat, & per hoc ceteris detur audacia similia præsumendi, sacri approbatione concilii statuimus, & mandamus, ut quicumque ammodo intra cœmeterium loci interdicti aliquod corpus seu corpora defunctorum sepelire præsumpserit, ac qui talia præsumentibus opem vel D operam quocumque modo exhibuerint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, a quo nisi per solum metropolitanum vel diœcesanum, aut cui super hoc vices suas specialiter commiserint, absolvantur: metropolitanus vero vel diœcesanus, vel eorum in hac parte vicarius nequaquam ad impendendum talibus beneficium absolutionis procedant, nisi prius sepultis taliter corporibus exhumatis ecclesiæ & personis, quibus ex hoc injuria dinoscitur irrogata satisfactum fuerit competenter, & nisi super facta exhumatione & satisfactione præstita ordinarii, aut si copia ipsorum haberi non poterit, officialium suorum litteras absolvendi, ipsi pro testimonio exhibeant & ostendant.

Ex Concilio Moguntinen. domini Petri.

Juxta sanctorum patrum statuta excommunicatis nec vivis, nec defunctis communicare licet, & statim cum in suis ecclesiis parochialibus, vel in aliis, prout jura permittunt, denunciati fuerint, nominatim mox ab omnibus, tam ab exemptis, quam non exemptis debent vitari. Nec ex tunc aliquis, qui scire tenetur, credat se per ignorantiam excusari, cum talis denunciatio publica neque possit, neque debeat singulorum auribus inculcari.

De

ANNO CHRISTI 1310.

De verborum significationibus.

Intelligentia verborum ex causis dicendi, assumenda est; verba, quæ intentioni deserviunt, ea etiam quæ in voce earum, quæ in anima passionum notæ sunt, in omni sermone ad communem verbi intelligentiam recurrendum est.

De regulis juris.

Sanctorum patrum regulis, & statutis quilibet christianus regatur in vita verbis, & factis ut sciat & faciat quod acceptum est omnipotenti Deo, qui vivit, & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Felicis recordationis domini Wernheri prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, quædam ex statutis ipsius perquam bona in hoc sacro concilio duximus innovanda, cum moderatione infrascripta, de fratrum nostrorum consilio statuentes, ut archidiaconi & officiales earum civitatum, diœces. & provinciæ Mogunt. super causis decidendis per ipsos certis finibus, quos præfatus dominus Wernherus archidiaconus, ecclesiarum Mogunt. & eorum officialibus posuisse dinoscitur sc. ut de causis super matrimoniis, ecclesiæ investituris & usuris, usque ad summam viginti solidorum Mogunt. dumtaxat contra delinquentes statuere sint contenti, causis aliis diœcesanorum vicarii examini, & eorum officialium reservatis. Quod si contrarium facere præsumpserint, judicata per eos aliis quam in dictis casibus sint irrita ipso jure, & nihilominus per ordinarios ipsorum a suis officiis suspendantur.

Hoc sacrum concilium domini Archiepiscopi Petri Moguntin. habitum est Moguntiæ, anno domini millesimo, trecentesimo decimo, feria secunda, feria tertia, & feria quarta post dominicam, qua cantatur Jubilate deo.

☞ *In quarta volumine Conciliorum Germaniæ pag. 224. Vir Clariss. P. Josephus Hartzheim S. J. eorum collector post relatos hujus Concilii Canones hæc adjungit tamquam spectantia ad idem concilium,*

Romani Pontificis jussu tractata est Templariorum causa. Comparuit autem in Synodo, quemadmodum refert MS. L. (Latomianum) Hugo Comes Sylvestris & Rheni, qui morabatur in Grunbach prope Meysenheim cum xx. fratribus, sub habitu ordinis probe armatis. Hi omnes, non quidem vocati, sed ultro & subito in consessum Patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiscopus viros considerans, ac violentiam timens, placide jubet, Commendator ut sedeat, & si quid habeat in medium afferendum ut depromat. Qui clara & libera voce exorsus se suosque confratres *inquit* intellexisse hanc Synodum sui ordinis delendi gratia potissimum congregatam ex commissione Romani Pontificis: anormia enim quædam scelera, & plusquam ethnica flagitia illis objici, quæ in privato designarent: quod ipsis sane asset gravissimum & intolerabile: maxime, quod non ordinaria auditi nec convicti condemnarentur. Quare coram ista Patrum congregatione se *appellare & provocare ad futurum Pontificem, ejusque universum clerum*: publice quoque protestari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi essent & combusti constanter pernegasse, se quidquam eorum designasse; atque in ea confessione tormenta & mortem perpessos. Immo Dei Opt. Max. singulari judicio, & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamydes ac rubicatæ Cruces, igni non potuerunt absumi. Archiepiscopus his auditis, ne tumultus suboriretur, protestationem eorum admisit, seque cum Romano Pontifice acturum respondit, ut quieti esse possint, atque ita ad propria sunt dimissi. Postea varo Petrus aliam commissionam obtinuit, juxta quam procedens, prædictos censuit absolvendos. Actum Anno MCCCXI. Kalenda Julii, ut Nauclerus ex quodam Jacobo Moguntino tradit. *Hec Serarius Moguntiacarum rerum L. V. in Petro archiepiscopo 39. Quod ultimo loco hic subjungitur: Actum an. 1311. intelligendum videtur de anno, quo prædicti Templarii fratres absoluti a Petro archiepisc. fuerunt, non de tempore, quo in concilio Moguntinensi comparuere.*

Templarii in Burgundia, Alsatia, Suevia, Francia orientali, Bavaria, Thuringia, Saxonia constituti fuere mandato apostolico capti, & examinati per tormenta, quorum plures fuere combusti, atque extra patriam proscripti, vel cœnobia aliorum religiosorum ingressi. *Serarius l. 5. Mogunt. rer. c. 39. pag. 850. ex MS. cod.*

☞ # UTINENSE CONCILIUM

Ab Ottobono Aquilejensi patriarcha

Anno 1310 celebratum.

An. 1310. Ex Suppl. Mansi T. 5. pag. 335.

Concilium istud primo quidem in diem octavam Epiphaniæ indixerat patriarcha; dein vero ad diem Dominicam post festum Purificationis B. M. V. prorogavit. Utrasque litteras quibus invitantur episcopi, tum quibus ad diem octavam Epiphaniæ; tum alteras ad diem Dominicam post festum Purificationis hic exhibeo ex Cl. P. de Rubeis Monum. Eccl. Aquilej. cap. 83. ex quo dein subdam rerum quarumdam in ea Synodo statutarum documenta pauca quæ supersunt.

Ottobonus Dei gratia sanctæ sedis Aquilegensis patriarcha universis & singulis abbatibus, præpositis, decanis, plebanis, & aliis ecclesiarum rectoribus per Aquilegensem civitatem & diœcesim constitutis salutem & benedictionem in Domino. Licet vobis tam propter guerrarum discrimina, quam alia supervenientia de variis causis gravamina, multa passis incommoda paterno compatiamur affectu; & libenter vitemus fatigare vos laboribus, vel expensis: quia tamen quædam nobis ad præsens incumbunt, super quibus nos decet & expedit vestro & aliorum subditorum nostrorum uti consilio, generalem synodum in die octavæ epiphaniæ Do-

ANNO CHRISTI 1310.

Domini proximæ Utini ante tertiam decrevimus celebrare. Quare vos, & vestrum singulos requirimus, & primo, secundo, & tertio peremptorie commonemus; vobis nihilominus sub excommunicationis pœna præcipiendo mandantes, quatenus omnes & singuli præsentialiter, aut si qui forent legitimo impedimento detenti, per procuratores idoneos eidem synodo, præfata die, hora, & loco, interesse curetis: ut una nobiscum quæ ad honorem Dei, & pacificum & salubrem statum vestrum, & aliorum subditorum nostrorum pertinent, ordinemus.

LITTERÆ PROROGATIONIS CONCILII

Ad diem Dominicam post festum Purificationis B. M. V.

Commissæ nobis sollicitudinis debito exigente, tam in exequendis apostolicæ sedis mandatis, quam ecclesiæ nostræ, immo omnium subjectarum nobis quovis jure ecclesiarum, eorumque rectorum, utilitatum promotionem, & indemnitatum provisionem vigilantiori cura intendere, solertiorique studio, ne vel saltem de inobedientiæ aut negligentiæ culpari vitio vel notari possimus, compellimur laborare. Ea propter enim, sicut per alias nostras litteras vobis notificasse recolimus, (*Priores indicantur ad synodum convocatoriæ epistolæ, quarum exemplum supra dedimus*,) per dominum nostrum summum Pontificem litteratorie simus in proximis Calendis Octubrii ad concilium generale vocati; in arripiendo itinere - - - multiplicibus evidentis utilitatis, & urgentis necessitatis caussis suadentibus, tempus, impedimento cessante - - - anticipare decrevimus: prius tamen juxta apostolicarum litterarum tenorem provinciali nostro concilio convocato, quod etiam aliæ multæ justæ causæ non solum utiles, verum etiam rationabiles fieri persuadent. Intendentes igitur, proxima die dominica post instans Purificationis sanctæ Mariæ festum in terra nostra Utini nostræ diœcesis hujusmodi nostrum concilium divina favente gratia celebrare; fraternitatem vestram attente requirimus, & hortamur in Domino; vobis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ districte mandantes, quatenus eidem nostro concilio, prius tamen per vos veræ civitatis & diœcesis cleri exempti & non exempti ad providendum non solum super articulis in præfatis litteris apostolicæ sedis contentis, verum etiam super omnibus quæ tam in ipso nostro quam in prædicto domini papæ conciliis tractari debentur, ipsi clero utilia seu etiam necessaria, communiter & divisim convocata synodo, personaliter interesse curetis. Vobiscum omnia beneficia in vestra civitate & diœcesi per procuratores reverendi patris domini Petri de Columna sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis acceptata, & eorum taxationem secundum decimæ papalis solutionem ferre nullatenus omittatis. Cæterum cum pro eo quod præsenti anno per Romanæ ecclesiæ inimicos, & nostros tam redditibus, quam aliis bonis nostris mobilibus universis potentialiter fuerimus spoliati; ad tam gravia inevitabilium expensarum, nobis occasione hujusmodi itineris incumbentium, onera nostræ nequaquam sufficiant facultates; vestra & aliorum Aquilegensis civitatis, diœcesis, & provinciæ clericorum subsidia, licet vestras & eorum ecclesias pluribus affici gravaminibus agnoscamus, cogimur implorare. Quare fraternitatem vestram requirimus propense, & rogamus; quatenus cum clero in dicto nostro concilio, vel saltem usque ad festum proximum Resurrectionis Dominicæ, circa cujus octavas annuente altissimo disposuimus hujusmodi nostrum iter arripere, nobis in tanto, ne incerta petitio dilationis præstet materiam, studeatis subvenire, quantum pro procuratione legati Apostolicæ sedis præstatis. In quo revera non potestis, nec debetis vos reputare gravatos; considerato, quod in octo annorum spatio, quo Aquilegensi sedi præsedimus; nec in nostro ad præfatam nostram adventu ecclesiam, quam debitis ultra viginti millia marcharum obligatam reperimus; nec in processu temporis, in quo propter multas & varias persecutiones tyrannicas pro defensione terrarum, bonorum, & jurium ejusdem ecclesiæ, ac tuitione ecclesiasticæ libertatis inæstimabiles expensas nos oportuit necessario facere; nullum subsidium ab aliquo suffraganeorum nostrorum habuimus; quandoquidem tam aliæ Ecclesiæ Italiæ, quam ultramontanæ multo majora, quam nostra gravamina sustinent, plures decimas uno anno plerumque solvendo. Sane hoc unum vos nolumus ignorare, quod si hujusmodi nostram petitionem subsidii tam justam, tamque rationabilem, & ex causa tam evidenti necessaria procedentem, contumaciter abnuendo excluseritis; contra vos, quantum de jure ... Si vero illam reverenti animo, postulatum præstando subsidium, duxeritis admittendam: nostræ propitiationis favoram in vestris beneplacitis non absque divinæ pariter, & humanæ laudis titulo copiosius sentietis.

Concilii acta perierunt; quod superest monumentum hoc geminum dat idem P. de Rubeis ex regesto Meliorantiæ Utini.

Die lunæ nono intrante februario in castro Utini super patriarchali palatio; dominus in Christo pater, & D. D. Ottobonus, Dei gratia sanctæ sedis Aquilegensis patriarcha, de consensu, consilio, & voluntate infrascriptorum prælatorum, ad provinciale concilium vocatorum, & ipsi cum eo, approbaverunt, ratificaverunt, & confirmarunt constitutiones Provinciales, quæ in alio præterito Concilio provinciali (*quod Aquilejæ anno 1307. habitum est*) lectæ, approbatæ, & confirmatæ fuerunt; nihil addentes, vel diminuentes eisdem. Nomina vero prælatorum, qui ibidem fuerunt, sunt ista: D. Rodulphus episcopus Tergestinus, D. frater Odoricus episcopus Peteneusis ..... D. F. Johannes Rosacensis, D. F. Hermannus Sextensis, D. F. Albertus Sumaquensis Monasteriorum Abbates, D. P. Johannes Præpositus .... D. Philippus præpositus S. Stephani de Aquilegia, D. Volricus Archidiaconus Karinthiæ, ac D. Odoricus de Glemona, D. Guido de Villalta, & Magister Walterius, canonici Aquilegenses; D. Guecemanus plebanus Bujæ, & plures alii.

Item in eodem instanti consultum, & ordinatum fuit per omnes prædictos: quod interdictum, factum contra D. Gilonem, qui se gerebat pro Archidiacono Aquilegensi, ac dominos, Warnerum de Cucanea & Ulvinum de Pramperch de eorum beneficiis, in statu remaneat usque ad generale concilium domini Papæ: & quod interim de eorum redditibus ecclesiasticis non respondeatur eisdem.

CON-

ANNO CHRISTI 1310.

CONCILIA IN GALLIA PLURA

In causa Templariorum

Anno 1310. celebrata.

Anno 1310. Ibid.

TEmplariorum, quæ per hos annos maxime fervebat, causa, Gallicanos præsules ut sæpe in coocilia convenirent adegit. Horum conciliorum unius tantummodo Labbeus meminit; sed potuit & alia connumerasse quæ illi sufficiebat vetustus auctor chronici Rotomagensis a se in Bibliotheca manuscriptor. t. I. pag. 1307. vulgatus, qui hæc habet ad annum 1310. *Hoc anno factis processibas per archiepiscopum Senonensem cum suffraganeis suis in provinciali concilio* (Parisiensi, de quo pariter & Labbeus) *ob hoc de mandato apostolico concarrente contra Templarios fuerant publice condemnati Parisios quinquaginta quatuor ex eis, fueruntque relicti curiæ sæculari & combusti; & paulo post in concilio provinciali apud Albanectam Remensis archiepiscopus, & apud Pontisaram Rotomagensis archiepiscopus in concilio Templarios condemnavernat.*

EBORACENSE CONCILIUM

In causa Templariorum a Willielmo Eboratensi archiepiscopo

Anno 1310. habitum.

An. 1310. Affert Wilkios Conc. Britt. t. II. pag. 103. ex Regest. Ibid.

MEmorandum, qnod nos Willielmus, permissione divina Ebor. archiepiscopus, Angliæ primas, propter diversa & ardua negotia, statum & reformationem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum nostræ Ebor. diœceseos & provinciæ contingentia; ac quædam alia, quæ nobis a sede apostolica demandata fuerant, & quæ magnam deliberationem, consilium, & tractatum requirebant; videlicet inquisitiones faciendas tam contra singulares personas Templariorum, quam ordinem earumdem, super certis articulis in litteris apostolicis nobis, & suffraganeis nostris, ac aliis certis collegis nobis adjunctis, per prædictam sedem destinatis; quæ quidem litteræ apostolicæ, & earum executiones in registro de intrinsecis cameræ nostræ, annis pontificatus nostri quarto & quinto registrantur; nostrum concilium provinciale in ecclesia nostra Ebor. vicesimo die mensis Maji, anno Domini MCCCX. & pontificatus nostri quinto, habita super iis deliberatione non modica, jure ordinario duximus celebrandum. Ad quod venerabiles fratres nostros A. Dunelm. J. Carliolen. & Tho. Candidæ Casæ episcopos, nostræ Ebor. ecclesiæ suffraganeos, decanum & capitulum ecclesiæ nostræ Ebor. ac cæteros decanos, archidiaconos, præpositos, archipresbyteros, & capitula cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, abbates, priores exemptos, & non exemptos ejusdem nostræ diœceseos & provinciæ, sub formis & tenoribus infrascriptis fecimus evocari.

Willielmus, providentia divina Ebor. archiepiscopus, Angliæ primas, venerabili fratri nostro domino A. Dei gratia Dunelm. episcopo, salutem, & fraternæ charitatis in domino continuum incrementum. Ut omnis status ecclesiasticus, & sacræ regulæ diligenter valeant custodiri, statutum existit, ut provincialia concilia convocentur, in quibus emergentia negotia discutiantur, & debite corrigantur; quæ etsi secundum jura fieri debeant omni anno, tunc tamen est præcipue circa ea diligentiori studio laborandum, cum emerserint negotia graviora; præsertim talia, ex quibus in Christi populo enorme scandalum generatur. Sane quantus clamor C ascenderit his diebus contra ordinem militiæ Templi, ipsiusque ordinis singulares personas super hæresi, idololatria, perfidia, & aliis enormitatibus, jam satis est per mundi climata divulgatum. Pater siquidem sanctissimus dominus Clemens, divina providentia, papa quintus, hujus clamore sæpius excitatus, a nonnullis fratribus ipsius ordinis, coram se ad judicium avocatis, super præmissis diligentius inquisivit; quorum multi coram eodem domino papa patribusque reverendis dominis cardinalibus, prædicta flagitiosa crimina sponte judicialiter sunt confessi. Idem quoque dominus papa super præmissis intendens ulterius procedere, juxta canonicas sanctiones, cum commode ne- D queat a singulis ordinis supradicti personis inquirere per seipsum, onera sua partiri volens cum aliis prælatis inferioribus, qui in parte sollicitudinis sunt vocati, nobis per apostolica scripta mandavit, ut sub certa forma contra supradictum ordinem, & ipsius singulares personas judicialiter procedamus. Ut igitur tam prædicta, quam alia, quæ nostro incumbunt officio, cum consilio saniori plenius exequi valeamus, disposuimus, Deo duce, vicesimo die mensis Maji in ecclesia nostra Ebor. provinciale concilium celebrare. Quocirca fraternitati vestræ injungimus & mandamus, quatenus tam in ecclesia vestra, quam in aliis collegiatis ecclesiis, necnon monasteriis conven- E tualibus per totam vestram diœcesim constitutis, hæc faciatis solemniter publicari. Citamus etiam vos peremptorie, & per vos, universos abbates, prioresque abbates proprios non habentes, ac tam ecclesiæ vestræ, quam aliarum collegiatarum vestræ diœc. decanos, archidiaconos, & præpositos, necnon capitula, quod tam vos, quam prædicti abbates, priores, decani, archidiaconi, & præpositi personaliter, capitula vero per procuratores sufficienter instructos, dictis die & loco, cum diebus continuandis & prorogandis, coram nobis compa-

ANNO CHRISTI 1310.

reatis, & compateant, super proponendis in concilio tractaturi, salubre consilium impensuri, necnon ea, quæ statuta, ordinata, & facta fuerint, humiliter admissuri; ac etiam efficaciter impleturi, facturi, & recepturi, quod consonum fuerit canonicis institutis. Vos etiam præmunimus, & cæteros per vos citandos præmuniri mandamus, quod absentes in termino dicto, nisi propter evidentes causas & rationabiles, de quibus fidem faciant, licite fuerint impediti, tamquam inobedientes & contumaces, juxta juris exigentiam puniemus. Qualiter autem hoc nostrum mandatum fueritis executi, nos dictis die & loco distincte & aperte certificare curetis per litteras vestras patentes, harum seriem continentes. Dat. London. II. die Martii, anno gratiæ MCCCIX.

A C T A.

Quo die 20. mensis Maji, missa de sancto spiritu solemniter celebrata, postmodumque nobis Archiepiscopo Ebor. una cum venerabilibus fratribus nostris Carliolen. & Candidæ Casæ episcopis, nobiscum pontificalibus indutis; archidiaconus Nottinghsm. & Clyvelan. personaliter; archidiacono vero Ebor. per magistrum Radulphum de Conygsburgh; archidiacono Eastryding. per Gulielmum Arnald de Monte Sieco, procurat. substitut. Bertrandi de Rupe, procurator. principal. domini Bertrandi de Fargis, archidiaconi Eastryding. prædicti; & archidiacono Richmond. per magistrum Joannem de Skyrne, substitutum magistri Celestini de Verona, procurator. domini archidiaconi Richmond. ipsis archidiaconis in partibus transmarinis existentibus; ac priore Dunelm. per fratres Reginaldum de Barneby, & Joannem Lutercl., dictæ domus Dunelm. confratres & commonachos, procuratores suos legitime constitutos; comparentibus & abbatibus, prioribus, archipresbyteris, necnon procuratoribus cathedralium & collegiatarum ecclesiarum nostrarum, & aliis viris ecclesiasticis, cum multitudine copiosa in ecclesia nostra Eborac. considentibus, venerabilem fratrem nostrum dominum Dunelm. episcopum non comparentem, propter reverentiam patriarchalis dignitatis, quam obtinet, ac etiam propter notoriam invaletudinem corporalem ad præsens habuimus excusatum. Proposito itaque verbo Dei, articulos in ipso concilio nostro tractandos & expediendos præfato clero nostro exposuimus viva voce. Lectis etiam postmodum quibusdam litteris apostolicis super inquisitionibus contra singulares personas Templariorum, & ipsorum ordinem faciendis, ac etiam litteris citatoriis & certificatoriis, tam Carliolen. & Candidæ Casæ episcoporum suffraganeorum nostrorum prædictorum, quam capituli ecclesiæ nostræ Ebor. & officialis nostri Ebor. cui eamdem citationem in diœcesi nostra prædicta commisimus faciendam; ipsisque sic citatis & de mandato nostro præconizatis, & pro majori parte personaliter, & sufficienter comparentibus; quibusdam vero ex eis diversas excusationes & impedimenta per procuratores speciales proponentibus, illis, in quantum legitima erant, admissis, super processu contra non comparentes faciendo usque in crastinum duximus deliberandum; præfigentes eidem clero nostro eumdem diem crastinum, coram nobis in capitulo nostro Ebor. ad proponendum, dandum, & exhibendum in scriptis articulos & capitula, contingentia statum & correctionem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & alia, quæ in hoc concilio nostro debebunt, & poterunt reformari.

Quo die crastino in capitulo ecclesiæ nostræ Ebor. præfato clero coram nobis comparente, propositis etiam & expositis eidem clero quibusdam articulis, statum singularem personarum, & ordinem Templariorum, ac statum nostræ diœcesos & provinciæ tangentibus, quos propter arduitatem eorum absque majori deliberatione ad plenum non potuimus ad præsens, ut toti videbatur concilio, expedire; non comparentibus, juxta citationem factam, contumacibus reputatis, pœnaque eis infligenda nobis specialiter reservata, aliud provinciale concilium tempore quod competens nobis videbitur, celebrandum, de consensu & voluntate præsentis concilii decrevimus convocandum. Postmodum vero, habita deliberatione cum concilio nostro pleniori, aliud concilium provinciale in ecclesia nostra beati Petri Ebor. ad tractandum, ordinandum, & faciendum ulterius in negotio supradicto, & aliis statum & reformationem ecclesiæ nostræ Ebor. prædictæ contingentibus 9. Cal. Junii, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium duximus convocandum.

CANTUARIENSIS PROVINCIÆ

Concilium pro ecclesiarum juribus servandis intactis

Anno 1310. habitum,

Ann. 1310. Affert Wilkins Conc. Bric. t. II. pag. 401. ex regist. Cantuar. Prov. Ibid. pag. 345.

„ Concilii hujus acta quidem supersunt nulla; loco vero actorum damus sequentem excommunicationis sententiam quam solemni & publico ritu tulit Robertus Cantuariensis archiepiscopus ex sententia concilii provincialis nuper celebrati.

Anathematizatio facta in ecclesia Christi Cantuar. per dominum Robertum archiepiscopum pontificalibus indutum, die dominica infra octavas nat. B. Mariæ, A. D. MCCCX. præsentibus domino Aniano Bangor. episcopo pontificalibus induto; ac etiam...priore & conventu ecclesiæ Cant. sacris vestibus indutis & omnibus rectoribus, vicariis, & presbyteris paroch. civitatis Cant. superpelliciis indutis, prælatis cæreos, & aliis candelas accensas in manibus suis tenentibus.

In Dei nomine, Amen. Nos Robertus, permissione divina Cantuar. archiepiscopus, totius Angliæ primas, ad perpetuam rei memoriam. Cura sollicitudinis pastoralis propensius nos admonet, continua instantia, & curiosa sollicitudine attente ac specialiter vigilare, ut status ecclesiasticus hujus nostræ sanctæ Cant. ecclesiæ, ad divini nominis laudem, per nostræ operationis ministerium salubriter in Domino dirigatur. Sane ad incolarum omnium hujus regni

gni


ANNO CHRISTI 1310.

gnt & aliorum notitiam credimus pervenisse, A quod sancta Cant. ecclesia, ad cujus regimen Dei miseratione sumus, licet insufficientibus meritis, evocati, adversa sæpius pertulerit & perferat, quod diris oppressionibus repetitis malleis, crebrisque concussionibus subjacuerit & subjaceat in præsenti, adeo ut procellis intumescentibus, ipsa Christi Dei ecclesia, quam non tantum ipse Deus & sancti patres, sed etiam principes sæculares multis privilegiis muniverunt, deterioris conditionis videtur existere, quam sub Pharaone sacerdotium fuerat, qui divinæ legis notitiam non habebat; cum ille, omnibus aliis personis servitutibus subactis, sacerdotes & possessores eorum dimiserit in pristina libertate; ideoque ultra omnes occidentales ecclesias cum B Jeremia poterit lamentari: *Facta est quasi vidua domina gentium*: & quod subjungitur: *Sacerdotes ejus gementes, & ipsa oppressa amaritudine*. Eapropter in nostro provinciali concilio, quod nuper celebravimus, fuerat inter alia concorditer ordinatum, quod statuta & ordinationes ven. memoriæ Ottonis & Ottoboni, in Anglia apostolicæ legationis fungentium officio, necnon & bonæ memoriæ Stephani, olim hujus ecclesiæ Cantuar. archiepiscopi, nostri prædecessoris, quæ & quas pro reformatione status ecclesiastici contra ecclesiasticam libertatem, gravibus oppressi oneribus & inimicis, * ac intolerabilibus afflicti injuriis, deliberatione provida, salubri & perutili duxerant providenda; & C insuper casus, quibus majoris excommunicationis sententia per sacros canones infligitur, ipso facto per nos, & soffraganeos nostros, seu nostros, & ipsorum commissarios in nostris ecclesiis cathedralibus, in quatuor anni festis principalibus, & nihilominus in synodis & congregationibus cleri & populi universis, astante fidelium multitudine, publice divulgentur; quodque per .... decanos, archipresbyteros, præpositos, archidiaconos & ipsorum officiales, vel commissarios in suis quatuor capitulis principalibus, ecclesiisque sibi subjectis, per rectores & vicarios eorumdem in eisdem festis principalibus, dum missarum solemnia celebrantur, deinceps annis singulis publicentur, ne prætextu D ignorantiæ statutorum, vel excommunicationum hujusmodi, quispiam se valeat excusare; & quod locorum ordinarii eadem faciant per censuras ecclesiasticas firmiter observari. Cum igitur gloriosus martyr beatus Thomas, hujus sanctæ ecclesiæ Cant. archiepiscopus, qui pro jure hujus sanctæ ecclesiæ specialiter in hac sancta ecclesia martyrium sustinuit gloriosum, modicum antequam pateretur, ecclesiam hanc sanctam, cum omnibus suis juribus & libertatibus sub Dei & ipsius protectione subjecerit, & sub perpetuo anathemate prohibuerit, ne quis jura sua aliquo integumento, vel causa alienare præsumeret; raptoresque & alienatores possessionum, dignitatum, rerum detentores, consentaneos, & E participes usque ad condignam satisfactionem anathemate perpetuo duxerit condemnandos; ulterius adjiciens, ut si quis hanc eamdem sanctam ecclesiam in aliquo vexare, vel ipsius libertates diminuere præsumeret, æternam Dei & ipsius martyris maledictionem haberet, nisi ante mortem condignam ecclesiæ satisfactionem faceret, cum restitutione debita ablatorum: sanctique patres tam in consilio Oxon. quam olim in regia aula apud Westm. ad invicem congregati, regio accedente consensu, omnes illos, qui ecclesias malitiose suo jure privare præsumunt, aut per malitiam libertates earum infringere, vel perturbare contendunt, excommunicationis vinculo duxerint innodandos; ac in quondam domini Ottoboni, apostolicæ sedis legati in Anglia, constitutionibus sit statutum, quod si in domibus, maneriis, grangiis, vel aliis hujusmodi locis ad personas ecclesiasticas, vel ipsas ecclesias pertinentibus, accedens quisquam præter permissionem aut voluntatem dominorum, vel eorum, qui sunt hujusmodi rerum custodiis deputati, consumere, vel auferre, aut contrectare præsumpserit, ipso facto sit excommunicatione ligatus. Porro, ut prædictæ sententiæ, quæ modicum a quampluribus formidantur, sed potius contemnuntur, eo amplius transgressores & sacrilegos a suis maleficiis faciant resilire, quo solemnius fuerint publicatæ; omnes & singulos, cujuscumque conditionis fuerint, aut status ecclesiastici, vel mundani, qui prohibitionem, anathematizationem, æternam maledictionem Dei, & ipsius martyris gloriosi, prædictas excommunicationum sententias multiplices non verenter, jura hujus sanctæ ecclesiæ rapuerunt vel invaserunt, rapiunt vel invadunt, res ipsius detinuerunt invite vel detinent, hanc ecclesiam vexaverunt aut vexant, libertates ipsius diminuerunt vel diminuunt, ipsam suo jure privaverunt vel privant, ejus libertates infringere vel perturbare per malitiam contenderunt seu contendunt, seu ad domos, maneria, vel grangias, aut alia loca hujusmodi ad hanc sanctam ecclesiam pertinentia, temere, sacrilege accedentes, blada decimarum vel fructuum ecclesiasticorum in eisdem domibus, maneriis, grangiis, seu aliis hujusmodi locis recondita consumpserunt vel consumunt, abstulerunt vel auferunt, contrectaverunt vel contrectant contra eorum voluntatem, qui dictarum decimarum, & fructuum ecclesiasticorum deputantur custodiis, declaramus, pronunciamus & publicamus æternam maledictionem Dei, & beati Thomæ martyris, necnon & excommunicationum prædictas sententias damnabiliter incurrisse, quemadmodum, ut præmittitur, in suis casibus sunt prolatæ. Et omnia præmissa nihilominus innovantes, eosdem, ac omnes alios, domini regis & reginæ personis, & eorum liberis dumtaxat exceptis, qui præmissa vel præmissorum aliquid in futurum præsumpserint attemptare, cum suis fautoribus & adjutoribus, nisi infra quindecim dierum spatium Domino & ecclesiæ pro commissis debite satisfecerint, perpetuo anathemati ipso facto decernimus & statuimus subjacere. Quisquis igitur jura hujus sanctæ ecclesiæ rapuerit vel invaserit; res ipsius diminuerit, vel injuste detinuerit; ipsam ecclesiam vexaverit; vel ejus libertates diminuerit; suo jure privaverit; ipsius libertates infregerit, vel perturbare contenderit, blada decimarum vel fructuum ecclesiasticorum aliorum in domibus, maneriis, grangiis, vel aliis locis hujusmodi ad hanc sanctam ecclesiam spectantibus, recondita, consumpserit, abstulerit, vel contrectaverit contra voluntatem eorum, qui dictarum decimarum & fructuum ecclesiasticorum custodiis deputantur, perpetuo anathemate atque excommunicatione, ut prædicitur, damnatus, cum impiis, qui non resurgunt in extremo judicio reputetur: omnipotentis Christi Dei, contra cujus nequiter attemptat ecclesiam, contra se sentiat iram, & furorem apostolorum beatorum Petri & Pauli, & sanctorum omnium, quorum corpora in hac san-

* f. inimicitiis.

ANNO CHRISTI 1310.

sancta ecclesia conquiescunt; fiat hæreditatio ejus deserta, & tabernaculis ejus non sit, qui inhabitet; filii ejus fiant orphani, & uxor ejus vidua; commotus amoveatur ipse, atque filii ejus, & mendicent, ac ejiciantur de hæreditationibus suis; diripiant alieni labores ejus, orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria; omnium sanctorum merita illum confundant, & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Fiat, Fiat, amen. Observatores autem jurium & libertatum hujus sanctæ ecclesiæ Christi Dei, cujus est hæc sancta ecclesia, gratia protegat & defendat, & auctoritas apostolorum dictorum Petri & Pauli, ac merita gloriosi martyris Thomæ, & omnium sanctorum, quorum corpora in hac ecclesia, & locis aliis conquiescunt, absolvant ab omnibus vinculis peccatorum, & ad vitam æternam faciant feliciter pervenire. Amen.



CONCILIUM PROVINCIALE

Biterris celebratum sub Ægidio Narbonensi archiepiscopo,

Ex duobus MSS. codicibus illustrissimi episcopi Biterrensis, altero illustrissimi Marchionis Daubais.

Sanctorum patrum & canonicarum sanctionum institutionibus & præceptionibus informati, nos ÆGIDIUS permissione divina sanctæ Narbonensis ecclesiæ archiepiscopus in concilio provinciali nostro Biterris constituti, venerabilibus fratribus suffraganeis nostris præsentibus, &c. Cupientes aliqua propter trangressorum audaciam reformare, & mores prout possibilitas aderit reformare, prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, de eorumdem fratrum nostrorum consilio & assensu, infrascripta duximus disponenda, & etiam declaranda.

I. *Tonsura qualiter conferri debeat.*

In primis quia vigilanti studio est sollicite præcavendum, quod ad sortem Domini tales assumantur, & clericali militiæ adscribantur, qui verisimiliter velint & valeant Dei servitio applicari, sollicite provideant ordinantes, quod ad promovendum ad primam clericalem tonsuram constitutio domini Bonifacii papæ VIII. super tonsurandis ad clericatum edita irrefragabiliter observetur, & diligentem cautelam adhibeat ordinator, ut talem ad clericatum assumat, qui clericatum ex devotione cupiat, non ex fraude: & quod non sit expers scientiæ, aut legendi psalterium, & ea sciendi quæ in tali promotione viderit expedire, & quod nullo irregularitatis vinculo seu juris impedimento, propter quod tonsurari non debeat, sit detentus.

II. *De quatuor minoribus ordinibus.*

De promovendis ad quatuor minores ordines ordinator provideat, quod sciant psalterium legere, specialiter epistolas & lectiones, & exorcismos, & cantare antiphonas & responsa.

III. *De subdiaconatu.*

Porro quia mittentem manum ad aratrum sic coaptari oportet, ne eum retro respicere non possit, sit inhabilis regno Dei, magnopere provideri oportet, quod ad subdiaconatus ordinem promovendi sciant in legendo & cantando in ecclesia officiare, & saltem in grammaticalibus aliqualiter sint instructi: & tam illi quam alii ad alios ordines promovendi suæ promotionis receptæ litteras ordinatoribus adhibeant & ostendant, ut provideat ne per saltum eos promoveri contingat.

IV. *De diaconatu.*

Et quia diaconatus ordo frequenter supplere & coadjuvare in aliquibus potest officia sacerdotis; cum cautelæ studio est agendum, ut ordinator provideat quod ad diaconatus ordinem promovendi, ultra prædicta, sciant intelligibiliter legere epistolas, homilias & evangelia, & construere competenter.

V. *De sacerdotio.*

Sane quia in sacerdotalis officii ministerio, in quo majus periculum vertitur, cautius est agendum, summo studio est cavendum, quod tales ad sacerdotium assumantur, qui ex morum gravitate, & litterarum scientia alios valeant erudire: & secundum canones deberent scire saltem (1) sacramentorum librum, lectionarium, antiphonarium, (2) baptismum, canones pœnitentiales, & alia multa in canonibus contenta: alias nomen sacerdotis seu presbyteri non merentur habere: ordinator tamen in promotione ad sacerdotium prospiciat & advertat, quod promovendus sciat evangelia, septemque peccata mortalia, articulos fidei, & decem præcepta legis designare; prout promotori rationabiliter videbitur faciendum.

VI. *De interstitiis.*

Quia vero inexpertos & non probatos difficile est Dei servitio applicari, & periculosum est sic milites seu tirones stigma non habentes ad certamen mittere bellicosum, solemniter provideri oportet, quod in ordinatis & promotis ad sacros ordines competentis temporis interstitia observentur: ne uno suscepto ordine ad alium proximis & successivis quatuor ordinibus quasi sub quodam impetu . . . , causæ necessitatis exposcat.

VII.

(1) Sacramentorum liber est codex orationes & preces ad sacram liturgiam spectantes continens, qualem scripsere Gelasius, & Gregorius magnus summi pontifices.

(2) Baptismi nomine hic intelligi videtur liber Ritualis continens ordinem conferendi baptismatis & alia hujusmodi.

VII.

Provideatur insuper, ne aliquis tonsurandus ad clericatum, vel ad ordines promovendus, mittatur ab uno episcopo ad alium, nisi fuerit per suum ordinarium examinatus, & ut dignus approbatus, de quibus in littera quam ad ordinatorem diriget, expressa mentio habeatur.

VIII. *De clandestino matrimonio.*

Quia per multorum fraudes & malitias nedum ea non servando ludibrio fiunt, expedit circa ea de competenti remedio provideri; hinc est quod sicut clamor validus nostris auribus insonuit, multi suum affectum sequentes, & Deum ac ordinationem ecclesiasticam aspernentes, clandestina matrimonia contrahunt, & frequenter lite pendente coram ecclesiastico judice, etiam contra interdictum ecclesiæ, & ecclesiastici judicis officium, seu binas nuptias seu matrimonia de facto contrahunt, in eorum animarum periculum & scandalum plurimorum. Quod autem sit prius & quod posterius vix aut nunquam poterit haberi certitudo; non attendentes quod per legem notantur infamia, & per canones proles ex tali conjugio clandestino suscepta nonnunquam legitimo impedimento detenta illegitima censeatur, & quod nihilominus excommunicationis sententia valeant innodari: propter quod exacta diligentia per officiales & ecclesiasticos judices contra tales procedatur, & aliter secundum jura puniantur, quod per pœnam se deliquisse cognoscant, & de commisso pœniteant; ut sint aliis in exemplum. Ad hoc vero cum nonnulli clandestina matrimonia, & quandoque nefarias nuptias perficera nequeant juxta votum, fraudes excogitant per quas venire valeant ad intentum: ita quod occulte & sub dolo vadunt ad aliquas domos religiosorom quorumdam, vel ad alias ecclesias seu capellas parochialium sacerdotum, vel suorum ordinariorum non petita licentia, nec obtenta, sed suos parochiales fugientes, ad alienos divertunt sacerdotes pro benedictione nuptiali habenda, quæ potius maledictio dici debet: contra quos, cum tantam malitiam, ecclesiæ contemptum, sine nostro & eorum animarum periculo impune sub quodam velamine pertransire, seu connivere aliqualiter nequeamus; dignum duximus animadversione condigna procedere, ut in eo in quo gravius delinquunt, gravius puniantur. Et ideo ipsos taliter omissis suis parochialibus sacerdotibus, eorum seu ordinariorum suorum licentia non obtenta, pro prædictis ad alios recurrentes, ipsos quoque taliter sub tali fraude conjungentes, seu talem benedictionem sive solemnizationem matrimonialem impendentes, eosdem, eorumque consiliarios, & fautores, consilium & auxilium ad prædicta fraudulenter impendentes, eosdem post publicationem præsentis constitutionis in ecclesiis nostræ Narbonensis provinciæ, solemniter factam excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.

IX. *Contra testimonium falsum.*

Recolentes quod testis falsidicus Deo, parti & judici obnoxius existit: quia præsentiam Dei spernit, & judicem elidit, & graviter partem lædit; comperto quod juramenti religio sic transacta, proh dolor! contemnitur, & perjurii reatus in his partibus nimirum inolevit: licet contra tales perjuros jura insurgant, & per statuta provincialia prædecessorum nostrorum alias sit provisum: quia tamen non releguntur frequenter, quasi in oblivione sunt deducta non sine gravi periculo animarum: volumus & mandamus, quod contra tales juramenti transgressores, secundum tenorem statuti provincialis concilii per bonæ memoriæ dominum PETRUM prædecessorem nostrum editi procedatur. Cujus statuti capitulum sequitur in hæc verba. „Item „cum juramenti religio peccatis exigentibus, „fere ab omnibus in istis partibus contemna„tur, contra hujusmodi contemptores aliquid „severitatis pro salute animarum ipsorum du„xit concilium statuendum: videlicet ut qui„cumque in transgressione juramenti de cete„ro manifeste deprehensus fuerit, in ecclesia „publice denuncietur esse perjurus. Quod si „admonitus satisfacere noluerit, tunc excom„municetur, & excommunicatus nuncietur ac„censis candelis & pulsatis campanis singulis „diebus dominicis & festivis, & denuncietur „intestabilis & infamis, & nec ad testifican„dum vel ad testimonium vel ad alios actus „legitimos admittatur. “ Et idem de falsis testibus observetur, nos vero verbum præmissum *intestabilis*, non ad testamentum, sed ad testimonium dumtaxat referri & intelligi declaramus.

X. *Contra pactum pro sepulturis & benedictionibus nubentium.*

Item enim a fide dignorum relatione audivimus, quod in multis locis nostræ provinciæ rectores & sacerdotes ecclesiarum in exequiis & sepulturis defunctorum, & benedictionibus nubentium fraudem committunt, quæ labem continet simoniæ: videlicet quod divinum officium celebrare & obsequium impendere in prædictis omnino recusant, donec per pactum & juramentum vel per fidejussores, vel alias eis tantum fuerit in solutione eorum, quæ sibi dari volunt, facienda, eisdem in suæ perversitatis pallium consuetudinem allegantibus, contra prohibitionem expressam concilii generalis. Cum vero dicta consuetudo dicenda sit potius corruptela, dictam fraudem penitus fieri prohibemus; sed impenso pure divino obsequio, laudabiles consuetudines observare volentes, per censuram ecclesiasticam compelli volumus & aliis remediis opportunis.

XI.

Item provideatur quod nulli sacerdoti alterius diœcesis sine litteris commendatitiis seu dimissoriis proprii episcopi seu vicariorum suorum generalium cura parochialis ecclesiæ committatur, ne aliquis sacerdos advena & ignotus, sine litteris proprii episcopi vel vicariorum suorum testimonialibus, permittatur missam publice celebrare.

XII. *De residentia rectorum in suis ecclesiis.*

Item super residentia in parochialibus ecclesiis facienda provideatur sollicite, ut rectores earum gregis sibi commissi diligenter gerere curam possint, & ecclesiæ hospitalitate & aliis necessariis & divinis obsequiis non fraudentur: & rectores ipsarum domos in suis ecclesiis & ad-

administrationibus habeant competentes, in quibus eorum prælati honeste & benigne recipi valeant, ut melius & plenius possint visitationis officium exercere. (1)

XIII. *Contra exercentes officium chirurgiæ.*

Cum propter pericula quæ in practica siva exercitio artis physicæ frequenter occurrunt; religiosi vel presbyteri, præsertim ecclesiastica beneficia obtinentes non debeant se ingerere ad exercitium seu practicam dictæ artis, nec publice exercere officium medicorum, nec sæcularibus negotiis se immiscere; idcirco statuimus & mandamus sub pœna interdicti, quam in contrarium facientes, monitione præmissa, in his scriptis, quod nullus presbyter nullusve religiosus amodo se ingerat ad exercitium sive practicam dictæ artis, nec officium exerceat medicotura, absque speciali licentia a nobis perita & obtenta, nisi quatenus hoc eisdem permittitur per canonicas sanctiones.

XIV. *Quod nullus vendat reditus ecclesiæ.*

Item statuimus monendo, omnes rectores seu priores cum cura vel sine cura, quod nullus vendat reditus ecclesiæ suæ ad pecuniam absque nostra licentia speciali petita & obtenta, exceptis carnalagiis, alioquin contra inobedientes tulimus sententiam interdicti, propter damnificantes, quæ dictis ecclesiis propter prædicta inferuntur.

XV. *De festivis diebus.*

Item mandamus, quod nullus cujuscumque conditionis existat, in diebus festis, dominicis, vel aliis festivitatibus, quæ ob reverentiam Dei & sanctorum celebrentur esse instituta, natalis Domini scilicet, S. Stephani, S. Johannis evangelistæ, Innocentium, S. Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniarum, die Veneris sancta, Resurrectionis Domini cum duobus sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus sequentibus, duodecim apostolorum, festi B. Johannis Baptistæ, festivitatum omnium B. Virginis gloriosæ, & præcipue B. Petri & Pauli, B. Laurentii, Dedicationis B. Michaelis, solemnitatis omnium Sanctorum, B. Nazarii & Celsi, ceterisque solemnitatibus, quas nos cum clero solemniter duximus celebrandas, res suas venales exponat non comestibiles palam & publice, nisi necessitas hoc requirat; & si quis contrarium attentaverit, sententiam interdicti in his scriptis, ipso jure, incurrat, & alias tamquam contra transgressorem procedemus, justitia mediante.

XVI. *Littera monitoria.*

Officialis Biterr. capellano curato B. Mariæ sedis Biterrensis, ceterisque cappellanis curatis & non curatis civitatis & diœcesis Biterrensis, ad quos præsentes pervenerint, vel eorum loca tenentibus salutem.

Datum est nobis intelligi, quod nonnulli semellatores, mercerii, sutterii & alii alterius misterii civitatis & diœcesis Biterrensis, sotulares & alias res suas incomestibiles contra statuta synodalia & canonicas sanctiones in eorum operatoriis, quæ operta tenent, atque tabulariis publicis, diebus dominicis & aliis festivitatibus venales exponunt atque tenent, sicut aliis diebus forensibus & diurnis teneri consueverunt, & exponunt in animarum suarum detrimentum non modicum & scandalum plurimorum, sententias excommunicationis latas in tales contemnendo. Quocirca mandamus, quatenus diebus dominicis & festivis publica in generalibus vestris ecclesiis, cum populus ad divina convenerit, vestris parochianis interdicatis, cujuscumque conditionis existant, nec non & ipsos canonice & peremptorie moneatis, ex parte nostra & sub pœna excommunicationis, ne aliquis de parochianis vestris, cujuscumque misterii, vel status, seu conditionis existat, sotulares & alias res incomestibiles diebus Dominicis & festivis in nostro statuto synodali contentis, publice res venales incomestibiles exponat, nec sua teneat operatoria aperta ad vendendum easdem nullo modo, nisi casus urgentis necessitatis hoc requirat, nec etiam diebus prædictis aliqua operentur servilia; alioquin contra omnes parochianos vestros, & eorum quemlibet contra dictam hujusmodi inhibitionem facientes, ad denunciationem sententiarum in eos latarum super his & alias gravius & arctius procedemus, & procedi faciemus, justitia mediante.

XVII. *De illis qui persistunt per multum tempus in excommunicatione.*

Quoniam diu persistere in excommunicatione periculosum est excommunicatis, & participantibus cum ipsis, cum ex hoc crescat indevotio, errores pullulent, & multa pericula animarum insurgant. Idcirco nos cupientes hujusmodi periculis obviare, volumus, & mandamus, ut sacerdotes parochiales ex parte nostra omnes parochianos suos excommunicatos, maxime illos qui ultra annum excommunicationis sententiam sustinuerunt animis induratis, canonice moneant, & inducant, ut infra xv. dies, vel unum mensem ad tardius redeant ad ecclesiæ unitatem: intimantes eisdem quod aliter contra ipsos induratos, tamquam contra suspectos de fide catholica, prout justum fuerit, procedemus. Alioquin sacerdotes nos vel officialem nostrum per litteras suas certificent de nominibus eorumdem, & de tempore quo fuerint in dicta sententia, & de causa, propter quam non fuerunt absoluti.

XVIII. *Contra non solventes pia legata.*

Item, volumus & mandamus quod sacerdotes vacent in divinis, & expellant publice ab ecclesia parochianos suos, quos pro certo, alias quam per confessionem sacramentalem, sciverint legata pia non solvisse infra annum & mensem, juxta statutum & formam per nos superius ordinatam, vel excommunicationis sententiam incurrisse, ut saltem . . . . rubore verecundiæ temporalis, ad satisfaciendum & petendum absolutionis beneficium inducantur.

XIX. *Contra illum qui non vult exire de ecclesia.*

Item, ad hoc autem si excommunicatus publice

(1) Hic definit codex illustrissimi Marchionis Daubais.

blice majori excommunicatione in ecclesia interest, dum divinum officium celebratur publice, moneatur per celebrantem quod exeat; & si exire noluerit, officium dimittatur, nisi sacerdos canonem inceperit; quia tunc perficere debet canonem jam inceptum: sed omnes alii qui tunc in ecclesia fuerint, debent exire de ecclesia, præter ipsum presbyterum celebrantem, & unum aut duos clericos, qui pro serviendo eidem presbytero possunt & debent in ecclesia remanere. Completo autem canone, & sumpto Corpore & Sanguine JESU-CHRISTI, excommunicato præsente, non est amplius in missa procedendum: & si ecclesia in loco jurisdictionem habet temporalem, potest ipsum violenter compellere, ut exeat: si vero non habet jurisdictionem temporalem, & excommunicatus noluerit exire de ecclesia, potest ecclesia requirere dominum temporalem quod ipsum compellat. Et hæc servanda sunt in illo qui nominatim & publice est excommunicatus. Verum si occultum est, illum esse excommunicatum majori excommunicatione, qui intrat ecclesiam, & est ibi aliquis qui secrete sciat esse eum excommunicatum, moneatur ab eo secrete, ut exeat de ecclesia; & si monitus exire noluerit, exeat caute de ecclesia ille qui scit eum secrete excommunicatum: ita quod alii qui eum excommunicatum ignorant, non possint hoc cognoscere; quia cum occulte sciat eum excommunicatum esse, in occulto vitandus est ab eo, ut saltem verecundiæ rubore confusus pro labente excessu satisfacere compellatur; sed publice & manifeste talis vitari non debet excommunicatus, ne propter hoc ipsius peccatum excommunicati reveletur. Eodem modo si sacerdos pro certo sciat aliquem excommunicatum majori excommunicatione, non debet eum vitare publice . . . licet idem excommunicatus non sit per ecclesiam publicatus. Sed si per testes vel alio modo non potest probare eum excommunicatum, non debet eum vitare sacerdos publice, videlicet quod ipse solus vidit, vel eum uno teste tantum, sed ipse in secreto hoc sibi dicere debet, & monere eum in secreto; ita quod minime cognoscatur, sicut supra est dictum.

XX. *Qualiter vitari debet excommunicatus.*

Item, si dicatur alicui sacerdoti in ecclesia vel extra, quod aliquis parochianus suus sit excommunicatus, quia percussit clericum, vel alia de causa, & plures asserunt; non tamen sacerdos debet evitare excommunicatum in ecclesia vel extra, nisi coram eo & coram testibus hoc confessus fuerit, vel nisi publica fama fuerit ipsum esse excommunicatum, vel ipse sacerdos hoc viderit, & probare possit, vel nisi aliquis judex ecclesiasticus hoc sibi mandaverit, quod eum tamquam excommunicatum faciat evitare; quamvis enim aliqui vellent coram sacerdote probare talem excommunicatum esse, non debet sua propria auctoritate testes super hoc recipere, cum ad id non habeat potestatem (1). Et ut sciatur pœna excommunicatorum & interdictorum & illorum, quos vocant excommunicatos vel interdictos, dum missarum solemnia celebrantur, legitur decretali domini Clementis P. V. ut sequitur.

XXI. *Decretalis Clementis de pœna excommunicatorum.*

Gravis ad nos prælatorum querela perduxit, quod nobiles & domini temporales, terris eorum ecclesiastico suppositis interdicto, nedum in suorum locorum capellis, sed etiam in collegiatis & aliis insignium locorum ecclesiis, missas & alia divina officia publice & solemniter faciunt celebrare; & ad officia eadem celebranda nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum, quod deterius est, compellentes: iisque non contenti excessibus, per campanarum non solum pulsationem, sed etiam voce præconis plures interdictos & interdicti non obstante sententia, ad audiendas hujusmodi missas faciunt evocari: nonnulli quoque ipsorum suis plerumque subjectis, ne licet excommunicationis sententia vel interdicti publice sint notati, de ecclesiis dum missarum celebrantur solemnia, instantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur. Ex quo frequenter contingit, quod non sine Dei offensis, clerique ac populi scandalo ipsarum missarum solemnia remaneant inexpleta. Ne igitur excessus graves excidentium in gravitate trahatur ab aliis in exemplum: præsumptores præfatos qui in locis interdicto suppositis quemquam de cetero divina celebrare officia quomodolibet cogere; aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententia evocare, seu qui ne excommunicati publice, aut interdicti de ecclesiis, dum in ipsis aguntur missarum solemnia, a celebrantibus moniti exeant, prohibere, nec non excommunicatos publice & interdictos, qui in ecclesiis nominatim a celebrantibus moniti ut exeant, remanere præsumpserint; sententia excommunicationis, a qua non nisi per sedem apostolicam dumtaxat possint absolvi, sacro approbante concilio, innodamus.

CON-

(1) Quæ sequuntur explicationis gratia ab aliquo haud dubio sunt addita. Nam quæ sequitur Clementis V. papæ decretalis in concilio Viennensi 1311. celebrato edita est: quo tempore Ægidius (sub hoc habitum fuit concilium) jam Narbonæ non erat archiepiscopus, anno 1310. translatus ad sedem Rotomagensem.



ANNO CHRISTI 1311.

CONCILIUM

ANNO CHRISTI 1312.

VIENNENSE GENERALE
A CLEMENTE PAPA V.
CELEBRATUM.

HISTORIA EJUSDEM CONCILII.



N Hierosolymitana urbe erat religiosorum militum ordo * iostitutus, qui, cum juxta templum Domini cohabitarent, templarii dicti sunt. Horum munus & officium fuit tueri fines ac vias Hierosolymitanæ ditionis ab incursionibus hostium & latrociniis: ut advenæ ac peregrini ad sancta illa loca invisenda tuto possent accedere. Ex hisce militibus multi olim Christi causa & sanguinem profuderunt, & frequenter vitæ discrimen adierunt. Verum deinde a sancto hoc iostituto recedentes, patriarchæ Hierosolymitano, a quo prima beneficia acceperant, obedire renuerunt, ecclesiis decimas & primitias subtraxerunt, atque omnibus redditi sunt infesti. Assisinorum etiam legatum a Templariis contra Jusgen. fuisse occisum scribit Wilielmus * Tyrensis. Præterea ad Clementem V. summum pontificem multi principes viri detulerunt, * eos io hæresim, apostasiam, aliaque nefanda vitia incidisse. Pontifex, an hæc vera essent diligenter investigavit, & quibusdam cardinalibus, ut ipsi quoque investigarent, præcepit: ac tum magistrum ordinis, tum complures alios comperit io ea nefanda vitia esse prolapsos. Cumque Templariorum religio esset toto jam fere Christiano orbe proseminata atque dispersa, Clemens, ut remedium aliquod huic tanto malo posset afferre, concilium generale censuit convocandum. Per idem tempus perversi quidam homines hæreses disseminabant,

* Wilielmus Tyrius de bello sacro lib. 12. cap. 7.

* lib. 20. cap. 32.

* Clemens in epist. convocationis concilii. Blondus lib. 9. dec. 2. Thomas Walsin. hist. Angl. in Eduardo II. & alii.

A * ut Petrus Joannis, qui animam rationalem formam esse humani corporis negabat, gratiam & virtutes in baptismo non infundi asserebat, Christumque adhuc viventem fuisse lancea vulneratum.

In * Alemannia quoque surrexerunt Beguardi, pessimi homines; ac Beguinæ, infideles ac perversæ feminæ, qui primum quidem asseverabant, hominem io hac vita quoque tantum ac talem perfectionis gradum consequi posse, ut penitus impeccabilis reddatur: neque in gratia amplius proficere possit. Secundo, nec jejuna- B re, nec orare quemquam oportere, ubi fuerit gradum perfectionis hujusmodi consecutus. Tertio, eos qui sunt io hoc perfectionis gradu & spiritu libertatis, non esse humanæ subjectos obedientiæ, neque ulla præcepta ecclesiæ servare debere. Quarto, posse hominem ita finalem beatitudinem, juxta omnem perfectionis gradum in hac vita adipisci, ut eam in vita beata obtinebit. Quinto, quamlibet intellectualem naturam in se ipsa naturaliter esse beatam, neque animam indigere lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Sexto, se in actibus exercere virtutum, esse C hominis imperfecti, quia anima perfecti dimittit a se virtutes. Septimo, mulieris osculum (cum ad hoc non inclinet natura) esse mortale peccatum: actum autem carnalem (cum ad hoc inclinet natura) non esse peccatum, maxime cum tentatur exercens. Octavo in elevatione corporis Jesu Christi, ab hujusmodi perfecto homine assurgendum non esse, aut ei reverentiam exhibendam: asserebant enim fore imper-

* Guido Carmelita in summa de hæreticis in hæres. Petri Joannis.

* Eymer, in direct. 2. par. q. 9. & 15. S. Antoninus 3. part. hist. tit. 21. c. 3.

ANNO CHRISTI 1311.

imperfectionem eidem, si a puritate & altitudine suæ contemplationis tantum descenderet, ut de sacramento eucharistiæ, aut de passione humanitatis Christi quidquam cogitaret. Ad has igitur nefarias hæreses damnandas, * & propter Templariorum causam, ac recuperationem terræ sanctæ, ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum stabilitatem ac libertatem, atque ad depravatos mores hominum corrigendos, Clemens generale concilium Viennæ in Gallia biennio ante indixit, ut ad synodum accederent. Convocavit igitur archiepiscopos & episcopos. Per litteras etiam regibus significavit, ut oratores ad synodum destinarent. Sed cum ad constitutam diem concilium haberi non potuisset, illud in aliud biennium prorogavit. B Anno igitur septimo Clementis, qui fuit annus Domini 1311. Clemens summus pontifex cum cardinalibus, ac amplius trecentis * episcopis, atque aliis prælatis, ad concilium Viennæ convenit. Ibi Petri Joannis, Beguardorum, ac Beguinarum hæreses condemnavit: * Templariorum ordinem extinxit: * eorumque bona hospitalariis militibus attribuit. De terræ sanctæ vero recuperatione eadem fere decrevit, quæ priores pontifices in generalibus conciliis antea constituerant. Multas edidit constitutiones ecclesiasticæ disciplinæ perutiles: quas una cum aliis, tum ante, tum post concilium editis, in unum volumen contulit: quod volumen cum morte præventus promulgare non potuisset, C Joannes XXII. qui illi in pontificatu successit, postea in lucem edidit: eamque collectionem Clementinas appellavit. Verumtamen cum hujusmodi concilii propria decreta a Clementinis separata non reperiantur: visum non est ab aliis Clementis constitutionibus illa esse sejungenda, aut in hanc conciliorum editionem conjicienda, cum præsertim, & ipse Clemens, & Joannes * ejus successor, in unum volumen, quod est in manibus, jam tum retulerint. Peracto demum concilio aliqua concessit pontifex episcopis, qui ad illud convenerant, privilegia.

* Clemens in epistola convocationis concilii.

* Joannes Vill. lib. 9. c. 22. & S. Antoninus loco cit.

* Clement. L. de sum. Trinit. & fid. cath. & Clemen. ad nostrum de hæret.

* Mordus & Walsing. loco cit.

* In proœmio Clemen.

EPISTOLÆ CLEMENTIS PAPÆ V.

Carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri.

REgnans in cælis triumphans ecclesia, cujus pastor est Pater æternus, cui sanctorum ministrant agmina, & laudis gloriam angelorum chori decantant, in terris ad sui similitudinem & repræsentationem constituit ecclesiam militantem, unigenito Filio Dei vivi Domino Jesu Christo ineffabili commercio copulatam, in qua idem unigenitus Dei Filius a Patre congrediens per illustrationem Paracleti, procedentis pariter ab utroque, statuit fidei fundamentum. Sana Romana ecclesia, mater alma fidelium, caput est, disponente Domino, ecclesiarum aliarum omnium, & magistra: a qua, veluti a primitivo fonte, ad singulas alias ejusdem fidei rivuli derivantur, ad cujus regimen voluit Christi clementia Romanum pontificem vice sui deputare ministrum, ut instructionem & doctrinam ipsius eloquio veritatis evangelicæ traditam cuncti renati fonte baptismatis teneant & conservent: ut qui sub hac doctrina cursum vitæ recte peregerint, salvi fiant; qui vero ab ea deviaverint, condemnentur. Ipsa nempe Ro- A mana mater ecclesia juxta exigentiam possibilitatis ipsius, ad cunctas orbis provincias, in quibus Divini nominis cultus viget, fideique catholicæ observantia rutilat, intuitum sedulæ considerationis extendens, ac subjiciens ab olim suæ considerationis examini diuturnæ calamitatis angustias illius specialis hereditatis Dominicæ, videlicet terræ sanctæ ab infidelibus miserabiliter conculcatæ, in qua idem Patris æterni Filius nostræ carnis indumento contectus, salutem humani generis pietate ineffabili extitit operatus, quamque sua ipse voluit corporali insignire præsentia, & proprii aspersione sanguinis consecrare, multa sollicitudine studuit eidem terræ retroactis temporibus, quibus potuit remediis, ut B eriperet ab ipsis impiis, subvenire. Et quia inter cæteros quos professio Christianæ religionis includit, milites & fratres domus militiæ templi Hierosolymitani, sicut est toti orbi notorium, tanquam speciales ejusdem fidei pugiles, & jam dictæ terræ præcipui defensores, ipsius terræ negotium principaliter gerere videbantur: ipsos, & eorum ordinem, præfata ecclesia specialis favoris plenitudine prosequens, eos adversus Christi hostes crucis armavit signaculo, multis exaltavit honoribus, ditavit facultatibus, ac diversis libertatibus & privilegiis communivit. Ii nimirum cum crederentur in Domini servitio sub regulari habitu fideliter militare, sibi quasi cunctorum manus fidelium, cum mul- C tiplici erogatione bonorum, sentiebant multifarie multisque modis propterea adjutrices. Sed, proh dolor, nova & calamitosa vox de malignitatis fratrum ipsorum enormitate progrediens, nostrum replevit, immo verius perturbavit auditum. Hæc enim vox nuntia lamentationis & gemitus, audientibus horrorem ingerit, commovet animos, mentes turbat, & cunctis fidei Christianæ cultoribus novæ & ineffabilis amaritudinis calicem subministrat: & dum facti seriem, ejus necessitate poscente, depromimus, noster attenuatur præ angustia spiritus, & valetudinis fatigata confractibus, membra singula præ nimio dolore tabescunt. Dudum siquidem circa nostræ promotionis ad apicem summi pon- D tificatus initium, etiam antequam Lugdunum, ubi recepimus nostræ coronationis insignia, veniremus, & post, tam ibi quam alibi, secreta quorumdam nobis insinuatio intimavit, quod magister, præceptores, & alii fratres dictæ militiæ Templi, & etiam ipse ordo, qui ad defensionem patrimonii ipsius Domini nostri Jesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum Dominum in scelus apostasiæ nefandum, detestabile idololatriæ vitium, execrabile facinus Sodomorum, & hæreses varias erant lapsi. Sed quia non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere, ac personas suas mortis pe- E riculis frequenter exponere credebantur, quique multa & magna tam in Divinis officiis, quam in jejuniis, & aliis observantiis, devotionis signa frequentius prætendebant, suæ sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent: hujusmodi insinuationi ac delationi ipsorum, ejusdem Domini nostri exemplis & canonicæ scripturæ doctrinis edocti, aurem noluimus inclinare. Deinde vero tu, cui eadem fuerant facinora nunciata, non typo avaritiæ, cum de bonis Templariorum nihil tibi vindicare vel appropriare intendas, immo ea nobis & ecclesiæ per deputandos super hoc a nobis administranda,

ANNO CHRISTI 1311.

gubernanda, conservanda & custodienda liberaliter & devote in regno tuo dimisisti, manum tuam exinde totaliter amovendo, sed fidei orthodoxæ fervore, tuorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus, de præmissis, quantum licite potuisti, te informans, ad instruendum & informandum nos super iis, multas & magnas nobis informatinoes per tuos nuncios & litteras destinasti. Infamia vero contra Templarios ipsos increbrescente validius, super sceleribus ante dictis: & quia etiam quidam miles ejusdem ordinis magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto juratus deposuit, quod in receptione fratrum præfati ordinis, hæc consuetudo, vel verius corruptela, servatur, quod ad recipientis vel ab eo deputati suggestionem, qui recipitur, Christum Jesum negat, & super crucem sibi ostensam spuit in vituperium Crucifixi; & quædam alia faciunt recipiens & receptus, quæ non sunt licita, nec humanæ conveniunt honestati, prout ipse tunc confessus extitit coram nobis: urgente nos ad id officii nostri debito, vitare nequivimus, quin tot & tantis clamoribus accommodaremus auditum. Sed cum demum fama publica deferente, ac clamosa insinuatione tui, necnon & ducum, comitum, & baronum, ac aliorum nobilium, cleri quoque ac populi dicti regni tui, ad nostram propter hoc tam per se, quam per procuratores & syndicos, præsentiam venientium, quod dolenter referimus, ad nostram audientiam pervenisset, quod magister, præceptores, & alii fratres dicti ordinis, & ipse ordo, præfatis & pluribus aliis erant criminibus irretiti; & præmissa, per multas confessiones, attestationes, & depositiones præfati magistri, & plurium præceptorum, & fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis, & hæreticæ pravitatis inquisitore in regno Franciæ factas, habitas & receptas, & in publicam scripturam redactas, nobisque, & fratribus nostris ostensas, probari quodammodo viderentur, ac nihilo minus fama & clamores prædicti intantum invaluissent, & etiam ascendissent, tam contra ipsum ordinem, quam contra personas singulares ejusdem, quod sine gravi scandalo præteriri non poterat, nec absque eminenti periculo tolerari: Nos illius, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus, vestigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione prævia duximus procedendum, multosque de præceptoribus, presbyteris, militibus, & aliis fratribus dicti ordinis reputationis non modicæ, in nostra præsentia constitutos, præstito ab eis juramento, quod super præmissis meram & plenam nobis dicerent veritatem, super prædictis interrogavimus, & examinavimus usque ad numerum septuagintaduorum, multis ex fratribus nostris nobis assistentibus diligenter: eorumque confessiones per publicas manus in authenticam scripturam redactas, illico in nostra & dictorum fratrum nostrorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio in consistorio legi fecimus coram ipsis, & illas in suo vulgari cuilibet eorum exponi. Qui perseverantes in illis, eas expresse & sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Post quæ cum magistro & præcipuis præceptoribus præfati ordinis intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum magistrum, & Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, ac Pictaviæ præceptores majores, nobis tunc Pictavis existentibus mandavimus præsentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquo modo adduci: nos cum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem, & an vera essent quæ continebantur in eorum confessionibus & depositionibus, quas coram inquisitore pravitatis hæreticæ in regno tuo præfato, præsentibus quibusdam notariis publicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur fecisse, nobis & fratribus nostris per ipsum inquisitorem sub manibus publicis exhibitis, & ostensis: dilectis filiis nostris Berengario tituli sanctorum Nerei & Achillei, & Stephano tituli S. Cyriaci in Thermis, presbyteris, ac Landulfo S. Angeli diacono, cardinalibus, de quorum prudentia, experientia, & fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus & mandavimus, ut ipsi cum præfatis magistro & præceptoribus inquirerent, tam contra ipsos & alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam contra ipsum ordinem, super præmissis cum diligentia veritatem, & quidquid super his invenirent, nobis referre, ac eorum confessiones & depositiones per manum publicam in scriptis redactas nostro apostolatui deferre ac præsentare curarent; eisdem magistro & præceptoribus absolutionis beneficium a sententia excommunicationis, quam pro præmissis, si vera essent, incurrerant, si absolutionem humiliter ac devote peterent, ut deberent, juxta formam ecclesiæ impensuri. Qui cardinales ad ipsos magistrum & præceptores personaliter accedentes, eis sui adventus causam exposuerunt. Et quoniam tam personæ, quam res ipsorum, & aliorum Templariorum in dicto regno tuo consistentium, in manibus nostris erant: quod libere absque metu cujusquam plene ac pure super præmissis omnibus ipsis cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate apostolica injunxerunt. Qui magister & præceptores Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitaniæ, ac Pictaviæ, coram ipsis tribus cardinalibus præsentibus, quatuor tabellionibus publicis, & multis aliis bonis viris, ad sancta Dei evangelia ab eis corporaliter tacta præstito juramento, quod super præmissis omnibus meram & plenam dicerent veritatem, coram ipsis singulariter libere ac sponte absque coactione qualibet, & timore deposuerunt, & confessi fuerunt inter cætera Christi abnegationem & spuitionem super crucem, cum in ordine Templi recepti fuerunt; & quidam ex eis, se sub eadem forma, scilicet cum abnegatione Christi & spuitione super crucem, fratres multos recepisse. Sunt etiam quidam ex eis quædam alia horribilia & inhonesta confessi, quæ ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus. Dixerunt præterea, & confessi fuerunt, esse vera quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dudum fecerant coram inquisitore hæreticæ pravitatis: quæ confessiones & depositiones dictorum magistri & præceptorum, in scripturam publicam per quatuor publicos tabelliones redactæ, in ipsorum magistri & præceptorum, & quorumdam aliorum bonorum virorum præsentia, ac deinde interposito aliquorum dierum spatio coram ipsis, eisdem lectæ fuerunt de mandato & in præsentia cardinalium prædictorum, & in suo vulgari expositæ cuilibet eorumdem. Qui perseverantes in illis, eas expresse ac sponte, prout recitatæ fuerant, approbarunt. Et post confessiones & depositiones hujusmodi, ab ipsis cardinalibus, ab excommunica-

nicatione, quam pro præmissis incurrerant, absolutionem flexis genibus, manibusque complicatis humiliter & devote, ac cum lacrymarum effusione non modica, petierunt: ipsi vero cardinales, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro & præceptoribus hæresi abjurata, expresse ipsis secundum formam ecclesiæ auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt, ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, confessiones & depositiones prælibatorum magistri, & præceptorum in scripturam publicam per manus publicas, ut est dictum, redactas nobis præsentaverunt, & quæ cum dictis magistro & præceptoribus fecerant, retulerunt: ex quibus confessionibus, & depositionibus, ac relatione, invenimus sæpe fatos magistrum & fratres, in præmissis & circa præmissa, licet quosdam ex eis in pluribus & alios in paucioribus, graviter deliquisse. Attendentes autem, quod scelera tam horrenda transire incorrecta absque Dei omnipotentis & omnium catholicorum injuria non poterant nec debebant, decrevimus de fratrum nostrorum consilio per ordinarios locorum, ac per alios fideles & sapientes viros ad hoc deputandos a nobis, contra personas singulares ipsius ordinis, necnon contra dictum ordinem, per certas directas personas, quas ad hoc duximus deputandas, super præmissis criminibus & excessibus inquirendum. Iis nempe, quæ magis flere cogimur quam narrare, cor nostrum passione nimia cruciatur: & cum tanta proinde nobis immineat gemendi materia, fletum non possumus declinare. Quisnam catholicus hæc audiens, nimis non doleat, & prorumpat in luctum? quis fidelis hujusmodi sinistrum eventum intelligens, amara non emittat suspiria, verbaque lamentationis & mœstitudinis non eructet, cum tota Christianitas hujusmodi doloris sit particeps, & hic casus fideles percutiat universos? Ex his etiam, dum ministerio debitæ considerationis nostræ mentis præsentantur obtutibus, ignis in nostris meditationibus exardescit, & ad tanta discrimina revelanda suspirat affectus, zelus accenditur, & spiritus anxiatur. Ad quod cum nos sufficere commode non posse sciamus, levamus oculos nostros ad montem, montem quidem Dei, montem uberem, montem pinguem, unde opportunum nobis provenire auxilium, & humiliter petimus, & devote speramus. Et quia salubre in his adhiberi remedium interest generaliter omnium, nos cum eisdem fratribus nostris, aliisque viris prudentibus, exacto ac frequenti tractatu præhabito, prout tantæ necessitatis instantia exigebat, de ipsorum fratrum consilio universale concilium, sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis, longævæ observationis exemplo nos instruit, a proximis Kalendis octobris ad duos annos immediate sequentes, decrevimus congregandum: ut in eo, tam circa dictum ordinem, & personas singulares, & bona ejusdem, & alia quæ statum tangunt fidei catholicæ, quam circa recuperationem & subsidium terræ sanctæ, ac reparationem, ordinationem, & stabilitatem ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum, & libertatum eorum, illa, Deo auspice, communi consilio inveniatur provisio, & ejusdem approbatione concilii roboretur, per cujus salutiferam executionem virtus Altissimi, eliminatis erroribus, roborata fide, ad tramitem veritatis, reductis errantibus, redintegrata ejusdem fidei unitate, extirpatis vitiis, virtutibusque plantatis, corre-

A ctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solida stabilitate munita, recuperatis deperditis, & ejusdem terræ statu prospero reparato, occupata restituat, vastata restauret, & restaurata conservet, nobisque viam aperiat idem ipse qui novit, & facultatem tribuat ipse qui potest: ut sic in præmissis juxta intensum animi nostri desiderium sibi ministrare possimus salubriter, quod idem verus ejusdem universalis sponsus ecclesiæ ipsam dilectam suam purgatam maculis, munitam virtute, ac monilibus ornatam, unam semper habeat & formosam, ad sui nominis laudem & gloriam, ad animarum profectum, robur fidei, pacem & exaltationem populi Christiani. Quia vero pro-
B secutio tanti propositi, tempore indiget, ut deductum maturius, facilius auctore Domino effectum debitum sortiatur: prædictum tempus ad id duximus deputandum. Unde venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, præpositis, archidiaconis, archipresbyteris, & aliis ecclesiarum prælatis, exemptis & non exemptis, eorumque capitulis, & conventibus, per alias nostras litteras præcipiendo mandamus, ut iidem archiepiscopi, necnon & cæteri episcopi per ipsorum archiepiscoporum provincias constituti, in eisdem litteris nominati, reliquis ipsorum episcoporum in dictis provinciis remanentibus ad ea quæ pontificale officium exigunt,
C tam in suis, quam illarum dictarum provinciarum, qui ad hujusmodi concilium universale accesserint, civitatibus & diœcesibus exercenda, omni negligentia relegata, cunctis, prout talis & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis, sic medio tempore se accingant ad iter, quod in hujusmodi decreto termino, quem eis & aliis peremptorie assignamus, in Viennensi civitate iidem archiepiscopi & episcopi taliter nominati personaliter, alii vero remanentes episcopi, electi, abbates, priores, decani, præpositi, archidiaconi, presbyteri, & prælati, capitula, & conventus, per eosdem archiepiscopos & episcopos ad prædictum concilium accessuros (quibus, ad omnia quæ in eodem concilio sta-
D tuentur, fient, & ordinabuntur, & fuerint opportuna, concedant plenariam potestatem, de qua sufficienter constet per publica documenta) nostro se conspectui repræsentent. Quod si forsan ipsis archiepiscopis & episcopis accessuris hujusmodi noluerint concedere potestatem, eo casu venire, vel alios procuratores idoneos cum potestate simili ad idem teneantur concilium destinare. Non obstantibus quibuslibet privilegiis, seu indulgentiis, quibuscumque personis, ordini, dignitati, seu collegio, sub quacumque verborum forma, vel expressione a prædicta sede concessis: per quæ possit effectus hujusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Mandavimus insuper,
E ut iidem archiepiscopi & prælati, per se vel alios viros prudentes, Deum timentes, & habentes præ oculis omnia, quæ correctionis, & reformationis limam exposcunt, inquirentes subtiliter, & conscribentes fideliter, eadem ad ipsius concilii notitiam deferant. Et nos nihilominus variis modis & viis solers studium & efficacem operam dare proponimus, ut omnia talia in examen hujusmodi deducta concilii, correctionem & directionem recipiant opportunam. Hoc etiam in eisdem nostris litteris adjecto, ut nullus inobedientiæ notam, & canonicæ ultionis acrimoniam vitare desiderans,

ANNO CHRISTI 1312.

fallacium excusationum velamento sa muniat, vel ex impedimentis itinerum, quæ, Domino prava in directa, & in vias planas aspera, sua omnipotentia convertente, cessabunt, frivolæ allegationis munimenta confingat, ut a tam sancti prosecutione operis se subducat: sed occurrant singuli voluntarii ad id quod & Divinæ congruit voluntati, & salutem animarum, ac utilitatem respicit singulorum. Cæterum, quia multipliciter expedit, ut tam celebre concilium tua & aliorum catholicorum principum decoretur præsentia, ut salubri consilio & auxilio fulciatur: serenitatem regiam rogamus, & hortamur attentius, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quod præscriptis loco & termino, in eodem concilio, captata interim ad hoc opportunitate, studeas personaliter interesse; meditatione provida prudenter attendens, quod in hoc non solum labor, quem ad tam sancti & utilis negotii promotionem assumes, tibi cedet ad meritum, verum etiam aliorum qui ad veniendum ad idem concilium, efficacius tuo inducentur exemplo. Et nihilo minus vota tua nobis poteris familiarius aperire, quæ in omni benevolentia libenter ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo ac ecclesiæ honore poterimus, admittemus.

Anno Christi 1308. Clementis III. a coronatione facta die 14. Novemb. anno 1305. H.

Datum Pictavis secundo Idus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

In eodem modo, ut supra proximo, per totum scribitur Eduardo regi Angliæ illustri.

In eodem modo Carolo regi Siciliæ illustri.

In eodem modo Carolo regi Hungariæ illustri.

In eodem modo Jacobo regi Aragonum illustri.

In eodem modo Ferdinando regi Castellæ & Legionis illustri.

In eodem modo Jacobo regi Majoricarum illustri.

In eodem modo Ludovico regi Navarræ illustri.

In eodem modo Dionysio regi Portugalliæ illustri.

In eodem modo regi Bohemiæ illustri.

In eodem modo Henrico regi Cypri illustri.

In eodem modo regi Daciæ illustri.

In eodem modo regi Norvegiæ illustri.

In eodem modo Friderico regi Trinacriæ illustri.

In eodem modo regi Swetiæ illustri.

In eodem modo carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri: Regnans, &c. *ut in forma*, *usque*, A proximis Kalendis Octobris, usque ad unum annum immediate sequentem decrevimus congregandum, &c. *usque*,

Ann. Christi 1309.

Datum Avenioni quinto Kalendas Augusti, anno quarto.

In eodem modo, venerabilibus fratribus archiepiscopo Turonensi, & episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, præpositis, archipresbyteris, archidiaconis, & aliis ecclesiarum prælatis, exemptis & non exemptis, & eorum capitulis & conventibus per Turonensem provinciam constitutis, salutem, &c. Regnans in cælis, &c. ut in forma proxime superiori, mutatis mutandis, usque, Ad id duximus deputandum. Quocirca universitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, Redonensis & Andegavensis & Nannetensis episcopi, reliquis vestrum episcoporum in vestra provincia remanentibus, ad ea quæ pontificale officium exigunt, tam in vestris, quam illorum dictæ provinciæ, qui ad hujusmodi concilium universale accesserint, civitatibus & diœcesibus, exercenda, omni negligentia relegata, cunctis, prout talis & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis, sic vos medio tempore accingatis ad iter, quod in hujusmodi decreto termino, quem vobis & aliis peremptorie assignamus, in Viennensi civitate, nostro vos, archiepiscopi & episcopi superius nominati personaliter, vos vero alii remanentes episcopi, electi, abbates, priores, decani, præpositi, archidiaconi, & prælati, capitula, & conventus per eosdem archiepiscopum & episcopos ad prædictum concilium accessuros, quibus ad ea quæ in eodem concilio statuentur, fient, & ordinabuntur, & fuerint opportuna, concedatis plenariam potestatem, de qua sufficienter constet per publica documenta, conspectui præsentetis. Quod si forsan ipsis archiepiscopo & episcopis accessuris hujusmodi nolueritis concedere potestatem, eo casu venire, vel alios procuratores idoneos cum potestate simili ad idem concilium teneamini destinare: non obstantibus quibuslibet privilegiis seu indulgentiis, quibuscumque personis, ordini, dignitati, seu collegio, sub quacumque verborum forma vel expressione a prædicta sede concessis, per quæ possit effectus hujusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Interim quoque per vos, & alios viros prudentes, Deum timentes, & habentes præ oculis omnia quæ correctionis & reformationis limam exposcunt, inquirentes salubriter, & conscribentes fideliter, eadem ad ipsius concilii notitiam deferatis. Et nos nihilo minus variis modis & viis solers studium & efficacem operam dare proponimus, ut omnia talia in examen hujusmodi deducta concilii, correctionem & directionem recipiant opportunam. Nullus, inobedientiæ notam & canonicæ ultionis acrimoniam vitare desiderans, fallacium excusationum velamento se muniat, vel ex impedimentis itinerum, quæ, Domino prava in directa, & in vias planas aspera, sua omnipotentia convertente, cessabunt, frivolæ allegationis munimenta confingat, ut a tam sancti prosecutione operis se subducat: sed occurrant singuli voluntarii ad id quod & Divinæ congruit voluntati, & salutem animarum, & utilitatem respicit singulorum.

Datum Pictavis secundo Idus Augusti, anno tertio.

Ann. Christi 1308.

In eodem modo venerabilibus fratribus archiepiscopo Bituricensi ac episcopis, & dilectis filiis electis, abbatibus, *&c. ut supra proxime usque ad*, Per Bituricensem provinciam constitutis. Regnans in cælis, *&c. ut supra*, *usque ad*, Mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Mimatensis, Lemovicensis ac Aniciensis episcopi, reliquis vestrum episcoporum in vestra provincia, *&c.* Datum, ut supra, *& sic scribitur singulis archiepiscopis inferius nominatis in sua provincia*.

In eodem modo archiepiscopo Rotomagensi ac episcopis, *&c.* mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Bajocensis & Constantiensis episcopi, reliquis vestrum, *&c.*

In eodem modo archiepiscopo Auxitano & episcopis, *&c. usque ad* mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, Vasatensis, Aquensis & Convenarum episcopi, reliquis, *&c.*

In eo-

ANNO CHRISTI 1311.

In eodem modo archiepiscopo Narbonensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Tolosane, Magalonensis & Biterrensis episcopi, reliquis, &c.

In eodem modo archiepiscopo Lugdunensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Lingonensis & Eduensis episcopi, reliquis, &c.

In eodem modo archiepiscopo Remensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Suessionensis, Catalaunensis & Belvacensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Senonensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Aurelianensis, Antisiodorensis & Parisiensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Burdigalensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Aginnensis, Pictavensis & Santonensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Upsalensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Stravinensis & Auguriensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Moguntino & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Pragensis, Moraviensis, Constantiensis & Argentinensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Panormitano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Mazarensis & Agrigentine episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Eboracensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Carleolensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Nidrosiensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, Asloensis & Bergensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Pisano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Messan. * episcope, &c.

* Cor. Massensis.

In eodem modo archiepiscopo Tarantasiensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Sedunensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Ragusino & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Dribumen. * ac Bosnensis episcopi, &c.

* f. Tribuliensis.

In eodem modo archiepiscopo Guesnensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Caminensis ac Lubicensis * episcopi, &c.

* f. Lausocensis.

In eodem modo archiepiscopo Strigoniensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Quinqueecclesiensis & Agriensis episcopi.

In eodem modo archiepiscopo Antibarensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, Poiacensis & Suacinensis, episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Hispalensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Carthaginiensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Barensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Melphitensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Toletano & episcopis, &c. maodamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Palentine, & Burgensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Bisuntino & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Basiliensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Ravennatensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, & Parmensis, Faventine & Mutinensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Neapolitano & episcopis, &c. maodamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, ac Aversanæ episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Tarraconensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Valentine, Cæsaraugustane & Gerundensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Jadrensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, Signensis & Veglensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Januensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Robiensis, & Aprumacensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Saltzburgensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Pataviensis, Ratisponensis & Bambergensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Colossensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Zagabriensis & Ultrasilvanensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Arelatensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Massiliensis, Avenionensis & Tricastrine episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Bremensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratrea archiepiscope, & Lubicensis & Barduicensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Capuano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Vanafrane episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Mediolanensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Bergamensis, Brixiensis, Cremonensis & Placentine episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Ebredunensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Niciensis & Granensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Lundunensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Ottoniensis & Rostrildensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Magdeburgensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Brandeburgensia & Havelburgensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Dublinensi & episcopis, &c. mandamos, quatenus vos fratres archiepiscope, & Fernensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Coloniensi & episcopis, &c. mandamos, quatenus vos fratres archiepiscope, & Leodiensis & Trajectensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Corinthiensi & episcopis, &c. mandamos, quatenus vos fratrea archiepiscope, & Argonensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Castellensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Leomensis, Insulane & Cluacensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Turritanensi ac episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Bosan. episcope: &c.

In eodem modo archiepiscopo Tuamensi & episco-

ANNO CHRISTI 1311.

episcopis, &c. *usque ad*, Mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Elfinensis & Achadensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Arborensi, & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac sanctæ Justæ & Civitatensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Spalatensi, & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Traguriensis & Arbensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Patracensi, & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Motonensis & Coronensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Cantuariensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Londinensis, Vintoniensis, Sarisberiensis, Vigornensis & Lincolniensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Armachano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Connensis & Dunensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Compostellano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Salamantinensis, Ulixbonensis & Legionensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Aquensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Forojuliensis & Sistaricensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Treverensi & episcopis &c. mandamus, quatenos vos fratres archiepiscope, & Metensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Bracarensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Portugallensis, Conimbricensis & Tudensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Calaritano & episcopis, &c. mandamus, quateous vos fratres archiepiscope, & Doliensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Viennensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Gebennensis & Vivariensis episcopi, &c.

In eodem modo archiepiscopo Atheniensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Nigropontensis & Reonensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Beneventano & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Avellinensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Nicosiensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, & Paphensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Messanensi, & episcopis, &c. mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, ac Pactensis episcope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Cosano & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, vobis episcopis in vestra provincia remanentibus, ad ea quæ pontificale officium, *&c. ut supra usque*, In Viennensi civitate nostro te, archiepiscope, personaliter, vos vero alii remanentes, *&c. mutatis mutandis usque in finem*.

In eodem modo archiepiscopo Tranensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, vobis episcopis, *&c. ut supra*.

In eodem modo archiepiscopo Sipontino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Rigensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Tarentino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Hydruntino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Montisregalis & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Salernitano & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Cosentino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Brundusino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Thebano & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Surrentino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Rassanensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Regiensi & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Amalfitano & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo sanctæ Severinæ & episcopis, &c. mandamus, quatenus te, frater archiepiscope, &c.

In eodem modo archiepiscopo Acheruntino & episcopis, &c. mandamus, quatenus te frater archiepiscope, &c.

In eodem modo patriarchæ Constantinopolitano & episcopis, ac dilectis filiis electis, &c. *ut supra*, *usque*, Per Constantinopolitanam & Cretensem provincias constitutis, mandamus, quatenus vos fratres patriarcha cum duobus suffraganeis patriarchatus tui Constantinopolitani, quos ad hoc duxeris eligendos, & episcope Arianensis suffraganee ecclesiæ Cretensis, quæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, per sedem apostolicam, *usque*, Ad ipsius sedis beneplacitum est unita, reliquis vestrum, &c. *ut supra*. Datum, ut supra.

In eodem modo patriarchæ Aquilejensi & episcopis, &c. per Aquilejensem provinciam constitutis, mandamus, quatenus vos fratres patriarcha, Comanæ, Vincentine, Paduane, Polane, & Tarvisine episcopi, reliquis, &c.

In eodem modo patriarchæ Gradensi & episcopis, &c. per Gradensem provinciam, &c. mandamus, quatenus vos fratres patriarcha, & Castellane episcope, &c.

In eodem modo patriarchæ Hierosolymitano, & episcopis, &c. per Hierosolymitanam provinciam, &c. maodamus, quatenus te frater patriarcha, cum duobus ex suffraganeis tuis, quos ad hoc duxeris eligendos, reliquis, &c.

In eodem modo venerabilibus fratribus Fundano, & Sorano, ac aliis episcopis, & dilectis filiis electis, &c. *ut supra*, per Campaniam & Maritimam constitutis, maodamus, quatenus vos fratres Fundane & Soranensis episcopi,

ANNO CHRISTI 1310.

pi, reliquis vestrum in Campaniæ & Maritimæ partibus remanentibus, &c. *ut supra in forma*.

In eodem modo Sutrino & Balneoregiensi & aliis episcopis & dilectis filiis, &c. per patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis, mandamus, quatenus vos fratres Sutrine & Balneoregiensis episcopi, reliquis vestrum episcoporum in patrimonio beati Petri remanentibus, &c.

In eodem modo Perusino & Spoletano, ac universis aliis episcopis & dilectis filiis, &c. per ducatum Spoletanum constitutis, &c. mandamus, quatenus vos fratres Perusine & Spoletane episcopi, reliquis vestrum episcoporum in ducatu Spoletano remanentibus, &c.

In eodem modo Æsino, Fanensi & Camerinensi, ac aliis episcopis & dilectis filiis, & per Anconitanam marchiam constitutis, mandamus, quatenus vos Fratres Æsine, Fanensis & Camerinensis episcopi, reliquis vestrum in Anconitana marchia remanentibus, &c.

In eodem modo Florentino & Pistoriensi, ac aliis episcopis, & dilectis filiis, &c. per Tusciam constitutis, &c. mandamus, quatenus vos fratres Florentine & Pistoriensis episcopi, reliquis vestrum in Tuscia remanentibus, &c.

In eodem modo sancti Andreæ, Candidæcasæ, & Glascuensi, ac aliis universis episcopis, ac dilectis filiis, &c. per regnum Scotiæ constitutis, &c. mandamus, quatenus vos fratres sancti Andreæ, Candidæcasæ, & Glascuensis episcopi, reliquis vestrum in dicto regno Scotiæ remanentibus, &c.

In eodem modo Theatino, Valvensi, & Aquilensi, & aliis episcopis, & dilectis filiis, &c. per partes Aprutii constitutis, &c. mandamus, quatenus vos fratres Theatine, Valvensis, & Aquilensis episcopi, reliquis vestrum episcoporum in partibus Aprutii remanentibus, &c.

In eodem modo dilectis filiis Casinensi & sancti Vincentii de Vulturno, ac cæteris abbatibus, prioribus, decanis, præpositis, archidiaconis, archipresbyteris, & aliis monasteriorum & ecclesiarum prælatis, exemptis & non exemptis, & eorum conventibus & capitulis per ipsorum Casinensis & sancti Vincentii monasteriorum terras constitutis, &c. *usque*, Quocirca universitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vos Casinensis & sancti Vincentii de Vulturno monasteriorum abbates omni negligentia, &c. *usque*, In Viennensi civitate nostro vos abbates superius nominati personaliter, vos vero alii remanentes abbates, priores, decani, &c. Quod si forte ipsis abbatibus accessuris, &c. *mutatis mutandis*, *ut supra*.

In eodem modo venerabili fratri Isnano archiepiscopo Thebano vicario nostro in Urbe, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, &c. *usque*, Ipsam urbem, & ejus districtum constitutis, mandamus, quatenus vos vicarie, & sancti Pauli ac Laurentii extra muros Urbis monasteriorum abbates, omni negligentia relegata, &c. *ut supra usque*, Vicarie, & abbates superius nominati personaliter, vos vero alii remanentes abbates, &c. ut supra per totum.

Datum, ut supra, *& eadem data in omnibus superioribus de concilio*.

Datum Pictavis secundo Idus Augusti anno tertio.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Nicosiensi & ejus suffraganeis.

ANNO CHRISTI 1310.

ALma mater ecclesia nonnulla plerumque rationabiliter ordinat, quæ postmodum, prout secundum varietatem temporum, & qualitatem etiam emergentium, agendorum considerata suadet utilitas, in melius consulta deliberatione commutat. Sane licet ecclesiarum prælatos ad universale concilium, quod dudum a proximis tunc Kalendis Octobris ad duos annos immediate sequentes apud civitatem Viennensem de fratrum nostrorum consilio decrevimus congregandum, per nostras sub certa forma litteras duxerimus evocandos: quia tamen negotium inquisitionum, quas per diversas mundi partes contra ordinem militiæ Templi, ajusque singulares personas, fieri mandavimus, completum non est, & quod in brevi compleri valeat non speramus, nec videmus ipsum negotium, & nonnulla alia quæ in eodem sunt tractanda concilio, posse usque ad præfatum statutum terminum taliter præparari, quod ad ipsius examen concilii decenter valeant introduci: eumdem terminum usque ad Kalendas Octobris, prædictum primum terminum jamdudum per easdem nostras litteras assignatum immediate sequentes, ex præmissis & aliis certis justis & legitimis causis, quas præsentibus inseri non oportet, de fratrum eorumdem consilio duximus prorogandum. Hæc itaque vobis tenore præsentium intimantes, universitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus: quatenus juxta modum & formam in prædictis nostris directis vobis litteris declaratos, in hujusmodi prorogato termino & loco prædicto, quem vobis peremptorium assignamus, omni, quam inevitabilis necessitas non inducat, excusatione postposita, nostros vos conspectui præsentetis.

Datum Avenione secundo Nonas Aprilis anno quinto. An. Christi 1310.

In eodem modo, ut supra proximo per totum, venerabilibus fratribus archiepiscopo Lugdunensi & ejus suffraganeis. Datum *ut supra*.

In eodem modo archiepiscopo Magdeburgensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Capuano & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Panormitano & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Corinthiensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Mediolanensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Strigoniensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Colossensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Turritano & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Lundensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Arborensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Upsalensi & ajus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Spalatensi & ejus suffraganeis.

In eodem modo archiepiscopo Coloniensi & ejus suffraganeis.

In

In eodem modo archiepiſcopo Armacano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Cantuarienſi & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Tuamenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Caſſellenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Dublinenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Eboracenſi & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Turonenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Remenſi & ejus ſuffrsganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Senonenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Moguntino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Bremenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Saltzburgenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Tarantaſienſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Raguſino & ejus ſuffragsneis.

In eodem modo archiepiſcopo Burdigalenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Hiſpalenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Biſuntino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Tarraconenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Ravennateoſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Toletano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Narbonenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Barenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Rotomagenſi & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Antibarenſi & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Piſano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Jadrenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Januenſi & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Bituricenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Neapolitano & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo Archiepiſcopo Gueſnenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopuo Axitano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Patracenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Sipontino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Coſentino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Roſſanenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Amalfitano & ejus ſuffragsneia.

Io eodem modo archiepiſcopo Treverenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Regienſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Montiſregalis & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Thebano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Calaritano & ejua ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Salernitano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Viennenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Hydruntino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Tranenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Brunduſino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Meſſanenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Conſsno & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Ebredunenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Surrentino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Tarentino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Braearenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Aquenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Athenienſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Beneventano & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo archiepiſcopo Compoſtellano & ejus ſuffrsganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Rigenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Arelatenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo Acheruntino & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo archiepiſcopo ſanctæ Severinæ & ejus ſuffraganeia.

In eodem modo patriarchæ Conſtantinopolitano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo patriarchæ Gradenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo patriarchæ Aquilejenſi & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo patriarchæ Hieroſolymitano & ejus ſuffraganeis.

In eodem modo Sutrino & Balneoregienſi epiſcopis, per totum, ut ſupra.

In eodem modo Eſinenſi, Fanenſi & Camerinenſi epiſcopis.

In eodem modo Theatinenſi, Valvenſi & Aquilenſi epiſcopis.

In eodem modo Florentino & Piſtorienſi epiſcopis.

In eodem modo Fundano & Sorano epiſcopis.

In eodem modo venerabili fratri epiſcopo Peruſino, & dilecto filio Petro electo Spoletano.

In eodem modo dilectis filiis Caſinenſi & S. Laurentii de Vulturno monaſteriorum abbatibus.

In eodem modo Iſnardo archiepiſcopo Thebano vicario noſtro in Urbe, uſque, Hæc itaque tibi tenore præſentium intimantes, fraterni-

ANNO CHRISTI 1311.

nitati tuæ, &c. usque, Nostro te conspectui repræsentes. Datum ut supra.

In eodem modo archiepiscopo S. Andreæ & aliis episcopis in regno Scotiæ constitutis.

In eodem modo carissimo in Christo filio Philippo regi Franciæ illustri. Alma mater, &c. ut supra, usque, Sane licet ecclesiarum prælatos, & celsitudinem tuam ad universale concilium, &c. usque ad, Sub certa forma litteras, prælatis ipsis, & tibi super ipsius concilii convocatione directas, duxerimus evocandos: qui tamen, &c. usque ad, Hæc itaque ad tuam, & universorum notitiam deducentes, serenitatem regiam rogamus, & hortamur attente, usque, In remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus, præscripto termino, sic per nos, ut prædicitur prorogato, studeas in eodem concilio juxta priorum directarum tibi per nos super hoc litterarum tenorem in prælibato loco personaliter interesse.

Datum, *ut supra in prima forma*.

In eodem modo Eduardo regi Angliæ.

In eodem modo Jacobo regi Aragonum.

In eodem modo Fernando regi Castellæ & Legionis.

In eodem modo Jacobo regi Majoricarum.

In eodem modo Ludovico regi Navarræ.

In eodem modo Dionysio regi Portugalliæ.

In eodem modo regi Bohemiæ.

In eodem modo Kenrico regi Cypri.

In eodem modo regi Daciæ.

In eodem modo regi Norvegiæ.

In eodem modo Friderico regi Trinacriæ.

In eodem modo regi Suecie.

In eodem modo Henrico regi Romanorum.

In eodem modo regi Hungariæ.

Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.

ALma mater ecclesia, &c. ut supra in illa ad prælatos, usque, Sub certa forma litteras prælatis ipsis super ipsius concilii convocatione directas duxerimus evocandos, quia tamen negotium inquisitionum, &c. ut ibidem, usque, Hæc itaque ad universorum notitiam deducentes, volumus, & prædictis prælatis harum auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus juxta modum & formam in prædictis nostris prioribus, & directis litteris declaratos, in hujusmodi prorogato termino & loco prædicto, quem eis peremptorium assignamus, omni, quam inevitabilis necessitas non inducat, excusatione postposita, nostro se conspectui repræsentent. Ut autem hujusmodi nostra prorogatio ad communem omnium notitiam facilius deducatur, licet per alias nostras litteras prælatis ipsis per nos dudum evocatis, hæc specialiter intimemus: has chartas, sive membranas, prorogationem continentes eamdem, in ecclesiæ majoris Avenionensis appendi, vel affigi ostiis, seu super liminaribus faciemus: quæ prorogationem ipsam suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt. Ita quod ii, quos prorogatio ipsa contingit, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis prorogatio non pervenerit, vel quod ignorarint eamdem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

An. Christi 1310.

Datum Avenione, secundo Nonas Aprilis, anno V.

ANNO CHRISTI 1311.

Dilecto filio abbati monasterii Cisterciensis, Cabilonensis diœcesis.

REgnans in cælis triumphans ecclesia, cujus pastor est Pater æternus, cui sanctorum ministrant agmina, & laudis gloriam angelorum chori decantant in terris, ad sui similitudinem & repræsentationem constituit ecclesiam militantem unigenito Filio Dei vivi Domino Jesu Christo ineffabili commercio copulatam, in qua idem unigenitus Dei Filius a Patre progrediens, per illustrationem Paracleti procedentis pariter ab utroque, statuit fidei fundamentum.

Sancta Romana ecclesia, mater alma fidelium, caput est, disponente Domino, ecclesiarum aliarum omnium & magistra, a qua, veluti a primitivo fonte, ad singulas ecclesias ejusdem fidei rivuli derivantur, ad cujus regimen voluit Christi clementia Romanum pontificem vice sui deputare ministrum, ut instructionem ac doctrinam ipsius, eloquio veritatis evangelicæ traditam cuncti renati fonte baptismatis teneant & conservent, & qui sub hac doctrina cursum vitæ recte peregerint, salvi fiant, qui vero ab ea deviaverint, condemnentur. Ipsa nempe Romana mater ecclesia, juxta exigentiam possibilitatis ipsius, ad cunctas orbis provincias, in quibus Divini nominis cultus viget, fideique catholicæ observantia rutilat, intuitum sedulæ considerationis extendens, & subjiciens ab olim suæ considerationis examini, diuturnæ calamitatis angustias, illius specialis hereditatis Dominicæ, videlicet terræ sanctæ ab infidelibus miserabiliter conculcatæ, in qua idem Patris æterni Filius, nostræ carnis indumento contectus, salutem humani generis pietate ineffabili extitit operatus, quamque sua ipse voluit corporali insignire præsentia, & proprii aspersione sanguinis consecrare, multa sollicitudine studuit eidem terræ, retroactis temporibus, quibus potuit remediis, ut eriperetur ab ipsis impiis, subvenire. Et quia inter cæteros, quos professio Christianæ religionis includit, milites & fratres domus militiæ Templi Hierosolymitani, sicut est toti orbi notorium, tamquam speciales ejusdem fidei pugiles, & jam dictæ terræ præcipui defensores, ipsius terræ negotium principaliter gerere videbantur: ipsius & eorum ordinem præfata ecclesia specialis favoris plenitudine prosequens, eos adversus Christi hostes crucis armavit signaculo, multis exaltavit honoribus, ditavit facultatibus ac diversis libertatibus & privilegiis communivit. Hi nimirum, cum crederentur in Domini servitio sub regulari habitu fideliter militare, sibi quasi cunctorum manus fidelium, cum multiplici erogatione bonorum, sentiebant multifarie multisque modis propterea adjutrices. Sed, proh dolor, nova & calamitosa vox de malignitatis fratrum ipsorum enormitate progrediens, nostrum replevit, immo verius perturbavit auditum. Hæc enim vox nuncia lamentationis, & gemitus, audientibus horrorem ingerit, commovet animas, mentes turbat, & cunctis fidei Christianæ cultoribus novum ineffabilis amaritudinis calicem subministrat: & dum facti seriem, ejus necessitate poscente, depromimus, noster attenuatur præ angustia spiritus, & valetudinis fatigata confractibus membra singula, præ nimio dolore tabescunt. Dudum siquidem circa nostræ promotionis ad apicem summi pontificatus initium, etiam ante-

ANNO CHRISTI 1310.

quam Lugdunum, ubi recepimus nostræ coronationis insignia, veniremus, & post, tam ibi quam alibi, secreta quorumdam nobis insinuatio intimavit, quod magister, præceptores, & alii fratres ordinis dictæ militiæ Templi, & etiam ipse ordo, qui ad defensionem patrimonii ipsius Domini nostri Jesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum Dominum in scelus apostasiæ nefandum, detestabile idololatriæ vitium caecrabile facinus Sodomorum, & hæreses varias erant lapsi. Sed quia non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effundere, ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur, quique multa & magna tam in Divinis officiis, quam in jejuniis & aliis observantiis, devotionis signa frequentius prætendebant, luæ sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent: hujusmodi insinuationi, ac delationi ipsorum, ejusdem Domini nostri exemplis, & canonicæ scripturæ doctrinis edocti aurem noluimus inclinare. Deinde vero carissimus in Christo filius noster Philippus rex Francorum illustris, cui eadem fuerant facinora nunciata (non typo avaritiæ, cum de bonis Templariorum nihil sibi vindicare aut appropriare intendat, immo ea nobis, & ecclesiæ, per deputandos super hoc a nobis administranda, gubernanda, conservanda, & custodienda, liberaliter & devote in regno suo dimisit, manum suam exinde totaliter amovendo) sed fidei orthodoxæ fervore, suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus, de præmissis quantum licite potuit se informans, ad instruendum & informandum nos super his, multas & magnas nobis informationes per suos nuncios & litteras destinavit. Infamia vero contra Templarius ipsos increbrescente validius, super sceleribus ante dictis, & quia etiam quidam miles ejusdem ordinis, magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto juratus deposuit, quod in receptione fratrum præfati ordinis, hæc consuetudo, vel verias corruptela servatur, quod ad recipientis vel ab eo deputati suggestionem, qui recipitur, Christum: *& reliqua, ut in priore epistola scripta anno tertio, usque ad verba illa*, Prædictum tempus ad id duximus deputandum. Et demum illud ex certis, justis & legitimis caussis, quas præsentibus inseri non oportet, usque ad alias Kal. Octob. proxime futuras de prædictorum fratrum consilio duximus prorogandum. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus omni negligentia relegata, cunctis, prout talis & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis, sic medio tempore te accingas ad iter, quod in hujusmodi prorogato termino, quem tibi & aliis peremptorie assignamus, in Viennensi civitate nostro te conspectui repræsentes, non obstantibus quibuslibet privilegiis, seu indulgentiis, quibuscumque personis, ordini, dignitati, seu collegio, sub quacumque verborum forma vel expressione a prædicta sede concessis, per quæ possit effectus hujusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Interim quoque per te, & alios viros prudentes Deum timentes, & habentes præ oculis omnia quæ correctionis & reformationis limam exposcunt, inquires subtiliter, & conscribens fideliter, ea ad ipsius concilii notitiam deferas. Et nos nihilo minus variis modis & viis solers studium & efficacem operam dare proponimus, ut omnia talia in examen hujusmodi deducta concilii correctionem & directionem recipiant opportunam. Et si inobedientiæ notam, & canonicæ ultionis acrimoniam vitare desideras, nequaquam fallacium excusationum velamento te munias, vel ex impedimentis itinerum, quæ Domino prava in directa, & in vias planas aspera, sua omnipotentia convertente, cessabunt, frivolæ allegationis munimenta confingas, ut a tam sancti prosecutione operis te subducas: sed voluntarius occurras ad id quod & Divinæ congruit voluntati, & salutem animarum ac utilitatem respicit singulorum.

ANNO CHRISTI 1310.

Datum Avenione decimo Kalendas Decembris, anno sexto. An. Christi 1310.

In eumdem modum scribitur dilecto filio abbati monasterii Vallis umbrosæ, Fæsulanæ diœcesis. Regnans in cælis, &c. *ut supra per totum*, usque Damm, ut supra.

In eumdem modum abbati monasterii sancti Antonii Viennensis, ordinis sancti Augustini.

In eumdem modum priori generali ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini.

In eumdem modum abbati monasterii Cluniacensis, Matisconensis diœcesis.

In eumdem modum magistro ordinis fratrum Prædicatorum.

In eumdem modum ministro generali ordinis Minorum.

In eumdem modum magistro domus militiæ sancti Jacobi.

In eumdem modum priori monasterii Carthusiensis, Maurianensis diœcesis.

In eumdem modum abbati monasterii de Clusa ordinis beati Benedicti, Taurinensis diœcesis.

In eumdem modum abbati monasterii Farfensis, ordinis S. Benedicti.

In eumdem modum abbati monasterii sancti Dionysii prope Parisios, ordinis S. Benedicti.

In eumdem modum priori eremi Camaldulensis, Aretinæ diœcesis.

In eumdem modum abbati monasterii Casædei ordinis Sancti Benedicti, Claromontensis diœcesis.

In eumdem modum abbati monasterii sanctæ Justinæ Paduanæ, ordinis S. Benedicti.

In eumdem modum priori Grandimontensis monasterii per priorem soliti gubernari, Lemovicensis diœcesis.

In eumdem modum abbati Monasterii Præmonstratensis, Laudunensis diœcesis.

In eumdem modum abbati Monasterii Sancti Laurentii Aversani, ordinis S. Benedicti.

In eumdem modum abbati monasterii Cavensis, ordinis Sancti Benedicti, Salernitanæ diœcesis.

In eumdem modum abbati Majoris monasterii Turonensis, ordinis S. Benedicti.

In eumdem modum præceptori domus Calatravensis ordinis, Toletanæ diœcesis.

In eumdem modum priori generali ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmeli.

In eumdem modum magistro ordinis Humiliatorum.

SEN-

SENTENTIA DE EXTINCTIONE TEMPLARIORUM

A CLEMENTE PAPA QUINTO LATA in concilio Viennensi.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD providam Christi vicarii præsidentis in specula apostolicæ dignitatis circumspectionem pertinet vices pensare temporum emer- B gentium, negotiorum causas discutere, ac personarum attendere qualitates: ut ad singula debitum dirigens necessariæ considerationis intuitum, & opportune manum operationis apponens, de agro Domini sic vitiorum tribulos eruat, ut virtutes amplificet, sic prævaricantium spinas tollat, ut evellendo plus plantet quam destruat, & in loca vacua per eradicationem nocentium tribulorum, devota Deo plantamina transferendu, potiorem præbeat de provisa & utili eorum locorum unione & translatione lætitiam, quam vera justitia, quæ compassionem habet, doloris intulerit detrimentum personarum, & locorum hujusmodi per ruinam. Sic enim sufferendo quod officit, & subrogan- C do quod proficit, virtutum profectus amplificat, & sublata de medio meliori subrogatione restaurat. Dudum siquidem ordinem domus militiæ Templi Hierosolymitani, propter magistrum, & fratres, cæterasque personas dicti ordinis in quibuslibet mundi partibus consistentes, variis & diversis non tam nefandis, quam infandis, proh dolor, errorum & scelerum obscœnitatibus, pravitatibus, maculis, & labe respersos, quæ propter tristem & spurcidam eorum memoriam præsentibus subticemus, ejusque ordinis statum, habitum, atque nomen, non sine cordis amaritudine & dolore, sacro approbante concilio, non per modum diffinitivæ sen- D tentiæ, cum eam super hoc secundum inquisitiones, & processus super his habitos, non possemus ferre de jure, sed per viam provisionis, seu ordinationis apostolicæ, irrefragabili & perpetuo valitura sustulimus sanctione, ipsum prohibitioni perpetuæ supponentes: districtius inhibendo, ne quis dictum ordinem de cætero intrare, vel ejus habitum suscipere vel portare, aut pro Templario se gerera præsumeret: quod si quis contra faceret, excommunicationis incurreret sententiam ipso facto: universa etiam bona ordinis prælibati apostolicæ sedis ordinationi & dispositioni auctoritate apostolica duximus reservanda. Inhibentes districtius, ne quis, cujuscumque conditionis vel status existeret, se E de personis vel bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea, in præjudicium ordinis seu dispositionis apostolicæ per sedem eamdem, ut præmittitur, faciendæ, aliquid faceret, innovaret, vel etiam attentaret: decernentes extunc irritum & inane, si secus a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari. Ac postmodum, ne dicta bona, quæ dudum ad subsidium terræ sanctæ, & impugnationem inimicorum fidei Christianæ, a Christi cultoribus data, legata, concessa, & acquisita fuerunt, debita gubernatione carentia, tamquam vacantia deperirent, vel converterentur

A in usus alios, quam in illos ad quos fuerant pia devotione fidelium deputata, vel propter tarditatem ordinationis & dispositionis hujusmodi, eorum destructio vel dilapidatio sequeretur: cum fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, episcopis & prælatis, ac etiam cum nonnullis excellentibus & illustribus personis, cum reliquorum quoque absentium prælatorum, & etiam capitulorum, & conventuum, ecclesiarum & monasteriorum procuratoribus in dicto concilio constitutis, habuimus ardua, morosa, & diversa consilia, & tractatus: ut per hujusmodi consiliorum & tractatuum deliberationem præhabitam diligentem, dictorum bonorum ordinatio B & dispositio, ad honorem Dei, augmentum fidei, exaltationem ecclesiæ, dictæ terræ subsidium, salutem quoque fidelium & quietem, salubris & utilis perveniret. Postque utique longa, præmeditata, provisa & matura consilia, suadentibus plurimis justis causis, nostra & dictorum fratrum, necnon patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum prælatorum ac excellentium & illustrium personarum prædictorum in dicto concilio tunc præsentium deliberationes & consilia in hoc finaliter resederunt, ut prædicta bona ordini hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, & ipsi hospitali, ac dilectis filiis magistro, & fratribus hospitalis ejusdem, nomine hospitalis & ordinis eorum- C dem, qui tamquam athletæ Domini pro defensione fidei se periculis mortis jugiter exponentes, onerosa nimis & periculosa dispendia continue perferunt in partibus transmarinis, in perpetuum unirentur. Nos igitur inter cætera mundi loca, in quibus vigere dignoscitur observantia regularis, dictum ordinem hospitalis, & ipsum hospitale, sinceræ caritatis plenitudine prosequentes, ac attendentes quod, sicut evidentia facti in eo Divinis obsequiis ferventer insistitur, pietatis & misericordiæ opera vigilantibus studiis exercentur, fratres hospitalis ipsius, mundanis spretis illecebris, devotum impendentes Altissimo famulatum, ac pro recuperatione terræ prædictæ, tamquam intrepidi D Christi pugiles, ferventibus studiis & desideriis intendentes, quælibet ducunt humana pericula in contemptum: considerantes quoque quod ex hoc tanto eorumdem magistri & fratrum, dictorum ordinis & hospitalis, crescet strenuitas, animorum fervor augebitur, & ipsorum roborabitur fortitudo, ad propulsandas nostri Redemptoris injurias, & hostes ejusdem fidei conterendus, quanto ipsorum potentia in opulentioribus facultatibus augmentata, onera, quæ prosecutionis tanti negotii necessitas exigit, levius & facilius poterunt supportare: & propterea non indigne vigiles redditi, studiisque sollicitis excitati, ut ad sui status augmentum opem & operam impendamus, eodem sacro ap- E probante concilio, ipsam domum militiæ Templi, cæterasque domos, ecclesias, capellas, oratoria, civitates, castra, villas, terras, grangias, & loca, possessiones, jurisdictiones, redditus, atque jura, omniaque alia bona immobilia & mobilia, vel se moventia, cum omnibus membris, juribus & pertinentiis suis, ultra & citra mare, ac in universis & quibuslibet mundi partibus consistentia, quæ ipse ordo, & dicti magister & fratres ipsius ordinis militiæ Templi, tempore quo ipse magister, & nonnulli ex eisdem fratribus militiæ Templi, in regno Franciæ communiter capti fuerunt, vi-

ANNO CHRISTI 1312.

delicet anno Domini millesimo trecentesimo octavo, mense Octobri, per se, vel quoscumque alios habebant, tenebant, & possidebant, vel ad eosdem domum & ordinem militiæ Templi, & dictos magistrum, & fratres ipsius ordinis militiæ Templi, quomodolibet pertinebant, necnon nomina, actiones & jura, quæ prædicto tempore captionis ipsorum, eisdem domui, ordini, vel personis ipsius ordinis militiæ Templi, quocumque modo competebant, vel competere poterant, contra quoscumque, cujuscumque dignitatis, status vel conditionis existerent, cum omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus & libertatibus, quibus præfati magister & fratres dictorum domus & ordinis militiæ Templi, & ipsa domus & ordo, per sedem apostolicam vel per catholicos imperatores, reges, & principes, & fideles alios, vel quocumque alio modo, erant legitime communiti, eidem ordini hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, & ipsi hospitali donamus, concedimus, unimus, incorporamus, applicamus, & annectimus in perpetuum de apostolicæ plenitudine potestatis, exceptis bonis quondam dicti ordinis ipsius militiæ Templi, consistentibus in regnis & terris carissimorum in Christo filiorum nostrorum Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, & Majoricarum regum illustrium, extra regnum Franciæ, quæ a donatione, concessione, unione, applicatione, incorporatione, & annexione prædictis, specialiter excipienda duximus, & etiam excludenda. Ea nihilo minus dispositioni & ordinationi sedis apostolicæ reservantes, inhibitionem dudum per alios processus nostros factam, ne quis videlicet, cujuscumque conditionis vel status existeret, se de personis & bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea, in præjudicium ordinationis seu dispositionis sedis ejusdem faciendæ de illis, necnon decreti nostri interpositionem, quoad personas & bona in dictis regnis & terris eorumdem regum proxime expressorum consistentia, omnino manere volentes in pleno robore firmitatis, quousque de personis & rebus prædictis in eisdem regnis & terris consistentibus, per dispositionem sedis ejusdem fuerit aliter ordinatum. Occupatores quoque dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuscumque status, conditionis, excellentiæ vel dignitatis extiterint, etiamsi pontificali, imperiali, vel regali præfulgeant dignitate, nisi infra unius mensis spatium, postquam super hoc per dictos magistrum & fratres ipsius hospitalis, vel ipsorum quemlibet, aut procuratorem seu procuratores eorum, fuerint requisiti, dicta bona dimiserint, illaque plene ac libere restituerint ordini ipsius hospitalis, & eidem hospitali, aut magistro seu prioribus, vel præceptoribus, aut fratribus hospitalis ejusdem in quibuscumque partibus & provinciis constitutis, eorumque singulis, vel procuratori seu procuratoribus eorumdem ejusdem ordinis ipsius hospitalis nomine, etiamsi dicti priores, præceptores & fratres ipsius hospitalis, & procuratores ipsorum, & eorum quilibet, a dicto magistro ipsius hospitalis mandatum super hoc specialiter non haberent, dummodo procuratores prædicti a dictis prioribus & præceptoribus, vel eorum singulis in provinciis & partibus, in quibus hujusmodi priores & præceptores extiterint deputati, mandatum super hoc habuerint vel ostenderint speciale. Qui omnes & singuli, videlicet priores & præceptores, & fratres, dicto magistro, procuratores vero prædicti eisdem prioribus & præceptoribus, eorumque singulis, a quibus super his fuerint deputati, plenum super omnibus gestis, actis, receptis & procuratis per eos quomodolibet in hac parte, computum & rationem ponere & reddere teneantur: necnon omnes qui scienter occupatoribus & detentoribus prælibatis in occupatione vel detentione hujusmodi dederint consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, excommunicationis; capitula vero, collegia seu conventus ecclesiarum & monasteriorum, necnon universitates civitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, & ipsas civitates, castra, villas & loca, quæ in his culpabilia extiterint, ac etiam civitates, castra & loca, in quibus detentores & occupatores hujusmodi dominium obtinuerint temporale, si hujusmodi domini temporales in dimittendo bona prædicta, & restituendo illa magistro & fratribus ordinis & hospitalis ejusdem nomine hospitalis ipsius obstaculum adhibebunt, & infra dictum mensem ab hujusmodi præmissis non destiterint, postquam super hoc, ut præmittitur, fuerint requisiti, ipso facto interdicti sententiis decernimus subjacere; a quibus absolvi non possint, donec super his plenam & debitam satisfactionem curaverint exhibere. Et nihilominus occupatores & detentores hujusmodi, vel præstantes eisdem, ut præmittitur, auxilium, consilium vel favorem, sive singulares personæ, sive capitula, collegia, seu conventus ecclesiarum & monasteriorum, ac universitates civitatum, castrorum, terrarum, vel aliorum locorum extiterint, præter pœnas præscriptas, omnibus, quæ a Romana, vel aliis ecclesiis quibuscumque tenent in feudum, ipso facto decernimus fore privatos sive privata. Ita quod ad ecclesias, ad quas spectant, illa libere sine contradictione aliqua revertantur; earumque ecclesiarum prælati, sive rectores de ipsis pro sua voluntate disponant, sicut utilitati ecclesiarum ipsarum viderint expedire. Nulli ergo, *&c.* nostrorum donationis, concessionis, unionis, incorporationis, applicationis, annexionis, reservationis, inhibitionis, voluntatis & constitutionis infringere, *&c.* Si quis, *&c.*

Datum Viennæ sexto Nonas Maji, pontificatus nostri anno septimo.

Anno Christi 1312.

Dilectis filiis archidiacono & cantori Nicosiensis, & thesaurario Paphensis ecclesiarum.

AD providam Christi vicarii, *&c. ut supra proxime, usque*, Eorum memoriam nostris litteris subticuimus, ejusdemque ordinis statum, *&c. usque*, Et ipsi hospitali donavimus, concessimus, univimus, incorporavimus, applicavimus, & annexuimus in perpetuum de apostolicæ, *&c. usque*, ecclesiarum ipsarum viderint expedire.

Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel per alium, seu alios, præfatos magistrum seu priores vel præceptores, aut fratres hospitalis ejusdem, vel ipsorum quemlibet, aut procuratorem, seu procuratores eorum, nomine hospitalis ipsius, in corporalem possessionem dictorum domus militiæ Templi, cæterarumque domorum, ecclesiarum, capellarum, oratoriorum, civitatum, castrorum, villarum, terrarum, grangiarum & loco-

locorum, possessionum, jurisdictionum, redadituum atque jurium, omniumque aliorum bonorum, mobilium & immobilium, vel se moventium, cum omnibus membris, juribus & pertinentiis suis, ultra & citra mare, ac in universis & quibuslibet mundi partibus consistentium, quæ ipse ordo, & dicti magister & fratres ipsius ordinis militiæ Templi, prædicto tempore hujusmodi captionis eorum, per se vel quoscumque alios habebant, tenebant & possidebant, vel ad eosdem domum & ordinem militiæ Templi, & dictos magistrum & fratres ipsius ordinis militiæ Templi quomodolibet pertinebant, inducatis auctoritate nostra, & defendatis inductos, amotis prædictis occupatoribus & detentoribus, ac administratoribus & conservatoribus in bonis ipsis auctoritate apostolica & quavis alia deputatis, & quibuslibet aliis ab eisdem, eisque faciatis de illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis, integre responderi. Occupatores seu detentores, administratores, conservatores, & alios prædictos, nisi infra dictum terminum, ut præmittitur, bona & redditus prædicta dimiserint, illaque libere & plene restituerint ordini ipsius hospitalis, & eidem hospitali, aut magistro seu prioribus vel præceptoribus, aut fratribus hospitalis ejusdem, in partibus & provinciis ubi bona hujusmodi fuerint, constitutis, eorumque singulis, vel procuratori seu procuratoribus eorumdem ipsius hospitalis nomine, ut supra est præmissum, ac præstantes occupatoribus seu detentoribus ac administratoribus & conservatoribus hujusmodi, auxilium, consilium, vel favorem, si singulares personæ, excommunicationis; si vero capitula, collegia, seu conventus, seu universitates extiterint, & ipsas civitates, castra, villas, & lora quæ in his enlpabilia fuerint, ac etiam civitates, castra & loca, in quibus detentores & occupatores hujusmodi dominium obtinuerint temporale, si hujusmodi domini temporales in dimittendo bona prædicta, & restituendo illa magistro & fratribus hospitalis ejusdem, ipsius hospitalis nomine, obstaculum adhibebunt, & infra dictum mensem ab hujusmodi præmissis non duxerint, ut prædicitur, desistendum, tamdiu interdicti per nos latis sententiis subjacere: & nihilo minus omnibus bonis, quæ a Romana, vel aliis ecclesiis quibuscumque tenent in feudum, fore privatos, seu privata, per omnia loca in quibus expedire videritis, denuncietis, & faciatis ab aliis nunciari, dictosque excommunicatos arctius evitari, donec super his congrue satisfecerint, & absolutionis meruerint beneficium obtinere: non obstante; si aliquibus a prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo, &c. Contra etiam alios, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Volumus autem, & apostolica auctoritate decernimus, quod a data præsentium sit vobis, & cuilibet vestrum, in prædictis omnibus & singulis, potestas & jurisdictio attributa, ut exnunc in eis, & eorum quolibet, ita libere procedere valeatis, ac si eadem jurisdictio per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, & quasi re non integra perpetuata præfata jurisdictio censeatur; quodque unusquisque vestrum, articulum per collegarum suorum aliquem inchoatum, felicis recordationis Bonifacii papæ octavi prædecessoris nostri contraria constitutione cessante, prosequi libere valeat, etiam eodem collega vivente, nec impedimento aliquo præpedito, quoties & quando fuerit opportunum.

Datum, *ut supra*.

In eodem modo, *ut supra* proxime per totum, dilecto filio abbati monasterii de Roomo Claromontensis diœcesis, & Engolismensis ac Pictavensis ecclesiarum decanis.

In eodem modo dilectis filiis Rotomagensis, & Suessionensis decanis, ac archidiacono ejusdem Suessionensis, ecclesiarum.

In eodem modo dilectis filiis sancti Saturnini Tolosani & de sancto Paulo monasteriorum abbatibus, ac priori de Vauro Tolosanæ diœcesis.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo Viennensi, & dilecto filio archidiacono Vivariensi, ac sacristæ secularis ecclesiæ beati Bernardi de Romanis, Viennensis diœcesis.

In eodem modo venerabili fratri episcopo Æduensi, & dilectis filiis decano Æduensis ac cantori Cabilonensis, ecclesiarum.

In eodem modo episcopo Convenarom, & dilectis filiis abbati monasterii de Regula Bolbestriæ Lascurrensis diœcesis, ac archidiacono Auxitano.

In eodem modo Aquensi & Lectorensi episcopis, ac dilecto filio abbati monasterii sancti Fremerii, Valatensis diœcesis.

In eodem modo archiepiscopo Bituricensi, & Lemovicensi ac Claromontensi episcopis.

In eodem modo Tullensi ac Ligonensi episcopis, ac dilecto filio thesaurario ecclesiæ Virdunensis.

In eodem modo episcopo Agathensi, & dilectis filiis archidiacono de Veyrona Magalonensis, ac præceptori Biterrensis, ecclesiarum.

In eodem modo episcupo Agathensi, & dilectis filiis archidiacono de Veyrona Magalonensis, ac præceptori Biterrensis, ecclesiarum.

In eodem modo episcopo Tulcastino, ac dilectis filiis præposito Aveoionensis ac Bertrando Miloni canonico Carpentoratensis, ecclesiarum.

In eodem modo archiepiscopo Burdigalensi, & dilectis filiis abbati monasterii Sarlatensis, Petracoricensis diœcesis, ac cantori ecclesiæ Aginnensis.

In eodem modo præposito Vapincensi, & Valentinæ ac Vivariensis archidiaconis ecclesiarum.

In eodem modo decano Andegavensis, & majoris ac sancti Martini Turonensis ecclesiarum cantoribus.

In eodem modo Gratianopolitano & Gebennensi episcopis, ac dilecto filio decano ecclesiæ Tarentasiensis.

In eodem modo episcopo Aniciensi, & dilectis filiis monasterii de Dua, & secularis ecclesiæ sancti Evodii Aniciensis diœcesis, abbatibus.

In eodem modo episcopo Nivernicensi, ac dilectis filiis abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisios, & decano ecclesiæ Carnotensis.

In eodem modo episcopo Massiliensi, ac dilectis filiis decano Vapincensis, ac Augerio de Ponteforgie canonico Aquensis, ecclesiarum.

In eodem modo archiepiscopo Lugdunensi, & epi-

& episcopo Matisconensi, ac dilecto filio decano ecclesiæ Lugdunensis.

In eodem modo Vapincensis & Diensis decanis, ac archidiacono Eboracensis, ecclesiarum.

In eodem modo archiepiscopo Cantuariensi, & episcopo ac dilecto filio archidiacono Londoniensi.

In eodem modo archiepiscopo Cassellensi, & dilectis filiis Armachanæ & Dublinensis archidiaconis, ecclesiarum.

In eodem modo archiepiscopo Eboracensi, & dilectis filiis priori Dunolmensis, ac decano Eboracensis, ecclesiarum.

In eodem modo Lincolniensi & wigorniensi episcopis, ac dilecto filio decano ecclesiæ Lichefeldensis.

In eodem modo patriarchæ Constantinopolitano, & archiepiscopo Patracensi, ac episcopo Oleneosi.

In eodem modo episcopo Pampilonensi, & dilectis filiis priori Roscidævallis, ac decano ecclesiæ de Tudella, Pampilonensis diœcesis.

In eodem modo patriarchæ Antiocheno, & archiepiscopo Mediolanensi, & episcopo Novariensi.

In eodem modo archiepiscopo Bisuntino, dilectis filiis decano & archidiacono ecclesiæ Bisuntinæ.

In eodem modo præposito Vivariensis, ac ejusdem & Valentinæ archidiaconis, ecclesiarum.

In eodem modo Consentino & Consano archiepiscopis, ac episcopo Maturanensi.

In eodem modo Anagnino, Marsicano, & Oriano episcopis.

In eodem modo magistris Neapolioni, do filiis Ursi de Majorica, Legionensi notario, & Hugoni Geraldi Augensis, Rotomagensis ecclesiarum archidiaconis, capellanis nostris, ac Oddoni de Sermineto canonico Santonensi, cameræ nostræ clerico.

In eodem modo archiepiscopo Sipontino, & Thermulano ac Civitatensi episcopis.

In eodem modo Neapolitano & Capuano archiepiscopis, ac episcopo Calvensi.

In eodem modo Metensi ac Tullensi episcopis, ac dilecto filio decano ecclesiæ Treverensis.

In eodem modo episcopo Tudertino, ac dilectis filiis abbati monasterii sancti Petri Perusini ac præposito ecclesiæ sanctæ Mustiolæ Clusinæ.

In eodem modo archiepiscopo Montis regalis, & Syracusano, ac Mazarensi episcopis.

In eodem modo abbati monasterii sancti Pauli de Urbe, ac magistro Pandulpho de Sabello præposito de Chableis, in ecclesia sancti Martini Turonensis notario nostro, ac Bertuldo de filiis Ursi, canonico basilicæ principis apostolorum de Urbe.

In eodem modo Pataviensi & Ratisponensi episcopis, ac dilecto filio decano ecclesiæ Saltzburgensis.

In eodem modo archiepiscopo Januensi & episcopo Astensi, ac dilecto filio abbati monasterio sancti Syri Januensis.

In eodem modo Armachano & Dublinensi ac Tuamensi archiepiscopis.

In eodem modo archiepiscopo Bremensi, & Lubicensi ac Raskeburgensi episcopis.

In eodam modo Strigoniensi & Colossensi archiepiscopis, ac episcopo Quinqueccclesiensi.

In eodem modo patriarchæ Aquileiensi, & episcopo Tridentino, ac dilecto filio thesaurario ecclesiæ Aquilejensis.

In eodem modo archiepiscopo Messanensi & Cephaludensi ac Pactensi episcopis.

In eodem modo Argentinensi & Halberstatensi ac Herbipolensi episcopis.

Io eodem modo archiepiscopo Magdeburgensi, ac Brandeburgensi & Manseburgensi episcopis.

In eodem modo archiepiscopo Tranensi, & Melfiensi ac Monopolitano episcopis.

In eodem modo Urbevetano & Balneoregiensi episcopis, ac dilecto filio archipresbytero ecclesiæ Viterbiensis.

In eodem modo Barensi & Brundusino archiepiscopis, ac Cannensi episcopo.

In eodem modo Firmano & Fanensi ac Camerinensi episcopis.

In eodem modo archiepiscopo Pisano & episcopo Florentino ac dilecto filio archipresbytero plebis de Castello, Lunensis diœcesis.

In eodem modo Parmensi & Mutinensi episcopis, ac dilecto filio archipresbytero ecclesiæ de Carpo, Mutinensis diœcesis.

In eodem modo archiepiscopo Reginensi, & Militensi ac Neocastrensi episcopis.

In endem modo Theatino & Valvensi ac Pennensi ac Adriensi episcopis.

In eodem modo episcopo Mimatensi, ac dilectis filiis abbatibus monasterii Vabrensis, Ruthenensis diœcesis, ac magistro Arnaldo de Villanova canonico Cadurcensi.

In eodem modo archiepiscopo Moguntino, & Pragensi ac Moraviensi episcopis.

In eodem modo archiepiscopo Amalfitano, & episcopo sanctæ Agathæ, ac dilecto filio archidiacono Salernitano.

In eodem modo episcopo Morinensi, & dilectis filiis decano de Perona, Noviodunensis diœcesis, ac thesaurario Remensis ecclesiarum.

In eodem modo archidiacono & cantori Nicosiensis ac thesaurario Paphensis ecclesiarum.

In eodem modo archiepiscopo Gneznensi, & Caminensi ac Posnaniensi episcopis.

In eodem modo episcopo Engolismensi, & dilectis filiis Santonensis & Pictavensis ecclesiarum decanis.

In eodem modo Bononiensi & Favantino episcopis, ac dilecto filio abbati monasterii de Nouantula, Mutinensis diœcesis.

In eodem modo sancti Andreæ & Abredonensi ac Brichinensi episcopis.

In eodem modo episcopo Famagustano, & dilectis filiis Berengario de Alverina Biterrensis, ac Jacobo Nuvelli Barcinonensis canonicis ecclesiarum.

In eodem modo episcopo Veronensi, ac dilecto filio abbati monasterii sancti Zenonis, ac Johanni della Fontana canonico ecclesiæ Veronensis.

In eodem modo archiepiscopo Lundensi, & Rostrildensi & Raveliensi episcopis.

In eodem modo Jadrensi & Spalatensi archiepiscopis, ac episcopo Signensi.

Io eodem modo archiepiscopo Nidrosiensi, ac Bergensi & Asloensi episcopis.

In eodem modo archiepiscopo Upsalensi, & Scarensi ac Lincopensi episcopis.

In eodem modo archiepiscopo Coloniensi, & Leodiensi & Trajectensi episcopis.

In eodem modo venerabili fratri archiepiscopo

po Aquensi, & dilectis filiis decano Vapiocensis A ac Bertrando Miloois canonico Carpentoracensis ecclesiarum.

Venerabili fratri Amanevo archiepiscopo Auxitano.

PErsonam tuam, claris tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia prosequentes, & attendentes quod propter adventum tuum ad generale concilium, per nos nuper Viennæ, auctore Domino, celebratum, ad quod per nostras litteras fueras evocatus, & moram contractam ibidem, multorum subiisti laborum & sumptuum gravitatem; & propterea volentes personam eamdem, nedum in se ipsa, sed etiam in obsequentibus sibi personis, favoribus prose- B qui gratiosis: tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi præsentium indulgemus, ut tres capellani, vel clerici tui, in comitiva tua, seu tuis obsequiis insistentes, fructus, redditus & proventus omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, etiamsi personatus, dignitates seu officia existant, & eis cura immineat animarum, cum ea integritate, usque ad triennium libere percipere valeant, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, sicut illas perciperent, si in ecclesiis, in quibus beneficia ipsa obtinent, residerent, & interim ad residendum in eis minime teneantur, neque ad id a quoquam inviti valeant coarctari. Non obstantibus si dicti clerici, vel eorum aliquis, non fecerint in eis- C dem ecclesiis primam personalem residentiam consuetam, quam facere teneantur eodem elapso triennio, vel prius a tuis obsequiis recedentes, aut quibuscumque statutis & consuetudinibus dictarum ecclesiarum contrariis, juramento, confirmatione sedis apostolicæ, seu quacumque firmitate alia roboratis, etiamsi de illis servandis, & non impediendis litteris apostolicis contra ea, & ipsis litteris non utendo etiam ab alio impetratis per se, vel procuratorem suum, præstiterint, vel eos interim præstare contigerit juramentum forsitan, seu, si locorum ordinariis ab eadem sit sede concessum, vel medio tempore concedi contigerit, quod rectores & personas ecclesiarum suarum, civita- D tum & diœcesum compellere valeant per subtractionem suorum proventuum, vel alias, ad residendum personaliter in eisdem, seu si capitulis earumdem ecclesiarum ab eadem sit sede indultum, vel contigerit indulgeri, quod canonicis & personis earumdem ecclesiarum fructus, redditus, & proventus præbendarum, personatuum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum, quæ in eis obtinent, ministrare in absentia minime teneantur, & ad id compelli non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & litteris dictæ sedis generalibus, vel specialibus, quorumcumque te- E norum existant, per quæ præsentibus non expressis, vel totaliter non insertis, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, habenda sit in nostris litteris mentio specialis, proviso quod hujusmodi dignitates, personatus, officia, & beneficia debitis interim obsequiis non fraudentur, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur.
An. Christi 1311. Nulli, &c. Datum in prioratu Gisuil prope Mal. Vas. diœcesis, nono Kalendas Julii, anno septimo.

In eodem modo abbati monasterii sancti Arnandi Petracoriensis diœcesis, ac præposito sancti Justini, ac archidiacono Suipodii in ecclesia Auxitana, &c. Personam, &c. *ut in proxima superiori verbis competenter mutatis, usque*, negligatur.

Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, hujusmodi fructus, redditus & proventus faciatis eisdem capellanis & clericis, in eadem comitiva vel dictis obsequiis insistentibus, vel ipsorum procuratoribus, pro eisdem juxta hujusmodi concessionis nostræ tenorem per idem triennium integre ministrari: non obstantibus omnibus supradictis, seu si dictis ordinariis, & capitulis, vel quibusvis aliis, communiter, vel divisim, a sede sit indultum prædicta, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem; contradictores auctoritate. Datum, ut supra.

Ægidio archiepiscopo Rotomagensi, Personam tuam, &c.

Eliæ episcopo Æduensi.
Ariberto episcopo Claromontensi.
Guillelmo episcopo Mimatensi.
Roberto episcopo Constantiensi.
Arnaldo episcopo Pictavensi camerario nostro.
Roberto archiepiscopo Remensi.
Guillelmo episcopo Andegavensi.
Joanni episcopo Carnotensi.
Petro archiepiscopo Lugdunensi.
Petro episcopo Carcassonensi.
Guillelmo episcopo Lingonensi.
Raimundo episcopo Agathensi.
Petro episcopo Antisiodorensi.
Bernardo archiepiscopo Narbonensi.
Arnaldo archiepiscopo Burdigalensi.
Guillelmo episcopo Vasatensi.
Archiepiscopo Bituricensi.
Bosoni episcopo Convenarum.
Danieli episcopo Nannetensi.
Johanni episcopo Magalonensi.

Venerabili fratri Amanevo archiepiscopo.

PErsonam tuam, ob tuorum excellentiam meritorum, gerentes in visceribus caritatis, & attendentes quod propter adventum tuum ad generale concilium, per nos nuper Viennæ, auctore Domino, celebratum, ad quod per nostras litteras fueras evocatus, & moram contractam ibidem, multorum subiisti laborum & sumptuum gravitatem; ac pericula & incommoda, super quibus paterno tibi affectu compatimur, pertulisti: & propterea volentes tibi apostolicæ benignitatis dexteram aperire, tuis supplicationibus inclinati, concedendi auctoritate nostra tabellionatus officium duabus personis, quas ad illud, post diligentem examinationem, idoneas esse repereris, recepto prius ab eis juramento, juxta formam præsentibus annotatam, plenam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem.

Forma autem juramenti, quod ipsarum personarum quælibet præstabit, talis est: Ego juro quod ab hac hora inantea fidelis ero beato Petro, & sanctæ ecclesiæ Romanæ, ac domino Clementi papæ quinto, & successoribus ejus canoni-

ANNO CHRISTI 1312.

onice intrantibus. Non ero in consilio, vel A auxilio, consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi per se, aut per litteras, vel nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam. Si vero ad meam notitiam devenire aliquid contigerit, quod in periculum Romani pontificis aut ecclesiæ Romanæ vergeret, seu grave damnum, illud pro posse impediam: & si hoc impedire non possem, procurabo id bona fide ad notitiam domini papæ perferri. Papatum Romanum, & regalia beati Petri, ac jura ipsius ecclesiæ specialiter, si qua eadem ecclesia in civitate vel terra, de qua sum oriundus, habet, adjutor eis ero ad defendendum, & retinendum, seu recuperandum contra B omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo; contractus, in quibus exigitur consensus partium, fideliter faciam, nil addendo vel minuendo sine voluntate partium, quod substantiam contractus immutet. Si vero in conficiendo aliquod instrumentum unius solius partis sit requirenda voluntas hoc ipsum faciam; ut videlicet nil addam vel minuam, quod immutet facti substantiam, contra voluntatem ipsius. Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam intervenire, vel intercedere vim vel fraudem. Contractus in protocollum redigam, & postquam in protocollum redegero, malitiose non differam, contra voluntatem illorum, vel illius, quorum est contractus, su- C per eo conficere publicum instrumentum, salvo meo justo & consueto salario. Sic Deus me adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia.

Datum, &c.

In eodem modo Ægidio archiepiscopo Rotomagensi.

In eodem modo Danieli episcopo Nannetensi.

In eodem modo Joanni episcopo Magalonensi.

In eodem modo Eliæ episcopo Æduensi.

In eodem modo Arberto episcopo Claromontensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Mimatensi. D

In eodem modo Roberto episcopo Constantiensi.

In eodem modo Roberto archiepiscopo Remensi.

In eodem modo Raymundo episcopo Agatensi.

In eodem modo Petro episcopo Carcassonensi.

In eodem modo Petro archiepiscopo Lugdunensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Lingonensi.

In eodem modo Ægidio archiepiscopo Bituricensi.

In eodem modo Bernardo archiepiscopo Narbonensi. E

In eodem modo Arnaldo archiepiscopo Burdigalensi.

In eodem modo Petro episcopo Antisiodorensi.

In eodem modo Garsiæ episcopo Aquensi.

In eodem modo Bosoni episcopo Convenarum.

In eodem modo Guillelmo episcopo Andegavensi.

ANNO CHRISTI 1314.

Venerabili fratri Amanevo archiepiscopo Auxitano.

BEnigno sunt illa tibi concedenda favore, per quæ, sicut pie desideras, conscientiæ pacem & salutem animæ, Deo propitio, consequaris. Tuis itaque devotis supplicationibus inclinati, & considerantes attentius, quod propter adventum tuum ad generale concilium, per nos nuper, auctore Domino, Viennæ celebratum, ad quod per nostras litteras fueras evocatus, & moram contractam ibidem, multorum subiisti laborum & sumptuum gravitatem, ac pericula & incommoda, super quibus paterno tibi affectu compatimur, pertulisti: fraternitati B tuæ, ut aliquem idoneum sacerdotem sæcularem, vel religiosum, in confessorem tuum eligere valeas, qui hac vice a quibuscumque sententiis generalibus vel specialibus, canonis vel hominis, si quas absque læsione juris alterius, non tamen ex contemptu, sed alias forsitan incursisti, vel in posterum incurrere te contingat, auctoritate nostra te absolvere valeat, ac tecum super irregularitate, si quam hujusmodi ligatus sententiis, tuum officium exequendo, absque tamen contemptu dictarum sententiarum, contraxisti forsitan, vel in posterum te contrahere contingat, eadem auctoritate, quoties opus fuerit, dispensare, injuncta tibi propter hoc pœnitentia salutari, auctoritate præsentium indulge- C mus, præsentibus post festum nativitatis Domini proxime venturum minime valituris. Nulli, &c. nostræ concessionis, &c.

Datum, *ut supra*.

In eodem modo Ægidio archiepiscopo Rotomagensi.

In eodem modo Danieli episcopo Nannetensi.

In eodem modo Joanni episcopo Magalonensi.

In eodem modo Eliæ episcopo Æduensi.

In eodem modo Arberto episcopo Claromontensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Mimatensi.

In eodem modo Roberto episcopo Constantiensi.

In eodem modo Arnaldo episcopo Pictavensi.

In eodem modo Galhardo episcopo Tolosano.

In eodem modo Joanni episcopo Carnotensi.

In eodem modo Roberto archiepiscopo Remensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Lingonensi.

In eodem modo Raimundo episcopo Agathensi.

In eodem modo Petro archiepiscopo Lugdunensi.

In eodem modo Petro episcopo Carcassonensi.

In eodem modo Bernardo archiepiscopo Narbonensi.

In eodem modo Arnaldo archiepiscopo Burdigalensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Vasatensi.

In eodem modo Petro episcopo Antisiodorensi.

Vene-

ANNO CHRISTI 1311.

Venerabili fratri Amanevo archiepiscopo Auxitano.

DUm clara merita tuæ devotionis attendimus, quodque propter adventum tuum ad generale concilium, per nos nuper Viennæ, auctore Domino, celebratum, ad quod per nostras litteras fueras evocatus, & moram contractam ibidem, multorum subiisti laborum & sumptuum gravitatem: illa tibi gratiose concedimus, per quæ tuæ quietis commoda procurentur. Tuis itaque supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ præsentium auctoritate concedimus, ut ecclesias & cœmeteria tuarum civitatis & diœcesis, per effusionem sanguinis vel seminis violata, per aliquem, vel aliquos presbyteros ad hoc idoneos, in dignitate vel personatu constitutos, reconciliari facere valeas, aqua prius per te, ut moris esse dignoscitur, benedicta. Per hoc autem constitutioni, quæ id per episcopos tantum fieri præcipit, nullum volumus in posterum præjudicium generari, præsentibus post triennium minime valituris.

Datum, *ut supra*.

In eodem modo Joanni episcopo Magalonensi.

In eodem modo Galhardo episc. Tolosano.

In eodem modo Eliæ episcopo Æduensi.

In eodem modo Artberto episcopo Claromontensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Mimatensi.

In eodem modo Roberto episcopo Constantiensi.

In eodem modo Arnaldo episcopo Pictavensi camerario nostro.

In eodem modo Roberto archiepiscopo Remensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Andegavensi.

In eodem modo Joanni episcopo Carnotensi.

In eodem modo Petro archiepiscopo Lugdunensi.

In eodem modo Petro episc. Carcassonensi.

In eodem modo Guillelmo episcopo Lingonensi.

In eodem modo Raimundo episcopo Agathensi.

In eodem modo Petro episcopo Antisiodorensi.

In eodem modo Bernardo archiepiscopo Narbonensi.

In eodem modo Arnaldo archiepiscopo Burdigalensi.

In eodem modo Bosoni episcopo Convenarum.

In eodem modo Danieli episcopo Nannetensi.

IN

a CONCILIUM VIENNENSE

b OECUMENICUM SIVE UNIVERSALE XV.

approbatum, c trecentorum & amplius episcoporum, quo d Bonifacius papa octavus a calumniis Philippi regis Francorum absolvitur; e Templarii extirpantur, hæreses f Petri Joannis, g Fraticellorum & Dulcinistarum, h Begardorum & Beguinatum condemnantur; i expeditioque pro recuperanda terra sancta su-

A scipienda decernitur, k plurimæque constitutiones (quæ extant quinque libris Clementinarum in corpore juris canonici) pro reformandis moribus ecclesiæ promulgantur, l anno Domini MCCCXI: tempore Clementis papæ quinti, & Henrici septimi imperatoris. Constitutiones autem hujus synodi separatim excusæ reperiuntur in jure canonico, & Clementinæ inscribuntur, ut habetur in titulo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium*. Causam & occasionem indictæ synodi inter alios scriptores nemo verius, & citra omnem affectum nemo melius expressit, quam Conradus Vecerius scriptor hujus temporis in vita Henrici septimi imperatoris: qui dum exposuisset B qua ratione Clemens, cura & studio Philippi regis imperium Romanum affectantis per cardinales Galliæ, pontifex factus fuisset, deque coronando in imperatorem Romanum fratre ejus Carolo, & absolvendo a sententia excommunicationis Philippo, sponsionem dedisset, ita subjunxit.

Gotho, *ita nominabatur Clemens*, ut primum quæ ab rege acta de se fuerant, Italis quoque probari cognovit, senatum statim cardineum universum, regesque transalpinos aliquot convenire Lugdunum jubet, ad peragenda inaugurandi solemnia: Id edictum tametsi prælatis Ausoniæ non perinde arrideret, pontificiam aulam trans Alpes concessuram gementibus: coiere tamen in civitatem designatam non infrequentes. Ibi declaratus ex more maximus ecclesiæ Chri- C stianorum episcopus, quintique Clementis appellationem sortitus, mox Philippum censuris (namque id primum postulatorum caput extiterat) quibus innexum a Bonifacio diximus, exolvit; reliqua promissorum tempestive se effecturum affirmans. Sed nec ea Philippus posthabenda ratus, Pictavos in conventum accersito Clemente, de cæteris desiderii sui partibus referri jussit in medium. Summa petitio erat, de abolenda in perpetuum memoria Bonifacii. Neque prætextu caruit flagitatio impudens, articulis quadraginta ingenio causidicorum excogitatis, quibus Octavi mores, præter alia facinora, de hæretica impietate sugillabantur. Hic vero hærere æstuareque Clemens, quidnam con- D silii in re tam inexplicabili caperet. Namque inde occurrebat sacramenti interventu firmata promissio, hinc innocentia Bonifacii, qui ut neque forsan insons prorsus criminum haberetur, ita non ullum extare de objecto admisso indicium: quin exemplis, decretis, constitutionibusque declaratum abunde reliquisse, quanto studio, quantaque fide gubernacula culminis apostolici procurasset.

Sollicito inter has curas Clemente quinto, opportune Nicolaus cardinalis Pratensis intervenit: cui, quod arbiter omnium arcanorum haberetur, nudantur ordine omnia. Is, ut erat ingenio ad subita etiam quæque moderanda dexterrimo, primum confirmato pontificis animo, E scire se quid potissimum illi consilii profuturum speraret, affirmat, regias in primis spes ali dissimulanter augerique placere, tum docere cupidum principem, quo magis rata fiant quæ ad Bonifacii cineres attinent, videri futurum consultius, si tanta res non nisi publici concilii senatusconsulto firmetur. Quam sententiam ubi Gallus approbaverit, sedem conventui Viennam inter Allobroges deligat, aliamve civitatem quampiam & liberam, & ad excedendum regiis finibus opportunam. Placuit Clementi quinto cardinalis suggestio. Itaque de voluntate Philippi Viennam maximo Christianorum conven-

ANNO CHRISTI 1311.

tu edicto, octavoque Bonifacio papa de opposita impietate ex sententia patrum absoluto: ipse ibi paucos commoratus dies, Avenionem in Roberti regis provinciam se contulit.

Eadem Antoninus 3. parte historiarum titulo 21. cap. 3. his verbis describit:

Anno Domini 1311. Kalendis Novembris cœpit celebrari concilium generale Viennæ in Burgundia, prout fuerat ante publicatum: in quo præsentes fuerunt plusquam trecenti episcopi, ultra alios prælatos de diversis partibus orbis. Et cum Clemens, ut satisfaceret promissioni factæ regi Franciæ in sua promotione scilicet de delenda memoria Bonifacii ex ecclesia, cum prælatis concilii tractaret: quia rex illum hæreticum fuisse probare intendebat, concilium nullo modo assentire voluit; sed contrarium declaravit, scilicet ipsum fuisse catholicum & indubitatum pontificem. Verum quia ipse fecerat processus contra regem Franciæ, ad quietandum ipsum non valentem obtinere quod cupiebat injustum, declaravit & firmavit decreto concilium, quod quacumque de causa rex offendisset Bonifacium papam seu ecclesiam, nullo unquam tempore posset ipsi regi, vel ejus filiis & heredibus aliquid damni inferri vel pœnæ.

Joannes Marius Belga de schismat. & concil. libro primo capite vicesimo, eadem habet his verbis:

Anno sexto post coronationem, videlicet anno millesimo trecentesimo undecimo, in mense Novembri, Clemens magnum & generale totius ecclesiæ concilium Viennæ in Delphinatu celebravit, cui plures quam trecenti ecclesiastici patres ex variis Christiani orbis partibus interfuere. Magna vero ex parte concilium hoc celebratum est ad desiderium Philippi Pulchri, qui omnibus modis conabatur, ut Clemens papa omnia acta ac decreta Bonifacii octavi ex memoria hominum aboleret, eumque tamquam hæreticum condemnaret: id quod Clemens quidem regi se facturum promiserat: sed per concilium approbatum non est, sed solummodo judicatum ac declaratum, processus, quos Bonifacius contra regem fulminasset, fuisse injustos ac nullos.

b *Oecumenicum.*) Romanus enim pontifex eidem præsedit; atque inter multos alios Alexandrinus & Antiochenus patriarchæ interfuerunt.

c *Trecentorum & amplius episcoporum.*) Ita Antoninus & Marius prædictis locis & verbis supra commemoratis.

d *Bonifacius papa octavus, &c.*) Hæc ex Antonino, Vecerio, & Mario, prædictis locis. Inter calumnias, quas illi Philippus rex objecit, quasque Naucletus in chronico cæteris prolixius describit, præcipuæ fuerunt, simonia, hæresis, & perjurium: utpote qui fidem, quam de Romani imperii titulo in se transferendo dedisset, promissionis suæ immemor non adimplevisset. Vide Vecerium prædicto loco.

e *Templarii extirpantur.*) Priusquam damnarentur, præmissa est inquisitio super hæresi, sodomia, aliisque nefandis sceleribus, quæ ipsis per famam communem ac constantem imponebantur: eaque commissa fuit omnibus orbis Christiani episcopis. Ejus vero quam Coloniensi archiepiscopo ejusque suffraganeis demandatam invenimus, copiam, ex originali, quod in archivo metropolitanæ Coloniensis asservatur, descriptam hic exhibeo:

A *Clemens episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Coloniensi, ejusque suffraganeis, salutem & apostolicam benedictionem.*

FAciens misericordiam cum servo suo Dei Filius Dominus Jesus Christus, ad hoc nos voluit in specula eminenti apostolatus assumi, ut gerentes, licet immeriti, vices ejus in terris, in cunctis nostris actibus & processibus ipsius vestigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dudum circa nostræ promotionis ad apicem summi pontificatus initium, etiam antequam Lugdunum, ubi recepimus no-B stræ coronationis insignia, veniremus: & posttam *&c. ut supra in epistola ad Philippum regem Francorum, mutatis mutandis, usque ad id,* Graviter deliquisse. *Sequitur:* Verum quia in universis mundi partibus, per quas idem ordo diffunditur, ac fratres degunt ipsius, super his non possumus inquirere per nos ipsos: fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum, videlicet in suis civitate & diœcesi, una cum venerabilibus fratribus nostris Moguntinensi, Treverensi & Magdeburgensi archiepiscopis, ac Basileensi & Constantiensi episcopis, & dilectis filiis abbate monasterii de ** Crudalio, & priore de Longo ponte Cluniacensis C ordinis, Vivariensis & Parisiensis diœcesis, Paulo de Cadarossa præposito Cavallicensi, decano sancti Servatii Trajectensis, magistro Bernardo Raimundi archidiacono Majoricensi, Joanne dicto presbytero Longo Tullensi capellano nostro, & magistro Laurentio de Fusciberte basilicæ sanctæ Mariæ majoris de Urbe, canonicis ecclesiarum, vel undecim, decem, novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex ipsis, quos vobis in hac parte propter negotii magnitudinem duximus adjungendos, vocatis per publicum citationis edictum, per vos & ipsos adjunctos, vel eorum aliquos sive aliquem, in locis, de quibus vobis & iis videbitur faciendum, qui fuerint D evocandi contra singulares personas & fratres dicti ordinis in civitatibus & diœcesibus vestris degentes, etiamsi aliunde venerint, vel illuc adducti forsan extiterint, super articulis quos vobis sub bulla nostra inclusos transmittimus, & super aliis, de quibus prudentiæ vestræ videbitur expedire, veritatem cum diligentia inquiratis. Volumus insuper, quod inquisitione seu inquisitionibus hujusmodi factis per provinciale concilium contra ipsos, singulares personas, & fratres qui in eadem provincia fuerint, seu pro eis super his de quibus contra eos inquisitum extiterit, absolutoria seu condemnatoria juxta juris exigentiam proferatur. Inquisitore nihilominus seu inquisitoribus ejusdem pravitatis hæ-E reticæ in ipsa provincia per sedem apostolicam deputatis, tam ad dictas inquisitiones, quam ad hujusmodi prolationem sententiæ admissis. Proviso quod de inquirendo vel sententiando contra præfatum ordinem, & contra magnum præceptorem dicti ordinis in regno Alemanniæ constitutum, contra quos per certas personas inquiri mandavimus, vos intromittere nullatenus præsumatis. Nostræ etiam intentionis existit, & volumus, quod te, frater archiepiscope, in hujusmodi inquisitionis per tuos suffraganeos, ut præmittitur, faciendæ negotio, cum singulis eisdem suffraganeis, quibus ad hoc te similiter

duxi-

ANNO CHRISTI 1311.

duximus adjungendum, una cum prædictis aliis A adjunctis, vel undecim, decem, novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, aut uno ex ipsis, sive etiam per teipsum, procedas, si potueris, juxta formam super hoc adjunctis traditam memoratis.

Datum Pictavis secundo Idus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Commissionis vero, quæ adjunctis data, formam procedendi præscribunt litteræ, sic se habent.

Clemens episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Moguntinensi, Treverensi & Magdeburgensi archiepiscopis, ac Basileensi, Constantiensi episcopis, ac dilectis filiis abbati monasterii de Crudario, & priori de Longo ponte, Cluniacensis ordinis, Vivariensis & Parisiensis diœcesis, Paulo de Cadarossa præposito Cavallicensi, decano sancti Servatii Trajectensis, magistro Bernardo Raimundi archidiacono Majoricensi, Joanni dicto Longo presbytero de Alemannia capellano nostro Romaricensi, & magistro Laurentio de Fusciberte basilicæ sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, canonicis ecclesiarum, salutem & apostolicam benedictionem.

FAciens misericordiam cum servo suo Dei filius, *&c. ut præcedente bulla ad archiepiscopum Coloniensem data, usque ad illa verba*, non possumus inquirere per nos ipsos. *Sequitur:* discretioni vestræ, de quorum circumspectione specialem fiduciam gerimus, de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus ad Coloniensem civitatem & diœcesim ac provinciam personaliter accedentes, una cum venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Coloniensi, ejusque suffraganeis, quibus vos propter hujusmodi negotii magnitudinem in hac parte duximus adjungendos, cum quolibet eorum, videlicet in suis civitate & diœcesi vocatis, *&c. usque ad illa verba*.

Testes autem si qui a vobis requisiti vel admoniti vel citati, ut super dictis articulis ferant veritatis testimonium, coram vobis se prece vel precio, gratia vel amore, odio vel timore, a ferendo testimonio subtraxerint, necnon fautores, receptatores & defensores prædictorum fratrum, qui a vobis citati vel vocati, ut præmittitur, coram vobis non comparuerint; eos insuper qui prædictam vestram inquisitionem directe vel indirecte, publice vel occulte, vel per se vel alium, seu alios vel alias, quoquomodo præsumpserint impedire, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis; invitato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, undecim, decem, novem, octo, septem, sex, quinque, quatuor, vel tres aut duo, seu unus vestrum, ea nihilo minus exequantur. Nostræ etiam intentionis existit, *&c. ut supra, mutatis pauculis*.

Captis per inquisitores ex hac commissione militibus fere omnibus, accidit quod bona eorumdem mobilia diversorum prædis exponerentur, possessiones ac reditus occuparentur, ac jura eorumdem occulte subtraherentur. Ne itaque detrimentum sentirent loca pia, quibus eorum bona applicanda erant, idem pontifex ad omnes Christi fideles hoc modo rescripsit:

Clemens episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD omnium fere notitiam credimus pervenisse nefanda scelera, & crimina abhorrenda, hæresim notorie sapientia, quibus ordo & personæ Templariorum non levibus argumentis, sed manifestis indiciis & violentis præsumptionibus, diffamati noscuntur, super abnegatione videlicet Domini salvatoris nostri Jesu Christi, & super nefanda, temeraria, & præsumptuosa & hæretica conspuitione super ejusdem imaginem crucifixi, necnon & super pluribus articulis, quos quia fore credimus manifestos, B exprimi non oportet: sicque, excrebrescente infamia, & imminentibus scandalis plurimis, minime contemnendis, quæ non leviter totam scandalizabant ecclesiam, urgente conscientia, per totum orbem terrarum jamdudum ipsos capi mandavimus: & tandem cœpimus super his contra eos inquirere per nos ipsos, nonnullis ex fratribus nostris adscitis ad inquisitionem prædictam nobiscum sollicite persequendum. Et tandem præsentatis nobis personis eisdem, non parvo, sed grandi numero, non levis sed magnæ auctoritatis viris olim in ordine supradicto, sacerdotibus præceptoribus, militibus, & servientibus, per eorum confessiones & depositiones spontaneas libere factas coram no- C bis & fratribus ipsis, in secreto prius, & postmodum coram nobis, totoque collegio fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, patuit manifeste, quoad personas ipsas confitentes, dicta crimina & scelera esse vera: iidemque confitentes omnes & singuli, suum humiliter recognoscentes errorem, nostram & apostolicæ sedis non justitiam, sed misericordiam & veniam implorarunt: quibus cum omni humilitate & reverentia & proprii eorum recognitione erroris omnino persistentibus, pro absolutione ab excommunicationis sententia, quam ex hujusmodi hæresis reatibus & sceleribus incurrerant, ipsis misericorditer impendenda; nos qui licet indigni vicarii sumus illius, cujus mi- D serationes super omnia opera ejus existunt, & quia Romana mater ecclesia non claudit, prout nec claudere debet, gremium redeunti, sed potius errantem ovem ad ovile Dominicum super humeros proprios reportare, facta a supradictis confitentibus cum magna humilitate, & reverentia debita abjuratione hujusmodi hæreseos secundum canonicas sanctiones, eisdem fecimus juxta formam ecclesiæ munus absolutionis impendi, injungendi eis propterea salutarem pœnitentiam, nobis & dictæ sedi, seu quibus id committendum duxerimus, potestate specialiter reservata.

Ex prædictis itaque confessionibus, & nonnullis aliis causis legitimis, non immerito ex- E citati, visis etiam diversis processibus contra singulares personas dicti ordinis super ipsis sceleribus & criminibus factis per locorum ordinarios & inquisitorem generalem hæreticæ pravitatis in regno Franciæ, in quibus multorum aliorum confessiones & depositiones contineri videbantur aperte, ex quibus violenta suspicio contra ordinem ipsum & personas ejusdem habebatur: super criminibus antedictis contra omnes singulares personas dicti ordinis, necnon & ipsum ordinem, cum omni diligentia & sollicitudine per alias nostras litteras mandavimus & mandamus inquiri, ut per hujusmodi inquisitiones

Ce 2 de

ANNO CHRISTI 1311.

de supradictis criminibus & infamiis, contra ordinem & personas præfatos, vel pro ipsis, veritas elucescat.

Verum quia occasione hujusmodi subsecutorum processuum, & captionum personarum ordinis prælibati, bona ipsius mobilia, quæ vel pro ipso ordine, si reperiatur innocens, vel alias pro subsidio terræ sanctæ & contra perfidos Saracenos inimicos fidei Christianæ, ad quæ bona prædicta per fideles ipsa largientes deputata fuerant, & nos ipsi eadem bona una cum aliis bonis immobilibus eorumdem ad ea decrevimus deputanda, nequiter a nonnullis subtracta, penes aliquos malitiose, indebite, & injuste absconsa & celata feruntur, in grave ipsorum animarum periculum, ecclesiæ prædictæ contemptum, & dictæ terræ præjudicium, dispendium & jacturam; nos volentes debitum in hac parte remedium adhibere, universis & singulis sub virtute obedientiæ ac excommunicationis pœna, quam excommunicationem contra facientes post unius mensis spatium a notitia præsentium immediate sequentia, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis existant, ecclesiastici vel mundani, etiamsi pontificali præfulgeant dignitate, incurrere volumus ipso facto: auctoritate apostolica directe præcipiendo mandamus, quatenus habentes, tenentes & possidentes, ut prædicitur, per se vel alium seu alios, aliquas pecuniarum summas, vel alia mobilia bona quæcumque, vel se moventia, personarum vel ordinis prædictorum, sive causa depositi, vel alia quacumque causa, occasione vel titulo; si qui etiam personis vel ordini antedictis in quacumque summa vel quantitate pecuniæ obnoxii, vel alias quomodolibet fuerint obligati, ex quacumque causa vel titulo, vel ab eis aliquid receperint, vel ipsorum nomine per quemcumque, aut pro ipsis: libere integraliter & sine diminutione restituant, reddant & solvant, sub instrumentis publicis locorum ordinariis sive superintendentibus administrationi bonorum dicti ordinis per sedem ipsam deputatis vel etiam deputandis; non obstantibus quibuscumque promissionibus super his ab ipsis præstitis, pœnis, juramentis, cautionibus, obligationibus, seu fidejussionibus forsitan roboratis.

Si qui autem, etiam nihil habentes de bonis prædictis, nihilque debentes eisdem, ac in nullo ipsis quomodolibet obligati, sciverint aliquem aliquid habere, tenere vel possidere de ipsis bonis, ut superius est expressum, aut aliquem debitorem dictorum ordinis & personarum, vel eis quomodolibet obligatum; sive aliquem aliquid ab eis, vel pro ipsis, vel eorum nomine, vel alicujus eorum recepisse, infra idem tempus ordinariis vel superintendentibus prælibatis, sub instrumentis similibus aperte revelent: alioquin supradictam sententiam ipsos incurrere volumus ipso facto: quam, si ipsi & alii superius nominati per sex menses sustinuerint animo indurato, ordinariis ipsis & quibuslibet aliis absolutionem eorum penitus interdicimus, ipsam nobis & successoribus nostris, præterquam in mortis articulo tantummodo, reservantes.

Et ut præmissorum ignorantiam nemo prætendere valeat, hujusmodi processum nostrum mandamus & volumus per illos, quibus in aliis nostris litteris id committimus, in locis contentis in eis solemniter publicari.

Anno Christi 1308. Datum Pictavis secundo Idus augusti, pontificatus nostri anno tertio.

ANNO CHRISTI 1311.

De Templariis hac synodo sublatis & extirpatis Trithemius in chronico Hirsaugiensi ista habet.

Anno Dominicæ nativitatis millesimo trecentesimo undecimo Clemens papa V. concilium Viennense celebrandum indixit, quod biennio duravit, in quolibet Clementinarum publicatus fuit, & multa ad ecclesiæ utilitatem statuta. Ibi ordo Templariorum, qui annis ferme 184. steterat, ab ipso Clemente papa condemnatus fuit, & uno die per universum orbem deletus, ad instantiam Philippi regis Francorum, cujus promotione ipse papa electus fuerat. Fuerunt autem Templarii valde divites, quorum possessiones ut rex sibi acquireret, crimen eis hæreseos falsum imposuit, ut multi voluerunt, & extingui omnino paravit.

Antoninus prædicto loco recensens quid contra Templarios in hac synodo gestum fuerit, post ea quæ supra commemoravi, hæc subjungit.

Item statutum fuit quod omnia bona & possessiones, quæ fuerant mansionis Templi, assignarentur mansioni hospitalis Hierosolymitani. Et quia jam fuerant occupata a diversis dominis laicis, oportuit quod illi de hospitali magnum thesaurum exponerent in dando regi & aliis qui occupaverant dicta bona. Unde depauperata est mansio hospitalis, quæ se existimabat inde opulentam fieri.

Joannes Marius eadem commemorans ait.

In hoc quoque concilio decretum est ut bona, redditus ac possessiones Templariorum, qui propter hæresim aliaque facinora nefanda destructi ac combusti fuerant, equitibus Hierosolymitanis, qui nunc Rhodii dicuntur, attribuerentur. *Hæc ille.*

Quales Templarii initio fuerint, quales esse cœperint, Gullielmus Tyrius in historia belli sacri breviter his verbis indicat.

Templariorum (*quibus de mandato domini Honorii papæ, & Stephani, Hierosolymitani patriarchæ, regula & habitus assignabatur*) professio hæc fuit, ut vias & itinera, maxime ad salutem peregrinorum, contra latrunculorum incursiones in terra sancta conservarent: qui, quoniam juxta Domini templum mansionem haberent, fratres militiæ Templi dicebantur. Cum autem patriarchæ, Hierosolymitano, a quo prima beneficia susceperant, obedientiam denegarent, & ecclesiis Dei decimas & primitias subtraherent, earum indebite turbando possessiones: facti sunt omnibus molesti. *Hæc Tyrius. Urspergensis in chronico post annum millesimum ducentesimum vicesimum septimum.* Fridericus II. apud Accon in terra sancta, ut ajunt, multa sustinuit ex perfida proditione Templariorum. *Platina in vita Clementis V.* Rescitum est, *inquit*, Templarios a nostris ad Saracenos defecisse. Hanc ob rem eorum bona partim Rhodiis militibus, partim novis religionibus sunt attributa.

Crimine hæreseos non falso, ut ait Trithemius, sed vero fuisse notatos, testatur Thomas Walsingham historiæ Anglicanæ scriptor antiquissimus his verbis.

Hoc anno, Kalendis Octobris, sub papa Clemente V. celebratum fuit concilium apud Viennam, in quo Templariorum ordo damnatus est. Et ante illud concilium per universum orbem

ANNO CHRISTI 1312.

bem generaliter fuit divulgatum, quod omnes & finguli religiofi exempti ad jus transirent commune, unde folus ordo Cifterciensis papam adiit ante dicti concilii celebrationem pro exemptione fua priftina pacifice obtinenda: quod & obtinuit donis datis. In isto concilio petita fuit & concessa decima fexennalis in fubfidium terræ fanctæ, & annis fuccessivis foluta. Philippus rex Franciæ cogitavit unum de filiis fuis regem Hierofolymitanum facere, & impetrare fibi omnes redditus & proventus Templariorum. Et hac occafione prius multos Templarios in regno fuo, & præcipue magiftrum magnum ordinis, & alios multos procuravit comburi, & totum ordinem procuravit & fecit in concilio prædicto damnari. Sed tamen propofitum fuum B de eorum redditibus non est confecutus, quia papa hofpitalariis hæc affignavit, non fine magnæ pecuniæ interventu. Depofitum nempe fuit contra Templarios, & compertum, quod quando receperunt quemquam ad ordinem, unotis omnibus, exceptis fratribus ejufdem ordinis, adduxerunt illum ad locum privatum, & totaliter denudaverunt, & tunc unus accederet ad eumdem, & eum ofcularetur in pofteriori parte, deinde induceretur & cingeretur corrigia de fambuco. Et poft crux portaretur, & ibi diceretur fibi, quod crucifixus non eft Chriftus, fed quidam falfus propheta deputatus per Judæos ad mortem propter delicta fua, & fecerunt eum ter fpuere fuper illam, & poftea C projecerunt crucem ad terram, & eam pedibus conculcari fecerunt, deinde oftenderunt fibi caput cujufdam idoli, quod quotidie adorabant. Et præter hæc depofitum eft contra eos, quod vitio fœdabantur Sodomitico, ftatuentes quod nullus utatur mulieribus, fed quilibet alteruiro, cum voluerit. Unde poftea cum factum fuiffet concilium provinciale in Anglia Londinii contra Templarios fuper his articulis, quod quidem concilium duravit a menfe Maji ufque ad menfem Junii, in quo Templarii capti & accufati fatebantur famam, fed non factum, nifi unus vel duo ribaldi in omni ftatu: omnes tamen fatebantur finaliter, non poffe de fibi impofitis fe purgare, & ideo adjudicati fuerunt D per concilium perpetuæ pœnitentiæ. Ita quod finguli in fingulis monafteriis poffeffionatis detruderentur pro perpetua pœnitentia peragenda, qui poftea in hujufmodi monafteriis bene per omnia fe gerebant. Cum in concilio Viennenfi tractaretur, an propter vocationem fingularum perfonarum ordinis Templariorum, vel propter acta contra eos, poffet totus ordo damnari propter fingularium delinquentium vocationes, cum conftaret quod dictus ordo non fuerat vocatus: definitum fuit per dictum concilium, quod non de jure. Ideo papa Clemens in bulla fua condemnatoria ordinis adjecit hanc claufulam: Quamquam de jure non poffumus, tamen ad E plenitudinem poteftatis dictum ordinem reprobamus.

f *Petri Joannis.*) *Petrus Joannis*, inquit Sanderus, auctore Guidone Carm. *Joachim abbatis difcipulus erat: hic negabat animam rationalem, qua rationalis eft; formam effe humani corporis, gratias & virtutes in baptifmo infundi, Chriftumque adhuc viventem lancea vulneratum, & quod evangelifta jam aliter narret, perturbate narratum videri afferebat.*

g *Fraticellorum & Dulcinistarum.*) Fraticelli & Dulcinistæ (fic dicti a Dulcinio quodam, cujus concubinam nomine Margaretam ab ipfo impregnatam, de Spiritu fancto concepiffe nefarie & impudenter evulgabant) promifcuos concubitus in locis occultis exercebant; vifionem fanctarum animarum ufque ad noviffimum diem differri, aliaque plura impia dogmata Fraticellim fectantes docebant. Ad quas hærefes evertendas, patres concilii de fubftantia animæ rationalis, de parvulorum baptifmo, de vulnere Chrifto defuncto per lanceam inflicto, definiverunt ea quæ Clem. I. de fumma fide & Trinitate habentur.

h *Beguardorum & Beguinarum.*) De his eorumque erroribus in hac fynodo condemnatis Antoninus prædicto cap. 3. §. 2. ifta ait.

In eodem concilio fuerunt damnati octo errores Beguinarum & Beguardorum, qui infurrexerunt in Alemannia, ut habetur de hæretic. *Ad noftram*, in Clem. Quorum primus eft, quod homo in vita præfenti tantum & talem perfectionis gradum poteft acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam, ut dicunt, fi quis femper poffet proficere, poffet aliquis Chrifto perfectior inveniri.

Secundus eft, quod jejunare hominem non oportet vel orare, poftquam gradum perfectionis hujus fuerit affecutus: quia tunc fenfualitas ita eft perfecte fpiritui & rationi fubjecta, quod homo poteft libere concedere corpori quidquid placet.

Tertius eft, quod illi, qui funt in illo gradu perfectionis & fpiritu libertatis, non funt humanæ fubjecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclefiæ obligantur, quia, ut afferunt, ubi fpiritus Domini, ibi libertas.

Quartus, quod homo ita poteft finalem beatitudinem fecundum omnem gradum perfectionis in præfenti affequi, ficut eam in vita beata obtinebit.

Quintus quod quælibet intellectualis natura in feipfa naturaliter eft beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipfam elevante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus eft, hominem in virtutum actibus fe exercere, eft hominis imperfecti, quia anima perfecti licentiat a fe virtutes.

Septimus, quod mulieris ofculum (cum ad hoc non inclinet natura) eft mortale peccatum: actus autem carnalis (cum ad hoc inclinet natura) non eft peccatum: maxime cum tentatur exercens.

Octavus eft, in elevatione corporis Chrifti, non debet talis exurgere, aut ei reverentiam exhibere. Afferunt enim quod effet imperfectionis eifdem, fi a puritate & altitudine fuæ contemplationis tantum defcenderent, quod circa facramentum euchariftiæ, aut circa paffionem humanitatis Chrifti, aliqua cogitarent. Qui omnes errores reprobati funt in dicto concilio, & mandatur diœcefanis & inquifitoribus, ut puniant tales. Glofs. ibi. Joann. Andr. fufficienter oftendit qualiter ifta funt erronea, & contra doctrinam fanctorum. *Hæc Antoninus.*

i *Expeditioque, &c.*) In Platina in vita Clementis V. Marius prædicto loco verbis infra recenfendis, & Krantzius Saxon. lib. 9. cap. 3.: *Annus erat*, inquit, *undecimus poft mille trecentos, cum Clemens V. pontifex Romanus concilium apud Viennam Narbonenfis Galliæ urbem celebravit: in quo ad alterius anni medietatem protracto, Templariorum omnino nomen exstinxit, deque fubveniendo Hierofolymæ multa in eo verba jactata funt, quæ in irritum cecidere*, &c. Hæc Krantzius.

k *Plurimaque conftitutiones.*) Harum aliæ mores, aliæ fidem concernentes, extant in corpore juris canonici, & Clementinæ infcribuntur. Ad fidem pertinent quæ apud Antoninum cap. 3. §. 2. defcribuntur his verbis.

In Clement. prima de fide catholica fic dicitur: fidei catholicæ fundamento firmiter inhærentes, aperte cum fancta ecclefia confitemur unigenitum Deum filium in iis omnibus, quibus Deus pater exiftit, una cum Patre æternaliter fub-

Conftitutiones nec veras affert S. Antoninus, nec omnes. Nos vero eas

ANNO CHRISTI 1312.

hic ex Clementinarum corpore proferre noluimus verbum, non potuimus, quia ibi mixta sunt cum aliis, quæ non sunt Viennensis concilii, ut ex præfatione constat.

subsistentem, partes nostræ naturæ simul unitas (ex quibus ipse in se verus Deus existens, verus homo fieret) humanum videlicet corpus passibile, & animam intellectivam seu rationalem, ipsum corpus vere & per se & essentialiter informantem, assumpsisse ex tempore in virginali thalamo ad unitatem suæ hypostasis & personæ. Et quod in hac assumpta natura ipsum Dei Verbum pro omnium operanda salute non solum affigi cruci & in ea mori voluit, sed etiam spiritu emisso perforari lancea sustinuit latus suum, ut inde profluentibus undis aquæ & sanguinis formaretur unica & immaculata ac virgo sancta mater ecclesia conjux Christi, sicut de latere primi hominis soporati Eva sibi in conjugium est formata: ut sic certæ figuræ primi & veteris Adæ, qui, secundum Apostolum, est & forma futuri, in nostro novissimo Adam, hoc est, Christo, veritas responderet. Hæc est, inquam, veritas illius prægrandis aquilæ vallata testimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus cæteris evangelicis transvolantem, Joannis videlicet apostoli & evangelistæ. *Et infra.*

Porro doctrinam omnem seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substantia animæ rationalis, aut intellectivæ, vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicæ fidem inimicam sacro approbante concilio reprobamus: definientes, ut si quisquam deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus.

Baptisma unicum, baptizatos omnes in Christo regenerans, sicut unus Deus, ac fides unica, ab omnibus fideliter confitendum est. Quod celebratum in aqua in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis quam parvulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum quantum ad effectum, cum theologi opiniones varias habeant, videlicet dicentibus quibusdam, parvulis culpam remitti, sed gratiam non conferri; aliis e contra asserentibus quod & culpa ejusdem in baptismo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etsi non pro illo tempore, quoad usum: nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo gratiam informantem & virtutes, tamquam probabiliorem, & dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologiæ magis consonam & concordem, sacro approbante concilio, duximus eligendam.

Item in titulo de usuris, *ex gravi*, in Clement. dicitur, quod si quis in hunc errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præsumat, usuras non esse peccatum: decernimus eum velut hæreticum puniendum, & ordinarii & inquisitores hæreticorum possunt contra tales ut contra hæreticos procedere.

In quo etiam capite statuitur, quod communitates, aut quicumque officiales, qui statuta scribere, vel dictare, aut quod solvantur usuræ, vel quod solutæ non restituantur, plene ac libere scienter judicare præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrunt: & similiter eamdem sententiam incursuri, si statuta hujusmodi hactenus edita, de libris communitatum, quantum est in potestate eorum, non

A deleverint, vel si etiam ipsa statuta vel consuetudines observare præsumpserint. Item quod feneratores possunt per censuram compelli ad ostendendum libros suarum rationum.

Ad mores pertinent quæ apud eumdem initio capitis tertii ita summatim recensita sunt his verbis: In eodem concilio fuerunt factæ multæ constitutiones generales: præcipue concernentes statum religiosorum, & monachorum præcipue nigrorum: de statu monachorum, *ne in agro*, mendicantium, quoad prædicationes, audientiam confessionum, & sepulturas, ubi dicatur forma servanda ab eis. extra. de sepul. *dudum*. in Clem.

Originaliter illa constitutio fuerat edita a Bo-
B nifacio VIII., quæ incipiebat: super cathedram, & erat extravagans: sed per Benedictum XI. successorem immediatum fuit revocata, per Clementem autem V. in concilio reposita in suo vigore, & in corpore juris inserta, scilicet in Clementinis. Hæ quidem Clementinæ editæ fuerunt in ipso concilio.

In titulo de excessibus privilegiatorum fertur sententia excommunicationis contra eos religiosos qui administrant sacramenta eucharistiæ vel extremæ unctionis alicui sine licentia sui sacerdotis parochialis, vel episcopi sui, vel solemnizant matrimonia sine dicta licentia, vel absolvunt a sententiis juris communis vel particularis, scilicet provincialis, vel synodalis promul-
C gati, vel absolvunt a culpa & pœna, cujus excommunicationis absolutio papæ reservatur.

In titulo de verborum significatione exponitur regula beati Francisci, & declarantur multa dubia ejus.

In titulo de relig. dom. *Quia contingit*, constituuntur quædam pertinentia ad gubernationem hospitalium.

In titulo de immunitate ecclesiæ derogatur pro parte constitutioni Bonifacii octavi, qui statuerat eodem titulo cap. *Clericis*, scilicet, quod non solum exigentes pedagia & gabellas & taleas a clericis & personis ecclesiasticis, pro rebus suis, vel ecclesiarum suarum, essent excommunicati, sed etiam solventes talia: unde
D sequebantur rixæ inter exigentes & exactos: quia nolebant exacti solvere, ne inciderent in canonem. Unde quantum ad istam partem, scilicet quoad solventes, ablata fuit censura illa.

Plures invenies in corpore juris canonici. Post hæc idem Antoninus quædam res in hac synodo gestas subjungens, ait: *In ipso concilio fuit sanctorum catalogo adscriptus sanctus Ludovicus filius secundi Caroli regis Apuliæ, & frater regis Roberti. Qui Ludovicus, cum esset primogenitus Caroli, propter quod ad eum regnum Apuliæ spectabat, mundum contemnens, habitum ordinis Minorum assumpsit ex humilitate & devotione: postea archiepiscopus Tolosanus factus, religiosam & sanctam conversationem usque ad finem servans requievit in Domino, miraculis clarens.* Hæc Antoninus.

In hac synodo etiam gesta fuerunt quæ Joannes Marius prædicto loco recenset his verbis: *Dominicani etiam fratres, qui inter sese dissenserant, hic in gratiam mutuam reducti*
E *fuere. Canones quoque complures, decreta atque statuta reformationem ecclesiæ concernentia, publicata fuere, & liber Clementinarum a Clemente compositus in hoc concilio est editus: Cælestinus V. sub nomine Petri confessoris, in sanctos relatus. Ad hæc diu multumque de recuperatione terræ sanctæ consultum est, sed res effectu caruit.* Hæc Marius.

1 *Anno Domini* MCCCXI.) Ita omnes quotquot supra commemoravi scriptores, initium ejus ad kalendas Octobris referentes: Trithemio biennio, krantzio sesquiennio duravit. Utriusque verba recitata invenies. Hæc sunt quæ colligere potui fragmenta Viennensis concilii: plura quisquis invenerit, suppeditet, totique ut ecclesiæ per appendicem commemorari procuret etiam atque etiam rogo.

ANNO CHRISTI 1311.

G. C. ADDITIO

AD CONCILIUM VIENNENSE.

Auctor anonymus qui MS. extat in Vaticana bibliotheca, cum alia de hoc concilio docet, tum primam ejus sessionem inchoatam esse die 14. Octobris. Ejus hæc verba refert Raynaldus: In nomine Domini, Amen. Anno Domini 1311 congregato concilio generali Viennæ per sanctissimum dominum Clementem Papam V. mense Octobri, in prima sessione sua, quæ fuit decima sexta die ejus mensis, primo proposito verbo Domini, assumpto themate: *In concilio justorum & congregatione, magna opera Domini*, in omni verbo ejus exposuit dictus papa tres causas, propter quas ipse duxerat concilium congregandum. Prima fuit pro negotio Templariorum & ordine eorum, qui super variis hæresibus & nefandis erroribus fuerunt graviter & multipliciter infamati, & multi processus & inquisitiones contra eos facti. Secunda propter succursum & subsidium Terræ sanctæ. Tertia pro reformatione morum, & reformatione status ecclesiastici.

Psal. 110.

De prima sessionis die consentit Bernardus Guidonis, tum in Romanorum pontificum, tum in conciliorum chronicis: deque secunda & tertia sessione hæc habet in chronico pontificum: Anno Domini MCCCXI. in kalendis Octobris fuit per A Clementem papam V. apud Viennam super Rhodanum generale prælatorum concilium convocatum. Fuitque prima Sessio concilii inchoata xvii. kal. Novembr. Sabbato ante festum B. Lucæ. *Et paulo post.* Sequenti vero Mense Martii, feria 4. in hebdomada sancta, 11. kal. April. summus pontifex multis prælatis cum cardinalibus in privato consistorio convocatis, ordinem Templariorum cassavit & penitus annullavit. In sequenti vero mense Aprilis, die tertia introitus ejusdem mensis, anno Incarnationis Dominicæ jam mutato MCCCXII. fuit secunda sessio concilii celebrata, in qua prædicta cassatio ordinis Templariorum extitit per summum pontificem, concilio mediante, publice promulgata, præsente rege Philippo, cui negotium erat cordi, ac domino Carolo fratre suo, & tribus ejusdem regis filiis. In sequenti vero mense Maji, pridie Non. ejusdem mensis, in festo S. Joannis ante portam Latinam, quod fuit in sabbato infra octavas assumptionis Domini, tertia & ultima fuit generalis concilii sessio celebrata: fuitque concilium, quod septem fere mensibus protractum fuerat, terminatum anno Domini prætaxato MCCCXII.

ANNO CHRISTI 1312.

B *Quod vero ait Bernardus, in verbis a me descriptis,* anno Incarnationis Dominicæ jam mutato, *male Raynaldus edidit*, jam notato, *sive mendoso libro est usus, sive castigatum perperam emendavit. Scilicet annus, qui cum in Gallis a Pascha ducebat initium, jam mutatus erat, & labi cœperat nono a XXVI. Martii, in quem Pascha inciderat.*



AD CONCILIUM GENERALE VIENNENSE

Anno 1311. habitum

ADDITIO.

An. 1311. Ex Sup. Mansi to. III. pag. 372.

Quandoquidem concilii hujus acta perierunt, vel ita in Clementinis dispersa sunt, ut seorsum nulla prodierint, juvat hic loco actorum ea dare, quæ in adnotationibus meis ad Raynaldum olim animadverti.

Indictum ante quadriennium generale concilium a Clemente hoc anno celebrari cœptum fuit. De tempore apud omnes convenit. Caussæ ejus cogendi tres assignantur, Templariorum judicium institutum, terræ sanctæ expeditio, ac denique ecclesiæ reformatio. Natalis Alexander in historia ecclesiastica sæculo XIV. quartam adjicit caussam hæreseum nempe præsertim Beguardorum & Beguinarum condemnationem. Quamquam vero non nego in hos hæreticos conciliari sententia animadversum fuisse; nemo tamen veterum inter caussas, quibus concilium indictum fuit, hanc pariter recensendam censuit; ideo forte quod seductores isti hæreses sustinerent jam damnatas, & dogmata adeo perspicue absurda, ut nulla conciliari discussione ad eorum falsitatem ostendam opus esset. Alii vero inter caussas habendi concilii referunt de Bonifacio VIII. controversiam. Pagius in Breviario pluribus evincere nititur, caussam illam Bonifacii ante concilium vel absolutam fuisse, vel potius totam ad se revocasse Clementem, ut nihil de illa in concilio tractatum fuerit. Nostram in hac re sententiam in Nota ad sequentem annum 1312. dabimus. Antequam Patres coirent, vel potius in litteris encyclicis, quibus Patres accivit, Clemens hortatus fuit, ut quidquid reformatione dignum in ecclesia offendissent, illud scriptis redigerent, scriptumque ad concilium referrent. Notat id Guillelmus Durandus Guillelmi speculatoris dicti ex fratre nepos, & in episcopatu Mimatensi successor in præfatione operis, quod ea occasione & argumento composuit, inscripsitque, *Tractatus de modo generalis concilii habendi*, quod splendidis Parisiensibus typis primo editum a Philippo Probo Biturico, & Patribus ad concilium Tridentinum vocatis oblatum anno 1545, dein iterum minori forma prodiit Venetiis anno MDLXI. In eo vero Durandus singula, quæ reformatione indigere arbitrabatur, expendit, simulque ex jure canonico, quo apprime callebat, apta singulis remedia profert. Multa in eo singularia & nova proponit, quæ scire C Lectoribus eruditis utile erit & volupe. In titulo XXXIII. partis secundæ discutiendum proponit, num præstaret clericos minores beneficiatos, cum annos pubertatis attigerint cogere, ut alterutrum eligant, sive castitatem perpetuam, sive conjugium. Laicis ter in anno Eucharistiæ perceptionem injungi, prout a conciliis quibusdam sancitum est, opportunum judicat tit. XLVIII. partis secundæ. Monachos episcopis subjici pro veteri more sublato exemptionum privilegio mandat; serio Patrum examini committit tit. XLVI. partis secundæ, num expediret in occidentali ecclesia servari orienD talia ecclesiæ disciplinam, *quæ castitatem in altaris ministris non suscipit; ut ecclesiastico statui*, ait, *provideatur*. In tit. XXXVIII. 2. par. seponi suadet decimam *omnium beneficiorum ecclesiasticorum sæcularium & regularium assignandam pauperibus scholaribus studentibus in studio generali; ut tandem de eruditis & nutritis ordinari possent qui in civitatibus, & diœcesibus & monasteriis domino famularentur*. En prima rudimenta illius operis, quod postea concilium Tridentinum magno ecclesiæ commodo perfecit, institutis ad formandos juniores pauperesque cleE ricos collegiis, quæ seminaria vocamus. Hæc & alia multa Durandus Viennensibus patribus discutienda proposuit, qui nec silet abusus correctione dignos. Hi sane abusus cum ab iis non differant, quos Anonymus ille antistes apud Raynaldum hic pro concione Patribus Viennensibus exponit, apud quem pariter eadem Patrum loca quæ apud Durandum occurrunt; hinc non inani conjectura suspicor anonymum hunc Præsulem Gallum ipsum fuisse Durandum,

qui

qui ea quæ latius in suo libro exposuerat, eadem viva voce brevi complexu perstrinxerit & inculcarit.

ANNO CHRISTI 1311.

Patrum collectorum numerus incertus; quamvis enim Joannes Villani, ejusque perpetuus exscriptor S. Antoninus ultra trecentos episcopos adfuisse tradunt; continuator tamen Nangii multo arctius hunc Patrum numerum contrahit; nam interfuisse ait *centum quatuordecim prælatos cum mitris*. Apertum hoc Auctoris coævi testimonium nulla circumventione elidi posse censeo; ideoque vix dubito plures adfuisse. Cum tamen ex universi Christiani orbis partibus Præsules convenerint: *ex Hispania enim Teutonia*, *Dacia*, (Dania nempe) *Anglia*, *Scotia*, *Hibernia*, *Italia*, præsules Ptolomæus Lucensis commemorat; hinc generale totius orbis concilium merito agnoscitur. Eo vero accurrit & B. Raymundus Lullus eremiticæ vitæ professor insignis, cujus famam ab impacta superstitionum magicarum nota Bollandistæ ad diem XXX. Junii egregie vindicant. In ea quam de viro sancto & Martyre descripsit vite Bovillius apud eosdem Bollandistas ibidem cap. IV. legimus illum audita Concilii Viennensis fama, eo se contulisse, ac tria Patribus proposuisse. *Primum, ut per mundum varia juberentur extrui monasteria, in quibus viri sancti ac devoti varios sermones docerentur; ut in omnem terram exiret sonus eorum. Secundo, ut de cunctis Religiosis militibus fieret unus ordo, qui trans mare assiduis bellis Saracenos lacesseret. Tertio, ut auctoritate sanctissimi patris Romani pontificis, cunctorumque cardinalium, inhiberentur legi scripta Averrois in scholis Christianorum, eo quod in pluribus fidelium mentes a sinceritate & veritate fidei nutare cogunt, & ad impietatem perducunt*. Nihil tamen vir sanctus impetravit.

Ex iisdem monum. ad Raynald. Adnot. ad ann. 1311.

P. Franciscus Pagius in Breviario gestorum Pontificum Romanorum res a Clemente V. gestas describens multis adductis argumentis probare nititur causam Bonifacii ante concilium tractatam & absolutam fuisse, omnis ejus cognitione sibi a Clemente reservata. Nec sane negari potest inter causas coacti concilii hoc de Bonifacio judicium nequaquam referri ab anonymo illo episcopo, qui de singulis tribus causis, quæ discutiendæ in concilio fuerant verba coram Patribus fecit. Vide Annalistam ad An. 1311. num. 54. sed vix credo omissam fuisse a pontifice rem tantam, quam tanto animi nisu urgebat Philippus Rex & Columnenses; quæque ad publicam ecclesiæ causam ex obliquo referebatur; cum non defuerint inter catholicos, qui censuerint, Bonifacium legitimum Pontificatum haud quaquam gessisse, cum illud jure abdicare a se Cælestinus non potuerit: ex quo illud consequebatur, omnia ejus acta rescindi ac pro infectis haberi oportere. His ergo stantibus, vix credo detrahi fidem posse Joanni Villani, qui causam Bonifacii cognitam a concilio affirmat, cui cohæret Anonymus Vaticanus, cujus fragmentum legas apud Analistam An. 1311. num. 54. Consonat & P. Franciscus Pippinus horum temporum scriptor in Chronico, qui lib. IV. cap. XLIX. scribit: *Fuit præterea in eodem concilio ex parte regis Franciæ Philippi hujus nominis V. per ipsius solemnes nuntios requisitum, ut ossa quondam Bonifacii papæ exhumarentur, & etiam cremarentur tamquam hæretici. Non tamen requisitio fuit admissa &c.* Hæc Pippinus, qui cum anno 1314. Chronicon suum absolvit, quemque ex præfatione Muratorii ad hoc opus Rer. Italic. to. IX. discimus anno 1320. aut citius libris scribendis operam in Italia forte, nam Bononiam habuit patriam, dedisse. Eadem memoriæ mandantur a Continuatore Martini Poloni ex editione Eccardi. Vix credo tam multos & coævos auctores in re hac errare potuisse. Horum vero testimonium multo validius existimandum est, quam sit silentium actorum omnium publicorum, quorum nullum de hac causa in concilio editum superest. Hoc silentium urget Pagius, sed cum vetera hujus concilii acta nulla suppetant, nullum ex eo silentio validum argumentum deduci potest.

Auctor Chronici Mersemburgiel, qui opus illud ad annum usque 1722. perduxit, vulgatumque legitur apud Ludewig. Reliquiar. to. IV. tradit Burghardum Mesemburgensem Archiepiscopum concilio huic interfuisse, & a Clemente V. impetrasse, ut vicarium sibi episcopum in pontificalibus exercendis eligeret, & ab eo Joannem quemdam ordinis eremitarum S. Augustini in episcopum Soronacensem & vicarium suum electum & consecratum fuisse.

Cum vero Bonifacii causa, ut ea adductis testibus demonstravi, in concilio hoc Viennensi discussa fuerit; non abs re fore censui, si hic ederem apologiam quamdam pro orthodoxia Bonifacii, quam occasione hujus causæ in concilio tractandæ scriptam arbitror. Unde illam acceperim, & quo auctore prodierit, dicam in præfatione, lucubrationi illi a me præfixa.

PRO ORTHODOXIA BONIFACII VIII. APOLOGIA

Concilii forte Viennensis occasione adornata.

EDITORIS PRÆFATIO.

Ibid. pag. 371.

GUidonis de Baisio seu Abaisii Regiensis, qui ex gesto in Bononiensi ecclesia munere archidiaconus vulgo nuncupatur, celebre nomen est inter juris canonici consultissimos. Doctrinæ suæ merito archidiaconatus stolam cum infulis Ariminensibus commutavit anno 1332. si fides Ughellio in Ariminensibus; tenuitque ad annum usque 1349. quo e vita decessit. Opera edidit plura, quibus scientiam canonum illustravit; ex his pleraque nota sunt eruditis: quam vero hic profero lucubrationem, novam occursuram viris doctis confido; utpote quam e MS. cod. in Bibliotheca canonicorum majoris ecclesiæ Lucensis repertam, nullibi locorum alias offendere potui. Argumentum versat bipartitum; prior enim scripti pars Templariorum causam respicit, quomodo in illos judicium instituendum, quomodo de hæresi inquirendum, apud quem causa eorum tractanda, in secularine vel ecclesiastico judicio; utrum secularis princeps pro suo jure, sive potius ex commissa sibi ab ecclesia auctoritate cognoscere de Templariorum crimine illo valeat, diligenter discutiens. Tum in altera operis parte Bonifacium VIII. defendendum aggreditur; omnem ab eo hæreseos suspicionem amoliens. Ea quæ Templariorum occasione disputat

auctor

auctor, eum generalia sint in omni de hæresi judicio servanda, nihilque peculiare tangant, omittenda hic censui. Quæ vero pro Bonifacio multo ad rem propiora sunt, ea occasione ut arbitror digesta, quo celebri illi judicio ad concilii cognitionem reservato servirent. Sunt equidem qui Bonifacil causam in concilio discussam negent; quos tamen in meis ad Raynaldum adnotationibus refutatos mihi ipse blandior. Id vero tum ex adductis ibi a me coævis testimoniis evincitur; eum & ex hac ipsa apologia argui utcumque posset: concilium enim judicem Bonifacii constitutum designant illa verba, *ostendam ergo quamvis probatione non egeat, de quo dumtaxat crimine possit apostolicus a concilio judicari*. Sunt hæc, quantum arbitror, ad intentum evincendum perspicua, indicantque apologiam istam paratam esse ab Archidiacono, ut causam Bonifacii a concilio discutiendam juvaret; quæ cum ita sint, veniam me impetraturum spero, si e pluteis privatæ Bibliothecæ in lucem publicam lucubrationem hanc ad illustrandas res concilii Viennensis proferam.

INCIPIT TRACTATUS SUPER HÆRESI ET ALIIS

Criminibus in causa Templariorum & domini Bonifacii divina providentia papæ VIII. compositum per famosissimum & excellentissimum decretorum doctorem dominum Guidonem de Baisio, Amen.

Recolendæ memoriæ D. Bonifacio papa VIII. a quibusdam suis æmulis objicitur sceleratum vitium hæreticæ pravitatis, asserentibus ipsum decessisse in ipsius labe, & hæreseos crimen eidem volebant opponere, & probare; & hæc apparent in citatorio seu commonitorio super hoc pii patris domini Clementis papæ V. A suis defensoribus allegatur & dicitur, quod extremam diem vitæ suæ finivit in confessione veræ fidei catholicæ veritatis, quod sufficit. Posito falsissimum esse quod aliquando fuisset infectus vitio supradicto, quæritur an hoc probare sufficiat, ut contra eum sive ejus nomen & famam omnia cessare debeant, sive per modum accusationis, sive denunciationis, sive inquisitionis procedatur. Et licet clarum sit secundum canonicas sanctiones & sanctorum patrum auctoritatem, ut planum & clare apparebit, tamen sicut Innocentius scribit ad episcopos per Macedoniam constitutos: *veritas sæpius exagitata, magis explendescit in luce, & fructus dominicus est justitiam recenseri*, ut hæc habentur XXXV. q. 9. cap. VII. ponam, ut prædixi, auctoritates hanc veritatem declarantes, & etiam confirmantes; & primo id quod scribit Gelasius universis episcopis per macedoniam constitutis; inquit enim sic: *de eo qui in divino judicio est constitutus, nobis non est aliud fas discernere, præter id in quo dies supremus invenit*, ut habetur XXIV. q. 2. *nec quibusdam*, ad hoc concordat ille doctor Sanctus, qui inter cætera dixit: *qualis hinc*, idest de hac vita, *quisque egreditur, talis in judicio crucifixi præsentatur*; hæc habentur XXV. dist. *qualis*.

Quæ auctoritas hoc vult dicere, quod si quis malus recedit, malus in judicio erit; si bonus, in judicio erit bonus, ut XIII. q. 2. *tempus*. Concordat Augustinus in libro de civitate Dei dicens: *qui hinc justus decedit, permanet justus*; sicut ponitur XXV. q. 5. *nec mirum* juxta medium *primum quidem &c.* Idem etiam attestatur Cyprianus martyr, ait enim: *qualem te invenerit Dominus cum vocat*, scilicet de hac vita, *talem pariter judicat*, de pœnitentia dist. I. *numquid Cain*. Qualiter autem de hac vita decesserit, ipse voce propria fuit professus, tamquam plenam ætatem habens, secundum dictum beati Augustini, dicentis: *pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non idem valet*, idest non valet tantum quantum si ipse voce propria profiteatur expresse. Ex qua regula etiam illud Evangelii dictum est quod universis alloquitur naturaliter *ætatem habet, ipse pro se loquatur*. Hæc habentur de consecratione dist. IV. *cum pro parvulis*. Item dixerunt qualitatem nostri patris papæ sanctiones, in quibus limpidissime claret, quoniam in vita sua fuit tale vitium detestatus, & maxime juxta finem sui exitus de hac vita. Quis enim nisi spiritu nequitiæ inflammatus astruere poterit, quod professio tanti patris fuit hæretica vel perversa? Neminem nomino; sed unusquisque conveniat suam conscientiam, ut alias dicit beatus Ambrosius in increpatione ad populum, & habetur XIII. q. 1. *quod autem*. Hæc etiam veritas clare patet ex alia sua constitutione, quæ incipit: *nuper ad audientiam nostram &c.* ubi inter cætera dixit: *ubi auditum a sæculo est, quod fuerimus hæretica labe respersi?* quasi plane dicat; hoc vitium detestamur omnino. Et quod tale vitium fuerit persecutus, patet ex iis, quæ in sua compilatione posuit, ubi erat tutum, inseruit de ipsa hæretica pravitate; quamvis multa inserta ibi fuerunt aliena, illa potuit inserere tamquam sua, ut ait sanctus Beda 37. dist. *turbat*. Patet etiam quod Christum ejusque sanctos fuerit veneratus; ex eo quod in ipsa sua compilatione posuit de reliquiis & veneratione sanctorum rubricam specialem. Fecit etiam in ecclesia principis apostolorum de urbe, in qua propriam legit sepulturam, capellam in honorem sancti Bonifacii martyris, expensis propriis fabricavit, & in ea fuit sepultus; quod fieri potuit XIII. dist. II. *nullos* de consecratione dist. I. *causam* in fine; per quod constat quod tempore suæ mortis habebatur tamquam fidelis & legitimus Christi cultor a collegio dominorum cardinalium, qui adfuerunt suæ morti. Ubi etiam a sæculo, est auditum quod is qui labe hæretica est infectus mandaverit talia venerari, vel etiam in ecclesia propria eligeret sepulturam? Ex quibus clare constat, quod eum propria loquela manifestum fecit, secundum evangelicam veritatem, & suam intentionem ac sui cordis arcana propalavit; nam secundum Augustinum in Enchiridio *propterea verba sunt instituta, ut eis quisque in alterius notitia cogitationes suas proferat* 22. q. 2. *his autem*, ad idem q. 5. *aliqui* in fine; cum alias neque propositum mentemque videre aut cognoscere quis potest, ut dicit Augustinus, & habetur XXXIV. q. 3. *Deus*. Potuit ergo asserere & recognoscere id quod fuit professus Sixtus papa, suus prædecessor, qui inter cætera se explicavit sic inquiens, *Memor sum me sub illius nomine possidere ecclesiam, cujus confessio e domino Jesu Christo glorificata est, & cujus fides nullam hæresim umquam fovet; sed omnes hæreses destruit*: hæc recognitio habe-

ANNO CHRISTI 1312.

tur XXIII. q. 1. *memor sum*. Quibus sileant mordaces & impii detractores ad memoriam reducentes verbum Prophetæ dicentis; *detrahentem proxima suo hunc persequebar* XXIV. q. 1. *nimirum*, & eadem quæstione *peccat* in principio; ad hoc VI. q. 1. *ex merita*, & beatus Anacletus dicit: *unde detractores & morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos decipiunt, in decipiendo & mentiendo nos lædunt quantum in eis est; & ideo juste infames sunt*, ut eadem quæstione 9. *deteriores*; & de ipsis detractoribus dicit Hieronymus *lingua detractorum bestiis ferocitate, volucribus velocitate, serpentibus virulentia præcellit*; & Augustinus: *ante te iniquitas, ante te æquitas unam linguam homines, quo vis eam vertis. Cur vertis eam ad inquisitionem & non ad æquitatem? ventri tuo das cibum amaritudinis, linguæ tuæ das cibos iniquitatis; sicut eligis quod vescaris, sic elige quod loquaris*. Patet igitur ex confessionibus supradictis ac per eum actitatis, quod ipse dictis sui antecessoris beati Leonis papæ integre satisfecit; ut ipse enim in suo libello ad universam ecclesiam destinando catholicum se fuisse monstravit, ut 1. q. 7. *maximam*, in fine; & cap. *quoties cordis oculus*; & canon *quasi voluerint*, & canon *saluberrimi*, & canon *si quis episcopus*, & q. 3. *convenientibus* juxta principium. Item Basilius etiam plenissime confessus est catholicam veritatem, ut ad q. *donant*; scripsit enim idem in constitutionibus prælibatis, quod petiit Gilbertus dux a Pelagio papa, qui inter cætera respondit ita dicens: *nos* scilicet Pelagius papa, *in omnibus præsulis* scilicet beati Leonis papæ, *tomum & chartam involutam pro catholicæ fidei assertione conscriptam Deo propitio custodire manus nostræ ad vos pro confessione & subscriptione significamus* XXV. q. 1. *Satagendum*; & de illo tomo beati Leonis habetur XV. dist. *S. Romana*; & illa fuit epist. quam B. Leo scripsit ad Flavianum epis. Constantinop. de quo dicit Gelasius in dicto canone. *S. Rom. Cujus epistolæ textum si quis ad unum jota dispunxerit, & non eum in omnibus venerabiliter receperit, anath. sit*. Hic igitur a Spiritu sancto (edoctus est,) ut tomum, sive epistolam suæ fidei ad universam ecclesiam destinaret, per quam destruerentur detrahentium falsitates, atque ora talium clauderentur, de quibus in sanctis libris: *detrahentem proximo suo secrete & occulte, hunc persequebatur*, ut supradictum est. Quid plura? nonne clangit nos tonitru agni? Illi qui quærunt tanta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi; & hæc habentur XXIV. q. 3. *dixit apostolus* in fine; ad ead. *q. qui in ecclesia*, & not. 21. dist. *nunc autem* in glossa; *sed adest*, juxta finem; ubi scripsit Hugo quod illi qui erant in concilio nec potuerunt nec debuerunt deponere Marcellinum episcopum urbis Romæ, quia thura obtulit super prunas in templo paganorum; & fuit ratio quia sponte & humiliter confessus fuit errorem suum; & de hoc debuit dici beatus; nam ut dicit Ambrosius in apologia David: *beatus est qui se potuit temperare post lapsum*, de pœnitentia dist. 3. *Ille rex*, juxta medium; ad idem quod legitur & notatur XXIV. q. 1. *Romana est fides* in principio & cap. *qui dignior* in glossa ultima, & 14. dist. *nec licuit* in glossa *eo*, & hoc etiam plane notat ipse Hugo 40. dist. *Si papa*; ubi dicit quod tunc papa potest condemnari de hæresi cum contumaciter & per-

locus mendosus.

A tinaciter resistit, & errorem suum defendere & approbare conatur, argumento XXIV. q. 3. *dixit*; & caput *qui in ecclesia si nunc promissa obtinent in eo qui erat vere hæreticus, qui in fide peccaret, quanto fortius in eo qui sanctam ecclesiam profiteri dignoscitur, veritatem fulcire?* de hoc certe nullus dubitat, nisi illi qui sunt magistri errorum, eo quod non fuerunt discipuli veritatis, de quibus loquitur Leo papa XXIV. q. 3. *quod autem* in fine. Constat igitur quod contra tantum patrem, qui fuit compilatione totaliter persequutus hæreticos, non debet de tam detestabili vitio procedi aliquo modo superius enarrato; immo debet & plane communicari sicut tempore vitæ suæ ab ecclesia san-B cta Dei, ut habetur XXIV. q. 2. *sane quod nam*; ex iis quæ in speciali rubrica continentur. Verissime potest dici de eo quod scribit Nicolaus papa Michaeli imperatori; dixit enim *nominat facundissimus noster papa Gelasius hæreticorum expugnator fortissimus*, ut ibidem patet; & de eo etiam dici potest quod scriptum de sancto Agapito papa inveneris: Dicit enim sacra scriptura *vas catholicum, evangelii tuba*, de consecratione dist. 1. *Agapitus*. Quis enim summorum pontificum fuit iis melius dotatus tribus quam ipse? certe nullus, ut clare manifestant sua scripta. Quis enim sanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt C quæ a loci decessore præstantur, ut inquit Symmachus papa 40. dist. *Non nos*, ut ibi notatur verus canon, inter quos vera littera sonat quod semper præsumitur esse sanctus in omnibus factis suis. Dicant igitur isti inquisitores veritatis verbum beati Hieronymi dicentis: *non afferamus stateras dolosas, non appendamus quod volumus pro arbitrio nostro, dicentes: hoc grave, hoc leve est; sed afferamus stateram de scripturis sanctis tamquam thesaurum dominicum, & in illa quid sit gravius appendamus*, XXIV. q. 1. *non afferamus*; & sanctum Domini, piscatorisque successorem dimittant quiescere, & non turbent ad memoriam reducentes quod scribit pater Augustinus in epistola ad clerum & universalem D plebem Hipponensem, & habetur 11. q. 1. *nomen*. Præmissis veritate fulcitis plane constat, quod ipsi oppositores tamquam calumniatores manifeste contra talem & tantam veritatem audiri non debent; & maxime per illum qui debet esse protector veritatis, & qui se imponere debet pro ipsius cautione, & aliis tamquam acies præbere ducatum, ut accidat quod dicit beatus Nicolaus papa V. q. 1. *scifcitare*. Quis enim obumbrare valet quin tales objectiones fiant contra ipsum patrem, eo quod voluit tempore vitæ suæ defendere ecclesiasticam libertatem, ad instar beati Leonis papæ dicentis: *nos enim qui numquam ab aliquibus nostros homines finimus opprimi; sed si necessitas incurreret illa E præsentialiter judicare, quia nostri gregis multores in omnibus esse debemus & præcipue advocatores*; & hæc habentur XXIII. q. 8. *Scire nos*; & in hac voluntate fidei catholicæ permansit usque ad extremum vitæ suæ; & sic pro catholico fidei continue est habitus ab ecclesia sancta Dei, ut publice testatur edictum sanctissimi patris nostri domini Clementis papæ V. usque ad exitum sui status; & ex hoc debuit multipliciter commendari, dicente domino; *qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit*, Matthæi XXIV. VII. q. 1. *suggestum*. Unde namque dicta est perseverantia, nisi virtute patiente? quoniam

ANNO CHRISTI 1311.

niam secundum apostolicam prædicationem omnes qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur; & hoc habetur in præallato capite VII. q. 1. *suggestum*, ad idem XXIII. q. 4. *si ecclesia verba*. Deinde *quid enim*, secundum beatum Gregorium, *detrahentes aliud faciunt nisi pulverem insufflant in oculos suos, terram exsiccant, & unde plus detractionis perflant, inde nihil magis veritatis videant*, ut XI. q. 3. *inter verba*. Impugnant enim ipsi patri in malum, quod sui canones non probant; dicunt enim quod imagines fieri faciebat, beatus Gregorius & septima synodus & papa Adrianus non improbarunt, immo hoc esse bene factum demonstrarunt, ut patet ex eorum canonibus, qui habentur de consecratione dist. 3. per Lateranensem, & cap. *venerabiles* & c. 6. Insurgit igitur quod scribitur I. Regum cap. IX. *pedes sanctorum tuorum servabit, & impii in tenebris conticescent*, XXXXIX. dist. *huic*. Et sic secundum hoc, est talibus perpetuum silentium ponendum super tali vociferatione, quam faciunt, quamvis eam faciunt sub velamine veritatis. Quis enim celare potuit quod voce publica deferente talium dominus principalis faciat malum sacrilegium in christum Domini; & sic vitium sacrilegii sine plica noscitur incurrisse, ut vult lex sancta per hos principes divinitus promulgata, ut scribit beatus Joannes papa XV. q. 3. *nemo*; quæ lex proponitur VI. q. 1. *si quis cum militibus*; certe mortalium nullus: & sic per consequens omnes tali D. adhærentes vel subjecti intelliguntur esse inimici, & sic minime admittendi, ut III. q. 5. cap. III. nam secundum Anacletum papam: *inoffensus accusator & testium affectus quærendus est, non suspectus*, eadem quæstione cap. II. in fine & cap. *suspectos* & cap. *accusatores* II. in fine, & cap. *constituimus*, & communis equidem & plane dicunt canonistæ Dec. ex: *de accusat. repellen.* etiam cap. *cum oporteat*, v. *placuum*: quod non solum inimici, sed etiam cohabitantes repelluntur, ad idem IV. q. 3. *tester quos*, ex quæstione IV. cap. ultimo c. *de his qui ad ecclesiam confugiunt*. Et quantum habuit intellectum, & fidei puritatem, patuit ex acto sive libro damnato, quem comburi fecit publice & damnavit; quod non fecisset, si fuisset infectus labe hæreticæ pravitatis; immo illam hæresim fovisset ad instar Anastasii papæ, de quo legitur XIX. dist. *Anastasius*, qui Anastasius ideo fuit damnatus, quia publice voluit defendere hæreticos, ut ex historia satis patet, ex scriptis magistrorum. Et puto, quia ipse pater Bonifacius apud se retinuit librum illum, ut ex dictis ibidem videtur, si qua essent bona non ut damnata retineret, unde bene colligitur XXVII. dist. *cum ergo V. quidam vero*: & probat sanctum concilium Carthaginiense XXXVII. dist. cap. 1. & Beda eadem distinctione *turbat*, & Ambrosius eadem distinctione legimus, & Augustinus eadem distinctione, *Si quid veri*; & Hieronymus eadem distinctione *qui de mensa*. Et licet in favorem fidei multa hominum genera ipse pater concesserit admittendos, quæ aliter totaliter repelluntur, ut patet in sua constitutione quæ incipit; *In fidei favorem*; non tamen inimici capitales admittuntur ad hoc IV. q. 3. *testium fides*, & lege *si quis testibus* juxta principium extrav: de simonia, *licet Eli*, juxta finem, & capite *per tuos*; & est ratio quia talea non zelo justitiæ vel fidei videntur procedere, ut ibi, sed potius ex odii fomite & vindi-

A ctæ rancore; & ex vigore istorum jurium scripsit dominus Ostiensis, quod inimicus capitalis numquam admittitur etiam in exceptis criminibus de quibus est hæresis; & hoc plane ipse notat in sua summa de *accusa: par. quis possit accusare*, sub iis admittuntur omnes dicti in principio & no. per. ber. extrav. de accu. Nam si quis bene advertat oculo veritatis, talis probatio quæ fit per inimicum non est rationabilis; & sic per consequens minime admittenda, ut patet ex dicto Symmachi LXXIX. dist. *si quis* in fine; nisi ecclesia rationabili probatione convinceretur, quasi diceret, sumpto articulo a contrario; si non est rationalis non dicitur probatio, sicut dicitur in consuet. extrav. B de consuet. cap. finali; *etsi non valet*, unde dicit Aug. in præallato capite *si quis*: *si non potest probare, debet tacere & non manifest.* II. q. 1. *si peccaverit*, & q. 7. *plerumque* & VII. q. *si statum*, nisi forte dicat tali personæ secretæ, quæ posset prodesse secreto & non obesse XXII. q. V. *hoc videtur*; & est hoc observandum in quolibet crimine non notorio, sive sit crimen læsæ majestatis, sive simoniæ vel aliud, argumento præallata cap. *si quis papa*. Reprobatur ergo ex hoc illa opinio pessima, quod in crimine simoniæ & læsæ majestatis vel hujusmodi sit speciale, ut credatur sine probatione rationali, & quod crimen sibi notum debeat publicari, quod non est verum secundum Ostien- C sem. Quis enim nisi hebes intellectus asserere poterit, quod per probationes non legitimas debeat aliquis condemnari, & maxime de tam pestilenti vitio & damnato? Certe nullus; quoniam non sufficiens probatio & non legitima æquipollent, ut extrav. de translat. episcop. *Inter corporalia §. sed neque* LV. *dist. ff. quod cujusque univ.* no. l. 1. §. penultimo, extrav. de procura. cap. 1. & de consangui. & affin. *quia circa*, ad idem optime lib. 6. de offic. ordinariorum cap. *ordinarii §. cæterum, ibi sufficiens &c.* Ista etiam probantur ex eo, quod legitur & notatur extrav. de præsumpt. *litteras*, & in constitutione ipsius patris lib. 6. *filii vel hæredes*, juxta finem, ubi dicitur: *aut legitime con-* D *stiteris*, cum suis concordantiis. Et quia impii detractores conantur caninis dentibus tantum patrem lacerare, multa, immo quasi infinita dicentes fore hæretica & perversa, quæ licet alias sunt de genere malorum; non tamen sicut dato, quod absit, illa continuisse veritatem, contra apostolicum admittenda in foro ecclesiæ militantis. Ostendam ergo, quamvis probatione non egeat, de quo dumtaxat crimine apostolicus possit a concilio judicari, & maxime simpliciter, quando in illo crimine esset protervus, contumax & rebellis; & hoc faciam exemplo patris Augustini, qui probat, quamvis hoc clarum sit, quod ecclesia catholica non potest esse nulla ut 24. q. 1. *pudenda*, & quod E sit id crimen, satis constat ex iis quæ dicta sunt supra, & habetur 40. dist. *si papa*. Istis veridicis sic narratis, advertat discretio visa pii patris, quam prave, quam perverse Judas, qui Christum tradidit sive prodidit, & is qui proditionaliter cepit vel capi fecit vicarium Jesu Christi crucifixi de tanto crimine publice gloriatur ad suam malitiam sive iniquitatem velandam, allegans quod suus prædecessor scilicet Cælestinus non potuit renunciare papatui, & sic ipse pater Bonifacius ejus locum non potuit successisse; quod dicere asserendo quam sit vesanum & contineat hæreticam pravitatem, nul-

ANNO CHRISTI 1311

lus sanæ mentis ignorat: nam secundum hoc jam constaret universalem ecclesiam jam oberrasse, quæ eum in actibus legitimis, & in canonizatione sancti regis Lodovici, & in creandis dominis cardinalibus, episcopis & aliis prælatis infinitis habuit pro legitimo pastore & prælato; & hoc asserere non caret labe hæreticæ pravitatis, cum impossibile sit quod oberret ecclesia generalis. Et quod vesanius est sive sacrilegium crimen, sanctificare conatur, qui eum cœpit seu procuravit accensus zelo fidei orthodoxæ. Tamen de simili impostura rex Theodoricus Deo inspiraote respondit ad se propter reverentiam de ecclesiasticis negotiis non pertinere, ut habetur 19. dist. §. *hinc ecclesia*. Ex quo facinore constat eum qui talia procuravit crimeo (infamiæ) incurrisse; nam ut canonum tradit auctoritas, omnes infames sunt qui in patres spirituales armantur, scilicet verberando vel calumniose accusando vel diffamando 3. q. 4. *clerici*, & q. 5. *omnis* 6. q. 1. *sacerdotes*, & cap. *infames*. Reducat igitur ad memoriam judex quod beatus Anastasius papa Spiritu Sancto inspirante scripsisse noscitur: *ita dicimus qui corporis tractatores a vilibus & reprobis personis diffamare noluit nec calumniari, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes de templo ejecit*, unde liquet quod summi sacerdotes vel episcopi a Deo judicandi non ab humanis aut pravitate hominibus lacerandi, ut hæc probantur, q. 7. *accusator*. Ex hoc apparet, quod talis spiritum Dei non habuit in se ipso, ut ex ejus fructibus colligitur evidenter; cum opera quæ facit, testimonium perhibeant veritati; nam non solom pœnitentiam augera negligit de commisso sæpe, semper mala malis accumulare conatur, sicut verissime scriptum est per prophetam: *superbia eorum qui te oderunt ascendunt semper*. Descendat igitur fulgur de cælo consumens impios detractores, sicut Dathan & Abiron & alios suos complices divinitus percussit; pœnam pro illatia conatibus pendant, ut num. cap. 15. & habetur V. q. 1. *denique* v. *quod vero*. Accedat etiam contra eos, quod alibi scriptum est: *indignatus*, inquit, *Dominus cum semine Israel & demolivit eos in diruptionem, donec abjecais eos a facie sua*, ut in præallato capite *non solum denique* in principio. Reminiscantur insuper Christum persequentes, quoniam ipse bonus pater tempore sui minoris status existens diaconus cardinalis modo proprio voluit crescere ad ordinem sacerdotii, ut sic posset Altissimo in illo ordine ministrare, ut esset de illorum numero, cui competit tractare Christum Deum in altari; per quod constat, quod fuit vere accensus zelo fidei christianæ. Obstruentur ergo talium oculi, ne videant, & tu Christe in dorsum eorum . . . & alibi dicitur per psalmistam & habetur 37. dist. §. *tu itaque Domine qui dixisti mihi: & ego retribuam; redde retributionem*: qui nisi ut ad aliud non conantur, ideo ad magna justitia judicatum pertinent; ut numquam careant sopplicio, nunquam voluere peccato carere, ut dicit beatus Gregorius in dialog. lib. 4. & habetur de pœnitentia dist. 1. *voluissent*. Recordare, verbum quod per os tui psalmistæ probare voluisti, in quo sic dixisti *memento verbi tui servo tuo, Domine, in quo mihi*, scilicet in quo injuste pati, *spem dedisti*; ut sic in sermonibus fidelis inveniaris, & vincas cum vincaria. Talium autem superborum numerus, qui non resurgent ut in judicio repræsentetur, omnipotentis contra se iram sentiat, & SS. apost. Petri & Pauli, quorum præsumunt ecclesiam confundere, in hac vita & in futuro furorem sentient; fiet habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qoi inhabitet; fiant filii eorum orphani, & uxor eorum vidua; commotus convincatur ipse, & filii ejus mendicent & rejiciantur de domibus suis; scrutetur fœnerator omnem substantiam suam, & diripiant alieni labores ejus, orbis terræ pugnet contra eum, & omnia elementa sint sibi contraria, & & omnium sanctorum merita quiescentiam illius confundant, & in hac vita super eum apparatam vindictam ostendant, ut dictum fuit de Juda proditore, & scribitur 23. dist. cap. 1. in fine. Reducantur rursus ad corda sua, quoniam ipse bonus pater, more Christi ad crucis signum & auxilium se reduxit idem in manibus tractando propriis, ac dicendo, quod pro ipsius Christi fide mori anhelabat, & numquam mortem timebat pro defensione ecclesiæ Christi Dei. Potest igitur ipse sanctus pater dicere quod cantat sancta mater ecclesia ita dicens: *confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego; paveant illi, & non paveam ego; induc super illos diem afflictionis & duplici contritione contere eos, Domine Deus noster*. Nam quantum in eis est, quærunt animam meam mortificare & damnare, ad finem 26. quæst. 6. unde recte per prophetam dicitur: *mortificabunt animas quæ non moriuntur*, Ezechiel: 14. quem exponens Gregorius in homilia 26. dicit. *non morientem quippe mortificat qui justum damnat* 11. q. 3. *plerique*. Quis igitur nequitiæ spiritu plenus dicere poterit asserendo quod tale vitium fuit hæreticæ pravitatis? certe nemo. Nam si . . . . in talibus . . . . adventantur illius signa quæ manibus propriis detinebat & auxilium invocabat miraculose egit contra illam; nam more Christi vinculati, capite consputi, derisi, occisi, tertia die virtute propria resurrexit; sic ipse bonus pater a suis proditoribus captus, derisus, & fame afflictus, tertia die evasit manus impiorum, quod ex divino amore processisse nemini fidelium potest in dubium devenire. Insuper quia delatores patri prædicto objiciunt crimen pestiferum simoniæ, quod dicunt continere hæreticam pravitatem, dicentes etiam quod ipsa asserebat quod papa non poterat committere simoniam; ad hoc dicendum quod sicut intelligunt ita & loquuntur, ut alias dicit Augustinus in expositione psalmi 4. & habetur de consec. dist. 2. *prima quidem* v. *sed quoniam*. Quoad declarationem hujus articuli videlicet an simonia sit hæresis, negari non potest quin simonia hæretica a sanctis patribus nominetur, ut 1. q. 1. *benedictio*, & cap. *quisquis* & cap. *eos*, & cap. *fertur* extravag. de simonia, quoties cum multis concordant; sed hoc debet sane intelligi, nam sunt impreciabilia de jure & de facto fides, spes, & charitas & cæteræ virtutes & Spiritus Sanctus & dona ejus, scilicet donum prophetiæ, & potestas faciendi miracula; talia credere posse vendi bene continet hæreticam pravitatem, & ista fuit perversa voluntas & intentio Simonis magi, ut hoc patet 1. q. 1. *Petrus*. De tali prava intentione & vitio simoniæ debet intelligi dictum Paschalis quod habetur 1. q. ultima cap. fin. ubi dicitur, quod omnia crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur, extravag. de simon. *perpetuas* §. *cæteras*; & dictum Lucii papæ extravag. eodem titulo cap. *quoniam simoniaca*, ubi dicit quod talis pestis sua magnitu-

di-

ANNO CHRISTI 1311.

dine alios morbos vinci, ut 1. q. 1. cap. *cita turpem*, ubi de hoc Ambrosius intendit probare pejus esse crimen simoniæ quam idololatriæ, ut eadem quæstione; nam intelligendus est non de qualibet simonia, sed quando est perfecta imitatio Simonis, quæ fuit cum infidelitate & malitia, ut patet per verba Petri dicentis Act. 8. *non est tibi pars, neque sors in sermone ista*, ut 1. q. 1. *eos*; & ea quæ Petrus ovibus suis exponit in libro de pœnitentia. Vides quod hunc condemnavit eo magis quo puram conscientiam non habebat; sicut etiam patet in præallegato capite *Petrus*, in fine. Patet ergo de infidelitate; de malitia autem dicit: *in felle amaritudinis & oblivione iniquitatis video te esse*; in felle designatur maxima malitia, & tale vitium eum qui sedet in loco Petri non est dubium posse committere, cum etiam valeat incurrere crimen infidelitatis manifestæ, ut 40. dist. *si papa* juxta finem. Si autem sine errore aliquis committat simoniam ex cupiditate honoris sive divitiarum & non ex malitia, tunc non est maximum malum, licet peccatum sit; immo infidelitas & peccatum in Spiritum Sanctum 25. dist. *qualis*, & de pœnitentia dist. 1. *potest*, & §. *denique*; & in aliquo casu sacrilego majora sunt crimina & culpa discordiæ ead. dist. *neque ad Caini*. Quædam autem sunt impreciabilia de jure, sed non de facto, ut sacramenta ecclesiæ, quæ revera de jure vendi non possunt, licet de facto venduntur quandoque, & in talibus prohibitis quia simoniaca, eo quod in veteri novoque testamento erant simoniaca, studiosa voluntas simoniam inducit, & sic loquuntur jura hoc caventia. Quantum vero ad istos simoniacos talia vendi posse de jure absque peccato pertinaciter asserentes, aut virtutes, aut Spiritum Sanctum, aut prædicta dona ejusdem de jure vel de facto credunt vendi posse, dicuntur simoniaci & hæretici ad minus large, & simonia dicitur hæresis, sicut hæreticus large diceretur qui crederet vel pertinaciter assereret fornicationem vel adulterium non esse peccatum. Deo gratias.

Finitur Tractatus super hæresim & aliis criminibus in causa Templariorum & D. Bonifacii D. P. papæ VIII. compositum per famosissimum & excellentissimum decretorum doctorem dominum Guidonem de Boisia alias archidiaconum Bononiensem. Amen.

LONDINENSE CONCILIUM,

In quo Templarii quidam judicialiter audiuntur

Anno 1311. habitum.

Affert wilk. Conc. Brit. t. II. pag. 388. ex actis contra Templ. in MSS Cod. Tho. Bodl. Ox. fol. 9. a. Et est in Supp. Mansi to. III. pag. 346.

AD laudem & gloriam nominis altissimi Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad confusionem hæreticorum, corroborationem fidelium christianorum, incipit instrumentum publicum super reconciliatione hæreticorum pœnitentium, & ad fidem orthodoxam revertentium, edita in concilio London. celebrata anno Dom. MCCCXI.

In Dei nomine, Amen. Incarnationis Dominicæ anno MCCCXI. indictione nona, mensis Junii die 27. constitutus personaliter in aula hospitii domini episcopi London. juxta S. P. L. coram venerabilibus patribus domino Roberto, Dei gratia Cantuar. archiepiscopo, totius Angliæ primate, & suffraganeis suis in concilio provinciali ibidem congregatis, frater Stephanus de Stapelbrugge, de ordine militiæ Templi, expositis de verbo ad verbum in lingua per eum intellecta, sicut asseruit, in lingua videlicet Gallicana, abnegatione Christi & beatæ Mariæ virginis, matris ipsius, spuitione super crucem, & hæresibus, & erroribus, per ipsum coram reverendis patribus London. loci diœcesano, & Cicestren. sibi adjuncto episcopis, & cæteris episcopis provinciæ Cantuar. in inquisitione contra singulares personas ordinis militiæ Templi antedictæ, in eadem provincia Cantuar. degentibus faciend. prout in ipsius Stephani depositione plenius continetur, per ipsum confessis, asseruit idem Stephanus, in pleno concilio, & coram populo civitatis, hac ex causa introducto, omnia per ipsum, ut præmittitur, deposita fuisse & esse vera, & quod in illa confessione perseveraret omnino, & adhuc perseverat in præsenti, confitens humiliter errorem suum flexis genibus, complosis manibus, cum ejulatu, & multis lachrymis, repetitis vicibus, petiit se ad misericordiam sanctæ matris ecclesiæ recipi, & absolvi, offerens se paratum hæreses hujusmodi per ipsum confessas, & omnes alias, necnon & omnes errores a fide catholica deviantes abjurare, & injungendam sibi pœnitentiam pro commissis fideliter adimplere. Et tradito sibi libro evangeliorum in manibus, dictas hæreses abjuravit sub hac forma.

Ego frater Stephanus de Stapelbrugge, de ordine militiæ Templi, personaliter constitutus coram venerabilibus patribus domino Roberto, Dei gratia Cantuar. archiepiscopo, totius Angliæ primate, & suis suffraganeis, in præsenti concilio provinciali London. congregatis, fateor omnia & singula, quæ alias coram dominis London. & Cicestren. episcopis juratus & examinatus deposui, & confessus fui, & quæ de verbo ad verbum in lingua mihi intelligibili coram me recitatæ sunt, vera fuisse & esse, & quod in ea confessione veritatis persevero; in quibus confessis confiteor me errasse, & super his corde contrito & humiliato absolutionem & pœnitentiam requiro, & prædictas hæreses, & omnes alias, quocunque nomine censeantur, abjuro, & promitto, quod de cætero servabo illibate fidem, quam Romana tenet & prædicat ecclesia; & quod hæreticos, & credentes eorum toto posse meo persequar, & tam eos, quam eorum fautores, & receptores, & benefactores, temerarios, bona fide, & sine omni fraude, & mora, manifestabo ecclesiæ, & pœnitentiam, quæ mihi propter dictam culpam meam injungetur, integre servabo, & perfecte, quatenus humana fragilitas permiserit, eam complebo. Et volo atque concedo, quod si ab hac hora in antea contigerit me relabi in eumdem errorem, vel alium cujuscunque hæresis quocunque nomine censeatur, errando forte in ali-

ANNO CHRISTI 1311.

aliquo articulo seu capitulo fidei, vel sacramentorum, seu credendo vel fidem adhibendo hæreticis, vel errantibus a fide, abinde ipso facto excommunicatus habear & perjurus & hæreticus manifestus, & talem me ego judico, ita quod sine ampliori cognitione & sententia imponatur mihi pœna, perjuris, & relapsis, & manifestis hæreticis indigenda. Subsequenter prædictus frater Stephanus juravit ad sancta Dei evangelia, manu sua corporaliter tacta, stare mandatis ecclesiæ, & concilii supradicti.

Adducto etiam ibidem Thoma de Thoroldeby, dicto Tocci, de quo prædictus Stephanus in sua confessione deposuerat, quod ipse Thomas cum quodam alio, extractis gladiis, eidem Stephano fecerunt compulsionem ad committendos errores superius confessos, prout in ejus Stephani depositione plenius continetur; & multipliciter monitus & exhortatus, ut errores confiteretur, de quibus non posset se defendere vel purgare. Demum dictus Thomas saniori spiritu ductus, veniam ab archiepiscopo postulavit; & concilio memorato confitens abnegationem Christi, non corde, sed ore tantum, ut dixit, per ipsum in sua receptione factam, prout in examinatione ejusdem coram London. & Cicestren. sibi adjuncto episcopis per ipsum facta plenius continetur; cum lachrymis & ejulatu ordinationi ecclesiæ se submittens, misericordiam petiit, ad quam per dictum dominum archiepiscopum & prælatos in forma ecclesiæ receptus, eosdem errores, & omnes alios, ibidem præsente concilio, & plebe totius civitatis, in forma præscripta abjuravit; excepto quo iste abjuravit ea, quæ fuit de se confessus solo modo, & postea in genere omnes alios errores & hæreses, quocunque nomine censerentur, librum evangeliorum, ut frater Stephanus prædictus in manibus suis tenens, & quilibet ipsorum duorum post abjurationem de calamo in schedula abjurationis, loco subscriptionis, signum fecit de consilio prælatorum. Demum dominus archiepiscopus Cantuar. ad absolvendum & reconciliandum unitati ecclesiæ Stephanum & Thomam prædictos, auctoritatem suam, & totius concilii domino London. me notario præsente, & ad hoc specialiter vocato, concessit in hæc verba.

„ Auctoritatem Dei, beatæ Mariæ, beati „ Thomæ martyris, patroni nostri, & omnium „ sanctorum atque sanctarum Dei nobis con„ cessam, necnon auctoritatem præsentis con„ cilii in nos translatam hac vice tibi concedi„ mus, ut istos ab ecclesia per fidei abnegatio„ nem separatos, & jam ad fidem conversos, „ unitati ecclesiæ reconcilies, pœnitentiam eis „ pro commissis injungendam, nobis & conci„ lio reservantes.

Et quia duo erant pœnitentes, Cicestren. episcopum sibi adjunxit ad absolvendum eosdem. Qui quidem episcopi episcopalibus induti 12. presbyteris in sacerdotalibus eis assistentibus, in porta occidentali ecclesiæ cathedralis sedes sibi collocarunt & pœnitentibus extra dictæ ecclesiæ portam super gradus, flexis genibus, in oratione humiliter provolutis, populo civitatis & concilii circumstante, & dicto psalmo *Miserere mei Deus &c.* a principio usque ad finem, & precibus & oratione subscriptis, in continenti subsecutis dictos pœnitentes absolverunt, & unitati ecclesiæ reconciliarunt sub hac forma.

„ In Dei nomine, Amen. Quia te fratrem „ Stephanum de Stapelbrugge invenimus per „ tuam confessionem Jesum Christum, & bea„ tam Mariam virginem abnegasse, & justa „ crucem spuisse; & quia nunc saniori usus „ consilio vis ad unitatem sanctæ matris eccle„ siæ, prout asseris, de corde bono & fide non „ ficta redire; ideo abjurata a te primitus præ„ missa, & omni hæretica pravitate secundum „ formam ecclesiæ, ab excommunicationis vin„ culis, quibus tenebaris astrictus, auctoritate „ concilii te absolvimus, & reconciliamus ec„ clesiæ unitati, siquidem ad eam corde redie„ ris, & injuncta tibi mandata servaveris.

„ Forma vero absolutionis Thomæ hæc fuit.

„ Et nos de consilio & assensu totius con„ cilii, & adjunctorum præsentium te fratrem „ Thomam Tocci absolvimus a sententia ex„ communicationis, quam incurristi pro erro„ ribus seu hæresibus in tua confessione per te „ denudatis; & te reconciliamus ecclesiasticæ „ unitati. Post psalmum, " *Gloria patri &c. Sicut erat &c. Kyrie eleyson* 3. *Christe eleyson*. 3. *Kyrie eleyson* 3. „ *Pater noster, & ne nos; salvum fac, Domine, servum tuum; Deus meus, sperantem in te; Dominus vobiscum; & cum Spiritu tuo; Oremus; Deus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum T. quem excommunicationis catena constringit, miseratio suæ pietatis absolvat.* Item alia oratio, *Præsta, quæsumus, Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ, a cujus integritate deviarat peccando, admissorum veniam consequatur per Dominum nostrum; &c.* Deinde sedens in cathedra eum absolvebat, sic dicens: *In Dei nomine amen*, Quia te fratrem, N. ut superius continetur in absolutione Johanois de Stoke.

Post hæc, die sabbati 5. non. Julii, in aula, qua prius, constitutus, in præsentia domini archiepiscopi Cantuar. & totius concilii, frater Johannes de Stoke, capellanus de ordine Templi, & lecta sibi confessione sua per ipsum in ecclesia S. Martini de Vinetria die Jovis, cal. Julii, ultimo coram London. & Cicestren. episcopis sponte facta, ac etiam in lingua intelligibili exposita, dictam confessionem approbavit, & in ea perseverans, flexis genibus humiliter, junctis manibus, veniam postulavit; & admissus per concilium, errores per ipsum confessos abjuravit, & omnes alios, quocunque nomine censerentur, sub hac forma:

„ Ego frater Johannes de Stoke, capellanus „ de ordine militiæ Templi, personaliter con„ stitutus coram vobis venerabilibus patribus „ domino Roberto, Dei gratia Cantuar. ar„ chiepiscopo, totius Angliæ primate, & suf„ fraganeis vestris in hoc provinciali concilio „ apud London. congregatis, fateor me abne„ gasse Jesum Christum in receptione mea, „ ore tantum, sed non corde; alia omnia & „ singula, quæ alias coram dominis Londoo. „ & Cicestren. episcopis juratus, & examina„ tus deposui, & confessus fui, & quæ de ver„ bo ad verbum in lingua mihi intelligibili co„ ram me recitata sunt, vera fuisse & esse; & „ quod in ea confessione veritatis persevero, in „ quibus confessis fateor me errasse, & super „ his corde contrito & humiliato absolutio„ nem, & pœnitentiam requiro, & prædictas „ hæreses, & omnes alias quocunque nomine „ censeantur, &c.

Quibus abjuratis, ut superius, signum fecit cum penna, & manu sua scripsit idem frater Jo-

ANNO CHRISTI 1311.

☞ Johannes, præmissis manu propria subscribo.

Commissa iterum, ut prius, episcopo London. auctoritate dictum fratrem Johannem absolvendi, eumdem ordinem tenuerunt ipse London. Cicestren. episcopi, quem hactenus tenuerant in reconciliatione Stephani & Thomæ superius nominatorum.

Subsequenter eo quod dictum extitit communiter in concilio, quod magnus magister Angliæ, videlicet Willielmus de la Mora, petiarat personaliter, & oretenus loqui cum domino archiepiscopo Cantuar. sperabatur a multis, quod vellet, sicuti isti tres fratres superius reconciliati, aliqua confiteri; ordinatum extitit in concilio, & consensum, quod Cicestren. episcopus ad ipsum magistrum accederet, & ipsum B plenius audiret, eo quod ipse solus datus erat contra ordinem. Dicto vero episcopo ad ecclesiam Omnium Sanctorum accedente, adjunctis sibi offic. London. duobus jurisperitis, & uno theologo, & duobus tabellionibus, die lunæ 3. non. Julii, & comparente ibidem dicto fratre W. magno magistro coram eis, & nihil penitus per ipsum plenius interrogatum confesso, exhortatoque eo, & multipliciter inducto, ut hæresim, de qua fuerat diffamatus, & per propriam suam & fratrum ejusdem ordinis confessionem convictus, videlicet de absolutione per ipsum in capitulo facta, & omnes alias, de quibus non posset se purgare, abjuraret, & ordinationi ecclesiæ se submitteret; respondit, quod ip- C se numquam commisit hujusmodi hæreses, nec volebat abjurare crimina, quæ ipse numquam commisit, & sic fuit remissus ad custodiam, ex qua fuit ibi adductus. Post hæc, die Martis in crastino 2. non. Julii, apud Southwerk juxta London. in diœc. Winton. in præsentia venerabilium patrum dominorum, Dei gratia London. Winton. & Cicestren. episcoporum, constituti fratres Philippus de Mewes, miles, Thomas de Staundon, Hen. Paul, Rog. de Dalton, & Thom. de Ludham, & exposito eis, quod ipsi, & cæteri fratres de dicto ordine erant vehementer diffamati, & suspecti de hæresi, sicut patet per bullam domini papæ, & articulos sub bulla missos; & insuper quod D graviter erraverant circa sacramentum pœnitentiæ, credentes quod frater laicus & maxime post celebratum capitulum suum posset alios fratres absolvere a peccatis, dicendo: *Peccata quæ omisisti confiteri propter erubescentiam carnis, vel timorem justitiæ ordinis, ex potestate nobis concessa a Deo, & domino papa, nos remittimus vobis, quantum possumus.* Notificato insuper eisdem, quod si vellent dictum errorem pertinaciter defendere, hæretici reputarentur, & de juris necessitate, ex quo super his se purgare non possent, oporteat ipsos hæreses, de quibus diffamati erant, ac etiam errorem prædictum, & omnes hæreses abjurare; responderunt, quod parati erant abjurare hujusmodi hæreses, & E omnes alias coram domino archiepiscopo, & prælatis concilii, nunc & alias, quandocumque fuerint super hoc requisiti; & flexis genibus petierunt veniam, & ordinationi ecclesiæ se submiserunt, ad quam fuerunt recepti.

Et subsequenter die Veneris 7. id. Julii, in aula hospitii decani S. P. L. venerabilibus patribus dominis, Dei gratia London. & Cicestr. episcopis personaliter constitutis, comparuerunt coram eis ibidem fratres infrascripti; videlicet, Michael de Baskevila, Ric. de Colyngham, W. de Herefod, Walt. de Rokele, Pet. de Ote- A ryngham, W. de Cawecombe, Joh. Cossyo, Will. de Chalesey, Rob. de Sautre, Alan. de Neweson, W. de Pokelington, Rob. de Sprouton, & Joh. de Belesale. Et exposito eis, quod ipsi, & cæteri fratres dicti ordinis, &c. sicut 5. fratribus, Philippo videlicet de Newes, & aliis, per eosdem ordinis dicti fratres, quilibet pro seipso loquens, responderunt, quod noviter erant in ordinem recepti, & quod numquam fuerunt in capitulis celebratis generaliter per magistrum, nec in secretis tractatibus majorum ordinis, parati tamen hujusmodi hæreses, & omnes alias abjurare: & flexis genibus misericordiam sanctæ ecclesiæ petierunt, & fuerunt ibidem admissi. Et postmodum eodem die B coram domino archiepiscopo Cantuar. & cæteris episcopis, procurator. religiosis, & clero ac populo civitatis London. in aula episcopali in pleno concilio constitutis, 13. fratres prædicti, & 5. fratres apud Southwerk recepti, ad abjurandum hujusmodi hæreses paratos sponte se obtulerunt; & exposita eis forma, sub qua abjurare deberent, expositis etiam periculis, quæ possent eis evenire, si de cætero contingeret eos dictum ordinem, vel personas ipsius consilio defendere vel fovere, vel quod boni fuerunt aliis prædicare, tradito libro evangeliorum cuilibet in manibus, unus post alium; & sic omnes sub eadem forma, qua supra, jurarunt.

ANNO CHRISTI 1311.

Commissa demum auctoritate dominis Lon- C don. & Cicestren. episcopis ad absolvendum, vice concilii, pœnitentes, eodem ipsius ordine, quo prius, per omnia servato, absolverunt, verbis tamen in confessione confitentium errores superius recitatis in absolutione istorum suppressis, & juxta istorum confessiones in absolutione expressis.

Isto eodem die protestabatur dominus London. quod functus fuerat officio suo, & quod deinceps non intromitteret se de negotio vel facto Templariorum, nisi quatenus tenebatur hoc facere ut ordinarius, cum ipsi recesserint, quibus ipse fuerat per papam adjunctus: & fuerunt quinque primi sub his verbis absoluti.

,, In Dei nomine, Amen. Quia tu confes- D ,, sus es judicialiter coram provinciali te graviter errasse circa sacramentum pœnitentiæ, ,, credendo absolutionem factam in capitulo a ,, magistro laico talem habere efficaciam, qualem verba per ipsum magistrum prolata sonabant (sic videlicet dicentem: peccata, ,, quæ omisisti confiteri propter erubescentiam ,, carnis, vel timorem justitiæ ordinis ex potestate nobis a Deo concessa, & domino papa, nos remittimus vobis, quantum possumus); confessus es etiam ita adeo asse diffamatum super articulis hæreticæ pravitatis sub ,, apostolica bulla missis, quod te super his ,, purgare non potes; ideo sano utens consilio, de corde bono, & fide non ficta, te E ,, misericordiæ & judicio ecclesiæ submisisti, ,, abjuratis a te primitus erroribus, & hæresibus prædictis, & aliis omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, te secundum formam ecclesiæ ab excommunicationis vinculis, si aliquibus propterea tenebaris astrictus, ,, auctoritate dicti concilii ad cautelam absolvimus, & reconciliamus ecclesiasticæ unitati; ,, siquidem ex corde processerit submisso, supratacta, & injuncta tibi mandata servaveris, ut teneris; potestate injungendi tibi propterea pœnitentiam salutarem dicto concilio, ,, aut alii, seu aliis, ad quem vel ad quos de

,, ju-

ANNO CHRISTI 1311.

☞ „ jure spectaverit, specialiter reservata.

Cæteri 13. fratres in hospitio decani recepti, qui nihil confitebantur nisi vehementem famam, & impossibilitatem purgationis fuerunt absoluti sub hac forma per Cicestren. & Exon. episc. In Dei nomine, Amen. Quia tu confessus es judicialiter coram toto concilio provinciali, te esse adeo diffamatum super articulis hæreticæ pravitatis sub apostolica bulla missis, &c. *totum, ut in absolutione præcedenti, ordine priori circa preces & orationes per omnia per episcopos & ministros observata.*

Post hæc, die Sabbati 6. id. Julii comparuerunt similiter coram concilio quidam fratres insignes aliquando auctoritatis in dicto ordine, & senes fratres; videlicet Simon de Streche B miles, Joh. de Moun, Joh. de Conyngeston, Rad. de Barton, Capellanus, Will. de Sautre, Ran. de Ovesham, cappellanus, Rad. le Carpenter de Madone, & Rog. le Norreis & publice confitentes se adeo esse diffamatos super articulis abnegationis Christi, & spuitionis super crucem, & cæteris sub bulla apostolica missis, quod se ab eis purgare non possent; & flexis genibus petierunt cum multis lachrymis, quod liceat dictos errores, & omnes alios ibidem in forma canonica abjurare, offerentes se paratos stare ordinationi ecclesiæ; & ecclesia recepit eos. Et continuo abjurarunt omnem hæreticam pravitatem sub hac forma, exposita tamen eis in lingua intelligibili forma eadem: C

„ Ego frater N. de ordine militiæ Templi, „ personaliter constitutus coram vobis vener. „ patribus dominis Roberto, Dei gratia, Cantuar. archiepiscopo totius Angliæ primate, „ & suffraganeis vestris in hoc provinciali con- „ cilio London. congregatis, fateor me esse „ adeo diffamatum super articulis hæreticæ pra- „ vitatis, & aliorum errorum, videlicet abne- „ gationis Christi, & spuitionis super crucem, „ & aliorum contentorum in rescripto aposto- „ lico, quod me super his purgare non pos- „ sum; & propter hoc corde contrito & hu- „ miliato subjicio me misericordiæ, & aucto- „ ritati ecclesiæ, offerens me paratum abjurare D „ dictas hæreses ac errores, & omnes alios, „ quocumque nomine censeantur, & quod in- „ jungendam mihi pœnitentiam humiliter ad- „ implebo. Unde dictas hæreses, & omnes „ alias, quocumque nomine censeantur, &c. *ut in abjuratione primo facta.* Istam formam abjurationis tenuerunt omnes Templarii, qui hæreses abjurarunt, & in processu subsequenti sacerdotes, & litterati in Latina; laici vero in lingua Gallicana. Quilibet tum istorum post abjurationem factam signum fecit cum penna in schedula abjurationis.

Subsequente die lunæ, 4. id. Julii, comparuerunt coram dominis archiepiscopo, & episcopis, & toto concilio, & magno populo ci- E vitatis, comitibus etiam Lejcestr. Hereford. Pembroch. Warwyk, præsentibus: fratres Will. de Winton capellanus, Joh. de Waldon, Will. de la Forde, Rob. Scot. Tho. de Walkington, Will. Raven, Will. de Scotho, Hug. de Tadecastre, Hen. de Wickala, Tho. de Wothrope, Will. de Thorpe, Will. de Broughton, Tho. de Burton, Joh. de Sutton, Ric. Bistelesham, Joh. de Grafton, Hen. de Halton. Will. de Warewyk, Joh. de Werkeleye; & ibidem confitebantur se adeo diffamatos esse super abnegatione Christi, & spuitione super crucem, & aliis hæresibus, & erroribus diversis,

A quod se super his purgare non possent; & quod parati erant hujusmodi hæreses, & omnes alias ex tunc abjurare, & ad hoc petierunt se admitti flendo, & veniam petendo, ordinationi & misericordiæ ecclesiæ se submittentes. Et ad hoc recepti abjurarunt quidam in Gallica, & quidam in Anglica lingua hujusmodi hæreses, & omnes alios errores in forma proxime in Latino præscripta; & in signum abjurationis quilibet ipsorum accepto calamo cum atramento schedulam abjurationis consignavit.

Eodem die commisit dominus archiepiscopus Cantuar. auctoritatem suam, vice totius concilii, reverendis patribus dominis Londoniensis Winton. & Cicestren. episcopis ad absolven- B dum, & recipiendum in crastinum quosdam Templarios senes & valetudinarios in Turri London. tunc existentes, & præ nimia debilitate in concilio comparere nequeuntes; dum tamen signa contritionis in eis apparerent, & hæreses ac errores, super quibus diffamati erant, ad abjurandum paratos sponte se offerent, & ad absolvendum eos & reconciliandum ecclesiasticæ unitati, potestate tamen pœnitentiam ipsis injungendi arbitrio concilii reservata. Et, si ipsi fratres non possent se propter aliquas occultas vel manifestas infirmitates præsentiæ dictorum fratrum commode & honeste præsentare, posset quilibet frater, qui talem pateretur impotentiam, unum procuratorem constituere, C & ipse procurator dicti fratris nomine illud quod ad ipsum fratrem pertineret, facere, dicti domini episcopi procuratorem ad omnia, ut ipsum fratrem, suscipere, & in persona procuratoris per omnia commissionem circa receptionem hujus fratris eis per concilium factam exercere.

Die vero crastino adveniente, dicti reverendi patres London. Cicestren. & Winton, episcopi cito post ortum solis ad capellam beatæ Mariæ de Berkyngecherche, juxta Turrim London. accedentes cum tribus notariis publicis, & utriusque juris pluribus peritis, & populi civitatis multitudine copiosa, deductis coram eis- D dem ibidem per ministros constabular. castri sive Turris London. quibusdam fratribus militiæ Templi senibus & decrepitis, & stare præ senio nequeuntibus; videlicet Richardo de Peitevyn, Henrico de la Wole, Willielmo de Walles, Roberto de la Wolde, & Willielmo de Cesterton; & exposito eis, sicuti & cæteris, statu in quo erant alias in concilio recepti, responderunt se semper fuisse paratos ad abjurandum istas, & omnes alias hæreses a tempore, quo primo pervenit infamia ad notitiam eorum, & ad hoc se admitti per ecclesiam cum multis lachrymis petierunt. Et continuo admissi hæreses hujusmodi coram populo, ordine alias in concilio hic obtento, abjurarunt quidam in lin- E gua Gallicana, & quidam in Anglicana, cum non habuissent usum alium loquendi, dicta forma eis prius plene in lingua intelligibili exposita; videlicet forma, quæ in concilio quoad personas consimilis conditionis fuit observata; abjurataque hæresi per eosdem tradiderunt dictis fratribus duobus magistros in theologia, ad audiendum in secretis confessiones eorum. Confessionibus eorum auditis, & ipsis extra portam occidentalem dictæ capellæ collocatis, reverendus pater dominus episcopus Cicestren. solus cum ministris officium, quod circa absolutionem, & reconciliationem ipsorum requirebatur, pontificalibus indutus sollemniter exercuit, &

eos

ANNO CHRISTI 1311.

eos in hæc verba post preces absolvit : „ In Dei nomine, Amen. Quia vos fratres Richardum Peitevyn, Hen. de la Wolle, Will. da Welles, Robertum, de la Wolde, & Will. de Cesterton, invenimus errasse in sacramento pœnitentiæ, & adeo diffamatos fuisse & essa de variis hæresibus, videlicet de abnegationa Christi, & aliis articulis sub bulla papali contentis, quod vos inda purgare non potestis, ut asseritis, & nunc saniori usi consilio, vultis ad unitatem sanctæ matris ecclesiæ, prout asseritis, de corde bono & fide non ficta redire ; ideo abjurata a vobis primitus omni hæretica pravitate secundum formam ecclesiæ ab excommunicationis vinculis, quibus tenebamini astricti, auctoritate Dei, apostolorum Petri & Pauli, necnon auctoritata præsentia concilii vos absolvimus, & reconciliamus ecclesiasticæ unitati ; siquidem ad eam ex corde redieritis, & juncta vobis mandata servaveritis ; potestatem injungendi vobis pœnitentiam salutarem dicto concilio, vel aliis, ad quos de jure dignoscitur pertinere, specialitar reservantes. “ Et introducti in capellam per manus, & coram altari collocati, & ibidem orantes, altare osculati sunt cum lachrymis & devota.

Post hæc eodem die dictis patribus una cum domino archiepiscopo, & cæteris coepiscopis suffraganeis in aula, qua prius, in pleno concilio congregatis, comparuerunt ibidem coram eis fratres de ordine Templi; videlicet Radulphus Tanet, Will. de Egendon, Ric. de Newent, Tho. de Camera, Rob. de Hamilton, Johannes de Weregrave, & Johannes de Eulya, qui confitentes sa se adeo esse super abnegatione Christi, & spuitione super crucem, & cæteris erroribus alias in concilio diffamatos, quod se non possent super iis purgare, & petierunt se admitti ab ecclasia ad abjurandum hæreses prædictas, & omnes alias ; & ad standum ordinationi ecclesiæ, & pœnitentiæ eis per ecclesiam injungendæ totaliter se submiserunt, & recepti hæreses sub forma, quæ sequitur, abjurarunt, dicta forma prius in lingua intelligibili exposita aisdem &c. Jeo frere N. de lordre de la chivalerie du Temple, &c. ut Latine supra habetur in abjuratione Stephani de Stapelbrugge.

Sub ista forma abjurarunt omnes fratres Templi, exceptis tribus primis confitentibus errores, & quinque receptis apud Southwerk, qui tenuerunt aliam formam superius suis in locis traditam. Porma hodie apud capellam de Berkyngecherche servata fuit ista eadem, hoc mutato, quod fratres abjurantes dicebant, se constitutos coram reverendis patribus London. Cicestren. & Winton. episcopis, domino archiepiscopo, & toto concilio potestatem ad hoc faciendam specialem habentibus, in capella beatæ Mariæ de Berkyngacherche, &c. totum, ut in abjuratione præcedenti, in Gallico & in Anglico ibi & hic facta, & subsequenter jurarunt omnes stare mandatis ecclesiæ.

Porro, quia aliquibus de concilio videbatur inconveniens dicere in forma absolutionis, *ab excommunicationis vinculis, quibus propterea tenebaris astrictus, te absolvimus* ; cum nondum constiterit de sententia contra eos vel in eos lata, sed solummodo in fautores & in aliquos fugitivos; ordinatum extitit, quod apponeretur ibidem in forma *ab excommunicationis vinculis*, „ *Si aliquibus propterea tenebaris astrictus*, “ *auctoritate dicti concilii ad cautelam absolvimus*.

Demum dominus archiepiscopus, ut alias, tunc commisit auctoritatem dictos fratres, & omnes alios fratres nondum absolutos dominis London. Cicestren. & Oxon. episcop. sub dicta forma absolvendi ; domino London. sub protestatione alias per ipsum facta eam pro seipso suscipienta, exposito dictis fratribus ibidem, numero quinquaginta, præsentibus verbo Dei per Sarum episcopum, reducendo eis ad memoriam coram concilio, qualiter se hactenus gesserant, & qualiter modo se gerunt, & qualiter oportet ut amodo se gerant ; aperiens eis misericordiam sanctæ matris ecclesiæ, quæ non claudit gremium reverenti ; flectentibus iterum genibus, & veniam petentibus fratribus prædictia & præcepto prælatorum super gradus occidentalis portæ ecclesiæ cathedralis se statuerunt. Episcopi vero Cicestran. & Exon. cum ministria pontificalibus induti ad dictam portam ecclesiæ venientes, fratribus super gradus, discoopertis capitibus, prostratis, beneficium absolutionis modo superius ordinato impendentes, hanc absolvendo fratres prædictos formam in verbis tenuerunt : In Dei nomine, Amen. Quia tu (quilibet frater tunc se nominabat,) confessus es judicialiter, ut supra. Et introductis per manus dictia fratribus, & ad gradus altaris constitutis, flexis genibus, post orationem factam ibidem altare devote osculati sunt. Eodem die extitit in concilio ordinatum, quod nominarentur de diversis diœcesibus diversa monasteria & loca raligiosa da provincia Cantuar. & quod de registro Cantuar. per loci diœcesanos episcopos, tunc in concilio præsentes nomina extraherentur, & ad singula loca nominata singuli fratres Templi ad pœnitentiam eis pro commissis injungendam, prout in paucioribus & majoribus deliquerunt, sub certa forma peragenda mitterentur, plenius adhuc, quam alias, super modo conversationis, & qualiter de cætero se debeant gerere, per episcopum Sarum informati, ut per conversantes cum eisdem in locia prædictis facilius appareret in futurum, utrum in tenebria ambulent vel in luce. Et sic, favente Deo, secundum quod ipsius facti qualitaa permisit, in dicto negotio est processum. Forma litterarum, per quas ad diversa monasteria fuerunt admissi, & pœnitentia in eis contenta, post hæc sequitur.

„ Diligentiam prælatorum, ordinationes di„ versas, & cautalas, continuationesque nego„ tii, quod longum est narrare, si quis volue„ rit intueri, arctationesqua & separationes per„ sonarum, custodum visitatores, & amotio„ nes ipsorum & domum pro fideli separatio„ na de eis facienda, & hospitiorum diverso„ rum locationes exhortationesque, & commi„ nationes factas secularibus ministris a majo„ ri, & vicecomitibus civitat. London. ordi„ nationem de levanda pecunia pro expensis, „ viasque ad procurandum dictos fratrea adde„ tegendum varitatem inventas & excogitatas, „ modo per episcopos personaliter, modo per „ clericos ipsorum, & etiam severas & crude„ les personas laicas, judicium sanguinis quan„ doque exercentea, ex carta scientia eia ad „ terrorem missas, modó per constantem ac„ cusationem trium confitentium de dicto or„ dine, aliquando contra unum, aliquando „ contra duos de negantibus, & errorem dif„ fitentibus mente desideravit avida perscruta„ ri; hæc in schedulis, & adjunctis scriptis, „ penes nos remanentibus, subscripta reperiri

ANNO CHRISTI 1311.

„ poterunt plenius. De magno magistro pro- „ pter reservationem, per dominum papam fa- „ ctam, nihil est ordinatum. De Himberto „ Blanke pluries coram concilio adducto, & „ super hæreticali receptione aliorum in pro- „ cessu Claremonten. inventa, & per ipsum fa- „ cta, ac etiam super statu suo & totius ordi- „ nis examinato, reperto, & accusato, & di- „ ligenter interrogato, eo quod offic. Clare- „ monten. certificat, & non plene, quia nec „ tamquam ordinarius, nec tamquam delega- „ tus, nec alias, prout stat in processu episco- A „ pali, sed per viam extra de processu. Et „ quia quoad processum, & quoad ordinem, „ & quoad seipsum semper in negatis persistit, „ diffitendo errores, dicens se nolle errores, „ quos ipse numquam commisit, abjurare; „ concilium nondum ordinavit executionem de „ corpore ipsius faciendam, sed in vilissimo „ carcere ferro duplici constrictus jussus est re- „ cludi, & ibidem, donec aliud ordinatum ex- „ titerit, reservari, & interim visitari, ad vi- „ dendum, si vellet ulterius aliqua confiteri.

CANTUARIENSE CONCILIUM

In causa Templariorum

Anno 1311. habitum.

Extat apud Wilkins Conc. Brit. t. II. p. 368. ex Actis contr. Templ. in MS. cod. Tho. Bodl. Ox. fol. 1. 9.

DEcimo quarto calend. Maji aliud concilium B provinciale contra Templarios celebrabatur; ad quod per mandatum archiepiscopi Cantuar. episcopi, decani, abbates, priores, &c. summonebantur.

Robertus, &c. dilecto filio venerabilis fratris nostri domini R. Dei gratia London. episcopi agentis in remotis in spiritualibus vicario generali, salutem, gratiam & benedictionem. Cum circa quasdam singulares personas ordinis militiæ Templi in nostra provincia degentes, post ultimum nostrum provinciale concilium, emerserunt aliqua, quæ juxta apostolici mandati exigentiam, non possint nisi in consimili celebrando C concilio expediri; urgeatque necessitas boni publici hujus regni, tranquillitatisque, & quietis accommodæ in ecclesia Anglicana exposcat utilitas, prælatos & clerum nostræ provinciæ ad invicem convenire; de consilio venerabilium fratrum nostrorum, qui nuper ad admonitionem nostram London. suam præsentiam exhibebant, & nonnullorum procuratorum absentium fratrum nostrorum decrevimus provinciale concilium in proximo, dante domino celebrare: quocirca vobis committimus & mandamus, quatenus venerabiles fratres nostros suffraganeos præsentes in regno, ac absentium fratrum in spiritualibus & temporalibus vicarios generales, seu alios, quos ad hoc duxerint dimittendos, decanos & capitula cathedralium ecclesiarum, archidiaconos universos, abbates & —— ut compareant coram nobis 14. cal. Maji in ecclesia sancti Pauli London. nobiscum super præmissis & aliis, prout expediens visum fuerit, efficaciter tractaturi, consensumque his, quæ dante Deo, ordinabuntur & providebuntur, ibidem præbituri, ulteriusque facturi cum continuatione dierum sequentium usque ad finem ejusdem concilii, quod justitia suadebit, &c. Dat. apud Tenham 16. cal. aprilis, anno Dom. 1311. consecrationis nostræ decimo octavo.

MANDATUM ARCHIEPISCOPI CANTUAR.

Priori & capitulo Cantuar. directum.

Ex reg. Henr. prioris Cantuar. fol. 117.

RObertus, &c. dilectis filiis, & venerabilibus viris dominis, priori, & capitulo nostræ Cantuar. &c. exposcit mandatum apostolicum nobis & suffraganeis nostris directum, ut super crimine hæreticæ pravitatis singularibus personis ordinis militiæ Templi imposito, pro vel contra ipsas singulares personas in nostra provincia constitutas, in nostro provinciali concilio sententiæ absolutoriæ vel condemnatoriæ, prout justum fuerit, proferantur. Et licet propter hoc, & quædam alia, nuper concilia provincilia celebraverimus, & in ipso cum venerabilibus fratribus nostris suffraganeis super illa materia varios & diligentes tractatus habentes, fuissemus multipliciter occupati; dictæ tamen sententiæ non fuerant, sicut, nec poterant, promulgatæ. Quocirca vos tenore præsentium peremptorie citamus, quod vos, domine prior, D personaliter, & vos, capitulum, per procuratorem vestrum, si volueritis, alioquin per alium, seu alios idoneos procuratorem seu procuratores compareatis coram nobis sexta feria post octab. Pasch. in ecclesia S. Pauli London. cum venerabilibus fratribus nostris prædictis ac clero totius nostræ provinciæ, ad dictum terminum convocatos, continuaturi tractatus prædictos, vestrumque ad ea, quæ contra ipsos ac constituenda ad generale concilium, inspirante Domino, ordinabuntur & providebuntur ibidem, nec non & alia in eodem tractanda adhibituri consensum, ulteriusque facturi & recepturi, cum continuatione & prorogatione dierum, quod fuerit faciendum. Et quid in præmissis duxeritis faciendum, nos dictis die & loco certificari curetis per vestras litteras patentes, harum seriem continentes. Dat. 3. non. apr. ann. 1311. consecrat. nostræ 18.

EBO.

ANNO CHRISTI 1311.

EBORACENSE CONCILIUM II.

In causa Templarioeum

Anno 1311. *habitum.*

An. 1311. Ex Wilk. t. II. pag. 394. ex regest. par. 2. fol. 180.

MEmorandum quod venerabilis pater dominus Vuillielm. Dei gratia Ebor. archiepiscopus, Angliæ primas, habito tractatu & deliberatione cum concilio suo pleniori, propter diversa & ardua negotia, statum & reformationem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum Ebor. diœc. & provinciæ tangentia, ac propter quædam alia, quæ eidem venerabili fratri, & quibusdam aliis collegis suis, super negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis contra ordinem militiæ Templi, & singulares personas ejusdem ordinis, a sede apostolica demandata fuerant, & quæ magnam deliberationem, consilium, & tractatum requirebant, suum concilium provinciale in ecclesia beati Petri Ebor. 9. cal. Junii anno gratiæ MCCCXI. & pontificatus sui sexto, jure ordinario celebravit. Ad quod venerabiles patres domini Joannis Cariolensis & Thomas Candidæ Casæ episcopi, prædicti domini archiepiscopi suffraganei, magister Will. de Pykering decanus ecclesiæ Ebor. ac cæteri decani, archidiaconi, præpositi, archipresbyteri, & capitula cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum, abbates, priores, exempti & non exempti, necnon sacræ theologiæ doctores, & juris canonici & civilis professores dictæ diœc. & provinciæ Ebor. sub formis & tenoribus infrascriptis erant evocati, prout per certificatoria apparebat, quorum tenores tales erant: Venerabili in Christo patri ac domino suo reverendo, domino Willielmo, Dei gratia Ebor. archiepiscopo, Angliæ primati, suus humilis & devotus officialis Ebor. obedientiam, reverentiam, & honorem. Mandatum vestrum recepimus, tenorem continens infrascriptum: Willielmus, permissione divina archiepiscopus Ebor. Angliæ primas, dilecto filio officiali nostro Ebor. salutem, gratiam, & benedictionem. Cum sacrorum canonum salubriter ac provide perhibeant instituta, ut per metropolitanos singulos in suis provinciis, pro discutiendis cum debita maturitate arduis emergentibus negotiis, omni anno provincialia concilia celebrentur; eo tamen præcipue tempore vigilantiori studio convenit hujusmodi concilia convocari, cum emerserint gravia & insolita negotia, quæ absque plurium peritorum consilio facile nequeunt expediri. Sane dudum ex præmissis causis ad certum diem in nostra Ebor. ecclesia nostrum provinciale concilium fecimus convocari; præsertim pro iis, quæ circa singulares Templariorum personas, in nostra provincia constitutas, nobis a sede apostolica commissa fuerant exequenda, hæreticam sapientibus pravitatem; quæ cum in nostro provinciali concilio fuerint executioni debitæ demandata, juxta ejusdem mandati apostolici continentiam & tenorem, per nos debent ad generale concilium introduci. Verum, quum ante diem prædicti nostri concilii convocati, certos rumores accepimus de prorogatione generalis concilii usque ad calen. Octobris prox. jam futur. de consilio & assensu religiosi & discreti viri domini, dom. abbatis de Lstigniaco, & magistri Sicardi de Vauro, specialium nunciorum sedis apostolicæ in Anglia super negotio Templarios contingente nobiscum tunc præsentium, necnon de communi consensu omnium, qui dicto nostro concilio interfuerant, duximus ordinandum, ut ex præmissis causis aliis revoluto anno faceremus iterato nostrum provinciale concilium convocari. Quocirca vobis firmiter injungimus & mandamus, quatenus per totam nostram diœc. hæc faciatis absque moræ dispendio solemniter publicari; citantes nihilominus peremptorie universos abbates, & priores, abbates proprios non habentes, exemptos & non exemptos, decanos, archidiaconos, præpositos, sacræ theologiæ doctores, ac juris canonici professores, necnon singula capitula collegiatarum ecclesiarum nostræ diœcesis, quod prædicti abbates, priores, decani, archidiaconi, præpositi, doctores, ac professores personaliter, capitula autem per procuratores sufficienter instructos, in ecclesia nostra Ebor. 9. cal. Junii, quem diem ad celebrandum ibidem concilium nostrum provinciale duximus assignandum, cum continuatione & propagatione dierum subsequentium, coram nobis compareant, super proponendis in concilio tractaturi, salubre consilium impensuri, necnon ea, quæ statuta, ordinata, & facta fuerint, humiliter admissuri; ac etiam efficaciter impleturi, facturi, & recepturi, quod consonum fuerit canonicis institutis. Vos etiam præmunimus, & cæteros per vos citandos præmuniri mandamus, quod absentes in termino supradicto, nisi propter evidentes causas & rationabiles, de quibus fidem faciant, legitime fuerint impediti, tamquam inobedientes & contumaces, juxta juris exigentiam puniemus. Qualitee autem hoc nostrum mandatum fueritis executi, nos dictis die & loco, distincte & aperte certificare curetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Valete. Dat. apud Wylton. 9. cal. Martii, anno gratiæ MCCCX. & pontificatus nostri sexto. Cujus auctoritate mandati vestri illud fecimus post receptionem ejusdem, sine moræ dispendio per totam vestram diœc. solemniter publicari; citantes, & citari facientes nihilominus peremptorie in forma nobis super hoc demandata, universos abbates, & priores, abbates proprios non habentes, exemptos & non exemptos, decanos, archidiaconos, sacræque theologiæ doctores, ac juris canonici professores, necnon singula capitula collegiatarum ecclesiarum vestræ diœc. quorum omnia nomina infra seriatim conscribuntur, quod compareant coram vobis ad diem & locum in dicto mandato vestro contentos, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium, facturi & recepturi; quod dicti mandati vestri natura in omni sui parte exigit & requirit. Ipsos igitur omnes & singulos fecimus præmuniri, quod absentes in termino supradicto,

ANNO CHRISTI 1311.

nisi propter evidentes causas & rationabiles, de quibus fidem faciant, legitime fuerint impediti, tamquam inobedientes & contumaces, juxta juris exigentiam, puniveritis. Et sic mandatum vestrum sumus reverenter, ut decuit, in omnibus executi. Conservet vos ecclesiæ, & populo suo Deus per tempora longiora. Dat. Ebor. 11. cal. Junii, anno gratiæ MCCCXI. Nomina citatorum archidiaconatus Eboracensis dominus archidiaconus Eboracen. beatæ Mariæ Ebor. de Seleby, de Kikstall, de Sally, de Rupe, abbates, ac sanctæ Trinitatis Ebor. sancti Andreæ, S. Oswaldi, Pontefracti, de Drax, & de Brecton. priores; necnon magister Thomas de Clyfford, doctor in theologia. Item archidiaconatus Eastriding, viz magister Bertrandus de Fargis, archidiaconus Eastriding; Abbmarlie, de Thornton, de Melsa, abbates: de Bridlington, de Watton, de Wartre, Kirkham, de Ellerton, priores; necnon magistri Philippus de Beverlaco, rector ecclesiæ de Kayngham & Willielmus de Okam, rector ecclesiæ de Langleton, in theologia doctores. Item in archidiaconatu Nottingham, dominus archidiaconus Nottingham; de Rufford, de Welbecke, abbates: de Wirksop, de Thurgarton, de Shelford, de Lenton, de Novo Loco, de Fellye, de Mathersceye, & de Blida, priores; necooo magister Henricus de Maunsfielde, rector ecclesiæ de Fliotham, doctor in theologia. Archidiaconatus Richmundiæ, videlicet, dominus archidiaconus Richmundiæ; de Tourneis, de Caldra, de Cokersand, de Jorevallis, de Coverham, sancti Martini justa Richmund, de sancta Agatha, de Eglestou, abbates; de Bega, de Conniggeshened, de Karmeol, de Lane de Cokerham, sancti Martini juxta Richmund, de Allerton, priores. Prior seu custos dominus de Ormesby, & minister sancti Roberti de Knaresburgh; necnon abbas de Fontibus. Archidiaconatus Clyvelandiæ, dominus archidiaconus Clyvelandiæ, de Whitheby, de Ryevall, de Bella Landa, abbates; de Gysbourun, de Novo Burgo, de Maltoun, de Morton, de Gruning. priores ac magister Johannes Sarve, sacræ theologiæ doctor, & magister Robertus de Sancthorp; rector ecclesiæ de Apleton, juris canonici professor: item magister Nicolaus de Welles, & Nicolaus de Oxooia, juris canonici professores: item dominus præpositus præpositurae Beverlac. Item capitula, videlicet Suthwel, Beati Johannis Beverl. Ripon. & Howedeo.

Certificatorium capituli Ebor.

Item venerabili in Christo patri ac domino reverendo, domino Willielmo, Dei gratia Ebor. archiepiscopo, Angliæ primati, devoti filii, decanus & capitulum ecclesiæ vestræ Ebor. salutem, reverentiam, cum honore in singulis debitam tanto patri. Mandatum vestrum per vos nobis directum, reverenter recepimus sub forma continentiæ instascriptæ: Willielmus, providentia divina Ebor. archiepiscopus, Angliæ primas, dilectis filiis decano & capitulo ecclesiæ nostræ Ebor. salutem, gratiam, & benedictionem. Cum sacrorum canonum, &c. Hujus igitur auctoritate mandati, tam io ecclesia vestra Ebor. quam in aliis locis nostræ jurisdictionis, omnia præmissa, quæ publicari mandastis, solemniter publicavimus, ac magistros Petrum, de Ross. Robertum de Ryplingham, & dominum Walterum de Bedewinde, vestræ ecclesiæ Ebor. præcentorem, cancellarium, & thesaurarium, de Nottingham & Clyveland, in ecclesia vestra prædicta archidiaconos, ac etiam magistros Robertum de Ryplingham, & Petrum de insula, ecclesiæ vestræ Ebor. canonicos, sacræ theologiæ doctores, & juris canonici professores, peremptorie citavimus, quod personaliter compareant coram vobis, die, loco, & tenore in mandato vestro contentis, super proponendis in dicto concilio tractaturi, salubre consilium impensuri, necnon ea, quæ statuta, & ordinata fuerint, humiliter admissuri; ac etiam efficaciter impleturi, facturi, & recepturi, quod consonum fuerit canonicis institutis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad citationes tantum præsenti certificatorio est appensum. Dat. in capitulo nostro Ebor. 10. cal. Junii, anno gratiæ MCCCXI.

Certificatorium Willielmi prioris Dunelmensis.

Venerabili in Christo Patri domino Willielmo, Dei gratia, &c. devotus suus, VV. prior ecclesiæ Dunelm. salutem &c. Litteras vestræ paternitatis devote recepimus, tenorem qui sequitur continentes: Willielmus permissione divina Ebor. archiepiscopus, &c. Cum sacrorum canonum &c. Quarum quidem auctoritate litterarum fratrem Godfridum de Haxeby, commonachum nostrum, sacræ theologiæ doctorem, citavimus in forma nobis superius demandata. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Valete. Dat. Dunelm. festo Ascensionis dominicæ, anno Dom. 1311.

Certificatorium Willielmi de Okam.

Reverendo in Christo patri, &c. Willielmus de Okam rector ecclesiæ de Langeton, vestræ diœc. subjectionem & obedientiam, cum omnimodis reverentia & honore debitis tanto patri. Litteras vestras cal. Martii ultimo præteritis recepi, formam, quæ sequitur, continentes; Willielmus, permissione divina, &c. Vestris igitur voluntati & beneplacito volens humiliter parere, prout tenor, in ecclesia vestra Ebor. non. cal. Junii supradictis, quem diem ad celebrandum ibidem vestrum concilium provinciale, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium nuper assignastis, personaliter coram vobis, quanquam onera quamplurima mihi ratione residentiæ meæ in ecclesia Lincoln. diversimode incumbentia, a dicta ecclesia commode absque gravi dispendio me non sinunt abesse, vita & sanitate comitibus, Domino concedente, intendo comparere; facturus in dicto concilio, impleturusque, prout mihi possibile erit io omnibus, juxta mandati vestri exigentiam & tenorem, & recepturus, quod consonum fuerit canonicis institutis; quod vestræ paternitati reverendæ, quam ad regimen ecclesiæ suæ sanctæ per tempora successiva conservet altissimus, insinuo per præsentes. Dat. Lincoln. 14. cal. Maji, anno Domini MCCCXI.

Memorandum, quod consimiles litteræ directæ fuerunt magistris Henrico de Maunsfield, rectori ecclesiæ de Flintham, ac cancellario Oxon. Philippo de Beverl. rectori ecclesiæ de Kayngham; item Thomæ de Clyfford, sacræ theologiæ doctoribus.

Item consimiles litteræ directæ fuerunt magistris Thomæ de Midleton, de ordine prædi-

ca-

ANNO CHRISTI 1311.

catorum Ebor. item fratri Adæ de Lincoln. de ordine minorum Ebor. item fratri Richardi Wewang. de ordine S. Augustini de Ebor. qui omnes comparuerunt personaliter in dicto concilio, secundum formam citationum eis factarum.

Acta primi diei.

Quo die videlicet nono die Junii prædicto, domino archiepiscopo Ebor. una cum dictis suffraganeis suis, pontificalibus induto, & in dicta Ebor. ecclesia in sede archiepiscopali, sedenti, necnon abbatibus beatæ Mariæ Ebor. & de Seleby, cum mitris in capite, ac aliis prioribus, archipresbyteris, exemptis & non exemptis, ad idem concilium evocatis, vestibus sacerdotalibus similiter indutis; domino Richardo de Kellawe, electo ecclesiæ Dunelm. confirmato per fratrem Galfridum de Haxeby, monachum mon. Dunelm. sacræ theologiæ doctorem, procuratorem suum, decano ecclesiæ Ebor. & archidiacono Clyveland. personaliter; archidiacono Ebor. per dominum Willielmum de Cusannoe, procuratorem suum, archidiacono Nottinghamiæ, per magistrum Richardum de Exum, procuratorem suum; archidiacono Eastriding. per Willielmum Arnald de Monte Sicco, substitutum Bertrandi de Rupe, procurat. principal. dicti archidiaconi; archidiacono Richmund. per magistrum Franciscum de Luco, vicarium generalem ejusdem archidiaconi, thesaurario ecclesiæ Ebor. per Joannem de Braibes, procuratorem suum; præposito Beverlac. per magistrum Radulphum de Anlagby, procuratorem suum; archidiacono Northumbriæ personaliter; archidiacono Dunelm. per magistrum Thomam de Hoo, procuratorem suum specialiter constitutum; magistro Thoma de Clyfford, sacræ theologiæ doctore; decano de Aukland, magistro Willielmo de Marclan. juris canonici professore; decano Cestr. ac decano Lancestr. Dunelm. diœceseos, & archidiacono Carliolen. personaliter; necnon procuratoribus cathedralium & collegiatarum ecclesiarum Ebor. diœc. & provinciæ; & aliis variis ecclesiasticis in multitudine copiosa in ecclesia Ebor. prædicta, juxta formam vocationis comparentibus. In primis, missam de sancto Spiritu solemniter audierunt; qua finita, idem dominus archiepiscopus statim pontificalibus, ut prius, indutus, accessit ad majus altare, & facto silentio, proposuit verbum Dei, & postmodum articulos in ipso concilio tractandos & expediendos, prædicto clero viva voce exposuit. Lectis postea certificatoriis super vocatione prædicta; primo videlicet official. Ebor. cui eamdem citationem in Ebor. diœcesi commisit faciendam; & officialis Dunelm. sede Dunelm. vacante; & domini Carliolen. episcopi, & capituli ecclesiæ Ebor. ipsisque citatis, ac de mandato dicti patris præconizatis, ac pro majori parte personaliter et sufficienter comparentibus; quibusdam vero ex eis diversas excusationes & impedimenta per procuratores speciales proponentibus, & illis, in quantum legitima erant, admissis. Lecta etiam quadam bulla sanctissimi in Christo patris, ac domini nostri, domini Clementis, divina providentia papæ quinti, super concilio generali primo eidem domino archiepiscopo missa; & alia bulla super prorogatione ejusdem concilii usque ad certum terminum in eadem definitum. Et bulla apostolica super inquisitionibus factis contra singulares personas Templariorum publice lecta. Expositis etiam quibusdam rationibus & motivis, negotium dictorum Templariorum tangentibus, in concilio memorato. Proposita insuper per eumdem patrem toti clero, tunc ibidem præsenti, petitione domini regis Angliæ illustris super quondam subsidio, sibi pro guerra sua in Scotia concedendo; super quo idem clerus totius Ebor. diœces. & provinciæ ad diem hujus concilii ea occasione extitit convocatus, prout per certa certificatoria plenius apparebat, & in dicto concilio coram ipsis extitit recitatum; idem pater injunxit publice & expresse prædicto clero, quod procuratores idoneos ad præfatum generale concilium mitterent, juxta formam & bullæ prælibatæ. Quibus sic peractis, præfatus venerabilis pater præfixit eidem clero, & omnibus ad dictum concilium vocatis, diem crastinum coram eodem in capitulo ecclesiæ Ebor. ad proponendum, dandum, & exhibendum in scriptis articulos, & capitula, contingentia statum & correctionem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum dictæ provinciæ; necnon deliberationem suam, voluntatem, & responsionem super dicto subsidio per prædictum dominum regem petito; & ad alia pertractanda, quæ in eodem concilio, tam circa negotium Templariorum, quam cætera communem utilitatem tangentia fuerint deducenda.

Acta secundi diei.

Quo die crastino, in capitulo ecclesiæ prædictæ, coram dicto venerabili patre, domino Willielmo, archiepiscopo supradicto, pro tribunali sedente; & præfatis Carliolen. & Candidæ Casæ episcopis, ac abbatibus, prioribus, & cæteris prælatis, ut supra, eidem assidentibus; lectoque certificatorio decani christianitatis Ebor. super citatione facta omnibus Templariis in civitate & diœc. Ebor. ubilibet existentibus, quod eodem die compareant personaliter coram eodem patre in capitulo memorato, ad videndum & audiendum publicationem attestationum in negotio inquisitionis hæreticæ pravitatis contra eosdem factæ, per eumdem patrem, & cæteros collegas suos habitarum; ulteriusque faciendum & recipiendum, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium, quod ipsius negotii qualitas exigit & natura. Ipsisque templariis ibidem vocatis nominatim, & juxta formam vocationis hujus personaliter comparentibus, dictas attestationes tam contra singulares personas Templariorum prædictorum, quam ordinem eorumdem factas solemniter publicari fecit; & articulos super quibus dictæ singulares personæ examinatæ fuerant, in bulla apostolica contentos, fecit legi, & toti populo in lingua materna exponi; ac attestationem septem personarum eorumdem Templariorum primo examinatarum, in lingua materna publice exponi fecit, cleri & populi multitudine assistente; reliquas autem attestationes & depositiones pro lectis & publicatis habuit de communi consilio totius provincialis concilii. Traditaque ipsis Templariis copia vera earumdem attestationum omnium & singularum tam contra singulares personas, quam contra ordinem habitarum; præfixit idem pater eisdem Templariis diem Jovis prox. sequent. pro termino præciso & peremptorio, ad proponendum & ostendendum, quicquid habuerint

pro

ANNO CHRISTI 1311.

pro ſe in eodem negotio proponend. citra dictum diem Jovis, & eodem die Jovis plenaria continuato. Aſſignando inſuper eiſdem Templariis diem Veneria prox. ſequent. in capitulo ſupradicto ad audiendam ſententiam definitivam, ſeu pronunciationem, ſi liqueat, in negotio antedicto, eumdem diem Jovis toti concilio judicialiter aſſignando. Propoſitis incontinenti coram eodem patre una ſchedula in Gallico concepta ex parte Ipſorum Templariorum, necnon quadam bulla papali, ordinem & obſervantias ipſorum tangente; & ipſis ſchedula & bulla perlectis, ſidem Templarii, & cæteri laici & clerici, ad concilium non vocati, continuo receſſerunt. Poſtmodum vero, habita deliberatione & tractatu cum prædictis epiſcopis, & aliis prælatis & clericis, tunc ibidem exiſtentibus, ſuper negotio memorato; idem pater de communi conſilio omnium deputavit certas perſonas, ſacræ theologiæ doctores, ac juris canonici profeſſores, ad deliberandum ſuper quibuſdam dubiis, quæ in prælato inquiſitionis negotio reſultabant, & dicto die Jovis eidem patri ſuam deliberationem plenius referend. ut ulterius fieri poſſit in eadem, quod toti concilio videbitur conſultius faciendum.

Acta tertii diei.

„ Quo die Jovis " in capitulo prædicto, dicto domino archiepiſcopo, & epiſcopis, abbatibus, prioribus, doctoribus, & profeſſoribus prædictis, & toto clero ejuſdem diœc. & provinciæ, clericis & laicis in multitudine copioſa, ac Templariis ipſis exiſtentibus, recitatis actis ultimi diei, petitoque publice ab eiſdem Templariis, an aliqua haberent proponenda, oſtendenda, ſeu exhibenda pro ſeipſis in negotio memorato; & propoſitis incontinenti per ipſos Templarios quadam petitione in Gallico, & duabus bullis; una Innocentii quarti, & alia Anaſtaſii tertii; quibus publice lectis, eoſdem Templarios fecit idem venerabilis pater interrogari ſingulatim, an omnes ſibi tunc præſentes habuerint firma & rata, quæ in dicta ſchedula continebantur; qui expreſſe dixerunt, quod ſic. Tandem idem pater de communi conſenſu dicti concilii ipſos Templarios, & omnes alios clericos & laicos, qui ad illud concilium vocati non fuerunt, e dicto capitulo exire fecit, ut de ipſorum Templariorum negotio plenius tractaretur; habitoque communi tractatu ſuper eodem, videbatur eidem patri, & toti concilio, quod ipſi Templarii eſſent iterum interrogandi ſuper quibuſdam reſponſionibus ſuis prius factis, tam in examinatione contra ſingulares perſonas, quam contra ordinem Templariorum prædictorum ſigillatim, utrumne primis ſuis reſponſionibus ſtare vellent, necne? Tunc ipſos ſingillatim coram ipſo, & dicto concilio fecit adduci, & ſuas reſponſiones eiſdem, & cuilibet eorum, prout ſcripta erant, in lingua materna exponi; & dicta eorumdem, juſtificationes, & intelligentias per notarios publicos redigi in ſcripturam. Et his factis, præfixit eiſdem Templariis diem craſtinum, videlicet diem Veneris prox. ante feſtum Pentecoſtes, coram ipſo, & toto ſuo concilio provinciali in dicto capitulo ad audiendum pronunciationem finalem, ſi liqueat, in negotio memorato.

Acta quarti diei.

„ Quo die Veneris " in præfato capitulo, dicto domino archiepiſcopo, & epiſcopis prædictis, ac abbatibus, prioribus, doctoribus, & profeſſoribus, & aliis in multitudine copioſa exiſtentibus, quia ſuper dicto negotio Templariorum ad plenum non deliberaſſet, videbatur eidem patri, & toti concilio ſuo expediens, dictam pronunciationem uſque in aliud tempus magis diffuſum prorogare. Unde idem dominus archiepiſcopus, ex communi conſenſu omnium in dicto concilio exiſtentium, præſentibus Templariis ſupradictis dictum diem Veneris, & ipſum provinciale concilium prorogavit uſque in primum diem menſis Julii in eccleſia conventuali de Blida; & eumdem diem eiſdem Templariis coram eodem patre, loco prædicto, aſſignavit, ad audiendum pronunciationem, ſicut prius in negotio antedicto. Præfigentes prædicto clero ejuſdem concilii tunc præſenti, quod omnes epiſcopi, decani, archidiaconi, præpoſiti, archipresbyteri, abbates, & priores, qui poterunt, omni frivola excuſatione amota, perſonaliter, capitula vero per procuratores idoneos, & ad hoc ſufficientem poteſtatem habentes, compareant coram eodem patre in eccleſia conventuali de Blida ſupradicta, ad tractandum & faciendum tam ſuper dicto negotio Templariorum, quam ſuper aliis prius propoſitis; & nominatim in eodem concilio proponendum, quod communi deliberatione concilii juxta juris exigentiam videbitur faciendum. Poſtmodum autem certis, & legitimis de cauſis idem venerabilis frater prorogationem ejuſdem concilii, quoad aſſignationis dicti loci de Blida, mutavit, & ſuum concilium fecit, ut prius, ad prædictum primum diem menſis Julii in eccleſia ſua beati Petri Ebor. per ſuas litteras citatorias convocari.

Acta quinti diei.

„ Quo die primo menſis Julii, " anno & indictione prædictis in præſentia noſtrorum notariorum prædictorum, ac teſtium ſubſcriptorum, & aliorum in multitudine copioſa in capitulo B. P. Ebor. venerabilis pater, dominus archiepiſcopus ſupradictus, ad præfatum provinciale concilium, ut prædicitur, prorogatum ibidem celebrandum, ſedens pro tribunali, prædictam loci aſſignationem in eccleſia conventuali de Blida, certis, & legitimis de cauſis, ut ibidem dominus archiepiſcopus expreſſe aſſeruit, tantummodo immutata, venerabilibus patribus, dominis Richardo Dunelm. Tho. Candidæ Caſæ, epiſcopis, ipſius domini archiepiſcopi, & eccleſiæ Ebor. ſuffraganeis, decanis ipſius eccleſiæ Ebor. & eccleſiarum præbendalium de Aukland. de Lanceſtr. archidiacono Clyveland. cancellar. eccleſiæ Ebor. S. T. doctore; abbatibus beatæ Mariæ Ebor. de Kirkſtable, de Rupe, de Rievall, de Roughford, de Melſa, de Fontibus, de Turneys, de Calder, de Cokerſand, de Jorevall, de Coverham, de ſancta Agatha, de Egleſton, & de Novo monaſterio; prioribus inſuper ſanctæ Trinitatis Ebor. ſancti Andreæ Ebor. ſancti Oſwaldi de Pontefract. de Drax, de Breſton, de Gysbourn, de Novo Burgo, de Malten, de Morton, de Gronmis, de Thurgarton, de Felſeye, de Metharſaye, de Blida, de Bridlington, de Kirkholm, de Wartre, & de Elletton;

ANNO CHRISTI 1311.

lerton; doctoribus etiam in theologia magistris Thoma de Clyfford, Joanne Grower, Philippo de Beverlaco, fratribus Galfrido de Haxeby, monacho Ecclesiæ Dunelm. abbate de Ryovall, Adam de Lincoln. de ordine minorum, Thoma de Pontefract. ejusdem ordinis, Richardo de Warewang. de ordine sancti Augustini, & Tho. da Middleton, de ordine prædicatorum; & juris canonici professoribus, magistris Nicolao de Oxon. Richardo de Cestria, & Roberto de Sancthorp, ac aliis jurispertis; & multitudine ibidem personaliter existentibus abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, custodibus, ministris, capitulis ecclesiarum tam cathedralium, quam collegiatarum, & spiritualitatibus prædictæ Ebor. diœc. per procuratores legitime constitutos, præsentibus, publice proposuit verbum Dei; cujus thema fuit: „ Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. " Quo sermone finito, lecta fuerunt quædam certificatoria, unum scilicet primo officialis curiæ Eboracensis, aliud domini Dunelm. episcopi, tertium Cariolensis episcopi & quartum capituli Eboracen. ecclesiæ, sigillis pendentibus signata, super vocationibus cleri ad dictum provinciale concilium de mandato dicti domini archiepiscopi facta; vocatisque postmodum prælatis & cæteris ecclesiarum personis in dictis certificatoriis contentis, & eis, ut præmittitur, comparentibus; lecto insuper quodam certificatorio, sigillo christianitatis Ebor. pendente signato, super quadam citatione facta fratribus ordinis militiæ Templi, 24. numero in castro Eborum existentibus, tenoris infrascripti venerabili, &c. „ Prout in processu notato. " Quibus fratribus præconizatis & ipsis omnibus personaliter comparentibus, amoti fuerunt ipsi Templarii, & cæteri & laici ad dictum concilium non vocati, a loco dicti capituli; habitaque postea disputatione, & altercatione continua inter præfatos doctores, professores, & alios prælatos supradictos, super rationibus & motivis negotium dictorum templariorum, & ipsos Templarios tangentibus; ipsisque postmodum Templariis vocatis, & comparentibus, præfixit idem dominus archiepiscopus, cum consensu dicti sui concilii, eisdem Templariis diem crastinum ad idem quod prius, & loco prædicto.

Acta sexti diei.

„ Quo die crastino, " scilicet 2. die mensis Julii prædicti, coram dicto domino archiepiscopo ecclesiæ Ebor. pro tribunali sedente, præfatis dominis Dunelm. Candidæ Casæ, episcopis, ac aliis prælatis & clericis supradictis sibi assidentibus; præfati Templarii, ut supra, comparuerunt. Quibus Templariis, ut cæteris clericis & laicis, ad dictum concilium non vocatis, a loco dicti capituli amotis, ut de negotio dictorum Templariorum plenius tractaretur; habitoque tractatu per ipsum concilium super negotio memorato, de communi consensu omnium ibidem præsentium, deputavit idem archiepiscopus certas personas S. T. doctores, & juris canonici professores, ac alias discretas ac litteratas personas ad tractandum, & plenius deliberandum super præfato inquisitionis negotio; & eidem domino archiepiscopo die Lunæ prox. sequent. in eodem capitulo referendum; & ad ulterius faciendum in dicto negotio, quod toti concilio videretur consultius faciendum. Prædictis Templariis iterato vocatis, & comparentibus, præfatus dominus archiepiscopus assignavit eisdem diem & locum ad sententiam definitivam seu pronunciationem audiendum in negotio antedicto; & toti clero, ibidem existenti, eumdem diem & locum ad interessendum judicialiter assignando.

Acta septimi diei.

„ Quo die Lunæ, " scilicet quinto die mensis Julii, anno supradicto, coram præfato domino archiepiscopo in capitulo ecclesiæ Ebor. prædicto pro tribunali sedente, præfatis dominis Dunelm. & Candidæ Casæ episcopis, ac aliis prælatis, & S. T. doctoribus, & juris canonici professoribus, & aliis clericis, & procuratoribus supradictis sibi assidentibus, propositis & exhibitis in scriptis per quasdam certas personas, superius deputatas, quibusdam rationibus & motivis, & eis auditis & intellectis, habitaque disputatione, & discussione super eisdem; propter variationes rationum, & dubitationes per supradictas personas, ut prædictum, deputatas in dicto concilio, in propositis & exhibitis factas, idem dominus archiepiscopus, de communi consensu omnium in dicto concilio existentium, deputavit certas personas, sacræ theologiæ doctores, juris canonici professores, & alias discretas personas, ad relationem summo pontifici faciendam, & ordinandam in negotio antedicto, & ipsam die Sabbati prox. sequent. in capitulo Ebor. prædicto supplicandum. Ad quam relationem audiendam, idem venerabilis pater prædictis Templariis, tunc personaliter ibidem constitutis, dictum diem & locum præfixit; & ad dicendum, quantum juris ratio permitteret, contra eamdem, si voluerint, & viderint expedire; eumdem insuper diem & locum toti clero, ad dictum provinciale concilium vocato, & ibidem existenti, ad interessendum per se, vel per procuratores idoneos, judicialiter assignando.

Acta octavi diei.

„ Quo die Sabbati, " scilicet decimo die mensis Julii prædicti, adveniente coram discreto viro magistro Roberto de Pickering, canonico ecclesiæ beati Petri Ebor. præfati domini Ebor. archiepiscopi ad infrascripta commissario speciali, prout per inspectionem commissionis suæ, tunc ibidem publice lectæ, apparuit; domino decano ecclesiæ Ebor. abbatibus, prioribus, sacræque theologiæ doctoribus, & aliis discretis, & exemptis personis diœc. & provinciæ Ebor. personaliter, procuratoribus etiam dominorum Dunelm. & Carliolen. & Candidæ Casæ, episcoporum, ac quorumdam aliorum prælatorum, tunc absentium, ibidem existentibus in capitulo ecclesiæ Ebor. prædicto, prædicti Templarii personaliter comparuerunt. Tenor vero commissionis, de qua superius fit mentio, talis est: Will. &c. Qua commissione publice perlecta, præfati Templarii, &c. laici & clerici, ad dictum concilium non vocati, a loco dicti capituli fuerunt amoti, ut de ipsorum Templariorum negotio plenius tractaretur. Habitoque tractatu per ipsum concilium super negotio memorato, magister Robertus de Pickering, commissarius supradictus, de communi expresso consensu omnium & singulorum tunc in dicto concilio existentium, idem concilium pro-

ANNO CHRISTI 1311.

prorogavit, & continuavit usque in diem Mercurii prox. post festum beati Jacobi apostoli prox. futuri; toto clero tunc ibidem existenti, ac etiam absentibus, in personas procuratorum suorum ibidem præsentium, eumdem diem Mercurii ad interessendum personaliter in eodem capitulo, ad tractandum, deliberandum, & faciendum in dicto inquisitionis negotio, quod toti concilio videbitur consultius faciendum, præfigendo; præfatisque Templariis eumdem diem & locum ad audiendum, recipiendum, & faciendum quod natura ipsius negotii exigit & requirit, judicialiter assignando.

Acta noni diei.

„ Quo die Mercurii, " scilicet 28. die mensis Julii prædicti adveniente coram magistro Roberto de Pickering, commissario, ut præmittitur, supradictu, venerabili patre domino Thoma, Candidæ Casæ episcopo, dominis decano ecclesiæ Ebor. arch. Clyveland, cancell. eccl. Ebor. abbatibus insuper sanctæ Mariæ Ebor. de Seleby, de Kirkestall, de Rupe, de Melsa, de Jorcvall, de Coverham, de Eglestom, de Ryeval, de Bellalanda, necnon priores sanctæ Trinitatis Ebor. sancti Andreæ Ebor. sancti Oswaldi de Pontefract. de Drax, & plurimorum aliorum per procuratores litteratorie constitutos, prætentibus, ac aliis assistentibus in multitudine copiosa; lectum fuit quoddam certificatorium, sigillo commissarii generalis domini officialis curiæ Ebor. prædictæ signatum, super vocatione cleri ad dictum provinciale concilium prorogatum facta, tenorem continens infrascriptum: Viro venerabili, &c. Quo certificatorio publice perlecto, præfatisque Templariis ibidem personaliter constitutis, prædictis episcopis, & aliis prælatis, & personis ecclesiasticis, ac capitulis vocatis nominatim, & ut supra, comparentibus, idem Robertus, commissarius supradictus, dictum provinciale concilium usque in diem crastinum ad interessendum in eodem capitulo, ac faciendum idem, quod prius, judicialiter assignando; absentes usque in diem crastinum expectando.

Acta decimi diei.

„ Quo die crastino, " scilicet 29. die mensis Julii prædicti, coram præfato magistro Roberto commissario, & domino episcopo Candidæ Casæ, ac prælatis, & personis ecclesiasticis in dicto ecclesiæ Ebor. capitulo pro tribunali sedentibus, aliisque, tam clericis, quam laicis in multitudine existentibus, præfati Templarii 24. numero; videlicet frater Willelmus de Grafton, &c. personaliter comparuerunt; & fatebantur & expresse recognoverunt omnes & singuli in judicio, & quilibet eorum pro se sponte & expresse fatebatur & recognovit, se super articulis in bulla papali contentis vehementer esse diffamatos, & de eisdem articulis non posse se purgare; petieruntque, & quilibet eorum pro se humiliter petiit, genibus flexis, statum ecclesiæ sibi concedi; asserentes, se paratos esse ordinationi ecclesiæ in omnibus stare super præmissis. Juravit postmodum quilibet dictorum Templariorum per se nominatim & expresse de mandato ecclesiæ, tactis sacrosanctis evangeliis, in lingua materna, sub hac forma: Ego A. B. detestor & abjuro ad hæc quatuor sancta evangelia omnes hæreses, & præcipue illas in bulla papali contentas, de quibus diffamatus sum; & promitto de cætero observare fidem catholicam, & orthodoxam, quam tenet, docet, & prædicat sancta Romana ecclesia. Sic Deus me adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Qui Templarii sic jurati, ut præmittitur, statim ad ostium australe dictæ Ebor. ecclesiæ accesserunt, juramento præstito ab eisdem omnibus & singulis de parendo mandatis ecclesiæ; atque ipsos omnes & singulos, flexis genibus, beneficium absolutionis humiliter petentes, venerabilis pater dominus Thomas, de Candida Casa episcopus, pontificalibus indutus, dominis decano & cancellario ecclesiæ Ebor. ac archidiacono Clyveland, & abbate S. Mariæ Ebor. vestibus sacerdotalibus pariter indutis, secum astantibus, ab omnibus hæresibus in bulla papali, contentis, & omnibus aliis absolvit, ipsosque Templarios ad statum ecclesiæ, & ad sacramenta ecclesiastica restituit. Demum ipsis Templariis iterato dictum capitulum ingredientibus, & in dicto provinciali concilio personaliter existentibus, magister Robertus de Pickering, commissarius prædictus, unanimi consensu omnium in ipso concilio existentium, ipsos Templarios a carcerali custodia regia liberavit, & ipsos custodiæ ecclesiasticæ admisit & mancipavit; ipsumque provinciale concilium usque in crastinum continuando, eumdem diem crastinum toti clero, ibidem existenti, ad interessendum in dicto capitulo, judicialiter assignando, ad tractandum, & ulterius faciendum in dicto negotio, quod de jure esset faciendum.

Acta undecimi diei.

„ Quo die crastino, " videlicet 30. die mensis Julii præfatis commissario, & clero in dicto capitulo, ut supra, considentibus; habitoque tractatu diuturno inter eosdem super ordinatione status dictorum Templariorum, idem magister Robertus, commissarius, de communi consensu & assensu omnium tunc in dicto concilio existentium, decrevit, ordinavit, & sententialiter pronunciavit; dictos Templarios singulos ad singula diversa monasteria prædictæ Ebor. diœceseos fore mittendos, ad agendam pœnitentiam de præmissis, super ordinatione vero & injunctione pœnitentiæ præfatis Templariis imponendæ, voluit idem commissarius, ut asseruit, venerabilem patrem dominum Willielmum, Dei gratia Ebor. archiepiscopum, Angliæ primatem, in ipso negotio, una cum certis collegis suis, inquisitorem specialiter deputatum, consulere; toto dicto concilio provinciali ad hoc consensum, & assensum exhibente. Quibus sic factis, idem concilium, quod tunc, dimisit sine die.

Publicatio cessationis ordinis Templariorum.

Willielmus, &c. dilecto filio officiali nostro Ebor. salutem, gratiam, & benedictionem. Nuper in concilio generali, cui interfuimus, vir sanctissimus pater dominus, dominus Clemens, divina providentia papa v., per viam provisionis, seu ordinationis ordinem militiæ Templi, ipsiusque ordinis statum, habitum, atque nomen irrefragabili & perpetuo valitura sustulit sanctione, ipsum ordinem perpetuæ prohibitioni supponens; districtius inhibendo, ne quis dictum ordinem de cætero intrare, vel ejus habitum suscipere, vel portare, aut pro Templario se gerere quovismodo præsumeret; quod si

quis

ANNO CHRISTI 1311.

quis contra faceret, majoris excommunicationis sententiam incurreret ipso facto. Nolentes itaque quod fratres quondam dicti ordinis, aut quivis alii in nostra diœcesi constituti praetendere valeant ignorantiam praemissorum, vobis firmiter injungendo mandamus, quatenus tam in ecclesia nostra cathedrali Ebor. quam in singulis ecclesiis collegiatis, necnon monasteriis exemptis & non exemptis, ac etiam in parochialibus ecclesiis nostrae dioec. faciatis praemissa distincte, aperte, & sollemniter publicari. Et quid feceritis in hac parte, nobis constare faciatis citra festum beati Matthaei apostoli per vestras litteras, quae harum seriem repraesentent. Valete. Datum apud Cawode 18. cal. Septembris, anno gratiae 1311. & pontificatus nostri septimo.

AQUILEJENSE CONCILIUM

Pro sufficiendis sumptibus iis qui ad Viennense concilium ituri erant,

Anno 1311. habitum.

Ann. 1311. Mansi Sup. to. III. pag. 271.

Causam habendi concilii & ejus nudam mentionem suggerit, quam hic exhibeo, charta accepta ex P. de Rubeis Monum. Eccl. Aquilejensis cap. 83. pag. 828.

In nomine Domini, Amen. Aquilegia 98. Floren. & M. Padua 54. Floren. Vicentia 28. Floren. & dimid. Tervisium 24. Floren. Feltrum 13. Floren. & dimid. Cumanus 25. Floren. & dimid. Cenetensis 9. Floren. Concordia 12. Floren. & dimid. Tridentum 21. Floren. Mantua 18. Floren. Verona 32. Floren. & dimid. Tergestum 5. Floren. & dimid. Justinopolis 3. Floren. Pola 3. Floren. & dimid. Parentium 7. Floren. Petenensis I. Floren. & dimid. Emona 2. Floren..... Qui (*Floreni*) divisi fuerunt inter episcopos praedictos per Venerabilem Virum Fratrem Johannem Vicarium & Procuratorem Paduani, & magistrum Patrem Tridentini episcoporum, ad hujusmodi divisionem faciendam electos Deputatos in Concilio Generali anno Domini 1311. Indict. 9. Aquilegiae celebrato.

CONCILIUM RAVENNATE II.

Pro disciplina & moribus ecclesiae reformandis celebratum anno 1311. tempore Clementis Papae V.

TITULI CAPITULORUM.

PRAEFATIO.

In nomine Domini, Amen.

Constitutiones editae in concilio provinciali, celebrato in ecclesia Ravenn. & convocato per venerabilem patrem dominum Rainaldum, permissione divina sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopum.

AD honorem omnipotentis Dei, & gloriosae virginis Mariae, beatorum apostolorum Petri & Pauli, beati Apollinaris martyris, patroni sanctae Ravennatis ecclesiae, beatorum martyrum Vitalis & Ursicini, & caeterorum, quorum reliquias & patrocinia complectimur in ipsa metropoli ecclesia, & ad restaurationem ecclesiarum, & reformationem morum, eccle-

ANNO CHRISTI 1311.

fiasticarum, & sæcularium personarum, & pro salute animarum, in hoc sancto provinciali concilio, cui, auctore Deo, præsidemus, una cum venerabilibus patribus Dei gratia dominis, V. Bononiensi, H. Regiensi, M. Cerviensi, & P. Foropopiliensi, episcopis, & fratre Hugolino electo Faventin. sanctæ Ravennatis ecclesiæ suffraganeis, & procuratoribus videlicet dominorum P. Parmensis, R. Forliviensis, I. Cæsenatensis, fratrum P. Comaclensis, I. Adriensis, & Ven. Saxenatis, episcoporum suffraganeorum absentium: quasdam constitutiones conciliorum, synodorum, canonum, & decretalium epistolarum, & aliorum jurium antiquorum & antiquatorum, per oblivionem & negligentiam inobservatorum, rememoratorias & executorias B rediviva repetitione edendas prævidimus, quas in subditis recensemus, publicari mandamus: volentes & mandantes, quod sacri canones, & sedis apostolicæ decretales, & legatorum ejus constitutiones, & decreta sanctorum patrum, quantum possibile fuerit, ab omnibus subditis debeant efficaciter observari, & infra scriptæ constitutiones.

CAPITULA.

De orationibus fundendis ad Deum pro celeri ordinatione vacantium ecclesiarum & aliis Divinis officiis. Rubrica I.

QUia inter cætera, quæ pericula & discrimina afferunt & inducunt, diuturna vacatio ecclesiarum cathedralium, cui volentes succurrere, quod statutum est fieri pro celeri, ordinatione sanctæ Romanæ ecclesiæ, cum vacaverit, per constitutionem Gregorianam, *Ubi periculum*, statuimus, mandamus, & observari præcipimus pro ce- D leri ordinatione Ravennatis ecclesiæ, vel alterius ecclesiæ cathedralis de provincia, cum vacaverit, ita quod pro ordinatione ipsius Ravennatis ecclesiæ fiant orationes & processiones ad Dominum, & alia bona spiritualia a clero & populo universo per totam Ravennatem provinciam, donec ipsa electio fuerit celebrata: & in qualibet civitate & ecclesia cathedrali ejusdem provinciæ vacante, a suis clero & populo, pro celeri ordinatione ejusdem ecclesiæ cathe- E dralis. Et idem fiat in ecclesiis conventualibus vacantibus pro celeri & concordi electione ipsorum ab iis, qui sunt de conventibus & capitulis ipsarum. Et ut hæc celerius adimpleantur, archidiaconus, præpositus, & chorus ecclesiæ Ravennatis, statim cum ecclesia ipsa vacaverit, procurent omnibus & singulis suffraganeis vacationem ipsam notificare: & capitula ecclesiarum cathedra- A lium idem observent & faciant in suis civitatibus & diœcesibus, cum suas ecclesias pastore contigerit vacare.

De exequiis episcoporum decedentium. Rubrica II.

Quia, secundum Apostolum, qui bene præsunt presbyteri, duplici honore habendi sunt digni, in vita scilicet & in morte: statuimus & firmamus, quod quando contigerit aliquem comprovincialium episcoporum, præsentium vel futurorum de hac luce, Deo vocante, migrare, induatur pontificalibus, & cum eisdem, solemnibus exequiis præcedentibus, cum solemni Missa pro defuncto sepeliatur: & quam citius fieri poterit, cæteris comprovincialibus episcopis ipsius obitus intimetur per capitulum ipsius ecclesiæ cathedralis, ut orent pro episcopo defuncto. Et quilibet coepiscoporum dici faciat triginta continuas Missas a die notificationis obitus ipsius usque ad trigesimum diem; & resici quali- C bet die tres pauperes. Et in qualibet ecclesia cathedrali & conventuali, una Missa pro ipsius animæ expiatione celebretur solemniter. 1. Tim. 5.

De anniversariis episcoporum. Rubrica III.

Quia inter cætera remedia, quæ proficiunt ad expiationem animarum fidelium defunctorum, sunt orationes & eleemosynæ: & illis maxime in his tenemur obnoxii, a quibus nos recognoscimus verbi & operis beneficia recepisse; in quorum numero prædecessores nostri merito possint adscribi: statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod de cætero semel in anno, vigilia festi sanctæ Praxedis, quod est vicesimo Julii, in tota provincia Ravennate, per singulos coepiscopos & capitula ecclesiarum cathedralium, fiat solemne anniversarium pro defunctis coepiscopis totius provinciæ, ad quod clerus & populus convocetur. Et die prædicta quilibet episcopus comprovincialium prædictorum, duodecim pauperes ad minus resici faciat, pro animarum expiatione celeri prædictorum. Si autem ipsa dies caderet in Dominica: fiat præcedenti die, vel subsequenti feriata die, quam commodius poterit.

De

ANNO CHRISTI 1311.

De anniversariis patronorum & benefactorum ecclesiarum.
Rubrica IV.

Adjicimus insuper, quod de cætero, semel in anno, scilicet quarta die Junii, vel in proxima subsequenti feria, si festum incideret die illa, fiat solemne anniversarium per coepiscopos in tota provincia pro expiatione animarum fidelium defunctorum, patronorum & ecclesiarum benefactorum: ad quod, sicut dictum est de anniversario episcoporum, clerus & populus convocetur, & ipsa die pauperes reficiantur, ut etiam per hoc fideles ad beneficentiam provocentur & animentur.

De reliquiis sanctorum, & eorumdem veneratione. Rubrica V.

Statuimus, quod si in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, conventualibus, & cæteris, extra altaria reliquiæ habeantur, de ipsarum veritate & certitudine, quorum sanctorum sint, per singulos comprovinciales episcopos, in singulis eorum civitatibus & diœcesibus, cum diligentia exquiratur: quatenus de ipsis habita certitudine, devote venerentur, & publicentur populis, & venerari mandentur. De quibus vero nulla certitudo possit haberi, in altaribus, vel alibi, sicut visum fuerit, recondantur, nec de cætero populis exponantur: & qui contra fecerit, ad arbitrium diœcesani episcopi puniatur.

De sacramentis ecclesiasticis.
Rubrica VI.

Cum sacramenta ecclesiastica debeant cum debita reverentia & veneratione, & gratis tractari, suscipi & conferri: statuimus, quod omnia sacramenta ecclesiastica, quantum possibile fuerit, a jejunis ministrentur, cum ornamentis necessariis, seu paramentis, & gratis; illud rememorantes attentius: *Quod gratis accepistis, gratis date*. Qui contra fecerit, præter Divinam offensam, quam ex hoc contrahit & incurrit, & pœnas a canonibus constitutas, in subsequenti provinciali concilio acrius puniatur. Matth. 10.

De custodia eucharistiæ, chrismatis, & olei sancti.
Rubrica VII.

Statuimus, quod eucharistia, viaticum, sive corpus Christi, chrisma, oleum sanctum, & oleum infirmorum, sic devote, tute & secrete custodiantur, & reponantur in ecclesiis vel sacristiis, in locis ad hoc deputatis, & aptis: quod ad ea non possit manus nefaria accedere, seu sacrilega, & maxime mulierum: & quod eucharistia, seu viaticum, quod pro infirmis reservatur, frequentius innovetur. Et qui in prædictis negligens fuerit vel remissus, præter indignationem Dei, quam ex contemptu sacramentorum ejusdem & suæ salutis contrahit & incurrit, ab ordinario suo arctius puniatur.

De utensilibus, paramentis, & libris, & cæteris ornamentis ecclesiasticis.
Rubrica VIII.

Cum non solum ministri ecclesiastici mundi esse debeant, sed utensilia pro Divino cultu munda, & munde teneri & tractari, præmonente propheta: *Mundamini qui fertis vasa Domini*: statuimus, quod corporalia, pallæ, tobaleæ, & cætera sacerdotum & altarium ornamenta, munda sint, & cum omni munditia conserventur: & calices habeantur argentei, si commode fieri poterit, & ecclesiarum suppetant facultates: & sufficientes libri pro Divinis officiis, & paramenta: super quibus volumus & mandamus diligentem & solertem per diœcesanos curam & sollicitudinem adhiberi, & terminum congruum non habentibus statuere ad habendum prædicta: & ubi in prædictis habendis, ecclesiarum non sufficiant facultates, moneantur laici, & maximo parochiani, & sollicite inducantur, ut componant & contribuant saltem pro dimidia in prædictis. Isai. 52.

Cum inter cætera utensilia pro Divino ministerio sit campana utilis & necessaria, ad cujus sonum maxime fideles excitantur ad Divinum cultum, & dæmones propelluntur: statuimus, quod de cætero campanæ quæ fient de novo, benedicantur ea solemnitate quæ in pontificali inscribitur, in ecclesiis cathedralibus, civitatibus singulis, & collegiatis, & plebibus, & conventualibus singulis diœcesum.

De informatione ministrorum & celebratione Missarum. Rubrica IX.

Statuimus, quod quilibet episcopus in sua diœcesi informare debeat sacerdotes & ministros, novos maxime, vel a scien-

tibus expertis faciat informari, in suis officiis & ministeriis, & ecclesiasticis sacramentis, & ipsorum collatione seu dispensatione, scilicet in catechizando, baptizando, conficiendo corpus & sanguinem Jesu Christi, & quæ sunt confectionis verba, seu consecrationis, & confitentes seu pœnitentes absolvendo, & formam & modum absolutionis, & Divinis aliis.

Cum juxta canonicas sanctiones unicuique sacerdoti, quantumcumque digno, unam Missam tantum in die sufficiat celebrare, & valde felix sit qui digne celebrat unam: districtius prohibemus, ne quis de cætero nisi unam tantum in die celebret Missam, nisi in casibus a jure permissis: & quod nullus alienigena audeat prædicare, vel celebrare, vel in sacro ordine ministrare, nisi fuerit prius præsentatus ordinario, & eidem de ipsius ordinatione facta fuerit plena fides.

Monemus omnes insuper & singulos sacerdotes, parochiales maxime, quod quando omnibus diebus Dominicis celebrare debuerint, alba cocta sive stola induti, aquam exorcizent, seu benedicant cum sale: & aqua altare ecclesiarum, & populum antequam celebrent, aspergant, cum antiphona, *Asperges me Domine*, vel alia quæ pro tempore occurret, & psalmo vel versu, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*.

Monemus insuper omnes & singulos parochianos, cujuscumque parochialis ecclesiæ, quod saltem in diebus Dominicis audiant Missam integram in sua parochiali ecclesia, a qua prius non recedant, quam benedictionem post Missam receperint; & quicumque contra fecerit, tertio admonitus, excommunicationis sententia percellatur.

De annunciatione festorum, & celebratione ipsorum, & observatione jejuniorum. Rubrica X.

Statuimus insuper, quod festa sanctorum patronorum ecclesiarum cathedralium provinciæ Ravennatis semper die in qua occurrunt denuncient celebrantes officia, & studeant celebrare, & clero & populo civitatis & diœcesis ejusdem præcipiant celebrari in tota provincia Ravennat. & quod de festo B. Apollinaris, & de omnibus sanctis præsulibus Ravennatibus per columbam electis, fiant festa per totam provinciam Ravennatem suis diebus. Et ut in hoc errare non possint, ipsa festa in suis Kalendariis inscribi faciant, & apponant; &, ut præmittitur, denuncientur.

Monemus omnes & singulos sacerdotes, parochiales maxime, ut omnibus diebus Dominicis, quando debuerint Missas celebrare populis, lecto evangelio, & offertorio, vel cantato, festa celebranda & serianda juxta consuetudinem, & ipsorum vigilias jejunandas, si qua scilicet habuerint, & certa jejunia, si occurrerint, debeant nunciare, vel indicere ipsas debere festari, jejunari præcipere. Et ut in prædictis errare non possint, studeant festa omnia, vigilias, & jejunia in scriptis habere, infra duos menses a publicatione præsentium, in suis Kalendariis, sive martyrologiis conscribere, seu conscribi facere: & qui in prædictis negligentes fuerint vel remissi, per suos episcopos acrius puniantur.

De sacramento baptismi, & forma conferenda. Rubrica XI.

Cum sacramentum baptismi omnium sacramentorum sit principium & fundamentum, & ideo propter summam necessitatem forma ejusdem, a Christo institutore tradita, a nullo fidelium maxime debeat ignorari: ipsam formam, quæ infra scriptis verbis complectitur, recensemus: Petre, vel Maria, ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sub trina aspersione, vel immersione, nihil interposito, vel detracto. Quam siquidem formam, sacros canones imitantes, mandamus & præcipimus de cætero ab omnibus baptizantibus irrefragabiliter observari: & ne de ipsius ignorantia quis valeat excusari, ter in anno, scilicet in die Resurrectionis, & in die Pentecostes, per episcopos, per se vel alios in ecclesiis cathedralibus, per archipresbyteros in baptismalibus, & per rectores in parochialibus, in Missarum solemniis vel prædicationibus, publice & districte præcipimus divulgari.

De munditia ecclesiarum, & ne fiant in eis mercimonia, vel publica parlamenta. Rubrica XII.

Cum domum Dei deceat sanctitudo, dicente domino: *Domus mea domus orationis vocabitur*: & valde indignum sit, & devotioni cultus contrarium, quod in ecclesiis fiant mercata, tractatus & mercimonia laicorum, & ponantur in eis vasa, & alia, non deputata ad executionem & obsequium Divinorum: statuimus, & arctius prohibemus, ne de cæte- Marc. 11.

ANNO CHRISTI 1311.

cætero in ecclesiis fiant mercata, sive teneantur vasa vel mercimonia laicorum, nec * judicialia tractentur temporalia, nec fiant in eis coadunationes, viciniæ, vel tractatus, seu publica parlamenta; nisi forte ex necessitate, tempore guerrarum, hæc fieri contigerit. Et qui contra fecerit, diœcesani arbitrio puniatur.

* Forte judicia. H.

De prædicatoribus verbi Dei.
Rubrica XIII.

Cum prædicandi officium privilegiatum existat, ad cujus executionem exigitur industria personarum pollentium ætate, gravitate morum, vitæ sanctitate, scientia & sermone; & indifferenter alicubi admittantur, & recipiantur tales, ex quorum receptione scandalum & animarum periculum dicitur provenisse: statuimus & districtius prohibemus, quod ad prædicationis ministerium, qui trigesimum ad minus non attingit annum, cujuscumque religionis existat, de cætero in aliqua ecclesia nullatenus admittatur: nec etiam quæstuarii recipiantur ad id officium.

De statu regularium, & ipsorum reformatione.
Rubrica XIV.

Statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod de cætero, quolibet anno, tempore magis apto & loco, fiat capitulum provinciale abbatum & priorum ordinis S. Benedicti, non exemptorum, juxta institutiones canonicas. Et si ex causa legitima non posset dictum capitulum provinciale fieri: saltem singuli abbates, & priores, cujuscumque diœcesis, pro reformatione conveniant certo tempore, loco, & die, sicut melius viderint expedire. Et hoc de prioribus, & præpositis canonicorum regularium, mandamus in omnibus & per omnia observari.

De pœnitentiis.
Rubrica XV.

Monemus omnes & singulos sacerdotes, parochiales maxime, quatenus decretalem ex. de pœnitentiis, *Omnis utriusque sexus*, in suis parochialibus ecclesiis, intra Missarum solemnia suis parochianis studeant publicare, & exponere in vulgari, in Adventu Domini, & in quadragesima, ne aliquis de ipsius ignorantia se valeat excusare. Et qui negligens fuerit in præmissis, per suum episcopum arctius puniatur, dicendo quod peccant mortaliter non confitendo, & corpus Christi saltem in anno semel non suscipiendo: nisi de consilio sacerdotis abstinuerint a communicatione, sacramento, & receptione corporis Jesu Christi.

Monemus omnes insuper medicos, quod quando vocati fuerint ad infirmos, non ulterius redire habeant, nec curare eosdem, nisi prius eis constiterit, quod ipsi infirmi prædicti medicum advocaverint animarum, & eis fuerit de animarum salute provisum. Et si quis medicorum, hujus monitionis contemptor extiterit & transgressor; tamdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec de transgressione hujusmodi ad arbitrium ordinarii satisfecerit competenter.

De beneficiis, & præbendis ecclesiasticis, & idoneitate & sufficientia ministrorum.
Rubrica XVI.

Cum indignum sit, quod beneficia ecclesiastica pro Divinorum officiorum obsequiis deputata, conferantur illitteratis, ignotis, insufficientibus, & indignis; statuimus, & districtius prohibemus, ne parochialis ecclesia de cætero conferatur, seu detur, nisi tali, qui competenter sciat legere & cantare Divinum officium. Nec canonicatus conferatur alicui in ecclesia cathedrali, nisi tali, qui sciat legere & cantare, & competenter construere, & decimumquintum annum attigerit. Nec canonicatus, vel præbenda, & clericatus, in ecclesia collegiata, ubi tres vel plures fuerint in congregatione, nisi sciat competenter legere & cantare, & duodecimum compleverit annum. Nec aliud rurale & simplex beneficium alicui prorsus illitterato, sed qui sciat aliqualiter legere. Et si contra factum fuerit, sit irritum ipso jure.

De monachis, ut omnes ejusdem ordinis in Divinis officiis sint conformes.
Rubrica XVII.

Monemus omnes abbates, priores, conventus, & monachos ordinis S. Benedicti, quatenus in responsoriis, & aliis Divinis officiis, se debeant de cætero conformare: cum honori ecclesiæ sit valde contrarium, & ut plurimum scandalosum, quod professi ejusdem religionis & ordinis sint dissoni vel ignari, maxime in Divinis officiis, juxta canonica instituta.

Quod

ANNO CHRISTI 1312.

Quod singuli comprovinciales episcopi semel in anno synodum facere teneantur.
Rubrica XVIII.

Quum decreverint sancti Patres, synodos per singulas civitates fieri, pro reformatione status ecclesiarum, ecclesiasticarum & sæcularium personarum, quod est permaxime necessarium, ut pastores gregis Dominici, de ipsius gregis pascuis evellant, & ædificent, & plantent in eis: hoc considerantes saluberrimum, & juri non dissonum, quod in qualibet civitate, vel diœcesi, ubi diœcesanus commodius & utilius viderit expedire, semel convocet synodum, & faciat annuatim, hoc præsenti concilio provinciali fieri declaramus: & cathedraticum solvatur.

De clandestina desponsatione, & matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.
Rubrica XIX.

Monemus omnes & singulos, qui de cætero voluerint matrimonium contrahere, quod sponsalia, per duas Dominicas successive faciant in ecclesiis civitatis, vel loci, ubi sponsalia fuerint celebranda, & in ecclesiis parochiarum, ad quas debuerint sponsæ traduci, proponi banna, sive edicta, per sacerdotes parochiales eorumdem, quod infra octo dies proxime subsequentes, si sit aliquis, qui sciat aliquod impedimentum legitimum inter eos, qui ad invicem contrahere voluerint, illud opponat. Et ipsi presbyteri nihilo minus investigent, utrum aliquod impedimentum subsistat, juxta formam concilii generalis: & ipsi parochiales presbyteri ad requisitionem prædictorum hoc facere teneantur. Quod si omissum fuerit ex negligentia, vel malitia prædictorum contrahentium, ultra pœnas in prædicto concilio declaratas, non recipiantur ad benedictionem solemnem sponsaliorum per dictos presbyteros, seu quoscumque alios: & usque ad satisfactionem condignam a traductione & carnali commercio seu consortio sint suspensi. Et pœna simili puniantur, qui contra interdictum ecclesiæ nuptias duxerint celebrandas. Et ut tempora interdicta ad celebrandum nuptias non possint aliquando ex ignorantia excusare: monemus omnes sacerdotes, parochiales maxime, quatenus dicta tempora, Dominica ante Adventum, & Dominica ante septuagesimam, & Dominica ante octavam Ascensionis Domini, studeant publice in Missarum solemniis nunciare, quod nullus celebret nuptias temporibus ab ecclesia interdictis, scilicet a prima Dominica de Adventu, usque post Epiphaniam: & a Dominica de septuagesima, usque ad octavam Paschæ: & a tribus diebus ante Ascensionem, usque ad octavam Pentecostes.

De intrusis & electis per potestatem laicorum. Rubrica XX.

Cum, secundum Apostolum, nemo sibi debeat honorem assumere, nisi tamquam Aaron a Deo fuerit vocatus, hoc minus considerant & attendunt, suæ salutis obliti, qui se intrudunt ad dignitates ecclesiasticas, vel beneficia, & eligi & intrudi procurant per potentiam laicalem. Volentes igitur talibus & similibus remediis quibus possumus obviare: statuimus, & districtius prohibemus, ne quis talia de cætero præsumat attentare, vel attentari sustineat, vel procuret. Et si quis contra fecerit, non solum non confirmetur, nec instituatur, sed omni spe promotionis in tota Ravenn. provincia per diœcesanum similiter exuatur: & nihilo minus ipso facto sit excommunicatus, & omni privilegio ecclesiasticæ protectionis ac defensionis exutus sit: a qua sententia non possit absolvi, nisi per provinciale concilium, satisfactione plenaria prius præstita, de patratis excessibus & commissis, & damnis illatis; & etiam sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum.

De contumacibus & rebellibus subditis contra debitam obedientiam prælatorum.
Rubrica XXI.

Cum, juxta propheticum oraculum, melior sit obedientia, quam victimæ, & inobedientium culpa cognoscatur ex pœna inflicta talibus ex novo & veteri testamento: hoc minus considerant honestatis ecclesiasticæ & famæ prodigi, qui prælatis suis in superbiam elati, Behemoth in sua malitia & superbia imitantes, contra prælatos suos se erigunt, & contumaciter & pertinaciter eisdem obedire recusant; &, quod est durius, ipsis detrahunt, & hostiliter eos impugnant. Statuimus ergo & arctius prohibemus, ne quis clericus sæcularis, vel religiosus, de cætero contra prælatum suum se debeat superbe erigere; sed in iis quæ Dei sunt, maxime debeat humiliter obedire: & qui contra fece-

fecerit, & tertio monitus non destiterit, cum Dathan & Abiron, quos propter inobedientiam terra vivos absorbuit, partem consequantur & sortem; & nihilo minus, durante contumacia, postquam publice denunciatus fuerit, ab omnibus, & in omnibus evitetur, & ab officio & beneficio, donec resipuerit, & plenarie satisfecerit, & ad mandata prælatorum suorum redierit, sit suspensus,

De apostatis. Rubrica XXII.

Cum, secundum canonicas sanctiones, unusquisque in vocatione, qua vocatus * se dignoscitur, debeat permanere, hoc minus considerant Sarrabaitæ & apostatæ, ordinum mendicantium maxime, qui plerumque in suarum animarum periculum, religionum, & observantiarum, & fidelium scandalum, de ipsis religionibus exeunt, & ad officia & beneficia ecclesiastica se ingerunt impudenter. Volentes igitur talium saluti succurrere, & salutari remedio providere: statuimus, & districte prohibemus, ut nulli apostatæ, & maxime mendicantium ordinum, de cætero admittantur, vel recipiantur, vel eligantur in ecclesiis sæcularibus, vel regularibus, seu ad Divinum officium: non obstante, seu eis alicujus excusationis patrocinium afferente, quod ab observantia suorum ordinum fuerint absoluti, vel datam eis licentiam quamcumque a prælatis eorum habuerint, ad religiones alias, vel observantias transeundi, vel beneficium curatum acceptandi, sive obtinendi. Et qui contra fecerint, ipso jure ab officio & beneficio sint suspensi; a qua suspensione non possint absolvi, nisi in concilio provinciali prius satisfactione præstita, cum effectu, ad metropolitani arbitrium. Et talium receptio, sive ipsius facta promissio sit irrita ipso jure: & ab ipsis beneficiis, dignitatibus, personatibus, rectoriis, ministeriis ecclesiasticis, & congregationibus, dicti apostatæ prursus abjiciantur & repellantur, & de prædictis aliis personis provideatur idoneis. Nec prædicti apostatæ, dum in apostasia permanserint, aliquo privilegio ecclesiasticæ immunitatis vel defensionis gaudeant, sed eo sint exuti omnino: ne per ecclesiam, vel viros ecclesiasticos in aliquo defendantur, sed sicut membra putrida, a corpore ecclesiasticæ unitatis rejiciantur omnino, ut talibus præsumptionibus tollatur temeritas de suis religionibus seu ordinibus exeundi, & exeuntibus detur materia ad professas regulares observantias redeundi. Idem intelligatur de aliis religiosis monachis & canonicis ordinis S. Augustini.

* Corr. vocatus esse.

De Judæis. Rubrica XXIII.

Etsi Judæi, de misericordia, & ad testimonium incredulitatis eorum, debeant ab ecclesia & fidelibus in suis ritibus tolerari, quia tamen ex ipsorum conversatione permixta multa mala scandala provenisse noscuntur, statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod Judæi portent in pannis superioribus certum signum, scilicet rotam panni crocei coloris: & mulieres eorum in capite, ut sic a Christianis possint discerni. Nec recipiantur alicubi ultra mensem ad habitandum, nisi in locis, in quibus habuerint synagogas.

De excessibus prælatorum. Rubrica XXIV.

Cum nemo debeat falcem in alterius messem mittere, nec alicujus pastoris gregem seu subditos concitare: statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod nullus episcopus in alterius diœcesi aliquam jurisdictionem exerceat, vel utatur pontificalibus, nisi de licentia ordinarii loci. Item statuimus, quod nullus clericus sæcularis vel regularis admittatur ad ordines per aliquem episcopum de provincia Ravenn. sine licentia vel litteris diœcesani episcopi, unde fuerit oriundus, vel domicilium, seu beneficia obtineat in eodem: nisi sit de ordinibus mendicantium, vel aliorum privilegiatorum, de quibus constet.

Cum unusquisque pastor cultum pecoris sui diligenter attendere debeat, & ipsum pro meritis, pascuis arcere Dominicis, & ad ipsa introducere; valde indignum est, jure ecclesiæ & honestati contrarium, quod admittantur & recipiantur ad episcopalia exercenda ignoti & vagabundi episcopi, & maxime lingua & ritu dissoni, ex quorum ordinatione, sicut experientia docuit, proveniunt duo mala; quia promoventur incogniti, inhabiles & indigni, & etiam de ipsorum rita ordinatione dubitatur. Unde statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod nullus episcopus vagabundus, vel ignotus, ad exercenda pontificalia admittatur, nisi prius metropolitano constiterit de ipsius canonicis ordinatione, consecratione, & titulo: & tunc etiam prædicta pontificalia exercere non possit, nisi de voluntate vel licentia diœcesani epi-

cum alium in dignitate, vel personatu in aliqua cathedrali ecclesia constitutum, clericaliter viventem & se enormitatibus, & sæcularibus, & negotiationibus publice minime immiscentem ubi non permittitur sibi a jure, per se vel per alium interfecerit, vel mutilaverit, seu alias inhabilem vel deformem reddiderit ad Missarum solemnia, vel Divina officia celebranda, vel carceratum detinuerit, per diœcesanum, vel ejus vicarium, super relaxatione ipsius requisitus, si beneficiatus extiterit, exnunc omni beneficio privamus perpetuo, & ipsum inhabilem reddimus ad aliud obtinendum: si vero laicus fuerit, privamus in obitu ecclesiastica sepultura, & ipsum, ejusque filios & nepotes, non posse ad ecclesiasticum beneficium eligi, vel assumi: & electores & provisores alicujus talium personarum exnunc suspendimus a Divinis; electiones, provisiones & postulationes factas de talibus irritas decernentes. Illos autem qui clericum inferiorem alium in quavis dignitate vel sacro ordine constitutum, clericaliter tamen viventem, & se enormitatibus publice non immiscentem, occiderint, mutilaverint, vel reddiderint inhabilem vel deformem ad Divinum officium celebrandum, si clerici fuerint, omnibus beneficiis ecclesiasticis privamus perpetuo, & inhabiles reddimus ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda: si fuerint laici, eos & eorum filios inhabiles ad ecclesiasticum honorem & beneficium judicamus, & in obitu privamus ecclesiastica sepultura.

Plerumque contingit, quod tyrannica rabie, seu populi sævitia, vel partialitate vigente (alicubi * faciente) antistes proprius a sede sua repellitur, & in civitate seu diœcesi propria residere prohibitus, cogitur exulare: quandoque vero bonis & rebus propriis dignitatis spoliatus, mendicare compellitur, in opprobrium non solum pontificalis dignitatis, sed totius clericalis ordinis. Quo circa compatientes hujusmodi sic ejectis, & etiam spoliatis; & ejectionibus, & spoliationibus, & sceleribus occurrere, inquantum possumus, cupientes: statuimus & firmamus, nostro concilio provinciali approbante, quod si aliqua civitas, universitas, sive communitas, consenserit expresse, vel ipsius major pars sive rector aut dominus temporalis ejusdem, vel mandaverit, antistitem proprium a propria sede vel civitate repelli, aut eumdem in illa residere formidantem, propter minas vel timorem, aut potentiam alicujus domini temporalis, vel aliquorum tunc gubernantium terram ipsam, exulare permiserit extra illam, & infra duos menses eumdem non revocaverit, & sibi plene providerit, quod in civitate ipsa, vel saltem in diœcesi, in loco idoneo & securo valeat residere, & libere jurisdictione & officio suo fungi, postquam ei notum fuerit hoc, aut etiam intimatum, vel ipsi antistiti non fecerit de ipsius dignitatis juribus & redditibus responderi: ex nunc universitatem eamdem, ejusque terram & locum, ecclesiastico subjacere decernimus interdicto. Consiliarios vero, credendarios, & præsidentes ipsi civitati, & potentes, quorum facto vel consilio seu studio prædicta fuerint attentata, vel alias procurata, ipsorumque filios & nepotes, ex nunc inhabiles decernimus ad beneficia ecclesiastica obtinenda. Ipsum quoque præsulem exulantem decernimus honorifice debere recipi, & adjuvari, in qualibet civitate & diœcesi provinciæ Ravennatis ad residendum (nisi justa evidens causa notorie subsit) ubi voluerit residere exulatione hujusmodi perdurante: ipsum quoque jurisdictione sua inter subditos suos, & ipsius bonis ac juribus inibi libere posse uti. Civitatem vero & terram, eumdem ad habitandum in ipsa vel diœcesi recipere contemnentem, & ejus universitatem, ex nunc ecclesiastico interdicto decernimus subjacere, quam cito idem episcopus publice dixerit ex hoc sibi & ecclesiæ Dei injuriam irrogari: nisi locus ille ex aliqua causa rationabili & manifesta ab ejus receptione valeat excusari. Illos vero, qui conspirationem, seu colligationem, vel conjurationem, seu ligam vel confœderationem, aut tractatum fecerint, vel fieri procuraverint, ut proprius antistes: sive alius prælatus inferior, non permittatur, seu non possit in sede propria vel diœcesi residere, aut libere officio suo uti, sive quod illi vel ejus officialibus de suis bonis & redditibus non respondeatur, vel contra status ejus pacifici subversionem, aut honoris debiti & soliti diminutionem, ex nunc excommunicationis vinculo innodamus, & beneficiis ecclesiasticis, si clerici fuerint, privamus perpetuo, aliis libere conferendis. Si vero extiterint laici excommunicationis laqueum ipso facto incurrant: & ipsos ipsorumque filios & nepotes inhabiles judicamus ad ecclesiastica beneficia obtinenda: & promotores talium personarum ad illa, suspendimus a Divinis, ac privamus potestate eligendi

* Non viderunt Rubeus & Binius, his voculus duabus, quæ irrepserunt in textum, aliam lectionem significari.

ANNO CHRISTI 1311.

di & providendi etiam illa vice: nec non omni feudo ecclesiastico, jure patronatus, & honore privamus perpetuo. Prædictas quoque pœnas illos etiam incurrere decernimus ipso facto, qui inhibuerint, vel mandaverint, seu expresse consenserint, vel tacite, ubi ad eos violentias pertinuerit prohibere, quod ipsi pontifici vel prælato alicui (nisi hoc sibi concedatur legitime, ab homine, vel a jure) de suis bonis, vel redditibus non respondeatur per eos, ad quos pertinet respondere: vel impedierint ne aliquis antistes, per se vel per aliom, jurisdictionem suam possit libere exercere, aut procurare plenarie jura sua. His tamen pœnis episcopos, eorumque officiales, & delegatos judices sedis apostolicæ, vel ejus auctoritate, decernimus minime comprehendi, circa hæc jurisdictione sua fungentes. Personas vero, quæ aliquem pontificem, vel prælatum, vel aliquam aliam ecclesiasticam personam, aliquo castro, villa, vel vico, seu ejus jurisdictione, vel possessione ejusdem, aut aliquo prædio, seu domo, spoliaverint temeritate propria, ex nunc vinculo excommunicationis innodamus: ipsasque & earum filios & nepotes reddimus inhabiles ad ecclesiastica beneficia obtinenda: & electores ac provisores talium personarum suspendimus a Divinis. In præmissis enim & ea contingentibus, decernimus posse procedi ad ipsorum cognitionem & executionem de plano & absque strepitu judicii & figura.

Si quisque catholicus jubetur patienti necessitatem aperire viscera caritatis, quamquam alienigenæ, vel ignoto: quanto fortius coepiscopi soper coepiscopum manifeste indigentem, cæterique interiores prælati & clerici, super eum tenentur ad subventionem ejus dexteram aperire, & erga illum coantistites caritatem fraternam, & inferiores, caritativam devotionem gerere? Idcirco ad ipsius caritatis fraternæ & devotionis caritativæ vinculum conservandum, & cleri opprobrium propellendum, salubriter providemus, & statuimus, nostro provinciali concilio approbante: quod si contigerit aliquem præsulem provinciæ Ravennatis tyrannica peste, vel sævitia populi, absque ipsius culpa evidenti & notoria, extra sedem propriam vel civitatem & diœcesim exulare, & illi de redditibus & juribus suæ dignitatis & ecclesiæ minime responderi, vel non de majori parte redditnum eorumdem, omnes coepiscopi, cum suo clero, teneantur ad subventionem illi faciendam, modo vi-

A delicet infrascripto, de communi collecta personarum ecclesiasticarum suffraganeorum, & clericorum provinciæ prælibatæ: videlicet, quod metropolitanos, vel duo ex coepiscopis, quos exulans ad hoc assumpserit, in unum sine difficultate conveniant, & ipse coram eis, notariis præsentibus, & testibus fide dignis, juret ad sancta Dei evangelia coram se exposita, sed non tacta, quod ei subtrahitur major pars illorum redituum, quos percipere consuevit, sive B qood de illis non permittitur respondéri, sacramento suo valorem æstimans subtractorum. Quibus in scripturis redactis, per ipsos duos coepiscopos, auctoritate præsentis concilii, singulis annis, quibus ille sic exulaverit, & manserit spoliatus, pro subventione ipsius exulantis, auctoritate præsentis concilii, collectam communem imponat, pro rata, tam sibi ipsis, quam cæteris suffraganeis, archipræsuli, illorumque cleris, & ecclesiis, & clero ipsius exulantis, usque ad dimidiam partem valoris red- C dituum prædictorum, dividentes eamdem secundum solotionem solitam procurationum cardinalium legatorum: & exigentes infra duos menses, postquam per illum sæpe fuerint requisiti, cum justis & moderatis expensis, & exactam sine difficultate consignent pontifici exulanti. Quoslibet vero pontifices in his difficiles pœna debita puniemus: alios vero inferiores prælatos & clericos excommunicationis vinculo innodamus, qui in solutione portionis supradictarum D collectarum eis vel clericis suis impositæ, aut etiam imponendæ, negligentes fuerint vel rebelles, aut alias se difficiles exhibuerint in præmissis: quos per totam nostram provinciam, usque ad integram satisfactionem, in virtute districtæ obedientiæ, excommunicatos assidue per ecclesias publice, ex causa prædicta, præcipimus nunciari. Capitula etiam, & conventus, quæ in iis difficultatem vel malitiam adhibuerint, ecclesiastico supponimus ioterdicto. Sustinentes vero excommunicationem eam- E dem, ultra sex menses postquam excommunicati fuerint propter hoc publice nunciati, beneficiis ecclesiasticis censemus posse privari.

Statuimus insuper, & firmamus, quod aliqui clerici, vel laici nostræ provinciæ, ad civitatem, seu terram non debeant personaliter accedere in favorem interdictorum, quamdiu supposita fuerint interdicto, & sustinuerint interdictum, propter sui pontificis exulationem, vel bonorum

norum ejus omnium, seu majoris partis spoliationem, vel usurpationem: & quod aliquem, seu aliquos de civitate sic interdicta, non recipiant in domos proprias, sive loca, nisi forte pro commodo proprio eos recipiant. Delinquentes vero in aliquo præmissorum, postquam per diœcesanum proprium, vel ejus auctoritate, facta fuerit publicatio, & generalis admonitio super iis, ad participationem Divinorum, vel ad ingressum ecclesiæ nullatenus admittantur: & sæpissime sic interdicti, postquam moniti fuerint, per ecclesias publice nuncientur. Et ad instantiam ipsius exulantis quilibet antistes personas illas, de quibus exulanti videbitur, admoneat nominatim, quod illi civitati interdictæ, vel alicui ex ejus civibus, non præstent consilium, auxilium, vel favorem, vel participent cum eisdem. Quod si contra fecerint, ex nunc innodamus eos excommunicationis vinculo in his scriptis, & tamquam excommunicatos ex causa prædicta præcipimus per ecclesias publice nunciari, exulante hujusmodi requirente. Huic etiam adjicimus, quod si propter partialitatis rabiem, sive pestem tyrannicam, prælatum inferiorem alicujus ecclesiæ, vel canonicum ecclesiæ cathedralis, seu alterius collegiatæ sæcularis, exulare contigerit, sua culpa manifesta & notoria hoc minime faciente, aut auctoritate judicis competentis, quod capitulum & conventus ejusdem sæcularis, fructus & redditus dignitatis ipsius, vel præbendæ, exigere teneatur, & ipsi prælato aut canonico sic exulanti duas partes eorumdem redditicum, quos ex ipsa licite percipere consuevit, si redditus ipsos capitulum ipsum perceperit, vel major pars ejus, vel percipere poterit, sine difficultate assignent & exhibeant exulanti, singulis annis, quibus ipsum sic contigerit exulare. Capitula vero & conventus, quæ in iis, justo & manifesto impedimento cessante, difficultatem vel malitiam adhibuerint, ecclesiastico supponimus interdicto; nihilo minus ipsos conveniri & teneri decernimus ad solutionem hujusmodi faciendam. Regularibus vero prælatis, provideatur de illis, juxta diœcesani proprii jussionem hujusmodi. In præmissis namque, & ipsorum cognitione, & exactione, & eorum occasione, procedi posse sancimus sine strepitu, & ordine judicii, & figura.

Effrenata cupiditas suis terminis non contenta, adeo quorumdam oculos excæcavit, quod non solum ad bona profana rapienda & occupanda, sed etiam ecclesiastica, manus extendere non formidant, quæ sunt ministrorum ecclesiarum & pauperum Christi usibus deputata.

Quapropter volentes ejus appetitus noxios refrenare, præsenti approbante concilio, statuimus tam provide quam consulte, quod qui de cætero ecclesiam aliquam, vel aliquem pium locum invaserit, vel occupaverit, seu occupatum detinuerit, vel aliquod prædium rusticum vel urbanum, seu quævis bona ecclesiastica, sive jura perpetua ad aliquem locum venerabilem pertinentia, vel ecclesiam aliquam seu pium locum spoliaverit, vel spoliatum detinuerit, aliquibus bonis immobilibus, sive juribus perpetuis, aut jurisdictione, districtu, vel honore alicujus castri, terræ, vel loci, seu communitatis, vel possessionis, decimas colligendi, levandi pedagia, seu eligendi, vel ecclesiæ providendi, aut census annuos percipiendi, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat. Et si admonitus non destiterit, & integre non satisfecerit sine difficultate: ex nunc tam ipsum, quam ejus filios, & descendentes, usque ad quartam generationem, omnibus feudis, bonoribus & beneficiis ecclesiasticis privamus perpetuo, & inhabiles reddimus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum: statuentes electiones, provisiones, collationes, præsentationes, & quasvis postulationes, quas attentare contigerit, ad ecclesiasticum beneficium, de aliquo præmissorum, irritas & inanes; & eligentes, postulantes, & providentes, seu conferentes, potestate eligendi, providendi, conferendi, & postulandi, decernimus illa vice fore privatos, ad superiorem proximum devolvendum. Clericos vero qui alienum beneficium, seu dignitatem, vel ecclesiam occupaverint, vel detinuerint absque auctoritate judicis competentis, seu quemquam spoliaverint ejus beneficio, vel præbenda, superioris legitimi judicis non interveniente licentia, vel mandato, vel possessionem majoris partis bonorum ejusdem, ex nunc excommunicationis vinculo innodamus, & omnibus beneficiis, quæ intra nostram provinciam obtinuerint, privamus perpetuo, aliis libere conferendis: & si admoniti non destiterint, inhabiles judicamus ad aliqua beneficia ecclesiastica obtinenda, & gaudendum immunitate ecclesiastica, vel privilegio clericali. Universitatem autem, interdicti, & majores de ipsa universitate, excommunicationis sententias incurrere volumus ipso facto, si requi-

ANNO CHRISTI 1311.

requisita ipsa universitas, vel ipsius rector, sive rectores, vel jurati, postquam eis de ipsa violentia, occupatione, seu spoliatione vel usurpatione, manifestum extiterit, non compulerint sine difficultate, aut compellere neglexerint hujusmodi occupatorem, invasorem, spoliatorem vel usurpatorem, ad rem occupatam, invasam, vel spoliatam & usurpatam, sive ut jurisdictio, sive quidquam jus aliud, libere dimittendam ipsi ecclesiæ, per eam pacifice possidendam. Si vero universitas ipsa, aut communitas, sive majores de ipsa universitate, vel ejus rector, aut dominus temporalis, hujusmodi occupationem seu invasionem, usurpationem vel spoliationem fecerint de aliquo præmissorum: consiliarios & majores ejusdem, ac rectorem seu rectores, in iis scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & ipsam universitatem, & singulos de ipsa universitate, ecclesiastico supponimus interdicto: mandantes ipsas sententias per totam nostram provinciam sæpissime publicari, & illos excommunicatos & interdictos publice nunciari. Et si prædictas sententias excommunicationis & interdicti, ipsa universitas, consiliarii, & majores ejusdem, ultra sex menses sustinuerint, post denunciationem publice factam: ex nunc ipsos consiliarios, & majores, & eos per quos terra ipsa regeretur, ipsorumque filios & nepotes, inhabiles reddimus ad honores ecclesiasticos, & beneficia obtinenda: ipsosque feudis ecclesiasticis privamus perpetuo: & in obitu prohibemus aliquem clericum & presbyterum sepulturæ talium interesse; nisi primo integre satisfecerit ecclesiæ taliter spoliatæ vel læsæ de damnis, interesse, & injuriis, & de omni quod perceperint, occupationis vel spoliationis aut usurpationis hujusmodi ratione. Et ad præmissorum cognitionem & executionem statuimus posse procedi, sine figura & ordine judicii, per quemlibet judicem competentem. Quæ omnia similiter obtinere volumus, & statuimus, contra illas personas, quæ ab uno anno citra invaserunt & occupaverunt ecclesiastica jura provinciæ Ravennatis, & hodie detinent invasa & occupata.

De excessibus laicorum blasphemantium Deum, vel sanctos.
Rubrica XXVII.

1. Petr. 3. Cum præcipiat apostolus, *Benedicentes nolite maledicere*, minus hoc considerant & attendunt, qui in Deum; beatam Virginem, & sanctos ejus, in blasphemiam ora impudica exolvunt. Statuimus igitur ad prædictorum impudentiam compescendam, quod quicumque hoc præsumpserit de cætero, ultra pœnam & pœnitentiam quæ talibus est per canones imponenda, & liminibus ecclesiæ arceatur per mensem: & si pluries correctus se non emendaverit, in morte denegetur sibi ecclesiastica sepultura, ut juxta propheticum oraculum, cum benedicentibus Deum consortium non habeat in eadem.

De pœna illorum, qui excommunicationem contemnunt.
Rubrica XXVIII.

Cum proprii pastoris sive judicis sententia sit timenda: hoc minus considerant & attendunt qui excommunicationis sententiam maxime contemnentes, in sua obstinata & pertinaci contumacia indurescunt, nec curant satisfactione præstita in commissis absolutionis beneficium impetrare. Volentes talium cancerato morbo succurrere medicamine salutari, statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod quicumque de cætero excommunicationis, vel suspensionis, vel interdicti sententiam animo sustinuerit per annum indurato, etsi in morte beneficium absolutionis satisfactione præstita meruerit, nihilo minus tamen in pœnam contumaciæ ecclesiastica careat sepultura; salva illorum pœna qui pro hæresi vel ipsius suspicione arctius percelluntur, juxta canonicas sanctiones. Etiam propter hoc in pœnam centum solidorum denar. monetæ ipsius civitatis, cujus latem fovent, incurrant ipso facto.

De pœna adulterorum.
Rubrica XXIX.

Cum de matrimonio loquens dicat Apostolus, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adherebit uxori suæ*: Ephes. 5. hoc minus recogitant & attendunt, qui propria temeritate, repulsis uxoribus, vel, quod est scelestius, ipsis retentis, superinducunt adulteras, & eum eisdem habitant impudice, in Domini institutoris matrimonii offensam, animarum suarum periculum, & fidelium scandalum, & maxime vicinorum. Ad quorum impudicam contumaciam radicitus extirpandam, statuimus, & perpetua stabilitate firmamus, quod nisi tales moniti seorsum per proprium sacerdotem, resi-

ANNO CHRISTI 1311

resipuerint cum effectu, repulsis prorsus adulteris, ad denunciatinnem sacerdotis, vel parochialis prædicti, diœcesanus teneatur ex nfficio procedere contra eos per censuram ecclesiasticam, usque ad excommunicationis sententiam: quam si sustinuerint per mensem animo indurato, adulteris nnn repulsis, etsi in morte de prædictis satisfecerint cum effectu, nihiln minus tamen in ipsorum contemptum & pœnam ecclesiastica careant sepultura. Per hoc tamen non intelligatur eis permissum, quod tenere possint focarias, etiam solutas: illud rememnrantes quod scriptum est: *Fornicatores & adulteros judicabit Dominus*: sed contra tales ad arbitrium ordinarii procedatur.

Heb. 13.

De eleemosynarum largitione.
Rubrica XXX.

Psal. 40. Cum, juxta Prophetam, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*, &

Luc. 11. Dominus dicat in evangelio, *Date eleemosynam, & omnia munda erunt*, & bona ecclesiarum sint pauperum: statuimus quod de cætero, & prout sæpius & melius poterit, fiant juxta possibilitatem, eleemosynæ generales per episcopos & capitula cathedralium ecclesiarum: & abbates seu conventus monasteriorum habentium sufficientes redditus ad ea. Et quilibet etiam episcopus, secundum suum beneplacitum & possibilitatem, quotidie in prandium reficiat aliquns pauperes. Et ut pauperibus verecundis valeat provideri, in quolibet quarterio vel sextario cujuslibet civitatis, & aliis insignibus locis nostræ provinciæ, quolibet anno eligantur quatuor vel sex, sicut videbitur episcopis esse sufficiens, catholici & devoti & honnrabiles viri, qui quæstam requirant pro eleemosyna hujusmndi pauperibus facienda; & dividant, prout discretinni eorum videbitur expedire. Et quicumque laboraverit vel dederit eleemosynam secundum sui possibilitatem, prn hnc ei indulgentia quadraginta dierum conceditur per hoc concilium illa die; si vere fuerit pœnitens & confessus.

Cum Dominus, tamquam pretiosius, in ultimis discipulis suis dixerit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*: & ex guerris amissin & perditin animarum & corporum, & consumptio bonorum, ac odia, scandala & crimina innumerabilia oriantur: statuimus quod, quotiescumque inter aliquas civitates provinciæ Ravennatis verisimile videatur A discordiam oriri, duo de provincia episcopi cum ordinario conveniant, qnos ordinarius duxerit requirendos, in loco ubi tutius & commodius ad tractandum convenire possit, de compositinne, si commode fieri possit. Et si eis per octo dies ad plus laborantibus, non videretur quod possent proficere, significetur coepiscopis per provinciam, quod dnnec discordia hujusmodi durabit, dicatur collecta pro pace: & quicumque pro eis laboraret & oraret, si foret vere B pœnitens & confessus, quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis relaxentur præsentis concilii auctoritate.

De testamento.
Rubrica XXXI.

Quoniam deficientium voluntates pro legibus sunt observandæ, & executores testamentorum ultimas deficientium voluntates exequi negligunt, in grave animarum ipsarum periculum: statuimus quod notarii, qui testamentum, seu C quamlibet ultimam voluntatem vel schedulam ad piam causam scripserunt, eam infra mensem episcopo ordinario, vel ejus vicario præsentent, & assignent, & tradant; alioquin sententiam excommunicatinnis incurrant: ita quod de cætero fides instrumentis per eum confectis non adhibeatur. Et executnres post legitimum tempus, hoc est annum, nisi fuerint executi, ulterius se non possint intromittere, sed episcopi ordinarii ea exequantur: & nihiln minus tales de D cætero sint inhabiles ad executiones alias suscipiendas, ut in eo quod deliquerunt, puniantur.

De salariis & solutionibus scripturarum.
Rubrica XXXII.

Item cum indebitæ exactiones a notariis & sigilliferis dominnrum episcoporum taxentur & moderentur in omnibus, præsertim in ordinationibus: ut nltra duos venetos non possint accipere pro scriptura, charta, schedula, cera & E sigilln, nec aliis quam in ipsis habent facere; nec gravent nltra in aliis actis, videlicet citationibus & edictis, monitinnibus, & aliis scripturis, sed cum taxatione & mnderatione dnminorum episcoporum restringantur & taxentur. Et si querela super hoc remedium præbuerit, ipse nntarius nfficialis suspendatur in dicta curia episcopali, usque ad aliud concilium provinciale, ab officio suo.

Lectæ

ANNO CHRISTI 1311.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptæ constitutiones, statuta & ordinamenta in choro majoris ecclesiæ Ravennatis, & ordinatæ & firmatæ in concilio provinciali memorato, præsentibus Dei gratia dominis Huberto Bononiensi, * H. R. M. Cerviensi, & P. Foropopiliensi, & fratre venerabili electo Faventino, & præsentibus procuratoribus, videlicet dominorum P. Parmensis, R. Forliviensis, L. Cæsenatensis, fratrum, P. Comaciensis, I. Adriensis, & V. Saxenatensis, episcoporum suffraganeorum, absentium, &c. R. archidiacono, & Joanne Andrea præposito, Nicolao presbytero cardinale, & Guidone Boninsegna, Thomasio Cambio, & Benedicto, cantoribus ecclesiæ Ravennatis, præsentibus pluribus abbatibus, & aliis B testibus, ad hæc convocatis: anno Domini 1311, indict. 9. die lunæ 21. mensis Junii.

* Hæc est, Henrico, Regiensi, Marsilio Cerviensi. H.

Lectæ & publicatæ & pronunciatæ fuerunt suprascriptæ constitutiones, statuta & ordinamenta in episcopali palatio Mutinensi per venerabilem patrem Bonadanum, Dei gratia episcopum Mutinensem, in plena synodo cleri civitatis Mutinensis, in præsentia venerandorum & A reverendorum virorum dominorum Jacobi abbatis monasterii sancti Petri, Bonincontri archipresbyteri ecclesiæ Mutinensis, Barnabei & Jacobi canonicorum dictæ Mutinensis ecclesiæ, Jacobi prioris sanctæ Trinitatis, Simonis prioris de Gena, fratris Benedictini prioris sanctæ Catharinæ, Lanfranci, archidiaconi de Saliceto, Jacobi presbyteri ecclesiæ sancti Barnabei, presbyteri Joannis ecclesiæ sanctæ Agathæ, presbyteri Ritii ecclesiæ sancti Michaelis, presbyteri Joannis ecclesiæ sancti Marci, presbyteri Bartholomæi ecclesiæ sancti Georgii, & cæterorum capellanorum civitatis Mutinæ, & Burgorum, & aliorum prælatorum, presbyterorum, & clericorum ecclesiarum civitatis & diœcesis Mutinæ, & præsentibus testibus vocatis & rogatis domino presbytero Rodulpho beneficiato in ecclesia Mutinensi, Petro de Florano & Geminiano mansionariis ecclesiæ Mutinensis prædictæ, Gerardino de Bolchettis, Guillelmo da Prolixina, Lanfranco de Petrazanis, & aliis, in 1311., indict. 9. die Veneris, decimo intrante mense Septembris.

Ex Rerum Italic. Scriptoribus T. 9.

SYNODUS PROVINCIALIS

PERGAMI HABITA A CASTONO, SIVE CASSONO

MEDIOLANI ARCHIEPISCOPO

Anno 1311. Ex manuscripto Codice Bibliothecæ Ambrosianæ.

IN SYNODUM PROVINCIALEM

Habitam sub Castono archiepiscopo præfatio Ludovici Antonii Muratorii.

DEdi in præcedente Tomo VIII. Synodum Provincialem, Mediolani ab Ottone Vicecomite Archiepiscopo celebratam. Alteram nunc Lector accipiat habitam ab ejusdem Urbis Archiepiscopo Castono Turriano, decurrente Anno 1311. Equidem semper dubius fui, num *Cassonus*, an *Castonus* appellandus sit Archiepiscopus iste. *Cassonum* vulgo appellare consueverunt, neque a vero abhorret, nomen sive agnomen hoc in nomen conversum, primo ei attributum, atque ab eo susceptum, quum iis temporibus *Muscia Turrianus*, *Bertramus Bonacossa*, *Mastinus Scaliger*, aliaque hujusmodi in usu forent. Sed simul veri videtur simile, proprium ei nomen inditum fuisse *Castonum*, nunc *Gastone*, & postea corruptum; homini enim a Gallia originem ducenti Gallicum hoc nomen rectius convenit. Hanc autem Synodum legebam ego olim in MSto Codice X. 375. Bibliothecæ Ambrosianæ, atque inde exscriptam consueta sua humanitate Vir Clariss. Joseph Antonius Saxius, eidem Bibliothecæ Præfectus, ad me misit, in commune commodum evulgandam. Possunt & ista non minus ad Ecclesiasticam, quam ad Secularem eorum temporum eruditionem aliquid conferre. Quod potissimum animadvertas velim, cap. 2. de honestate ac habitu Clericorum, vetantur Clerici deferre *vestes virgatas*, hoc est variis coloribus infectas, & veluti quibusdam virgis in longum vel in latum continuatis distinctas. *Vergata* ab Italica Lingua tunc utitarum ea significatione in antiquis libris occurrit, & a Vocabularii Furfuracei Collectoribus adferuntur etiam verba Summæ Pisanellæ in Italicum conversæ, quæ ita se habent: *E qualunque Cherico usa vestimento vergato, ovvero partito, pubblicamente senza cagione*. Ubi vides, idem vestium genus in Clericis improbari. Vetantur itidem in eadem Synodo *vestes de catabriato*, quas e Græcia adductas opinor, & ex serico confectas. Ughellius Tom. VII. Ital. Sacr. pag. 1175. primæ edit. Chartam refert, ubi memorantur *quatuor syndones de seta, quarum una est de . . . . alia de catablattia*; nempe ex serico purpurei coloris. Fortassis & heic scribendum est de *catablatto*. Præterea interdicuntur vestes *de medietate, vel listata*. Dubitare cogor, num scribendum heic sit *dimidiata*, ut indicentur vestes non ad talos, sed ad genu tantum dimissæ. *Listatæ* autem erant, quarum panno addebantur fasciolæ seu instiæ coloris a veste diversi, quales nunc intuemur in vestimentis paribus eorum, qui Principi aut Magnatibus famulantur, C *bassiri* appellati; immo & ab ipsis divitibus adhibentur a panno superpositis fasciolis ex serico & argento. Additur in Synodo: *vel frixis* (deesse opinor *cum*) *aut maspilis argenteis, vel de metallo aliquo*. Vocabulo *frixorum* idem significatur, quod Italice *fregio*, idest limbus, a Latino, seu ut rectius loquar a Græco, *Phrygio*, nunc *Guarnizione*. Quid vero *maspili* fuerint, educere nos possunt Constitutiones Joannis Archiepiscopi Nicosiensis Anni 1280. cap. 4. apud Du-Cangium in Glossar. Latin. Hic ille de Canonicis statuit: *Ut nullus extra domum suam portet guarnachiam de auro scissam, seu apertam per terram; nec maspilos de argento seu auro, nisi de panno tantum aut esse*. Ergo voce hac designantur globuli illi, quibus ante pectus utraque pars vestium conjungitur, atque constringitur. *Bottoni* nos appellamus. Quod etiam in Rubr. penult. statuitur, scilicet nulli Canonicorum aut Prelatorum licere deferre *caputium ad formam, sicut vulgariter dicitur, supra caput, sed circa collum, vel post collum, & birretum supra capita*; D pertinet ad dignoscendos eorum temporum mores; quum adhuc cernamus adhiberi caputia a sacris Præsulibus, quibus tamen capita cooperire non solent. Reliqua ad eruditionem spectantia per se colliget Lector. Nunc autem subdere opportunum duco quæ ad me de hac Synodo perscripsit Doctissimus Saxius in Epistola sequenti.

Clarissimo ac doctissimo Viro

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO.

JOSEPH ANTONIUS SAXIUS

Bibliothecæ Ambrosianæ Præfectus
S. P. D.

E " EN alterum amoris & obsequii erga te mei argumentum, Concilium nempe hactenus typis ignotum (nisi illud ediderit Cæsar Specianus a me frustra quæsitus) quod anno 1311. ex universa provincia coactum, Pergami celebravit Archiepiscopus noster Castonus, seu Cassonus Turrianus. Obtigit ei sacrum in hac Metropoli Urbe regimen difficillimis illis temporibus, quibus Nobilium, ac Popularium intestinis dissidiis convulsa afflictaque jam Civium, novo insuper malo laborabat, alterno videlicet pugnaci studio partium, hinc Ecclesiæ Romanæ, inde imperio faventium, quo universa pene scindebatur Italia, & Guelphæ, ac Ghibellinæ factionis, infaustum in historiis nomen sortitum fuit. Postremæ hujus acerrimum propugnato-"

" rem

ANNO CHRISTI 1311.

rem habebat Urbs nostra Matthæum Vicecomitem, virum opibus, potentia, & animo clarum, atque a Propatruo suo Ottone Archiepiscopo, partim vi, partim auctoritate, in Patria Principem constitutum, sed vario ita fortunæ ludo exagitatum, ut nunc in apicem sublatus lata populis jura indiceret, nunc in imum dejectus, hominum quoque conspectum erubesceret, ac privatam exulem vitam in agresti domo sudori præferret. Ex adverso stabat Guido Turrianus Guelphæ partis, qui in finitimis urbibus potior jam erat, non tam assecla, quam patronus, utpote qui genere spectabilis, & populi Mediolanensis favore subnixus, florentissimum hujus ditionis imperium tenebat. Hinc perpetuæ simultates inter clarissimas hasce Familias, quæ tum antiquis odiis, tum mutua Mediolanensis Principatus invidia vehementius succensæ, adeo Civium animos sibi invicem partiebantur, ac colligabant, ut facile in bellicos tumultus exardescerent, miseramque hanc Urbem cædibus, rapinis, incendiisque subverterent. Nec a communis infortunii improba lege immunem fecit Castonum ipsum Turrianum Archiepiscopalis suæ dignitatis reverentia; cum enim a Pontificio Legato Bononiam agente evocatus foret ad bellum contra Venetos inferendum pro Ferrariensis Urbis obsidione solvenda, eo profectus cum valida militum manu, rem impigre adeo gessit, ut fracto ab auxiliaribus copiis Veneto exercitu, victoria Pontificiis ex integro cesserit: sed redux in Patriam infensum sibi persensit consanguineum suum Guidonem Turrianum, falsa proditionis suspicione ferventem, ac si Præsul ille in suscepto itinere fœdus cum hostibus iniisset, turbulentaque consilia de imperio Mediolanensi eidem eripiendo secreto agitasset. Quocirca missi ex imperio milites, qui prohibitum Archiepiscopali palatio excedere Antistitem, ibidem velati in carcere detinerent; ejusdem fratres in vincula ad longinquas arces abducti; nec cessatum a direptione, & injuriis, donec per amicos Proceres pessimis artificiis, extra Mediolanensis imperii fines Archiepiscopus ablegaretur. In hac perturbatissima rerum conditione qui foret Ecclesiasticæ disciplinæ cultus, quæve Sacrorum Canonum observantia metiri quilibet potest, cum nec Præsuli ipsi parceretur. Clamavit quidem e longinquo, Ecclesiæ ac juris sui strenuus defensor Castonus, inflicta per Legatum Apostolicum sacri anathematis pœna in Ecclesiasticæ immunitatis violatores; sed quis ex tanto remedio proventus, cum nemo esset, qui imperanti Turriano indictæ censuræ feralem libellum auderet objicere, atque interim scelere triumphante effrenis ubique debacharetur licentia? Adfuit tandem opportunus Imperatoris Henrici Luxemburgici in hanc Urbem adventus; repulso siquidem Guidone, coactoque ad pacis fœdera cum Matthæo Vicecomite jam ad pristinam dignitatem reviviscente, Castonus quoque Archiepiscopus, auctor præcipuus accelerandæ Cæsareæ in Italiam expeditionis, non tam ab exilio revocatus; sed in jura etiam splendoremque antiquum sacri muneris sui est restitutus. Hinc solemni peracta celeberrime, qua in Templo S. Ambrosii vere, Idus Januarias anni MCCCXI. ferrea Corona Henricum redimiverat, profectoque Romam versus Cæsare, in id totus incubuit, ut concussam præterita calamitate Ecclesiam in primævum decus assereret, & depravatos Cleri mores ad sanctiorem disciplinæ leges componeret. Accitis itaque Pergamum ex universa Provincia Episcopis, III. Nonas Julias anni ejusdem, in Ecclesia S. Bartholomæi Synodum habuit, in qua unanimi sacri cœtus consensu decreta condidit, quæ ad Te in præsens remitto, quæve summam ubique Pastoralem sollicitudinem spirant, cum malis omnibus occurratur, quibus tunc infelici gregem suum dolens conspexerat, propulsata sanguinis hæresi, indicta castigatiore Clericorum vita, restituto Ecclesiis cultu, vindicata denique a laicorum rapinis probrisque bonorum ac personarum Deo addictarum immunitate. Quod tamen peculiari adnotatione dignum mihi videtur, id est, colligi ex hoc Concilio, quod intactus adhuc in Metropoli nostra mos ille priscus vigeret, ut Regulares familiæ ordinario jure Episcopis subjicerentur. Clarissimus enim Thomassinus in aureo opere *De antiqua, & nova Ecclesiæ disciplina* parte prima lib. III. cap. XXVIII. testimonia congerens ad hanc firmandam superiorum temporum praxim, non ultra seculum decimum tertium progreditur. At in Mediolanensi provincia subsequente etiam seculo perdurasse docet hæc Synodus, in qua non modo de celebrando conventuali Sacro, Divinis peragendis Officiis, honestoque habitu gerendo in *Regularium* atque ac *Secularium Collegiatis Ecclesiis*, de inviolato servando Monasteriorum, ac reliqui Cleri patrimonio, pluribusque, statutis pœnis indiscriminatim decernitur, sed ea etiam indicuntur, quæ intercessionem Claustri directe spectant. Præcipitur enim peculiari Rubrica, *ut cunctis Monasteriis domus, & Ecclesiæ Regularis Collegiata Prælatus personaliter per se ipsum, aut per alium cum suis Fratribus, & Conventus cum eo, & qualibet Abbatissa. Præpositissa, vel Ministra loci religiosi, ubi Abbatissa non fuerit, cum suis Monialibus, & Sororibus bis ad minus in septimana tempore Quadragesima, & Adventus, vel qua vera tempore saltem semel in hebdomada pro culpis. & excessibus Capitulum in illa de eis celebrare studeant* ... &c. In Prælatos vero, seu Prælatas ... eis ad negligentes, aut subditos contumaces, per Antistitem, vel ejus Curiam *fore acriter procedendum* jubet, atque *interim vocem eorum dormitare* declarat. Serius itaque in Ecclesia nostra invaluisse privilegia exemptionis Regularium credendum est. Cætera, quibus provide Concilium hoc studet, nequissimam temporum illorum conditionem respiciunt, cum fervens undique inimicarum partium odium in turpes adeo conspirationes erumperet, ut nec tuti in Sede sua essent Antistites, nec annuis Ecclesiastici sui census redditibus frui libere possent. Quocirca frequens hic legitur excommunicationis atque interdicti sententia, qua tam improbam nefas irretiantes feriantur. An vero coercendæ sacrilegæ hujusmodi licentiæ satis id fuerit, Tu in historiis nostris apprime versatus luculenter noveris. Castonus siquidem ipse non multo post de occupatis a Matthæo Vicecomite quamplurimis Terris, Arcibusque Archiepiscopalis ditionis conqueri debuit, ejusque caput publice prolata sententia sacris diris devovere, ut Corius narrat, ac demum invalescentibus in dies turbis, solum vertere coactus est, tamdiu in exilio agens, quousque abdicata Mediolanensi infula a Joanne XXII. Aquilejensis Patriarcha renunciaretur.

Cur autem Castonus Archiepiscopus in Pergamensi, seu Bergomensi, ut præsens vocabulum est, Urbe Provincialem hanc Synodum celebrandam curaverit, id fortasse in causa esse potuit, quod nondum Mediolani in tuto res essent a Turrianorum insidiis, qui acceptæ injuriæ impatientes, & primam adhuc fortunam animo occupantes nova undique moliebantur, nullumque non lapidem movebant, Consilio, ut pristino splendori restituerentur. Pergamensis vero Civitas extra tumultus periculum videri poterat, cum receptis in fidem hic populis ab Henrico Imperatore ejusdem Urbis Prætor institutus foret Lodrisius Vicecomes.

Hæc occasione hujus Synodi proferenda censui, Lectori potius de rebus nostris minime cogito, quam Tibi Viro Eruditissimo scribens. Utinam vero primum ejusdem exemplar, quod in Archiepiscopalibus Archivis servatum olim nec nunc proditum reperi, nascisci in præsens licuisset! Quandoquidem autem mihi eadem diligenter scrutanti minime oblatum est, non ingratum Literariæ Reipublicæ reor ex Ambrosianæ Bibliothecæ apographo illam depromere, præcipue cum ejusdem mentionem apud neminem Scriptorum Patriæ nostræ repererim, hoc unice dolens, subscriptiones Episcoporum in ipso desiderari. Tu interim laborem hunc meum animo amplectere, meque, ut facis, amare perge. Vale.

SYNODUS PROVINCIALIS

Habita ab Archiepiscopo Castono
Anno MCCCXI.

IN nomine Domini, Amen. Radio Sacræ Scripturæ militantis Ecclesiæ illustrissimus illustrator ad Timotheum discipulum suum scribit: *Prædica verbum, insta opportune, importune argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, per hoc inducens & excitans Episcopalibus gubernaculis præsidentes, qui Apostolorum in ipsa Ecclesia typum gerunt ad executionem sui officii Pastoralis, ut doctrinis, monitionibus, & correctionibus erga subditos cura solida insistentes, remedium salutare adhibeant, ne parati ad præcipitium prolabantur, & ut prolapsi resipiscant a vitiis ad virtutes. Quod quidem remedium ut plurimum adhibetur novorum editione jurium, monitiones & prohibitiones continentium, pœnasque condignas imponentium transgressionibus eorumdem, necnon declaratione plerumque, & additione antiquorum.* Sane nos Castonus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, qui Mediolanensis Provinciæ jure Metropolito Divina providentia præsidemus, ipsius Apostoli monitis sive jussionibus prædictis salubribus adhærentes, ad correctionem morum, animarum salutem, Ecclesiarum profectum, & tuitionem Ecclesiasticæ libertatis, constitutiones quasdam, provisiones, & ordinationes salubres, universalem statum ipsius Provinciæ contingentes, cum consilio Venerandorum Patrum Dominorum Episcoporum nostrorum Mediolanensis Ecclesiæ Suffraganeorum, & nostri Provincialis Concilii, ac existentium in eodem disposuimus, intendimus edere tam provide, quam consulte,

ipsas-

infasque io ipso Concilio publicare, ac edimus, & publice promulgamus, quibusdam additis, & mutatis, plerisque vero dubiis declaratis, & superfluis resecatis ex constitutionibus in Conciliis Provincialibus per nostros prædecessores hactenus publicatis, prout varietati, & circumstantiis temporum, & personarum novimus expedire, & constitutiones, & provisiones infrascriptas, & in hoc Concilio promulgandas sub pœnis contentis in illis decrevimus, & præcipimus de cetero per nostram Civitatem & Diœcesim, & Provinciam Mediolanensem, & degentes in illis inviolabiliter observari.

RUBRICA PRIMA.

De Officialibus faciendis per Episcopos contra Hæreticos, & de convocando eos, & alios pro officio Hæreticæ pravitatis.

PRimo namque circa Hæreticorum exterminium totis viribus intendentes, & ad propagationem Fidei Orthodoxæ consulte providemus & salubriter præsentis approbatione Concilii ordinamus, quod singuli Diœcesani nostræ Mediolanensis Provinciæ ad exterminandos Hæreticos credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum de suis Civitatibus, & Diœcesibus, per se & officiales suos invigilent, & insistant sollicite & attente per singulas eorum Parochias annis singulis sæpius, ut expedire viderint, inquirentes solerter, an fama sit in illis aliquos ex hujusmodi pestiferis habitare, & contra nominatos, vel inventos, ut jus exegerit, procedentes, & ut in Officio inquisitionis Hæreticæ pravitatis liberius, & securius procedatur, statuimus, præsenti Concilio approbante, quod tam in civitate Mediolanensi, quam in aliis Mediolanensis Provinciæ, per Archipræsules, & Antistites singulos earumdem, aut per illorum vice gerentes, ipsis existentibus in remotis, eligantur, & assumantur, consideratis qualitate, & magnitudine Civitatis, & ipsarum personarum, aliqui viri, multi vel pauci, secundum Diœcesani arbitrium, Catholici & Fideles ex habitantibus assidue in eadem in persecutores hujusmodi pestilentium personarum ad coadjuvandum Inquisitionis Officium Hæreticæ pravitatis per ipsos Antistites continue exercendum, qui Diœcesano Archipræsuli seu Antistiti, & ejus Vicario circa ipsum Officium cum armis assistant, vadant, & redeant ad personas ipsas insequendas, capiendas, deducendas, & retinendas juxta ejusdem Diœcesani, seu Vicarii jussionem, quotiens, & quandocumque fuerint requisiti, qui etiam jurent hæc omnia & singula, ipsumque Officium viriliter & fideliter exercere, & in illo dolum non committere, neque fraudem, ipsosque ad hæc electos, & assumptos, aut ipsorum aliquem præcipimus non debere, nec posse per aliquam personam Ecclesiasticam vel Secularem, aut universitatem, sive collegium in aliquo impediri directe, vel indirecte, vel aliqualiter prohiberi, propter quod impedimentum vel prohibitionem ipsi Officio non possint assidue superesse, & ipsi Diœcesano super hoc assistere requisiti, vel propter quod eis commissa vel injungenda, aut injuncta super his valeant retardari. Personas vero cujuscumque dignitatis, vel conditionis extiterint attentantes, & contra aliquod præmissorum, scilicet impediendo directe, vel indirecte, vel prohibendo seu differre faciendo, ut superius prohibetur, si admoniti legitime per ipsum Diœcesanum, vel Vicarium non destiterint, & quod fecerint, non revocaverint cum effectu, excommunicationis vinculo, auctoritate præsentis Concilii innodamus, easque ut hæreticorum fautores haberi decernimus, & impedimentum præstantes Officio hæreticæ pravitatis. Huic etiam adjicimus sanctioni, ut omnes & singuli, tam nobiles, quam populares, cujuscumque dignitatis fuerint, sive status; nec non Clerici, & Prælati, quotiescumque & quandocumque per Diœcesanum proprium, aut ejus Vicarium fuerint legitime requisiti pro consilio, auxilio, & favore sibi exhibendo in favorem Officii hæreticæ pravitatis, vel contra Hæreticos credentes, receptatores, fautores, vel defensores eorum, aut contra suspectos de hæresi, vel pro contingentibus ipsum officium, seu in assistendo eisdem, vel ipsos associando, in præmissis obediant, & intendant monitionibus requisitionibus, & præceptis. Quoslibet vero, qui dicta præmissa, vel aliquod præmissorum, qui legitime requisiti se exhibuerint difficiles, vel rebelles, justo, & manifesto, & necessario impedimento cessante, ex nunc, præsenti Concilio approbante, excommunicationis vinculo decernimus subjacere, de qua si satisfaciendo legitime postea moniti, secundum arbitrium Diœcesani proprii, vel ejus Vicarii juxta modum culpæ satisfacere forte contempserint, ipsos ut fautores, & defensores Hæreticorum decernimus reputandos, & contra eos tamquam contra fautores hæreticorum fore per juris remedia procedendum; ad præmissorum quoque cognitionem & executionem procedi posse sancimus, sine strepitu judicii & figura per ipsum Diœcesanum, vel ejus Vicarium generalem, seu per alium Judicem competentem.

RUB. II.

De honestate & habitu Clericorum, & ne se immisceant Secularibus.

CIrca honestatem, & Clericorum habitum salubriter providemus, quod omnes & singuli Clerici ac personæ Ecclesiasticæ Mediolanensis Provinciæ, Civitatis, & Diœcesis, tam præsentis temporis, quam futuri tonsuram & habitum deferant Clericales ordini suo, & statui competentes, vestes virgulatas, seu de catabriato, de medietate, vel listatas, vel frixis, aut malpilis argenteis, vel de metallo aliquo, aut vestem superiorem a summo usque deorsum totaliter scissam ante, seu infulam de seta, sive serico more laicali minime deferentes. Deprehensos vero in aliquo crimine, vel excessu enormi in habitu laicali publice incedentes, ex nunc pronunciamus, ut Clericos seu personas Ecclesiasticas, non teneri Curiam Ecclesiasticam in ipso crimine defensare. Clericus vero seu quævis persona Ecclesiastica mercationibus & negotiationibus, ut negotiator publicus se immiscens, illasque in persona propria exercens publice, Divinis Officiis prætermissis, vel alias ut laicus communiter se gerens, in suis bonis patrimonialibus, non gaudeat interim privilegio Clericali, nec ut Clericum in enormibus, dum in his excedit, teneatur Ecclesia defensare, cognitione tantum super hoc præcedente, quam ad Judicem Ecclesiasticum decernimus pertinere, non procedatur contra talem seu tales Clericos per Curiam Secularem,

rem, sed supersedendum interim decernimus omni processul contra eos, alioquin in quoscumque Vicarios, Rectores, Pnicstates, seculares Judices, & quoscumque eorum ministros & executores Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Mediolanensis contrarium facientes excommunicationis sententiam promulgamus, præsenti constitutione sancimus, quod aliquis Clericus, sive Ecclesiastica persona absque Diœcesani sui licentia nfficium publicum vel nfficialitatem alicujus secularis rectoris, seu Communitatis, seu Universitatis, Civitatis, Burgi, Castri, Loci, aut Parochiæ, seu Villæ in seculari Curia exercera, vel suscipere de cetero non præsumat, scilicet Consulatus, Tabellionatus, Gastaldiæ, Campariæ, Vicariatus, Vicedominatus, vel quovis alio nomine appelletur, seu Ecclesiasticis Officiis derelictis, vel Clericali postposita honestate ad cavalcatas, vel stipendia, seu seculares exercitus, & maxime non coactus cum armis publice ut laicus accedere, & se talium immiscera cœtibus non præsumat, nisi in casibus a jure permissis. Delinquentem vero in aliquo præmissorum, aliquibus talibus se immiscentem excommunicationis sententia innodamus; hanc vero pœnam ad alios, qui assumpserint arma cum aliqoibus laicis pro suis juribus aut alicujus Ecclesiæ propriæ, seu pro sui defensione insultum expectantes, seu de licentia sui Antistitis, vel ejus Vicarii volumus non extendi.

R U B. III.

De armis non portandis, ludis vitandis, & aliis non damnificandis.

ATtendentes quod privilegium Clericale non debet esse alicui cum fiducia delinquendi, statuimus, & firmamus, quod nullus Clericus, seu persona Ecclesiastica in domibus Ecclesiæ, vel alibi ludum vel biscaziam retineat taxillorum, aut patiatur per aliquem retinari, vel publicas mulieres exponentes pro quæstu publice corpus suum, aut arma deferre præsumat per civitatem aliquam, aut suburbia adjacentia civitati, vel loca, in quibus habent domicilium, absque Antistitis, vel ejus Vicarii proprii licentia speciali; nisi ad villam, vel possessionem vadens, vel rediens ab eisdem, seu quemquam damnificare præsumat, vel violenter rebus suis, vel possessione aliqua alium spoliare, delinquentem vero in aliquo casuum prædictorum per Antistitem proprium, seu Vicarium ejus in tanta summa pecuniæ, & dummodo non ad pœnam sanguinis, statuimus condemnandum, ipsi Antistiti pro ejus arbitrio persolvenda, & in pios usus convertenda, in quanta, & eo modo, quo damnaretur & puniretur, seu condemnari posset per illius civitatis Curiam secularem laicus sic excedens, non tamen per hoc intelligimus privandi tales beneficiis Ecclesiasticis, & carceribus detinendi, & alias puniendi adimere Diœcesanis propriis potestatem, & Vicariis eorumdem, si eis videbitur expedire.

R U B. IV.

Quod Clerici non sint tutores vel curatores laicorum, nec patiantur conveniri coram Judice Seculari.

INviolabiliter ordinamus, quod nulla persona Ecclesiastica, nisi in casibus a jure permissis fidejussoris, vel procuratoris officium exerceat, seu tutoris, vel curatoris alicujus laici in Curia Seculari, absque Diœcesani, vel ejus Vicarii licentia, nec quemquam debentem gaudera Ecclesiastico privilegio, vel Clericali, conveniat seu trahat, vel trahi procuret super aliquo ad examen Judicis Secularis; trahens vero contra canonicas sanctiones, & Imperiales constitutiones a jure suo cadat, judicatumque non teneat, & Judex sit ex tunc judicandi potestate privatus; exercentem vero aliquod officium prædictorum contra constitutionem præsentem in centum solidos Papienses decernimus condemnandum, in pios usus ad arbitrium Ordinarii condemnandos.

R U B. V.

De celebratione Divinorum, & habitu habendo in ipsa.

PRovidemus insuper & sancimus, quod in qualibet Ecclesia Collegiata tam regulari, quam seculari civitatis & diœcesis, ac provinciæ Mediolanensis, in qua plures Clerici, seu Monachi, vel Canonici residebunt, Missa conventualis, justo impedimento cessante, prout dici convenerit, hora debita, diebus singulis in cantu, seu nota conventualiter celebretur, nec non Officia matutinalia, & vespertina, quodque ad illa, & ceteras horas Canonicas, quas inibi præcipimus conventualiter celebrari, seculares Clerici, & Prælati conveniant cum superpelliceis seu cappis; Religiosi vero in habitu suæ Regulæ competenti. In Ecclesiis vero Cathedralibus ipsis horis diurnis, & Missarum solemniis intersint, aut discooperto capita, aut cum biretis in capite, ad modum laicorum capucia non habentes. Rectores quoque Parochialium Ecclesiarum non Collegiatarum diebus festivis, & sæpe in septimana per se vel per alios, ubi per se non possunt, celebrare Missarum solemnia non omittant, & Parochianis suis in casibus a jure concessis, & cum expedierit, ministrare Ecclesiastica Sacramenta. Delinquentes vero, vel negligentes in præmissis per locorum Ordinarios puniantur. Irrefragabiliter ordinamus, quod in qualibet Ecclesia nostræ civitatis, & diœcesis, ac provinciæ Mediolanensis habente Parochiam Corpus Christi pro infirmis, Chrisma, & Oleum Sanctum, renovandum annuatim, sub clavi & firma custodia, & in vase, seu loco nitido non asportando de facili, assidue habeantur. Delinquentes vero vel negligentes in aliquo præmissorum per Ordinarium proprium, vel ejus Curiam in solidos quadraginta Papienses vice qualibet condemnentur ad pios usus ad arbitrium Judicis convertendos. Insuper aqua benedicta quotidie habeatur omni die Dominica renovanda,

ANNO CHRISTI 1311.

R U B. VI.

De mulieribus, & filiis illegitimis non retinendis secum, vel concubinis.

SUper continentia per Clericos observanda provide ordinamus, quod nullus Clericorum regularium vel secularium civitatis, vel diœcesis, sive provinciæ Mediolanensis, beneficium Ecclesiasticum obtinens, Vicarius aut Deputatus etiam in futurum, vel qui in Ordine sacro fuerit constitutus, in domibus contiguis vel connexis Ecclesiæ, vel secum in eadem habitatione mulierem aliquam retineat ad inibi habitandum, nisi forte mulier illa fuerit non suspecta, vel in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis illi conjuncta, seu conversa quinquagenaria, vel deinceps. Delinquentem vero in hæc in libras decem Papienses condemnamus in pios usus ad Ordinarii arbitrium convertendas. Clericos quoque, ac Prælatos in quovis Ordine constitutos, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, aut etiam obtinebunt, si focarias seu concubinas retinuerint in domibus Ecclesiarum, vel alibi manifeste, Ecclesiasticis beneficiis per locorum Ordinarios, Canonica monitione præmissa, facienda, decrevimus perpetuo fore privatos, libera personis aliis conferendis, excessu ipsorum notorio vel infamia publica existente; qui vero beneficium Ecclesiasticum non obtinuerint per Ecclesiasticam Curiam, dum habuerint publice concubinas, non teneatur Ecclesia defensare, & alias per ipsam Curiam pœna pecuniaria, vel alia debita puniantur. Prælatum namque & Rectorem Ecclesiæ in libras decem Papienses, inferiorem vero Clericum in libras quinque Papienses condemnamus in pios usus ad Ordinarii arbitrium dispensandas; qui filium illegitimum secum in eadem domo assidue, vel per octo dies permiserit habitare, aut sibi ad Altare aliquatenus ministrare.........

R U B. VII.

Quales debent esse promovendi ad dignitates, vel Ecclesias Parochiales.

QUamquam per Canones sit provisum, ne minus idonei ad beneficia Ecclesiastica assumantur, id tamen minus bene servatur in pluribus Ecclesiis, & a multis. Idcirco præsenti constitutione sancimus, quod nullus eligatur de cetero, vel instituatur, quomodolibet assumatur ad aliquam dignitatem alicujus Ecclesiæ Collegiatæ secularis, vel regularis intra Civitatem, vel Diœcesim, seu Provinciam nostras sitæ, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus, & non attigerit vicesimum quintum annum, vel nisi forte super his in casu dispensabili prius cum eo fuerit dispensatum, vel talis extiterit, qui bene legat, construat, & loqui litteraliter noverit competenter. Ad regimen quoque Parochialis Ecclesiæ nullus aliquatenus assumatur, nisi bene legere noverit, & cantare, vel saltem legere & construere concedunter, in cantu aliqualiter informatus, & non attingens vicesimum quintum annum. Electio vero, collatio, institutio, & confirmatio, seu præsentatio a personis Ecclesiasticis facta, quas contra hæc in aliquo præmissorum contigerit attentari, ex nunc sint irritæ, & inanes,

A & electores, præsentatores, provisores, confirmatores, & instituentes sint illa vice præsentis constitutionis auctoritate præsentandi, eligendi, providendi, confirmandi, & instituendi potestate privati, & ad superiorem proximum sit ipsa potestas totaliter devoluta ipso facto. Confirmatoribus & institutoribus ac provisoribus temerariis, per loci Ordinarium pœna debita puniendis.

ANNO CHRISTI 1311.

R U B. VIII.

De non recipiendo aliquem in Canonicum, beneficio non vacante.

B PRædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes statuimus, & firmamus, quod alicujus Secularis Ecclesiæ Collegiatæ, & non Collegiatæ nostræ Civitatis, & Diœcesis, vel Provinciæ Capitulum, seu Prælatus, Canonici, vel Clerici sive Rector nullum, quantumcumque idoneum, sine licentia Diœcesani proprii, vel auctoritate Sedis Apostolicæ, seu Legatorum ejusdem recipiant, eligant, vel admittant in suum, vel ipsius Ecclesiæ Canonicum vel Conclericum vel Confratrem ibi, beneficio non vacante, nec beneficium, seu præbendam vel Capellaniam aliquam ex redditibus vel bonis seu juribus ejusdem Ecclesiæ de novo creare præsumant, ipsius Diœcesani licentia non obtenta, vel unam præbendam in duas dividere; quic-
C quid enim contra præmissa, vel aliquod præmissorum contigerit attentari, ex nunc præsenti constitutione decernimus irritum, & inane, & dantes, & accipientes etiam, licet in aliqua sui parte, ex nunc in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus.

R U B. IX.

Quod nullus beneficium assumat sine Canonica institutione.

CUm Ecclesiastica beneficia non debeant sine Canonica institutione detineri, statuto præsenti salubriter providemus, quod nullus per
D violentiam vel simoniam, aut alias, sine institutione Canonica, vel per minas, seu per metum aliquibus inferendos, per se, vel per alium ad dignitatem, vel personatum, seu aliquod beneficium Ecclesiasticum, qualecumque fuerit, intra nostram Civitatem, vel Diœcesim, seu Provinciam, patiatur vel consentiat tacite, vel expresse, se eligi, vel institui, aut assumi quomodolibet, vel admitti, aut jura & redditus, sive bona, seu viventis beneficium, qui non renunciaverit illi sponte & legitime, aut privatus illo non fuerit per sententiam legitimam hominis, sive juris apprehendere vel occupare seu sibi usurpare, aut illius bona, vel redditus quovis titulo quæsito, vel colore præsumat de
E cetero Diœcesani proprii licentia non interveniente, vel expresso consensu. Quemcumqua vero contra hæc attentantem in posterum, in aliqua sui parte, ex tunc in ipso beneficio decernimus jus non habere; & si legitime admonitus per Diœcesanum proprium, vel etiam Vicarium, illud ex toto non dimiserit libere, ad ipsum per se, vel per alium se non ingerendo ulterius ex nunc inhabilem judicamus ad quodvis aliud beneficium Ecclesiasticum obtinendum; pœnis autem contra occupatores, invasores, & usurpatores bonorum Ecclesiasticorum semper salvis.

RUB.

R U B. X.

De pœnis sustinentium interdictum Ecclesiæ propter collectam non solutam.

PLerumque contingit, quod aliquæ Ecclesiæ tam Regulares, quam Seculares diu subjacent Ecclesiastico interdicto propter negligentiam aliquorum Clericorum recusantium solvere partem ipsos contingentem, sive ipsis impositam de collectis, procurationibus, honoribus, seu fodris, & sic Ecclesiæ Divinis officiis defraudantur propter illorum malitiam, & non sine Parochianorum scandalo, & jactura; quapropter omnes & singulos Clericos, & Prælatos tam Secularium, quam Regularium Ecclesiarum, ac Rectores, & Ministros Hospitalium, & Piorum Locorum nostræ Provinciæ, Civitatis, & Diœcesis, propter quorum factum seu culpam, eo quod non solverint hujusmodi portionem ipsorum singulos contingentem, seu eis impositam pro præbendis, vel portionibus, quas obtinent in eisdem, & quos impossibilitas non excusat, aut alia justa causa, de qua intra duos menses faciant plenam fidem, beneficiis, & rectoriis hujusmodi privamus perpetuo, si admoniti legitime & peremtorie, ipso interdicto durante, per Diœcesanum, vel ejus Vicarium, passi fuerint Ecclesias ipsas, seu Hospitalia, vel Pia Loca, ultra tres menses post monitionem eamdem propter hæc Ecclesiastico interdicto subjacere, portionem ipsos contingentem sive impositam ex ipsis collectis, seu fodris, vel oneribus non solventes: & hanc pœnam extendimus ad Prælatos, & Rectores Ecclesiarum non solventes pro ipsis Ecclesiis in totum, ubi ad ipsos pertinere talium solutio consuevit, si ipsos justa causa, sive impossibilitas non excusat, de qua infra duos menses plenaria fiat fides, & ad illorum massarios & canevarios dispensatores redituum, qui potestatem habuerint plenariam hæc solvendi; has quoque pœnas ad collectas hactenus impositas a tribus annis circa locum volumus vendicare. Illas etiam personas, quæ temeritate propria, Diœcesani, loci Ordinarii proprii, vel etiam Generalis Vicarii, seu Superioris ejusdem in hoc casu licentia non obtenta Clerum Civitatis, & Diœcesis, aut majores ejusdem, vel majorem partem ipsius, vel eorum, ad præmissa præsumpserint convocare, & convenientes ad talium personarum convocationem, excommunicationis vinculo decrevimus subjacere, cum ex talibus congregationibus conspirationes, & colligationes sæpe novimus evenire, ac de facto prorumpi ad multa, quæ scandalum pariunt, & periculum animabus, & locorum Ordinarii ex talibus condemnantur, & eadem Civitas videatur habere diversa capita quasi monstrum.

R U B. XI.

De pœnis occupantium vel invadentium res Ecclesiasticas, & spoliantium Ecclesias.

EFfrenata cupiditas, quæ in plerisque adeo dominatur, quod contra vetita usurpant & rapiunt aliena, nos vehementer impellit, ut ejus noxios appetitus, in quantum possumus, refrenemus. Ea propter sanctione præsenti ordinamus salubriter, quod nulla persona Secularis, vel Ecclesiastica, Universitas, seu Collegium aliqua bona aut jura seu res pretiosas, thesaurum, sive jurisdictiones, aut honores, feuda, seu jus decimandi aut eligendi, seu præsentandi, aut beneficia conferendi, seu pedalia conferendi ad quemdam locum venerabilem nostræ Civitatis, & Diœcesis, sive Provinciæ Mediolanensis, vel aliquam Episcopalem Mensam dictæ Provinciæ, quovis modo vel titulo pertinentes, aut Ecclesiam aliquam, seu Hospitale, vel alium Pium Locum usurpare, vel invadere, seu occupare, aut rapere, vel occupata, seu usurpata, rapta, vel invasa detinere per se, vel per alium quovis modo præsumat, seu spoliare aliquem locum venerabilem dictæ Civitatis, aut Diœcesis, sive Provinciæ Mediolanensis sive ad Mensam Archiepiscopalem Mediolanensem, vel ad aliquam Episcopalem Mensam dictæ Provinciæ, seu aliam Ecclesiam, possessione, vel quasi alicujus prædictorum, seu jurisdictionum bonorum, jurium, vel bonorum prædictorum, vel possessione juris percipiendi aliquas pensiones, seu census annuos, Decimas, vel affictus, sive possessiones, vel quasi eligendi, sive assumendi Potestates, Consules, vel alios Officiales alicujus terræ, burgi, castri, communantiæ, sive loci, directe, aut etiam indirecte, vel ad ea quomodolibet dare auxilium, consilium, vel favorem; singulares vero personas, cujuscumque status vel conditionis extiterint, quæ attentaverint contra præmissa in aliquo per se, vel per alium, aut expresse consenserint, vel fecerint, seu mandaverint attentari, ex nunc excommunicationis in his scriptis vinculo innodamus, necnon personas illas, quæ consuluerint, seu mandaverint, vel expresse consenserint quovis modo suo Pastori, sive Pontifici, vel alicui Ecclesiæ, sive Clerico, Rectori, aut Pio Loco de præmissorum aliquo, aut suis bonis, vel prædictorum aliquorum fructibus aut redditibus non integre & libere responderi absque auctoritate Judicis competentis, aut prohibuerint responderi; & si qui ex prædictis propter aliquod præmissorum alicubi denunciati, excommunicati excommunicationem eamdem, post ipsam denunciationem per sex menses animo suo tenuerint indurato, in pœnam ipsorum familiares eorum Ecclesiastico supponimus interdicto, mandantes eis Ecclesiarum aditum, & participationem Sacramentorum, & Divinorum etiam prohiberi, quousque liquide apparuerit de absolutione hujusmodi transgressorum, & quod ipsa excommunicatione durante & interdicto, familiarium prædictorum denegetur eis tam ipsis principalibus, quam familiaribus in obitu ad aliorum terrorem, & ipsorum ruborem, Ecclesiastica sepultura. Clerici vero sine mandato Diœcesani proprii recipientes aliquem ex prædictis ad Ecclesiasticam sepulturam, vel qui interfuerint eidem, ipso facto per tres menses a Divinis Officiis sunt suspensi. Insuper, si aliqui Clerici contra hujusmodi sanctæ nostræ constitutionis tenorem facere vel venire præsumpserint occupando, vel invadendo ut supra, omnibus beneficiis, quæ infra nostram Provinciam obtinent, eos, præsentis Concilii auctoritate, privamus. Si vero Laici extiterint, omnibus feudis intra nostram Provinciam, jure patronatus, & honoribus, ab eis obtentis ab aliquibus Ecclesiis, vel Prælatis, seu aliis piis locis decrevimus fore perpetuo privatos. Universitates vero, communitates, & collegia, quæ contra præmissa attentaverint, vel expresse consenserint,

ANNO CHRISTI 1311.

vel scienter attentari permiserint in aliqua sui A parte, & jam facta cum effectu non prohibuerint infra decem dies, postquam venerint attentata, Ecclesiastico supponimus interdicto; & si ipsa universitas, vel majores ipsius, vel Rectores requisiti per Diœcesanum, vel ejus Vicarium, legitime super his ultra mensem attentata ipsa omiserint effectualiter emendare, & in statum pristinum reducere, seu reduci facere cum effectu, ad arbitrium ipsius Diœcesani, Civitatem, sive locum vel Burgum, in qua universitas ipsa deget, interdicto Ecclesiastico decrevimus subjacere, interdicto inviolabiliter observando, quam cito ipse Diœcesanus per se, vel per alium publice protestatus fuerit se velle interdictum ipsum effectum habere, & am- B plius non suspensum, & illic vel Civitatibus, seu locis circumstantibus, vel alibi, ubi commodius fieri poterit, hoc mandaverit publicari, sed ante, & usque ad ipsam publicationem ipsum interdictum manere decrevimus in suspenso. Illos quoque, qui temeritate propria plures etiam extra judicium requisiti solvere contempserint Archiepiscopali vel Episcopali mensæ prædictæ, seu Ecclesiæ, Monasterio, Conventui, Capitulo, vel alii pio loco, (modo) & tempore competenti, decimas, pensiones, census, honores, districtus, & jurisdictiones, vel præstationes annuas, vel affictus, in quorum possessione pacifice percipiendi, ipsa mensa, vel Ecclesia, Monasterium, Conventus, Capitulum, C & pius locus ante requisitionem ipsam erat, nisi justa causa eos excusaverit, de qua constet infra dies decem post ipsam requisitionem Diœcesani, legitime ex nunc excommunicationis vinculo decrevimus innodatos. Ad prædictorum namque cognitionem, correctionem, & pœnarum executionem statuimus, ex officio posse procedi de plano, & sine strepitu ordinis judiciarii & figura per quoscumque Judices competentes.

R U B. XII.

De pœnis conspirantium contra suum Antistitem, vel consentientum, ut in Sede esse non possit, vel expellatur. D

QUamquam ad conjuratorum, & conspiratorum nequitiam reprimendam multa per Canones sint provisa; Ipsorum tamen versutia nos cogit diversa remedia adhibere contra illorum callida figmenta, quæ conantur quotidie invenire. Ea propter constitutione præsenti statuentes irrefragabiliter prohibemus, quod aliqua persona Ecclesiastica vel Secularis, aut universitas, sive collegium, aut quivis nostræ Mediolanensis Civitatis, aut Diœcesis, sive Provinciæ conjurationem, aspirationem, colligationem, juramentum, seu obligationem, aut consilium, vel tractatum facere vel inire præsumat E in exterminium, vel persecutionem, seu jacturam, vel mortem, aut expulsionem, captionem, vel derobationem, seu quietis vel status subversionem Antistitis proprii, vel Pastoris, aut quomodolibet consentire, vel operam dare, quod insultus fiat in eum, vel a Sede, seu Civitate propria temere expellatur, vel quidquam fiat, aut ordinetur, seu dicatur, propter quod Pastor ipse habeat formidare in civitate ipsa, vel sua Diœcesi, ubi voluerit cum suis familiaribus residere, & jurisdictione sua uti libere, & officio pastorali, vel propter quod etiam Officiales ejus, sive Vicarii, Vicariatum, & Officialitatem eis commissos non possint libere exercere, & quod communitas aliqua, seu universitas, consilium, vel commune cujuscumque Civitatis nostræ Provinciæ, sive Mediolanensis, aut Diœcesis ejusdem, non permittat quicquam dici vel fieri, nec patiatur per aliquos de ipsa universitate seu Civitate, vel Diœcesi, vel ejus Rectorem, seu Majores, nec dicat vel faciat, per se ipsam, propter quod ejus Antistites, aut Archipræsul non possint in ea Civitate & Diœcesi, sive Sede propria residere secure, & ipse, & sui Officiales hac jurisdictione & officio uti libere, & in totum; singulares vero personas contra hæc attentantes in aliquo præmissorum, si Clerici fuerint, aut Ecclesiasticæ personæ, ex nunc in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & beneficiis Ecclesiasticis, quæ intra nostram Provinciam obtinuerint, privamus perpetuo, aliis libere conferendis, ipsosque inhabiles reddimus ad quævis beneficia Ecclesiastica obtinenda; si vero Laici fuerint, eosdem excommunicationis vinculo decrevimus subjacere, ipsosque in obitu privantes ex nunc Ecclesiastica sepultura, & Clericos, qui sepulturæ talium interfuerint, suspendimus a Divinis, ipsorum familiis, seu familiaribus, dicta excommunicatione durante, participatione Divinorum, & Sacramentorum interdicentes in pœnam hujusmodi damnatorum: Civitatem autem, ejusque suburbia, & singulares personas de ipsa Civitate & suburbiis, quæ per tres menses permiserint, aut passa fuerint Antistitem proprium exulare extra illam propter timoram, vel metum, seu minas aliquorum, vel alicujus de ipsa Civitate, vel Diœcesi, aut aliquorum residentium in eadem, ipsum Antistitem non revocaverint, ac sibi plene non caverint, aut providerint, de ipsius & suorum familiarium securitate, & Indemnitate personarum & rerum, ac procuraverint cum effectu, ut in ipsa Civitate & Diœcesi, ut sibi placuerit, possit morari libere & secure, & suum Officium exercere, & uti libere bonis suis, & omnes Vicarii & Procuratores in Civitate ipsa libere manere & secure, & sua Officia plene exercere, & per ipsam Diœcesim, ubi eis expedierit, postquam iste Antistes de ista Civitate sic exierit, & per suas litteras, sive Nuncios in aliquibus Ecclesiis ipsius Civitatis vel Diœcesis seu Civitatum circumadjacentium aliquarum, vel per se ipsum, mensibus prædictis elapsis; publice protestatus fuerit, seu insinuari fecerit, & proponi, quod in Civitate propria non audebat morari secure, nisi aliter sibi caveatur, ex nunc generaliter supponimus Ecclesiastico interdicto, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observando. Supradictas vero sententias & prolationes excommunicationum, interdicti statuimus & ordinamus per omnes Civitates, & Diœceses nostræ Provinciæ sæpissime & in pluribus Ecclesiis publicari per quoslibet Episcopos, ipsorumque Officiales aut ex parte ipsorum, & per quoscumque Clericos & Prælatos, qui super hæc ex parte ipsius Antistitis fuerint requisiti. Inobedientes quoque ac rebelles super his ab ingressu Ecclesiæ suspendimus in his scriptis. Illos quoque, qui postquam excommunicati propter præmissorum aliquod fuerint publice nunciati, distulerint ultra annum ipsi Antistiti satisfacere de excessu, & absolutionem etiam obtinere, suspectos judicamus de hæretica pravitate, & tamquam (contra) suspectos

ANNO CHRISTI 1311.

pectos de hæresi ipso anno elapso fore per Ecclesiam procedendum: & si prædicta Civitas, sive universitas per annum in ipso scelere duxerit persistendum, omnes Clerici & Religiosi cujuscumque Ordinis, vel dignitatis, seu conditionis existant, in detestationem tanti facinoris completo dicto anno infra duos menses proximos post dictum annum exeant, sive egrediantur de eadem Civitate, & ejus districtu, & Diœcesi, illuc, usque ad satisfactionem condignam, nullatenus reversuri; alioquin ipso facto singuli prædicti Clerici, & Religiosi sententiam excommunicationis incurrant, nisi per Antistitem ipsum fuerit eis terminus prorogatus. Ad præmissorum quoque cognitionem, discussionem, & examinationem, de plano sine strepitu & figura judicii procedi posse decernimus per Diœcesanum proprium, & quemlibet Judicem competentem, præsenti Concilio approbante.

R U B. XIII.

De juramento præstando ab eo, qui inficiatur se Clericum detinere, vel rem Ecclesiasticam.

SÆpe contingit, quod aliqui calliditate utentes Clericos & personas Ecclesiasticas detentas per eos, vel ipsorum consilio vel mandato inficiatur se illos minime detinere, aut capi illos fecisse, vel bona, seu res Ecclesiasticas, quibus Clericum spoliarunt, se asserunt minime habuisse, cum super ipsorum Clericorum relaxatione, aut eorum restitutione per Judicem Ecclesiasticum admonentur; propter quod plerumque facti probatione deficiente de suo dolo, & inficiatione videntur commodum reportare: Ea propter ad hujusmodi malitias refrenandas statuimus, & firmamus, quod contra quoslibet Judices, & Rectores, ac personas quascumque tam Ecclesiasticas, quam seculares inficiatores se ipsos Clericos, & personas Ecclesiasticas ullatenus detinere, seu cepisse, vel res ipsas Ecclesiasticas minime habuisse, postquam hæc ab eis per Judicem Ecclesiasticum requirantur, aut damnum attulerint Ecclesiis, seu Clericis super ipsius emendatione requisiti, vel injuriam minime intulisse, per Curiam Ecclesiasticam, & per censuram Ecclesiasticam procedatur, ac si convicti & confessi essent super his, quæ inficiantur coram Judice competenti, si præstare voluerint sine dilatione ad arbitrium Ecclesiasticæ Curiæ solemniter & publice juramentum, quod Clericum illum, & personam Ecclesiasticam, aut rem Ecclesiæ, seu Clerici super cujus relaxatione, seu restitutione admonentur aut impetuntur, quod in suam fortiam non habent, nec habuerunt, & quod restituendi aliquam facultatem, seu quod damnum vel injuriam super qua impetuntur, per se, vel per alium nullatenus intulerunt, ipsoque juramento nequaquam obstante possit contra ipsum, & alium, qui Clericum & prædicta bona detinere dicatur, procedi per Ecclesiasticum Judicem, ac si ipsius juramentum præstitum non fuisset.

R U B. XIV.

Quod excommunicatum per unum Episcopum, per omnes de Provincia denuncietur, & de pœnis inferentium minas excommunicatori, vel denunciatori.

QUanto excommunicationis vinculo innodati per plures Clericos nunciantur, & maxime in locis, quibus degunt vel traxerunt originem, tanto majori rubore confusi ad satisfactionem facilius inducuntur. Quapropter in præsenti Concilio inviolabiliter ordinamus, quod cujuslibet civitatis Antistes ejusque Vicarius nostræ Mediolanensis Provinciæ per litteras excommunicantis Pontificis, sive Diœcesani, excommunicatæ personæ aut officiales ejusdem super hoc humiliter requisitus omnes, & singulas personas excommunicationis vinculo innodatas & terras suppositas interdicto per sententiam vel constitutionem Præsulis ipsius, aut Vicarii requirentis seu Provincialis Concilii juxta ipsius requisitionem per Ecclesias propriæ Civitatis & Diœcesis sæpissime denunciari faciat excommunicatas personas, & terras, vel loca interdicto fore suppositas per ipsum requirentem, sive constitutionem, ubi magis viderit expedire, super quibus denunciandis excommunicatis & interdictis fuerit per ipsum excommunicatoris vel Judicis nunciandorum litteras requisitus in proprios subditos non obedientes ejus monitionibus super hæc censuram Ecclesiasticam exercendo, & quod cessari faciat a Divinis in illa Ecclesia & Parochia Civitatis propriæ vel Diœcesis, quamdiu ibi moram contraxerint illi excommunicati vel interdicti, de quibus denunciandis contigerit sibi scribi, si super hoc fuerit requisitus. Antistitem vero hæc recusantem ab ingressu Ecclesiæ, durante inobedientia sua, ejusque officialem in his tepidum & remissum a Divinis Officiis suspendimus in his scriptis. Quaslibet vero personas cujuscumque conditionis extiterint tam Ecclesiasticas, quam seculares, quæ impedierint vel prohibuerint minis, terroribus, vel aliquo alio modo illas personas excommunicatas publice nunciari fore loca alicui supposita Ecclesiastico interdicto, de quibus denunciandis, excommunicatis, vel interdictis per litteras alicujus Antistitis, vel Vicarii ejus mandari contigerit, aut ipsis excommunicatoribus vel denunciatoribus seu excommunicationes ipsas, vel interdictum servantibus in personis vel rebus, aut in consanguineos vel amicos illorum propter hæc injurias vel damna & molestias irrogaverint, vel consenserint irrogari, excommunicationis vinculo decernimus subjacere, a qua nullatenus absolvantur, nisi satisfecerint de tanta audacia & excessu, vel cautionem idoneam de satisfaciendo præstiterint juxta ipsius excommunicatoris arbitrium, nec tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ, de qua satisfactione, & acquisitione, seu cautione apparere volumus publicum instrumentum ante absolutionem aut sepulturam ipsorum excommunicatorum hujusmodi præstandum. Illosque Clericos & Prælatos Civitatis, & Diœcesis, vel Provinciæ Mediolanensis, qui plures & per diversa dierum intervalla admoniti vel legitime requisiti per litteras patentes, vel Nuncios publicos & juratos proprii Diœcesani, vel ejus Vicarii denunciare ex parte ipsius juxta requisitiones ejusdem excommunicatas personas illas, super

per

per quarum denunciatione, ut præmittitur, admoniti fuerint, excommunicationis vinculo decernimus ſubjacere. Ad præmiſſorum quoque cognitionem, & pœnarum executionem decernimus ex officio Judicum mero poſſe procedi de plano & ſine ſtrepitu ordinis judiciarii & figura.

R U B. XV.

De pœnis illorum, qui diu in excommunicatione permanſerunt.

QUoniam contemnere Petri claves, & excommunicationes diutius ſuſtinere non carei ſcrupulo hæreticæ pravitatis, ſanctione præſenti ſalubriter providemus ad hanc pertinaciam extirpandam, quæ intra noſtram Provinciam Mediolanenſem plurimum inolevit, quod de cetero nulla Eccleſiaſtica vel ſecularis perſona per annum unum excommunicationem majorem præſumat pertinaciter ſuſtinere, quamlibet vero perſonam Eccleſiaſticam, quæ per annum, poſtquam per Eccleſias aliquas, ſeu Eccleſiam excommunicata fuerit publice nunciata, excommunicationem latam in eam per ejus ordinarium Judicem, quæ non fuerit legitima appellatione ſuſpenſa, animo ſuſtinuerit pertinaci, ipſam excommunicationem & publicationem protinus non ignorans, omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, quæ intra ipſam prununciationem obtinuerit, ſpolietur, aliis libere conferendis: laicum vero, ut de perſona Eccleſiaſtica præmiſimus, ipſam excommunicationis ſententiam ultra annum a die publicationis ejuſdem pertinaciter ſuſtinentem, decernimus fore ſuſpectum de hæretica pravitate, & tamquam contra ſuſpectum de hæreſi contra eum debere procedi per Eccleſiaſticum Judicem, & contra prædictas perſonas invocandum eſſe auxilium brachii ſecularis, ut eis per illud deputetur exilium, vel pœna corporalis, vel pecuniaria, citra ſanguinis effuſionem vel necem, per ſecularem Judicem infligatur juxta Eccleſiaſtici Judicis juſſionem, & ſi ad id faciendum Judex ipſe, vel Rector ſecularis inobediens fuerit vel rebellis, legitime requiſitus, ex nunc decernimus ipſo facto excommunicationis vinculo innodatum, ipſumque Judicem ſeu Rectorem ſecularem; illum etiam Clericum & Prælatum, qui ſuſpenſus non perpetuo, ſed ad tempus, vel uſque ad ſatisfactionem condignam a beneficio Eccleſiaſtico, ſeu adminiſtratione, vel fructuum perceptione per ſuum Diœceſanum Antiſtitem, vel ejus Vicarium, ſine alicujus conſtitutionis ejuſdem, vel Provincialis auctoritate ſe ad illam ſive illud ingeſſerit quovíſmodo, illa ſuſpenſione durante, ex nunc in libras decem Papienſes in uſus pios convertendas, Diœceſani proprii Curiæ condemnamus. Quam ſi ſolvere contempſerit, requiſitus legitime per eumdem, ſive ipſius Vicarium generalem, excommunicationis vinculo innodamus, a qua, niſi ſolverit & ſatisfecerit de contemptu, nullatenus abſolvatur, ad prædictorum namque cognitionem & executionem ſtatuimus poſſe procedi ſine ſtrepitu & figura ordinis judiciarii per Eccleſiaſticam Curiam ex officio ſuo mero.

A

R U B. XVI.

De pœnis illorum, qui ſecum ducunt armatos, vel arma portant contra inhibitionem ſpecialem eis factam ſuper hac; & de pœnis eorum, qui inſultum faciunt contra Archipræſulem ſuum, vel ejus Vicarium.

PLerumque Clericorum & perſonarum Eccleſiaſticarum noſtræ Mediolanenſis Provinciæ, Civitatis, & Diœceſis, prout fore novimus manifeſtum, in delatione armorum aſſidue & publice contra monitiones generales, & conſtitutiones canonicas, & etiam Synodales in aliorum ſcandalum delectantur, nulla ſuper hæc petita licentia vel obtenta, & in comitiva ſeu caterva habenda quaſi aſſidue armatorum ad innocentes plurimos opprimendos; aliqui vero tam Clerici, quam laici in Prælatos proprios & Officiales Antiſtitis proprii & Paſtoris manus injicere gloriantur, & inſultum cum armis facere in eoſdem. Volentes igitur ſic effrenatis, ſic aſſiduis temeritatibus obviare, quaslibet perſonas Eccleſiaſticas, quæ publice arma detulerint, ſuper hæc monitæ nominatim, ſpecialiter & expreſſe, aut prohibitæ per Antiſtitem proprium, vel ejus Vicarium, vel alium ſuper hæc juriſdictionem habentem contra ipſam monitionem & prohibitionem ſpecialem ſecum catervam duxerint armatam, monitione hujuſmodi vilipenſa, ſeu tales ſibi aſſociaverint, ex nunc excommunicationis vinculo innodamus, & ſi excommunicati ſuper hæc legitime moniti de ipſa excommunicatione infra terminum eis præfixum ſatisfacere contempſerint, & abſolutionem etiam cum inſtantia petere, omni beneficio Eccleſiaſtico, quod infra noſtram Provinciam, Civitatem, & Diœceſim obtinuerint, privamus perpetuo, alii libere conferendo; Et nihilominus pro tanto exceſſu uſque ad ſatisfactionem condignam fore ſub fida cuſtodia decernimus detinendos. Diœceſani quoque & eorum Viceſgerentes in licentia exhibenda ſuper armis portandis, cum urgentem cauſam viderint, ſe exhibeant liberales, quoslibet vero tam laicos, quam Clericos noſtræ Provinciæ, Civitatis, & Diœceſis, qui in proprium Prælatum, aut Vicarium aliquem Archipræſulis, ſive Antiſtitis alicujus cum armis & fuſtibus manus injecerit violentas facto, conſilio, vel mandato, aut inſultum per ſe vel per alium fecerint in eumdem, vel inſidiam poſuerint, prædictorum aliquod attentando, ex nunc in his ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, &, ſi Clerici fuerint, ipſos decernimus fore privandos omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, quæ intra noſtram Provinciam obtinent, ſeu etiam obtinebunt, ac decernentes per longum Epiſcopus eos gravari, carceri mancipari. Si autem extiterint laici, præter excommunicationem prædictam, omnibus feudis & honoribus eccleſiaſticis, & emolumentis eoſdem in pœnam eorum decernimus perpetuo fore privatos, & ſi univerſitas, ſeu præſidentes eiſdem, vel Rector, ſive Dominus Civitatis, vel loci, in cujus Civitate, vel diſtrictu, ſeu territorio prædictorum aliquod fuit perpetratum, requiſiti & moniti legitime per ipſum Antiſtitem, vel ejus Vicarium, ſeu Nuncios, vel litteras ejus, uſque ad ſatisfactionem condignam tranſgreſſores hujuſmodi cogere contempſerint, aut procedere contra eos tam Clericos in hac parte, invocato in hoc auxilio brachii ſæcularis, quam

lai-

laicos juxta requisitionem Antistitis proprii, vel ejus Officialis, ex nunc elapso termino, seu terminis eisdem indultis ad facienda prædicta, Civitatem ipsam, ac locum, & suburbia Ecclesiastico supponimus Interdicto, quod quidem interdictum, seu ipsam Civitatem sic fore suppositam interdicto prædicto ex causa prædicta, auctoritate præsentis Concilii, coram personis authenticis publice protestetur, & nunciari vel publicari facere Antistes proprius sine dilatione, vel ejus Vicarius teneatur, cujus interdicti effectum usque ad protestationem & publicationem, seu nunciationem prædictam, ac ipsum interdictum fore suspensos, & fore interim in suspenso, quod immediate post eamdem publicationem & protestationem inviolabiliter decernimus observandum.

R U B. XVII.

De electionibus non celebrandis, laicis existentibus intra locum, ubi celebratur electio.

MAgistra rerum efficax experientia manifestat, quod laici præsentes in electionum tractatu non permittunt eligentes plerumque habere liberum arbitrium eligendi, & eis incutientes timores inducunt ipsos ad eligendum personas, quas alias nullatenus nominarent. Quapropter, ut morbus iste tepescat, & impressiones hujusmodi evitentur, præsenti decreto salubriter ordinamus, quod, cum electio de aliquo Prælato alicujus Ecclesiæ regularis vel sæcularis, seu Monasterii, vel alterius pii loci Civitatis, vel Diœcesis, aut Provinciæ Mediolanensis debuerit celebrari, illi, ad quos spectat electio, qui voluerint, & potuerint interesse, die & hora ad eligendum præfixis, ad tractandum de electione, & ad eam celebrandam conveniant in aliquem locum ad hæc idoneum, & ante ipsum tractatum, & antequam ad hæc conveniant, omnes laicos de ipso loco, ejusque clausura licentient & expellant, & januis clausis, sive ostiis ipsius loci, nullis laicis præsentibus vel existentibus intra locum ipsum, uno vel duobus Notariis & testibus necessariis non suspectis duntaxat exceptis pro scripturis conficiendis, ad tractatum ipsum, & ad electionem procedant legitime, & non ante aliis laicis non existentibus in eodem loco, ubi maxime electio celebratur: electionem vero, quæ aliter celebrari contigerit, ex nunc decernimus nullam esse, & illos ex eligentibus in tota ipsa vacatione ab eligendi potestate suspensos, ad quorum instantiam electionis tempore, seu paulo ante laici ipsi devenerint ad minas aliquas alicui inferendas; ex electione quippe aliqua jus aliquod electo decernimus non acquiri, pro quo eligendo, dummodo non in fraudem, scilicet ut ipsius eligendi electio vitietur, alicui vel aliquibus minæ, vel terrores, seu injuriæ fuerint irrogatæ, vel pro quo eligendo armatorum multitudo, electionis tempore, accesserint ad locum, cui debet de Prælato idoneo provideri ad terrorem incutiendum illis, ad quos electio pertinebit, aut propter quem eligendum ejus agnati, vel amici minas intulerint eligentium consanguineis vel propinquis, laicos vero se in electionum tractatibus immiscentes contra præmissa, vel aliquod præmissorum, excommunicationis sententia innodamus, & ad præmissorum omnium cognitionem, & discussionem decernimus sine strepitu & figura judicii de plano posse procedi, & de his fidem facere præsumptiones legitimas, seu probabiles conjecturas: hanc etiam constitutionem ad omnes electiones, postulationes, & provisiones a personis Ecclesiasticis faciendas extendimus, & locum volumus sibi per omnia vendicare.

R U B. XVIII.

De pœna convenientium Clericos coram Judice seculari.

PRæsentis constitutionis auctoritate firmamus, quod nulla universitas sæcularis, vel Ecclesiastica, sive persona aliqua sæcularis quemquam Clericum, sive personam Ecclesiasticam gaudere debentem privilegio Ecclesiastico, aut etiam Clericali, accuset vel denunciet seu notificet de aliquo crimine vel excessu, aut inquiri procuret, seu conveniat, vel conventum retineat super aliquo facto seu causa in Curia seculari, causa reconventionis a jure permissæ dumtaxat excepta, singulares vero personæ contra hæc attentantes in aliqua sui parte, si monitæ non destiterint & satisfecerint, excommunicentur; universitas vero, & loca ipsarum supponantur Ecclesiastico interdicto, & contra ipsorum familias, si expedierit, procedatur ad ingressum prohibendum. Quæ quidem excommunicatio vel interdictum minime relaxentur, postquam fuerint publicatæ, nisi prius tam parti quam Judici & Ecclesiæ de expensis, & ceteris fuerit integre satisfactum. Rectores vero & Judices sæculares, si moniti legitime per Ecclesiasticum Judicem, & per intervalla non destiterint a processu, & ipsum non fecerint cancellari; ex nunc decernimus excommunicationis vinculo subjacere.

R U B. XIX.

De criminibus inducentibus excommunicationem ipso facto.

ENormia crimina sunt pœnis gravioribus ferienda; ea propter constitutione præsenti sub ostentatione divini judicii prohibemus, super hæc admonitionem generalem publicam, & peremptoriam in præsenti nostro Provinciali Concilio facientes, quod aliqui, sive quisquam intra nostram Provinciam, Civitatem, vel Diœcesim, sponte homicidium facto, aut consilio, vel mandato, vel suggestione perpetrare de cetero non præsumat, aut malitiose in damnum cujusquam ignem apponere per se, vel per alium in alterius messes, Ecclesias, seu domum, seu dolose incendium committere, vel arsuram, aut Ecclesiam aliquam, sive ejus ostia, seu muros rumpere violenter, vel in ea sacrilegium perpetrare, seu deprædationem violentam facere, vel rapinam, aut permanere publice in adulterio, vel incestu, sive cum muliere professa regularem observantiam rem carnalem committere inhonestam, vel scienter in aliqua causa, sive in alterius præjudicium falsum testimonium proferre, vel falsum in Judicio in damnum cujusque scienter facere vel procurare, seu suadere, vel consulere fieri Sacramentum, aut falsum conficere vel confici facere instrumentum aut sigillum alienum falsare, sive litteras, vel falsari facere in dispendium alicujus, sive scienter falsis instrumentis uti in alterius damnum, sive litteris vel sigillis, vel quicquam dare alicui ad

como-

comedendum, bibendum, vel potandum, aut quicquam aliud operari, propter quod non debeat concipi soboles, aut nasci, sive abortivum fieci, aut jocantationes, sacrilegia, auguria, vel maleficia, quæ facturæ, sive præstigiæ vulgariter appellantur, vel invocationes dæmonum pro futuris vel jam commissis aliquibus præsciendis; contrafacientes in aliquo præmissorum ex nunc in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus, necnon executores, seu fideicommissariorum decedentium, & ipsorum hæredes, qui ultra mensem post terminum sive terminos ab ipsis decedentibus constitutos, vel post obitum defunctorum intra menses novem, ubi terminus non fuerit a decedente appositus, distulerint solvere legata, vel judicata per ipsos decedentes ad piaa causas, sive ad opera pietatis, vel consignare, ac solvere pœnitentiariis aut officialibus super hæc per singulos Antistites in suis Civitatibus nostræ Provinciæ deputatis, vel in posterum deputandis ea, quæ pro male ablatis, incertis, vel ipsorum restitutione legari seu relioqui contigerit in futurum, vel hactenus sunt legata, a die publicationis præsentis intra legatis ipsis novem mensibus numerandis. Decernentes, quod ipsorum executorum ultra dictum tempus negligentium & hæredum defectus & negligentia in solvendis, & distribuendis prædictis, per ipsos Antistites suppleantur. Nihilominus contra ipsos fideicommissarios, & hæredes, & ipsos Pontifices, & eorum officiales, ut prædicta solvantur compulsione omnimoda adhibenda, cum invocatione, si opus fuerit, brachii secularis. Statuimus quoque in præmissis, & ad cognitionem & agnitionem prædictorum posse procedi sine strepitu & figura judiciarii ordinis ex officio mero per singulos Pontifices, & Vicarios eorumdem: sub excommunicationis pœna mandantes constitutionem præsentem, seu ejus substantiam, & effectum per Parochiales Ecclesias Civitatis nostræ, Provinciæ, & Diœcesis in locis populosis ab ipsarum Prælatis & Rectoribus singulis annis coram suis Parochianis pluries publicari.

R U B. XX.

De juribus & jurisdictionibus Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, & aliarum Ecclesiarum & Monasteriorum non minuendis.

INdemnitatibus tam Mediolanensis Ecclesiæ & Archiepiscopalis mensæ, quam aliarum Ecclesiarum Cathedralium, & Episcopalium, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum, mensarum Mediolanensis provinciæ, illarumque bonorum & jurium providere volentes, præsentis approbatione Concilii statuimus, & mandamus, quod nulla Universitas, Communitas, & Collegium Secularis vel Ecclesiastica, aliquam Villam, Communitatem, Castrum, Burgum, Terram, vel Locum, ipsi Archiepiscopatui, vel alicui Antistiti, vel alicui Ecclesiæ, Monasterio, sive loco pio provinciæ prædictæ, quoad jurisdictionem Episcopalem, vel honorem, & districtum subjectam, vel suppositam quovis modo, aut ejus subditos, vel prædictorum locorum, vel fideles, seu districtuales, vel in cujus subjectione, vel quasi possessione existat, rebellare, vel subtrahere a subjectione vel obedientia consueta quovis modo præsumat, aut juribus Archiepiscopalibus, vel Pontificalibus, seu alicui ex prælibatis Ecclesiis, sive mensis in juribus quovismodo, quoad proprietatem vel possessionem pertinentibus in tali Terra, Loco, Castro, vel Villa ad aliquem ex eisdem per se, vel per alios in aliquo derogare publice vel occulte, aut molestiam irrogare, seu novitates aliquas vel statuta, ordinamenta, præcepta, vel mandata facere, vel fieri consentire in præjudicium ipsius Archiepiscopalis mensæ, vel alterius prædictorum, seu jurium, aut consuetudinum, aut possessionum illarum, sive dare directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem; singulares vero personas contra hæc attentantes tam Clericorum, quam Laicorum in aliqua sui parte exnunc excommunicationis vinculo innodamus; &, si Clerici fuerint, omnibus beneficiis, bonis, dignitatibus, & juribus Ecclesiasticis, quæ obtinuerint infra nostram provinciam, decernimus perpetuo fore privandos, aliis libere conferendis. Si vero Laici fuerint, omnibus feudis, jure patrimoniatus, juribus, & honoribus, quæ ab Ecclesiis obtinuerint, privamus perpetuo, ad ipsas Ecclesias, a quibus illa obtinebant, libere devolvendis, vel per eas aliis conferendis, ipsosque, nisi prius satisfecerint, privamus Ecclesiastica sepultura; si autem universitates fuerint facientes contra prædicta in aliquo præmissorum, vel major pars ipsarum universitatum, seu Rectores illarum, ex nunc loca & terras illarum decernimus subjacere Ecclesiastico interdicto, quod interdictum plenum decernimus sortiri effectum, & inviolabiliter observandum, quam cito Archiepiscopali mensæ præsidens, vel antistes alius, ad quem prædicta pertinent per suas patentes litteras fuerit publice protestatus, & publicari fecerit seu nunciari per alias Ecclesias publice civitatem, terram, seu locum ex causis prædictis, vel ipsarum altera, ex vigore decreti præsentis fore suppositam Ecclesiastico interdicto, & esse inviolabiliter observandum: ante vero, & usque ad publicationem & protestationem prædictas ipsum interdictum quoad effectum suspensum esse decernimus, & manere totaliter in suspenso. Ad præmissorum autem cognitionem & definitionem procedi volumus contra prædictos sine strepitu judicii, & figura.

R U B. XXI.

De appellationibus & citationibus clandestinis.

APpellationes etiam aliquas & causas legitimas continentes ab alicujus Judicis, Officialis Ecclesiastici, vel Prælati mandato, sententia, val processu quisque per se, vel per alium, non interponant clandestine vel latenter, sed appellare desiderans, Judicem requirat instanter, loco & tempore competenti procurans pro juribus, quod ad eum copia appellationis perveniat, vel ad ejus familiares, ubi Judicis vel Prælati copia haberi nequiverit, quibus ipsam appellationem tradet in scriptis. Notarius vero, qui a positione ipsius appellationis debuerit conficere instrumentum, responsionem, quam ad illam Judex ipse, vel Prælatus fecerit, immediate scribere teneatur post ipsam appellationem, & scribat ante appositionem signi sui, ita quod ipsius Notarii signum sit post ipsam responsionem, & non ante in instrumento de ipsa appellatione conficiendo per eum, si super hæc jussus fuerit ab ipso Judice vel Prælato. Notarium vero hæc recusantem, vel non obser-

servantem, & interponentes appellationes, eisque A dantes super his expressum consilium, vel favorem contra præmissa, necnon citationes latenter vel clandestina, seu fraudulenter fieri procurantes, ut non possint ad citandi notitiam pervenire in præjudicium aliquorum, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus. Instrumenta contra hæc contenta & citationes decernentes penitus non valere.

R U B. XXII.

De regularibus raro convenientibus ad suscipiendas capitulariter disciplinas.

IN plerisque Religiosis domibus, sive locis abolendæ consuetudinis perversitas inolevit, ut degentes in eis vix quater in anno conveniant ad Capitulum ad suscipiendas pro culpis & excessibus secundum regularem observantiam disciplinas. Ea propter præsenti constitutione statuimus, quod cujuslibet Monasterii domus, & Ecclesiæ Regularis Collegiatæ Prælatus personaliter per sa ipsum, aut per alium cum suis Fratribus & conventu, & ipsi cum eo, & quælibet Abbatissa, Priorissa, vel Ministra loci Religiosi, ubi Abbatissa non fuerit, cum suis Monialibus & Sororibus, bis ad minus in septimana, tempore Quadragesimæ, & Adventus, reliquo vero tempore, saltem semel in hebdomada, pro culpis & excessibus Capitulum in loco debito celebrare studeant conventualiter, & tenere, in quo revelatio, & discussio juxta Regulam fiat excessuum & culparum, & disciplinarum impositio pro eisdem, in quo Prælatus seu Tenens vices loco ejus disciplinas imponat, & non alibi, ac pœnitentias salutares in illis imponendis modum debitum non excedens; illi vero, vel illæ, quibus ibi disciplinæ hujusmodi imponentur, eas sine murmuratione suscipiant, & devote adimpleant, alioquin eis disciplinæ hujusmodi duplicentur, &, si ipsas omnino suscipere vel adimplere contempserint, Antistiti proprio, vel ejus Vicario talium pertinacia ex parte ipsius Prælati, vel Prælatæ, quam citius esse poterit, nuncietur. Prælatos namque Regulares, & Prælatas nostræ Provinciæ in his in aliqua sui parte sæpius excedentes, vel tepidos, vel remissos, contra eos, tamquam contra negligentes in officio suo, per ipsum Antistitem, vel ejus Curiam decernimus, & contra subditos delinquentes in præmissis, tamquam contra inobedientes & protervos fore acriter procedendum. Et nihilominus eos sic permanentes usque ad satisfactionem condignam ad aliquos communes tractatus sui Capituli, vel conventus, sicut electiones, receptiones & similia, tam spiritualium, quam temporalium decernimus minime admittendos, & voces eorum interim dormitare.

R U B. XXIII.

De male ablatis incertis non disponendis sine licentia Diœcesani proprii.

COnsiderantes, quod plerique manus extendunt minus licite ad ea, quæ non pertinent ad eosdem, suæ potestatis terminis non contenti, statuimus & sancimus in præsenti Concilio super hæc, personas quascumque Religiosas Ecclesiasticas, & etiam Laicales publice & peremptoria admonentes, quod de cetero aliqua male ablata incerta, de quibus ignoratur, vel ignorabitur, quibus sit restitutio facienda, per se vel alios non distribuant, vel dispensent, sive mandent vel procurent, vel consentiant per aliquem dispensari, aut illa sibi approprient, vel usurpent, sive pro ipsorum male ablatorum restitutione legata sint hactenus, vel in posterum relinquentur, absque Archiepiscopalis, vel Antistitis proprii, seu ejus Vicarii in spiritualibus, aut alterius super hæc per ipsum Antistitem deputati expressa licentia, & consensu. Clericos vero Religiosos, & Seculares, qui excesserint in præmissis, ab ingressu Ecclesiarum & celebratione Missarum suspendi- B mus in his scriptis. Laicos vero, qui contra hæc excesserint, usque ad satisfactionem condignam decernimus non admittendos ad Ecclesiastica Sacramenta, nec ad auditionem seu participationem etiam Divinorum.

R U B. XXIV.

De cautione recipienda ab usurario pro restitutione usurarum, & a quibus debet recipi.

USurarum voraginem utriusque testamenti pagina reprobatam, infra totam nostram Provinciam, Civitatem, & Diœcesim deprimere cupientes, decernimus, & declaramus con- C stitutione præsenti, omnes & singulos usurarios manifestos, quousque de usuris, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum juribus facultatum idoneam præstiterint cautionem, fore privatos communione Altaris & Ecclesiastica sepultura, & ipsorum oblationes recipi non debere, ipsosque non debere absolvi per aliquem, & testamenta, quæ fecerint, non valere, sed esse irrita ipso jure; omnes etiam Religiosos & alios Clericos, qui hujusmodi usurariis communionem Altaris, idest Corpus vel Sanguinem Christi tradiderint, aut eorum oblationes receperint, seu eos ad Ecclesiasticam admiserint sepulturam, fore suspensos ab executione officii D proprii Ecclesiastici, donec satisfecerint juxta Diœcesani proprii arbitrium. Decernimus quoque pœnæ hujusmodi subjacere omnes Religiosos, & Clericos, qui tales usurarios absolverint, aut ad Altaris communionem admiserint sive testamentis, aut sepulturæ interfuerint eorumdem, aut eos receperint ad eamdem, satisfactione plenaria non præmissa, vel non præstita de satisfaciendo idonea cautione: Tabelliones etiam de mutuis & contractibus usurariis vel in fraudem usurarum initis instrumenta conficientes scienter, eisdem, quibus usurarii, pœnis subjaceant ipso facto. Ceterum in recipiendo ab usurariis pœnitentibus, de restituendis E usuris cautione prædicta, hanc statuimus formam haberi, & observari cautelam, ut ante omnia per confessionem usurarii, vel librum seu libros rationum ejus, aut per testes sive instrumenta, vel aliquo alio modo fiat certa & manifesta, si poterit, receptarum quantitas usurarum, non earum tantum, quæ ab incertis, sed etiam, quæ a certis personis, (vel) universitatibus sunt extortæ; Si vero id non sit bene possibile, arbitretur & moderetur quantitatem hujusmodi, ac etiam taxet ille, qui ex vigore præsentis constitutionis receperit hujusmodi cautionem, secundum rectam conscientiam, ex fama, seu vicinorum testimoniis, aut ex conjecturis

ANNO CHRISTI 1311.

aliis verisimilibus informandam, quo facto promittat solemuiter, & juret usurarius in manus ejus, qui, ut præmittitur, hanc receperit cautiooem nomine Curiæ Archiepiscopalis, seu Episcopalis, intra cujus limites usurarius ipse degit, ut vice & nomine omnium, quorum iotersit vel intererit, quod ipse usurarius, si poterit per ipsum commode, vel per alium, seu alios, & in præsentia Vicarii & Officialis dictæ Curiæ ad hæc deputati vel deputandi, aut alibi de expressa tantum licentia dictæ Curiæ sine difficultate qualibet de usuris a se receptis, & ab alio ejus nomine & a patre suo, ceterisque personis, quarum hæreditas ad ipsum pervenit, & de aliis male ablatis, & illicite acquisitis, usque ad quantitatem ipsam taxatam & existimatam, & etiam majorem, si de majori constiterit, satisfaciet his, a quibus usuræ hujusmodi sint extortæ, & alia illicite acquisita, aut eorum hæredibus si poterunt requiri, & quod residuum taxatæ quantitatis, & aliorum male ablatorum & illicite acquisitorum per eos, de quibus non constabit, cui restitutio sit facienda, vel non inveniantur personæ aut hæredes eorum, quibus deberet restitui, libere consignabit dicto Vicario, seu Officiali, pauperibus erogandum juxta beneplacitum dictæ Curiæ sine strepitu judicii & figura, & quod nihil dicet, proponet, allegabit, vel faciet per se, vel per alium, propter quod ipsius Curiæ processus sententiæ, vel præcepta impediantur, vel quomodolibet retardentur circa usurarum ipsarum, & illicite acquisitorum, speciali pacto se, & suos hæredes, & bona sua obligans ad prædicta firmiter observanda, & expresse renuntians specialiter, & generaliter omnibus exceptionibus, & juribus, & defensionibus, secundum voluntatem, & expressionem recipientis hujusmodi cautionem, & pro his attendendis & restitutione, ac assignatione, ut præmittitur, faciendis obliget omnia sua bona recipienti cautionem nomine dictæ Curiæ, & ille se constituat precario nomine a dicta Curia possidere omnimodam libertatem, & potestatem, concedens ipsi Curiæ, & recipienti cautionem eamdem pro ea apprehendendi, distrahendi, & alienandi de ipsis bonis libere & impune, auctoritate propria, & non obstante contradictione cujusque, quicquid & in quantum, & ubi voluerit ipsa Curia usque ad integram restitutionem, & satisfactionem prædictorum, & eorum occasione. Renunciet etiam ipse usurarius, & remittat usuras sibi promissas, & relaxet juramenta, & obligationes sibi factas pro eis solvendis, vel recipiendis. Insuper juret ipse usurarius, quod libros & quaternos rationum suarum, & instrumenta usuraria, & in fraudem usurarum confecta, quæ habet & habebit, & habere poterit quovismodo, dabit, & consignabit per se, vel per alium dicto Vicario, vel ejus certo Nuncio absque dolo, & dimiuutione, sive subtractione aliqua facienda. Faciat etiam usurarius ipse per se, vel per alium ad arbitrium dicti Vicarii, seu Officialis depositum in totum, vel in partem de eo, quod æstimatum fuerit, & taxatum, pro usuris extortum, ut liberius restitutio fiat, quod quidem in cautione ipsa præcipimus stipulari. Præterea ipse usurarius exhibeat, & det pignora, si poterit, vel saltem fidejussores idoneos pro prædictis omnibus observandis, qui ad prædicta una cum hæredibus ipsius usurarii, vel etiam sine eis eodem modo, & sub pœnis, & tenoribus prædictis se obligent principaliter, & in solidum, & sua bona, se constituentes principales debitores in prædictis, qui promittant se facturos, & curaturos cum effectu, quod præmissa per ipsum usurarium observabuntur, & de suo resarcient, & attendent. Renunciantes Divi Adriani beneficio novarum constitutionum de fidejussoribus, & omni alii defensioni, & juri ad arbitrium recipientium cautionem eamdem, ex speciali pacto, & præstantes, ut usurarius, simile juramentum; hæc autem statuimus fieri coram Sacerdote Parochiali, ubi degit usurarius, & testibus fide dignis, ac Notario publico per dictam Curiam destinando, vel ejus mandato, qui recipiat dictas promissiones, obligationem, renunciationem, cautionem, & cetera supradicta, & de his conficiat publicum Instrumentum. Verum si usurarius morte præventus usuras non mandavit restitui, & hanc cautionem præstare non potuit, si tantum signa contritionis in eo apparuerint manifesta, sibi non denegetur Ecclesiastica sepultura, hæredibus ejus, seu consanguineis, vel amicis præstantibus hujusmodi cautionem, secundum modum & formam, secundum quos usurarius ipse præstare, ut præmisimus, tenebatur, alioquin non recipiatur ad Ecclesiasticam sepulturam. Denique cautionem ipsam per prædictos præstandam recipiat Rector Parochialis Ecclesiæ, in qua usurarius habitabat tempore mortis suæ, vel Notarius publicus in Sacerdotis absentia, vel defectu. Sacerdos vero, qui ipsum contra præmissa tradiderit Ecclesiasticæ sepulturæ, suspensionis sententiam ab Ecclesiastico incurrat. Illos namque, quoad prædicta declaramus usurarios manifestos, de quibus per Parochiam, quam inhabitaverint, vel ubi morientur, fama publica fuerit, extorsisse usuras, aliquibus jurantibus etiam in absentia usurarii coram ipso Vicario, vel Sacerdote, illum usurarium extitisse, vel de quibus recepisse usuras per confessionem ipsorum, aut per idonea argumenta, seu alio legitimo modo apparebit. Præsentem vero constitutionem sub excommunicationis pœna præcipimus quemlibet Rectorem Parochialis Ecclesiæ, tam Civitatis Mediolanensis, quam aliarum Civitatum nostræ Provinciæ, necnon Prælatos Collegiatarum Ecclesiarum habentium Parochias Diœcesis dictæ Provinciæ, & Burgorum usque ad quatuor menses recipere, & in suis Ecclesiis retinere, & Proplebanos seu Prælatos Plebium Capellanis Ecclesiarum Plebium suarum bis in anno plenarie recitare, ita quod bis in anno forma prædicta plenius observetur. Et quod ad hæc per Antistites quoslibet, vel ipsorum Officiales quarumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum super usuris eisdem usurariis solvendis, petendis, & exigendis contra quoscumque audientiam exhibentes, & compellentes aliquos ad solvendum usuras alicui statui municipalis, vel consuetudinis, quæ dicenda est potius corruptela vigore directe, & indirecte, cogendo aliquos ad pœnam aliquam persolvendam, vel ut tantam quantitatem pecuniæ debitores ipsis usurariis mutuent tanto tempore, quanto usurariorum pecuniam tenuerunt, vel fraudem aliam adhibentes excommunicationis sententia innodamus.

RUB. XXV.

De usuris erogandis pauperibus, quando non apparet quibus sunt restituendæ.

LIcet usurarum, & illicite extortorum personis, a quibus extorta sunt, aut ipsorum hæredibus, illis non extantibus, sit restitutio facienda; quibus deficientibus, sunt pauperibus eroganda, hæc tantum minus bene in pluribus observatur. Ea propter considerantes, quod non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum; præsenti constitutione sancimus, pro salute decedentium, & viventium, quod quando in cautione de restituendis illicite acquisitis præstita vel præstanda, usurarum extortarum, & illicite acceptorum perceptorum certa quantitas modesata fuerit vel taxata, & de illa restituenda promissio vel cautio facta fuerit, quod postea tempore procedente expensis bonorum hæredis, vel fidejussorum ipsius usurarii, monitiones trinæ vel binæ, & edicta publica & peremtoria, sive præconizamenta per dierum intervalla competentia proponatur in illis competentibus terminis assignatis de mandato speciali, & ex parte Curiæ Antistitis illius Civitatis nostræ Provinciæ, in qua, vel in cujus Diœcesi ipse Vicarius residebat per Ecclesias, seu Vicos, prout ipsi Curiæ videbitur expedire, ut omnes & singuli, a quibus ipse usurarius per usuras, vel alias illicite aliquid extorsit, coram Vicario ipsius Antistitis infra terminos ipsos compareant, expositurі quid, & quantum, & qua de causa ab eis extortum illicite fuerit per eumdem, ita ut ipsis fiat restitutio, prout fuerit facienda; ipsis vero terminis peremtorie elapsis, quicquid superfuerit ad restituendum, seu residuum erit de ipsis usurariis, & aliis male ablatis ex ipsa quantitate taxata, seu expressa infra tres menses, postquam super hæc ex parte dictæ Curiæ hæredes ipsi, seu fidejussores fuerint requisiti in præsentia Vicarii dictæ Curiæ, & ubi fuerit ipsa Curia, seu Officiales ab ipsa Curia deputati, secundum ejus providentiam, & jussionem, seu dispositionem pauperibus, & ad pias causas integre erogentur per ipsos hæredes, seu fidejussores, & plenarie persolvantur, aut ipsi Vicario, vel Officiali assignentur, ut præmittitur, dispensandum. Ipsos namque hæredes, & fidejussores non observantes prædicta, seu obmittentes observari facere cum effectu, decernimus perjuros existere ac infames, & pœnas, ad quas se obligaverant in cautione, vel promissione prædictis, incurrere ipso facto; quarum pœnarum medietatem ex nunc seculari Curiæ Civitatis dicti Antistitis applicandam, aliam vero jubemus pauperibus erogari, si juxta mandatum Ecclesiasticæ Curiæ pœnas ipsas exegerit Curia sæcularis, & Ecclesiasticæ Curiæ consignaverit medietatem pauperibus erogandam, & prædicta per totam nostram Provinciam, Civitatem, & Diœcesim non solum ad futura, sed etiam ad præterita, & quoad hæredes, & fidejussores defunctorum usurariorum, a quinque annis citra, extendi statuimus & jubemus, & sibi locum in ipsis per omnia vendicare.

RUB. XXVI.

De monitione facienda a Presbyteris pro legatis ad pias causas.

ANimarum saluti volentes salubriter providere, statuimus, & sancimus, quod Rectores, & Capellani Ecclesiarum nostræ provinciæ, civitatis, & diœcesis Mediolanensis, habentium Parochianos, sive Collegiatæ fuerint, sive non, singulis duobus mensibus, aut tribus saltem, semel in Ecclesiis suis monitionem publice faciant & generalem, ex parte Antistitis proprii, sub excommunicationis pœna mandantes, quod omnes & singuli Notarii, qui testamenta, codicillos, vel aliam scripturam fecerint hactenus, a quinque annis citra, vel facient in futurum super ultimis voluntatibus defunctorum, illa Vicario dicti Antistitis, seu Rectori, vel Capellano notificare debeant, & tradere transcripta in forma publica infra dies quindecim a monitione hujusmodi numerandos super his, quæ relicta fuerint ad pias causas, & pro male ablatis incertis animarum salute, ac remedio peccatorum, ne diu remaneant insoluta de ipsis scripturis ab Ecclesiastica Curia solutionem pro modo Curiæ debitam recepturi: & quod ipsi Rectores & Capellani Legata ipsa Ecclesiasticæ Curiæ, vel ejus Vicario, quantu citius commode poterunt, debeant intimare, nec non pro male ablatis incertis infra dies quindecim, postquam ad notitiam quovis modo pervenerint eorumdem, Alioquin Rectores, & Capellani prædicti per locorum Ordinarios puniantur, qui monitionem obmiserint, & notificationem Diœcesanis, vel eorum Vicariis faciendam. Notarios vero, qui prædictis monitionibus, & requisitionibus non paruerint cum effectu, excommunicationis sententia innodamus.

RUB. XXVII.

De bannis contra Clericos, & statutis Laicorum examinandis per Episcopos.

DUm per felicis recordationis Venerabilem in Christo Patrem Dominum Gofredum, miseratione Divina Presbyterum Cardinalem tunc Apostolicæ Sedis Legatum in quibusdam partibus Lombardiæ, nec non per bonæ memoriæ quondam Ottonem prædecessorem nostrum quibusdam edictis, & statutis pro animarum salute, & conversatione Ecclesiasticæ libertatis, illa recensentes, & etiam innovantes in præsenti Concilio Provinciali statuimus, & provide ordinamus omnia banna, statuta, præcepta, & ordinamenta, quocumque nomine censeantur, hactenus facta, & quæ in posterum contigerit attentari per quoscumque Rectores, Universitates, Consiliarios, & Dominos temporales contra Deum, & Ecclesiasticam libertatem, vel personas Ecclesiasticas: seu contra Ecclesias, bona, & jura illarum, fore irrita ipso jure, & de ipsorum libris totaliter abolenda, nec aliqualiter observanda; Transgressores autem decernimus excommunicationis vinculo subjacere, huic adjicimus sanctioni, quod quælibet Universitas, & Commune nostræ Provinciæ in suo statutario ponere teneatur, quod si aliquod statutum contra prædicta, ubi sit, vel in posterum conscribetur, Rectores, vel Universitates, seu aliqua, ad ejus absentiam minime teneantur

tur ex vigore alicujus promissionis, vel juramenti præstiti, vel præstandi. Ipsæque Universitates, Consiliarii, Consules, & Rectores librum statutorum, vel statuta sua Antistiti proprio, & Archipræsuli, seu ejus Vicario eligendum, & examinaudum annis singulis tradere teneantur in totum fideliter sine fraude, ut videri, & examinari possit, an ibi sit contra quicquid Ecclesiasticam libertatem, vel derogationem Fidei Orthodoxæ; quoties ex parte ipsius super hæc ipsi, vel Majores, seu Rectores Universitatis fuerint requisiti, & ad ejus monitionem emendent, & corrigant quicqnid ibi fuerit contra Fidem Catholicam, vel in derogationem Ecclesiasticæ libertatis, seu in Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum præjudicium, & jacturam sive directe, aut etiam indirecte. Quod si facere contempserint, & ipsa Universitas Ecclesiastico subjaceat interdicto, & Rectores, & Cousiliarii, & Consules excommunicationis incurrant ipso facto sententiam. Ordinarii vero locorum prædicta exequi studeant, & se in prædictis non exhibeant negligentes. Oppressionibus, violentiis temerariis, & effrenatis, quas innocentes a nocentibus patiuntur assidue, occurrere, prout est possibile, cupientes statuimus, & sancimus præsentis approbatione Concilii, quod aliqua persona civitatis, vel diœcesis, aut provinciæ Mediolanensis, seu quæ degerit intra illas, Ecclesiastica, vel secularis, Universitas, Capitulum, vel Conventus absque Diœcesani proprii, aut ejusdem Vicarii auctoritate, licentia, vel mandato, aut alterius Judicis competentis ex delegata aut ordinaria potestate, aliquem Archipræsulem, seu Pontificem, aut alterius pii loci Prælatum, sive Clericum, vel Rectorem intra ipsas Civitates, Diœcesim, aut Provinciam, qui ad præsens est, postquam canonice institutus fuerit ad eamdem, vel possessionem obtinet ad præsens, vel obtinuerit pacificam auctoritate Judicis competentis ipsarum dignitatis Ecclesiasticæ, Hospitalis, vel præbendæ, Monasterii, vel etiam pii loci, spoliare quomodolibet non præsumat illis, aut illarum perceptione, seu percipiendi ex ipsis redditus, & proventus in totum, vel ipsarum magna parte, nisi forte ipse institutus, vel possessionem adeptus modo prædicto foret illa privatus perpetuo, vel declaratus per legitimam sententiam competentis Judicis, sive juris post legitimam institutionem, sive possessionis acquisitionem aut per se, aut per alium illi occulte, vel publice timorem incutere, seu minas, sive quidquam extra judicium dicere, facere, vel tractare propter quod verisimiliter timere habeat residere apud illum, vel necesse discedere ab eadem, neque præsumat quicquam facere vel tractare per se, vel per alium, seu alios aliquos adhærentes inducere, propter quod ipsi instituto vel possessori de illa, & ipsius juribus, & redditibus non respondeatur plenarie, sicut prius neque inducere vel suggerere quibuscumque, & maxime subditis, vel hominibus etiam secularibus ipsius dignitatis, vel jurisdictioni ejus subjectis aut suppositis quovis modo, ut ipsi Prælato, Archipræsuli, vel Antistiti, vel Rectori non intendant, vel obediant, sicut prius, seu ab ejus obedientia aliquatenus resipiscant, vel ut conspirationem sive legam, vel conjunctionem, seu confœderationem faciant de persequendo, vel molestando eum, vel in sua possessione aliquatenus perturbando, aut de jurisdictione, statu, vel honore, aut quiete illius minuendis; quoslibet vero alicujus prædictorum temerarios transgressores tam Clericos, quam Laicos, ex nunc auctoritate præsentis Concilii excommunicationis vinculo decernimus subjacere ac fore privatos, si Laici fuerint in obitu, nisi condigne satisfecerint, Ecclesiastica sepultura, ipsosque fore inhabiles ad beneficia Ecclesiastica obtinenda; si vero Clerici fuerint, eosdem, præter excommunicationem prædictam, omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinuerint, privamus perpetuo, aliis personis libere conferendis. Universitatem vero, Capitulum & Conventum, quæ excesserit in aliquo præmissorum, sive major pars ejus excesserit, vel ejus Consiliarii, vel Rectores, aut quæ non prohibuerit prædicta quam cito poterit prohibere, certificatis vel requisitis ejus Rectoribus super his, Ecclesiastico supponimus interdicto, ex vigore præsentis Concilii, nec non terram, & locum ejusdem interdicto generaliter subjacere decernimus, si monita, vel ejus Rectores non emendaverit, & in totum sine fictione revocari non fecerit temere innovata ab illa die in antea, qua etiam solus Diœcesanus loci sine aliquorum requisitione, dixerit publice, vel ounciaverit terram, & locum ex causa hujusmodi ex vigore præsentis Concilii interdictos. Ad cognitionem quoque, & executionem præmissorum, & in prædictis, per Diœcesanum proprium, vel ejus Vicarium statuimus ex officio posse procedi de plano sine strepitu judicii & figura.

R U B. XXVIII.

De subsidio faciendo Episcopo exulanti per illos de Provincia.

ET si ad opera pietatis, & subjectiones impendendas quibuslibet Catholicis indigentibus, notis videlicet & ignotis ex Ecclesiarum redditibus, universi Clerici & Prælati obnoxii sint censendi; quanto fortius tenentur sibi ad invicem habentes egentibus mutuo subsidio subvenire, præsertim Sacerdotes & inferiores Prælati, qui discipulorum septuaginta duorum loca tenent subsidium habendum (si) egentes fuerunt Pontificibus impartiri, qui Apostolorum typum gerunt in Ecclesia militante, & Episcopi Coepiscopis, & maxime Comprovincialibus ad hæc teneutur? omne quippe genus consuevit secundum naturam in suo congenere delectari & compati multum illi; sane sicut ipsa magistra rerum efficax experientia manifestat, & nostris temporibus novimus sæpius accidisse intra Italicas partes, & præcipue intra Mediolanensem provinciam, plerique Pontifices tum peste tyrannica, tum perfidia civium faciente, extra civitates & sedes proprias exularunt, bonis & redditibus Ecclesiasticis spoliati, quasi miserabiliter mendicantes; ea propter præsenti provinciali Concilio approbante providemus salubriter & sancimus ad exulantium Pontificum indigentiam sublevandam, & ad caritatem Clericorum mutuam & debitam conservandam, ac Cleri opprobrium abolendum, quod si de cetero contigerit Archipræsulem Mediolanensem vel quemquam Antistitem Mediolanensis provinciæ suffraganeum extra civitatem & diœcesim propriam exulare propter tyrannicam pestem, sive aliquorum civium perfidiam, aut persecutionem populi sævientem, seu partialitates inibi vigentes, schisma, vel causam aliam consimilem, eo quod non audeat, vel non possit in propria sede manere, & libere officio suo fungi, quælibet

ANNO CHRISTI 1311.

libet alia civitas, locus & burgus, ejusque Clerus & Populus ejusdem provinciæ eumdem ibi residere volentem teneantur benigne recipere ex parte ipsius requisiti, ipsumque dum resederit ibi caritative tractare, & ipse Metropolitanus, sive Antistes, ibi residens possit in illa Civitate, Burgo, vel Loco auctoritate præsentis Concilii jurisdictionem tam contentiosam, quam voluntariam in suos dumtaxat subditos, & Parochiam propriam, ac pro suis & Ecclesiarum suarum, Clericorum & Parochianorum suorum negotiis, & contra illos, ut expediens fuerit, exercere, & libere illa uti, & quod illius Civitatis, burgi & loci Diœcesanus, aut Capitulum Sede Vacante, seu illius Vicesgerens, si requisitus fuerit, eidem statim debeat licentiam impartiri super jurisdictione hujusmodi exercenda, alioquin ingressum Ecclesiæ ex vigore constitutionis præsentis ipso facto sibi noverit interdictum; Civitatem vero, Locum & Burgum, ejusque Populum & Universitatem, non recipientes eumdem benigne, vel residere ibi minime permittentes, aut se super hæc difficiles exhibentes, etiam si tantum Majores vel Rectores ipsius Civitatis fuerint in culpa, ex nunc usque ad satisfactionem condignam Ecclesiastico supponimus interdicto; Consiliarios, Consules & Rectores ejusdem in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus, dummodo ille burgus, vel locus sit talis, in quo ad ingrediendum & egrediendum, & hospitandum recipiantur communiter alii transeuntes, vel non sit talis, in quo non permittantur aliqui alienigenæ, vel paucissimi introire. Civitatem vero propter causam prædictam a receptione ipsius exulantis, & ibi residere volentis a dicta pœna non intelligimus excusari, quam pœnam ipsam Civitatem decernimus incurrere, quando ipse burgus, vel locus his inobediens ad jurisdictionem pertinet ipsius Civitatis de facto possidentis dominium super illum, ex quo sciens non purgaverit ejus culpam, quam quidem excommunicationem & interdictum per Diœcesanum loci, aut ejus Vicarium per se, vel per alios sæpissime, & in multis locis publicari jubemus, & inviolabiliter præcipimus observari; quod si requisitus non fecerit, ab ingressu Ecclesiæ sit suspensus.

Præterea ut inter Comprovinciales Antistites individuæ unionis vigere vinculum opere comprobetur, & erga ipsos foveri ab inferioribus filialis reverentia, dilectio intima, & fervor affectionis plenius declarentur, quemadmodum septuaginta duo discipuli Apostolos tamquam Patres prosequebantur sinceritate purissima; huic adjicimus sanctioni, quod non solum ad exulantis Præsulis requisitionem ad Romanum Pontificem, ejusque Legatum, sed ad Principem etiam secularem ex parte omnium Comprovincialium Præsulum & ipsorum etiam Clericorum pro exponendis violentiis, quæ ipsi Antistiti exulanti inferuntur, & aliis in favorem ipsius requirendis, unus Nuncius providus & discretus, quem ipse Antistes ad hoc assumpserit cum ipsorum omnium litteris transmittatur, non tamen possit ad eumdem, quem elegerint, invitum compellere quoquomodo de communi collecta Comprovincialem, & expensis communibus eorumdem ad certum terminum per Archipræsulem deputandum solvenda, quæ collecta per Provinciam inter Coepiscopus & Cleros Provinciæ proportionaliter dividenda per Archiepiscopum, prout in solutione aliarum Ecclesiarum fieri consuevit, ac solvendum infra mensem, postquam per ipsum Antistitem fuerit requisita, ita tamen, quod postquam semel missum fuerit pro prædictis, non teneantur ulterius Nuncium destinare: cui quidem Nuncio pro ipsius expensis qualibet die quadraginta solidos Imperiales prætaxamus computatis dictis vulgaribus in eundo & redeundo, secundum locorum distantiam & temporis qualitatem. Pro stando vero sibi mensem tantummodo ordinamus; Pontifices vero, qui se difficiles vel negligentes exhibuerint in præmissis, ipsorumque Vicarios difficiles & negligentes se exhibentes suspendimus a Divinis; inferiores vero, qui solvendo partem eis impositam de prædictis, vel in aliis circa hæc malitiam exhibuerint, sive fraudem, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & Capitula & Conventus in his scriptis delinquentia Ecclesiastico supponimus interdicto. Addentes insuper & firmantes præsentis approbatione Concilii, quod ad instantiam ipsius exulantis Provinciales Præsules per se, vel per alios, quos ad hæc teneri & exequi sine difficultate post requisitionem ipsius immediate decernimus, alias ex nunc ingressum Ecclesiæ noverint interdictum. Universitatem & Communitatem, ejusque Rectores Civitatis, sic exulare suum Antistitem vel Pontificem patientes ex ipsorum parte, & totius Cleri Provinciæ per idoneos Nuncios seu litteras moneant & inducant, ut ipsum Metropolitanum suum, (seu) Pontificem exulantem infra mensem sibi reconciliare procurent, & sic provide ordinare, quod illi de suis juribus & redditibus, ac dignitatis suæ respondeatur ad plenum, & quod possit in propria Civitate secure & libere redire, & ibi officio suo fungi; si vero ipsorum monitionibus infra ipsum mensem non paruerint cum effectu, vel cum ipso exulante non duxerint aliter componendum, ex nunc statuimus & sancimus, quod singuli Diœcesani, aut gerentes vices eorum in suis Cathedralibus Ecclesiis, & in multis aliis sine dilatione monitionem ex parte sua, & ex vigore præsentis Concilii juxta requisitionem exulantis faciant per se, vel per alios generaliter publicam & peremptoriam, quod aliqui de suis Civitatibus & Diœcesibus culpabiles, quos ipse exulans duxerit nominandos, non recipiant in eisdem, vel eorum domibus, seu hospitiis de Civitate ipsius exulantis, in contra facientes excommunicationis sententiam promulgando, quo singulis diebus Dominicis, aliisque solemnitatibus faciant in specie excommunicatos in multis Ecclesiis publice nunciari, exponendo, quod illa Civitas est sacrilega, & Pastorum Ecclesiæ persecutrix, ac excommunicationem, & claves Ecclesiæ, & mandata ipsius salubria vilipendens, hosque tales transgressores constitutione præsenti suspendimus, post monitionem prædictam excommunicationis vinculo decernimus subjacere, nec non ad monitionem, & excommunicationem spiritualium & singularum personarum circa hæc delinquentium debere procedi per ipsos Diœcesanos, si super hæc ex parte exulantis fuerint requisiti, ipsisque prædicta negligentibus interdicimus ingressum Ecclesiæ, & ipsorum Vicarios in his tepidos & remissos suspendimus a Divinis, statuentes in singulis Conciliis Provincialibus prædicta omnia recitari, & plenam inquisitionem fieri, utrum per quoslibet observata fuerint omnia suprascripta, & culpabiles pœna durissima puniendos.

RUB.

RUB. XXIX.

De casibus pœnitentialibus Episcopis reservatis, & referendis ad eos pro pœnitentia obtinenda.

NOn solum in foro contentioso, sed etiam in foro pœnitentiali nullus ligari potest a non suo judice, vel absolvi, & quidam pœnitentiales casus existunt Pontificibus solummodo reservati, in quibus de jure inferioribus potestas non competit absolvendi. Ea propter, ne quisquam in Sacerdotio constitutus circa eos aliquem decipiat, vel potius semetipsum, præsenti constitutione sancimus, quod nullus Presbyter inferior Episcopo, cujuscumque dignitatis extiterit regularis, aut etiam secularis existens, absque auctoritate, & præsentia sui Archipræsulis, sive Pontificis, vel ejus Vicarii in spiritualibus, nisi super hæc Apostolicæ Sedis privilegio, aut consuetudine approbata, vel a jure fuerit præmunitus ad infrascriptos casus pœnitentiales suam potestatem extendat, vel se aliquatenus intromittat de aliquibus in foro pœnitentiali, articulo mortis dumtaxat excepto, vel ipsorum aliquo absolvendis; contra facientem vero Presbyterum secularem, vice qualibet in centum solidos Papienses Diœcesani Curiæ condemnamus in pios usus convertendos, & absolutionem talem, tamquam a non suo Judice factam decernimus nullam esse, quos per singulos Antistites in suis constitutionibus Synodalibus inscribi volumus, & haberi.

Primo videlicet de excommunicato quacumque excommunicatione lata ab homine, constitutione aliqua, vel a jure.

II. De hæretico credente, vel fautore, vel participatore scienter hæretico, & eorum etiam defensore.

III. De committente incestum in tertio gradu, vel proximiori sanguinitatis, vel affinitatis.

IV. De muliere professa regularem observantiam adulterium perpetrante.

V. De contrahente matrimonium de facto cum aliqua, prima uxore vivente; & etiam e converso.

VI. De suscipiente Ordinem Sacrum, vel Religionem intrante, invita uxore, post carnalem copulam subsecutam.

VII. De conjuge, qui in mortem alterius cum effectu fuerit machinatus.

VIII. De muliere ex alio viro filium concipiente, quem vir proprius filium credit esse suum, & tamquam proprium illum nutrierit, vel sibi partum supponentem alienum, & de ad hæc dantibus consilium, auxilium, vel favorem.

IX. De virginum vi oppressarum, vel raptarum defloratione.

X. De perimente prolem propriam studiose, vel etiam negligenter.

XI. De procurante scelerlatem in aliqua, vel se ipsa quomodolibet, vel abortum.

XII. De perpetrante homicidium sponte, facto, præcepto, consilio, vel oratione, vel aliquo quovis modo.

XIII. De commutatione voti, vel ejus juramenti.

XIV. De his criminibus, quibus est gravis pœnitentia injungenda.

XV. De Simoniaco quovis modo, præterquam si mortalis fuerit simonia.

A XVI. De illo, qui detinet illicite beneficium Ecclesiasticum, vel bona Ecclesiastica sive jura.

XVII. De incendiariis, & famosis latronibus.

XVIII. De sacrilegium committente, & Ecclesiam publice polluente sanguinis, aut seminis effusione cujusquam.

XIX. De violatore Ecclesiasticæ libertatis.

XX. De tonsuratis, vel promotis ad Ordines per alienum Episcopum, suo Antistite non consulto.

XXI. De celebrante excommunicato, suspenso, aut etiam interdicto.

XXII. De Presbytero revelante peccatum in foro pœnitentiali sibi detectum.

XXIII. De celebrante cum sacris vestibus so- B lemniter & publice in Sacro Ordine, quem non habeat.

XXIV. De Clerico fornicatore publico, vel concubinario manifesto; item de Clericis scienter recipientibus in Cœmeterio Ecclesiæ vel (in) Ecclesia sepelientibus corpus scienter alicujus excommunicati, suspensi, vel etiam interdicti.

XXV. De abluente ostia sacro Oleo, vel Chrismate.

XXVI. De Sortilegis, Divinis, & Dæmonum invocatoribus.

XXVII. De falsum testimonium proferente, vel falsitatis, seu falsarii procurante instrumentum, literas, vel sigillum alienum in præjudicium alicujus.

C XXVIII. De irrogante patri, vel matri enormem injuriam corporalem.

XXIX. De blasphemante publice Deum, vel Sanctos ejusdem.

XXX. De suspensis, excommunicatis, vel interdictis, aut transgressoribus constitutionum Provincialium, vel Synodalium Antistitis cujuscumque.

Religiosos vero se intromittentes auctoritate propria de absolutione in aliquo casu prædictorum, cum propria careant, ab audientia confessionis suspendimus, usque ad satisfactionem condignam justa Diœcesani arbitrium faciendam; Vicarios vero in spiritualibus, sive Pœnitentiarios, cujusque Diœcesani in Sacerdotio D constitutos pœnis & inhibitionibus præsentis constitutionis non intendimus alligatos, nisi expresse, & specialiter hæc fuerint interdicta. Ceterum si committens aliquod de prædictis criminibus, vel delictis a Confessore monitus & inductus venire aliquo modo noluerit ad Diœcesanum proprium, vel ejus Vicarium in spiritualibus, sive Pœnitentiarium Generalem pro obtinenda pœnitentia salutari; Si peccatum ejus occultum fuerit, Confessor ipse quam citius commode fieri poterit, ipsius Diœcesani, vel Vicarii, seu Pœnitentiarii exposcat consilium super illo. Si autem peccatum ipsum fuerit manifestum, peccator ipse venire præcise ad dictum Antistitem, Vicarium, vel Pœnitentia- E rium compellatur, nisi foret in mortis articulo constitutus, vel impedimento longi temporis, sive perpetui præditus, quo casu Confessor ipse dicti Præsulis, Vicarii, vel Pœnitentiarii consilium requirere teneatur.

RUB.

RUB. XXX.

De fide facienda institutionis post acquisitam possessionem beneficii coram Diœcesano proprio, vel ejus Vicario.

SÆpe contingit, quod aliqui minus canonice, alii vero per eos, ad quos non pertinet, instituuntur de facto ad Ecclesias, & Præbendas; plerique autem ad illas temeritate propria se intrudunt; ea propter ignorantiam facti & eorum, quæ in facto consistunt, Diœcesanis locorum hæc ignorantibus, Ecclesiæ ipsæ per tales detinentur illicite occupatæ. Quapropter volentes animarum periculis obviare, & institutiones illicitas corrigere, sicut decet, aditumque intrusionibus præcludere remediis opportunis, præsenti constitutione sancimus perpetuo valitura, quod quicumque de cetero in Civitate, seu Diœcesi, vel Provincia Mediolanensi adipiscetur, vel obtinuerit dignitatem, rectoriam, beneficium, vel præbendam alicujus Ecclesiæ Regularis vel Secularis, Monasterii, Hospitalis, vel alterius Pii Loci ab alio, quam a suo Diœcesano, Episcopo seu Archipræsule, sive etiam ab alio, quam ab ipso institutus vel confirmatus fuerit ad easdem, postquam ipsius Ecclesiæ, Dignitatis, Hospitalis, Rectoriæ, Beneficii, vel Præbendæ possessionem pacificam habuerit, vel per eum steterit, quo minus eam fuerit assecutus, quamvis de illa quæstionem in judicio patiatur, faciat plenam fidem, infra mensem de sua institutione exhibens sui tituli & institutionis jura coram proprio Diœcesano, Pontifice, seu Archipræsule, aut ejus Vicario Generali inspicienda & examinanda per eum, & personaliter compareat coram eo, justo impedimento cessante, ut qualis sit institutus hujusmodi cognoscatur. Qui vero legitimo & justo impedimento cessante, prædicta contempserit observare, a perceptione fructuum & administratione, usque ad satisfactionem condignam, ipsius Dignitatis, Beneficii, Rectoriæ, & Præbendæ ex vigore præsentis Concilii sit suspensus. Et si per annum sic suspensus permanserit, ipsa Dignitate, Rectoria, Præbenda, & Beneficio perpetuo sit privatus, alii personæ libere conferenda, & ad conscribendum talium jurium productionea, & præsentationes, per singulos Diœcesanos deputari jubemus unum, vel duos Notarios fide dignos, ceteris hæc conscribendi licentia interdicta, ne his fraus aliqua committatur.

RUB. XXXI.

De Apostatis non promovendis ad dignitates, vel Parochiales Ecclesias, seu alia Ecclesiastica beneficia.

EVagandi materiam a Religiosis quibuslibet nostræ Civitatis, ac Diœcesis, & Provinciæ Mediolanensis amputare volentes, & apostasiæ vitium, in quantum possumus, extirpare, ac animarum saluti salubriter providere, præsenti nostro approbante Concilio statuimus, & sancimus, quod nullus Monachus, vel regularis Canonicus, seu alius regularis cujuscumque ordinis vel professionis existat, qui Monasterium vel locum, in quo morari deberet, & in ipso secundum regulæ suæ professionem Domino famulari, exierit, vel propter ejusdem A defectus & vitia per Prælatum suum, & Fratres fortassis expulsus, aut temeritate propria, lasciviendi causa recedens, apostasiæ vitium incurrendo, quamdiu in eadem enormitate, & apostasia permanserit, eligatur, postuletur, præsentetur, sive nominetur ad aliquam dignitatem vel personatum Regularem vel Secularem, cum Cura vel sine Cura, sive Parochialem Ecclesiam, vel ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, sive de ipsis, vel eorum altero provideatur, vel conferatur eidem; alioquin omnes & singulas electiones, postulationes, præsentationes, nominationes, provisiones, & collationes, quas contra præsentem constitutionem fieri contigerit, ipso facto ex nunc decernimus esse nul- B las, & ex ipsis electionibus, postulationibus, præsentationibus, nominationibus, provisionibus, & electionibus præfatis personis nullum volumus jus acquiri, ipsosque, si eisdem consentire, & eas prosequi præsumpserint, & a præsentatione non destiterint, per locorum Ordinarios legitime moniti, in his scriptis excommunicationis sententia innodamus.

RUB. XXXII.

De registris, & extimis faciendis de bonis Ecclesiarum, ut collecta & onera æqualiter persolvantur.

C QUoniam, sicut experientia facti nos edocuit manifeste, in exigendis & solvendis taleis, & collectis, ac oneribus subeundis, quæ in nostra Civitate, Diœcesi, & Provincia Mediolanensi imponi contingit tam per Legatos Sedis Apostolicæ, & ejus Nuncios, quam alias, Ecclesiæ, Monasteria, & alia Pia loca, Clerici, & personæ Ecclesiasticæ plurimum aggravantur pro eo, quod secundum facultatum potentiam inter ipsas Ecclesias, Monasteria, & alia Pia Loca, Clericos, & personas Ecclesiasticas non distribuuntur per illos, per quos est ipsa distributio facienda, sed potius indiscrete minus habenti in facultatibus plus ex ipsis, & plus habenti minus imponitur contra Canonicas D sanctiones. Volentes itaque huic morbo salubriter providere, & scandali materiam a nostris subditis amovere, præsenti Concilio approbante sancimus, quod quilibet Prælatus, Rector, Præpositus, Capitulum, & Conventus tam Regularis, quam Secularis, Ecclesiæ, Monasterii, Hospitalis, & alterius Pii Loci per nostram Civitatem, Diœcesim, & Provinciam constitutus, assumptus, aut etiam assumendus in posterum, etiam si Pontificali præfulgeat dignitate, inventarium, seu registrum de novo de bonis ad easdem Ecclesias, Monasteria, Capitula, & Conventus, & alia Pia Loca spectantibus fideliter, & absque fraude seriatim infra sex menses a publicatione præsentis constitutionis facere te- E neatur, ipsumque Inventarium seu registrum Archipræsuli, seu Antistiti proprio, vel ejus Vicario præsentare infra terminum prælibatum: ipse quoque Antistes teneatur, & debeat secundum inventarium hujusmodi, & vires & facultates locorum superius positorum una cum aliquibus bonis viris expertis, quos de sua Civitate, & Diœcesi duxerit assumendos, æstimum facere bonorum & facultatum in eodem inventario positarum, ita quod secundum æstimum, sive æstimationem prædictam collectatum & talearum fieri valeat distributio inter ipsos Rectores, Prælatos, Ecclesias, Monasteria, Capitu-

pitula, & Conventus, & alia Pia Loca, cum ab eis fuerint persolvenda, prout magis vel minus ex ipso æstimo fuerit per loci Diœcesanum, vel ejus Vicarium facienda; de quibus registsis & inventariis & taxationibus sive æstimis, quæ æstima infra alios sex menses prædictos immediate sequentes per locorum Diœcesanos fieri volumus, & mandamus, librum conscribi manu publica pes singulos Diœcesanos nostræ Provinciæ eorum expensis præsenti sanctione jubemus, ut ad ipsum, cum opus fuerit, valeant habere recursus. Pontifices autem, & eorum Vicarios, qui contra fecerint, vel in præmissis tepidi fuerint, vel remissi, a Divinis Officiis suspendimus in his scriptis. Prælatos vero, Rectores, & Clericos cujuscumque ordinis & conditionis existant, contrarium facientes, excommunicationis sententia innodamus. Capitula vero, & Conventus Ecclesiastico supponimus interdicto. Constitutionem præsentem tam ad Clericos præsentis temporis, quam futuri, decernentes sibi locum pes omnia vendicare.

R U B. XXXIII.

De habitu honesto portando per Prælatos, & Canonicos Cathedralium, ac Rectores Parochialium Ecclesiarum.

QUia incompositio corporis incompositionem mentis indicat, propter quod quarumdam vestium modus Clericalem modestiam dehonestat, præsenti constitutione, sacri approbatione Concilii sancimus, statuimus, & firmamus, quod nullus Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, seu Prælatus, vel Rector regularis vel secularis Collegiatæ, vel Parochialis Ecclesiæ, cujuscumque ordinis & conditionis existat, intra Civitatem, Diœcesim, & Provinciam Mediolanensem constitutus capucium ad formam, sicut vulgariter dicitur, supra caput portare præsumat, sed circa collum, vel post collum portent capitium omnes & singuli supradicti, & birretum supra capita deferant, attonsis capillis, & decenti corona, ut sicut a Laicorum cœtu separati esse noscuntur, etiam ab ipsis vita, & moribus dividantur; alioquin contrarium facientes in viginti solidos Papienses pro qualibet vice in usus pios convertendos Antistitis proprii Curiæ condemnamus.

R U B. XXXIV.

Contra seculares Potestates capientes Nuntios Ecclesiasticæ Curiæ, & non permittentes litteras ipsius Curiæ sibi portari.

DEtestandæ quorumdam improbitatis Secularium Potestatum abusum non verentium capere in dispendium Ecclesiasticæ libertatis, & animarum suarum periculum Nuncios Ecclesiasticæ Curiæ, cum per eam ipsis Potestatibus Nuncios destinari contigit, ac etiam impedire, ut sibi litteræ Ecclesiastici Judicis præsentari non possint, propter quæ Clericorum jugulationem, & rerum Ecclesiasticarum amissionem provenire, experiri didicimus, reprimere cupientes, præsenti valitura constitutione sancimus, sacro Concilio approbante, quod nullus deinceps Vicarius, Rector vel Potestas, vel Judex secularis quocumque nomine censeatur, cujuscumque status vel conditionis extiterit, Civitatis, Castri, Burgi, Villæ, vel Loci intra nostram Civitatem, Diœcesim, & Provinciam constitutus, vel ipsorum locorum universitas Nuncios, sive Nuncium Archiepiscopalem vel Antistitis alicujus, seu alterius Ecclesiastici Judicis, vel ejus Curiæ, nostræ Provinciæ, capere vel capi facere aut mandare, seu permittere per Ministros ejus id fieri, seu in persona, vel bonis offendere quoquomodo præsumat, cum ad eos pro aliquibus litteris præsentandis, vel ambasciatis faciendis per ipsos Archipræsulem, Antistitem, vel Ecclesiasticum Judicem fuerint destinati, ne impedire quovis modo, quin ipsi Nuncii possint ad eos pro prædictis accedere faciendis, & litteras prædictorum Antistitum, & Judicum Ecclesiasticorum præsentare eisdem, alioquin singulares personas quaslibet contra facientes excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis; universitatem vero, cujus omnis, vel major pars, vel consiliarii contrafecerint, Ecclesiastico supponimus interdicto. Postquam autem Archipræsuli, sive Antistiti, vel alteri Ecclesiastico Judici constiterit de malitia præfata, & contemptu Vicarii, Rectoris, Potestatis, & Ministri superius positorum, liceat eis ambaxatam, monitionem, litteras & processus, quos idem secularis Vicarius, sive Rector, sive Universitas, vel alii, ut superius expressum est, sibi fieri vel præsentari prohibuit, & quæ contra ea subsequentes fuerint facienda per Ecclesiasticum Judicem, dicta excommunicatione durante, publicare & publicari facere in suis Ecclesiis, vel aliis loco, seu locis vicinis, prout sibi fieri posse commodius visum fuerit expedire, & ipsæ monitiones, litteræ & processus, & earum pœnæ sic arctent universitates easdem, & Judices seculares, ac alios suprascriptos, sicut eis præsentatæ, & factæ personaliter extitissent.

Ut igitur circa constitutiones, provisiones, & ordinationes per nos Castonum Archiepiscopum supradictum, & jure Metropolitico Mediolanensis Provinciæ præsidentes editas consulte de consilio, & cum deliberatione nostri Provincialis Concilii in Civitate Pergami, videlicet in Ecclesia Sancti Bartholomæi Pergamensis, & in ipso Concilio solemniter publicatas ab omnibus Civitatibus, & Diœcesibus Provinciæ Mediolanensis ad ipsarum observationem diligentius attendatur, statuimus & firmamus, quod ad illas observandas, & ad ea, quæ continentur in ipsis post sex menses a die publicationis ipsarum in præsenti Concilio numeranda districtius teneantur super ipsorum observatione, quaslibet personas, Universitates, Collegia, Capitula, & Conventus perhibentes ac publice admonentes. Constitutiones vero quascumque hactenus editas pes nostros prædecessores, ac ipsarum auctoritate, & contentas in eis præsentibus contrarias totaliter abrogamus. Alias vero præsentibus non contrarias in suo robore volumus permanere, mandantes ipsas inviolabiliter observari. Insuper nobis auctoritatem plenariam reservamus, constitutiones prædictas per nos editas, & in præsenti Concilio promulgatas interpretandi, declarandi, mutandi, & corrigendi, ac dispensandi contra illarum singulas, ubicumque, & quotiescumque nobis videbitur expedire. Nos tantum Diœcesanis Episcopis nostræ Ecclesiæ suffraganeis in suis Civitatibus, & Diœcesibus, & cum subditis suis contra illas dispensandi per se, vel per alios in casu dispensabili non prohibito a jure communi, facultatem dispensandi, immo eis & eorum cuilibet

libet

ANNO CHRISTI 1311.

libet facultatem dispensandi contra ipsas, & absolvendi eorum subditos ligatos per ipsas constitutiones ab excommunicationum, suspensionum, & interdicti, ac aliarum pœnarum sententiis plenam & liberam concedimus potestatem; &ut circa hæc nulla possit ignorantia allegari, statuimus, & jubemus, quod singuli Diœcesani Episcopi Mediolanensis Ecclesiæ suffraganei, aut gerentes vices eorum per se, vel per alios usque ad menses quatuor proximos in forma publica de ipsis nostris constitutionibus copiam ab aliquo ex Notariis nostris recipere studeant, & habere, ut eorum subditis copiam facere possint quandocumque: quarum copiam, sive exemplar transcriptum authenticum in pluribus Ecclesiis suarum Civitatum & Diœcesum faciant exhiberi, ipsasque in suis Synodalibus Conciliis recitari, & ea, quæ continentur in ipsis, observari faciant diligenter. Volumus etiam, & mandamus eisdem suffraganeis nostris, & eorum Vicariis, ut præsentes constitutiones nostras saltem semel in anno per suas Civitates, & Diœceses faciant publicari, mandantes de prædictis constitutionibus, & publicatione earum, ac aliis supradictis unum vel plura, per Gassanum Gallium, & Bulinum de Nicolao Notarios nostros, ac ipsorum quemlibet fieri instrumenta, quæ quidem instrumenta ad majorem firmitatem mandamus nostri Sigilli munimine roborari.

FActæ fuerunt, editæ, & publicatæ, & promulgatæ constitutiones prædictæ, & alia omnia supradicta in loco supradicto per ipsum D. Castonum Dei & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopum, & de mandato ipsius lectæ & recitatæ in præfato Concilio legitime convocato & congregato, præsentibus Venerabilibus Patribus Dominis Cypriano Dei gratia Episcopo Pergamensi, & multis de Clero Pergamensi:

Abdono Dei gratia Episcopo Aquensi, & D. Roberto Vicecomite Archipresbytero & Procuratore Capituli, & DD. Matthæo Vicecomite Cimiliarcha, & Alberto de Busnate, ac Lombardo de la Torre pro se, & D. Rainoldo de la Turre, cujus est Procurator Ordinarius Ecclesiæ Mediolanensis, & multis Abbatibus, Præpositis, Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis Civitatis, & Diœcesis Mediolanensis,

Et præsentibus DD. Eusebio de Tronzano Vicario & procuratore Ven. P. D. Uberti Dei gratia Episcopi Vercellensis, & D. Martino Archidiacono Vercellensi Sindico & Procuratore Capituli Ecclesiæ Vercellensis, & universi Cleri Civitatis & Diœcesis Vercellensis,

D. Francisco de Valperga Archipresbytero Plebis de Canoli Sindico & Procuratore Ven. P. D. Guidonis Episcopi Astensis, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ, ac totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Astensis,

Et D. Philiberto Antonio Archipresbytero Plebis de Finario Sindico & Procuratore Ven. P. D. Jacobi Dei gratia Episcopi Saonensis, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ, ac totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Saonensis,

Et Domino Petro de Vellate Sindico & Procuratore Ven. P. D. Ottonis Dei gratia Episcopi Vigintimiliensis, & Capituli Ecclesiæ Cathedralis, ac totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Vigintimiliensis,

Et D. Masseo de Madiis Archidiacono Buxeti Procuratore Ven. P. D. Federici Dei gratia Episcopi Buxeti, cum Clerum mittere non potuisset, eo quod Civitas Buxeti est obsessa,

Et D. Eusebio de Trunzano Vicario D. Episcopi Novariensis, & Procuratore Cleri & Civitatis, & Diœcesis Novariensis,

Et D. Gaudo de Colzinaria Canonico Terdonensi, Fratre Jacobo de Cagnano Monacho Monasterii S. Martini Marciani, & Petro de Sarzano Archipresbytero Plebis de Nicolardario Sindico & Procuratore Ven. P. D. Fratris Jacobi Episcopi Terdon. Capituli Ecclesiæ Cathedralis, & totius Cleri Civitatis & Diœcesis Terdon.

Et D. Moretello de Benedictis Sindico & Procuratore Ven. P. D. B. Dei gratia Episcopi Cremonensis, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ, ac totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Cremonensis,

Et D. Rastagrio Vicario ac Sindico & Procuratore Ven. P. D. Fratris Raimundi Electi Albensis,

Et D. Pas Archipresbytero Pagazani Vicario & Sindico ac Procuratore Ven. P. D. Egidii Dei gratia Laudensis Episcopi, & Capituli Ecclesiæ Cathedralis, ac totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Laudensis,

Et D. Archipresbytero Ecclesiæ Ipporediensis, ac capituli Ecclesiæ Cathedralis, totiusque Cleri Civitatis, & Diœcesis Ipporediensis,

Et D. Fratre Petro Abbate Monasterii Sancti Petri de Bergolia pro se, & Procuratorio nomine Archidiaconi & Capituli Alexandriæ,

Ipsisque DD. omnibus Episcopis, Vicariis, & Procuratoribus, & Sindicis Mediolanensis Provinciæ, ac præfatis Ordinariis, superius nominatis, & multis aliis Clericis Civitatis, & Diœcesis Mediolanensis ibi congregatis, & eisdem approbantibus, & consentientibus, & etiam ex parte dicti D. Archiepiscopi, mandato & licentia, monitione præmissa, quod si quis volebat ipsis constitutionibus in aliquo contradicere, vel non assentire, statim ante exitum Ecclesiæ se scribi faceret per unum ex Notariis suis ibi præsentibus, vel nomen suum daret in scriptis, ut contradictores discerni possint ab aliis: & nullo apparente ad faciendum scribi, & ad dandum in scriptis nomen suum, ut supra, diu super hæc omnibus expectatis.

Anno 1311. Indict. 9., V. mensis Julii, præsentibus Dominis Conrado de Camarino, Berardo de Arcio Vicario dicti D. Archiepiscopi, D. Tomaxino de Græcis Civitatis Pergamensis, & aliis multis ad hæc vocatis testibus & rogatis.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præside Guillelmo Archiepiſcopo, in cauſa Templariorum Celebratum anno Domini 1312.

Ex Card. de Aguirre tom. 4. Concil. p. 546.

ANno Domini 1312. celebratum eſt Concilium Tarracone ob cauſam Templariorum examinandam; in quo ii matura deliberatione præcedente abſoluti fuerunt ab hæreſibus, eiſque canonica pœnitentia indicta. Neque enim tam culpabiles inventi fuerunt, ac fama ferebat, quamvis tormentis adacti fuiſſent ad confeſſionem criminum. Præfuit Concilio Guillelmus Tarraconenſis Archiepiſcopus, adſidentibus Epiſcopis Raymundo Valentino, Eximio Cæſaraugustano, Martino Oſcenſi, Berengario Vicenſi, & Franciſco Dertuſenſi. Ilerdenſis autem infirmitate gravi impeditus, non potuit Synodo intereſſe. Mirum autem eſt præcipuos rerum Aragonenſium Chronographos Zuritam, & Blancam, ſicut & Marianam Hiſpanienſium, de ejuſmodi Concilio altum ſiluiſſe, quamvis plura alia circa Templariorum cauſam memorent. Acta hujus Concilii, ut aliorum quamplurium, ab ſe edenda promiſerat illuſtriſs. Archiepiſcopus Petrus de Marca ex archivo eccleſiæ Tarraconenſis, ut conſtat ex Synopſi Conciliorum Labbei p. 385. ſed nondum ea lucem viderunt. Nos autem eorumdem Actorum ſummam exhibemus ex libro manu exarato, lingua Catalonica ſcripto, cui titulus: *Archiepiſcopologium ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconenſis*, auctore D. Joſepho Blanch canonico, & chartophylace ejuſdem Eccleſiæ; in quo c. 29. ubi de archiepiſcopo D. Guillelmo de Rocaberti ſermonem inſtituit, hæc habet, quæ latine vertimus.

„ Paullo antequam D. Guillelmus archiepiſcopus crearetur, Clemens V. Pontifex in Concilio Viennæ Galliæ celebrato Templariorum ordinem, qui tam glorioſe in hoſtibus fidei debellandis, ac eccleſia defendenda ſanguinem effuderant, penitus extinxit. Cumque in regno Aragoniæ pingues redditus haberent, idem ſummus Pontifex Archiepiſcopo noſtro, in initio fere ſui regiminis, una cum Archiepiſcopo Valentino, dictorum bonorum curam & adminiſtrationem commiſit; ut ea in commendam acciperent ſervarentque, donec cui tradenda eſſent, ipſe nunciaret. Itaque ea adminiſtravit, donec ut Equitibus S. Joannis Hoſpitalis Hieroſolymitani applicarentur, decretum fuit.

„ Templarii Gotholoniæ cum audiſſent, ſciſſentque ea, quæ in Gallia eorum fratribus evenisſent, verentes ne idipſum illis accideret in corona Aragoniæ, in caſtris quæ in Gotholonia habebant ſe munire curarunt: præcipue autem in oppido Barbara hujus diœceſis. Quapropter Jacobus II. rex juſſit Tarraconis & Cerberæ miniſtris. (*Veguers* vulgo dictis) cum gente ſuarum juriſdictionum, ut eos ab iiſdem propugnaculis detraherent, ac in manus Domini Fr. Joannis de Loiger ordinis Prædicatorum, in Gotholonia contra hæreticam pravitatem Inquiſitoris Apoſtolici, traderent; ut ipſe eorum vivendi normam ac rationem in iis, in quibus

A „ hæreſeos nota inurebantur, diligenter ſcrutaretur. Cum ergo eorum res tam male verteret, atque in eam anguſtiam redacti eſſent, ad D. Guillelmum archiepiſcopum confugerunt, ab eoque poſtularunt, ut mandata Pontificia exequeretur, in quibus Ordinariis jubebatur, ut in propria unuſquiſque diœceſi ſuper vita, moribus, & inſtituto Templariorum diligenter inquirere, ut appareret, an juxta fidem catholicam, & religionis ſtatuta viverent, necne. Eorum precibus indulſit Archiepiſcopus. Siquidem die 10. Auguſti 1312. B Concilium provinciale convocavit in hac urbe ad hunc effectum, in quo adfuerunt Epiſcopus Valentinus, Cæſar-auguſtanus, Oſcenſis, Vicenſis, Dertuſenſis, & Ilerdenſis; nec non Syndici Capitulorum, Abbates, & priores ejuſdem provinciæ.

„ Et ut iidem Templarii ad idem Concilium ſe conferrent, eos hac formula citari juſſit: Guillelmus miſeratione divina ſanctæ Tarraconenſis eccleſiæ archiepiſcopus univerſis & ſingulis cuſtodibus fratrum Ordinis noſtræ Militiæ Templi quondam, vel eorum loca tenentibus ſalutem in Domino. Cum præ- C ſentia ipſorum fratrum quondam dicti Ordinis ſit multum neceſſaria nobis; idcirco vobis dicimus & mandamus de voluntate Concilii, quatenus dictos fratres quondam die Dominica proxime ventura nobis totique Concilio exhibeatis; ita quod die Lunæ mane procedi valeat cum iiſdem, & hoc nullatenus differatis. Datum Tarracone ſeptimo Kal. Novemb. anno Domini 1312.

„ Convenerunt Templarii provinciales in Concilium, quod quidem juris diſpoſitione obſervata, in eos invectum eſt ſcrutando, teſtes examinando, ac ſuper iis varie inqui- D rendo: nec ullum in eis crimen inventum fuit, vel quod aliqua hæreſeos labe infecti eſſent. Quare ſententia definitiva omnes & ſinguli a cunctis delictis, erroribus, & impoſturis, de quibus accuſabantur, abſoluti fuere, decretumque fuit, ne aliquis eos infamare auderet; quod in inquiſitione per Concilium facta ab omni ſiniſtra ſuſpicione immunes reperti fuiſſent. Quæ quidem ſententia lecta fuit in capella corporis Chriſti clauſtri eccleſiæ Metropolitanæ die 4. Menſis Novembris dicti anni 1312. per Arnaldum Ceſcomum canonicum Barchinonenſem, præſen- E tibus Archiepiſcopo noſtro, cæteriſque Antiſtitibus dictum Concilium provinciale conſtituentibus. Cumque ſummus Pontifex dictum Ordinem extingui juberet, hæſit Concilium, vehementer dubitans, quid de Templariis hujus provinciæ reſolvendum foret. Poſt varias igitur undique adductas rationes, ac re bene perpenſa, decrevit tandem, ut in diœceſibus, in quibus dicti Equites redditus poſſidebant, daretur illis congrua habitatio & proventus ex redditibus ſui ordinis, utque unuſquiſque eorum obedientiæ, correctioni, ac


„ vi-

ANNO CHRISTI 1310.

„ visitationi episcnpi, in cujus diœcesi degebat, „ subjaceret, quodque ita viverent, ut scanda- „ la non parerent; donec qnid de eis statuen- „ dum, a summo Pontifice decerneretur. Quæ „ omnia ut a sancta synodo decreta fuerunt, „ executioni mandata sunt; atque in hoc sta- „ tu permanserunt Templarii usque ad Ponti- „ ficatum Domini Eximenii de Luna, de quo „ statim sermo erit.

Hactenus D. Josephus Blanch.

ANNO CHRISTI 1311.



LONDINENSE CONCILIUM

A Roberto Cantuariensi Archiepiscopo.

Anno 1312. habitum

Apud Wilkins t. II. p. 391. ex Reg. Winchelsey in an. 1312.

DE *Concilio hoc monumenta si quæ supersunt damus ex Wilkins Conc. Brit. II. pag. 419.*

Monitio contra impedientes concilium. In Dei Nomine, Amen. Cum nos Robertus & pro executione mandati apostolici, ac bono publico hujus regni & status ecclesiastici sub certa forma in nostris convocatoriis litteris contenta, præsens concilium mandaverimus convocari; quidamque, quorum nomina totaliter ignoramus, sua præsumptione damnabili nisi fuerint, & adhuc nitantur, sicut ex assertione quorumdam fidei dignorum fideliter didicimus, suis fallaciis & versutiis, quominus procedat idem concilium, aut personæ ecclesiasticæ nostræ provinciæ, quas ad idem concilium decrevimus evocandas, ad idem accedant concilium, impedire; nolentes, sicut nec valentes tantam præsumptionis audaciam sub dissimulatione absque nostri ministerii vituperio præterire, monemus unn pro omnibus edicto peremptorie, propter celeriorem & efficaciorem expeditionem agendorum omnes & singulos, cujuscumque conditionis aut status existant, etiamsi pontificali præfulgeant dignitate, domini regis & reginæ personis duntaxat exceptis, qui talia perpetrare aut procurare præsumpserint, seu perpetrantibus aut procurantibus, opem, consilium, vel auxilium præstiterint, seu perpetrantium aut procurantium nomina scientes, ea nobis revelent infra triduum. Et ne quivis prædictorum, quominus idem nostrum concilium procedat, prout ipsum decrevimus evocandum, aut in eodem compareant personæ ecclesiasticæ supradictæ impediat, quoad se vel alios, quovismodo; & præterea quod ad præsens concilium evocati, aut pro seipsis venientes, seu pro aliis destinati, qui suam præsentiam, aut si traditam potestatem minime exhibeant nostro conspectui, absque omni mora continuo se præsentent; exhibentes nobis fideliter commissam sibi ab aliis potestatem, ita quod cum eis in hoc concilio possimus procedere, prout expediens videbitur faciend. sub pœna excommunicationis majoris, quam in omnes & singulos supradictos, qui monitionibus nostris non paruerint, proferimus in his scriptis; ipsius absolutionem nobis, seu illi, quem ad hoc duxerimus deputandum, præterquam in mortis articulo, specialiter reservando.

Lecta per Magistrum Walterum Herny, archidiaconum Sarum, in cujus ore dominus posuit verba sua, ipsum constituens organum vocis suæ, 17. Kalend. Maji anno Dom. 1312. consecrationis domini decimo octavo, in aula episcopi London. apud sanctum Paulum.

Mandatum archiepiscopi Cantuar. ad citandum absentes a concilio provinciali.

Ex Reg. Raynoldi Wigorn. fol. 47.

ROBERTUS, & Waltero, episcopo Wigorn. salutem. Licet vos ac cæteros venerabiles fratres nostros suffraganeos præsentes in regno, ac absentium fratrum in spiritualibus & temporalibus vicarios generales, seu alios, quos ad hoc duxerant dimittendos, decanos & capitula cath. eccles. archidiaconos, universos abbates, priores supra se abbates in nostra provincia non habentes, tam exemptos, quam non exemptos, eorumque conventus, clerumque cujuslibet civitatis & diœcesis nostræ provinciæ citari mandaverimus per dilectum filium vicarium venerabilis fratris nostri R. Dei gratia London. episcopi in remotis agentis; in spiritualibus generalem; qund vos, & venerabiles fratres nostri prædicti vicarii, decani, archidiaconi, abbates, priores personaliter; capitula autem & conventus per duos decanos, abbates, & priores, si voluerint, alioquin per alium seu alios idoneos; clerus autem per unum vel duos procuratores consimiles communiter destinandos ad comparendum in concilio nostro 14. Kal. Maji proximo præterit. in ecclesia S. Pauli London. nobiscum super quibusdam negotiis singulares personas ordinis militiæ Templi in nostra provincia degentes, quæ post ultimum nostrum provinciale concilium emerserunt, necnon super bono publico, hujus regni tranquillitate, & quiete accommoda ecclesiæ Anglicanæ, & aliis, prout visum fuerit expediens, efficaciter tractaturi, consensusque his, quæ, dante Deo, ordinarentur, & providerentur, ibidem præbituri, ulteriusque facturi cum continuatione dierum sequentium usque ad finem ejusdem concilii, quod justitia suaderet; denunciando, quod nullius, quem necessitas inevitabilis non excusaret, haberemus absentiam excusatam; & vobis, ac episcopis suffraganeis nostris, ac vicariis districtius injungendo, quod nos de ipsorum vicariorum, decanorum, archidiaconorum, abbatum, & priorum nominibus propriis, quique abbates & priores exempti, plebes, ecclesias, seu capellas habeant non exemptas, de eisdem omnibus reddidissetis, & reddidissent in dicto termino certiores per suas patentes litteras, hujus & ipsius vicarii London. mandati seriem continentes; prout in aliis nostris patentibus litteris dicto vicario London. directis, plenius continetur: idemque vicarius London. nos certificaverit per suas patentes litteras, qund prædictum nostrum mandatum fuerat executus, quod citationes, denunciationes, injunctiones, & omnia supradicta; vos tamen, & quidam alii suf-

ANNO CHRISTI 1312.

fraganei nostri in dicto termino non comparuistis, nec nos certificastis juxta mandati exigentiam antedicti, quamvis nonnulli alii nostri suffraganei debite comparuissent, & nos certificaverunt, ut decebat. Verum, quia per quosdam vicarios, & aliorum fratrum nostrorum absentium clericos & amicos fuerat allegatum, quod dicti vicarii London. citatio, & mandatum seu executio ad vestram & ipsorum absentium suffraganeorum meorum notitiam non pervenerint, & volentes propterea super hoc scire plenius veritatem, nihilominus vobiscum, & personis supradictis de clero vestro, & aliis absentibus a concilio, ac præsentibus in concilio simul conferre, tractare, ac ordinare & agere super præmissis, prout videbitur expedire; vos B & cæteros absentes a concilio, usque ad diem Lunæ proximum post festum Ascensionis Domini de consilio fratrum nostrorum, & aliorum præsentium in concilio præsenti, ipsum concilium non dissolventes, sed continuantes decrevimus expectandos, præsentibus in eodem concilio eumdem terminum præfigendo. Quo circa citationem, mandatum, executionem vicarii London. nec non & continuationem, expectationem, & præfixionem prædict. ad vestram, tenore præsentium, notitiam deducentes, vos ex abundanti peremptorie citamus, & per vos præmissas personas ac clerum vestræ civitatis diœc. peremptorie citari mandamus, quod compareatis & compareant coram nobis in conci- C lio nostro provinciali ad terminum supradictum, & dies sequentes usque ad finem ejusdem concilii, per omnia juxta formam prioris nostri mandati vicario London. directi, tractaturi, & consensus efficaciter præbituri, facturi, & recepturi, quod justitia suadebit, ut superius est expressum. Porro, si abbates & priores vestræ civitatis & diœc. velint per se, & sui conventus per se, vel conjunctim, procuratores idoneos ad dictum concilium destinare, quibus ad tractandum super præmissis, & consentiendum iis, quæ ordinabimus, dante Domino, & providebimus de vestro & venerabili fratrum nostrorum concilio, plenariam potestatem ipsos a personali comparitione, sicut & religiosos alios D nostræ provinciæ, cathedralium ecclesiarum prioribus duntaxat exceptis, habebimus excusatos. Quid autem in præmissis duxeritis faciendum, & in præteritis feceritis, nos certificetis districte & aperte in dicto termino per vestras patentes litteras, harum seriem continentes. Dat. London. in concilio supradicto 12. Kal. Maji, anno Dom. 1312. consecrationis nostræ decimo octavo.

Inhibitio domini regis, ne fiat collecta in concilio, ipso inconsulto.

Ex reg. magno wigorn. fol. 24.

Edwardus, &c. dilectis sibi in Christo abbatibus & prioribus, & cæteris viris domorum E religiosarum Cantuariensis provinciæ de patronatu nostro existentibus, & eorum procuratoribus apud Londinum in proximo conventuris, salutem. Intelleximus a nonnullis, quod venerabilis pater Rector Cantuar. Archiepiscopus, vos sicut cæteros de clero provinciæ suæ prædictæ ad consentiendum cuidam auxilio seu collectæ super vos, & ipsum clerum, auctoritate sua assidendum pro viribus inducere nititur & intendit. Cum igitur hujus auxilii & collectæ assensio seu concessio sit super bonis domorum vestrarum, quæ de eleemosynis progenitorum A quondam regum Angliæ fundatæ existunt, fierent nostro assensu minime requisito, in diminutionem ecclesiarum prædictarum, & coronæ nostræ præjudicium cederent manifeste; vobis mandamus in fide, qua nobis tenemini, districte inhibentes, ne ad aliquod auxilium seu collectam super vos aut cæteros de clero prædicto, ut præmittitur, assidendum, seu ad contributionem aliquam collectæ hujus cum cæteris de clero, si quam super ipsis assideri contigerit faciendam, nobis inconsultis, consensum vestrum vel assensum aliqualem præbeatis. Teste meipso apud Novum Castrum super Tinam primo die Maji.

B *Protestatio & appellatio abbatis & Conventus de sancto Edmundo, ad papam contra gravamina religiosorum.*

Ex registr. sacristiæ abbatiæ S. Edmundi penes episc. More. Norwic. fol. 89.

In Dei nomine, Amen. Ego frater Willielmus de Herlaw, commonachus & procurator religiosorum virorum domini Thomæ, Dei gratia abbatis de sancto Edmundo, ad sedem apostolicam nullo medio spectant. & ejusdem loci conventus ordinis sancti Benedicti, Norwic. diœc. audito a nonnullis, & verisimiliter intellecto, quod venerabilis pater dominus Robertus, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dictos religiosos dominos meos, sicut cæteros exemptos, & alios de clero suæ C Cantuar. provinciæ ad concilium suum 14. calend. Maji in ecclesia sancti Pauli Londonien. cum continuatione & prorogatione dierum usque ad finalem expeditionem ejusdem per litteras suas auctoritate apostolica, ut prima facie videbatur, in eisdem sic vocatos per quosdam actus juxta articulos in eodem concilio dictis exemptis, & aliis per se & suos expositos, & traditos, ac contributiones seu collectas indebitas ab eisdem religiosis quodam quæsito colore exigend. ipsum tamen mandatum apostolicum minime contingentes publice gravare nititur ac comminatur. Unde ego fr. Willielmus, procurator antedictus, metuens dictis religiosis dominis meis, & mihi eorum nomine, ex hu- D jusmodi factis comminationibus, & verisimilibus conjecturis præjudicium posse generari in futurum. Et, ne idem pater, seu quivis alius, vel alii suo nomine auctoritate vel mandato aliquid contra dictos religiosos dominos meos, vel me eorum nomine, seu nobis in hac parte adhærentes, attemptet, vel attemptare faciat, vel faciant quovis modo attemptare, vocando, monendo, interdicendo, suspendendo, excommunicando, denunciando, interloquendo, pronunciando, definiendo, amovendo, spoliando, sequestrando, sequestrare vel spoliare mandando, seu quovis alio modo gravando in futurum, sacrosanctam sedem apostolicam in his scriptis provoco seu appello, & apostolos, quatenus in E hoc casu de jure peti debent, peto, & protestor me dictam provocationem seu appellationem præfato patri, seu aliis, quorum interest, sub dicta forma vel competentiore pro loco & tempore opportunis notificare velle, inventu futuri gravaminis appellare, & apostolos petere cum effectu, supponens ad hæc dictos religiosos dominos meos, me, & eorum nomine, & omnes, & singulos in hac parte nobis adhærentes, ecclesias, res & possessiones nostras tuitioni, defensioni, & protectioni sedis supradictæ.

LON-

LONDINENSE CONCILIUM

Aliud a duobus Arnaldis altero S. R. E. Cardinali, altero Pictavensi episcopo A S. L.

Anno 1312. habitum.

Ex Wilkins „ LOndinensis hujus concilii unicæ supersunt „ litteræ, quibus episcopus Herefordiensis „ absentiam suam excusat. Dantur illæ ex re„ gest. Swinfield fol. 80. a Wilkins Conc. Bri„ tan. t. II. pag. 421.

EXCUSATIO ET PROCURATORIUM EPISC.

Hereford. pro concilio legatino London.

Ex reg. Swinfiel. fol. 180. TEnore præsentium litterarum pateat universis, quod nos Richardus, permissione divina Hereford. episcopus, adversa valetudine & debilitate nostri corporis his temporibus impediti, coram reverendis patribus dominis Dei gratia Arnaldo, tit. sanctæ Priscæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali, ejusdem vicecancellario, & Arnaldo, eadem gratia Pyctaven. episcopo, domini nostri papæ camerario, sedis apostolicæ nunciis in synodo apud London. 9. die mensis Octobris prox. futur. continuata seu prorogata a die 28. Mensis Septembris prox. prædict. absque imminenti mortis periculo non poterimus personaliter comparere. Idcirco ad comparendum coram eisdem nomine nostro die 9. mensis Octobris, & loco prædictis cum continuatione, & prorogatione dierum sequentium, si oporteat, & ad assistend. eisdem vice nostra una cum prælatis & personis ecclesiasticis, quos præsentes ibidem esse contigerit, ferventibus animis, favoribus, con- A siliis, & auxiliis opportunis, prout utilius & efficacius viderint expedire, pro reformatione pacis, de qua in litteris dictorum dominorum cardinalium, & episcopi fit mentio specialis juxta formam mandati reverendi patris in Christo domini R. Dei gratia Cantuar. archiepiscopi, totius Angliæ primatis, nobis in hac parte auctoritate dictorum patrum directi, venerabiles viros magistrum Johannem de Ress, officialem curiæ Cantuar. archidiaconum Salopsiæ, in nostra ecclesia Hereforden. & magistrum Mich. de Wareham, canonicum Hereford. juris civilis professorem nostros procuratores leB gitimos conjunctim & divisim facimus, ordinamus, & constituimus per præsentes; dantes eisdem, & eorum alteri plenariam potestatem & speciale mandatum ad tractand. nomine nostro cum dictis patribus cardinali, & episcopo, & cæteris prælatis, ut superius est expressum; & ad consentiendum his, quæ de consensu unanimi procuratorum, & cæterarum personarum ecclesiasticarum ad honorem Dei, & utilitatem ecclesiæ Anglicanæ, & regni, auctore Domino, ordinabuntur ibidem; ratum habituri & firmum, quicquid per eosdem procuratores noC stros conjunctim vel alterum eorum divisim factum fuerit in præmissis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Dat. apud Bosbur. 4. die mensis Octobris, anno Dom. 1312.

CONCILIUM SALMATICENSE

Præside Archiepiscopo Compostellano, celebratum anno Christi 1312.

Ex Card. de Aguirre t. 3. Concil. Hisp. p. 147. CUm Clemens Papa V. ad summi pontificatus apicem erectus esset, Academiæ Salmaticensis redditus, in decimis consistentes, quas usque ad illam diem apostolica concessione obtinuerat, gratia in posterum negata, intercepit; jussitque, ut deinceps in ecclesiarum fabricis, cæterisque rebus impenderentur, quibus tertiæ ipsæ inserviebant antequam Reges iis manum admovissent. Unde non levis perturbatio rerum orta est, ut habetur ex historia Alphonsi XI. Academia autem ipsa pessum ivisset, nisi ei ab ecclesia & civitate subventum esset, magistris, & doctoribus stipendiis constitutis, donec inter Regem & Pontificem conveniret. Utque ea Clemens ad effectum perduceret, interdictum & cessationem a divinis indixit, si vel minima decimarum pars in Academiæ subsidium impenderetur. Petrus igitur episcopus Salmaticensis litteris ad Clementem datis de incommodis & summa rerum difficultate, quibus Salmaticensis Academia premebatur, certiorem illum fecit, damnaque Hispaniæ universæ allata, ac vulnus insanabile inflictum ostendit, si celebre illud litterarum emporium deficeret. Quare illum efD ficacissimis verbis suadere conatus est, ut aliquam decimarum partem ejusdem Academiæ usui reservaret, cum id & utilitas, & publica necessitas postularent; ut colligitur ex Clementis diplomate in archivo Academiæ asservato, quod incipit: *Dudum nobis &c.*

Petri igitur verbis Clemens motus Archiepiscopo Compostellano commisit, ut diligenter inquireret quid ex nona decimarum parte Episcopatus Salmaticensis rediret, quidque ecclesiarum fabricis sufficeret. Pariterque de Academiæ doctoribus, scientiis, stipendiisque unicuique assignatis certiorem ipsum facerent, postuE lavit. Cum ea omnia diligentissime executus esset Archiepiscopus Compostellanus, totius rei summam ipsius Archiepiscopi sollicitudini commisit; jussitque ut Concilium convocaret, in quo assidentibus suffraganeis omnibus episcopis, nonam decimarum partem in utilitatem Academiæ, doctorumque stipendia applicarent. Celebratum igitur fuit Concilium Salmanticæ anno Domini 1312. atque ipsa Academia, quæ in præceps ruebat, firmata denuo ac stabilita est.

CON-

CONCILIUM MAGDEBURGENSE

ANNO CHRISTI MCCCXIII.

Borchardus Dei gratia Magdeburgensis ecclesiæ archiepiscopus, universis Prælatis, totique Clero ejusdem provinciæ sinceram in Domino salutem.

P. Arthzeim Concil. Germ. t. IV. pag. 544.

SCriptum est in canone, quo dictom est: *seniores provinciæ tuæ congrega, & eos interroga*; a Sacrosanctæ Rom. Eccl. summo Pontifice, B. Petri Apostoli successore ad metropolitanæ sedis antistitem congrue emanavit, nam & ipse, sicut olim a sanctis Patribus dinoscitor institutum, cum suis suffraganeis, annis singulis provinciale concilium jubetur celebrare, propter quod recte dictum est ad eum: seniores provinciæ tuæ congrega; io quo quidem concilio congregato de corrigendis excessibus & moribus reformandis præsertim in clero habeat cum timore Dei tractatum, & maxime quæ statuta sunt juxta canonicas regulas, ut ea observari faciat, pœnam debitam transgressoribus infligendo. Et ut hæc omnia consultius & salubrius peragantur, expedit ea fieri suffraganeorum suorum approbatione & consilio sibi in omnibus assistente. Spectat nihilominus ad ipsius metropolitani circumspectiooem & providentiam juxta creditæ sibi dispensationis officium, subditorum commodis, profectibus, & quieti sollicitudinis studium adhibere, præcipue laicorum quorumdam, qui clericis oppido sunt infesti, nunc antiquorum statutorum declaratione & suppletione, nunc vero novorom editione, prout possibile fuerit, insultus & ausus nefarios reprimendo. Ipsi namque finibus suis non contenti nituotor in vetitum, ad illicita frena relaxant, ecclesiarum Prælatis, ecclesiasticisque personis, & rebus etiam earumdem onera imponunt gravia, ipsasque vexationibus plurimis callidis frequenter aggravant, & molestant: propter quod contra hujusmodi præsumptores summa suadet necessitas, gratia suffragante divina pro pace, quiete ac utilitate publica salubriter providendum.

I. *De captivantibus archiepiscopum vel episcopum intra provinciam, & eorum pœnis.*

Sacro igitur approbante concilio statuimus & sanximus, quod si quis deinceps in hoc sacrilegii genus nefandum irrepserit, quod archiepiscopum vel episcopum Magdeburgensis provinciæ, intra provinciam ipsam ceperit, seu captum detinuerit in eadem, vel socius fuerit facientis, aut fieri maodaverit, vel factum ratum habuerit, aut consiliom dederit vel favorem, eamdem cum eo excommunicationis sententiam incidat ipso facto, ab omnibus arctius evitandum, accensis candelis & pulsatis campanis per totam provinciam deountietur excommunicatus singulis diebus dominicis & festivis, & cessetur in pœnam ampliorem ipsius in tota provincia a solemniis divinorum.

II. *De captione vel detentione archiepiscopi vel episcopi extra provinciam commissa.*

Si vero archiepiscopi vel episcopi nostræ provinciæ captio vel detentio extra provinciam committatur, ex tunc omnes Episcopi alii, & etiam Archiepiscopus ipse, si tunc captus fuerit, cum suis capitulis infra XV. dies aut etiam prius, si commode fieri poterit, postquam ad eorum notitiam de captione Archiepiscopi vel Episcopi pervenerit, archiepiscopum vel episcopum extraneum, in cujus diœcesi detinetur captivus, requirere debent, ut exhibens consilium & auxilium optimum in tota sua diœcesi cessare faciat a solemniis divinorum, omnibus aliis supradictis in nostra provincia observandis, tempore captivitatis hujusmodi in suo robore duraturis.

III. *De pœnis filiorum ac filiarum, & posterorum hujusmodi malefactorum.*

Ceterum quia dignum est, ut propter enormitatem culparum, pœnarum modus exuberet, statuimus, quod filii & filiæ, & omnes eorum posteri, qui, vel quæ usque in quartam generationem per rectam lineam tam masculioam quam femininam a prædictis malefactoribus descendere dignoscuntur, in nulla ecclesiæ nostræ provincia ad beneficium aliquod ecclesiasticum, ante præstitam satisfactionem debitam & congruentem aliqualiter assumantur. Et ne in oblivioοem veritas veniens vagetur in terra, statuimus, ut nomioa prædictorum episcopo loci tradantur per ipsum scripturæ memoriæ perhennanda, qui etiam talium nomioum copiam ad alios transmittat episcopos.

IV. *De pœnis spoliantium res Ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum.*

Quia non solum sacrilegi a jure censentur, qui in personas ecclesiasticas manus mittunt temere violentas, verum etiam & illi, qui res ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum spoliant, diripiuot & invadunt, præsenti constitutione sanximus, quod spoliatores & invasores hujusmodi, si, legitima monitione præmissa de damnis & injuriis irrogatis, infra terminum competentem exhibere contempserint, excommunicationis vinculo constriogantur.

V. *De pœnis laicorum ecclesias incastellantium.*

Quia jura canonum ecclesias incastellari a laicis vetuerunt, nos volentes prohibitionem eamdem pœnarum adjectione juvare, statuimus, quod si qui laicorum ipsas incastellare, & de ipsis propugnacula facere non formidant, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, & terræ ipsorum, si quas habent, vel locus in quo de jure, vel de facto jurisdictionem exercent, ecclesiastico sit suppositus interdicto.

VI. De

ANNO CHRISTI 1313.

VI. *De facientibus statuta contra ecclesiasticam libertatem.*

Insuper statuimus, quod omnes qui statota facere, edere vel maodare servari præsumpserint in derogationem, subversionem, & conculcationem ecclesiasticæ libertatis, & præcipue muoera sacro altari offerre volentium, suis statutis illicitis restringentes, excommunicationis sententiam incurrant, nisi infra mensem super hoc moniti talia statuta omoino revocent, & faciaot removeri nullo umquam tempore valitura.

VII. *De pœnis clericorum & monachorum frequentantium tabernas, & abjicientium habitum & tonsuram.*

Cum clerici debeaot non solum interiore, sed etiam exteriore ornatu fulgere, præsentis approbatione concilii prohibemus, ne qois clericus vel monachus tabernas frequentare præsumat, vel habitum vel tonsuram congruentem & debitam portare contemnat, quia huic ornatui, qui in ipsis nitere debet videretur non modicum adversari; transgressores vero prædictorum ingressu ecclesiæ suspendantur, & hi qui

A contra congruentem delinquerint, redditus suorum beneficiorum non recipiaot.

VIII. *De facienda computatione per ecclesiarum provisores.*

Insuper statuimus, quod laici, & ecclesiarum parochialium provisores, qui Altermanni vulgari vocabulo nuncupaotor, de rebus ecclesiarum, quas receperuot & expenderunt ad reqoisitionem rectoris ecclesiæ, quem ad hanc in virtote sanctæ obedientiæ duximus adstringendum, bis io anno in præsentia honestiorum virorum rationes reddere teneantur.

B IX. *De revocatione statutorum provincialium præscriptis statutis habentia adversa.*

Postremo præcipimus & mandamos, ut nulla statuta alia a nostris prædecessoribus io suis conciliis promulgata, si statutis nostris præmissis reperiaotur contraria, vel adversa, quisquam recipiat, vel secundum ea judicet. Per hoc nihilominus statuta alia, si quæ fuerint, minime revocaotes.

Datum Magdeburgi io Concilio anno Domini 1313. non. Martii.

CONCILIUM APUD B. MARIAM DE PRATO.

Ex duplici MS. Bigotiano primum edidit P. Bessin.

PRÆFATIO.

Ex Bessin Conc. Rotomag. Prov. p. 171.

HÆc sunt statuta ordioata in Coocilio provinciali celebrato per nos Ægidium Archiepiscopum Rotomag. in Prioratu B. Mariæ de Prato juxta Rotomagum anno Christi 1313. circa festum S. Lucæ Evangelistæ.

Non debet reprehensibile judicari, si secuodum varietatem temporum statuta quandoque variantur humana: cum legantur nonnulla in veteri testamento statuta, in oovo mutata fuisse. Cum igitur bonæ memoriæ dominus Guillelmus prædecessor noster in Proviociali Concilio apud Prioratum B. M. de Prato juxta Rotomagum, & apud Pintarvillam, quædam statuerit, quæ quibusdam moderationibus videbantur non mediocriter indigere: dicta statuta cum infra scriptis ordinationibus & detractionibus decrevit præsens Concilium moderari in modum qui sequitur.

I.

De his, quæ curati & beneficiati fugere debeant.

Statuimos, quod nulli Sacerdotes curati, seu alii Clerici beneficiati, in locis publicis de cetero cucosati incedant, aut sotularibus consutis laqueis calceati, vel eosibus accincti seu gladiis ad modum militum super vestes. Et ne minus congruentem tonsuram, aut vestimenta deferant nimia brevitate notanda. Neque suam in luxuriis, ebrietatibus, & comessationibus vitam ducant. Nec audiaot, aut examinent processus in curia sæculari, seu quomodolibet alias exerceant officium jostitiæ sæcularis, sed pie & juste & de-

C center vivant secundum canonicas saoctiones. Qui autem culpabiles aliquorum excessuum, post monitionem de abstinendo, a quolibet eorum reprehensi, secundum qualitatem delicti arbitrio suorum judicum puniantur.

II.

De pœnis injunctis contra habentem concubinas.

Qui vero focarias, seu concubinas, aut alias mulieres suspectas in suis habebunt domibus, vel io aliis locis fovebunt, seu etiam frequen- D tabont: quive fœneraticos, & alios contractus illicitos exercebuot; si post monitionem, etiam generalem, de abstinendo penitus ab iisdem, culpabiles fuerint deprehensi, pœna amissionis omnium fructuum beneficiorum suorum per anoum absque spe misericordiæ puniantur. Et contra ipsos ad privationem beneficiorum hujusmodi, si per annum pertinaces in eadem persevereot malitia, procedatur.

III.

E *Ne assisiæ vel placita teneantur diebus Dominicis.*

Idem coocilium statuit, ut ballivi, vicecomites, præpositi, & majores, & alii judices sæculares quocumque nomine censeantur, generaliter moneantur ut assisias & placita diebus Dominicis, & festis Virginis gloriosæ, beati Joannis Baptistæ, & beati Michaelis Archaogeli, sanctorumque Apostolorum & Evangelistarum, & aliis, quæ cum clero & populo in ecclesiis celebran-

brantur, in quibus solum est divinis laudibus, non terrenis negotiis insistendum, tenere & exercere desistant & quiescant. Qui si parere contempserint, temere fortasse contrarium attentando, incurrant excommunicationis sententiam ipso facto,

IV.

Ne Clerici procurent clamorem de Haro.

Item quod Clerici, qui super factis personalibus ubi clamor de Haro fuerit, & super hoc unus de altero conqueritur in facie sæculari, ad finem quod de hoc cognoscant, ipsi se supponentes, seu ipsi justitiæ prætextu facti hujusmodi spontanei exhibebunt emendam, post monitionem de contrario generalem, ipso facto excommunicationem incurrant.

V.

Ne Judices sæculares compellant personas ecclesiasticas coram se respondere.

Statuit idem Concilium, inhibendo ne quisquam judex sæcularis clericos, aliasve personas occasione factorum a clericis commissorum, & super factis & delictis personalibus quibuscumque, & specialiter in clamore de *Hara*, nec de crimine usurarum a clerico perpetrato, vivente eodem clerico vel defuncto, coram se quomodolibet respondere compellat, seu cognitionem hujusmodi factorum in se sumat. Quod si generaliter moniti contra fecerint, excommunicationi subjaceant ipso facto, a qua per Prælatos, nonnisi parti & judici satisfacto, quomodolibet absolvantur: nec per officiales aut pœnitentiarios Prælatorum, nisi eis de speciali commissione liceat, hujusmodi sententiæ relaxentur.

VI.

Ne personæ ecclesiasticæ super causis spiritualibus respondeant coram judicibus sæcularibus.

Statuit idem Concilium, quod personæ ecclesiasticæ occasione spiritualium, & decimationum, & consimilium, etiamsi clamor de *Hara* intervenerit, non præsumant respondere, nec de causa hujusmodi coram sæcularibus judicibus agitare: alioquin nisi destiterint generaliter moniti, aut attentata super his coram judicibus sæcularibus revocare non curaverint indilate, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto.

VII.

De pœnis Judicum sæcularium.

Judices etiam sæculares, qui de dictis causis cognoscere præsumpserint, aut partes coram se directe vel indirecte super hoc litigare compulerint, aut eos ad examen ecclesiastici judicis remittere recusaverint, vel plus debito distulerint, post monitionem etiam generalem incurrant similiter excommunicationis sententiam ipso facto. Et si qua persona ecclesiastica contra personam ecclesiasticam studiose procuraverit *Haro* fieri seu clamorem, ut causas hujusmodi trahat ad judicium sæculare, post publicationem hujusmodi statuti, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a quibus non absolvantur sententiis, nisi sicut de aliis est expressum.

VIII.

De Pareatis & Brevibus.

Statuit similiter idem Concilium, quod Brevia quæ justitia sæcularis, ut ecclesiasticam jurisdictionem impediat, & perturbet, judicibus ecclesiasticis dirigit, in quibus de sui natura notorie brevia nulla cadunt; per ecclesiasticos judices nullatenus admittantur, nec eis in aliquo pareatur. Etsi forsitan ex hoc sumpta occasione, ballivi, vicecomites, præpositi, majores, aliive judices sæculares, ad personarum vel bonorum captionem procedant, directe, vel indirecte partem ad desistendum, vel judicem compellendo: præcedente monitione etiam generali, excommunicationi subjaceant ipso facto; cum in hoc appareat jurisdictionem ecclesiasticam impediri per ipsos: a qua sententia absolvi non valeant, nisi sicut de aliis est præmissum.

Hæc autem statuta præcipit idem Concilium in singulis synodis & Calendis publicari, & ab omnibus inviolabiliter observari; statutis factis per D. Guillelmum prædecessorem nostrum in prædictis conciliis suis sublatis penitus, nisi quatenus continentur in ipsis.

MONITUM P. BESSIN.

Exhibetur nunc primum ex duplici MS. bibliotheca Bigotiana, priori annorum 300. altero vero ultra 150. Genuinum esse palam est ex cap. 1. alterius itidem apud Pratum anno 1335. celebrati, ubi disertis verbis hujus initium allegatur. Meminit D. *le Prevot* ex registris Capituli Rotomagensis his verbis: anno 1313. circa festum S. Lucæ Evang. Ægidius archiep. Rotomagensis celebravit apud Pratum Concilium provinciale Rotomag. in quo statuta a Guillelmo prædecessore in alio Concilio Pratensi & Pinteryillano facta temperavit. Non miretur quis: Anselmus enim volebat retractare Concilium suum Londinense, & quasi ad incudem revocare, priusquam publici juris fieret, ut ex epistola ipsius 62. lib. 3. manifestum est.

SEDES VACANS.

CON-

ANNO CHRISTI 1314.

CONCILIUM PARISIENSE

A Philippo Senonenſi archiepiſcopo, cum ſuffraganeis celebratum anno Dom. MCCCXIV. ſede apoſtolica vacante.

Ex bibliotheca Victorina edidit Ludovicus Bail in Summa conciliorum.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

PHilippus miſeratione Divina archiepiſcopus Senonenſis, in provinciali concilio, anno Domini MCCCXIV. die Martis ante translationem B. Nicolai, cum continuatione dierum ſequentium, Pariſius celebrato, ad perpetuam rei memoriam.

CAPITULA.

I. *Quod detentores clericorum excommunicandi ſunt.*

UT eo potentius eccleſiaſticæ libertatis vigor invaleat, & grex Dominicus paſtorali cura ab oppreſſione & C incurſibus ſollicitius præſervetur, quo plurimorum ſpectantium fuerit ſollicitudinis ſtudio communitus, & temerariæ rapacitatis abuſus multiplicibus fuerit acclamationibus vehementius confutatus: ſacro nos ad hoc ſollicitante concilio duximus ſtatuendum, ut curati eccleſiarum parochialium noſtræ provinciæ, detentores clericorum, intra parochiarum ſuarum limites conſtitutos, licite monere & requirere teneantur, ut præfatos clericos detentos ab eis, ordinariis ſuis reſtituant indilate. Quod ſi ab eis requiſiti non adimpleverint abſque mora: detentionem hujuſmodi confitentes vel cum alias detentio ipſa adeo notoria & manifeſta exiſtat, quod non poſſit aliqua tergiverſatione celari, detentores ipſos excommunicatos a canone in ſuis eccleſiis ſtudeant nunciare, ut eos ab omnibus faciant arctius evitari: donec a locorum ordinariis, ſatisfactione eiſdem & paſſis injuriam de tantis exceſſibus competenter *, vel ab aliis competentibus judicibus, abſolutionis beneficium meruerint obtinere: ſtatutis ſynodalibus alias ſuper hoc editis, prout locorum ordinariis videbitur, nihilo minus in ſuo robore duraturis.

* Deeſt, facta.

A II. *Quod citationes generales non fiant.*

Item ſacro duximus approbante concilio ſtatuendum, quod in noſtra provincia omnibus eccleſiaſticis judicibus generales citationes, quæ ſub ea forma conſueverunt concedi, *Citetis omnes illos quos lator præſentium, &c.* intelliguntur penitus interdictæ, & ab iiſdem in poſterum nullatenus concedantur: & quod B ſi forſan obtentæ fuerant quoquo modo, nullius penitus ſint effectus, & eis non pareatur impune.

III. *De citatione participantium cum excommunicatis.*

Statuimus inſuper, quod nullus ſuper participatione cum excommunicatis citetur, niſi primo monitus fuerit nominatim: nec ſcribat notarius citationem, C niſi primo monitionem viderit tam ſigillo judicis, quam executoris ſigillatam. Ac impetrans citatorium, jurare teneatur, ſe credere quod citati cum excommunicatis participaverint in caſibus a jure non permiſſis & ſcienter, antequam citatorium obtineat ſupradictum: quodque in ipſa citationis littera talis inſeratur clauſula, ſcilicet præfatum impetratorem antedictum ſubiiſſe hujuſmodi juramentum: ac in ipſa citatione quin- D que tantummodo contineantur nomina perſonarum. Si vero poſtquam perſonæ ſic citatæ ſuper participatione prædicta, per earum juramentum, prout moris eſt, ſe debite purgaverint: eo ipſo actores, ad quorum inſtantiam tales citationes impetrantur, perſonis ſic citatis ſuper hoc inſtanter & ſupplicantibus, niſi præfati actores contrarium legitime probare voluerint, in expenſis ob hoc E factis legitime condemnentur. Et ſi qui modo ſuperius annotato citationes impetrantes ſuper ipſa participatione fraudoloſi reperti fuerint de extorquenda pecunia taliter a citatis: tamquam fures perjuri per officialem acerrime puniantur.

EJUSDEM CONCILII CANONES ALII

Ex Mart. Vet. Monum. t. VII. p. 390. ex MSS. cod. Reg. Suec.

PHilippus miseratione divina archiepiscopus Senonensis in provinciali concilio ann. MCCCXIV. die Martis ante translationem B. Nicolai cum continuatione dierum sequentium Parisiis celebrato ad perpetuam rei memoriam.

I.

Concil. Provinc. statuta suffraganeis publicand.

Sanctorum patrum pia consideratione salubriter constituit veneranda provisio, ut metropolitani cum suis suffraganeis, pro corrigendis subditorum excessibus, refrenandis moribus, ecclesiarum juribus ac libertatibus observandis, eorumque oppressionibus relevandis, tenerentur sub pœnis canonicis provincialia singulis * concilia celebrare, & quæ pro prædictorum expeditione in illis statuerant observari facere, publicando per suffraganeos in episcopalibus synodis celebrandis in suis diœcesibus annuatim, prout antiquorum & novorum canonum testantur & præcipiunt instituta, quod recolendæ memoriæ nonnulli prædecessores nostri devote pensantes, & fideliter adimplentes, laudabili studio plurima in provincialibus conciliis statuerunt, quorum observantia ecclesiis & personis earum fructus uberes allatura, cum illorum desertio ignorantiæ obumbrata nebulis, hucusque statum ecclesiæ vastavit enormiter, & damnabiliter impedivit. Quapropter nos consideratione præjudicandæ jacturæ pro futuris temporibus occurrere cupientes, ac omnibus excusationis vel ignorantiæ causam amputare, sacro approbante concilio, suffraganeis nostris in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis canonicis juxta statuta Lateranensis concilii duximus injungendum, ut præfatas ordinationes prædecessorum nostrorum, & si quas in hoc sacro concilio vel subsequentibus per nos aut successores nostros statui vel ordinari contigerit, in scriptis fideliter redigentes vel redigi facientes, illas in suis episcopalibus synodis subjectis suis, prout melius expedire providerint, studeant publicare, ad eorum observantiam illos opportunis remediis omni excusatione vel palliatione postposita compellentes.

* *videtur deesse ann.*

II.

Contra clericorum detentores.

Item, ut eo potentius ecclesiæ libertas vigere invaleat, & grex dominicus pastorali cura ab oppressionum incursibus sollicitius præservetur, quo plurimorum spectantium fuerit sollicitudinis studio commonitus, & temerariæ rapacitatis abusus multiplicibus fuerit acclamationibus confutatus, sacro nos ad hoc sollicitante concilio, duximus statuendum, ut curati ecclesiarum parrochialium nostræ provinciæ, detentores clericorum infra parrochiarum suarum limites constitutos sollicite monere & requirere teneantur, ut præfatos detentos clericos ab eis ordinariis suis restituant indilate. Si ab eis requisiti non adimpleverint absque mora, detentionem hujusmodi confitentes, vel cum alia detentio adeo notoria & manifesta existat, quod non possit aliqua tergiversatione celari, detentores ipsos excommunicatos a canone, in suis ecclesiis studeant publice nunciare, & eos faciant ab omnibus arctius evitari, donec a locorum ordinariis, satisfactione eisdem & passis injuriam de tantis excessibus competenter facta, vel ab aliis competentibus judicibus absolutionis beneficium meruerint obtinere: statutis synodalibus alias super hoc editis, si & prout locorum ordinariis expedire videbitur, nihilominus in suo robore duraturis.

III.

Generales citationes prohibitæ.

Item, exigit detestandæ perversitatis abusus, ut illorum audacia, qui citationum, monitionum & aliorum canonicorum processuum remediis abutuntur, & ea quæ suadente justitia ad subditorum tranquillitatem & pacem perinde adinventa fuerant, ad eorum vexationem & perturbationem convertere moliuntur, tanto districtius canonicis pungantur aculeis, & præsidentium studiosis provisionibus refrenentur, quantum per illorum scelerata facinora in ecclesiæ Dei scandalum constat perniciosius gravari sæculariorum insolita & indefensa devotio, ac propter calumnias talium, ad indevotionem ascendere conspicientur, inde emanare calumnias, ubi consuevit omnis calumniarum occasio profugari: temporalibus insuper dominis ex istorum protervia damnabilis paratur occasio infringendæ non modicum ecclesiasticæ libertatis. Quapropter sacro approbante concilio, duximus statuendum, quod in nostra provincia omnibus ecclesiasticis judicibus generales citationes, quæ sub eadem forma consueverunt concedi, *Citent omnes illos & illas, quos & quas lator præsentium*, &c. intelligantur penitus interdictæ, & ab eisdem in posterum nullatenus concedantur. Quod si forsan obtentæ extiterint quoquo modo, nullius penitus sint effectus, & eis non * patiatur impingere.

* *Edit.* non pareatur impune.

IV.

Citationes quomodo faciendæ.

Statuimus insuper, quod nullus super participatione cum excommunicatis citetur, nisi primo monitus fuerit nominatim, nec scribat notarius citatorium, nisi prius monitionem viderit tam sigillo judicis, quam executoris sigillatam; ac impetrator citationis jurare teneatur, se credere quod citandi cum excommunicato participaverint in casibus a jure non permissis, & scienter, antequam citationem obtineat sæpedictam: quodque in ipsa citationis littera talis inseratur clausula, videlicet præfatum impetratorem antedictum subiisse juramentum, & in ipsa citatione quinque tantummodo contineantur nomina personarum. Si vero postquam personæ citatæ super participatione prædicta, per earum juramenta, prout moris est, se debite purgaverint, eo ipso actores, ad quorum instantiam tales citationes impetrantur, personis sic citatis super hoc instantibus & supplicantibus, nisi præfati actores contrarium legitime probare voluerint, in expensis ob hoc factis legitime condemnentur. Et si qui modo superius annotato citationem impetrantes super ipsa participatione fraudulosi reperti fuerint, pro extorquenda pecunia taliter a citatis, tamquam fures & perjuri efficaciter pro crimine puniantur.

V.

Absolutiones extortæ per vim irritæ declarantur.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque revocationem ipsius aut suspensionis seu, etiam interdicti, per vim vel per metum extortam, præsentis constitutionis auctoritate omnino vacuamus. Ne autem sine vindicta violentiæ crescat audacia, eos qui absolutionem sive revocationem hujusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere.

VI.

ANNO CHRISTI 1314.

Pignorationes seu repraesaliae prohibitae.

VI.

Et si pignorationes, quas vulgaris elocutio repraesalias nominat, in quibus alius pro alio praegravatur, tamquam graves legibus & aequitati naturali contrariae, civili sint constitutione prohibitae, cum earum prohibitio in personis ecclesiasticis tanto amplius timeatur, quanto in his inhibentur eas concedi contra personas praedictas, seu bona ipsarum, aut quantumcumque generaliter praetextu cujusvis consuetudinis, quam potius abusum reputamus, a foro concessas ad illas extendi de cetero praesenti decreto districtius inhibemus. Illi autem qui fecerint, adversus personas praedictas pignorationes seu repraesalias concedendo, vel extendendo ad eas, nisi praesumptionem hujusmodi revocaverint, a concessionis vel executionis tempore infra mensem, si personae singulares fuerint, sententias excommunicationis incurrant; si vero universitas ecclesiastica, ecclesiastico subjaceat interdicto.

VII.

Ne exempel ad divina excommunicatos & interdictos admittant.

Episcoporum & aliorum praelatorum querelis frequentibus & querulosis clamoribus excitati, praesenti decreto duximus statuendum, ne aliqui saecularium aut regularium, quantocumque exemptionis, libertatis sedis apostolicae privilegio muniti, cujuscumque ordinis, religionis, status, aut conditionis existentes, celebrent aut celebrari faciant divina, in civitatibus, castris & villis, nisi quatenus eis a jure conceditur: & ne in locis interdictis ab ordinariis seu delegatis judicibus, aut a jure excommunicatos publice sive interdictos ad divina officia vel ecclesiastica sacramenta, seu ad ecclesiasticam sepulturam admittant. Qui vero contra praesumpserit, praeter alias poenas a jure statutas, ingressum ecclesiae sibi noverit interdictum, donec de transgressione hujusmodi ad arbitrium ejus quem contempserit, satisfecerit competenter.

VIII.

Contra impedientes jurisdictionem ecclesiasticam.

Quoniam, ut intelleximus, quorumdam justitiariorum, ballivorum, judicum, vel saecularium, ac temporalium dominorum, quibusdam in partibus praesumptuosa temeritas sic excrevit, ut in terris eorum sive stratibus litteras apostolicas impetrantes, vel ad judices ordinarios ecclesiasticos recurrentes super causis, negotiis seu quaestionibus, quae de jure aut antiqua consuetudine ad forum ecclesiae pertinent, non possint in eis per eosdem judices ordinarios, & apostolicas litteras justitiae complementum obtinere, quin potius super illas recurrere ad judicem saecularem, vel a causa desistere compellantur, nos justitiam nostram & ecclesiae nostrae sponsae nolentes negligere, qui alios in sua justitia conservamus, statuimus ne quis impetratores litterarum nostrarum, vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes, super causis, quae ad idem forum de jure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se vel per alios ad desistendum, vel in foro saeculari de quaestionibus litigandis agendum, per eorumdem judicum ecclesiasticorum, vel impetrantium, vel litigantium, aut litigare volentium, seu propinquorum ipsorum, seu rerum illorum aut ecclesiarum suarum etiam captionem, vel aliis modis quibuscumque compellat, aut compelli faciat, seu procuret per se vel per alium, nec impediat quominus eorum judicibus ecclesiasticis delegatis, seu ordinariis querelantes de causis, quae, ut praemissum est, ad cognitionem pertinent eorumdem, possint justitiam li-

A bere obtinere, ut ad praedicta facienda det consilium, auxilium vel favorem. Si quis vero contra fecerit, excommunicationi se ipso facto noverit subjacere, a qua, nisi tam judici cujus cognitioni fuerit impedita jurisdictio usurpata, quam parti quae turbata fuerit in prosecutione sui juris, de injuriis & damnis & interesse prius per eumdem fuerit integre satisfactum, nullatenus absolvatur.

IX.

Ut tempore interdicti poenitentiae sacramentum etiam sanis possit conferri &c.

Alma mater ecclesia plerumque nonnulla rationabiliter ordinavit & consulte, quae suadente subditorum utilitate postmodum consultius revocat in meliusque commutat. Sane sicut locis ecclesiastico suppositis interdicto, nul- B la certis casibus exemptis ..... divina officia celebrantur & ministrantur ecclesiastica sacramenta: quia vero ex districtione hujusmodi statuti excrescit indevotio populi, pullulant haereses, & infinita pericula animarum insurgunt, ac ecclesiis sine culpa earum debita obsequia subtrahuntur, cum fratribus nostris deliberatione super hoc habita diligenti, concedimus quod tempore interdicti ab homine vel a jure prolati non tantummodo morientes, sed etiam viventes, tam sani, quam etiam infirmi ad poenitentiam, quae propter pronitatem & facilitatem hominis ad peccandum summe necessaria est, licite admittantur: dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti praecipimus in mortis arti- C culo ad eamdem. Illis etiam propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata est interdicti sententia, vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione ipsum interdictum est latum, praebuerunt auxilium, consilium vel favorem, nisi delicto, si sit tale quod eidem satisfacere valeant, prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem; aut si satisfacere nequeant, vel hujusmodi, per eos qui eam facere debent & possunt praestare, dabunt consilium, auxilium, ac juxta posse suum laborabunt fideliter, non poenitentiae beneficium aliquatenus concedendum, nec tunc & quoad istos vel alios qui certamine deliquerint, nisi civitas & locus alius, seu universitas existat, interdi- D cti facienda est relaxatio; solum interdictis injungenda poenitentia salutaris. Addimus praeterea, quod singulis diebus in ecclesiis & monasteriis missae celebrentur, & alia divina officia, sicut prius, submissa tamen voce, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, & campanis non pulsatis, & tam canonici quam clerici, quibus distributiones quotidianae illis qui interfuerint canonice tribuuntur, si ad officia non venerint, supradictas distributiones amittant sicut interdicti, quas demum non haberent, si divinis officiis non interessent.

X.

Ut in praecipuis festis divina publice celebrentur tempore interdicti.

In festivitatibus Natalis Domini, Paschae, ac Pentecostes, & Assumptione Virginis gloriosae, E campanae pulsentur, & januis apertis alta voce divina officia celebrentur, excommunicatis exclusis, & interdictis admissis quibuscumque ob reverentiam dictarum solemnitatum, ut ipsi ad humanitatis gratiam & reconciliationis effectum facilius inclinentur. Praefatis diebus participationem permittimus divinorum, sic tamen quod illi propter quorum excessum hujusmodi interdictum est prolatum, altare nullatenus appropinquent, ceteris quae contra observantiam interdictorum a nostris praedecessoribus instituta sunt, in suo robore duraturis, non obstantibus quibuscumque privilegiis ecclesiarum, monaste-

ANNO CHRISTI 1314.

riorum, ordinibus, religionibus, seu personis ecclesiasticis & sæcularibus, vel exemptis & non exemptis, sub quavis forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, quæ sunt contra tenorem præsentis constitutionis, nulli volumus suffragari, cum quibus tam sæcularibus quam regularibus sufficere debeat.

XI.

Ne in locis non exemptis fiant oratoria aut capellæ sine licentia.

Auctoritate sedis apostolicæ, de fratrum nostrorum consilio statuimus, quod oratorie vel capellas in locis non exemptis diœcesanorum locorum ipsorum sine licentia, exempti construere non præsumant, casibus expressis a jure dumtaxat exceptis, in locum exemptum celebrent vel celebrari faciant divina; qui si talia præsumpserint, ob hoc a prælatis seu eorum ordinariis compescantur. Si quas propter hoc exemptorum ipsorum conservatores privilegiorum in eos sententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus autem ne ipsi in locis exemptis facere audeant, nisi si per hoc licentiam, & privilegium habeant.

XII.

Ne exempti hominum suorum liberorum lites suscipiant.

Speciales causas quoque sive lites proprias hominum suorum liberorum, quæ tamen ed ipsos homines pertinent, iidem exempti homine suo, ut actores, sive ut defensores aliquatenus non assumant, etsi sunt dicti homines censuales, cum id nequaquam licitum sit eis.



CONCILIUM RAVENNATE III.

De disciplina ecclesiastica, celebretum anno Domini MCCCXIV. post obitum Clementis papæ V. tempore interregni pontificii.

TITULI CAPITULORUM.

Constitutiones domini Rainaldi editæ in concilio celebrato Argentæ.

PRÆFATIO,

In Christi nomine, Amen.

QUia inundatio & abundantia peccatorum facit homines in tenebris ambulare, & permanere, ita quod superioribus debita non exhibetur reverentia, nec inferioribus sollicita & caritetiva impenditur cura, ex quibus inordinationes & confusiones, nedum in clero, immo & in populo, innumeræ pullularunt, ob quæ apparent, ex occulto Dei judicio, naufragia & tempestates: idcirco nos Rainaldus permissione Divina, & apostolicæ sedis gratia, sanctæ Ravennatis ecclesiæ archiepiscopus, ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, beati Apollinaris patroni, sanctorum martyrum Vitalis & Ursicini, ac aliorum martyrum & confessorum, quorum meritis & precibus, nedum ipsa ecclesia Ravennas, immo omnes cathedrales ecclesiæ, ac aliæ venerabiles de provincia, sunt fundatæ & dotatæ, ad reformationem devotionum, honestorum morum, personarum ecclesiasticarum, religiosorum, sæcularium & laicorum, & salutem omnium animarum, defensionem & recuperationem rerum ecclesiarum, hoc sacro concilio, in Ecclesia beati Nicolai castri Argentæ, ecclesiæ & diœcesis Ravennatis convocato & congregato, sub anno Domini millesimo trecentesimodecimo quarto, indictione XII. decimo die mensis Octobris, præsentibus venerabilibus fretribus dominis Dei gratia fratre M. Imolensi, fratre P. Comaclensi, P. Foropopilensi, fratre V. Faventino, I. que Cesenatensi, episcopis: & procuratoribus venerabilium patrum Bononiensis, Adriensis, & Reginensis episcoporum, ac capituli Mutinensis, cum ecclesia ipsa vacet ad præsens: Christi nomine invocato, de approbatione ipsius concilii, cui, Deo permittente, præsidemus, infrascriptas constitutiones duximus edendas, promulgandas, ac publicandas. Et ne contra eas aliquid possit fieri, vel ignorantia aliqua prætendi, eas post

tres

tres menses proxime subsequentes, mandamus A & statuimus ab omnibus subditis provinciæ Ravennatis inviolabiliter observari.

CAPITULA.

Quod constituti in sacris tantum, habeant vocem in capitulo.
Rubrica I.

CUm ordines sacri, sancto afflante Spiritu, sint ad augmentum gratiæ suscipientium illos maxime constituti, & ob hoc conferendi sint præcipue B viris scientia & vitæ sanctitate præditis, a criminibus & infamia alienis, quia apostolis & discipulis suis, quorum vicem hi tenent, Dominus secretiora revelavit clarius: statuimus, quod solummodo constituti in sacris ordinibus, & non alii, ad capitula vocentur, & vocem habeant in capitulo. Et hæc intelligimus de sæcularium clericorum capitulis, non de conventibus religiosorum.

De ætate & qualitate ordinandorum.
Rubrica II.

Quoniam Dominus ordinem Levitarum, quorum locum obtinent clerici, voluit & mandavit esse discretum a populo, ut coram eo starent semper, & audirent sapientiam ejus; & species cæli est gloria stellarum, & in antiquis est prudentia, cum nemo eligat tirones, quos non constat esse prudentes: statuimus, seu statutum esse declaramus, quod nullus ad sacerdotium ordinetur, D nisi vicesimumquintum; ad diaconatum, nisi vicesimum; ad subdiaconatum, nisi sextumdecimum annum ætatis attigerit. Nec ad ordinandum aliquem alterius diœcesis, ad quoscumque ordines vel officia, sufficiant litteræ simpliciter præsentatoriæ, seu dimissoriæ, nisi fuerint & testimoniales super vita & litteratura ejusdem, & per duos dies saltem ante diem ordinationis fuerit ordinatori præsentatus: nec in hoc alterius litteræ valeant, quam ordinarii episcopi, vel vicarii ejus, cum longe in remotis aget E idem episcopus: & hoc, nisi sint de ordinibus mendicantium, vel aliorum exemptorum privilegiatorum, de quorum privilegiis constet. Et si quis aliter fuerit ordinatus, non possit ministrare in ordinibus sic susceptis, donec cum eo per sedem apostolicam, vel provinciale concilium fuerit misericorditer dispensatum.

De non consecrandis in episcopos peregrinis & ignotis, & quod aliquis suffraganeus non vadat extra provinciam pro consecratione facienda.
Rubrica III.

Ad hoc, quia Dominus, respectu gregis, episcopos nominavit pastores, & eos qui ad hoc vocantur, oportet esse irreprehensibiles, & testimonium habere bonum ab iis qui foris etiam sunt: statuimus, prohibemus, & inviolabiliter observari præcipimus, ne aliqui, præsertim peregrini & ignoti, in provincia nostra ordinentur seu consecrentur in episcopos, nec etiam aliqui alii noti in provincia, nisi de licentia archiepiscopi, & requisitis comprovincialibus episcopis, prout canones volunt, & fieri est consuetum, in suffraganeis consecrandis: nec etiam aliquis vel aliqui de episcopis suffraganeis, sine licentia archiepiscopi, exeat provinciam Ravennatem pro aliquo consecrando, salva sedis apostolicæ C auctoritate & mandato. Quod si quis contra fecerit, pœnam sacrorum canonum incurrat ipso facto: & nihilo minus auctoritate præsentis concilii prohibemus, ne ad ordinationem seu consecrationem alicujus se immisceat, nec per confratres admittatur: ut sic, in eo in quo deliquit puniatur, nisi per nos fuerit cum eodem, in quantum possumus, dispensatum. Et nihilo minus sic consecratus, a pontificalibus sit in provincia Ravennate suspensus totaliter; donec per sedem apostolicam cum eo fuerit dispensatum.

De peregrinis & ignotis episcopis non admittendis. Rubrica IV.

Item exhortamur pro unitate fidei, & honore sanctæ Romanæ ecclesiæ, & affectuose rogamus, ac attentius requirimus omnes & singulos exemptos, intra Ravennatem provinciam constitutos, ut nullos episcopos peregrinos vel ignotos, & populum subditum citra mare non habentes, invitent seu admittant ad ordinationes tenendas, seu alia pontificalia exercenda in ipsorum ecclesiis, monasteriis, vel locis. Quod si contra fecerint, volumus eos privilegiis, beneficiis & favoribus præsentis concilii, & omnium aliorum conciliorum Ravennatis provinciæ, ipso facto esse privatos.

De

ANNO CHRISTI 1314.

De delegatis, vel legatis, ut faciant fidem suæ legationis,
Rubrica V.

Cum ex processibus aliquorum, qui se asseruerunt a sede apostolica legatos, vel delegatos, vel alios nuncios, quocumque nomine censeantur, in provincia Ravennate, & maxime in Romaniola, plurima scandala hactenus sint exorta: statuimus auctoritate præsentis concilii, quod nullus de cætero, qui se dicat legatum, delegatum, vel apostolicæ sedis nuncium, in provincia Ravennate, & maxime in Romaniola, vel aliqua civitate ejusdem, stetur processibus, nisi prius fecerit indubitatam & plenam de jurisdictione fidem quam asserit se habere, coram nobis, vel coram ordinario, in cujus civitate vel diœcesi dictam jurisdictionem voluerit exercere. Et quod quilibet ordinarius possit, nomine vice hujus concilii, dictæ delegationis copiam requirere, petere, & recipere: quam si talis facere recusaverit, seu neglexerit, in nullo ei parcatur, nec stetur ejus processibus, nec eidem obediatur, immo reputetur jurisdictionem aliquam non habere. Hoc tamen non intelligimus ad legatos ex latere ullo modo, vel ad delegatos ad certas & speciales causas, vel ad provisores seu exequutores beneficiorum datos, extendi: cum tunc parti facere fidem sufficiat.

De majoritate & obedientia, ac honorificentia prælatorum, & pœna non obedientium superioribus suis.
Rubrica VI.

Cum episcopalis dignitas præ cæteris sit sublimior, & aliæ nullam comparationem recipiant ad eamdem, & in hoc sæculo nil excellentius sacerdotibus, & nil sublimius episcopis valeat reperiri, cum in eis & per eos Christus per omnia habeat præsentari: ideirco pro Divina devotione & reverentia, ac honorificentia dignitatis & ordinis episcopalis, & populi devotione augenda, sacro approbante concilio mandamus & statuimus, quod quotiescumque episcopi per civitates suas & diœceses transierint, rectores, seu clerici ecclesiarum, qui sciverint eos per suas parochias transire, campanas pulsent, seu pulsari faciant, ita quod populus audire possit, & exire, & genua flectere ad benedictionem suscipiendam. Quod si quis facere omiserit, ipso facto incidat in pœnam quinque solidorum Ravennatum, distribuendorum in pauperes infra tres dies. Quam pœnam si solvere neglexerit, postquam fuerit semel monitus, pro qualibet duplicetur, in pietatem similem convertenda. Et multo hoc amplius extendatur ad monasteria, & alia loca religiosa. Eadem præsidentia & approbatione mandamus & statuimus, quod quotiescumque episcopi accedent ad ecclesias locorum, ubi sunt capitula, vel conventus, certioratis illis de suo adventu, campanis pulsatis, cum coctis, & pluvialibus, si habuerint, aqua benedicta, & incenso, & cruce, psallendo seu cantando, processionaliter & devote eis obviam reverenter occurrant, usque ad portam ecclesiæ, vel usque ad limen cœmeterii, & ipsi domini episcopi super * se prostratos ante altare, dicta cum cantu per sacerdotem oratione, surgentes osculati fuerint altare, impendant benedictionem solemnem.

* *hoc est, super eos qui se prostraverunt.*

Item statuimus, eodem approbante concilio, quod omnes episcopi suffraganei in tota provincia, cum eos suam diœcesim exire contigerit, possint & debeant impendere publicam benedictionem, celebrare in pontificalibus, prædicare, & indulgentias sic celebrando concedere: & hoc intendimus, ubi episcopi hujusmodi non contraherent ibi moram, scilicet longiorem decem dierum; sed quasi transeuntes essent ibi, ut eis in tali transitu & adventu honor deferatur, si ordinarius non sit præsens: alias * ideo si ultra decem dies moram contraherent, vel diœcesano præsente in civitate vel loco, tunc præmissa eis facere prohibemus, nisi ad invitationem ipsius ordinarii, ne ejus honori videatur in aliquo derogari.

* *Corr. alias id est.*

Quia sublimiores majori honore digni sunt, & major reverentia, & promptior obedientia debetur, & majoribus suffragiis indigent, quia vigilare habent, tamquam pro animarum omnium subditorum salute rationem reddituri, & quanto caput nobilius, tanto nobiliora membra ei habent correspondere: ideo hortamur, & persuademus in Domino, ut quotiescumque legatum ex latere sedis apostolicæ, vel archiepiscopum sanctæ Ravennatis ecclesiæ, solemniter celebrare, vel celebrari facere per episcopum in pontificalibus contigerit, in aliqua civitate provinciæ Ravennatis, omnes episcopi, abbates & priores provinciæ Ravennatis, qui fuerint in eo loco præsentes, & hoc sciverint, seu certiorati fuerint, venire & convenire debeant ad eccle-

ANNO CHRISTI 1314.

ecclesiam, ubi Missa hujusmodi debeat celebrari, & in Missa parati coctis, amictis, pluvialibus, mitris & baculis pastoralibus, quibus haec competunt, Missae interesse debeant, & perseverare usque ad finem, ut per hoc Deus & adstantes hujusmodi honoreotur, & populi devotio augeatur.

Col. 3. Cum Apostolus dicat, *Servi, estote subditi dominis vestris*, ut per hæc ad humilitatem & obedientiam informaremur: statuimus, quod quicumque monitus a prælato, seu prælatis superioribus suis, in iis quæ spectant ad correctionem, contumaciter renuerit obedire: ne ex hoc damnetur cum Datban & Abiron, quos propter inobedientiam, cum familiis terra vivos absorbuit, sit ipso facto suspensus. Quam quidem suspensionem si sustinuerit per mensem animo indurato, sententiam excommunicationis incurrat: a qua oon possit absolvi, nisi satisfactione præstita suo superiori quem contempsit, vel ejus successori.

De instrumentis conficiendis, & non retinendis per advocatos, notarios, seu procuratores. Rubrica VII.

Volentes ecclesiarum indemnitatibus, industria qua possumus, occurrere, & malignantium subterfugiis obviare: statuimus, quod quisque notarius, clericus vel laicus, rogatus est, vel fuerit in futurum, conficere instrumentum publicum, vel scripturam quamcumque, per aliquam personam ecclesiasticam, super aliquo cantractu, concessione, dispositione, seo super alio quocumque negotio vel facto; teneatur dictum instrumentum vel scripturam, saltem infra decem dies postquam fuerit reqnisitus ab eo qui rogaverit, procuratore vel successore ejus, in publicam formam redigere, & recepto salario coovento, vel alias cumpetenti, aut ei oblato & secundum jura deposito, illud instrumentum vel scripturam tradere illi, vel illis, qui confici rogaverat, & duplicatum, si de coosuetudine vel de jure possit vel debeat duplicari. Quod si non fecerit, ut præmittitur, & post adhuc expectatus per alios decem dies non compleverit & satisfecerit de damnis quæ propter hoc incurrisset ecclesia, sententiam excommunicationis incurrat ipso facto: a qua sententia non possit absolvi, nisi dicto instrumento, ut supra, reddito, & alias satisfactione præstita de damno prædicto. De quo damno, & ipsius quantitate, credatur & stetur juramento prælati vel rectoris ecclesiæ, vel alterius personæ ecclesiasticæ, ad quam pertineat: a judice tamen super hoc taxatiooe præmissa. ANNO CHRISTI 1314.

Insuper statuimus, quod, duraote dicta excommunicatione, nulla persona ecclesiastica debeat dictum ootarium rogare, vel assumere ad aliquam scripturam seu publicum instrumeotum conficiendum, super aliquo contractu, negotio, dispositione vel causa, ecclesiasticis. Quod si contra quis scienter fecerit, ipsum volumus ipso facto incurrere pœnam decem librarum Revennatum pro quolibet iostrumento vel scriptura, quod vel quam postea fecerit, maodaverit vel rogaverit: quam pœnam converti præcipimus in eleemosynas pauperum, diœcesano disponente. Statuimus etiam, quod quicumque advocatus, procurator, seu officialis deputatus ad acta scribenda, vel alia quæcumque persooa, aliquod privilegium, vel instrumentum, vel scripturam publicam, alicujus ecclesiæ vel ecclesiasticæ personæ receperit, seu alias ad eum pervenerit, infra tres dies postquam fuerit requisitus ab eo a quo accepit dictum privilegium, instrumentum, vel scripturam, restituere teneatur, & debeat, nec possit ea retinere prætextu alicujus debiti. Quod si requisitus, infra dictum tempus restituere distulerit: statuimus, quod pœnam seu pœnas supra statutas contra notarios conficientes seu coosicere debentes instrumenta, incurrat ipso facto: & ab bis oon possit absolvi, nisi instrumenta restituerit cum emeodatione damnorum super quibus credatur eodem modo repetentis hujusmodi instrumenta sacramento. Nihilo minus sancientes, quod nulla persona ecclesiastica a dicto tempore in antea usque ad quinque annos possit vel debeat dictos, advocatum, procuratorem, officialem, vel aliquam talem personam, quocumque nomine nominatam, in suum advocatum, procuratorem, œconomum, syndicum, vel officialem eligere, recipere, vel tenere. Quodsi fecerit, ipso facto volumus eam incidere pœnam decem librarum Ravennatum: quam pœnam converti præcipimus in eleemosynas pauperum, diœcesano disponente.

De præscriptionibus, & quod nullus prætextu alicujus temporis, possit se defendere, quin visitetur.

Rubrica VIII.

Item statuimus, & auctoritate ejusdem

dem concilii prohibemus, quod nulli religiosi, vel sæculares, prædictæ provinciæ Ravennatis, prætextu seu occasione lapsus temporis, desuetudinis vel præscriptionis, suis ordinariis & prælatis visitantibus, seu visitare volentibus, repugnare vel contradicere audeant vel præsumant: alioquin, præter pœnas a jure statutas in personas contradicentium, & eisdem scienter faventium, excommunicationis; in ecclesias vero, interdicti sententias auctoritate præsentis concilii proferimus.

De appellationibus & pœna non prosequentium appellationem ab excommunicatione interpositam. Rubrica IX.

Si quis excommunicatus, appellationem interpositam ab excommunicatione hujusmodi prosequi neglexerit, & postea Divinis, ut prius, se immiscuerit: omnibus beneficiis, quæ intra provinciam obtinebat, eo ipso auctoritate præsentis concilii sit privatus.

De vita & honestate clericorum, ac ornatu eorum. Rubrica X.

Quoniam sacerdotium ex indisciplinatione populi apparet non sanum, & propter lascivias, & dissolutiones clericorum & religiosorum, detrahitur Divino honori, ac ordini clericali, populique minus fiunt ex hoc devoti, in tantum ut etiam jura ecclesiarum retinere, & aliquando temerarie invadere non vereantur, cum incessus, habitus, & vestimenta clericorum & religiosorum, in gravitate, forma, ac colore, distincta sæpius non videantur ab habitu laicorum, quemadmodum esse deberent: proinde statuimus & mandamus pro honestate ordinis clericalis, quod nullus religiosus vel clericus portet arma, nec vestimenta alterius coloris, quam jure permissi: quæ desuper clausa sint, atque talaria. Coronam etiam condecentem portent, per quam designetur regalis esse generis, & sperare se assequi debere partem hereditatis Divinæ; quæ scilicet sit rotunda, & ita tonsi sint inferius, quod aures pateant: ita quod si in sacris fuerit, aut beneficiatus in ecclesia cathedrali vel collegiata venerabili, secundum concedentiam sui status portet latiorem, alii vero mediocrem vel minorem suis statibus condecentem. Capita cooperiant pileo, vel bireto, vel armutia oblonga ad aures. Laicorum convivia non frequentent: in domibus ecclesiarum studeant habitare. Prælati, sacerdotes, & alii in dignitatibus & personatibus constituti, ac canonici cathedralium ecclesiarom in sacris constituti, sacerdotes & rectores ecclesiarum, civitatum & suburbiorum, per civitates incedentes, decentem habitum portent, videlicet cappas vel chlamydes. Sacerdotes vero extra civitates & suburbia, & alii in sacris constituti, saltem tabardos talares portent. In ecclesia vero utantur cappis nigris, vel saltem coctis albis. Loca turpia nullo modo ingrediantur, nec tabernas: nisi forte in necessitate in itinere constituti, pro cibo vel potu, vel pro hospitio, compellantur intrare. Tabernas, vel merces illicitas, aut personas suspectas, in ecclesiis vel domibus ecclesiarum, quæ sint intra claustrum, vel ad usum clericorum & ministrorum deputatæ, nullo modo permittant teneri vel commorari. Quod si quis contra aliquod præmissorum fecerit, pœnam decem solidorum Ravennatum incurrat ipso facto: quam si non solverit infra mensem postquam semel monitus fuerit, & ipse excommunicatus existat. Si vero fuerit religiosus, per mensem jejunet bis in hebdomada in pane & aqua, comedendo publice coram fratribus, quando alii fratres reficiuntur: ad quam quidem pœnam condemnamus ex nunc contra facientes. Quam pœnam si non inchoaverit infra mensem, postquam semel monitus fuerit, ut supra, & inchoatam compleat, ut debet: ex nunc ipso facto excommunicatus existat: & nihilo minus contra facientes privati sint ipso jure privilegiis & favoribus hujus concilii, & omnium aliorum provincialium conciliorum: cum non sit miles reputandus, qui stigmata non habet, & frustra legis imploret auxilium qui committit in legem.

Quod nullus accedat ad monasteria monialium, & quod moniales non exeant claustrum. Rubrica XI.

Cum expediat Christi ancillas; quæ se claustralibus ergastulis seu monasteriis dedicarunt, a conversatione hominum esse semotas: statuimus, præcipimus & mandamus, quatenus ad ipsa ergastula seu monasteria nullus vir accedat, sine petita licentia & obtenta sui episcopi. Si quis autem contra fecerit, pœnam viginti solidorum incurrat ipso facto; etiamsi non intret intra claustrum monialibus tantummodo deputatum: quam pœnam si non solverit infra

ANNO CHRISTI 1314.

inſra menſem poſtquam ad monaſterium monialium acceſſum habuerit, excommunicatus ipſo facto exiſtat. Si vero fuerit religioſus, per menſem jejunet in pane & aqua bis in hebdomada, publice comedendo coram fratribus hora refectionis communis. Quod ſi pœnitentiam prædictam non inchoaverit infra menſem, poſtquam ad monaſterium monialium acceſſum habuerit, vel inchoatam, ut præmiſſum eſt, non compleat: eo ipſo excommunicatus exiſtat; & nihilo minus ad dictum jejunium teneatur. Si autem intra clauſtrum ſeu locum monialibus deputatum intraverit, ſit ipſo facto excommunicatus; monialis vero, quæ exierit clauſtrum, ſeu locum ei ſpecialiter deputatum, ſine licentia habita & obtenta ſui epiſcopi, licet clauſuram ſui monaſterii non exierit, per menſem carceri deputetur, in quo de commiſſo pœnitentiam agat. Si autem clauſuram ipſam exierit monaſterii, pœnæ prædictæ ſubjaceat, & tamdiu plus in carcere remaneat, quamdiu ſtetit extra monaſterium: & nihilo minus in hoc caſu, perpetuo ſit ultima ſemper in choro, nullamque cum aliis habeat in capitulo vocem.

De beneficiis ordines ſacros requirentibus, & de pœna eorum, qui negligunt ad ipſos ordines promoveri; & de præbendis in eccleſiis cathedralibus abſque ordinibus ſacris non retinendis.
Rubrica XII.

Cum ſæpe in non matura ætate conſtituti, per cupiditatem & avaritiam parentum ſuorum, dignitates, officia, beneficia, vel præbendas, ad quæ minus ſunt idonei, nonnumquam de facto adipiſcantur: ſtatuimus, quod ſi quis infra ætatem ſexdecim annorum conſtitutus, ex diſpenſatione ſedis apoſtolicæ fuerit beneficium adeptus, quod requirat ſacerdotalem, vel ſacrum ordinem, aut etiam præbendam in eccleſia cathedrali provinciæ Ravennatis, niſi (cum attigerit ſextumdecimum annum ætatis) ſe fecerit ad ſubdiaconatum promoveri infra annum, & alias poſtea promoveatur ſecundum ætatem, prout requirit onus ipſius beneficii, ex nunc ipſo beneficio ſeu præbenda hujuſmodi ſit privatus. Adulti vero, ſecundum jura & onera beneficiorum hujuſmodi, poſtquam fuerint hujuſmodi beneficia, aut in eccleſiis cathedralibus præbendas adepti, ſub pœna & privatione conſimili, quam citius commode poterunt, vel ſaltem

A infra annum, ad ordines ipſos ſtudeant promoveri: alioquin eos, ut ſupra, beneficiis hujuſmodi privamus & præbendis.

De celebratione Miſſarum, & pœna non celebrantium. Rubrica XIII.

Cum nonnulli religioſi & ſæculares clerici imprudenter ad ſacerdotium ſe faciant promoveri, poſt promotionem hujuſmodi Miſſas celebrare, ac alias ſacerdotale officium exercere non curantes, nec animadvertentes, quod quemadmodum quotidie pro populi peccato, ita & pro ſuo debet offerre ſacerdos, & quod hic ſit panis, quem Deus quotidie peti & miniſtrari mandavit; nec conſiderantes, quod in oblatione ſacræ hoſtiæ non tantum id, quod cum fide & devotione petitur, immo beneficia conceduntur ampliora, ſicuti in oblatione Abel, Abrahæ & Zachariæ patet, ſacerdotale ſic miniſterium vilipendere videntur, non abſque plurium ſcandalo, & in detrimentum animarum ſuarum: ideo præſentis concilii auctoritate & approbatione ſtatuimus, quod ſi aliquis jam promotus ſit ad ſacerdotium, aut in futurum quemquam promoveri contigerit, a die ſuæ promotionis, aut a die publicatæ hujus conſtitutionis, infra tres menſes celebrare debeat primam Miſſam, & deinde, prout poterit, Miſſarum ſolemnia frequentare, vel ſaltem ſemel in anno; alioquin beneficiis omnibus quæ obtinet in provincia Ravenn. ſit eo ipſo privatus, ſi ſæcularis eſt; religioſus vero ex tunc ſit ineligibilis active & paſſive, & ultimus in choro & in refectorio habeatur.

Quoniam omnis ſapientia a Domino Deo eſt petenda, & in bonis & benedictione juſtorum exaltatur eccleſia: ſtatuimus, quod quibuslibet diebus Mercurii vel Jovis dicatur ſpecialis collecta in Miſſa pro ſtudentibus, ut vaſa ipſorum recipiant manna, hoc eſt ſapientiam ſanctam. Collecta autem ſit: Deus qui per coæternam: vel ſit de Spiritu ſancto, cum ſua ſecreta, & poſtcommunione. Ad hæc, eodem approbante concilio, monemus, mandamus, ac ſtatuimus, quod durante vacatione præſenti Romanæ ſanctæ eccleſiæ, in ſingulis eccleſiis cathedralibus, qualibet die, & in aliis eccleſiis collegiatis vel conventualibus, ſaltem ſemel in ſeptimana, ad hoc ut Deus provideat eccleſiæ ſuæ ſanctæ de paſtore ſecundum cor ſuum, una Miſſa celebretur ſeu dicatur in honorem

ANNO CHRISTI 1314.

beatæ Virginis, de Spiritu sancto, vel de Trinitate.

De baptismo, & ejus forma.
Rubrica XIV.

Quia damnabile est, iis præsertim ad quos spectat ex officii debito baptizare, formam sacramenti baptismatis ignorare, atque aliis periculosum: propterea, ut ipsius baptismi substantialia verba nota sint, ipsa in præsenti concilio duximus exprimenda. Et sunt ista, prout a Salvatore traduntur: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et ne quis ea possit deinceps ignorare, mandamus quod quilibet rector, seu sacerdos, suum populum debeat & teneatur ter saltem in anno instruere in prædictis, videlicet in octava Epiphaniæ Domini, in sabbato sancto Paschæ, & in sabbato Pentecostes.

De veneratione sanctorum in confessione habenda. Rubrica XV.

Quoniam devotio & pulcritudo demonstratur in uniformitate ecclesiæ, quæ sub specie unius columbæ describitur, & in confessionibus quæ fiunt publice in introitu Missæ, & alias, varii perfunctorie & diversimode confitentur: statuimus, & de cætero observari præcipimus, per totam provinciam Ravennatem confessiones hujusmodi fieri sub hac forma: Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ virgini, beato Michaeli archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis apostolis Petro & Paulo, & omnibus sanctis.

De observantia jejuniorum facienda tempore convocandorum.
Rubrica XVI.

Cum certo certius sit, quod Deus propter orationum instantiam, jejuniorum observantiam, & eleemosynarum largitionem, maxime sua beneficia elargitur: etsi quolibet tempore sit pietatis operibus indulgendum, ferventius tamen hæc fieri debent tempore conciliorum: quo scilicet tempore nos oportet qualibet Dei beneficia, gratiam & misericordiam, & in agendis directionem, instantius atque devotius implorare. Ut igitur ad impetrandum & obtinendum prædicta melius dispositi inveniantur fideles: statuimus, quod quotiescumque provinciale concilium convocari contigerit, omnes & singuli ad prædictum concilium convocati, per tres dies ante ipsius inceptionem, seu primam sessionem, plus tunc solito orationibus & eleemosynis insistentes, omnibus diebus debeant jejunare. Cæteros vero clericos & laicos de provincia nostra, ad prædictas orationes, eleemosynas, & jejunia, sicut possumus, exhortamur in Domino Jesu Christo. Nihilo minus venerabiles patres suffraganei per se alios hortentur ad prædicta pietatis opera, hortarique faciant suos subditos, & induci.

De raptoribus & invasoribus bonorum ecclesiasticorum mobilium.
Rubrica XVII.

Ad reprimendam malitiam, ambitionem & avaritiam perversorum, & maxime communitatum seu universitatum, & earumdem officialium, ac potentum aliorum, qui ecclesias, prælatos, & ecclesiasticas personas, frequenter gravare præsumunt: auctoritate præsentis concilii monemus, & sub pœna excommunicationis præcipimus, ac districtius prohibemus, quod nulla universitas, nullus capitaneus, rector, vicarius, seu officialis, quocumque nomine censeatur, aut consiliarius, seu alia quæcumque persona, cujuscumque status, gradus, & conditionis existat, de cætero audeat vel præsumat bona mobilia, vel se moventia, redditus vel proventus ecclesiarum, prælatorum, invadere, occupare, rapere, vel prædari vel tollere quoquo modo, prætextu, vel quæsito colore, per se, alium, seu alios. Et qui contra fecerit, nisi infra decem dies emendaverit cum effectu, ab omnibus sacramentis ecclesiasticis sit ipso facto exclusus, usque ad satisfactionem debitam & condignam. Et si dictam exclusionis pœnam animo indurato per mensem duxerit in contemptum sustinere, non satisfaciendo plenarie de subtractis & acceptis: si communitas vel universitas fuerit, eo ipso ecclesiastico civitas, castrum vel villa ipsorum subjaceat interdicto; si singularis sit persona, sententiam excommunicationis incurrat, a qua nullatenus possit absolvi, nisi prædictas ecclesias, prælatos & ecclesiasticas personas, quas in prædictis gravaverit, indemnes reddiderit cum effectu, & alias satisfecerit de temeritate & contemptu, ad arbitrium ordinarii loci, seu officialis ejusdem. Et si prædictas sententias & pœnas iterum per mensem animo sustinuerit indurato: ipsum & ipsos statuimus

mus & decernimus incurrere pœnas impositas, & promulgatas in alio concilio provinciali proxime per nos celebrato Ravennæ, contra invasores bonorum immobilium ecclesiarum. Quas siquidem sententias & pœnas, ad requisitionem ordinarii loci, vel ejusdem officialis, teneantur comprovinciales denunciare, seu denunciari facere, & servari per civitates & diœceses eisdem commissas, sicut prædicto ordinario requirenti, vel officiali ipsius videbitur expedire.

De obtinentibus ecclesiastica beneficia spectantia ad mensam prælatorum.
Rubrica XVIII.

Sacro approbante concilio, hac irrefragabili constitutione sancimus, quod nullus religiosus vel sæcularis clericus, prætextu litterarum veritate tacita obtentarum a sede apostolica vel legato ipsius, aut quovis alio titulo non canonico, vel quæsito colore, dignitates, personatus, officia, vel beneficia quæcumque ecclesiastica provinciæ Ravennatis, ad mensam alicujus episcopi, monasterii, capituli, vel ecclesiæ pertinentia, hactenus occupata, seu in facto possessa, vel invasa, detinere audeat, vel præsumat, aut de cætero occupare, colore hujusmodi, in periculum animarum, & præjudicium alicujus. Alioquin si sic dictas dignitates, personatus, officia, vel beneficia, seu ecclesias taliter occupatas detinere monitus contenderit, & eas vel ea non dimiserit, & libere relaxaverit cum effectu, cum fructibus inde perceptis, eisdem prælatis, ecclesiis, vel episcopatibus, monasteriis, vel capitulis, ad quos spectant: ex nunc auctoritate præsentis concilii in occupatores & detentores eosdem excommunicationis sententiam proferimus, dictis nihilo minus beneficiis ecclesiasticis sententialiter, in quantum de facto tenent, privantes eosdem.

De sententiis interdicti pro pecuniariis causis minime proferendis.
Rubrica XIX.

Quoniam ex sententiis interdicti non est dubium multa oriri scandala, ex quibus non solum sæpe puniuntur insontes, immo excrescit indevotio populi, pullulant hæreses, ac ecclesiis & ecclesiasticis personis, sine culpa earum, debita subtrahuntur obsequia, propterea non debent sine urgenti necessitate proferri: & ideo statuimus, & districtius prohibemus, ne pro causis mere pecuniariis hujusmodi sententiæ interdicti de cætero proferantur, & si prolatæ fuerint, eas decernimus non tenere, & hoc nisi universitas deliquisset, aut per tres menses sustinuisset contumaciam, inobedientiam, vel rebellionem suorum rectorum, vel officialium quorumcumque, qui ob contemptum vel delictum ipsorum forent excommunicati.

De indulgentiis revocatis.
Rubrica XX.

Quia propter potentium importunitatem, nos & alii provinciales episcopi nonnullis personis religiosis concessimus, ut indulgentias, quando prædicarent, vel alias, possent annunciare: & aliquando nonnulli talium ex privilegiis quæ asserunt, ordinibus, vel locis suis, seu personis propriis a sede apostolica, vel a prælatis concessa, annuncient indulgentias ampliores quam sit ordinariis ipsis a jure scripto permissum, ac per hoc apud populos pontificalis auctoritas & potestas minui quodammodo & vilescere videatur: ideo auctoritate præsentis concilii tales concessiones de indulgentiis annunciandis factas a nobis, & a comprovincialibus cæteris, revocamus omnino, ac eisdem uti de cætero sic revocatis, aut de cætero sic concedi penitus prohibemus.

G. C. ADDITIO AD CONC. RAVENN. ANNI MCCCXIV.

Hujus concilii decretis intercessum esse ab episcopo & clero Bononiensi narrat Hieronymus Rubeus, histor. Ravenn. lib. 6. his verbis: Cum edicta ab omnibus Ravennati ecclesiæ subjunctis, post menses tres, servanda esset edicturus Rainaldus: assurrexere, Ubertus canonicus S. Mariæ in Portu, Ravennatis diœcesis, pontificii juris consultus, Bononiensis episcopi vicarius, ejus nomine episcopi, & sacratorum virorum Bononiensium; Buonacursius abbas S. Proculi Bononiensis, ordinis S. Benedicti, nomine cœnobii sui, sacratorumque virorum civitatis diœcesisque Bononiensis, qui immunes non sunt; & Prior S. Bartholomæi Portæ Ravennatis Bononiæ ejusdem ordinis, sacratorum virorum Bononiensium immunium nomine: palamque testati sunt, cum ad eam diem satis conformati fuissent episcoporum & aliorum provinciæ Ravennatis mores legesque editæ, & quæ promulgandæ tum essent, jura honoresque episcopo & sacratis viris Bononiensibus derogarent, se nequaquam assentiri illis, neque parere velle.

Inter episcopos qui recensentur in præfatione, deest nomen Matthæi Cerviensis episcopi, quem huic interfuisse concilio intelligimus ex histor. Ravenn. lib. 6.

BITURICENSIS PROVINCIÆ CONCILIUM

Ab Ægidio Columna archiepiscopo

Anno 1315. habitum.

A. C. 1315. Mansi Suppl. to. III. pag. 196. CОncilii hujus nomen, quod unicum supe-rest, innotescit ex Dissertatione Historica *de ducentis celeberrimis Augustinianis scriptoribus* a P. Dominico Gandolfi Augustiniano edita; qui in Ægidio Columna hæc refert. *Provincia-lе Concilium celebravit in sua Bituricensi sede anno 1315. post Beatissimæ Mariæ Virginis Nativitatem, non sine summa spirituali utilitate Cleri & populi.* Nec plura de Concilio isto.

SENONENSIS PROVINCIÆ CONCILIUM

Pro decimis, quas a clero poscebat Philippus Navarræ & Galliæ rex

Anno 1315. celebratum.

A. C. 1315. Mansi pag. 197. *CAusam, & nomen ipsum concilii latuisset, nisi servatum fuisset in charta, quam ex archivo Archiepiscopatus Parisiens. exhibet Dubois Hist. eccl. Parisf. to. II. pag. 565. ex quo hic.*

Ludovicus Dei gratia Francorum & Navarræ rex dilectis & fidelibus nostris, episcopo Parisiensi, & personis ecclesiasticis diœcesi Parisiensis salutem, & dilectionem. Cum per dilectum & fidelem nostrum archiepiscopum Senonensem ad nostram præsentiam ex parte provincialis Concilii Senonensis destinatum nobis gloriose fuesit pro vobis, aliisque suffraganeis, & personis Ecclesiasticis Senonensis provinciæ eis & vobis concessa propter magnas nostras & regni nostri necessitates una decima solvenda nobis de moneta currenti in locis, in quibus solvetur, in duobus terminis; medietate scilicet in festo Purificationis beatæ Mariæ, & alia in festo beatæ Magdalenæ proximo venturis: vel si nobis magis placuerit habere illam decimam alio tempore, dicto anno elapso, quam in dictis duobus terminis proxime venturis; tunc, præterito anno elapso, quando ipsam decimam habere voluerimus in eisdem festis Purificationis beatæ Mariæ Virginis, & Magdalenæ dicti anni, in quo prædictam decimam habere voluerimus in eisdem festis ipsa decima persolvatur, acto expresse juramento, quod nos efficaciter procuremus cum apostolica sede, vel cum executoribus deputatis ab ea ad faciendum levari decimam pro subsidio terræ sanctæ concessam, quod in eodem anno dicta decima, quæ nobis concessa est, & decima, quæ pro subsidio terræ sanctæ levanda est, aliquatenus non concurrant; & quod dicta decima nobis concessa per eos non levetur per gentes nostras, nec nostro nomine, sed per eos, seu per deputatos ab eis, adjunctis, si voluerint, & petierint dicti Prælati, & aliter non, aliquibus ex gentibus nostris ad compellendum rebelles; & quod dicta decima secundum antiquam taxationem decimæ, & a personis, & beneficiis ecclesiasticis, quæ hactenus habere decimam consueverunt, & non ab aliis, quæ decimam non consueverunt solvere, persolvatur; & quod propter præstationem, & solutionem dictæ decimæ nullum eisdem Prælatis, cæterisque personis ecclesiasticis dictæ provinciæ, nec eorum libertatibus, immunitatibus, & privilegiis præjudicium generetur; nec nobis, nec successoribus jus aliquod acquiratur ad petendum, vel habendum consimilia in futurum: nos prædictam concessionem decimæ sub præmissa forma nobis factam gloriose recipimus; & ab omni periculo, & damno, si quod ab apostolica sede, vel executoribus deputatis per eam eisdem prælatis, & personis ecclesiasticis communiter, vel divisi obtentu præmissorum quomodolibet proveniret, eos indemnes & omnia supradicta nos facturos, & servaturos promittimus bona fide. In quorum testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Vicenas anno Domini MCCCXV. mense decembri.

CONCILIUM SALMURIENSE

A Gaufrido Turonensi archiepiscopo & suffraganeis celebratum Anno Domini MCCCXV.

Edidit Johannes Maan in metropoli Turonensi: nos cum duobus MSS. contulimus.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

In nomine Dei, Amen. Nos Gaufridus permissione Divina archiepiscopus Turonensis, nostrum provinciale concilium, vocatis evocandis, & præsentibus qui voluerunt & potuerunt interesse, celebrantes, de suffraganeorum nostrorum & abbatum præsentium consilio & assensu, ordinavimus & statuimus capitula quæ sequuntur.

CAPITULA.

I. *Ne feuda vel aliæ possessiones ecclesiæ sæcularibus advoventur.*

Dudum felicis recordationis Gregorius papa X. volens indemnitatibus ecclesiarum providere contra prælatos, & personas ecclesiasticas sibi commissas, & jura eorumdem laicis submittentes, bona & jura ipsarum ecclesiarum alienantes nisi in forma & casibus a jure permissis, feuda & possessiones ipsarum ecclesiarum a laicis tamquam a superioribus de novo se tenere advovantes, seu ipsos laicos patronos seu advocatos ecclesiarum & bonorum earumdem ad tempus non modicum statuentes, & contra laicos qui prælatos, capitula, & alias personas ecclesiasticas, ad submissiones hujusmodi faciendas compellerent, in concilio Lugdunensi constitutionem edidit, quæ vassallos ecclesiæ, & alios, qui possessiones & jura alia tenent ab ecclesia, a personis laicis tamquam a superioribus ea, quæ ab ecclesia tenent advovantes se tenere, comprehendere non videtur: per quas advovationes multæ ecclesiæ & monasteria diœcesis & provinciæ Turonensis, quamplures graves læsiones & jacturas, a non modico tempore citra, noscuntur incurrisse. Nos volentes malitiis taliter detrahentium juri & honori ecclesiarum obviare, & eisdem ecclesiis super his de opportuno

Concil. Lugdun. c. 22.

A remedio providere: in omnes illos, qui de cætero feuda, res, possessiones, jurisdictiones seu alia jura quæcumque, quas ab ecclesiis mediate vel immediate tenent, a personis sæcularibus, seu ab aliis quibuscumque, præterquam ab ecclesia a qua tenent, scienter advovaverint se tenere; & in omnes illos qui ad tales advovationes faciendas scienter consilium dederint clam vel palam, & in illos qui taliter advovantes ad hoc in-
B duxerint quoquomodo: auctoritate præsentis concilii in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus. Illos etiam qui a quadraginta annis citra, feuda, res, possessiones, jurisdictiones, & alia jura quæcumque, quas ipsi ab ecclesia mediate vel immediate tenebant, a personis sæcularibus seu ab aliis quam ab ecclesia a qua tenebant, advovarint se tenere, & heredes ipso-
C rum, qui tales advovationes a dicto tempore fecerunt, monemus auctoritate præsentis concilii, & moneri præcipimus per omnes cathedrales & parochiales seu curatas ecclesias diœcesis & provinciæ Turonensis trina monitione, publice & in generali, ut ipsi infra trium mensium spatium, a tempore dictarum monitionum in dictis ecclesiis faciendarum numerandorum, prædictas advovationes sic damnabiliter factas revocent, & revoca-
D ri faciant cum effectu, & dictas ecclesias restituant, vel saltem reddant indemnes. Alioquin ipsos auctoritate præsentis concilii excommunicationis sententiæ volumus subjacere.

II. *De perturbatoribus jurisdictionis ecclesiasticæ.*

Præterea cum olim recolendæ memo- Concil. Bituric. ann. 1276. c. 16
E riæ Simon. legatus in Francia, in suo generali concilio tunc temporis Bituris celebrato, ad conservationem seu tuitionem jurisdictionis ecclesiasticæ provida deliberatione duxerit statuendum: quod si quis, cujuscumque dignitatis aut conditionis existat, nuncios aut executores ecclesiasticorum judicum, aut alios literas eorumdem active judiciaria deferentes

ferentes, hac occasione verberare, capere, detinere, occultare, carceri mancipare, aut quod censendum est gravius, interficere, litteras vel acta judiciaria prædicta personis memoratis auferre, seu ea rumpere, cancellare, aut alias destruere quoqun modo, vel sic ablata celare præsumpserint, aut ut ista fiant procuraverint, vel facientibus consilium vel opem duxerint adhibendam, auctoritate dicti concilii excommunicationis sententiam incurrant ipso facto.

c. Quoniam de immun. eccl. in 6. Postmodum etiam dominus Bonifacius papa VIII. in taliter impedientes jurisdictionem ecclesiasticam excommunicationis sententiam per suam generalem constitutionem in jure redactam & insertam promulgavit. At nonnulli domini temporales, eorum baillivi, seneschalli, & alii jurisdictionis temporalis officia exercentes, ecclesiasticæ jurisdictionis invidi, prædictam jurisdictionem ecclesiasticam modis supradictis, & aliis variis coloribus exquisitis impedire, & prædictas excommunicationis sententias incurrere non verentur in suarum periculum animarum. Contra quos ad denunciationem procedere, propter scandala & pericula, quæ exinde possent accidere, judices ecclesiastici hæsitant, & quandoque totaliter supersedent, ipsos delinquentes in dictis excommunicationum sententiis damnabiliter relinquentes. Nos qui malitiis ipsorum occurrere, & salutem suarum animarum procurare, ex debito nostri officii volumus, ut tenemur, terras ipsorum dominorum, qui jurisdictionem ecclesiasticam modis prædictis impediverint, vel per quorum baillivos, seneschallos, servientes, seu alios allocatos quoscumque, modis prædictis, vel aliquo eorumdem, impedita fuerit, (postquam dictus dominus temporalis in cujus terra dictum delictum fuerit perpetratum, si præsens, vel ejus baillivus seu seneschallus si absens fuerit idem dominus, per judicem, cujus jurisdictio fuerit taliter impedita, requisitus fuerit quod emendet) si infra octo dies a tempore dictæ requisitionis capta per eosdem non restituerint pristinæ libertati, & læsis ac ecclesiæ, cujus jurisdictionem contempserant, non satisfecerint cum effectu, ex tunc ecclesiastico, auctoritate præsentis concilii, supponimus interdicto.

III. *Ut archidiaconi nihil accipiant ab examinatis per eosdem.*

Præterea cum ad officium archidiaconorum spectet examinatio clericorum ad sacros ordines & beneficia, præcipue ad curatas ecclesias, promovendorum, ipsosque examinatos, si idonei fuerint, per suas litteras episcopis præsentare; ac quorumdam insinuatione didicerimus, quod nonnulli archidiaconi & eorum vicarii, qui adeo cupiditatis & avaritiæ spiritu sunt accensi, quid liceat, vel quid deceat non advertunt, summas immoderatas pecuniæ a clericis ad beneficia promovendis, antequam eis velint litteras approbatorias concedere, seu eos inventos idoneos dictis episcopis præsentare, damnabiliter exigunt & extorquent. Unde nos avaritiam talium refrænare cupientes: statuimus, quod omnes illi, ad quos spectat dicta examinatio & præsentatio clericorum, sive ratione sui officii, sive ratione commissionis sibi factæ, qui de cætero ab his promovendis aliquid receperint, seu exegerint hac occasione, si sacerdotes fuerint, suspensionis; si vero non fuerint sacerdotes, excommunicationis sententias incurrant ipso facto: a qua nullatenus absolventur, quousque recepta per eos sive exacta restituerint cum effectu.

IV. *Ut interdictum ante excommunicationem poni possit.*

Item, cum olim in concilio Castri Gonterii anno Incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo octuagesimo primo celebrato statutum fuisse dicatur, quod non credimus esse factum, quod interdictum nullatenus ponatur in terra alicujus, nisi prius animadversum fuerit in personam domini vel baillivi: dictum statutum, si quod fuit, tollimus, & penitus amovemus. Suffraganeis autem nostris in suis diœcesibus absolvendi ab excommunicationum sententiis latis in præsenti concilio, & interdicta suspendendi, concedimus potestatem. Et omnia concilia prædecessorum nostrorum auctoritate præsentis concilii confirmamus.

Actum apud Salmurum die Veneris post festum B. Michaelis in monte Gargano, anno Domini millesimo trecentesimo decimoquinto.

CON-

CONCILIUM NUGARIOLENSE

Ab Auscitanæ provinciæ præsulibus anno Dom. MCCCXV. celebratum.

Ex cod. MSS. bibliothecæ illustrissimi archiepiscopi Remensis coadjutoris, Car. Maur. Tellerii.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

IN nomine Domini, Amen. Notum sit cunctis, quod anno Domini MCCCXV. reverendus in Christo pater A *. Divina miseratione archiepiscopus Auscitanus existens apud Nugarolium in Armanico suæ diœcesis, Divina inspirante gratia concilium suum provinciale una cum venerabilibus in Christo patribus E. * A, Aquensi; T [2]. Vasatensi; A [3]. Lascurrensi; G [4]. Lectorensi; G [5]. Olorensi, episcopis; B [6], de Villa, electo & confirmato Bajonensi; domino Petro de Media carteria vicario generali domini Adurensis episcopi, in remotis agentis; domino Arthuro de Laudoraze canonico & vicario generali Tarbiensis ecclesiæ, procuratore episcopi Conseranensis, & Augerio de Malo vicino, canonico & procuratore ac vicario ecclesiæ Convenarum, sede vacante; necnon cum procuratoribus capitulorum ecclesiarum cathedralium & collegiatarum ipsius diœcesis & provinciæ Auscitanæ; G. monasterii de Pessano, Augerio de Simorra, Mancipio Cellæ medulphi, B. de Florano, R. de Boillaois, Petro Surdico. Petro monasterii Canoiæ, Aquensis; abbate .... G. abbate Lucrieoli. Oloren. B. Reulæ * Silvestrensis, Lascurrensis; P ...., Bajonensis; B. sancti Severi de Rostan. Monasterii de Taique; & A. Monasterii Reulæ *, Tarbiensis diœcesis, abbatibus: necnon cum procuratoribus aliorum abbatum, priorum, præceptorum, archipresbyterorum, & aliarum ecclesiarum prælatorum, diœcesis & provinciæ memoratorum, celebrare incipit. In quo quidem concilio constitutiones provinciales, habita deliberatione & tractatu qui inter ipsos, quæ sequuntur ad Dei laudem editæ fuerunt.

* Corr. G. scilicet Guillelmus de Flavacuria.
* Corr. G. A. scilicet Garsia Arnaldus. 2 Theobaldo. 3 Arnaldo. 4 Guillelmo. 5 Guillelmo. 6. Bernardo.
* Regulæ.
* Regulæ.

CAPITULA.

I. Contra dominos temporales occupantes ecclesias vacantes.

HOc statuto consulto prohibemus: ne domini temporales, aut quicumque alii sæculares, vacantes ecclesias occupent, saiziant, occupari faciant vel A saiziri. Quod si contrarium præsumpserint attentare, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto: & illa vice eorum filii, & quicumque alii ad eorum instantiam, ad obtinendas dictas ecclesias sint inhabiles penitus & indigni: & si de facto, quod absit, conferantur eisdem, collatio ejusmodi sit nullius momenti.

Conc. Vaur. an. 1368. c. 95.

B *II. Ne clerici a sæcularibus judicibus compellantur super talliis.*

Adjicimus statuendo, quod constitutioni nostræ provinciali, qua cavetur ne domini temporales, bajuli, judices, consules, aut alii jurisdictionem temporalem exercentes, compellant clericos aut alias ecclesiasticas personas ad contribuendum, talliis, seu collectis, eisdem vel rebus ipsorum imponendis: C quod tales præsumentes talia facere, eorum filii, fratres, & nepotes illorum, qui consilium, auxilium, opem, operam vel favorem in prædictis dederint seu impenderint, cujuscunque gradus parentelæ pervenerint, usque ad quartam generationem, obtinere non possunt beneficia ecclesiastica, nec ad aliquos majores vel minores sacros ordines promoveri: quod si fecerint, sint ipso facto privati & suspensi. Et si tales injurian-D tes, vel consilium, auxilium, opem, operam, vel favorem dantes vel præstantes in talibus, eorum uxores, filii, filiæ, vel familiæ ipsorum mori contigerit: licet in mortis articulo absoluti fuerint, tamdiu careant sepultura ecclesiastica; nec non loca, * injuria, exactio seu compulsio fient, (convicti seu perpetrati contigerit) sint ipso facto supposita ecclesiastico interdicto tamdiu, E donec de transgressione & injuria illatis ecclesiæ & damnum passis fuerit integre satisfactum.

* Deest, in quibus.

III. Ne ultimo deputandis supplicio pœnitentia denegetur.

Cum secundum statuta canonica ultimo deputandis supplicio negari, si petant, non debeat pœnitentiæ sacramentum:

Clement. Cum si. dom. de pœnit. & remiss.

ANNO CHRISTI 1315.

tum: abusum damnabilem in quibusdam partibus contra hoc introductum abolere omnino volentes, justitiarios omnes & dominos temporales, ut ab hujusmodi desistant abusu, hortamur in Domino & obsecramus per misericordiam Jesu Christi: locorum nihilo minus ordinariis injungentes, ut eos ad hoc, cum primum commode poterunt, diligenter monere, & si necesse fuerit, ecclesiastica censura compellere non omittant.

IV. De familiaribus episcoporum.

In MS. præcedebant aliquot verba sine ullo sensu: quæ non sunt apud Severtium, qui hunc canonem addidit; uti & primum, quem ex ejus editione emendavi.

Duximus utiliter ordinandum, ut si quis commiserit injuriam contra familiares & domesticos episcoporum, negotia ipsorum episcoporum facientes, vel honestatem, vel incedentes in locis ubi erunt: ipsi delinquentes excommunicati sint, & locus, ubi factum fuerit delictum, sit suppositus ecclesiastico interdicto: donec condigna satisfactio præcesserit, impendenda episcopo, cui in persona sui familiaris fuerit injuria irrogata.

V. De prohibentibus servari interdicta & excommunicationes.

Sacro approbante concilio duximus statuendum, quod decretalis, *Gravis*, de sent. excommunic. in constitutionibus Clementis, & provinciali concilio, habeatur, & dicta decretalis per suffraganeos suis rectoribus publicetur, & per dictos rectores nostros, sæpe sæpius in ecclesiis, dum aguntur solemnia, publicetur.

Confirmatio prædictorum.

Et nos Guillelmus permissione Divina archiepiscopus Auscitanus, constitutiones prædecessorum, & aliorum conciliorum provincialium præcedentium provinciæ Auscitanæ, laudamus, approbamus, easque ex certa scientia confirmamus & renovamus: ne quis per non usum vel credat ipsas, vel ipsarum aliquas, non tenere: præsentibus reverendis in Christo patribus, dominis, Dei gratia, Tarbiensi, Lectorensi, Olorensi, & Bajonensi, episcopis, personaliter, ac procuratoribus dominorum episcoporum legitime absentium, Convenensis, Vasatensis, Lascurrensis, Aquensis, Aduensis.

G. C. Pugnat conclusio cum præfatione, in recensendis episcopis, per se, vel per procuratores, præsentibus.

ANNO CHRISTI 1316.

CONCILIUM SILVANECTENSE

In causa Petri de Latiliaco Catalaunensis episcopi, Annis MCCCXV. & MCCCXVI.

NAngiaci chronici continuator, ad an. MCCCXV. Petrus de Latiliaco Catalaunensis episcopus, de morte regis Franciæ Philippi, ac sui prædecessoris, quæ per eum dicebatur fuisse procurata, suspectus, de mandato regis, sub nomine Remensis archiepiscopi in custodia detinetur. *Et infra.* Mense Octobri, facto concilio Silvanectensi, præsidente archiepiscopo Remensi, ejusque suffraganeis, & aliis quibusdam prælatis: propositisque duobus prædictis capitibus contra Catalaunensem episcopum, petiit idem episcopus, ut ante omnia, ipse qui tam in persona quam in bonis spoliatus erat, restitueretur: quod & obtinuit, ut jus erat. Quo concesso, voluit ut super hoc prælati inquirerent. Et sic super hoc prorogatur concilium, & Parisius assignatur.

Hæc in Senonensi concilio gesta narrant Spondanus in annal. eccles. & Sammarthani fratres in Gallia Christiana, testemque laudant Nangii continuatorem: apud quem unius concilii Silvanectensis est mentio.

Litteras, quibus Ludovicus X. Francorum rex, cognomine Hutinus, episcopos ad hoc concilium invitavit, jam a D. Lucha Dacherio, eruditissimo ac religiosissimo Benedictini ordinis presbytero, tomo IV. Specilegii editas, hic tibi repræsento.

Ludovici X. Francorum & Navarræ regis ad Gazonem episcopum Laudunensem epistola.

Eodem exemplo sine dubio data ad cæteros provinciæ Remensis episcopos.

Jubetur Silvanectensi concilio interesse.

Ludovicus Dei gratia Franciæ & Navarræ rex, dilecto & fideli nostro Gazoni episcopo Laudunensi, salutem & dilectionem.

CUm, sicut accepimus, dilectus & fidelis noster archiepiscopus Remensis, pro examinatione quorumdam criminum, super quibus apud eum Petrus episcopus Catalaunensis bis diebus delatus extitit, certo indigeat episcoporum numero secundum canonicas sanctiones, ac hujusmodi negotium personam nostram plurimum tangere dignoscatur: vos attente requirimus & rogamus, vobis etiam sub debito fidelitatis, qua nobis tenemini, tenore præsentium injungentes, quatenus Silvanecti, sexta die instantis mensis Augusti, dicto Catalaunensi episcopo per eumdem archiepiscopum ad respondendum articulis super dictis criminibus assignata, juxta requisitionem ipsius archiepiscopi personaliter intersitis: ita quod propter vestri defectum, quod absit, nequeat præfati examinatio negotii retardari. Datum Parisiis X. die Julii anno Domini MCCCXV.

Pro-

ANNO CHRISTI 1316. Adnotatio G. C.

Prorogatum de Petri episcopi causa concilium, an Parisiis, ubi assignatum fuerat, ut Nangii continuator loquitur, sessionem aliquam habuerit, prorsus mihi incertum est: neque ullum, ex quo judicium facere liceat, vestigium video. Certo continuatum fuisse Silvanecti anno consequente, discimus ex Guillelmi archiepiscopi Remensis epistola, qua rogat archiepiscopos & episcopos quosdam aliarum provinciarum, ut ad illud conveniant. Plures autem invitat, ut adsint saltem duodecim: quem numerum agitandis episcopalibus causis canones præscribunt, cum de iis metropolitanus auctoritate sua in provincia cognoscit.

Roberti de Curtenaco Remensis archiepiscopi epistola ad multos Galliarum episcopos.

Rogat ut Silvanectensi concilio intersint.

Reverendis in Christo patribus, dominis, Rotomagensi, Senonensi, Bituricensi, archiepiscopis; Parisiensi, Aurelianensi, Carnotensi, Eduensi, Lingonensi, Meldensi, Antissiodorensi, Nivernensi, Claromontensi, Mimatensi, Lemovicensi, Bethlemitano, Bajocensi, Lexoviensi, Constantiensi, Ebroicensi, Macloviensi, Canomanensi, Andegavensi, Pictaviensi, & Santonensi, episcopis: Robertus permissione Divina Remensis archiepiscopus salutem & sinceram in Domino caritatem. C

CUm nostrum provinciale concilium, a nobis & quibusdam suffraganeis nostris, ac nonnullis aliarum provinciarum episcopis, pro causa venerabilis fratris Petri Catalaunensis episcopi, suffraganeorum & aliorum episcoporum consensu unanimi, ex certis & evidentibus causis tunc imminentibus, usque ad nuper præteritam quintamdecimam diem præsentis mensis Maji prorogassemus; & quia ipsa die quintadecima, & aliis duabus sequentibus diebus, episcoporum numerum, qui juxta canonicas sanctiones necessario requiritur in hac causa, non potuimus habere completum propter aliquorum vestrum, & suffraganeorum nostrorum ad hoc D convocatorum absentiam & canonicum impedi-

ANNO CHRISTI 1316.

A utentum: virtute prædictæ prorogationis, iterato dictam quintamdecimam diem mensis Maji ad diem Lunæ post instans festum B. Mariæ Magdalenæ apud Silvanectum, eo jure quo potuimus, continuavimus & assignavimus; ac dicto episcopo Catalaunensi, & hujusmodi negotio assistenti, præsentibus coram vobis, eamdem diem & dictum locum assignavimus, eosdem ad hoc personaliter citantes ad procedendum in hujusmodi negotio secundum anteacta & agenda, ut jus erit; prout in processo super hoc confecto hæc & alia plenius continentur: paternitates vestras, ne hujusmodi causa deserta remaneat, vel forsitan indiscussa, in juris subsidium requirimus & rogamus, quatenus dictis B die & loco, cum diebus sequentibus ad hoc necessariis, quandiu dicto negotio fuerit insistendum, in eodem concilio nobiscum & cum suffraganeis nostris, quos ob hanc causam citari decrevimus ac etiam convocari, personaliter interesse curetis, ad resumendam dictam causam & processum ejus secundum retroacta & agenda, & ad procedendum ulterius justitia mediante. In signum perceptionis harum litterarum nostrarum, sigilla vestra præsentibus apponatis. Datum sub sigillo nostro, anno Dom. MCCCXVI. die Lunæ ante Ascensionem Domini.

Adnotatio Lucæ Dacheri.

Pendent e tabulis sigilla archiepiscoporum Rotomagensis, Senonensis; episcoporum Carnotensis, Eduensis, Lingonensis, Meldensis, Antissiodorensis, C *Nivernensis, Claromontensis, Mimatensis, Lemovicensis, Bethlemitani, Bajocensis, Constantiensis, Ebroicensis, Briocensis, Narbonensis, Cenomanensis. Perierunt tantummodo sigilla duorum episcoporum.*

Addit Dacherius Ægidii Rotomagensis archiepiscopi ad regem litteras, quibus rogat, ut abesse sibi ab hoc concilio certas ob causas liceat.

Quis autem exitus concilii fuerit, discimus tum ex Franciatum rerum scriptoribus, qui Petrum insontem impositi criminis repertum, & absolutum memorant, cum ex Silvanectensi concilio anni proxime sequentis, cui Petrus Catalaunensis per procuratorem interfuit. Ex quo constat restitutum fuisse in pontificiam sedem, a qua ita pulsum eum a D *Rege narrat Gaguinus, ut institutus ei fuerit successor Stephanus Caroli Valesii cubicularius.*



ARTICULI PRÆLATIS ANGLIÆ

oblati Edvvardo II. regi, una cum regis ad eosdem responsionibus.

Ex Tomo II. Concilior. Britann.

Casus, in quibus judex ecclesiasticus potest cognoscere, regia prohibitione non obstante, concessi per chartam regiam.

Edvvardus Dei gratia rex Angliæ, &c. Omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Ex Cossartii Append. Tom. XI.

SCiatis, quod cum dudum temporibus progenitorum nostrorum, quondam regum Angliæ, in diversis parliamentis nostris, per prælatos & clerum regni nostri, plures articuli continentes gravamina aliqua ecclesiæ Anglicanæ, & ipsis prælatis & clero illata, ut in eisdem asserebatur, porrecti fuissent, & cum instantia E supplicatum, ut inde apponeretur remedium opportunum: nuper in parliamento nostro apud Lincoln. anno regni nostri nono, articulos subscriptos & quasdam responsiones, ad aliquos eorum prius factas, coram consilio nostro recitari, ac quasdam responsiones corrigi, & cæteris articulis subscriptis per nos & dictum nostrum

consilium, fecimus responderi. Quorum quidem articulorum, & responsionum tenores subsequuntur, in hunc modum.

I. In primis laici impetrant prohibitiones in genere, super decimis, & oblationibus, obtentionibus, mortuariis, redemptionibus pœnitentiarium, violenta manuum injectione in clericum, vel in conversum; & in causis diffamationis, in quibus agitur ad pœnam canonicam imponendam.

Rex ad istum articulum respondet; quod in decimis, oblationibus, obventionibus, mortuariis, quando sub istis nominibus proponuntur, prohibitioni regiæ non est locus, etiamsi propter detentionem istorum diutinam, ad æstimationem pecuniariam veniatur earumdem. Sed si clericus, vel religiosus, decimas suas in horreo suo congregatas, vel alibi existentes, vendiderit alicui pro pecunia, si petatur pecunia coram judice ecclesiastico, locum habet prohibitio: quia per venditionem res spirituales fiunt temporales, & transeunt decimæ in catalla.

II. Item, si sit contentio de jure decimarum, originem habens ex jure patronatus, & earumdem decimarum quantitas ascendat ad quartam partem bonorum ecclesiæ: locum habeat regia prohibitio, si hæc causa coram judice ecclesiastico ventiletur.

III. Item, si prælatus imponat pœnam pecuniariam alicui pro peccato, & repetat illam: regia prohibitio habet locum. Verumtamen, si prælati imponant pœnitentias corporales, & illi sic puniti velint hujusmodi pœnitentias per pecuniam sponte redimere: non habet locum regia prohibitio, si coram prælatis pecunia ab eis exigatur.

IV. Insuper, si aliquis manus violentas injecerit in clericum: pro violata pace, debet emenda fieri coram rege; pro excommunicatione vero, coram prælato, ut imponatur pœnitentia corporalis, quam si reus velit sponte per pecuniam redimere, dandam prælato vel læso, potest repeti coram prælato, nec in talibus regia prohibitio habet locum. In diffamationibus vero, corrigant prælati supradicto modo, regia prohibitione non obstante.

V. Item, si aliquis in fundo suo molendinum erexerit de novo, & postea, a rectore loci exigatur decima de eodem: exhibetur regia prohibitio sub hac forma. Quia de molendino tali hactenus non fuerunt decimæ solutæ, prohibemus &c. & sententia excommunicationis, si quam hac occasione promulgaveritis, revocetur.

Responsio. In tali casu nunquam exivit prohibitio de voluntate principis, qui & decernit talem perpetuo non exire.

VI. Item, si aliqua causa, vel negotium, cujus cognitio spectat ad forum ecclesiasticum, & coram ecclesiastico judice fuerit sententialiter terminata, & transierit in rem judicatam, nec per appellationem fuerit suspensa, & postmodum coram judice sæculari super eadem re, inter easdem personas, quæstio moveatur, & probetur per testes, vel instrumenta: talis exceptio in foro seculari non admittitur.

Responsio. Quando eadem causa diversis temporibus, coram judicibus ecclesiasticis & sæcularibus ventilatur, ut supra patet de violenta manuum injectione in clericum: dicunt, quod non obstante ecclesiastico judicio, curia regis

A tractat ipsum negotium, ut sibi expedire videtur, ecclesiastico judicio non obstante.

VII. Item, littera regia ordinaria dirigitur aliquando, qui aliquos suos subditos excommunicationis vinculo innodarunt, quod eos absolvant, infra certum diem: alioquin, quod compareant responsuri, quare eos excommunicarunt.

Responsio. Rex decrevit, quod talia littera nunquam exire in posterum permittatur, nisi in casu, in quo possit inveniri, regiam libertatem per excommunicationem lædi.

VIII. Item, barones de Scaccario domini regis vendicantes sibi ex privilegio, quod non debent extra locum illum conquerenti respon-

B dere, extendunt illud privilegium ad clericos commorantes ibidem, vocatos ad ordines, seu ad residentiam; & diœcesanis inhibent, ne aliquo modo, aliquave ex causa, dum sunt in Scaccario, & in servitio domini regis, ipsos trahant ad judicium quoquo modo.

Responsio. Placet domino regi, quod clerici suis obsequiis intendentes, si delinquant, per ordinarium, ut cæteri, corrigantur. Sed tempore, quo occupantur circa Scaccarium, ad residentiam in suis faciendam ecclesiis non tenentur.

His additur sic de novo, per concilium domini regis. Rex & antecessores sui, a tempore cujus contrarii memoria non existit, usi sunt;

C quod clerici, suis immorantes obsequiis illis intenderent, ad residentiam in suis beneficiis faciendam minime compellantur: nec debet dici tendere in præjudicium ecclesiasticæ libertatis, quod pro rege & republica necessarium invenitur.

IX. Item, ministri domini regis, & vicecomites, & alii, ingrediuntur feodum ecclesiæ ad districtiones faciendas, & aliquando capiunt animalia rectorum in via regia, quando non habent nisi terram, ac ecclesiam pertinentem.

Responsio. Placet domino regi, ne districtiones de cætero fiant hujusmodi, nec in fundis, quibus olim ecclesiæ sunt dotatæ. Vult tamen, districtiones fieri in possessionibus, de novo a

D personis ecclesiasticis adquisitis.

X. Item, quandoque aliqui confugientes ad ecclesiam, abjurant terram, secundum regni consuetudinem: & persequuntur eos laici, vel inimici eorum, & a publica strata per eosdem abstrahuntur & suspenduntur, vel statim decapitantur; & dum sunt in ecclesia, custodiuntur per armatos infra cœmeterium, & quandoque infra ecclesiam, ita arcte, quod non possunt exire locum sacrum, causa superflui ponderis deponendi, nec permittitur eis necessaria victui ministrari.

Responsio. Qui terram abjuraverint, dum sunt in strata publica, sunt in pace regis, nec debent ab aliquo molestari; & dum sunt in

E ecclesia, custodes eorum non debent morari infra cœmeterium, nisi necessitas, vel evasionis periculum hoc requirat; nec arceantur confugi dum sunt in ecclesia, quin possint habere vitæ necessaria, & exire libere pro obscœno pondere deponendo. Placet etiam domino regi, ut latrones, & appellatores, quandocumque voluerint, possint sacerdotibus sua facinora confiteri: sed caveant confessores, ne erronee hujusmodi appellatores informent.

XI. Item, petitur, quod dominus rex & regni magnates non onerent domos religiosas,

vel

ANNO CHRISTI 1316.

vel ecclesiasticas personas, pro corrodiis, pensionibus, vel perendinationibus faciendis in domibus religiosis, & aliis locis ecclesiasticis, carectis & equis sibi mittendis, cum per hoc prædictæ domus depauperentur, cultusque Divinus in hac parte diminuatur: & propter hujusmodi onera compellantur sæpissime presbyteri, & alii ministri ecclesiastici, Divinis officiis deputati, recedere a locis supradictis.

Responsio. Placet domino regi, quod super contentis in petitione, de cætero indebite non onerentur: & si per magnates & alios contra fiat, habeant inde remedium; juxta formam statutorum, tempore domini Edvvardi regis patris nostri, nunc editorum. Et fiat consimile remedium de corrodiis & pensionibus, per co- B ertionem exactis, de quibus non fit mentio in statutis.

XII. Item, si aliqui de tenuta domini regis, vocati coram ordinario, extra parochiam ubi degunt, propter suam contumaciam manifestam, excommunicentur; ac, post XL. dies pro eorum captione scribatur: prætendunt se privilegiatos, quod extra villam seu parochiam suam non debent vocari: & sic denegatur breve regium pro captione eorumdem.

Responsio. Nunquam fuit negatum breve regium, nec negabitur in futurum.

XIII. Item, petitur, quod personæ ecclesiasticæ, quas dominus rex ad beneficia præsentat ecclesiastica, si episcopus eos non admittat, ut- C puta, propter defectum scientiæ, vel aliam causam rationabilem, non subeant examinationem laicarum personarum, in casibus antedictis, prout his temporibus attentatur de facto, contra canonicas sanctiones: sed adeant judicem ecclesiasticum, ad quem de jure pertinet, pro remedio, prout justum fuerit, consequendo.

Responsio. De idoneitate personæ præsentatæ ad beneficium ecclesiasticum, pertinet examinatio ad judicem ecclesiasticum. Et ita est hactenus usitatum, & fiat in futurum.

XIV. Item, si vacet aliqua dignitas, ubi electio est facienda: petitur, quod electores libere possint eligere, absque incussione timoris a quacunque potestate sæculari, quod cessent pre- D ces & oppressiones in hac parte.

Responsio. Fiant libere, juxta formam statutorum, & ordinationum.

XV. Item, licet clericus coram sæculari judice judicari non debeat, nec aliquid contra ipsum fieri, per quod ad periculum mortis, vel mutilationem membri valeat perveniri: sæculares tamen judices, clericos ad ecclesiam confugientes, & reatus suos forte confitentes, faciunt abjurare regnum, eorum abjurationes admittunt ex illa causa, quamquam illorum judices super iis non existant. Sicque datur laicis indirecte potestas hujusmodi clericos trucidandi, si ipsos post hujusmodi abjurationem, in regno contigerit inveniri. Super quo, prælati E & clerus petunt tale remedium adhiberi, ut immunitas ecclesiæ, & ecclesiasticarum personarum, conservetur illæsa.

Responsio. Clericus pro felonia fugiens ad ecclesiam, pro immunitate ecclesiastica obtinenda, asserens se esse clericum, regnum non compellitur abjurare: sed legi regni se reddens, ecclesiastica gaudebit libertate, juxta laudabilem consuetudinem regni hactenus usitatam.

XVI. Item, quanquam confessio coram illo, qui non est judex confitentis, non teneat, nec sufficiat ad faciendum processum, vel senten- A tiam proferendam: quidam tamen sæculares judices, clericos, qui de foro suo in hac parte non existunt, reatus proprios & enormes, ut puta furta, roboreas, & homicidia, coram eis confitentes, admittunt ad accusationem aliorum, quam ipsi communiter vocant Apellum, ipsosque sic confitentes accusantes, seu appellum facientes non liberant prælatis eorum post præmissa, quanquam super iis fuerint sufficienter requisiti, licet coram eis, per confessionem propriam, judicari vel condemnari nequeant, absque violatione ecclesiasticæ libertatis.

Responsio. Appellatori in forma debita, tanquam clerico per ordinarium petito, libertatis ecclesiasticæ beneficium non negatur.

Nos desiderantes statui ecclesiæ Anglicanæ, & tranquillitati & quieti prælatorum & cleri prædictorum, quatenus de jure poterimus, providere: ad honorem Dei, & emendationem status dictæ ecclesiæ, & prælatorum, & cleri, prædictorum, omnes & singulas responsiones prædictas, ac omnia & singula in eisdem responsionibus contenta, ratificantes & approbantes, ea pro nobis & heredibus nostris concessimus, & præcipimus in perpetuum inviolabiliter observari. Volentes & concedentes pro nobis & heredibus nostris, quod prædicti prælati & clerus, eorumque successores in perpetuum, in præmissis jurisdictionem ecclesiasticam exerceant juxta tenorem responsionum prædictarum, absque occasione, inquietatione, vel impedimento nostri, vel heredum nostrorum, seu ministrorum nostrorum quorumcunque.

In cujus rei testimonium, has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Eboracum XXIV. die mensis Novembris, anno regni nostri decimo.

Littera, super eamdem chartam domini regis, justitiariis, & aliis ministris directa pro prohibitione.

Rex justitiariis salutem.

Circumspecte agatis de negotio tangente dominum Nurwycensem, & ejus clerum, non puniendo eos, si placitum tenuerint de iis, D quæ mere sunt spiritualia; videlicet de correctionibus, quas faciunt prælati pro mortali peccato; videlicet pro fornicatione, adulterio, & hujusmodi, pro quibus aliquando infligitur pœna corporalis, aliquando pecuniaria: maxime, si convictus fuerit liber homo.

Item, si prælatus puniatur pro cœmeterio non clauso, ecclesia discooperta, vel decenter non ornata, in quibus casibus alia pœna non potest infligi, quam pecuniaria. Item, si rector petat a parochianis suis oblationes, decimas debitas & consuetas, vel rector agat contra rectorem de decimis majoribus, dummodo non petatur quarta pars alicujus ecclesiæ. Item, si rector petat mortuarium, ubi mortuarium da- E ri consuevit. Item, si prælatus, advocatus ecclesiæ, petat a rectore pensionem sibi debitam.

Omnes hujusmodi petitiones faciendæ sunt in foro ecclesiastico.

Item, de violenta manuum injectione in clericum, & in causa diffamationis, concessum fuit alias, quod placitum inde teneatur in curia Christianitatis, dummodo non petatur pecunia, sed agatur de correctione peccati.

In omnibus prædictis judex ecclesiasticus cognoscere debet, non obstante regia prohibitione, licet porrigatur, quod non faciat, nisi prius habeat regiam consultationem.

VITA

ET EPISTOLÆ

JOANNIS PAPÆ XX.

VULGO XXII.

JOANNES hujus nominis vulgi sententia xxii. anta electionem Jacobus Caturcensis dictus, natione Gallus, tenuis fortunæ parentibus ortus, corpore parvus, sed virtute & scientia maximus, post interregnum biennii, ex episcopo Avionensi, Lugduni pontifex creatus, ac ibidem in cathedrali ecclesia coronatus est septimo Idus Augusti, anno Domini 1316. Regnanta Ludovico IV. Avinionem profectus, octo cardinales mense Decembri ordinavit. Ludovicum Caroli II, regis Neapolitani filium episcopum Tolosanum inter sanctos retulit, Tolosamque metropolitanam fecit, episcopum Limonensem, & abbatiam sancti Pontii, archiepiscopatui Narbonensi attribuit. Novas dignitates novaque collegia in acclesiis instituit, Ordinem Grandimontensam reformavit, Cæsar-augustanam ecclesiam in Hispaniis in metropolitanam erexit. Ordinem militum Christianorum in Portugallia instituit, quos Mauris opponeret, quibus Templariorum bona & possessiones incorporavit. Divos Thomas, Herfendensem scilicet & Aquinatam, ambos sanctissimos & doctissimos, sanctorum catalogo adscripsit. Deinda septem alios cardinales creavit. Edidit viginti constitutiones, quas Extravagantes vocant, quarum unica illa, quæ incipit *Ad conditorem*, contra Nicolai IV. aliorumqua prædecessorum suorum sententiam, io materia ad fidem non pertinenta mala definivit, in rebus usu consumptibilibus ipsum jus utendi a domino earumdem rerum distingui non posse, adeoque ipsos fratres Minores in his rebus verum dominium habera. De animarum immortalitate, ut impudenter mentitur Calvinus, nihil unquam perperam sensit aut docuit. Lactantii, Irenæi, aliorumque orthodoxorum patrum auctoritate fretus, erroneam aliquando sententiam de animabus certo loco anta diem judicii detentis ille sustinuit: sed cum eam decreto Parisiensis facultatis improbatam intelligerat, eam quæstionem pontificia auctoritate interposita definira statuerat: verum morta præventus, inquit successor ejus Benedictus, istud perficera nequivit. Quin & Occanus imperatoris stipendiarius, a papa ob aliquos errores excommunicatus, qui propterea multa blasphemando & calumniando in eum scripserat, aperta profitetur Joannis verba ista fuisse: Numquam meæ intentionis fuit dicere aliquid contra fidem: & si aliquid diximus, totum ex tunc revocamus. Eos, qui affirmant Christum, ejusqua discipulos, nihil unquam proprium in vita habuisse, excommunicavit. Glossulam cujusdam, qui tertii Ordinis fratres ad imitandam Christi paupertatem hortabatur, improbavit. Excommunicationis fulmen distrinxit in Vicecomites, qui Mediolanum usurpaverant. Ludovicum IV. ejus nominis Romani Imperii regem natione Bavarum excommunicavit: tum quod Vicecomitibus Mediolano tyrannice dominantibus suppetias ferret; tum etiam, quod, auctora Trithemio, uxoram cujusdam viri potentis abstulisset, aamque Ottoni filio suo copulasset, ut eo pacto ducatum Carinthiæ & Tirolis ad mulierem jura hereditario devolutum, obtineret.

„ Ludovicus, ait Trithemius in chronico „ Hirsaugensi anno Domini 1327. Romam pro„ fectus, ibique a simplici quodam episcopo, „ reclamanta papa, coronatus, in concilio suo„ rum Joannem xxii. temeraria præsumptione „ deposuit, eumdemque hæreticum & schisma„ ticum denunciari cum fecisset, Petrum Cor„ barium ordinis Minorum, Papam constituit. „ Qui post discessum imperatoris in Germa„ niam Pisis relictus, & a Bonifacio comite „ Pisano Avinionem ad Joannem papam addu„ ctus, errora prius recognito, in carcere vi„ tam cum morte commutavit. Ortonam ab Aratina ecclesia divisit, eamque in apiscopatum erexit. Anathemate atiam notavit Nicolaum Estensem Ferrariæ dominum, & Passerinum Bonacossum Mantuæ tyrannum, qui statum ecclesiæ divexabant. Joannem Ursinum in Italiam misit, qui Florentinos & omnes Guelphos in Bavarum armaret, Hic enim cum exercitu in Italiam trajiciens, Romæ coronam acceperat, antipapamque quemdam Petrum Corbariensem ordinis sancti Francisai de observantia creaverat, ac Nicolaum V. nominaverat: qui paulo post per Bonifacium comitem captus, & Avinionem perductus, in carcere mortuus est.

Hoc impedimento liberatus, & Bavaro in Germaniam reverso, pontifex regis Galliarum auxilio expeditionem in Sarracenos promulgari procuravit. Dum vero huic rei animum intenderet, pridie ix. Decemb. anno Domini 1334. pontificatus 19., 4. mensa, ætatis vero suæ 90. Avinione animam Deo reddidit, ac in ecclesia cathedrali sepultus est, magnum auri pondus relinquens. Amavit & amplissimis honoribus auxit Dinum Florentinum, & Gentilem Fulginatem, medicos excellentissimos, ut erat in viros doctos & præstantes propensus & officiosus,

EPISTOLA I.

JOANNIS PAPÆ XX,

De beatitudine Sanctorum.

Joannes episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

NE super his quæ de animabus saparatis a corpore, & purgatis, an citra resumptionem corporum, Divinam essentiam visiona illa videlicet, quam vocat Apostolus facialem, vi-

videant, tam per nos, quam per nonnullos alios in præsentia nostra, recitando & allegando sacram scripturam, ac originalia & dicta sanctorum, vel alias ratiocinando, sæpius dicta sunt, aliter, quam per nos dicta & intellecta fuerant, intelligantur, ac dicantur, & auribus fidelium valeant inculcari; ecce quod nostram intentionem, quam circa statum animarum separatarum habemus & habuimus, serie præsentium declaramus. Fatemur siquidem & credimus quod animæ purgatæ separatæ a corporibus, sint in cælo, cælorum regno, & paradiso cum Christo in consortio angelorum congregatæ, & videant Deum facie ad faciem & Divinam essentiam clare, in quantum conditio & status patitur animæ separatæ. Si vero alia vel aliter circa materiam hujusmodi per nos dicta & prædicata vel scripta fuerunt: quoquo modo illa diximus, prædicavimus, vel scripsimus contra præmissa vel alia, quæ fidem concernant catholicam, sacramque scripturam, aut bonos mores, illa abnegamus, & determinationem ecclesiæ & sacræ scripturæ approbamus. Alias autem dicta vel scripta illa habemus, & habere volumus, pro non dictis & scriptis, eaque revocamus expresse. Ac prædicta omnia, & quæcumque dicta & prædicata fuerunt, vel scripta per nos, de quacumque materia, ubicumque, & in quocumque loco, & in quocumque statu, quem habuimus, & habemus, vel habuerimus; omnia submittimus determinationi ecclesiæ, ac successorum nostrorum. Nulli ergo omnino liceat hominum hanc paginam nostræ declarationis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Anno Christi 1334. Datum Avinione tertio Nonas Decembris, pontificatus nostri anno 19. *Hac siquidem revocatione facta, statim die & hora supradictis expiravit.*

II. AD UNIVERSOS FIDELES,

De bello Sarracenis inferendo.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, præsertim neophytis & cathechumenis, ac omnibus Christianitati adhærentibus, ad quos patentes litteræ, bulla sedis apostolicæ præmunitæ pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem,

FIlii, quos genuit Jesus Christus, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per suum proprium sanguinem, cum a damnationis crimine, mortalium versa vice, in sua cruce unda sacrosancti sui sanguinis nos redemit. Noveritis nos absque hæsitatione aliqua infideli, quod nos a sapientissimo & Christianissimo barone dilecto filio nostro Philippo comite d'Anjou, filio secundum carnem victoriosissimi viri domini Caroli de Valois, habuimus & recepimus, & coram nobis & confratribus nostris cardinalibus in pleno consistorio de verbo ad verbum legere fecimus, quasdam litteras legitimas & integras, in quibus continentur quæ sequuntur, in hunc modum.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac domino, domino Joanni sacræ Romanæ ecclesiæ summo pontifici, omnibusque Christi alumnis, Philippus comes d'Anjou.

Sanctissimo, inquam, patri nostro prædicto, cum inclinato sanctorum pedum osculo supplicem per omnia famulatum, & dictis alumnis Christi eidem subjectis non fictam, sed remissivam in Domino caritatem. Innotescant omnes in Christo fideles apud Deum, quod anno Domini MCCCXXI. die Veneris post nativitatem B. Joannis Baptistæ, facta fuit horribilis eclipsis solis in comitatu d'Anjou & de Touraine, ita quod fere per quatuor horarum spatium illius diei, Sol esset inflammatus & rubeus tamquam sanguis; & in nocte illius diei Luna foret deturpata & obscurata veluti saccus: ita quod crederent habitatores terræ, esse in novissimo fine mundi. Nec non & in ipsa die audita fuerunt incogitabilia tonitrua, & ineffabiles coruscationes visæ: sic quod nonnulli viderunt quamplurimos ignium globos de cælo supra terram & supra domos cadentes: ita quod tecta palea cooperta in quibusdam locis sunt combusta, & fuit visus quidam draco terribilis in aere, cujus flatu & anhelitu fœtido gentes non modicæ sunt extinctæ. Insuper terræmotus in quibusdam locis fuit, & alias, quod tota terra tremeret, ita quod tremore ipsius quamplurima hospitia super mare Angliæ situata corruerunt. Interea in crastino illius diei, in comitatu memorato, nostræ gentes cœperunt Judæos propter imprecationes, quas contra Christianitatem perpetrarunt, invadere: & inscrutantes diligenter domos ipsorum Judæorum, in domo cujusdam Judæi, cujus nomen Bananias, in secretiori domus suæ loco, in quodam forti scrinio, quo thesaurum & secreta sua reponebat, inventa fuit quædam pellis * mutonina, intus & foris Hebraice conscripta, cujus patentis litteræ sigillum tale erat. Laqueus sigilli erat de serico puro coccineo, sigillum annexum de auro probatissimo, in pondere novemdecim Florentiæ florenorum. In ipso sigillo summatim & brevius procedendo, imago Christi crucifixi elevata subtili opere erat sculpta, & quidam Judæus, sive Sarracenus horribilis, incurvatus, per summitatem cujusdam scalæ brachio crucis appodiatæ, cum duabus manibus femoralibus retractis super genua, secretiora suarum natium (quod sordidum est dicere) ante dulcis Christi faciem collocando. Cujus litteræ tenorem gentes nostræ minime curassent, nisi repente & ex casu illud sigillum longum & latum percepissent. Scripturam vero hujus litteræ nobis exposuerunt duo Judæi baptizati. Præsertim & idem Judæus Bananias, cum sex aliis Judæis in litteratura Judaica satis peritis: non tamen voluntarie, sed vi & metu. Cum tamen fuerunt graviter segregati, posui in quæstionibus & tormentis, & pro constanti dicti Judæi in hujus litteræ expositione satis sufficienter unum & idem dicebant, vel quasi similia loquebantur; quæ omnia transtulerunt tres periti Christiani clerici in theologica veritate, de lingua Hebraica in Latinum, prout diligentius potuerunt: quæ verba fuerunt talia, & tot & tanta. „ Gloriosissimo ac præpotentissimo circuli hujus mundi domino, domino Amicedich regi triginta & unius regnorum, videlicet de Jericho, de Jerinocht, de Ay, de Irlem *, de Lebna, de Lachie, de Gazer, de Hebron, de terra Gessen, de Basan, de tota terra montana, de Cadesbarne, de universa Hethæorum, Amorrhæorum, Jebusæorum, * Ferescorum, & Cucorum, usque ad radicem Arnon intra * Masse, & cæteris regnis ad nostram ædificationem recitandis modi-

* f. vervecina.

* f. per compendium pro Jerusalem.

* f. Pheresæorum.

* f. Masphe.

„ dicam, tam Soldanis & Admirandis, præcipue Zabin Soldano de Azor, & Jodab Admirando de Abdon, & Semeren, exercituum militiæ vestræ principi, omnibusque auriculariis, coadjutoribus, accessoribus & subregibus vestris, Bananias Hebræus cum toto populo Israelitico, inclinatissimam subjectionem perennem, cum promptissima obedientia debitaque devotione. Præpotentissime mi rex, cum prænominatis vestris magnatibus, satrapis, & baronibus. Cum jam dum a plasmatione mundi anno sex millenario ducenario nonagenario quaternario, deinceps pluries, vestra excellentissima regia majestas per mediatorem vestrum subregem de Granata, & ipsius sapientes in populo Hebraico supradicto, benigniter dignata est, cum nobis facto fœdere perpetuo intimare, quod sancti patres nostri, videlicet Enoch qui translatus fuit, & Elias, qui vidente & testante discipulo suo Elisæo in paradisum in curru igneo fuit subvectus, publice apparuerunt vestris gentibus in monte Thabor, ipsis doctrinam legis nostræ allegando & docendo: necnon in quodam concavo convallium montis Sinai inventa est arca nostra testamenti: quam arcam cum ingenti devotionis tripudio & jubilatione, cum inæstimabili equituum & peditum gentis vestræ, in quadam vestra principali civitate, quæ vocatur Ay, fecistis honorifice deportari: & in ipsa dicta arca, ipsam reverenter aperiendo, invenistis manna, quod nobis Deus in deserto dedit, sanum, mirabiliter odoriferans, ac etiam incorruptum, cum virgis Moysi & Aaron, & tabulas legis nostræ lapideas digito Dei sculptas: quæ omnia supradicta, & miraculosiora & mirabiliora, in dicta terra vestra ob devotionem gentium perpetrarunt, asserentes firma fide quod non est alius Deus præter magnum Deum nostrum, * quia locutus est nobis in monte Sinai ore ad os, sicut solet amicus amicabiliter loqui ad amicum: & affectuosissime desideratis circumcidi, & ad legem nostram, quam ipse Deus, non alius, dedit nobis, redire bono animo & converti, & quod redderetis nobis terram supradictam fluentem mel ac lac, quam Deus repromisit: si videlicet aliquo cauteloso ingenio gentem Christianam, quæ credunt filio cujusdam mulieris simplicis & pauperis de lege nostra, quæ vestram hereditatem & patrum vestrorum usurpando minus juste: si, inquam, eamdem sub jugo æternæ servitutis vestræ domaremus: & præsertim poneitis nos in possessione libera & pacifica de civitate magna Jerusalem, & de Jericho, & de Ay, in qua requiescit sanctissima arca, si possemus vos inthronizare super thronum regni & præclaræ civitatis Christicolarum Parisius, & quod ad omnia ista percipienda in omnibus juvaretis. Interea sicut valetis agnoscere, per prædictum nobilem vestrum subregem de Granata, super hoc adhibuimus unam callidam & subtilem cautelam: quia posuimus venena in potationes ex corruptis, & pulveres de malis & amaris herbis, & de sanguinibus reptilium venenosorum in suis aquis, puteis & cisternis, fontibus & quibuslibet fluviis: ut ipsi Christiani suo tempore unusquisque secundum complexionis suæ qualitatem vapore corrupto prædictorum venenatorum morte infernali extinguantur: & maxime propter copiosam pecuniam nostram per quosdam pauperes legis ipsorum, qui vocantur leprosi, fecimus fieri istud idem. Sed prædicti pauperes miserrimi leprosi in his se simplices habuerunt, quia & nobis detraxerunt & accusaverunt, & ab aliis Christianis decepti, totum factum confessi sunt. Ita tamen, quod (in quo nobis est exaltatio) ipsi Christiani suos fratres Christianos leprosos depopulaverunt & destruxerunt penitus, & iidem leprosi Christiani suos confratres Christianos impocotaverunt (quod est bonum signum, cum omne regnum in se divisum debeat desolari) & etiam propter accusationem prædictorum leprosorum fuimus turpiter capti, & crudeliter incarcerati: quod martyrium patienter pro Deo sustinuimus, & ab ipsis Christianis quotidie sustinemus, ut nobis in centuplum Deus retribuat in futurum. Et procul dubio credimus depopulati fuisse, nisi grandis noster thesaurus corda eorum in avaritia obdurasset: unde aurum & argentum nostrum & vestrum nos redemit, prout valetis scire ista omnia per prædictum subregem vestrum de Granata. Transmittatis nobis argentum & aurum, quia speramus facere majora, dum aliquod spatium transierit, si impocotationes istæ non bene fecerint cursum suum. Si autem fecerint quod optamus, tunc vobis bene notum faciemus. Ita quod Deo adjuvante poteritis transfretare mare ad portum Granatæ, & super residuum Christianorum extendere magnificum vestrum gladium in manu potenti vestra dextera & brachio levato. Et postea sedebitis apud Parisius super thronum: & nos similiter libere possidebimus terram patrum nostrorum nobis a Deo repromissam, & inde erimus unanimes sub lege & sub Deo uno viventes. Et non erit amplius in sæculo ullus dolor, nec ulla oppressio in æternum. Unde dicit noster sapiens Salomon: *Qui adhæret uni Deo, una voluntas est cum eo*. Et beatus David: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum*. Sed de ipsis Christianis prophetavit noster sanctus propheta Osee, dicens: *Divisum est cor eorum, & ideo interibunt*. Excellentissimæ regiæ majestati vestræ transmittimus hoc patens chirographum per Sadoch summum sacerdotem Hebræorum, & magnum Leonem satis peritum in scientia legis nostræ, qui vobis exponent melius universa ".

* f. qui

Psal. 132.

Osee 10.

Nos igitur Joannes prædictus, servus servorum Dei quoniam quidem intelleximus, quod devotissimus & Christianissimus dilectus filius noster memoratus Philippus comes d' Anjou præparat se ad arripiendum iter suum contra illam gentem crudelem Sarracenam, propter Christianitatis exaltationem, & ad vindicandam Christi mortem: eumdem vero in quacumque die iter suum acceperit, cum sua comitiva, ac ipsum post sequentes, auctoritate Dei omnipotentis & Virginis ejus matris, ac beatorum apostolorum Petri & Pauli, ex nunc a pœna absolvimus, & a culpa, &c.

III.

III. AD CAPITULUM ECCL. PRAGENSIS.

De processu papæ contra Ludovicum regem Romanorum.

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, capitulo ecclesiæ Pragensis, salutem & apostolicam benedictionem.

Conferenda cum simili epistola ejusdem Joannis Papæ ad archiepisc. Ravennatem, apud Bzovium anno 1323. *Hard.*

NUper contra dictum filium, magnificum virum, Ludovicum ducem Bavariæ, super eo quod electione sua in regem Romanum, promovendum in imperatorem, per quosdam qui vocem in electione hujusmodi habere dicuntur in discordia celebrata, per sedem apostolicam (ad quam electionis hujusmodi & personæ electæ examinatio, approbatio, admissio, ac etiam reprobatio & repulsio, noscitur pertinere) non admissa, nec etiam reprobata, administrationi regiminis Romani regni seu imperii se irreverenter ac indebite per se & alios ingerebat: de fratrum nostrorum consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis, præsente multitudine copiosa fidelium, videlicet octavo Idus Octobris, processum fecimus continentiæ infrascriptæ.

Joannes episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. „ Attendentes, quod dum „ errori non resistit is ad quem resistere perti„ net, præsumitur consentire; quodque plerum„ que justitiæ opprimitur veritas, si defensio„ nis opportunæ illi beneficium subtrahatur: „ profecto nec errori damnabili consentire per „ resistentiæ negligentiam volumus, neque pa„ ti, ob defectum optimæ defensionis præsidii, „ justitiam opprimi sponsæ Christi. Dudum si„ quidem per obitum claræ memoriæ Henrici „ Romanorum imperatoris, imperio Romano „ vacante, principes ecclesiastici & sæculares, „ ad quos (translato ab olim per sedem apo„ stolicam prædicto imperio de Græcis in per„ sona magnifici Caroli in Germanos) futuri „ Romani regis, in imperatorem postmodum „ promovendi, electio pertinebat, votis eorum „ in diversa divisis, duos (sicut dicitur) in „ discordia elegerunt: quibusdam eorum in di„ lectum filium magnificum virum Ludovicum „ Bavariæ, quibusdam vero in dilectum filium „ Fridericum Austriæ, duces, nominando & „ eligendo ipsos in Romanorum reges, dirigen„ tibus discorditer vota sua. Verum præfatus „ Ludovicus, a nobis, ad quem suæ electionis „ hujusmodi, sicut præmittitur, in discordia „ celebratæ, ac personæ ipsius examinatio, „ approbatio & admissio, repulsio quoque & re„ probatio, noscitur pertinere, electione præ„ dicta nequaquam admissa, nec ejus approba„ ta persona, sicut notoria fama notoriat, & „ publica facti evidentia manifestat, non quæ„ rens, ut deberet, per ostium ad hujusmodi „ regni seu imperii conscendere dignitatis fasti„ gium, sed potius aliunde (nescimus quo du„ ctus, vel verius seductus, consilio) præfati „ Romani regni nomen sibi & titulum regium „ usurpavit; quamvis priusquam alterutrius eo„ rum per sedem apostolicam fuisset approbata „ & reprobata persona, neutri electorum ipso„ rum assumere licuerit nomen & titulum præ„ libatum: cum nec interim Romani reges „ existant, sed in reges electi: nec sint ha„ bendi pro regibus, nec reges etiam nominan„ di. Idem etiam Ludovicus eodem præsum„ pto titulo non contentus, administrationi ju„ rium regni & imperii prædictorum, in gra„ vem Dei offensam, & contemptum ac ma„ nifestam injuriam Romanæ ecclesiæ matris „ suæ, ad quam ejusdem vacantis imperii re„ gimen (sicut & impræsentiarum vacat) per„ tinere dinoscitur, nec non & plurimorum „ scandalum, & rei turbationem & læsionem „ publicæ, ac animæ suæ detrimentum, prosi„ lire, seque illi immiscere irreverenter ac in„ debite præsumpsit hactenus & præsumit, exi„ gendo & recipiendo sub præfato regio titulo „ fidelitatis in Alemanniæ & nonnullis Italiæ „ partibus, tam a personis ecclesiasticis, quam „ sæcularibus, vassallis imperii, per se & alios, „ juramenta, ac de dignitatibus, honoribus & „ officiis, ad ejusdem Romani regni seu impe„ rii dispositionem spectantibus, pro suo libito „ disponendo; sicut proximis his diebus præte„ ritis, de marchionatu Magdeburgensi, quem „ primogenito suo de facto publice contulit, „ ordinavit: necnon alia plurima exercendo, „ quæ ad ejusdem Romani regni & imperii re„ gimen non est dubium pertinere. Ejusdem „ insuper ecclesiæ Romanæ, sicut Galeatio de „ Vicecomitibus, & ejus fratribus, quamvis sint „ de crimine hæresis a suis competentibus ju„ dicibus, exigente justitia, per definitivam „ sententiam condemnati, & nonnullis aliis ec„ clesiæ præfatæ rebellibus, se exhibere fauto„ rem & defensorem, contra dictam ecclesiam „ prosequentem adversus eosdem rebelles jura „ imperii & negotium fidei, in gravem Divi„ næ majestatis injuriam, contemptum ejusdem „ ecclesiæ, & animæ suæ perniciem, non est „ veritus, nec veretur. Nos itaque tam teme„ rariis ausibus, ne mos tam perniciosus inva„ lescat, in posterum obviare, ac (prout ad „ apostolatus nostri spectat officium) justitiam „ sponsæ Christi in hac parte defendere, di„ ctumque Ludovicum a tam periculoso erro„ ris devio ad veritatis callem reducere cu„ pientes; ac considerantes, quod ad ejus præ„ sentiam, ad proponendum coram eo præsen„ tialiter, per quæ posset & deberet retrahi a „ prædictis, nequaquam tutus patet accessus; „ quodque in præmissis formidatur, quod mo„ ra periculum, & dissimulatio damnum fo„ rent procul dubio allaturæ: ad providendum „ super præmissis excessibus, & obviandum eis„ dem, subscriptum modum de fratrum no„ strorum consilio, ac ex certa scientia, & de „ apostolicæ potestatis plenitudine eligentes, „ præfatum Ludovicum, præsente fidelium mul„ titudine copiosa, præsentium tenore mone„ mus, eidem sub virtute sanctæ obedientiæ ac „ excommunicationis pœna (quam ipsum, nisi „ cum effectu hujusmodi monitioni nostræ pa„ ruerit, incurrere volumus ipso facto) aucto„ ritate apostolica nihilo minus injungentes, „ ut intra trium mensium spatium, a datis „ præsentium computandum, quod ei de eo„ rumdem fratrum consilio pro peremptorio ter„ mino assignamus, ab administratione, fau„ toria, & defensione prædictis prorsus abstineat „ ac desistat, administrationem ipsam per se, „ alium, seu alios, non resumpturus ulterius, „ nisi tunc demum cum electionem suam hu„ jusmodi, quæ de ipso dicitur celebrata, ac „ personam ejusdem, per sedem apostolicam „ approbari contigerit, & admitti: quodque „ gesta per eum, post præsumptum ab eo ti„ tulum memoratum, cæteraque præmissa, qua-

„ tenus

„ tenus præcesserunt de facto, cum de jure non teneant, velut ab ipso, cui jus faciendi non competebat, nec competit, attentata, curet intra prædictum terminum, quantum patietur possibilitas, realiter revocare. Aperte per præsentium seriem intimantes eidem, quod si in præmissis, per eum infra præfatum terminum exequendis, negligens fuerit vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos excessus notorios incidere noscitur, vel incidet in futurum, & alias quantum suadebit justitia, ejus non obstante absentia, procedemus. Universis igitur patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis personis ecclesiasticis quibuscumque, sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, quam eos incurrere volumus ipso facto, nisi infra prædictum terminum infrascriptæ inhibitioni nostræ efficaciter studuerint obedire, & tam ipsis, quam omnibus & singulis civitatibus, communitatibus, & universitatibus, necnon personis sæcularibus quibuscomque, cujuscumque conditionis aut status existant, etiamsi regali aut alia quacumque dignitate præfulgeant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis in personas, & interdicti in terras eorum, necnon privationis privilegiorum quorumcumque, apostolicorum & imperialium, ac feudorum, quæ ab ecclesia vel imperio obtinent, districtius inhibemus, ne prædicto Ludovico in præmissis vel aliis regni seu imperii tangentibus regimen, tamquam regi, seu in regem Romanorum electo, nisi & quousque dictam electionem, ac personam ipsius, per sedem apostolicam approbari contigerit, & admitti, in aliquo pareant vel intendant: neve eidem in quibuscumque ad regnum prælibatum spectantibus præbeant auxilium, consilium, vel favorem. Non obstantibus, si ipsi vel eorum aliqui ad hoc se dicto Ludovico ut regi, seu in regem Romanorum electo, adstrinxerint per fidelitatis vel alterius cujuslibet generis juramenta: quæ quidem cum præstita fuerint ei, cui minime præstari debuerant, nec servari sine æternæ salutis valeant detrimento, præstantes eadem non adstringunt: quæ nihilo minus ad cautelam auctoritate apostolica relaxamus, illaque cassa & irrita nunciantes, decernimus penitus non tenere, nec fore aliquatenus observanda: seu si præfato Ludovico, vel quibuscumque aliis conjunctim vel divisim per litteras sedis ejusdem foret sub quacumque verborum forma vel expressiona concessum, vel concedetur in posterum, quod excommunicari & suspendi, vel eorum terræ seu loca interdici non possint: quas contra præsentem processum nostrum in nullo eis volumus suffragari, sed ipsas quoad hoc viribus volumus omnino carere. Ex præmissis autem nos nequaquam intendimus nec volumus obligari, quin ad publicationem dictarum pœnarum, & alias, contra dictum Ludovicum possimus pendente hujusmodi dilatione procedere, prout justum fuerit, & nobis visum fuerit expedire. Ut autem hujusmodi processus noster ad ipsius Ludovici, & aliorum, quorum interest, communem notitiam deducatur: chartas sive membranas processum continentes eumdem, in ecclesia Avinionensi appendi vel affigi ostiis, seu superliminaribus ejusdem ecclesiæ faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut idem Ludovicus, & alii quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignoraverint eumdem: cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultatum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem, & apostolica auctoritate decernimus, quod hujusmodi processus eumdem Ludovicum, seu alios prædictos, apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solemniter extitisset; constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita, non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, mandati, inhibitionis, relaxationis & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Avinione, in palatio episcopali 8. Idus Octobris, pontificatus nostri anno 8. Anno Christi 1325.

Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus præmissa in prædicto processu contenta, quantum ad vos pertinet, per vos & clerum civitatis & diœcesis Pragensis, & alios subditos episcopatus Pragensis, firmiter observetis, & faciatis inviolabiliter observari: ac nihilo minus prædictum processum in dictis civitate & diœcesi, ad id clero & populo loci cujuslibet, ubi hujusmodi publicatio fiet, convocatis specialiter & etiam congregatis, faciatis solemniter publicari: de publicatione hujusmodi facientes fieri publica instrumenta, illa nobis, quantocius fieri commode poterit, transmissuri, ac significaturi nobis diem receptionis præsentium, & quæcumque super his duxeritis facienda. Datum Avinione 7. Idus Octobris, pontificatus nostri anno octavo. Anno Christi 1323.

IV. AD UNIVERSUM CLERUM.

De audienda confessione.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis clericis, ad quos præsentes pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem.

VAs electionis, doctor eximius, & egregius prædicator, cujus prædicatio mundum docuit universum, præsumptuosam illorum audaciam refrenare sollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores varios prolabuntur, non plus sapere quam oportet, sed ad sobrietatem sapere salubri doctrina suggessit, ut juxta Sapientis eloquium, quisque suæ prudentiæ ponat modum. Sane dudum cum dilectum filium magistrum Joannem de Polliaco, sanctæ theologiæ doctorem, certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocassemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum, non sobrie, sed perperam sapiebat, infra scriptos articulos periculosos continentes errores docens publice in suis prædicationibus & in scholis. Primo siquidem adstruens, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones,

siones, tenentur eadem peccata quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante statuto, omnes utriusque sexus, edito in concilio generali, Romanus pontifex non possit facere, quod parochiani non teneantur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, quem dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere, quia, ut dicebat, implicat contradictionem. Tertio, quod papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessiones, immo nec Deus: quin confessus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri suo proprio sacerdoti, quem dicit esse, ut præmittitur, parochialem curatum. Nos igitur scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum præmissorum copiam eidem magistro Joanni fecimus assignari, & ad defensionem sui audientiam plenam præbuimus, tam in nostra & dictorum fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad hoc deputatis. Verum licet præfatus magister dictos articulos & contenta in ipsis defendere oitereiut: asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & aliis, ea quæ credenda & tenenda esse sedes apostolica definiret. Nos ergo attendentes, quod prædictorum articulorum assertio, prædicatio, & doctrina, redundare potetaot in multarum perniciem animarum, ipsos per plures magistros in theologia examinari fecimus diligenter: nos etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem habuimus super ipsis. Per quas quidem collationem & examinationem super hoc præhabitas, comperimus, prædictos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum, ac veritati contratiam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos idem magister Joannes, veris sibi rationibus opinioni suæ dudum habitæ contrariis demonstratis, in consistorio revocavit, asserens se credere eos non veros, sed eorum contrarium verum esse, cum diceret se nescire rationibus, sed factis in contrarium respondere. Ideoque ne per assertionem, prædicationem & doctrinam hujusmodi, in errorem, quod absit, animæ simplicium prolabantur: omnes prædictos articulos, & quemlibet eorumdem, tamquam falsos & erroneos, & a doctrina sana devios, auctoritate apostolica damnamus & reprobamus, de fratrum consilio prædictorum, doctrinam ipsis contratiam veram esse & catholicam asserentes: cum illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quam si alias illa confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, juxta dictum concilium generale. Optaotes autem veritatis vias notas esse fidelibus, & cunctis erroribus præcludere aditum, ne subintrent: felicis recordationis Alexandri IV. & Clementis IV. Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum vestigia imitando, universis & singulis districtius inhibemus: ut quisquam dictos articulos per nos, ut præmittitur, damnatos, & etiam reprobatos, vel contenta in eis vel aliquo ipsorum, utpote a catholicis mentibus respuenda, tenere audeat seu defensare quomodolibet, vel docere. Quocirca universitati vestræ per apost. scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus universi & singuli vestrum, in civitatibus & diœcesibus vestris, convocato clero communiter, præmissa omnia & singula per vos seu alios solemniter publicetis. Nos etiam eidem magistro Joanni mandavimus, quod ipse in scholis & in sermone Parisiis prædictos articulos & contenta in eis, tamquam veritati contraria, propriæ vocis oraculo, & asseveratione constanti publice debeat revocare: quod se facturum dictus magister Joannes efficaciter repromisit. Datum Avinione 8. Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno quinto. Ann. Chr. 1320.

V. AD EPISCOPUM OLOMUCENSEM.

De decimis in regno Bohemiæ & comitatu Lucemburgensi per triennium Joanni regi persolvendis.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Olomucensi, & dilectis filiis, Brunoviensi, & sanctæ Mariæ, Lucemburgensis, Pragensis & Trevirensis diœcesum, monasteriorum abbatibus, salutem & apostolicam benedictionem.

NUper carissimus in Christo filius noster, Joannes rex Bohemiæ illustris, per speciales nuncios suos ad nostram præsentiam destinatos, in nostra & fratrum nostrorum præsentia fecit exponi, quod ipse zelo fidei Christianæ succensus, ad imponenda opportuna præsidia sanctæ matris ecclesiæ, quam Dominus noster Jesus Christus proprio sanguine consecravit, seque exponendum obsequiis ejusdem ecclesiæ & apostolicæ sedis toto aspirat affectu, per prædictos nuncios humili supplicatione deposcens, ut ipsum in tam pio & laudabili proposito confoventes, in subsidium negotiorum hujusmodi, propter quæ personam & bona sua quilibet est paratus exponere, decimam ecclesiasticorum proventuum, & redditnum regni Bohemici, & comitatus sui Lucemburgensis, sibi ad certum tempus, pro præmissorum supportandis oneribus, concedere dignaremur. Nos ergo attendentes eximiæ devotionis affectum, quem idem rex ad ejusdem redemptoris nostri & sanctæ sedis obsequia ardenti promptitudine devotionis ostendit, desideriis gratis inducimur, ut eum tamquam inclytum sedis apostolicæ filium, caritatis internæ brachiis amplexantes, ejus in hac parte votis, quantum cum Deo possumus, annuamus. Volentes itaque dicto regi super præmisso suo laudabilique proposito favoribus assistere opportunis, de dictorum fratrum consilio, decimam omnium ecclesiasticorum redditunm & proventuum, locorum quorumlibet ecclesiasticorum, exemptorum & non exemptorum, regni & comitatus prædictorum, ab omnibus archiepiscopis, episcopis, cæterisque personis ecclesiasticis quibuscumque, quantacumque præfulgeant dignitate, seu cujuscumque sint præeminentiæ, conditionis, seu status & religionis vel ordinis, quibus & eorum alicui nulla privilegia vel indulgentias sub quacumque verborum forma vel expressione concessa volumus suffragari (præterquam a dilectis filiis, magistro & fratribus hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, qui contra hostes fidei Christianorum exponunt jugiter se & sua, quos propter hoc ab ejusdem præstatione decimæ exemptos & liberos fore decrevimus & immunes) eidem regi concessimus in suum subsidium usque ad triennium exigendam, & etiam colligendam, & eidem regi assignandam. Cum itaque vos, de quorum maturitate, fidelitate, & circumspectionis industria, fiduciam gerimus in Domino

specialem, ad exactionem hujusmodi decimæ pro dicto triennio faciendam, juxta infra scriptum modum per ipsius * sedis providentiam ordinatum, duximus eligendos: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus onus hujusmodi vobis impositum suscipientes, & exequentes humiliter ac devote, vos vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios, quos ad hoc duxerimus deputandos, de omnibus fructibus, redditibus, & proventibus ecclesiasticis dictarum personarum ecclesiasticarum, sæcularium, regularium, exemptarum & non exemptarum, in dictis regno & comitatu consistentium, videlicet ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum quæ habent & obtinent in regno & comitatu prædictis, secundum modum & morem ac consuetudinem in exactione & collectione hujusmodi hactenus observatos, quolibet anno dicti triennii in subscriptis terminis levetis, & etiam exigatis decimam supradictam. Siquidem solutionis medietatis decimæ semianni terminum primum fore statuimus, festum nativitatis Dominicæ primo venturum; secundum vero terminum, festum Pentecostes, dictum festum nativitatis Dominicæ proxime secuturum: in aliis duobus annis sequentibus, circa solutionem hujusmodi decimæ prædictis terminis observandis. Ad solutionem vero ejusdem decimæ, quoscumque exemptos & non exemptos ipsius decimæ debitores in dictis regno & comitatu consistentes, per censuram ecclesiasticam, ac etiam per sequestrationem fructuum, redditu͏um, & proventuum ecclesiasticorum suorum, consistentium in eisdem regno & comitatu, ut præmittitur, si expedire videritis, appellatione postposita, compellendo. * Itaque quod ad fructus, redditus & proventus alios eorumdem extra regnum comitatumque prædicta consistentes, hujusmodi compulsionis officium nullatenus extendatis: nec ad exactionem hujusmodi faciendam in aliquo casu per vos, vel alium seu alios, invocetis auxilium brachii sæcularis, nisi prædictorum non solventium contumacia exigente, aliud circa hoc per sedem eamdem fuerit ordinatum. Et ne de moneta, in qua prædictæ decimæ solutio fier & fieri debet, valeat hæsitari, & ut vitentur gravamina quæ propter hoc viris ecclesiasticis interdum consueverunt inferri: volumus quod per vos & singulos vestrum, & alios subcollectores vestros, ipsa decima ad monetam currentem communiter levetur, ac etiam exigatur, juxta constitutionem super hæc editam in concilio Viennensi: ita quod prætextu alicujus concambii, debitores & solutores dictæ decimæ non graventur. Illam tamen eamdemque monetam, quam recipietis, vel recipi facietis, dicto regi, seu certo nuncio teneamini assignare: hujusmodi decimam exigetis, & exigi facietis secundum taxationem hactenus factam in civitatibus, diœcesibus, atque locis regni, & comitatibus prædictorum. Ubi nulla hujusmodi certa taxatio fuerit, secundum consuetudinem in exactione & collectione dictæ decimæ faciatis, absque aliquo onere expensarum eorum, a quibus hujusmodi eorum defectu expensas fieri oporteret: ad quarum restitutionem eos teneri volumus & astringi. Quodque circa hanc constitutionem ejusdem Viennensis concilii observantes, & calices, libros, & alia ornamenta ecclesiarum, Divinis officiis deputata, ex causa pignoris vel distractionis capere, recipere, distrahere, seu quomodolibet occupare, per vos vel alios minime præsumetis. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, vel gratiis eisdem personis ecclesiasticis, vel earum alicui, aut dignitatibus seu ordinibus earumdem, & specialiter Cisterciensis, Præmonstratensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Grandimontensis, vel eorum universitatibus aut personis singularibus, sub quacumque verborum forma vel expressione ab eadem sede concessis: etiam si contineatur in eis, quod de ipsorum totis tenoribus servatim ac de verbo ad verbum plenam & expressam seu explicitam, quamcumque in nostris litteris fieri oporteat, mentionem, & qualibet alia ipsius sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris, formæ, vel expressionis existat: per quam de verbo ad verbum præsentibus non insertam, aut nominatim & singulariter non expressam, effectus earum non impediri valeat quomodolibet, vel differri. Volumus insuper, quod vos & quilibet vestrum, omnium redditu͏um & proventuum ecclesiasticorum vestrorum decimam a vobismetipsis fideliter & integre exigatis: ita quod nullus vestrum circa hoc sibi indulgeat, sed secum in hac parte procedat, ac si tali officio in extraneo fungeretur, sic quod unusquisque vestrum in scriptis redigi faciat quidquid prædicta decima de proventibus suis ecclesiasticis exegerit a seipso: exactionem vero hujusmodi juxta taxationem decimæ, sicut eam consuevistis hactenus solvere de dictis vestris proventibus, facietis: alioquin in exactione hujusmodi servabitis consuetudinem hactenus in similibus solitam observari: ac nihilo minus in personas illorum ex vobis, vel vicariorum vestrorum, & aliorum quorumcumque, qui de mandato nostro ad collectionem exactionemque hujusmodi fuerint deputati, quique defecerint in solutione dictæ decimæ in terminis supradictis, vel in collectione & exactione hujusmodi, fraudem forsitan vel malitiam adhibuerint, excommunicationis sententiam auctoritate præsentium promulgamus: a qua post satisfactionem debitam, per aliquem ex vicinioribus episcopis, excommunicationis sententia non ligatum, gratiam & communionem apostolicæ sedis habentem, facta sibi fide de satisfactione hujusmodi, possint absolutionis beneficium obtinere. Datum Avinione Kal. Junii, pontificatus nostri anno 9.

* f. regia

* Forte, ita qd. H.

Ann. Chr. 1325.

VI. AD EPISCOPUM PRAGENSEM.

De processu Joannis papæ contra Ludovicum regem Romanorum.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Pragensi, salutem & apostolicam benedictionem.

AD obviandum damnandis Ludovici olim Bavariæ ducis, excommunicati hæretici & schismatici, ausibus, & fidelium partium Alemanniæ periculis imminentibus occurrendum, pridem certum processum de fratrum nostrorum consilio, præsente multitudine copiosa fidelium, habuimus: cujus tenor sequitur in hæc verba. *Joannes episcopus, servus servorum Dei, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum.* Dudum perversis & damnandis Ludovici olim Bavariæ ducis, & discorditer in regem Romanorum, sicut dicebatur, electi, conatibus, quem adeo ambitio cæca succenderat, quod ejus electione per sanctam Romanam ecclesiam (ad quam cujuscumque in regem Roma-

Bulla Joannis papæ XX. contra Ludovicum Imperatorem.

manum electi, & alectionis de ipso factæ, approbatio & admissio, vel reprobatio vel repulsio pertinere dinoscitur) noo admissa, nec ejus approbata persona, nomen & titulum regium usurpare præsumpsit temere, seque immiscere administrationi regni & imperii, ac hæreticis & rebellibus favorem, auxilium, & consilium, contra sanctam ecclesiam impertiri, volentes remediis salubribus obviare: eumdem Ludovicum per nostrum edictum publicum, cum ad ipsum tutus nequaquam pateret accessus, sub virtute obedientiæ, ac excommunicationis pœna, de fratrum nostrorum consilio monuimus, ut a præmissis intra certum sibi tunc præfixum terminum omnino desisteret, administrationem eamdem, quousque per ecclesiam ipsam approbatus & admissus existeret, nullatenus resumpturus, sed revocaturus penitus, prout esset sibi possibile, cum effectu, quæcumque de facto fuerant per ipsum in contrarium attentata: universis prælatis, & aliis quibuscumque personis ecclesiasticis & sæcularibus, necnon communitatibus & universitatibus, sub magnis pœnis spiritualibus & temporalibus, districtius nihilo minus injungendo, ut eidem Ludovico nullatenus circa præmissa parerent vel intenderent quoquo modo, nec eidem præstarent auxilium, consilium super his, vel favorem: non obstantibus fidelitatibus, aut aliis quibusvis juramentis eidem præstitis, aut obligationibus, colligationibus, confœderationibus, societatibus, & pactionibus, sub quacumqua forma vel expressione verborum cum ipso initis, etiamsi essent juramentis vel adjectione pœnarum vallatæ: quæ omnia nulla, cassa & irrita esse de fratrum eorumdem consilio declaravimus; quatenus de facto processerant, nulla, cassa, & irrita duximus declaranda. Et quia prædictus Ludovicus, hujusmodi & aliis diversis monitionibus, mandatis, & præceptis nostris parera contempsit, damnabiliter deteriora (tamquam datus in sensum reprobum) jugiter committendo, primo excommunicationis sententia innodatus extitit, ac subsequenter culpis ipsius excrescentibus, & contumaciis ejus adauctis, jure privatus, si quod sibi ex electione prædicta fuerat ad regnum vel imperium quomodolibet acquisitum. Deinde vero eo excessus excessibus cumulante, ducatu Bavariæ, ac omnibus privilegiis, tam apostolicis, quam imperialibus, ac bonis & feudis omnibus, quæ ab eadem Romana vel quibusvis aliis ecclesiis, aut imperio obtinebat, per diversos processus nostros diversis temporibus habitos, de fratrum eorumdem consilio, justo judicio nudatus extitit & privatus. Et demum, quia Pharaonis imitatus duritiam, & contemnens omnem sanctæ matris ecclesiæ disciplinam, nulla correctionis ostendit indicia, sed potius hæreticis & hæreticalibus intendens dogmatibus, ac hæreticos, quos in suum admisit consortium, eorumque hæreses & errores defendendo, se ostendit hæreticum manifeste: debitis servatis solemnitatibus, primo fautor hæreticorum declaratus, & subsequenter de crimina hæresis fuit sententialiter & publice per nos de ipsorum fratrum consilio condemnatus. Postmodum vero idem Ludovicus præmissis excessibus & criminibus detestabilibus non contentus, sed tamquam obstinatus in malum, & velut demersus in desperationis laqueum, continue conatus suos dirigens ad pejora, imperialis solium dignitatis de facto, non sine magna insania & temeritate damnabili, usurpara præsumpsit, se ad illud

A per illos, quibus non competebat, faciens, ac si jus sibi competeret, coronari, & ad offendendum ecclesiam sanctam Dei, ejusque fideles & devotos, in Italiæ partibus, (in quibus ausu nefando contra prohibitionem remansit ecclesiæ) nihilo minus se attingens, nonnullas civitates & loca partium prædictarum, quæ sibi non adhæserant, devastavit horribiliter & immaniter, ac nonnulla ex ipsis ad tantam inopiæ & paupertatis egestatem deduxit, quod etiam per tractum longissimi temporis adjicere non potuerunt ut resurgant. Jura insuper & bona imperii dilacerando continue, devotos & fideles ecclesiæ persequendo crudeliter, & quantum in eo fuit, de illis partibus effugando; &
B demum nequitiæ suæ virus conceptum evomens, ad subvertendum prorsus fidem catholicam, & scindendum Dominicam inconsutilem tunicam, in Divinæ majestatis opprobrium, totiusque cœtus fidelium scandalum, periculum & contemptum, execrandis factionibus velut membrum satanæ se disponens, associatis sibi quibusdam suis nequam complicibus, Petrum de Corvaria, virum utique scandalosum & perfidum (qui olim dimissa uxore sua legitima, cui pluribus annis tam in lectulo, quam in mensa cohabitaverat, fratrum Minorum assumens, præter uxoris ejusdem consensum, habitum, & pro fratre Minore se gerens, quique ministro suo provinciali Romano inobediens, per ipsum fuit pronun-
C ciatus in excommunicationis incidisse sententiam, mancipandus carceri) in antipapam assumpsit, procurans quod idem Petrus sic delusorie & damnabiliter in antipapam assumptus, pseudocardinales & notarios, ac officiales alios juxta morem, quem servat Romana curia, constitueret, aliaque nonnulla præsumeret cunctis catholicis detestanda. Synagogam autem hujusmodi, diebus congregatam aliquibus, virtutum Dominus misericorditer subito dissipavit. Nos qui omnia per eosdem Ludovicum & Petrum attentata circa præmissa, vel præmissorum occasionem, vel eorumdem aliqua de fratrum eorumdem consilio, nulla, cassa, & irrita merito duximus declaranda: præfatum Ludovicum
D tam ex prædictis, quam aliis diversis capitulis, multis respersum hæresibus, tamquam hæreticum & schismaticum manifestum, de hæresi & schismate, de fratrum ipsorum consilio nihilo minus condemnantes, adversus eum pœnas infligendo varias, & etiam declarando ipsum incurrisse inflictas, & comminata, sicut in diversis processibus nostris supradictis, de prædictorum fratrum consilio solemniter habitis, plenius continetur. Sane quod fide digna multorum relatio ad nostrum noviter deduxit auditum, quod idem Ludovicus, nondum in eo igne avaritiæ & ambitionis extincto, sed potius flatu diabolico inflammatus, ad civitatem contulit Tridentinam, ubi suis complicibus convo-
E catis, satagit ordinare, quod sicut in partibus Italiæ supradictis jura usurpavit imperii, fideles turbavit, eorumque devoravit substantias, & consumpsit; sic & in Alemanniæ partibus damnandum suum in hac parte desiderium valeat adimplere, ac varios officiales vel ministros ad easdem partes Alemanniæ disposuit propter hoc destinare; nos tantis malis & periculis, justis obviare remediis cupientes, præfatum Ludovicum per edictum nostrum publicum, cum ad eum pro faciendis sibi monitionibus & inhibitionibus hujusmodi non sit tutus accessus, moraque pericula varia comminetur, præsente hac

multitudine copiosa fidelium monemus, & eidem sub excommunicationis pœna, necnon sub pœnis aliis tam spiritualibus, quam temporalibus in eumdem inflictis hactenus, quas pro repetitis haberi volumus, quibusque ipsum subjacere decrevimus, si contrarium fecerit, ipso facto, inhibemus & mandamus expresse, ne ulterius de administratione regni Romani vel imperii se quomodolibet intromittat, nec se regem vel imperatorem nominet, nec ab aliis faciat, quantum in eo fuerit, nominari; nec sub nomine hujusmodi vel alio quocumque, pro dictorum regni & imperii negotiis, ad Alemanniæ vel aliquas partes alias, aliquem vel alios destinare præsumat; nec vicariatus, vel alia quæcumque officia, quibusvis nominibus nuncupentur, concedat, seu committat alicui vel aliquibus; nec etiam in illis partibus vel aliis jura vel bona regni vel imperii quomodolibet occupet vel pertractet, fidelesque non turbet ecclesiæ & imperii, aut molestet. Universis nihilo minus & singulis prælatis & personis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, status vel conditionis existant, etiamsi patriarchali, pontificali, aut majori seu inferiori præfulgeant dignitate, necnon regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus, & aliis dominis temporalibus, aliisque personis singularibus quibuscumque, ac communitatibus, universitatibus, civitatibus, castris, oppidis, villis & locis, sub excommunicationis in personas singulares, & interdicti in terras, civitates, castra, oppida, & loca ipsorum, ac universitatès, communitates & collegia, necnon privationis dignitatum, personarum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum dictorum prælatorum & personarum ecclesiasticarum, ac tam illorum, quam aliquorum quorumcumque privilegiorum apostolicorum & imperialium, feudorum, bonorum, honorum, officiorum, quæ a Romanis vel ecclesiis aliis, seu imperio obtinet, ac libertatum & immunitatum quarumlibet pœnis, inhibemus districtius, & mandamus, ne vicariatus, vel quodcumque aliud officium, vel administrationem hujusmodi, quocumque nomine nuncupetur, recipiant ab eodem, vel allo, seu aliis, ejus auctoritate vel nomine, vel mandato; & si forsan officium vel administrationem hujusmodi receperunt, statim illud vel illam, postquam præsens processus ad eorum notitiam pervenerit, vel pervenire potuerit, dimittere non postponant, illud vel illam nullatenus ulterius resumpturi: neve præfato Ludovico aut complicibus, fautoribus, vicariis, ministris vel officialibus ejusdem, quomodocumque nuncupentur, pareant in aliquo, vel intendant, nec eos, vel aliquem ipsorum recipiant vel admittant, aut de juribus & proventibus quibuscumque ad regnum Romanum vel imperium spectantibus respondere, vel alias eis impendere auxilium, consilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, præsumant. Alioquin personas singulares quascumque, ecclesiasticas & sæculares, cujuscumque sint præeminentiæ, conditionis & status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis; terras vero, civitates, castra, oppida, & loca, necnon universitates, communitates & collegia, quæ contra inhibitionem & mandatum nostrum hujusmodi aliquid facere vel attentare temere præsumpserunt, interdicti sententias, quas ex nunc proferimus; necnon personas ecclesiasticas (præter patriarchas, archiepiscopos & episcopos) privationis omnium dignitatum, personatuum, & aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, & inhabilitationis pœnam ad ea & similia in posterum obtinenda, incurrere volumus ipso facto: ad privationem dignitatum & prælaturarum dictorum patriarcharum, archiepiscoporum, & episcoporum, ac inhibitionem ad ea & similia obtinenda, necnon (nec) privilegiorum quorumcumque apostolicorum & imperialium, ac feudorum, bonorum, libertatum, quæ ipsi & quicumque alii clerici vel laici, a Romana, vel quibusvis aliis ecclesiis, seu imperio, quomodolibet obtinent, ac libertatum & immunitatum, tam contra ipsas, quam alias quascumque personas ecclesiasticas & sæculares, cujuscumque status vel conditionis existant, & alias spirituales & temporales pœnas & sententias, de quibus nobis videbitur, infligendas seu inflictas, declarandas juxta delictum, contumaciam & excessum cujuslibet, si quando & quotiens opportunum cognoverimus, communiter vel divisim absque monitione & citatione alia nos processuros apertius prædicentes. Non obstantibus fidelitatis, & quibusvis aliis juramentis, per quæ ipsi, vel eorum aliqui, dicto Ludovico sese quomodolibet astrinxissent, ac confœderationibus, societatibus, & ligis cum eodem, seu alio vel aliis, nomine suo, vel mandato per quascumque personas singulares, ecclesiasticas vel sæculares, aut communitates seu universitates, collegia, contractis seu initis sub quacumque forma seu expressione verborum; etiamsi pœnarum adjectionibus, aut juramentorum præstationibus, vel quacumque alia firmitate vallatæ fuissent; utpote in Dei contumeliam, contra bonum pacis, ac in derogationem honoris & status sanctæ matris ecclesiæ, & in præjudicium reipublicæ, animarumque periculum, cum hæretico excommunicato præsumptas temere: quæ omnia per processus nostros alias nulla, cassa, & irrita declaravimus, & adhuc etiam declaramus, & quatenus de facto processerunt, cassavimus, annullavimus & irritavimus, & nunc ex superabundanti cassamus, annullamus & irritamus, etiamsi post dictos processus aliqua talia fuerint attentata: juramenta dissolventes hujusmodi, & pœnas omnes & singulas, super prædictis vel ea tangentibus adjectas quomodolibet, relaxantes de plenitudine potestatis. Volumus autem, & auctoritate apostolica nihilo minus decernentes, quod processus noster hujusmodi, præfatum Ludovicum, & alios, quos tangere dinoscitur, apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter & singulariter publicatus & intimatus solemniter extitisset, constitutione quacumque contraria per prædecessores nostros Romanos pontifices edita, non obstante. Ut autem processus noster hujusmodi, & omnia in eodem contenta, ad ejusdem Ludovici, & aliorum, quorum interest, communem notitiam deducantur: chartas sive membranas processum continentes eumdem, in eodem Avinione appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo judicio publicabunt; ut idem Ludovicus, & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignorarint eumdem: cum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omni-

omnibus publicatur. Datum Avinione quinto Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno XIV. Volentes itaque dictum processum & contenta in eo (ut plenius innotescant partium earumdem fidelibus, ac ipsi, ne per eumdem Ludovicum, suosque sequaces, complices, & ministros, inficiantur, decipiantur, aut opprimantur, seu pœnis & sententiis per processum ipsum inflictis & comminatis involvantur, sibi providere valeant cautius, & ne prætendere super his valeant ignorantiam) in eisdem partibus solemniter publicari: fraternitati tuæ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districtius injungendo mandamus, quatenus per te vel alium, seu alios religiosos & sæculares, de quibus tibi videbitur, processum eumdem, & omnia, & singula quæ continentur in eo, in locis & ecclesiis tuarum civitatis & diœceseos, de quibus expedire videris, eis expositis in vulgari, nihilo minus ut clarius intelligantur, publicare solemniter, ipsumque Ludovicum excommunicatum, hæreticum, & schismaticum, singulis diebus festivis & Dominicis publice studeas nunciare: nos de publicatione hujusmodi, per instrumenta publica, principium & finem præsentium continentia, redditurus quantocius poteris nihilo minus certiores. Datum Avinione tertio Kalendas Februaris, pontificatus nostri anno XIV.

An. Christi 1330.

VIII. AD. ARCHIEP. BITURICENSEM,

& alios Galliæ episcopos

Super negotio episcopi Catalaunensis.

Joannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopo Bituricensi, & Laudunensi, Ambianensi, & Mimatensi episcopis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Nunc primum edita, ex apographo P. Ludovici Jacobi a sancto Carolo, Ord. Carmelit. quod est in Bibliotheca Collegii Parisiensis, Societatis JESU. Hard.

PErducto pridem ad nostrum auditum, quod per venerabilem fratrem archiepiscopum Remensem ac provinciale concilium ad hoc specialiter congregatos, super nonnullis articulis enormia & detestabilia scelera & facinora continentibus, edocenda contra venerabilem fratrem nostrum Catalaunensem episcopum, ejusdem archiepiscopi suffraganeum, dudum exhibitis, ipsius episcopi detenta persona, processus extiterat inchoatus. Nos quia idem archiepiscopus, suis & ecclesiæ sibi commissæ agendis implicitus, & nihilominus aliis, ut ponebatur, personalibus excusationibus præpeditus, dicti processus perfectioni nequiebat intendere: vobis, fratres Ambianensis & Mimatensis episcopi, necnon venerabilibus fratribus nostris Cameracensi & Attrebatensi episcopis, per alias nostras certi tenoris litteras duximus committendum; ut vos, vel tres ex vobis, dicto processu in eo statu resumpto, in quo illum archiepiscopus & concilium præfati dimiserant, suppleretis quidquid foret & videretis supplendum; in illo inquisituri contra dictum episcopum, super sceleribus & facinoribus antedictis, & aliis, de quibus adversus eum publica laboraret infamia, prout justum esset ex officio, summarie & de plano, sine strepitu judicii & figura; ac quidquid per inquisitionem prædictam vos inde reperire contingeret, vel alias totum processum, & inquisitionis negotium sufficienter instructum, ad sedem Apostolicam remissuri. Verum quoniam, sicut audivimus, propter absentiam & occupationes alias prædictorum Cameracensis & Attrebatensis episcoporum collegarorum vestrorum; vos Ambianensis & Mimatensis episcopi, non potuistis ad præmissa procedere: nos attendentes, civili non esse consonum rationi, ut idem Catalaunensis episcopus per detentionem personalem diutius affligatur; cum id innocentibus miserum, & noxiis censeatur non satis esse severum: & proinde negotium volentes hujusmodi per vos archiepiscopum & episcopos, aut duos ex vobis, nulla super hoc ad Sedem prædictam facienda remissione, justitia mediante, decidi; ut vel episcopum ipsum juxta exigentiam commissorum plectatis pœna canonica, si erit inde culpabilis; aut debite absolvatis eumdem, & plenarie liberetis, si a culpa reperiatur immunis: Fraternitati vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo ex vobis, dicto processu in eo statu resumpto, in quo illum archiepiscopus & concilium antefati dimiserant, suppleatis quidquid supplendum videritis in eodem. Et nihilominus super sceleribus prædictis & facinoribus, ac aliis de quibus adversus episcopum ipsum publica laboravit infamia, summarie & de plano, sine strepitu & figura judicii, ex officio, prout justum fuerit, inquirentes diligentius veritatem; ad absolutionem debitam, ac plenam liberationem illius, aut condemnationem aut punitionem canonicam, juxta inquisitionis merita, cum maturitate debita, juste & debite, auctoritate Apostolica, procedatis. Testes autem, si se odio, gratia, vel timore subtraxerint; per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Et quia, lite pendente, non debet bonis episcopatus idem episcopus omnino carere; volumus & mandamus, ut vos, vel duo ex vobis eidem episcopo interim faciatis, pro suis necessitatibus, de bonis provideri prædictis; aliquam seu aliquas fideles deputaturi personas, quæ bona ipsa recipiant, & de illis sibi provisionem faciant competentem, residuum pro illo vel successore suo integre ac fideliter servaturi. Ne autem negotium ipsum, quod expediri cum celeritate debita cupimus, diutius impediri vel differri contingat; volumus atque decernimus, ut quæcumque per duos ex vobis incepta fuerint in præmissis omnibus & singulis, alii duo resumere ac prosequi valeant & finire; & quandocumque, ac quotiescumque duos vel unum ex vobis impediri continget, reliqui duo vel unus in illorum vel illius locum sint & censeantur, auctoritate præsentium surrogata, & in ceptis, & non inceptis, ut præmittitur, prævia ratione, procedant. Datum Avinione, XII. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Anno Christi 1318.

G. C. Multas hic addere Joannis epistolas liceret, quæ ab Odor. Raynaldo & aliis afferuntur: nisi supersedendum huic curæ duxissemus jam inde ab Innocentio III. Verum Regesti ipsius partitionem, cum in manibus nostris sit, hic edendam, nec sine fructu & eruditorum approbatione, duximus.

D I.

DIVISIO REGISTRI JOANNIS XX.

Io quinque partes.

Rubricæ primæ partis cum principio cujusque processus.

I. UNiversis Christi fidelibus. Canonizatio beati Ludovici confessoris, olim episcopi Tolosani. *Sol oriens mundo* &c.

II. Venerabilibus fratribus patriarchis &c. Canonizatio beati Thomæ confessoris, olim episcopi Herfordeosis. *Unigenitus filius* &c.

Rubricæ secundæ partis cum principio cujusque processua.

I. Ad perpetuam rei memoriam. Coostitutio taxationis litterarum apostolicarum. *Cum ad sacrosanctæ* &c.

II. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Tolosani. *Salvator noster* &c.

III. Ad perpetuam rei memoriam. Processus contra eos qui impugnarent divisionem episcopatus Tolosani. *Nuper ex certis causis* &c.

IV. Ad perpetoam rei memoriam. Revocaotur bona alienata de mensa quondam episcopatua Tolosani. *Romana mater ecclesia* &c.

V. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio archiepiscopatus Tolosani. *Cum illius, cujus* &c.

VI. Ad perpetuam rei memoriam. Cassaotur privilegia seu statuta quæcumque, quæ in posterum derogarent divisioni Tolosanæ diœcesis. *Cum ex more* &c.

VII. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio in cathedraies, Vaurensis & Mirapicensis ecclesiarum. *Salvator noster* &c.

VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio diœcesis Mirapicensis. *Cum illius, cujus* &c.

IX. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio diœcesis Vaurensis. *Cum illius, cujus* &c.

X. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio capituli ecclesiæ Vaurensis. *Sedes apostolica* &c.

XI. Ad perpetuam rei memoriam. Assignatio facta de bonis episcopatus quondam Tolosani, ecclesiæ Appamiarum. *Dudum ad ecclesiam* &c.

XII. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio monasterii de Montealbano. *Nuper ex certis* &c.

XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus Montisalbani. *Cum illius, cujus* &c.

XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus Rivensis. *Cum illius, cujus* &c.

XV. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus & diœcesis Lumberiensis. *Cum illius* &c.

XVI. Ad perpetuam rei memoriam. Revocatio erectionis ecclesiæ Limosiensis, & erectio villarum Electensis, & sancti Pontii Thomeriarum, in eivitates, & ecclesiarum earum io cathedrales. *Alma mater ecclesia* &c.

XVII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus & diœcesis sancti Pootii Thomeriarum. *Cum illius* &c.

XVIII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus & diœcesis Electensis. *Cum illius, cujus* &c.

XIX. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio ecclesiæ sancti Pauli de Fenolhodesio, in collegiatam. *Inter cætera* &c.

XX. Ad perpetuam rei memoriam. Ordioatio collegiatæ ecclesiæ sancti Stephaoi de Tescone. *Inter cætera* &c.

XXI. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio collegiatæ ecclesiæ Castrinovi de Arrio. *Inter cætera* &c.

XXII. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio collegiatæ ecclesiæ de Insula Jordani. *Inter cætera* &c.

XXIII. Ad perpetuam rei memoriam. Ordioatio collegiatæ Ecclesiæ de S. Felice. *Inter cætera* &c.

XXIV. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio capituli ecclesiæ Mirapicensis. *Sedes apostolica* &c.

XXV. Ad perpetoam rei memoriam. Ordinatio eapituli ecclesiæ Lumberiensis. *Sedes apostolica* &c.

XXVI. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio eapituli ecclesiæ Rivensis. *Sedes Apostolica* &c.

XXVII. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio collegiatæ ecclesiæ S. Vincentii Montis Regalis. *Sedes apostolica* &c.

XXVIII. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Albiensis in duas diœceses, & erectio villæ Castrensis in civitatem. *Salvator noster* &c.

XXIX. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episeopatus Castrensis. *Dudum* &c.

XXX. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio eapituli ecclesiæ de Bursatio. *Inter cætera* &c.

XXXI. Ad perpetuam rei memoriam. Assignatio & deputatio reddituum ecclesiæ Castrensis io eathedralem erectæ. *Cum illius, cujus* &c.

XXXII. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Rutheoensis, & erectio civitatia Vabrensis, & ipsius villæ in eivitatem. *Salvator noster* &c.

XXXIII. Ad perpetuam rei memoriam. Assignatio reddituum & limitatio episcopatuum Ruthenensis & Vabrensis. *Dudum considerantes* &c.

XXXIV. Ad perpetoam rei memoriam. Divisio episcopatus Claromontensis io duas diœceses. *Salvator noster* &c.

XXXV. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio facta de episcopatu S. Flori, ab episcopatu Claromontensi. *Dudum* &c.

XXXVI. Ad perpetuam rei memoriam. Assignatio facta de ecclesiis & juribus episcopatus Claromontensis episcopatui S. Flori. *Dudum considerantes* &c.

XXXVII. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Agennensis, & erectio villæ Condomiensis in civitatem. *Salvator noster* &c.

XXXVIII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio Episcopatus Condómiensis ab episcopatu Agennensi. *Dudum considerantes* &c.

XXXIX. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Petragoricensis.

XL. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatus Sarlatensis. *Dudum considerantes* &c.

XLI. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio capituli ecclesiæ collegiatæ ex Capdioto diœcesis Sarlatensis. *Inter cætera* &c.

XLII. Ad perpetuam rei memoriam. Divisió episcopatus Lemovicensis, & erectio eivitatia Tutelensis. *Salvator noster* &c.

XLIII. Ad perpetuam rei memoriam. Limitatio episcopatuum Lemovicensis & Tutelensis. *Dudum considerantes* &c.

XLIV.

XLIV. Ad perpetuam rei memoriam. Divisio episcopatus Pictaviensis, & erectio civitatum Malleacensis, & Luciensis, ac limitatio diœcesum ipsarum. *Salvator noster* &c. A

XLV. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio ecclesiæ Cæsaraugustanæ in metropolitanam. *Romanus Pontifex* &c.

XLVI. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio civitatis .... in metropolitanam, & provision de fratre Francisco de Perusio, & ordinatio sex suffraganeorum. *Redemptor noster* &c.

XLVII. Ad perpetuam rei memoriam. Declaratio, quod propter erectiones episcopatuum novorum, impetrantibus justitiam aut gratiam nullum præjudicium generetur. *Sedes apostolica* &c. B

XLVIII. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio suscepti regiminis. *Suscepti* &c.

XLIX. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio *execrabilis* super pluralitate beneficiorum. *Execrabilis* &c.

L. Ad perpetuam rei memoriam. Compositio facta inter regem Arragonensem & hospitale S. Joannis Hierosolym. super quibusdam terris regni sui: & ordinatio monasterii de Montesia Valentinæ diœcesis, ordinis Calatravensis. *Ad fructus uberes* &c.

LI. Ad perpetuam rei memoriam. Compositio inter regem Arragoniæ & hospitale S. Joannis Hierosolym. super facto magistri ordinis de Calatrava: & ordinatio monasterii de Montesia. *Pia matris ecclesiæ cura* &c. C

LII. Ad perpetuam rei memoriam. Declaratio regulæ ordinis fratrum Minorum. *Quorumdam exigit* &c.

LIII. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio monasterii, & totius ordinis Grandimontensis. *Exigente debito* &c.

LIV. Ad perpetuam rei memoriam. Ædificatio capellæ novæ in castro Bitaride Avinion. diœcesis. *Extollentes* &c.

LV. Ad perpetuam rei memoriam. Provisio dotis dictæ capellæ. *Extollentes* &c.

Rubricæ tertiæ partis cum principio cujusque processus.

D

I. Ad perpetuam rei memoriam. Trevgæ inter regem Robertum & comitem Sabaudiæ & quosdam alios. *Et si ad pacis* &c.

II. Committitur judicibus, quod notificent dictas trevgas. *Et si ad pacis* &c.

III. Ad perpetuam rei memoriam. Trevgæ inter regem Angliæ, & Robertum de Brus pro rege Scotiæ se gerentem. *Vocatis* &c.

IV. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum inter regem Franciæ & comitem Flandriæ. *Considerantes attentius* &c.

V. Mandatur executoribus, quod notificent seu publicent dictas trevgas. *Considerantes* &c. E

VI. Ad futuram rei memoriam. Alia indictio trevgarum inter regem Franciæ & comitem Flandriæ. *Considerantes* &c.

VII. Mandatur executoribus, quod notificent seu publicent dictas trevgas. *Considerantes* &c.

VIII. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum inter comitem Armaniaci & comitissam Fuxensem: *Illius, cujus in pace* &c.

IX. Mandatur executoribus, quod notificent seu publicent ipsas trevgas. *Illius* &c.

X. Ad futuram rei memoriam. Prorogatio trevgarum inter comitem Armaniaci & comitissam Fuxensem. *Ad nostrum pridem* &c.

XI. Executoribus mandatur, quod notificent seu publicent dictam prorogationem trevgarum.

XII. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum inter Guichardum dominum de Bellojoco, & Henricum dominum de Antiguesso, & quosdam alios. *Etsi ad omnium* &c.

XIII. Mandatur executoribus, quod notificent seu publicent dictas trevgas. *Etsi* &c.

XIV. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum, inter Robertum Siciliæ & Fredericum Trinacriæ reges, *Dudum inter carissimos* &c.

XV. Ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Inhibitio, quod Fredericus rex Trinacriæ, vel quicumque alii, non invadant regnum Siciliæ, nec terram citra Farum, & insulas sibi adjacentes. *Regis pacifici* &c.

XVI. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum inter nobiles viros Amalricum Narbonensem & Gespettrum de Castronovo vicecomites, & quosdam alios. *Nuper ad nostri* &c.

XVII. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum inter nobilem virum Amadeum comitem Sabaudiæ, & Gerardum ejus primogenitum ex una parte; & Guidonem Delphinum Viennensem, ac comitem Gebennensem ex altera. *Etsi ad omnium corda* &c.

XVIII. Ad futuram rei memoriam. Limitatio temporis ipsarum trevgarum. *Dudum ad nostri apostolatus*.

XIX. Ad futuram rei memoriam. Indictio trevgarum, & temporis earum limitatio inter Benedictum Cajetani & Anagniæ comitem Palatinum, & Stephanum de Columna. *Quanto ex potestate* &c.

XX. Mandatur, quod notificent trevgas dictis comiti & Stephano indictas. *Quanto* &c.

XXI. Ad futuram rei memoriam. Confirmatio trevgarum indictarum per legatum inter cives Vercellenses. *Licet ea, quæ de mandato nostro* &c.

XXII. Ad futuram rei memoriam. Promulgatio sententiæ excommunicationis latæ in frangentes trevgas indictas per legatum inter regem Siciliæ, & intrinsecos civitatis Astensis, ex parte una; & Marchionem Salucianum ac comitem Sabaudiæ, ac extrinsecos civitatis ejusdem, ex altera. *Dudum trevgas* &c.

XXIII. Mandatur legato quod notificet trevgas renovatas, & indictas vicario regis Siciliæ, in partibus Pedemontis, ac intrinsecis & extrinsecis, & nobilibus supradictis. *Dudum trevgas* &c.

Rubricæ quartæ partis cum principio cujusque processus.

I. Ad futuram rei memoriam. Monentur illi, qui spoliaverunt thesaurum ecclesiæ Romanæ in civitate Lucana, quod infra certum tempus restituant. *Infideles & stolidi* &c.

II. Ad futuram rei memoriam. Processus contra occupantes bona quondam domini Gentilis cardinalis, in civitate Lucana. *Infideles & stolidi* &c.

III. Ad perpetuam rei memoriam. Processus contra illos qui spoliaverunt curiales & cives, in civitate Carpentoratensi. *Clamores validos* &c.

IV. Ad perpetuam rei memoriam. Denunciatio quod inobedientes spoliatores curialium civi-

civitatis Carpentoratensis, citra mara, excommunicationis sententiam incurrerunt. *Dudum sicut evidentia* &c.

V. Ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Processus contra illos, qui asportaverunt thesaurum domini Clementis de Montiliō. *Cum venerabiles fratres & coepiscopos* &c.

VI. Ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Citatio vicecomitis Leumaniæ, & Altivillaris. *Ex injuncto nobis* &c.

VII. Universis ad quos litteræ præsentes pervenerint. Prorogatio citationis ejusdem vicecomitis. *Pridem dilectum* &c.

VIII. Carissimo in Christo filio Roberto regi Siciliæ, &c. Confirmatur sibi commissio vicariatus imperii in partibus Italiæ. *Regalis celsitudinis* &c.

IX. Ad futuram rei memoriam. Monitio, quod vacante imperio, nullus vicarii imperii nomen assumat. *Si fratrum & coepiscoporum* &c.

X. Ad futuram rei memoriam. Constitutio, quod nemo assumat dominium in patrimonio beati Petri, in præjudicium ecclesiæ Romanæ. *Ecclesia Romana* &c.

XI. Ad futuram rei memoriam. Constitutio, quod nemo assumat dominium in ducatu Spoletano. *Ecclesia Romana* &c.

XII. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio, quod nullus assumat dominium in Marchia Anconitana, Massa Trabaria, & terra sanctæ Agathæ, ac civitate Urbini. *Ecclesia Romana* &c.

XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Processus factus contra turbantes regimen civitatis Ferrariæ, & facientes contra officiales ecclesiæ Romanæ. *Dierum* &c.

XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio contra omnes turbantes regimen ecclesiæ Romanæ, in Marchia Anconitana, & offendentes officiales ipsius. *Dierum* &c.

XV. Monitio quod Chiricus, quidam de Marchia Anconitana, ecclesiæ Romanæ rebelles, tam personæ singulares, quam etiam communitates, redeant ad mandata ecclesiæ. *Ex novis insolentiis* &c.

XVI. Processus contra Burdonum, & Galiotium Ancelmitii de Smurillo, Firmanæ diœcesis, & quosdam alios. *Aucta nimiorum* &c.

XVII. Processus contra potestatem, capitaneum, consilium & commune Auximanum, ac Lipacium, & Andream quondam Gonzolini, ecclesiæ Romanæ rebelles. *Sicut mentis nostræ* &c.

XVIII. Processus contra Fridericum, Guidonem, & Sperantiam comites de Montefeltro, & consilium & commune Urbini, ecclesiæ Romanæ rebelles. *Si velletis* &c.

XIX. Processus contra potestatem, capitaneum, consilium, & commune, ac universitatem & populum Racanatensem. *Absorbuit intellectum* &c.

XX. Ad futuram rei memoriam. Processus contra Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano, canonem de la Scala, & Raynaldum Dan. Passarinum de Mantua, nomen vicarii assumentes. *Olim in nostram* &c.

XXI. Monitio quod Matthæus vicecomes restituat nunciis sedis apostolicæ, Philipponum comitem de Langusco, Joannem de la Torre, & quosdam alios, quos detinet captivos. *Inter universas* &c.

XXII. Ad futuram rei memoriam. Declaratio, quod Constantius de Ulmo civis Pergamenus, & alii, se subducentes ab obedientia Matthæi de vicecomite, non includantur in sententiis latis in ipsum Matthæum & sibi adhærentes. *Deum alim evidentia* &c.

XXIII. Ad perpetuam rei memoriam. Monitio contra turbantes regimen civitatis Beneventanæ, & facientes contra officiales ecclesiæ Romanæ. *Vos* &c.

XXIV. Dilectis filiis, universitati & populo & communitati Ferrariensi, ecclesiæ Romanæ subjectis. Proceditur contra eos. *Si velletis* &c.

XXV. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio, quod nullus extrahat vel introducat in civitatem Ferrariensem victualia, mercationes, vel alia bona, nisi sub signo ad hoc per officialem domini papæ in dicta civitate deputato. *Ad nostri apostolatus* &c.

XXVI. Ad futuram rei memoriam. Processus alius editus contra Ferrarienses. *Dudum ad nostri* &c.

XXVII. Mandatur executoribus quod publicent dictum processum. *Dudum* &c.

XXVIII. Ad futuram rei memoriam. Processus citationis quorundam episcoporum regni Scotiæ. *Hoc mundi* &c.

XXIX. Ad futuram rei memoriam. Processus citationis Roberti de Brus, regnum Scotiæ gubernantis. *Magnitudo domus* &c.

XXX. Declaratio, quod commune & cives Ferrarienses, Arnaldus, Oppizo, Bertoldus, & Nicolaus, qui se dicunt Marchiones Estenses, & nonnulli alii, & eis adhærentes, incurrerunt pœnas & sententias in diversis aliis processibus contentas, & comminatio gravioris processus. *Mansuetudinem* &c.

XXXI. Mandatur rectori Marchiæ Anconitanæ, quod si Chiricus Guillelmi prior prioratus sancti Benedicti .... diœces. & .... Raynaldi, & communitates & universitates Serræ, S. Quirici, & Rosoce, infra tempus contentum in processibus contra eos factis, non redierint ad mandata ecclesiæ, quod eos denunciet pœnas & sententias in dictis contentas processibus incurrisse. *A tua memoria* &c.

XXXII. Mandatur eidem rectori, quod si Burdonus, & Galiotius Ancelmitii, infra tempus contentum in processibus contra eos factis, non redierint ad mandata ecclesiæ, quod eos denunciet pœnas & sententias in dictis contentas processibus incurrisse. *Inter graves* &c.

XXXIII. Processus citationis & monitionis contra Blanchellum de Sigrano, potestatem, ac Bolonium de Cassato, & Upizinum de Serragramma, ac defensores, consilium & commune Fanense, ecclesiæ Romanæ rebelles. *Per graves injurias* &c.

XXXIV. Mandatur rectori Marchiæ, quod accedat personaliter, si possit commode, ad civitatem Fanensem, vel per alium seu alios deputandos, & quod præsentent dictis Blanchello, potestati, ac Bolonio, Upizino, ac defensoribus, consilio & communi Fanensi, processus habitos contra ipsos. *Propter graves & enormes* &c.

XXXV. Processus citationis & monitionis contra potestatem, consilium & commune, ac .... ecclesiæ Romanæ rebelles. *Effrenata flagitiorum vestrorum temeritas* &c.

XXXVI. Mandatur rectori Marchiæ, quod si tem-

tempus contentum in processibus habitis contra potestatem, capitaneum, consilium, & commune .... Auximan. ecclesiæ Romanæ rebelles, sit elapsum, quod omnes & singulos publice nunciet excommunicationis; civitates, communitates, & universitates, castra, & loca, eorum subjecta dominio, interdicti, & alias pœnas & sententias incurrisse. *Dudum potestates, capitaneos* &c.

XXXVII. Processus citationis & monitionis contra Guillelmum Bort, & hominem quondam Raynaldi de Esio, & eorum complices, ecclesiæ Romanæ rebelles. *Sicut meatis nostræ* &c.

XXXVIII. Mandatur eidem, quod accedat ad civitatem Esinam ad præsentandum Guillelmo Bort, & homini quondam Raynaldi de Esio, processus habitos contra ipsos. *Propter graves & enormes* &c.

XXXIX. Ut provideant eis de securo conductu. *Propter graves* &c. ut supra proxime.

XL. Processus citationis, & monitionis contra Hugolinum Hugolini de Bustarcio, laicum Esinum, ecclesiæ Romanæ rebellem. *Tuorum flagitiorum temeritas* &c.

XLI. Ut provideant Hugolino Hugolini de securo conductu. *Propter graves & enormes excessus* &c.

XLII. Mandatur rectori Marchiæ, quod accedat personaliter, si possit commode, ad civitatem Esinam, vel ad alium locum ubi Hugolinus Hugolini de Bustarcio domicilium habet; & præsentet sibi processus contra ipsum habitos, vel faciat præsentari. *Propter graves* &c.

XLIII. Mandatur eidem, quod si tempus terminorum contentorum in processibus habitis contra civitates Raccanatensem & Auximanam, sit elapsum, quod publicet eas interdicti; etiam potestates, consilia, capitaneos, & communia, excommunicationis sententias incurrisse. *Dum olim circa præfationem* &c.

XLIV. Mandatur eidem, quod si tempus contentum in processibus habitis contra Fredericum, Guidonem, & Sperantiam, quondam comites de Monteferetro fratres, consilium & commune Urbinatense, ecclesiæ Romanæ rebelles, sit elapsum, quod publicet eos omnes & singulos excommunicationis; & terras ac loca eorum interdicti sententias incurrisse. *Dudum Fredericus* &c.

XLV. Mandatur eidem, quod in castro Cinguli publicet, per se vel alium, processus habitos contra potestatem, consilium & commune, ac Appiglatiam quondam Claudii, & alios ut infra, ecclesiæ Romanæ rebelles. *Propter graves & enormes per potestatem* &c.

XLVI. Requiruntur quod provideant potestati, consilio & communi, ac Appiglatiæ quondam Claudii, & aliis ut infra, de securo conductu. *Propter graves & enormes* &c.

XLVII. Mandatur episcopo Bononiensi, quod publicet per se vel publicare faciat privationem Raccanatensium ab honore episcopalis dignitatis, & erectionem castri Maceratæ in ecclesiam cathedralem. *Propter nefandas & enormes* &c.

XLVIII. Ad perpetuam rei memoriam. Erectio castri Maceratæ & ecclesiæ seu plebis S. Juliani in ecclesiam cathedralem. *Sicut ex debito rationis* &c.

XLIX. Mandatur episcopo Bononiensi, quod nunciet publice in civitate & diœcesi Bononiensi Fredericum Guidonem & Sperantiam fratres, excommunicationis sententiam incurrisse. *De venenosa radice* &c.

L. Mandatur eidem, quod publice nunciet, seu nunciare faciat nominatim in ecclesiis & locis civitatis & diœcesis Bononiensis, pœnas & sententias contentas in processibus habitis contra Raccanatenses, & Auximanos. *Dum olim* &c.

LI. Mandatur episcopo Bononiensi, & rectori Romandiolæ, quod publicet commune & cives civitatis Ferrar. Raynaldum & Opizonem fratres, potestatem, capitaneum, & rectorem, sententias & pœnas contentas in processibus habitis contra eos incurrisse. *Mansuetudinem & consanguinitatem* &c.

LII. Mandatur eidem episcopo, quod nunciet publice in civitate & diœcesi Bononiensi nominatim & expresse excommunicatos, inhabiles & indignos, potestatem, capitaneum, consilium, & commune, ac Lippatium & Andream quondam Gorgolini milites Auximanos, & eis adhærentes, & terras, & loca interdicta. *Dudum* &c.

LIII. Processus citationis & monitionis contra Blanchellum de Sigrann, potestatem, ac Bolonguinum de Cassaro, & Upizinum de Sergramma, ecclesiæ Romanæ rebeles. *Per graves injurias & offensas*.

LIV. Mandatur, quod provideatur de securo conductu Blanchello, &c. ut supra proxime. *Nuper contra blanchellum* &c.

LV. Mandatur rectori Marchiæ, quod præsentet processus Blanchello de Sigrano, potestati, Bolonguino & Upizino, ac defensoribus, consilio & communi civitatis Ferrariensis. *Propter gravem*, &c.

LVI. Ad perpetuam rei memoriam. Inhibitio ne aliqui civitatem Anconitanam, terras, castra, & loca ejus invadere præsumant, & sententia excommunicationis contra tales. *Nimis in multorum dispendium* &c.

LVII. Mandatur rectori Marchiæ, quod in terris & locis provinciæ Anconitanæ, publicet & publicare faciat processus habitos contra præsumentes invadere civitatem Anconitanam. *Nuper ad audientiam Apostolatus nostri*, &c.

LVIII. Ad futuram rei memoriam. Processus contra præsumentes invadere Romandiolæ, Marchiæ Anconitanæ, ducatus Spoleti, patrimonii beati Petri in Tuscia, Campaniæ & Maritimæ, ac Massæ Trabariæ provincias, Venesinum & Urbinatensem olim comitatus, ac Urbinatensem & Reven. civitates, & alias terras, civitates, castra, villas, & loca ad Romanam ecclesiam spectantia. *Inter cætera, quorum nos cura* &c.

LIX. Mandatur, quod nuncient in majoribus & aliis ecclesiis urbis, Fridericum, Guidonem, & Sperantiam, & alias personas, & communitates, pœnas & sententias contentas in processibus habitis contra eos incurrisse. *Dudum adversus Fridericum* &c.

LX. Mandatur quod publice nuncient in majori ecclesia, & aliis ecclesiis civitatis & diœcesis Pisanæ, Fridericum, Guidonem, & Sperantiam, & dictas alias personas, & communitates, pœnas & sententias contentas in processibus habitis contra eos incurrisse. *Dudum adversus Fridericum* &c.

LXI. Mandatur quod procedant ad publicationem

nem & aggravationem pœnarum & sententiarum inflictarum contra potestatem, gubernatores, defensores, consilium, & commune Aretin. ecclesiæ Romanæ rebelles. *Dudum adversus Fridericum* &c.

LXII. Ut inquirant diligenter contra omnes & singulos de provincia Tusciæ, si quos invenerint adhærentes Rarcanatensibus, & Auximanensibus. *Dudum adversus Fridericum, Guidonem*, &c.

LXIII. Mandatur quod publice nuncient, omnes & singulos complices, sequaces, valitiones adjutores Friderici, Guidonis, & Sperantiæ, & aliorum, &c. pœnas & sententias contentas in processibus habitis contra Fridericum, &c. incurrisse. *Dudum adversus Fridericum* &c.

LXIV. Mandatur rectori Romandiolæ, quod compellat per censuras ecclesiasticas, Fridericum & alios, &c. ad satisfaciendum communi & populo Ariminensi, de damnis, injuriis, & excessibus per ipsos eis illatis. *De radice prodiens venenosæ* &c.

LXV. Mandatur eidem rectori, quod puniat pœnis debitis Fridericum, Lippacium, & Auximanum, Petrum Sathon de Sarlat. & communitates, ecclesiæ Romanæ rebelles. *De radice prodiens venenosa* &c.

LXVI. Mandatur rectori Marchiæ Anconitanæ, ut nunciet, seu nunciare faciat publice complices, adjutores, valitiones, & sequaces Friderici, Guidonis, & Sperantiæ, olim comitum de Monteferetto, & Lippacii, ac Andreæ de Auximan. ac Urbinaten. Raccanaten. & Auxan. pœnas & sententias contentas in processibus habitis contra eos incurrisse. *Cum omnes* &c.

LXVII. Ut recedant a sequela & adhærentia rebellium ecclesiæ Romanæ, & quod de cætero nullum dent eis auxilium. *De vobis multæ* &c.

LXVIII. Quod inquirant diligenter, si invenerint aliquos fautores, defensores, vel receptatores rebellium ecclesiæ Romanæ, & quod procedant contra tales. *Cum Lippatius* &c.

LXIX. Mandatur Marchiæ Anconitanæ rectori, quod nunciet vel nunciare faciat in ecclesiis & locis decretæ sibi provinciæ, omnes & singulos infrascriptorum rebellium adjutores, valitores, & fautores, pœnas, & sententias contentas in processibus habitis contra dictos rebelles, incurrisse. *Cum omnes & singuli* &c.

LXX. Mandatur eidem quod citet personaliter episcopum Fanensem, si sibi per informationem constiterit ipsum episcopum celebrasse, post sententias & pœnas in processibus habitis cõntra commune Fanense promulgatas. *Cum nos propter nefandæ rebellionis* &c.

LXXI. Mandatur eidem, quod inquirat diligenter super conjuratione & conspiratione factis ut supra, per communitates & populos Firmanensem & Camerinensem, *Si ex more* &c.

LXXII. Conceditur eidem potestas recipiendi a rebellibus & eorum valitionibus, juramenta & cautiones de obediendo mandatis ecclesiæ, cum ad obedientiam redierint. *Dudum propter nefanda rebellionis* &c.

LXXIII. Mandatur eidem, quod publicet vel publicare faciat indulgentiam concessam expugnantibus potestatem, capitaneum, consilium, & commune, universitatem & populum Raccanatensem, necnon & Jacob, Gerardum, Aroletum, Bulgarisorum, Deriolum, Leonem, Zanolum, Pertinallum, cives Raccanatenses. *Exurgat Deus* &c.

LXXIV. Mandatur, quod publicent in ecclesiis & locis urbis, & circumpositæ regionis, indulgentiam concessam expugnantibus Raccanatenses. *Exurgat Deus* &c.

LXXV. Mandatur ut construi faciant eorum sumptibus & expensis, infra cathedrales, collegiatas, & parochiales ecclesias, suarum civitatis & diœcesis, truncos sive arcas ad reponendum pecuniarum subsidium, quod offeretur per fideles contra impugnantes fideles ecclesiæ. *Sponsi cælestis* &c.

LXXVI. Processus indulgentiarum concessarum expugnantibus Lippatium, & alios Auximanos. *Exurgat Deus* &c.

LXXVII. Processus indulgentiarum concessarum impugnantibus Fredericum de Monteferetro hæreticum, & idolatram. *Exurgat Deus* &c.

LXXVIII. Processus contra potestatem, consilium, officiales & commune Spoletanum. *Prodierunt* &c.

LXXIX. Processus contra potestatem, consilium, & commune Assisinatense, ac Mutium sacrilegum. *Dudum* &c.

LXXX. Ad certitudinem præsentium. Processus contra Matthæum Vicecomitem, & prælatos Mediolan. *Paternæ sollicitudinis* &c.

LXXXI. Mandatur legato, quod legi faciat & exponi processus habitos contra Matthæum Vicecomitem, & prælatos de Mediolano. *Super nonnullis* &c.

LXXXII. Ad certitudinem præsentium. Citatio Matthæi Vicecomitis de Mediolano. *Dudum fama* &c.

LXXXIII. Mandatur legato, quod processum habitum contra Matthæum Vicecomitem de Mediolano, ex abundanti legi & publicari faciat & exponi. *Nuper nobilem virum* &c.

LXXXIV. Ad certitudinem præsentium. Citatio Matthæi Vicecomitis de Mediolano, ut infra certum tempus sub certis pœnis sibi impositis apostolico conspectui se præsentet. *Non sine* &c.

LXXXV. Forma citationis dicti Matthæi Vicecomitis. *Super nostris impedimentis* &c.

LXXXVI. Mandatur legato, quod mittat Matthæo Vicecomiti litteras apostolicas de securo conductu. *Ne nobilis vir* &c.

LXXXVII. Forma citationis Astulfi abbatis monasterii S. Ambrosii, Matthæi Cimeliarchæ, & aliorum infrascriptorum. *Ad reprimendum* &c.

LXXXVIII. Mandatur episcopis, Bononiensi & Reginensi, quod nuncient in ecclesiis & locis suarum civitatum & diœcesis, potestatem & capitaneum Parmensis civit. & Canem de Scala, & eorum consiliarios, excommunicationis sententiam incurrisse. *Olim in nostram & fratrum nostrorum notitiam*. &c.

LXXXIX. Ad futuram rei memoriam. Processus excommunicationis, & suspensionis, hæresis, habitus contra Matthæum Vicecomitem, pro eo, quod citatus secundo tamquam suspectus de hæresi, comparere contumaciter recusavit. *Olim Matthæum de Vicecomitibus* &c.

LXXXX. Ad futuram rei memoriam. Processus tam citationis, quam contumaciæ, habiti contra dictum Matthæum super impedimento per eum dato venientibus ad curiam. *Dudum frequentibus* &c.

LXXXXI. Ad futuram rei memoriam. Processus A sententiæ excommunicationis habitus contra dictum Matthæum, pro eo quod citatus super talliis & exactionibus ecclesiarum, comparere contumaciter recusavit. *Dudum querelis gravibus* &c.

LXXXXII. Ad futuram rei memoriam. Processus contra prælatos Mediolanenses adhærentes eidem Matthæo pro eo habiti, quod citati super ipsa fautoria, comparere contumaciter recusarunt. *Dudum in consistorio publico* &c.

LXXXXIII. Mandatur archiepiscopo Mediolanensi, & inquisitoribus hæreticæ pravitatis, B quod procedant, tam contra Matthæum de Vicecomitibus, & ejus filios, ipsorumque fautores, quam contra Scotum de sancto Geminiano, & Franciscum de Garbinate. *Profanus hostis* &c.

LXXXXIV. Mandatur legato, quod publice nunciet dictum Matthæum & ejus filios, omnes & singulos, expressis eorum nominibus, in civitatibus, locis, & castris suæ legationis, diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicationis sententiam incurrissa: & quod ni- C hilo minus procedat contra eos, tam apostolica, quam imperiali auctoritate. *Profanus hostis* &c.

LXXXXV. Mandatur eidem quod publicet in ecclesiis & locis suæ legationis concessionem indulgentiarum, impugnantibus prædictos Matthæum, ejusqua filios. *Profanus hostis* &c.

LXXXXVI. Mandatur patriarchæ Aquilegiensi, & ejus suffraganeis, quod supersedeant a publicatione indulgentiarum concessarum impugnantibus Fridericum olim comitem de Montefcretro, Lippacium & Andream, & alios infra scriptos. *Profanus hostis* &c. D

LXXXXVII. Mandatur archiepiscopo Salzeburgensi, & ejus suffraganeis, quod faciant truncos seu arcas in singulis ecclesiis cathedralibus, collegiatis, seu parochialibus suarum civitatum & diœcesum, ad reponendum pecuniarium subsidium offerendum impugnantibus. *Profanus hostis* &c.

LXXXXVIII. Mandatur eisdem, quod diligenter procedant in præmissis juxta prædictarum continentiam litterarum. *Profanus hostis* &c.

LXXXXIX. Mandatur legato, quod faciat con- E stitui arcas seu truncos in singulis tam cathedralibus quam collegiatis & parochialibus ecclesiis suæ legationis, & aliorum locorum, in quibus dictam indulgentiam duxerit publicandam. *Profanus hostis & impius* &c.

C. Ad futuram rei memoriam. Ordinatio negotii vicecomitis Leomaniæ. *Terram sanctam* &c.

CI. Datur eidem licentia, quod recedat de curia. *Dudum ex certis* &c.

CII. Absolvitur dictus vicecomes a quadam summa florenorum, quam legavit fel. record. Clemens PP. V. *Inter curas multiplices* &c.

Rubricæ quintæ partis cum principio cujusque processus.

I. Ad perpetuam rei memoriam. Privatio Hugonis Geraldi, olim execrati episcopi Caturcensis. *Divinis exemplis*, &c.

II. Ad perpetuam rei memoriam. Cassatio fratrum, qui Fratricelli, Birochi, seu Bechini nuncupantur. *Sanctam Romanam* &c.

III. Ad perpetuam rei memoriam. Privatio fratris Isnarõi, olim patriarchæ Antiocheni, & administratoris ecclesiæ Papiensis. *Imperscrutabilis*, &c.

IV. Mandatur universis archiepiscopis, episcopis, & electis, ut capiant seu capi faciant Henricum de Sena, de ordine Minorum, & alios, qui cum eo confugerunt ad insulam Siciliæ. *Gloriosam ecclesiam* &c.

V. Ad perpetuam rei memoriam. Ordinatio, quod omnia publica instrumenta, quæ deinceps conficientur in civitate Beneventana, seu ejus tritu, vel districtu, bulla plumbea bullentus. *Affectus benevolentiæ specialis* &c.

VI. Ad certitudinem præsentium. Inhibitio, ne aliquis de provinciis Campaniæ & Maritimæ insurgat contra alium. *Ad hoc dignoscitur* &c.

VII. Mandatur rectori dictarum provinciarum, quod dictam inhibitionem publicet in ecclesiis, civitatibus, terris, castris, & locis ipsarum. *Ad hoc dignoscitur* &c.

VIII. Ad certitudinem præsentium. Inhibitio, ne aliquis præsumat facere confœderationes, seu ligas aliquas, contra provincias Campaniæ & Maritimæ, & earum annullatio. *Licet de cunctis provinciis*, &c.

IX. Mandatur rectori dictarum provinciarum, quod publicet prædictas inhibitionem & annullationem in ecclesiis & locis ipsarum provinciarum. *Licet de cunctis provinciis* &c.

X. Ad perpetuam rei memoriam. Inhibitio, ne populus seu commune civitatis Viterbiensis, eligat aliquem de seipsis vel aliunde ad regimen civitatis ejusdem absque licentia sedis apostolicæ. *Dierum* &c.

XI. Ad perpetuam rei memoriam. Constitutio, ne aliquis præsumat procedere, nec sententias aliquas promulgare, contra officiales aut nuncios sedis apostolicæ. *Matthæus de Petiman.* &c.

XII. Absolvitur G. de Baiacto, archidiaconus Forojuliensis, apostolicæ sedis nuncius, a sententia excommunicationis lata in eum per inquisitorem hæreticæ pravitatis. *Ex tua insinuatione* &c.

XIII. Mandatur quod nuncient in locis, quibus viderint expedire, ipsum archidiaconum a prædicta sententia absolutum. *Ex insinuationis assertione* &c.

ANNO CHRISTI 1317.

CONCILIUM RAVENNATE IV.

CELEBRATUM BONONIÆ,

Anno Domini MCCCXVII. tempore Johannis Papæ XX.

TITULI CAPITULORUM.

A

PRÆFATIO,

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

QUanta sint veneratione digna sacrorum conciliorum statuta, maxime Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, quæ, sicut quatuor evangelia, suscipere & venerari tenemur, ac sanctorum patrum aliorum concilia & statuta, qui Spiritu sancto illuminati fuerunt, nemo est qui ignoret. Cum igitur ab ipsis sanctis patribus, in ipsis sacris conci-
B liis, inter cætera fuerit præordinatum & salubriter constitutum, provincialia concilia fieri debere, ut ea quæ correctione & reformatione egent, nullatenus negligantur, ita quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum observaretur adversum: idcirco nos Rainaldus permissione Divina, & apostolicæ sedis gratia, sanctæ Ravennatis ecclesiæ archiepiscopus, considerantes quod quamplures, maxime viri ecclesiastici, tum ex temporum tempestate, tum ex morum corruptione & levitate, tum ex elatione & vanitate, tum ex tenaci & avida cupiditate, tum ex crassa
C ignorantia & negligentia, tum ex superbia & irreverenti inobedientia, viam coheredum Christi circa gravitatem & honestatem, habitum & incessum ecclesiasticæ religioni condecentes, & quam fideles & catholici habere debent, exorbitabant: pro his, quantum Deus annuerit, reformandis, ad salutem animarum, quam vehementius zelamus pro Divina reverentia, catholicæ fidei unitate & honore, provinciale concilium circa hæc reformanda duximus convocandum & congregandum apud Bononiam. In quo primo constitutiones editas & promulgatas per
D bonæ memoriæ fratrem Latinum; tunc apostolicæ sedis legatum in his partibus, & alias per fratrem Bonifacium prædecessorem nostrum, Forlivii, & nos Ravennæ & Argentæ in provincialibus conciliis legi fecimus: ac deinde, ipso sacro approbante concilio, constitutiones infra scriptas duximus statuendas.

CAPITULA,

Quod episcopus ponat œconomum ad custodiam rerum vacantium ecclesiarum,
Rubrica I.

E CUm ecclesiarum vacantium proventuum & reddituum, ac bonorum ipsorum, dispositio ad eorum ordinarios de jure pertineat: proinde duximus statuendum, quod vacanti ecclesiæ statim per ipsius episcopum œconomus debeat deputari diligens & discretus, qui redditus & proventus ac bona ipsius colligat & conservet, ad ejusdem ecclesiæ & suc-

ANNO CHRISTI 1317.

& successoris defuncti rectoris ipsius uti- A litatem & statum. Prohibentes districte canonicis, clericis, seu patrono ecclesiæ sic vacantis, quod de redditibus & proventibus, ac bonis ipsius ecclesiæ, se intromittere vel disponere nullo modo præsumant, nec œconomum, ut prædiximus, ibidem per ipsum deputandum impediant vel molestent, quominus sibi injunctum officium libere exequatur; * nec aliter alicui eorum competat de consuetudine approbata, vel privilegio speciali. Quod si secus B iidem canonici, vel clerici, seu patroni agere præsumpserint: eosdem canonicos, & clericos, ac patronos, præsentis auctoritate concilii, privamus illa vice jure eligendi, seu præsentandi: decernentes electionem, seu præsentationem secus & aliter attentatam, ipso jure nullius esse momenti.

* Forte, nisi. H.

Quod nullus præsumat in spiritualibus ministrare, nisi prius ab episcopo loci sibi fuerit animarum cura commissa.
Rubrica II.

Cum de jure nullus sacerdos alteri subditum, sine sui superioris commissione seu licentia, solvere valeat, vel ligare, nos quamdam consuetudinem, seu potius abusionem, animarum plenam periculis (quod videlicet sacerdotes aliqui per nonnullos prælatos sæculares seu regulares, quibus in certis ecclesiis parochialibus rectorum institutio de consuetudine competit, in eisdem ecclesiis instituti, sine sui episcopi auctoritate, commissione, vel licentia pa- D rochialis ecclesiarum ipsarum, qui ipsius episcopi subditi esse noscuntur, præsumunt solvere & ligare, in suarum præjudicium animarum) cupientes penitus extirpare, hoc sacro approbante concilio, sub privationis & excommunicationis pœnis, inhibemus sacerdotibus memoratis, quod nullo modo præsumant in ecclesiis, in quibus modo prædicto, & per prædictos fuerint instituti, in spiritualibus ministrare, nisi prius ab episcopo loci, prout jura volunt, eis E cura commissa fuerit animarum, de quibus idem episcopus tenetur Christo reddere rationem, tanquam de ovibus sibi commissis.

Quod quilibet se faciat promoveri infra annum ad ordinem, quem requirit beneficium suum. Rubrica III.

Sollicite pensantes, quantum officii pastoralis debitum prælatos adstringat curis sollicitis & continuis intendere, & per remedia salubria providere, in iis præcipue, per quæ saluti animarum consulitur & providetur: & quod parum est jura condere, nisi sit qui ea mandet executioni. Volentes igitur Pictaviense concilium innovare, & debitæ executioni demandare, statuimus & ordinamus, hoc sacro approbante concilio, & nihilo minus in virtute sanctæ obedientiæ monemus, & peremptorie, quod abbates, decani, archipresbyteri, præpositi, seu quocumque alio nomine censeantur, ad ordinem sacerdotalem se faciant promoveri; archidiaconi vero, ad ordinem diaconatus, inferiores autem beneficiati in ecclesiis nostræprovinciæ Ravennensis instituti, ad ordi- C nes sacros, secundum quod * unus cujuscumque beneficii requirit, infra annum se faciant promoveri. Si qui vero prædictorum animo indurato promotionem suam distulerint, & hanc nostram monitionem statutum & ordinationem adimplere neglexerint: auctoritate præsentis concilii, ipso jure sint privati omnibus beneficiis sacros ordines requirentibus, pro quibus promoveri tenebantur, quæ obtinent in nostra provincia; nisi cum eis, vel aliquo eorum prædictorum fuerit dispensatum, vel in futurum dispensetur; vel nisi justo impedimento detenti fuerint, quominus promoveri potuerint: & tunc impedimento cessante, procurent, quam cito poterunt, se ad ordines, ut præmittitur, facere promoveri. Ut autem hoc salubre provinciale statutum, levius & plenius debitum sortiatur effectum, & prætextu ignorantiæ, quantumcumque crassæ, non possint inobedientes desides, & negligentes, aliquam prætendere excusationem: adjicientes, statuimus & ordinamus, quod quilibet episcopus sanctæ Ravennatis ecclesiæ suffraganeus, teneatur infra sex menses synodum celebrare, in qua quidem hoc salubre statutum legi faciat. Et denno omnes, ut supra præmittitur, suæ civitatis & diœcesis moneat & inducat, cum prædicta pœna, ad ordines sacros recipiendos. Item quod in dicta synodo declarent, omnes rectores præsentes & futuros parochialium ecclesiarum quæ curam ani-

* f. munus.

ma-

ANNO CHRISTI 1317.

marum habent, nec sunt collegiatæ, non promotos ad ordinem sacerdotalem, infra annum a jure statutum in concilio Lugdunensi, ipso jure fore privatos, nisi cum eis fuerit dispensatum, vel in futurum dispensetur: etsi de novo electi fuerint ad easdem ecclesias, cum hæc sint contra constitutionem bonæ memoriæ Bonifacii papæ octavi. Quos rectores & nos privamus, seu privatos declaramus, auctoritate præsentis concilii. Si qui vero in futurum dignitates vel beneficia similia adepti fuerint, teneantur se promoveri facere infra annum ad sacros ordines, secundum quod requirit onus suæ dignitatis vel beneficii: alioquin sint privati ipso jure, auctoritate præsentis concilii, beneficiis omnibus, pro quibus promoveri tenentur, quæ in nostra obtinent provincia, nisi & cum talibus dispensetur per superiorem suum.

De vita & honestate clericorum, & ornatu eorum. Rubrica IV.

Quoniam sacerdotium ex indisciplinatione populi apparet non sanum, & propter lascivas dissolutiones clericorum & religiosorum detrahitur Divino honori & ordini clericali, populique minus ex hoc fiunt devoti, in tantum, ut etiam jura ecclesiarum retinere, & alii quandoque temerarie invadere non vereantur, cum incessus, habitus, & vestimenta clericorum & religiosorum, in gravitate, forma, ac colore, distincta sæpius non videantur ab habitu laicorum, quemadmodnm esse deberent: proinde statuimus & mandamus, sacro approbante concilio, pro honestate ordinis clericalis; quod nullus religiosus, vel clericus portet arma, nec vestimentum alterius coloris, quam a jure permissi: quæ desuper clausa sint atque talaria. Coronam etiam condecentem portent, per quam designetur regalis esse generis, & sperare se debere assequi partem hereditatis Divinæ: quæ scilicet sit rotunda: & ita tonsi sint inferius, quod aures pateant, ita quod si in sacris fuerint, aut beneficiati in ecclesia cathedrali vel collegiata venerabili, secundum conditionem sui status portent latiorem: alii vero mediocrem vel minorem, suis statibus condecentem. Capita cooperiant pileo, vel bireto, vel armutia oblonga ad aures. Laicorum convivia non frequentent. In domibus ecclesiarum studeant habitare. Prælati, sacerdotes, & alii in dignitatibus vel personatibus constituti, ac canonici cathedralium ecclesiarum in sacris ordinibus constituti, sacerdotes & rectores ecclesiarum civitatum & suburbiorum, per civitatem incedentes, decentem habitum portent, videlicet cappas, chlamydes, vel tabardos. Sacerdotes vero extra civitatem & suburbia, & alii in sacris ordinibus constituti, saltem tabardos talares, seu condecentes portent. In ecclesiis vero utantur cappis, vel cottis albis. Loca turpia nullo modo ingrediantur, nec tabernas, nisi forte in necessitate in itinere constituti, pro cibo vel potu, vel hospitio, compellantur intrare. Tabernas, merces illicitas, aut personas suspectas, in ecclesiis, vel domibus ecclesiarum quæ sint intra claustrum vel ad usum clericorum vel ministrorum deputatæ, seu in domibus contiguis ipsi ecclesiæ, nullo modo permittant teneri vel commorari. Si quis autem inventus fuerit arma portare cujuscumque generis, pœnam incurrat 40. solidorum Ravennatum. Si vero habitum vel tonsuram incongruentem portaverit, 40. solidorum pœnam incurrat. Si autem ingressus fuerit tabernas, nisi sit in itinere constitutus; vel merces illicitas contraxerit emendo vel vendendo, per se vel alium, præsertim si vinum vendiderit, vel vendi fecerit, vel passus fuerit, quod in dictis domibus quoquo modo vendantur, videlicet in domibus ecclesiarum, in quibus ministri ecclesiæ consueverunt habitare, vel aliter ipsis ecclesiis contiguis, pœnam 10. librarum incurrat. Et eamdem pœnam incurrant tenentes mulieres suspectas in domibus prædictis, vel teneri facientes. Idem & si teneri, vel habitare patiantur. Si quis vero sine cappa, vel saltem cotta alba, interfuerit Divinis officiis, pœnam quinque solidorum se noverit incurrisse: & eamdem pœnam incurrant non portantes chlamydem vel tabardum, incedendo per civitatem: nisi evidens paupertas rationabiliter aliquem vel aliquos excusaret. Et similem pœnam incurrant convivia laicorum frequentantes, & alii qui capitibus discoopertis incedunt, vel incedent. Quas pœnas declaramus clericos sæculares tantum incurrere, & eas teneantur prælati eorum exigere, in usus pauperum convertendas: nec ipsis ullo modo remittere * possit, cum hoc statuatur in favorem ecclesiasticæ honestatis. Si vero fuerit religiosus, qui in prædictis, vel in aliquo prædictorum delinquat, jejunet bis in hebdomada in pane

* f. possint.

pane & aqua, publice cum fratribus comedendo & sedendo in terra. Quam pœnitentiam si non inchoaverit infra mensem, & inchoatam non perfecerit, eum ex nunc capituli voce privamus, & ultimum in choro volumus eum esse. Et hanc pœnam patiatur, quousque dictam pœnitentiam inchoaverit, & inchoatam perfecisse noscatur. Et nihilo minus contra facientes privati sint ipso jure privilegiis & favoribus concilii hujusmodi, & omnium aliorum conciliorum provincialium: quia frustra legis implorat auxilium, qui committit in legem. Omnes autem alias constitutiones nostras & prædecessorum nostrorum provinciales, positas sub titulo, *De vita & honestate clericorum*, cassamus & irritamus, & eas nullius momenti esse volumus, & præsentem solummodo constitutionem remanere in sui roboris firmitate.

Quod nullus de cetero recipiatur in canonicum cathedralis ecclesiæ, vel in monachum, seu fratrem alicujus monasterii, seu regularis ecclesiæ, sine licentia speciali sui ordinarii. Rubrica V.

Quoniam experientia docente, quæ rerum est efficax magistra, manifeste cognovimus, ut plurimum personas insufficientes, illitteratas, & alias indignas, ad ecclesiastica beneficia obtinenda, institutas in ecclesiis & monasteriis nostræ provinciæ Ravennatis: ad hæc necessitate quadam urgente illos, ad quos spectat electio seu receptio canonicorum & monachorum in dictis ecclesiis & monasteriis, hoc sæpius inducente nimia laicorum importunitate, interdum affinitate aliqua seu consanguinitate, vel alias singulari & inordinata dilectione, quæ sæpius homines inducunt, ut omisso rationis judicio, carnalitatis sequantur affectum, & dignis prætermissis, indignos ad honores ecclesiasticos assumant, ex quibus plurima damna proveniunt ecclesiis, & Divinus cultus minuitur, quem summopere desideramus augeri. Cupientes igitur huic pestifero morbo quantum possumus obviare, & de salubri remedio ecclesiis & monasteriis providere: præsenti approbante concilio, statuimus & ordinamus, quod de cætero nullus instituatur vel recipiatur in fratrem & canonicum alicujus cathedralis ecclesiæ vel collegiatæ, vel monachum alicujus monasterii, vel canonicum regularem, sine licentia speciali ordinarii loci ac metropolitani, si videatur opportunum ordinario loci, super quo conscientiam ipsius oneramus. Decernentes ex nunc, prout ex tunc, irritum & inane, quidquid contra factum fuerit, seu attentatum. Hoc autem statutum durare volumus usque ad triennium, seu sequens concilium: infra quod æstimationes bonorum & redditūum fient, ita quod pro eorum facultatibus competens numerus ministrantium poterit taxari & statui, prout jura requirunt.

Quod nullus recipiatur in aliquo monasterio seu regulari loco, per potentiam laicorum. Rubrica VI.

Plerumque contingit, quod propter minas & potentiam laicorum, nonnulli religiosi prælati nostræ provinciæ coguntur indebite nonnullos in suorum locorum fratres recipere, vel conversos, ex quo prælatis ipsis & eorum locis gravamina multa provenire noscuntur. Cupientes igitur laicorum in hac parte temeritates excludere, prædictorum prælatorum ac ipsorum locorum indemnitatibus providere: hoc sacro approbante concilio, provide duximus statuendum seu declarandum, quod modo prædicto recepti in fratres seu conversos quorumcumque locorum, ad eligendum tam active, quam passive fiant inhabiles: nec ad tractatus quoslibet admittantur, nec eisdem in vestimentis per locorum prælatos modo aliquo debeat provideri. Quod & in receptis in monialium monasteriis modo prædicto volumus habere vigorem.

De denunciatione fienda metropolitano de beneficiis vacantibus, ad eum devolutis. Rubrica VII.

Quoniam ex diutina vacatione damna plurima in spiritualibus & temporalibus ecclesiis solent provenire, sicut jura testantur, & rerum experientia manifestat: volentes itaque juxta debitum officii nostri ecclesiis in provincia Ravenn. constitutis, contra dispendiosas vacationes, de salubri remedio providere, hortamur in Domino omnes fratres coepiscopos nostros, presentes & absentes, ac alios inferiores prælatos & clericos, cujuscumque status & gradus vel conditionis existant, quatenus pro Dei honore & salute animarum suarum & populi, salubriter & celeriter vacantibus ecclesiis de personis idoneis provide-

dere procurent, ne lupus rapax gregem Dominicum invadat, & bona dilapidentur. Nihilo minus, sacro approbante concilio, statuentes, quod si quando contingat propter desidiam seu negligentiam, ad nos collationem dignitatis alicujus vel beneficii seu præbendæ cum cura devolvi, teneantur prælatus & capitulum & clerici ecclesiæ, in qua dignitas, beneficium vel præbenda hujusmodi tanto tempore vacaverit, quod ad nos sit collatio devoluta, infra mensem a tempore scientiæ devolutionis hujus, hoc nobis intimare, seu vicario nostro, nobis in remotis agentibus: ne, quod absit, ecclesiæ diu maneant desolatæ, & nos nostro defraudemur desiderio. Illud idem statuimus circa fratres coepiscopos omnes provinciæ Ravennatis suffraganeos, quando de ipsis ad capitula collatio devolvetur. Quod & de patronis auctoritate eadem volumus & statuimus intelligi debere. Negligentes & remissi hoc salubre statutum adimplere, & sequenti concilio arguantur, & pœna debita castigentur.

Quod certus canonicorum numerus statuatur in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, ubi non est ab antiquo statutus, Rubrica VIII.

Etsi deceat, & satis consonet rationi & juri quibuscumque clericis collegiatarum ecclesiarum certum & determinatum numerum habere clericorum, tanto magis canonicis cathedralium ecclesiarum hoc competit, quanto tamquam caput aliorum in seipsis debent ostendere, qualiter inferiores in domo Dei conversari debeant: non plures in quibuscumque ecclesiis debent institui, quam ex bonis ipsarum vivere possint: hoc maxime in cathedralibus servari debet, ne propter inordinatam constitutionem cogantur ipsorum canonici, in opprobrium totius cleri, miserabiliter mendicare. Volentes ergo inordinatis receptionibus factis & fiendis in provincia nostra, quantum possumus, providere, hoc sacro approbante concilio, statuimus & ordinamus, quod ubicumque in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis determinatus est numerus canonicorum vel clericorum, statuto vel consuetudine, ille servetur, nec augeatur quocumque quæsito colore, nisi justa de causa & de licentia ordinariorum suorum. Ubi autem numerus certus determinatus non est, præcipimus statui & firmari, juxta facultatem ecclesiarum, & hoc infra sex menses a publicatione constitutionis præsentis numerandos. Sed quia non est reprehensibile judicandum, sed laudandum, si secundum varietates temporum varientur etiam humana statuta, & sæpius sit inveniri, quod ecclesiæ antiquo numero canonicorum statuto gravantur: idcirco statuimus, quod si aliquæ ecclesiæ collegiatæ vel cathedrales inveniantur antiquo statuto numero in præsenti rationabiliter prægravari, volumus, quod canonici ipsarum ecclesiarum, de licentia suorum ordinariorum, seu ipsi ordinarii, ubi ad eos solos spectat, reducant seu statuant talem numerum juxta facultatem ipsarum ecclesiarum: ita quod cedentibus vel decedentibus canonicis, nullus de novo loco cedentis vel decedentis instituatur, quousque perveniatur ad numerum sic ab antiquo statutum, vel de novo statuendum. Et quia nonnulli tam episcopi quam alii provinciæ nostræ, præteriti & præsentes, ut fide dignorum relatione audivimus, ecclesias cathedrales vel collegiatas, quarum institutio vel ordinatio ad eos spectabat, vel ad se spectare prætendebant, de consuetudine vel privilegio, aggravant & aggravarunt indebito & inordinato numero clericorum, & tali, quod nullo modo ecclesiæ prædictæ sic institutis & ordinatis in necessariis providere potuerunt, nec possunt: quod cedit in vituperium, nedum eorum, sed totius cleri: & cum tales clerici non possint ecclesiis deservire, & cogantur quodammodo mendicare: idcirco volentes tali morbo debitam adhibere medelam, statuimus & ordinamus, quod nec episcopi, nec alii possint vel debeant in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, vel aliis, in quibus institutio vel ordinatio ad ipsos noscitur pertinere, aliquem vel aliquos ultra numerum præsentem de novo instituere sine licentia sui superioris: & si contra fieret, sit irritum ipso jure. Volumus etiam, & eis præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod numerum sic ordinatum in prædictis ecclesiis sic institutum redigere debeant ad debitum congruentem numerum. Et quia qui altari servit, de altari vivere debet, & qui ad onus eligitur, a mercede repelli non debet; statuimus & ordinamus, quod prædicti ordinatores, deficientibus propriis redditibus ecclesiarum, in quibus indebitam ordinationem fecerint, in futurum teneantur sic institutis per ipsos, residentibus in ecclesiis, in quibus instituti sunt, ipsis ecclesiis in Divinis & aliis deser-

vien-

vientibus, necessaria procurare, & tam in victu, quam in vestitu & aliis necessariis, juxta earum exigentiam facultatum.

De clericis non residentibus.
Rnbrica IX.

Quorumdam clericorum desidiam & periculosam negligentiam radicitus extirpare vnlentes, qui in eorum ecclesiis residere negligunt, in grave præjudicium animarum ipsorum, & scandalnm plurimorum, propter quod ecclesiæ sæpius Divinis defraudantur officiis, cultusque Divinus minuitur, quem summo cnrdis desiderin augeri desideramus: hoc sacro approbante concilin, citamus & requirimus, & monemus nmnes clericos nostræ provinciæ, cujuscumque ordinis, dignitatis & status & conditinnis existant, quatenus infra sex menses, a die præsentis citatinnis, monitinnis & requisitinnis numerandos, quorum duns pro primo, duos pro secundo, reliquos duos pro tertio peremptnrio eis assignamus, redire debeant ad continuam residentiam faciendam in eorum ecclesiis; eodem sacro approbante concilio statuentes & ordinantes, quod si quis, vel si qui clerici absentes hanc nnstram mnnitinnem contempserint, vel in futurum se absentaverint ab enrum ecclesiis, ultra quindecim dies, sine speciali petita licentia & obtenta ab nrdinario loci vel ejus vicario, ipso ordinario extra civitatem agente, ipso jure sint privati beneficiis omnibus quæ in nostra pnvincia nbtinent, nisi per superiorem super iis fuerit cum eisdem misericorditer dispensatum.

De quotidianis distributionibus
Rubrica X.

Quia parum est jura condere, nisi executinni debitæ demandentur, & per bonæ memoriæ fratrem Bonifacium prædecessnrem nostrum, in concilio per ipsum Forlivii celebrato, inter cætera statutum extiterit, quod ubi statutæ nnn essent in cathedralibns vel cnllegiatis ecclesiis quotidianæ distribntinnes, in synodis proxime faciendis per singulos suffraganeos Ravennatis ecclesiæ * proinde statuerentur, ut per hoc ipsis ecclesiis singulis horis in Divinis melins serviretur; & attendentes patres coepiscopos nostros in executione constitutinnis prædictæ ut plurimum hucusque negligentes fuisse: volentes igitur dictam constitutinnem tamquam rationabilem executinni debitæ demandare, hnc sacro approbante concilio statuimus & ordinamus, quod quilibet suffraganeorum nnstrorum sub pœna inobedientiæ teneatur sic providere, quod in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis, dictæ quotidianæ distributiones fiant, & mensa communis deputetur: vel ubi dictæ distributinnes seu mensa commode nrdinari nnn possent, sic per eosdem nrdinarios provideatur, quod decenter & devote in Divinis nfficiis ecclesiis ipsis deserviatur: ut sic cultus Divinus non minuatur, sed potius, nt cupimus, augeatur. Si quis autem suffraganeorum prædicta non nbservaverit, pœnam statutam contra transgressores cannnum poterit formidare, & nihilo minus in sequenti concilio durius increpetur.

De censibus & collectis imponendis.
Rubrica XI.

Cum imponendis & exigendis collectis talis modus & divisio debeat observari, ut nulla ecclesia, seu ecclesiastica persnna, se indebite prægravari ex iis ratinnabiliter conqueri possit: ac sæpe contingat dominns suffraganeos ecclesiæ Ravennatis debere Ravennatem ecclesiam visitare pro festivitatibus sanctorum martyrum Apollinaris, Vitalis, vel aliis ex causis in provincia emergentibus a nnbis evocari; quos non nportet, pro factis provinciæ, propriis stipendiis militare: volentes hoc adhibere remedium npportunum, statuimus & ordinamus, hoc sacro approbante concilio, quod quilibet episcopus nnstræ provinciæ, in civitate & diœcesi sua, & de consensu cleri ad hoc specialiter convocati, persnnas sufficientes & idoneas deputet & nrdinet infra tres menses a publicatione præsentis constitutionis, qun nmnes redditus & proventus ecclesiarum omnium, mnnasteriorum & aliorum locorum religinsnrum, cujuscumque status vel conditinnis existant, discutiant & examinent diligenter, & describant seu describi faciant per publicum notarium, justam æstimatinnem & debitam unicuique ecclesiæ imponentes: & hoc in monasteriis, prioratibus, ecclesiis, seu locis ecclesiasticis aliis, ubi a decem annis citra non est facta æstimatio ante dicta. De qua quidem taxatione & æstimatione teneatur quilibet episcopus, ad expensas cleri sui, per scripturam publicam archiepiscopali curiæ facere fidem infra tres menses, ex quo dicta æsti-

* Forte, provide. H.

ANNO CHRISTI 1317.

stimatio facta fuit. Secundum quam æstimationem & taxationem statuimus & ordinamus, omnia onera nostræ Ravennat. (ecclesiæ) provinciæ imminentia ad præsens, vel in futurum, debere dividi & partiri inter prælatos & clerum Ravennatis provinciæ. Idem modus etiam & divisio per ipsos observetur in dividendis & distribuendis oneribus specialiter impositis clero suæ civitatis & diœcesis. Circa venerandos quoque patres & coepiscopos nostros ducimus statuendum, volentes parcere gravaminibus subditorum: quod si quando eos laborare contingat, pro factis provinciæ Ravennatis, quindecim equitaturis seu evectionibus ad plus sint contenti, & minus, ut minores non doleant, & juste conqueri possint, se indebite prægravari: & ipsorum procurationibus 12. solidos Bononienses pro quolibet equo; pro palafreno vero domini, unum florenum auri pro qualibet legali dieta, seu die quo laboraverit, taxamus. Si vero pro præfatis causis contingeret abbates & prælatos aliquos, seu canonicos cathedralis ecclesiæ, aut clericos, laborare; abbatibus & prælatis, quatuor equos; canonicis ecclesiæ cathedralis, tres; clerico vero, unum taxamus. Et pro unoquoque equo 10. solidos Bononienses habere debeant a clero, & non ultra: & in hoc sint taciti & contenti. Clericus vero sive laicus, qui sine equo mitteretur a clero, seu iret occasione cleri: sex solidos Bononienses pro qualibet competenti eis dieta taxamus.

De celebratione Missarum. Rubrica XII.

Psal. 46. Etsi, propheta testante, doceamur psallere Deo, & singulis horis psallere sapienter: multo fortius hoc debemus attendere, quando Missa præsertim solemniter celebratur, ubi angelicæ hierarchiæ invocantur, & in tali tanto mysterio, ut sancti testantur, assistunt, debemus voce, spiritu, & mente psallere, humiliter & devote. Cum igitur Missa in aliqua ecclesia nostræ provinciæ in nota celebratur, debent omnes, maxime sacerdotes & clerici in ecclesia ipsa, quantum possunt, assistere celebranti, ac omnis clamor, strepitus & tumultus, in eadem ecclesia conquiescere. Qnidam vero non debito modo considerantes prædictam Missam, quæ in nota cantatur, irreverenter præterennt, se sacris induere, Missas uno concursu cum sacerdote celebrare volentes, ex quo populorum concursus ac pedum strepitus per ecclesiam fit cum quodam sonoroso clamore: & sic Missa quæ celebratur in nota, per indirectum quodammodo impeditur, seu minus devote attenditur. Volentes igitur huic indiscreto actui necessariam adhibere medelam, sacro approbante concilio, monemus omnes sacerdotes tam seculares, quam regulares nostræ provinciæ, atque statuimus, quatenus cum Missa celebratur in nota in aliqua ecclesia, nullus alius sacerdos Missam celebret in eadem, donec Missa præfata fuerit plene completa. Qui antem contra fecerit, sui ordinarii arbitrio puniatur, ac durius increpetur: pœnas etiam contra inobedientes latas merito poterit formidare.

Quod nullus archipresbyter, præpositus, vel prælatus inferior episcopo, possit in ecclesiis sibi subjectis inquisitiones formare, accusationes admittere, vel ad privationem procedere contra clericos earumdem ecclesiarum. Rubrica XIII.

Quia nonnulli abbates, priores, præpositi, archipresbyteri, & alii ecclesiarum inferiores prælati, pront est huic sacro concilio intimatum, contra rectores & clericos ecclesiarum subjectarum prælatis eisdem, ordinario jnre, inquisitiones formant, accusationes admittunt, ac ad privationem & pœnas alias procedere non verentur; & per hoc, tam juri communi, quam pontificali dignitati plurimum detrahunt: statuimus præsentis auctoritate concilii, quod nullus abbas, prior, præpositus, archipresbyter, seu alius prælatus inferior episcopo, contra rectores seu clericos ecclesiarum subjectarum eisdem, inquisitionem formare, accusationem admittere, vel ad privationem procedere quoquo modo præsumant. Decernentes irritum & inane quidquid contra hoc statutum per talem fuerit attentatum, nisi de speciali privilegio, vel consuetudine legitime præscripta, eis hoc competere dignoscatur. Ordo namque ecclesiasticus confusioni pateret, si pontificalis jurisdictio non servaretur.

De Judæis. Rubrica XIV.

Quamqnam Judæi per ecclesiam tolerentur, non tamen debent in fidelium detrimentum, seu grave dispendium, tolerari; quod sæpius Cbristianis accidit, pro gratia contumeliam, & pro familiaritate contemptum reddendo. Ideoque olim

ANNO CHRISTI 1317. Anno 1311. c. 13.

olim provinciale concilium Ravennæ celebratum, considerans ex ipsorum cum Christianis permixta conversatione multa scandala provenisse, statuit, ac perpetua stabilitate firmavit, quod ipsi rotam panni crocei coloris in vestibus superioribus, ac mulieres ipsorum consimilem rotam in capite deberent portare, ut sic a Christianis possent discerni: & quod ad habitandum alicubi ultra mensem recipi non deberent, nisi in locis, in quibus obtinent synagogas. Sed quia nonnulli nescientes a vetitis abstinere, statutum salubre præfati concilii vilipendunt, ignorantia affectata: pœna docente poterunt cognoscere, quam sit grave constitutiones ecclesiasticas præterire. Ideoque sacro approbante concilio, volentes huic morbo salubriter providere, monemus omnes tam clericos, quam laicos nostræ provinciæ, atque statuimus, quatenus nullus de cætero locet domos ipsis Judæis, nec locatas dimittat, aut vendat, seu quocumque colore concedat, vel inhabitare permittat ultra duos menses a publicatione præsentis constitutionis. Qui vero contra fecerit, ipso facto excommunicationis incurrat sententiam, a qua absolvi non possit, nisi plene satisfecerit in prædictis.

De cautione recipienda ab usurariis, & de pœnis recipientium usurarios ad ecclesiastica sacramenta, seu sepulturam.
Rubrica XV.

Usurarum voraginem utriusque testamenti pagina reprobatam, in nostra provincia reprimere cupientes, denunciamus, seu declaramus, hoc sacro approbante concilio, omnes usurarios manifestos, donec de usuris, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum idoneam præstent cautionem, fore communione altaris & ecclesiastica sepultura privatos; corumque oblationes recipi non debere, nec ipsos absolvi posse; testamenta quoque ipsorum non valere, sed esse irrita ipso jure. Omnes etiam, qui hujusmodi usurariis communionem altaris, ac corpus Christi tradiderint, aut eos ad ecclesiasticam admiserint sepulturam, donec ad arbitrium ordinarii loci satisfecerint, ab officii sui executione decernimus seu declaramus esse suspensos. Adjicientes, ut pœnæ hujusmodi subjaceant omnes, qui tales usurarios absolverint, aut ad communionem altaris admiserint, sive testamentis aut sepulturæ interfuerint eorumdem. Tabelliones quoque de mutuis & contractibus usurariis, vel in fraudem usurarum initis, instrumenta conficientes, vel recipientes scienter, quibus usurarii pœnis subjaceant ipso facto. Cæterum in recipienda ab usurariis pœnitentibus, de usuris restituendis, cautione prædicta, hanc haberi volumus & observari cautelam: ut ante omnia per confessionem usurarii, vel per librum, vel libros rationum ejus, aut per testes sive instrumentum, vel aliquo alio modo, fiat certa & manifesta, si poterit, receptarum quantitas usurarum, non earum tantum, quæ ab incertis, verum etiam quæ sunt a certis universitatibus & personis extortæ. Si vero id non sit possibile, arbitretur & moderetur quantitatem hujusmodi is, qui ex vigore præsentis constitutionis recepturus fuerit cautionem hujusmodi, secundum rectam conscientiam, ex fama, seu vicinorum testimoniis, aut ex conjecturis aliis verisimilibus informandam. Ubi vero per postas libri usurarii non apparuerit, per petentem sibi usuras restitui, de usuris solutis, si petens habuerit instrumenta originalia, vel exemplaria sumpta de originalibus communis civitatis, vel loci illius, in quo contractum fuerit debitum mutui recepti ab usurario, aut alterius obligationis cum illo contractæ, vel cum alio pro eodem, & instrumentum solutionis, seu liberationis, vel confessionis, solutio usurarum præsumatur & judicetur: & ipso mutuo, vel obligatione, a die contracti debiti seu obligationis, usque ad diem instrumenti confecti solutionis: & ab illo extorsisse usuras, tot denarios pro libra singulis mensibus, quot declarare voluerit diœcesanus episcopus, aut ejus vicarius, vel pœnitentiarius, si ipse usurarius in dicta cautione non declaravit & dixit, quot denarios accipiebat pro libra mensibus singulis. Quando autem solutionis instrumentum aut scriptura non apparuerit, tunc judicetur, usuras per sex menses usurarium extorsisse ab illo, ex illo mutuo, seu obligatione, secundum rationem & taxationem prædictam, pro mense quolibet: dummodo appareat per postas libri, vel alio modo legitimo mutuum, vel obligationem fuisse contractam. Quo facto, promittat solemniter, & juret usurarius ei qui, ut * permittitur, hanc receperit cautionem curiæ ordinarii loci, ubi usurarius fuerit, omnium quorum interest vel intererit nomine, quod ipse, si po-

* *f.* præmittitur.

ANNO CHRISTI 1317.

poterit, per seipsum, vel alium, seu alios, & in præsentia vicarii ordinarii prædicti, vel ejus pœnitentiarii, vel alterius de curiæ licentia, sine difficultate qualibet, de usuris a se receptis, & a patre suo, cæterisque personis, quorum hereditas ad ipsum pervenerit, & de aliis male ablatis, & illicite acquisitis per usurariam pravitatem, usqne in quantitatem æstimatam, & etiam majorem, si de majore constiterit, satisfaciet eis, a quibus eas ipse, vel illi receperunt, aut eorum heredibus, si potuerint reperiri: & residuum, de quo, cui restitui debeat, noo constabit, ordinario, vel vicario, seu pœnitentiario ipsius ordinarii libere assignabit, pauperibus erogandum, juxta ordinarii arbitrium, sine strepitu judicii, & figura. Et quod nihil dicet, vel allegabit, vel faciet per se, sive per alium, propter quod ipsius curiæ processus, senteotiæ, vel præcepta impediantur, aut quomodolibet retardentur circa ipsarum usurarum & illicite acquisitorum modo prædicto restitutionem: speciali pacto se, & suos heredes, & bona obligans ad prædicta, & renuncians expresse, specialiter & generaliter omoibus exceptionibus, juribus & defeosionibus, secuodum libitum, & expressiooem recipieotis hujusmodi cautionem. Sed pro his attendendis, & restitutiooe, & assignatiooe, ut præmittitur, faciendis, obliget omnia bona sua, illa se coostituens precario nomine dictæ curiæ possidere: omnimodam liceotiam concedens, & liberam potestatem ipsi curiæ, & recipienti cautiooem prædictam, pro ea, apprehendendi, distrahendi, & alienandi de ipsius bonis libere ac impune, anctoritate propria, & contradictiooe ooo obstante cujusquam, quidquid & quantum, & ubi voluerit ipsa curia, usque ad integram restitutionem & satisfactionem prædictorum. Et eorum occasione renunciet etiam nsuris, & sibi promissas remittat, ac juramenta sibi pro eis solvendis, vel non recipiendis, seu repetendis, præstita, relaxet, reddat, aut saltem reddere promittat: & juret, quod libros & qnateroos ratiooum snarum, & instrumenta usuraria quæ habebit, vel habere poterit, absque dolo vel fraude, diminutione sive subtractiooe, ordinario, ejus vicario, seu certo nuncio, dabit & consignabit per se vel alios, pro eodem. Assignet etiam pecuniam quam habet, vel faciat depositum, si poterit, ad arbitrium ordinarii, seu vicarii, vel pœnitentiarii ipsius: quod quidem in cautio-

A ne ipsa venire ceosemus. Damnet etiam heredes suos futuros, sub pœna hereditatis amitteodæ, ad eadem facienda: ipsi heredes, si præsentes fuerint, eadem se facturos sub pœna & sub religione promittant & jurent. Det præterea, si poterit, pignora, vel saltem fidejussores idoneos, qui ad prædicta eodem modo, & sub eisdem pœnis & teooribus obligent principaliter se & sua, constituentes se principales debitores in prædictis, renunciantes epistolæ divi Ha-
B driani, beneficio novarum constitutiooum de fidejussoribns, & omni alii defensioni & juri, ad arbitrium recipientis cautionem eamdem, ex pacto speciali, præstantes simile juramentum. Hæc autem præcipimus fieri coram sacerdote parochiali, & testibus fide dignis ac ootario publico, de ordinarii, vel vicarii, aut pœnitentiarii ipsius mandato, qui recipiat prædictas promissionem & obligationem, renunciationem & caotiooem, & cætera supradicta, de his conficiens instrumeotum. Denique cautionem ip-
C sam per singulas ordinariorum diœceses, obi ordinarius vel ejus vicarius præsens non adesset, recipiat rector parochialis ecclesiæ, in qua usurarius habitabat, vel ootarius publicus in sacerdotis defectum, qui infra mensem teneatur hoc denunciare loci ordinario vel ejus vicario. In civitate vero oullus omnino absque ordinarii vel vicarii, seu pœnitentiarii ipsius liceotia speciali, nisi forte parochialis sacerdos, ubi non poterit requiri ad hæc cura ordinarii, superveniente subi-
D to casu mortis, de illa recipienda se intromittere præsumat: alioquin pœnam 10. librarum Ravennatum incurrat, absque satisfactione debita minime relaxandam. Illos namqoe, quoad prædicta, declaramus osurarios manifestos, de quibus per parochiam quam inhabitaverint, vel ubi morarentur, fama fuerit extorsisse osuras, vel ipsorum confessione, aut per idonea argumeota sen alio modo legitimo apparebit. Constitiooem quoque præsentem omnes parochialium ecclesiarum rectores, etiam si collegiatæ
E fuerint, habeant, legant & intelligant: usurariorum pœnas prædictas frequeotius in suis ecclesiis publicantes, & suas cautius evitantes, si Divinam & oostram effugere cupiunt ultionem.

ANNO CHRISTI 1317.

De pœna procurantium male ablata incerta legari sub alio nomine, seu modo.
Rubrica XVI.

Quorumdam fraudibus legis prævaricatorum occurrere intendentes, qui dum male ablata habent, de quibus ignoratur cui sit restitutio facienda, quæ essent per locorum episcopos aut ipsorum auctoritate inter pauperes provide dispensanda, legant vel legare procurant, male ablatorum prætextu, de illis non facta mentione, aliquam pecuniæ quantitatem per executores seu alios, excluso fraudulenter ordinario episcopo; dispensandam: hoc sacro approbante concilio statuimus, quod de cætero qualibet persona, quæ restituere seu restitui voluerit aliqua male ablata incerta, sive de quibus, cui facienda sit restitutio, ignoretur in suo testamento, codicillo, vel ultima voluntate, expresse dicat & clare, *Relinquo istud vel illud, seu tantum, de male ablatis incertis, seu restitutione ipsorum*: nec dicat, *relinquo pro remedio animæ meæ, seu parentum meorum*: neque aliquid aliud inferatur, propter quod quæ sunt ipsius male ablata incerta, non plenarie cognoscatur, sub pœna 10. librarum Ravennatum, quas in usus pauperum convertendas decernimus. Rectoribus, capellanis ecclesiarum mandantes sub excommunicationis pœna, quod aliquorum ultimis voluntatibus non intersint, seu ordinationibus eorumdem, quos sciverint vel crediderint contra mentem attentare constitutionis hujusmodi, vel in fraudem: & quod exponant infirmis & ipsorum heredibus, ut nisi nominatim & expresse legaverint male ablata incerta restituenda, non habebunt ecclesiasticam sepulturam. Quoslibet vero clericos, religiosos, vel sæculares, qui circa hoc fraudem aliquam procuraverint observari, ab ingressu ecclesiæ & participatione sacramentorum suspendimus in his scriptis.

Quod clerici & religiosi a venationibus se abstineant.
Rubrica XVII.

Licet ex dictis sanctorum & ex scriptis conciliorum, omnibus servis Dei venationes cum canibus & avibus sint interdictæ: nonnulli tamen religiosi, sicut fide dignorum relatione accepimus, hoc minus pensantes, honestatis laxatis habenis, monachali modestia prorsus abjecta, monasterii claustrum abhorrentes, sine quo monachus vita carere describitur, sicut pisces vita carent sine aqua, more laicorum ipsis intendunt in gravem religionis offensam, opprobrium & scandalum plurimorum. Volentes igitur prædictorum statui periculoso & detestabili salubriter occurrere, hoc sacro approbante concilio, districtius inhibemus religiosis omnibus, cujuscumque status, conditionis, religionis, vel ordinationis existant, ne de cætero venari, seu ad venandum exire præsumant. Si quidem abbates, priores vel præpositi, seu alias administrationes habentes fuerint, per annum ipso facto sint suspensi ab omni administratione, donec ad mandatum ordinarii plene satisfecerint. Inferiores vero sint ineligibiles, & ultimi semper in choro habeantur, donec ad mandatum abbatis, prioris, vel præpositi, sufficienter pœnitentiam egerint de commissis.

De pœna judicum sæcularium, qui clericos repertos cum armis, vel in aliis maleficiis deprehensos, detentos retinent, vel ad suum judicem opprobriose remittunt.
Rubrica XVIII.

Sæculares potestates, seu rectores vel judices, quorumcumque locorum provinciæ Ravennatis, qui clericos, per ipsos, seu ipsorum familias, cum armis vel alias excessisse, & maxime in habitu clericali repertos, detentos retinent, & ad diœcesanum episcopum remittere denegant, requisiti; seu qui clericos ipsos, si eosdem remitti per eos forte contigerit, in scandalum & opprobrium ordinis clericalis, tubis præcedentibus & tubantibus, armis apud ipsos inventis, ad eorum collum appensis, & cum multitudine armatorum, seu alias inhoneste, ad eumdem transmittunt episcopum: declaramus præsentis auctoritate concilii, excommunicationis vinculo innodatos, & eorum sententias & processus per ipsos seu auctoritate ipsorum latos & factos, ex tunc fore censemus invalidos, donec satisfactione præstita, a prædicta excommunicationis sententia per sedem apostolicam dumtaxat absolutionis beneficium meruerint obtinere.

Quod nullus pro eodem delicto debeat duplici pœna puniri.
Rubrica XIX.

Cum nullus pro eodem delicto debeat duplici pœna puniri, statuimus & ordinamus,

ANNO CHRISTI 1317.

mus, hoc sacro approbante concilio, A quod si qua alia pœna statuta esset in constitutionibus synodalibus nostris, vel suffraganeorum nostrorum, quam in nostris constitutionibus provincialibus, vel prædecessorum nostrorum, statutum circa idem factum reperiatur, quod altera ipsarum sit contentus loci ordinarius, & una electa & imposita per ipsum, seu ejus vicarium, alteram infligere, seu inflictam exigere, non possit.

De indulgentiis seu remissionibus.
Rubrica XX.

Cum inferior superioris legem habeat observare, nec eam possit infringere, seu etiam abolere, & in jure continetur, quod episcopi plures, vel unus, non possint concedere indulgentiam ultra numerum quadraginta dierum, excepto in sola ecclesiarum consecratione: quod de uno anno statutum fuit in concilio Forlivii celebrato per bonæ memoriæ fratrem Bonifacium prædecessorem C nostrum, circa prælatos eleemosynarios, sub rubrica de pauperibus alendis, limitamus & reducimus ad numerum 40. dierum, hoc sacro approbante concilio. Ad hoc diligenter considerantes, quod qui aliis præsunt, lenitatem cum severitate miscere debent, & cum subditis misericorditer agere: ita tamen quod honestas & disciplina clericalis non destituatur, aliam nostram constitutionem provincialem editam & promulgatam per nos in concilio Argentæ celebrato, D positam sub titulo, de ætate & qualitate ordinandorum, duximus moderandam: eodem sacro approbante concilio statuentes, quod non obstante constitutione prædicta, nos & quilibet episcopus cum suis subditis dispensare possimus, qui contra tenorem & formam dictæ constitutionis ad ordines sunt promoti, vel in futurum promoverentur. Hortamur tamen pro reverentia Dei dictos dominos episcopos, quod constitutionem ipsam sic salubriter statutam observent, & mandent a subditis obser- E vari, ne per proper. vel alias, personas indignas & minus sufficientes ad ordines promoveri contingat: quod solum mens dictæ constitutionis requirit.

Anno 1314. c. 1.

De exequiis episcoporum nunciandis per capitula ecclesiarum cathedralium archiepiscopo & suffraganeis, ut devote ab omnibus celebrentur.
Rubrica XXI.

Item cum negligentia seu contumacia indevotorum pœna condecenti debeat puniri, & in concilio Ravennæ per nos celebrato inter alia fuerit statutum, quod capitula ecclesiarum cathe- B dralium quam citius commode possent, obitum suorum episcoporum singulis comprovincialibus episcopis deberent nunciare: & si super hoc fuerint negligentes vel remissi, hoc sacro approbante concilio statuimus, quod capitula ipsa infra 10. dies postquam sciverint suum episcopum defunctum fore, archiepiscopo & singulis suffraganeis teneatur nunciare: alioquin pœnam 10. librarum Ravennatum ipso facto incurrant, distribuendarum in usus pios, metropolitani arbitrio.

De beneficiis & indulgentiis concessis in concilio, & de potestate dispensandi & interpretandi constitutiones concilii.
Rubrica XXII.

Desiderabiliter affectantes in iis per quæ saluti consulitur animarum, humanæ fragilitati, quæ facile declinant ad malum, via salutifera providere, auctoritate Dei omnipotentis & beatorum apostolorum Petri & Pauli, ac approbatione hujus sacri concilii, absolvimus, seu absolvendos decernimus & singulos subditos nostros & suffraganeorum nostrorum, & ecclesiæ Ravennatis, qui pœnas aliquas seu pœnam, contentas vel contentam in sacris constitutionibus nostris, seu prædecessorum nostrorum, provincialibus seu synodalibus nostris, vel suffraganeorum nostrorum, vel qui notam inobedientiæ incurrissent, mandatis nostris seu ordinarii vel vicarii nostri, seu ordinarii ejusdem, non parendo, si contriti confiteantur infra unius mensis spatium a notitia præsentis, & ad mandata ordinarii, læso secundum formam ecclesiæ satisfaciant, seu ejus vicarii, eo in remotis agente, vel vicarii capituli ubi ecclesia vacat: super hoc nobis reservantes auctoritatem plenariam absolvendi & dispensandi, etiamsi in constitutione specialiter reservatur absolutio & dispensatio concilio provinciali: eamdem auctoritatem concedentes, & specialiter committentes, præsentis auctoritate con-

ANNO CHRISTI 1317.

concilii, locorum ordinariis, seu eorum vicariis, ipsis in remotis agentibus, & vicariis capituli ubi ecclesia vacat. Hortamur etiam & in Domino obsecramus venerabiles patres & coepiscopos nostros praesentes & absentes, ut pro Divina pietate & reverentia hujus sacri concilii, relaxari faciant quos episcopi vel alii de eorum mandato seu auctoritate detinent carceratos: dummodo scandalum inde non oriatur, ac orationes frequentent seu frequentari mandent in Missis pro pace & contra persecutores ecclesiae, videlicet orationem, *Ecclesiae tuae*, ubi non dicitur oratio, *A cunctis*. Relaxamus quoque eadem auctoritate omnibus & singulis verae poenitentibus & confessis, qui ad hoc sacrum concilium accesserunt, vel pro eo laboraverunt, de injunctis poenitentiis 40. dies, pro singulis diebus, quibus laboraverunt vel laborabunt, usque ad festum omnium sanctorum inclusive. Reservamus insuper nobis, hoc sacro approbante concilio, arbitrium puniendi & absolvendi, quos de jure possumus, contemptores & transgressores sacrorum canonum, cujuscumque ordinis, praeeminentiae, dignitatis vel status existant. Ad haec, eodem sacro approbante concilio nobis specialiter reservamus auctoritatem & potestatem declarandi, interpretandi, temperandi, seu minuendi dictas provinciales constitutiones, seu poenas in eis contentas, & super dictis poenis misericorditer dispensandi cum omnibus & singulis subditis nostris, & suffraganeorum nostrorum, prout qualitas negotiorum & conditio personarum requireret.

Lectae & publicatae fuerunt praedictae constitutiones per reverendissimum patrem, dominum R. permissione Divina sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopum, in ecclesia cathedrali Bononiae, assidentibus venerabilibus patribus & dominis, dominis Huberto Bononiensi, fratre Petro Comaclensi, Petro Foropopiliensi, Joanne Caesenate, Guidone Regin. pro se & ecclesia sua, & pro fratre Simone Parmensi episcopo, qui post secundam sessionem, ex rationabili causa se absentans, in omnibus & per omnia commisit vices suas eidem, & consensit omnibus quae terminantur in ipso concilio: Rimbaldo Imolensi, Guidone Cerviensi, episcopis, ac procuratoribus fratris Huiguizonis Sassenatis, fratris Hugolini Faventini, Salionis Adriensis, episcoporum absentium. Mutinensi propter infirmitatem se canonice excusante, seu ordinandis & statuendis pro se & suo clero reverenter consentiente: procuratoribus archidiaconi & capituli Forliviensis, cum ecclesia ipsa ad praesens pastore vacet, & capitulorum cathedralium ecclesiarum provinciae Ravennatis. Praesentibus etiam religiosis & venerabilibus viris, abbatibus, prioribus, praepositis, archipresbyteris, & aliis quampluribus ad concilium ipsum convocatis: Huguizone praeposito, Catia presbytero, Gerardino subdiacono cardinale, Boninsegna presbytero, & Albertino subdiacono, cantoribus sanctae Ravennatis ecclesiae: Guidone sanctorum Fabiani & Sebastiani, Petro sancti Petri in curte, Joanne sanctae Euphemiae, ecclesiarum rectoribus, conventus clericorum Ravennae: fratre Andrea priore sanctae Pelagiae de Cremona, vicario ipsius domini archiepiscopi, Conrado archipresbytero Paduano, & quampluribus aliis: sub annis Domini 1317. indictione 15. die 27. Octobris.

De monialibus. Rubrica XXIII.

Haec capitula duo postrema post concilium condita sunt a Raynaldo, potestate sibi a concilio facta declarandi ejus constitutiones.

Nos Rainaldus permissione divina, & apostolicae sedis gratia, sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopus, dudum volentes executioni debitae demandare constitutionem piae memoriae Bonifacii papae VIII. quam edidit & promulgavit super clausura monialium, & in qua expresse statuit, omnes & singulas moniales, cujuscumque religionis, status vel conditionis existerent, sub perpetua clausura debere manere, nullique personae ad eas ingressum patere: inobedientiae notam ac maledictionem aeternam effugere cupientes, easdem moniales, ubi ad nos spectat, mandavimus & fecimus includi, ac quasdam constitutiones addidimus synodales & provinciales, in quibus, omnibus indistincte, tam clericis quam laicis, prohibuimus ingressum monasteriorum & ad easdem accessum, sine nostra seu vicarii nostri, vel alias ordinarii loci seu ejus vicarii, nobis seu ordinario loci in remotis agentibus, licentia speciali, poenas pecuniarias, & sententias excommunicationis certo modo in contra facientes promulgantes. Verum quia a pluribus personis fide dignis, maturis & honestate praeditis, saepius audivimus, quod dictae nostrae constitutiones, quas pro salubri remedio animarum intentionis nostrae erat edidisse, ad ruinam & periculum animarum multorum tendere viderentur, cupientes, quantum nobis ex alto concessum est, semper auctore Deo, de salubri remedio

dio animarum saluti consulere 1 super hæc etiam sollicitati sæpius & requisiti, constitutiones ipsas, auctoritate nobis concessa io concilio Bonnniæ per nos celebrato, declarandi, interpretandi, minnendi, moderandi & mitigandi constitutiones provioeiales oostras & prædecessorum nostrorum, & pœoas in eis insertas, moderamus & declaramus, ao declarando ac mitigandn, statuimus, quod nullus de cætero pœnas in dictis constitutionibus conteotas iocurrat pro ingressu monasterii; dummndn locum B moniales pro clausura deputatum per locorum ordinarios non ingrediantur, in quo casu firmæ & illibatæ dictæ constitutiones permaneant. Concedimus etiam, quod quælibet persnna, quæ oon sit ootabiliter suspecta, possit loqui monialibus memoratis, sine metu pœnæ, ad cratem seu fenestram ferream, de licentia abbatissæ, seu priorissæ, vel ejus locum tenentis: præsentibus tamen semper duabus ex monialibus ab abbatissa vel priorissa, vel earum vicem tenente, ut præmittitur, specialiter deputatis, C quæ semper videre possint & audire sororem, seu mnnialem, ad fenestram vocatam.

De salariis notariorum, & sigilliferorum.
Rubrica XXIV.

Cum ad præsidentis nfficium pertineat exactiones illicitas prohibere, & nperantibus de præmin seu mercede coodigna juxta qualitates laborum facere provideri, & in concilio dudum per nos D Ravennæ celebrato cootioeatur, ut salaria notariorum & sigilliferorum dominorum episcoporum taxarentur & moderarentur, & quamplures querelæ ad nos devenerint super indebitis extorsionibus & nneribus exactis ab eisdem, super hocque in sacro concilin per nos nuper Bononiæ celebrato, collatin inter nos & suffraganeos nnstros, qui in dicto concilio interfuerunt, habita fuerit: & cum dictum fuerit debere super hoc provideri de remedio opportuno: sed quia multitudine negotiorum io dicto conci- E lin terminandorum occupati, non potuimus plene tunc temporis circa hoc intendere sicut desiderabamus, per præsentem paginam duximus ordinandum, & hortandum dominos episcopos, suffraganeos ecclesiæ Ravennatis, quatenus quilibet eorum in sua curia limitare, taxare, & moderari debeat, ad omne scandalum tollendum, quantum nntarii seu scriptores eorum vel officialium ip- A sorum percipere debeant pro quolibet instrumento seu scriptura publica vel privata, & quantum sigillifer pro sigilln; nosque ex potestate nobis in dicto concilin tradita declarandi constitutinnes provinciales nostras, & prædecessorum nostrorum, & nmni modo, quo melius possumus, vnlentes quantum io nnbis est, dictam constitutionem observare, & executinni debitæ demandare, ordinamus & taxamus, quod in solutinne facienda ontariis pro scripturis, & sigilliferis pro sigilln, modus infrascriptus debeat observari.

In primis recipere possit notarius de litteris citationis simplicibus, seu brevibus cum registratinne, 12. denarios Ravennates vel Bonnnienses: & sigillifer pro sigillo 6. deoarios. De litteris citatoriis, cum narratione prolixa, 2. solidos: & pro sigillo 6. denarios. De citatione per nuncios, sine litteris, videlicet pro commissione & relatinne, 12. denarios. Si vero citarentur duo aut plures, recipere posset duos denarios pro quolibet, ultra dictos 12. denarios. De comparatinoe seu præsentatione, 4. deoarios. De consignatione termini, seu prorogatione, 2. denarios pro parte. Do licentia, parte absente, 4. denarios. Do accusatione contumaciæ, cum protestatione expensarum, 6. denarios. De protestatinne sine scriptis, 6. deoarios. Do protestatinne in scriptis, si fuerit prolixa, solvatur ad modum folii registri, sicut infra continetur, in simplici copia. De nblatione libelli, 3. denarios. De exceptinnibus in scriptis, 3. denarins prn qualibet, vel aliter ad mndum registri. De replicationibus recipiat idem. De litis contestatione & jurameoto, a qualibet parte, 12. denarios. De registratinne libelli recipiat ab actnre tantum, quantum pro registro, in simplici copia, ut supra. De petitinnibus, pro nnaquaque recipiat a poonente 3. denarios, & a respondente 1. denarium. De articulis recipiat ab exhibente, ad modum registri, ut supra. De copia articulorum, recipiat tantumdem. De testibus, pro examioatione & scriptura, de quibus snlin contioente ad minus 25. lineas pro pagina, & 12. dictiones pro linea, quæ est forma registri, 2. solidos. De copia io publica snrma, tantumdem. De simplici copia 16. denarios. De registratiooe instrumentnrum, & alinrum productorum, recipiat ad modum solii registri. De simplici copia, ut supra continetur, 16. denarios. Si instrumeota & alia producta registrari non

ANNO CHRISTI 1317.

non contingat ex causa, tunc de scriptura, seu annotatione, sicut sunt producta pro quolibet instrumento, 4. denarios. De conclusione in causa a qualibet parte, 16. denarios. De exhibitione suspectorum & confidentium, & assumptione sapientium ad consulendum, à qualibet parte 6. denarios. De articulo quæstionis, super quo debeat consuli, si formabitur, pro parte qualibet 12. denarios, & pro sigillo 10. denarios. De sententia definitiva lata ex causa pecuniaria, vel more civili, quæ B æstimationem recipiat, recipiat pro prima libra 2. solidos, & pro singulis libris, usque ad 10. libras, 12. denarios pro libra & ab inde supra, usque ad quinquaginta libras, ultra dictam taxationem, 3. denarios pro libra. Ultra vero dictas quantitates, usque ad centum, 2. denarios pro libris, & abinde supra 1. denarium pro libra qualibet, ultra omnes prædictas taxationes; & pro sigillo pendente, si fuerit pendens, 6. solidos ad plus; si non fuerit pendens, 2. solidos Bononienses. De interlocutoria, 2. solidos, vel plus, vel minus, arbitrio judicantis: pro sigillo pendente, 2. solidos; & pro non pendente 12. denarios. Item si appelletur ab ea, tantumdem recipiat; si detur in forma publica, & idem de sigillo, ut in proximo. De appellatione viva voce a definitiva sententia, 6. denarios. De appellatione in scriptis oblata recipiat ad modum registri in simplici copia: & si fiat in publica, recipiat tantum, quantum habuerit de sententia. De sigillo solvatur ut pro sententia definitiva. Pro sententia super jure decimarum, vel patronatus, si super eo consilium habeatur, recipiat notarius quartam partem ejus, quod * consultori. Si autem super causa matrimoniali etiam requiratur consilium, vel super præmissis, vel consimilibus, consilium non haberetur, judex arbitretur, pensatis statu, conditionibus & facultatibus personarum, & qualitate causarum, prout æquum & justum videbitur, religioni & pauperibus compatiendo.

* Forte, consultor. H.

De solutionibus quæ occurrunt circa collationes beneficiorum in primis, si ponatur edictum de rectoria capellæ ruralis vel urbanæ, pro scriptura, commissione, & relatione, 3. solidos, pro sigillo 12. denarios. Pro instrumento, confirmatione, collatione, seu investitura ejusdem 30. solidos; considerata tamen qualitate ipsius beneficii: & pro sigillo 2. solidos. Si edictum ponatur A pro archipresbyteratu, vel alia dignitate seu personatu sæculari, 4. solidos: pro sigillo 12. denarios. Pro instrumento confirmationis ejusdem, 3. libras: pro sigillo 6. solidos. Si ponatur edictum de prioratu, seu de abbatia, 5. solidos: pro sigilllo 2. solidos. Pro instrumento confirmationis ejusdem, 8. libras: pro sigillo 10. solidos. Si de episcopatu ponatur edictum, 10. solidos: & pro sigillo 3. solidos. Pro instrumento confirmationis ejusdem, 25. libras: pro sigillo 20. solidos. Si autem collationes, confirmationes, vel investituras hujusmodi, seu causæ eorum alteri committere contingat, ad petitionem partis, vel partium: tunc solvatur notario de commissione tertia pars ejus quod taxatum est: ut nihilo minus taxatio prædicta solvatur notario pro confirmatione. Si autem sponte, seu ex arbitrio committentis fiat commissio; tunc tertia pars, quæ dabitur notario pro commissione, computetur in salario supra taxato notario scribenti dictam commisC sionem: & detur pro sigillo id quod supra taxatum est. Si autem solam audientiam & comminationem causæ committi contingat, solvatur pro commissione duplum ejus quod datum fuerit pro edicto. Si autem certum, vel certos articulos committi contingat, solvetur quod taxatum est pro edicto, & tantumdem pro sigillo. De commissione appellationis 10. solidos, pro sigillo pendente 2. solidos, vel 12. denarios. De litteris quæstorum 20. solidos: pro sigillo penD dente 3. solidos, alias 2. solidos. De dispensationibus beneficiorum, ætatis vel ordinum, 15. solidos: pro sigillo pendente 4. solidos, alias 12. denarios. De licentia absentandi, seu non residendi, 10. solidos; pro sigillo 12. denarios. Pro littera præsentatoria & testificatoria ad ordines 8. solidos: pro sigillo 6. denarios. De litteris seu instrumentis ordinum 3. solidos: pro sigillo 12. denarios. Et si aliquis casus contingeret, qui non videretur in præmissis expressus, fiat taxatio ejus & reductio, seu restriE ctio ad arbitrium boni viri secundum formam registri, ut præmittitur, vel alias, prout æquitati & * moderatori dominorum episcoporum, vel eorumdem vicariis videbitur convenire, omnium semper æquitate librata. Et quicumque hoc directe & fideliter observaverit, tamquam fidelis servus Domini, mereatur præmium vitæ æternæ: cogitans quod quidquid recipiet cum taxatione, moderatione & restrictione prædictis, juste re-

* f. moderationi.

ANNO CHRISTI 1317.

recipiet, & licite poterit retinere, & sine aliquo conscientiæ remorsu. Contra vero facientes noverint se plecti debere, etiam pæna in constitutionibus comprehensa. Et ut hæc omnibus nota fiant, in albo stilo describantur, seu clarius in membrana, in loco ubi jus redditur, affigantur, in singulis prætoriis, ubi jus redditur in curiis episcoporum.

Et ego Rainaldus permissione Divina & apostolicæ sedis gratia archiepiscopus, subscripsi.

LEctæ & publicatæ fuerunt supradictæ constitutiones & statuta dicti domini archiepiscopi Ravennatis, in clero civitatis Mutinensis, convocato in episcopali palatio Mutinæ per discretum & sapientem virum dominum Floriamontem, generalem vicarium venerabilis patris domini Bonincontri episcopi Mutinensis, de præcepto & mandato dicti domini episcopi, de verbo ad verbum, in millesimo trecentesimo decimo octavo a nativitate, Indictione prima, die Jovis 29. Decembris, in præsentia domini Jacobi Saraceni, domini Barnabei de Boschetis, domini Bei de Luca, canonicorum ecclesiæ Mutinensis; domini Johannis præpositi de Limiole, domini Matthæi archipresbyteri de Campogagliano, domini Lamfranchi de Saliceto, priorum fratrum Humiliatorum, presbyteri Petri de Malclavelis, presbyteri Johannis de Buralibus beneficiati, presbyteri Petri Boni beneficiati, presbyteri Martini beneficiati, domini Alexandri de porta, presbyteri Joannis capellani domini episcopi prædicti, presbyteri Biachini capellani ecclesiæ Mutinensis, domini Adam, domini Pauli, monachorum sancti Petri Mutinensis, Ottonelli mansionarii dictæ ecclesiæ Mutinensis, & præsentibus testibus Guidone de Querieto notario, Rainerio de Salsbegnano nuncio curiæ episcopalis, Nicolao Betoardo, & aliis pluribus.

Et ego Franciscus de Aspett. notarius curiæ episcopalis Mutinensis, publicationi prædictæ interfui rogatus, & subscripsi.

☞ TARRACONENSE CONCILIUM

Anno 1317. celebratum.

A. C. 1317. Affert Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 305. ex quo Mansi to. III. pag. 391.

ANno Domini MCCCXVII. die Mercurii, quæ fuit VIII. calendas Martii, nos Eximius miseratione divina sanctæ Terraconensis ecclesiæ archiepiscopus, in civitate Terraconensi provinciale concilium celebrantes, præsentibus venerabilibus fratribus Martino Oscensi, Berengario Vicensi, fratre Raymundo Urgellensi, Guillelmo Gerundensi, fratre Guillelmo Ilerdensi, Berengario Dertusensi, & Petro Tirasonæ ecclesiarum episcopis & principibus, procuratoribus quorumdam suffraganeorum nostrorum, videlicet Cæsar-augustani, Pampilonensis, Calagurrensis, Valentinensis, & Barchinonensis ecclesiarum episcoporum absentium, & aliis quampluimis viris religiosis, abbatibus, prioribus & clericis, & procuratoribus capellanorum cathedralium ecclesiarum nostræ provinciæ in dicto concilio existentibus, habita deliberatione & tractatu ad reformationem status totius provinciæ nostræ, communi voto & assensu confirmantes constitutiones prædecessorum, sacro approbante concilio, ordinationes fecimus subscriptas,

I.

Contra Beguinos & Beguinas.

Cum in quibusdam partibus provinciæ Terraconensis seminarentur & dogmatizarentur aliqui errores & hæreses per aliquos homines & mulieres, ut per religiosum inquisitorem hæreticæ pravitatis nobis totique sacro concilio extitit nunciatum, quorum errorum & hæresum Beguinæ dicebantur esse auctores. Volentes ne sub specie sanctitatis, hæresum latens venenum aspidum & insanabile corda simplicium valeat in posterum subintrare, sacro approbante concilio, statuimus, & perpetuo ordinamus, quod Beguinæ & Beguini plures quasi conventicula facientes simul non stent, nec etiam duo in eadem domo, nisi casualiter & unum diem ad plus, vel ratione consanguinitatis veræ & propinquæ, qui etiam si non essent Beguini, simul alias habitarent. Mantellos non portent, nec conjuncta præter modum communem, ne novum ritum vivendi & ab ecclesia non approbatum introducere videantur, nec audeant congregari ad legendum aliquid, dicendum vel repetendum, nisi in ecclesiis, prout aliis laicis fidelibus est permissum; & qui inaudientes reperti fuerint, excommunicentur; & si aliqui extraneæ provinciæ sub consimili habitu Beguinorum istam Terraconensem provinciam intraverint sine litteris testimonialibus illius diœcesani, a cujus diœcesi recesserunt, per diœcesanos istius provinciæ vel eorum loca tenentes vocentur, & de fide examinentur catholica, & si necesse fuerit, capiantur, etiamsi suspecti reperti non fuerint de fide, vel deponant habitum, vel exire provinciam compellantur,

II.

Ne habeant libros theologicos in vulgari.

Statuimus etiam & ordinamus, quod nullus Beguinus vel Beguina teneat, habeat & legat libros theologiæ in vulgari, nisi libros in quibus solum orationes continentur, & habentes prædictos volumus, quod ad tradendum ipsos diœcesanis per censuram ecclesiasticam compellantur.

III.

De regula tertia sancti Francisci.

Item, volentes prædictos errores a Terraconensi provincia penitus evitare, approbante sacro concilio, statuimus & perpetuo ordinamus, quod illi qui revera fuerunt de tertia regula B. Fran-

ANNO CHRISTI 1317.

Francisci, ipsam fuerint professi, simul non cohabitent, nisi prout & quantum eis ex regula per felicis recordationis dominum Nicolaum III. eis concessa est permissum, nec libros habeant theologicos in vulgari, nec prædicent, doceant aut repetant aliquid de fide nisi in ecclesiis, prout aliis fidelibus laicis est permissum, aliis omnibus & singulis in dicta regula contentis in suo robore duraturis, quibus nolumus in aliquo derogari.

IV.

Nec exigatur votum virginitatis.

Item, sub pœna excommunicationis inhibemus, ne aliquis votum virginitatis ab aliqua puella exigat vel recipiat, nisi eo modo & ab illis cui & quibus de jure fieri permissum est. Mandantes universis & singulis suffraganeis nostris, ne alicui dent licentiam talia recipiendi, seu etiam exigendi.

V.

De rebus ecclesiæ.

Volentes ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus quod aliquis prælatus vel clericus, cujuscumque status vel conditionis existat, bona dignitatis vel beneficii sui obligare sub sigillo regio non præsumat, & qui contra fecerit, eo ipso excommunicationis sententiæ ipsum decernimus subjacere.

VI.

Quod canonici & clerici beneficiati communicare debeant bis in anno.

Item, cum clerici exemplum & forma esse debeant laicorum, statuimus & sub virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus omnes canonici cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, & alii clerici beneficiati, qui sacerdotes non fuerint, saltem communicent bis in anno, nisi ex causa de licentia proprii confessoris ea vice duxerint abstinendum. Rectores vero ecclesiarum & alii in sacerdotio constituti ad minus celebrent ter in anno.

VII.

Ut clerici tonsuram & vestes ac mores clericales induant.

Item ad reformandam in clericis honestatem, & vitandam materiam quæstionum, quæ frequenter super clericatu quorumdam inter ecclesiasticos & sæculares judices oriuntur, statuimus, eodem concilio approbante, quod omnes clerici conjugati, vel alii in minoribus ordinibus constituti, volentes gaudere privilegio, infra tres menses a præsenti ordinatione in antea suo episcopo vel officiali, si in ejus civitate vel diœcesi fuerit, vel alias infra mensem cum redierit ad easdem, personaliter se præsentent, facientes scribi nomina eorumdem, & moneantur nominatim per eumdem episcopum vel officialem, quod tonsuram congruam & vestes deferant clericales, & abstineant a negotiationibus & aliis actibus inhonestis & specialiter carnificum seu macellorum aut tabernariorum officium publice & personaliter non exerceant, nec tafuraneas teneant, nec eis etiam conversentur, contractus usurarios non exerceant. Bastaxii, mimi, histriones vel lenones, carbonerii seu fornerii, cursarii seu piratæ, nisi forsan contra infideles, vel sagiones curiæ sæcularis non existant, nec se guerris voluntarie immisceant, nisi pro defensione sua vel ecclesiæ. Qui si taliter moniti ab his non destiterint infra mensem, quamdiu præmissis vel alicui præmissorum institerint, pro clericis minime defendantur. Curent insuper episcopi taliter punire seu puniri facere clericos delinquentes, ne prætextu timoris pœnæ aliquis præsumat allegare seu assumere clericatum.

Expliciunt constitutiones.

CONCILIUM SILVANECTENSE

A Remensis provinciæ antistitibus anno Domini * MCCCXVII. celebratum.

* More Gallico anno 1315. ante Pascha.

Ex cod. MSS. synodalium ecclesiæ Remensis.

Robertus.

UNiversis præsentes litteras inspecturis R. miseratione Divina Remensis archiepiscopus, Joannes Belvacensis, Guido Tornacensis, Petrus Silvanectensis, Ingeranus Morinensis, personaliter, necnon Gerardus Suessionensis, Radulphus Laudunensis, Petrus Catalaunensis, Fulco Novionensis, Robertus Ambianensis, Petrus Cameracensis, & Bernardus Atrebatensis, absentes, per vicarios & procuratores ad hoc idonee constitutos, episcopi, & suffraganei Remensis provinciæ, comparentes, concilium provinciale apud Silvanectum nostræ Remensis provinciæ facientes, convocatisque ad dictum concilium, & comparentibus, decania, & capellanis ecclesiarum cathedralium per procuratores idoneos, ac abbatibus, prioribus, & præpositis conventualibus, quorumcumque ordinum, ac etiam decanis, præpositis & capellanis aliarum ecclesiarum collegiatarum insignium, pro reformatione morum in clero, & gravaminibus eidem multipliciter illatis, reparandis, salutem in Domino.

Ex experientia facti & multiplici querimonia dictorum subditorum nostrorum didicimus, quod nonnulli domini temporales, & servientes eorumdem, ac alii pacis turbatores, personis ecclesiasticis æmuli, pœnas juris canonici novi & antiqui incurrere non verentes, coloribus & occasionibus diversis & frivolis exquisitis, ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & aliis piis locis, clericis & personis ecclesiasticis, plures injurias & gravamina inferendo, bona eorum quæ pos-

ANNO CHRISTI 1317.

Poſſident, & in quorum poſſeſſione ſunt, vel quæ tenent, temere rapiunt, occupant & invadunt.

Nos volentes huic morbo peſtifero de ſalubri remedio providere, prout ex debito tenemur officii, hoc ſacro provinciali concilio approbante ſtatuimus: ut ſi quempiam bone eccleſiarum, monaſteriorum, locorum religioſorum, hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, clericorum, & perſonarum eccleſiaſticarum, invadere, rapere vel occupare contigerit, & hoc judici ordinario loci, vel decano rurali, ſeu curato parochiali manifeſtum fuerit per evidentiam facti, vel de hoc eiſdem, vel alteri eorumdem conſtiterit per juramentum partis, ſi fuerit fide digna, cum adminiculo unius teſtis, vel famæ publicæ, vel alias de hoc eiſdem conſtiterit competenter, ſi quidem perſona invadens, rapiens, vel occupans, quæ per ſe vel per alium ipſo mandante præmiſſa perpetraverit, vel perpetrata nomine ipſius rata habuerit, dominium vel juriſdictionem temporalem habeat loci invaſionis, occupationis, vel rapinæ, donec ſpoliatis reſtitutis vel eiſdem ſatisfactum fuerit competenter, ibidem, & in loco domicilii ejuſdem raptoris, vel invaſoris ſeu occupatoris (dum tamen dominus temporalis ſit dicti loci, ſeu juriſdictionem habeat ipſius) ceſſetur penitus a Divinis, nec non in loco quo res invaſe vel occupate detinebitur & in locis, in quibus invadens, vel occupans extiterit, licet ibi dominium vel juriſdictionem temporalem non habeat. Sed tunc ſolum in hoc caſu, quamdiu ibidem res raptæ, vel occupatæ, ſeu raptor vel occupator, ibidem erunt & detinebuntur, & non ultra, ceſſetur ſimiliter a Divinis. Si vero perſona invadens, rapiens, vel occupans, privata perſona fuerit, vel juriſdictionem propriam non habeat: licet eam exerceat nomine alieno loci, in quo res invaſa vel occupata extiterit, tunc in loco in quo perſona invadens, rapiens, vel occupans, extiterit, & in loco in quo res invaſa, rapte vel occupata detinebitur, ſolum quamdiu * curat ibi prædones, vel res prædatæ, ſeu occupatæ, & non ultra, ceſſetur ſimiliter a Divinis: necnon in loco domicilii ipſius, dum tamen dicti loci dominium vel juriſdictionem habeat temporalem: donec, ut prædictum eſt, ſpoliato, res quibus ſpoliatus fuerit, integre fuerint reſtitutæ, vel ipſi de eiſdem ſatisfactum. Salva omnibus caſibus prædictis moderatione conſtitutionis, *Alma mater* *.

* Corr. erunt ibi.

* De ſentent. excommun. in 6.

Porro ne delictum raptoris ſeu invaſoris in proprie perſona remaneat impunitum: volumus, ut ſi infra octo dies e tempore ceſſationis indictæ contra ipſum, res per ipſum invaſas vel occupatas non reſtituerit, cui tenetur, vel de eiſdem non ſatisfecerit competenter: ex tunc ſententiam excommunicationis incurrat ipſo facto. Ad cujus ſententiæ publicationem contra ipſum procedatur, altero mandato nullatenus expectato: e qua non abſolvatur, niſi prius ſatisfacto eccleſiæ parochiali dicti loci de ſuo intereſſe competenter. Et ne aliqui, obtentu hujus conſtitutionis, calumnioſe occupationem ſeu invaſionem prætendent: ſtatuimus, ut ſi aliqui reperti fuerint ceſſationem e Divinis contra aliquem indebite indici procuraſſe, per ordinarium locorum ad expenſas legitimas, nec non ad intereſſe, parti ſine moræ diſpendio condemnentur, & alias graviter canonice puniantur.

Ad hoc etiam ſtatuendo adjicimus, & præcipiendo mandemus: ut omnes & ſinguli rectores parochialium eccleſiarum provinciæ noſtræ, ſingulis diebus Dominicis & feſtivitatibus ſolemnibus, palam & publice, & intelligibiliter denuncient in eccleſiis ſuis hora Miſſæ excommunicatos auctoritate apoſtolica & noſtri præſentis concilii, omnes impedientes juriſdictionem eccleſiaſticam, eccleſiæ de jure vel conſuetudine competentem, directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, aut alias quoquo modo. Ipſos enim impedientes, ut dictum eſt, eamdem juriſdictionem, auctoritate concilii præſentis ſententiam excommunicationis, & anathematis incurrere volumus ipſo facto. Hanc autem ſententiam excommunicationis præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus rectoribus eccleſiarum provinciæ noſtræ, modo & forma prædictis indeficienter publicandam. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ſigilla noſtra duximus apponenda.

Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo, die viceſima ſeptima menſis Martii.

☞ *In hoc concilio monaſteriorum exemptorum abbates ſequentem chartam proteſtationum quarum exhibuerunt.*

A. D. 1318. *Gallia Chriſt. nov. edit. t. X. pag. 246. inter inſtr. Ambian. eccl.*

IN Dei nomine. Amen. Pateant univerſis præſens publicum inſtrumentum inſpecturis, quod anno a nativit. Domini MCCCXVIII. indictione prima die 23. menſis Martii, pontificatus ſanctiſſimi patris ac D. D. Joannis divina providentia papæ XXII. Anno ſecundo in aula epiſcopali Silvanectenſi, R. R. in Chriſto patribus ac D. D. Dei gratia R. archiepiſcopo Remenſi, Belvacenſi, Tornacenſi, Morinenſi & Silvanectenſi Epiſcopis ad concilium inibi celebrandum congregatis, ac pluribus abbatibus & aliis perſonis ad ipſum concilium convocatis ibidem præſentibus, in mei notarii publici & teſtium infraſcriptorum præſentia, vir venerabilis & diſcretus magiſter Joannes de Anyſiaco nomine religioſorum virorum Dominorum permiſſione divina Henrici ſanctorum Petri Corbejenſis, Nicolai Medardi Sueſſionenſis, Gaſſonis Cornelii Compendienſis, Joannis Wallerici & Balduini Richarii monaſteriorum abbatum ibidem præſentium, necnon domini Nicolai eadem permiſſione monaſterii Sancti Vedaſti Atrebatenſis abbatis prope oſtium dictæ aulæ exiſtentis, & propter multitudinem gentium intrare nequientis, ut dicebat, idem magiſter Joannes ac pro ipſis eidem reverendo in chriſto patri domino archiepiſcopo ſupplicavit, ut idem dominus archiepiſcopus quaſdem proteſtationes in ſcriptis redactas pro dictis abbatibus exemptis vellet audire. Quibus dictis prænominatus magiſter Joannes, proteſtationes, provocationes & appellationes infraſcriptas nomine dictorum abbatum, & pro ipſis, ipſiſque poſtmodum ratum habentibus ibidem inſcriptis legi fecit. Nos Henricus ſanctorum Petri Corbejenſis, Nicolaus Medardi Sueſſionenſis, Nicolaus Vedaſti Attrebatenſis, Gaſſo Cornelii Compendienſis, Joannes Wallerici, & Balduinus Richarii permiſſione divina monaſteriorum abbates, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentium, proteſtamur pro nobis monaſteriiſque noſtris, perſonis, monachis ac locis nobis ſubjectis, tam conjunctim quam diviſim, coram vobis in Chriſto reverendo patre domino domino R. Dei

gra-

ANNO CHRISTI 1318.

gratia Remenſi archiepiſcopo, ſeu deputato vel deputatis a vobis, quod nos qui ad veſtra concilia provincialia auctoritate metropolitana celebrata ſeu celebranda, venite & intereſſe, per privilegia nobis monaſteriiſque noſtria, perſonis, monachis ac locis nobis ſubjectis, a ſede apoſtolica ſpecialiter indulta, libertateſqoc noſtras, conſuetudines ſeu obſervantias noſtras & monaſteriorum noſtrorum, perſonarum, monachórum & locorum nobis ſubjectorum antiquas & approbatas & legitime præſcriptas, de quibus nos & prædeceſſores noſtri abbates dictorum monaſteriorum, nec non perſonæ, monachi ac loca nobis ſubjecta, ſumus & fuimus in poſſeſſione pacifica, vel quaſi a tanto tempora, cujus contrarii memoria non exiſtit, quæ omnia ſupradicta adeo notoria & manifeſta exiſtunt & fuerunt, quod nulla tergiverſatione poſſunt celari, non tenemur in præſenti concilio veſtro provinciali apud Silvanectum hac viceſima ſecunda die hujus menſia Martii cum continuatione dierum ſubſequentium congregato, & auctoritate ſedis apoſtolicæ ſpecialiter, ut dicitis, vobis ſuper hoc commiſſa celebrando ſeu convocando, vel celebrato ſeu convocato, & quod comparemus ſolummodo nos prædicti abbates propter auctoritatem ſedis apoſtolicæ ſupradictam, & non propter metropolitanam vobis in ſubditos veſtros competentem, utpote tamquam prorſus exempti & ſubtracti notorie & manifeſte a cujuſvia poteſtate ordinaria & metropolitana, & quacumque alia, excepta dumtaxat apoſtolica & immediato dominio eccleſiæ Romanæ ſubjecti, & maxime propter arduitatem negotii fidei, quod ſumme privilegiatum exiſtit, de quo tractandum eſt, ut dicitis, in eodem, ne per abſentiam noſtram offendiculum ſeu impedimentum, quod abſit, dicto fidei negotio diei valeat præparari ſeu apponi, quod negotium dicitur tangere totum clerum Remenſis provinciæ, prout in quadam cedula ſupra dictam citationem ſeu convocationem dicti concilii plenius & amplius continetur, quodqua per comparitionem quam nunc facimus coram vobis, in aliis caſibus articulis ſeu negotiis, nihil novi juris decreſcat in poſterum privilegiis, libertatibus, conſuetudinibus, & obſervantiis ac poſſeſſionibus, vel quia noſtris, & monaſteriorum noſtrorum ſupradictis, ſeu nobis & monaſteriis noſtris, perſonis, monachis ac locis nobis ſubjectis aliquod præjudicium in poſſeſſione ſeu proprietate, vel jure alio quocumque minime generetur, quodque vobis per præmiſſa nihil novi juris accreſcat, proteſtamur etiam nominibus quibus ſupra, quod niſi a vobis fiat, ut decet, fides de commiſſione ſeu auctoritate ſedis apoſtolicæ, quam vos habere & vobis competere dicitis, de qua petimus in primis fidem & copiam fieri ſumptibus noſtris & expenſis primo, ſecundo & tertio ac quarto ex abundanti & cum inſtantia, quod vocatio ſeu comparitio hujuſmodi vobis & veſtro concilio provinciali non proſint, ac nobis & monaſteriis noſtris, perſonis & locis nobis ſubjectis, nec non privilegiis, libertatibus, conſuetudinibus & poſſeſſionibus noſtris prædictis, non noceant ſive obſint, & quod ſi per hoc cum aliis evocatis procedere nos contingat ad tractandum ſuper fidei negotio hujuſmodi, ſi procedere, ac tractare teneamur, quod in aliis articulis & caſibus nolumus, prout nec tenemur procedere nec tractare, nec etiam in eodem fidei articulo, niſi ſolum eatenus, quatenus ad hoc de

ANNO CHRISTI 1318.

A jure & commiſſione ſedis apoſtolicæ tenemur libertatibus privilegiis, conſuetudinibus, obſervantiis ſupradictis, nobis & monaſteriis noſtris ac perſonis, Monachis & locis nobis ſubjectis remanentibus ſemper ſalvis. Et ne vos reverende in Chriſto pater domine archiepiſcope, ſupradicto prætextu & occaſione evocationis & comparitionis noſtræ hujuſmodi, ultra id quod vobis ex commiſſione & auctoritate Sedis apoſtolicæ, aut alias de jure competit ſeu competere poteſt, procedentes, aliqua nova & inſolita in præſenti concilio ſeu alias quandocumque, cum ſint, aut eſſe poſſint nobis, monaſteriis noſtris, perſonis, monachis & locis nobis ſubjecti, privilegiis, libertatibus, conſuetu-

B dinibus, obſervantiis & exemptionibus noſtris antiquis, notoriis & approbatis in aliquo præjudicialia, ſeu damnoſa ordinetis, ſtatuatis, ſeu etiam faciatis, ſeu ad compellendum nos ad obſervantiam ſtatutorum in dicto concilio veſtro ordinandorum in aliquo procedatis contra nos & noſtrum ſingulos, ſucceſſoreſque noſtros, perſonas, monachos & loca nobis ſubjectos, nos videlicet ſeu aliquem noſtrum, perſonas & monachos nobis ſubjectos citando, monendo, contumaces reputando, ſuſpendendo, excommunicando, conventus, monaſteria noſtra & loca nobis ſubjecta interdicendo, ſeu alias quomodolibet procedendo minus canonice, cum hoc timeamus a vobis fieri ex probabilibus & veriſi-

C milibus conjecturis, non recedendo a proteſtatione per nos, ut dictum eſt, facta & interpoſita, ſed potius eidem inhærendo, & inſiſtendo ob hoc ad audientiam, ſi quam habetis in hoc caſu, & contra vos & contra omnes alios, qui ſua crediderint intereſſe, pro nobis, monaſteriis noſtris, perſonis, monachis & locis nobis ſubjectis, ac pro nobis adhærentibus, & adhærere in futurum volentibus, nomineque noſtro & ſuo ad ſedem apoſtolicam in iis ſcriptis provocamus & etiam appellamus, & appellatos a vobis, nomine quo ſupra, nobis dari, tradi & concedi & appellationi & provocationi noſtris prædictis deferri primo, ſecundo & tertio ac etiam quarto ex abundanti & cum inſtantia pe-

D timus, iterum petimus & iterum petimus. Quod niſi hoc feceritis ſeu plus debito diſtuleritis, iterum propter hoc nomine, modo & forma prædictis ad eamdem ſedem apoſtolicam in iis ſcriptis provocamus & appellamus, nos, monaſteria noſtra, bona eorumdem protectioni ipſius ſedis apoſtolicæ ſpecialiter & expreſſa ſupponimus, & proteſtamur nomine quo ſupra, de provocatione & appellatione hujuſmodi legenda, publicanda, inſinuanda, innovanda, & proſequenda, ac de addendo, minuendo & corrigendo & immutando, ac de appellatis iterum petendis loco & tempore opportunis, ubi, quando & quotiens nobis viſum fuerit expediens, in præſentia hic adſtantium, quos in iis teſtes in-

E vocamus. Quibus actis præfatus dominus archiepiſcopus reſpondit, & dixit quod proteſtabatur in contrarium, & quod dictos abbates exemptos ibidem ad dictum concilium evocati fecerat auctoritate apoſtolica ſibi commiſſa, & dixit etiam quod ſuper negotio fidei de quo in præſenti concilio erat tractandum, etiam ſine ſedis commiſſione auctoritate ſua metropolitana ipſos abbates ad dictum concilium evocare potuit & poteſt. Parte dictorum abbatum in contrarium, ut ſupra, proteſtante, & inſuper ad petitionem appellatorum, de qua ſit mentio in provocatione & appellatione prædictis, reſpon-

dit

ANNO CHRISTI 1318.

dit dictus dominus archiepiscopus quod habita copia protestationis & appellationis prædictarum de appellatis benefaceret quod deberet infra tempus a jure statutum: postque præfatus dominus Nicolaus abbas S. Vedasti monasterii Attrebatensis prædicti ibidem comparuit, & protestationes, provocationes & appellationem appellatoriumque petitionem prædictas suo nomine infra scriptas factas, ratas & gratas habuit, præfato domino Archiepiscopo, ut supra, in contrarium protestante & respondente, præsentibus ad hoc venerabilibus & discretis viris dominis & magistris Joanne de Gayssas sacræ scripturæ doctore, P. Scholastico Noviomensi, Joanne le Thioys, Francisco de Monteflascon, Galtero de Moyaco, Firmino Fructuario de Ambianis jurisperito, Andrea de Abbatis-villa, Joanne da

A Ambianis notariis publicis & pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Ego Nicolaus Hettardi de Cambliguenl clericus Attrebatensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, protestationibus, provocationibus, appellationibus, appellatorum petitioni, responsis ac aliis omnibus & singulis suprascriptis in dicta aula, ut præmittitur, una cum infrascriptis testibus præsens interfui anno, indictione, die, mense, pontificatu & loco prædictis, eaque omnia & singula in hanc publicam formam per Jacobum Noys clericum Cameracensis diœcesis, impeditus scribi feci, hic me subscripsi & in testimonium præmissorum præsenti publico instrumento signum meum

B solitum apposui rogatus.

CONCILIUM MOGUNTINUM

Anno Christi MCCCXVIII. sub Petro archiepiscopo Moguntino celebratum,

In quo, quæ constituta fuerint, cognoscere est ex sequenti epistola, quam e codice quodam MS. Academia Marburgensis affert Georg. Christ. Joannis in Tomo novo Script. Hist. Moguntin.

P. Harthzeim concil. Germ. t. IV. pag. 597.

Petrus Dei gratia sanctæ Moguntinæ sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius, universis & singulis per civitatem & diœcesim Moguntinam constitutis, salutem in Domino, & notitiam subscriptorum.

CUm sicut non sine dolore & frequenti querela didicimus plurimorum, nonnulli Archidiaconi nostræ diœcesis contra statuta Provincialis concilii Moguntini, pœnas etiam comprehensas in statutis hujusmodi non verentes, fructus beneficiorum super quibus coram ipsis aut eorum officialibus lis vertitur, pendente lite, suis usibus applicant, & hactenus applicarunt, scientes propterea litem faciliter & brevi tempora possibilem terminari, in grave tam beneficiorum quam partium præjudicium, prorogari: quamquam ipsi fructus pendente lite forent ei, qui in lite vinceret, reservandi. Nos, quia parum valerent jura vel statuta, nisi executioni debitæ mandarentur, ex debito nostri officii pastoralis transgressiones hujusmodi, urgente etiam ad hoc nos conscientia, pœnis in prædictis statutis comprehensis prævenire taliter cupientes, ne sit aliis exemplum similia perpetrandi; jus etiam nobis per hoc acquisitum nolentes negligere in hac parte, in hac Sancta Synodo sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in his scriptis, quam contrarium facientes incidere volumus ipso facto, statuimus & firmiter inhibemus, ne aliquis archidiaconus civitatis & diœcesis Moguntinæ, qui hactenus talia perpetravit, quemquam de quocumque beneficio præsumat in antea investire, & ne aliqui ab ipsis aliquas investituras de cetero ad quæcumque beneficia præsumant recipere ullo modo, sed a nobis investituras recipiant, ad quos vigore prædictorum statutorum pertinet investire, decernentes cum hoc irritum & inane, si secus ad quemquam fuerit attemptatum: eos etiam qui hactenus contrarium attemptaverunt, in virtute sanctæ obedientiæ præsentibus admonemus, ut de commissis infra unius mensis spatium satisfaciant, ut tenentur, alioquin contra eos modis, quibus expedit, procedemus.

C Item sub pœna excommunicationis prædicta latæ sententiæ in his scriptis districtius inhibemus, ne archidiaconi vel eorum officiales judicent, vel notarii aliquid scribant, vel advocati advocationis officium exerceant, aut procuratores procurent coram ipsis in causis quibuscumque pecuniariis, duarum marcarum argenti excedantibus quantitatem, ad quam summam alias ipsis de speciali gratia ultra statuta prædicta concessimus judicare, licet ultra summam prædictam sæpe, sicut didicimus, judicaverint & judicent, prædicta nostra gratia abutendo.

Item multorum clamoribus excitati, justis quoque & necessariis causis nos moventibus in hac parte, sub pœna excommunicationis, quam transgressorum quemlibet incurrere volumus, latæ sententiæ in his scriptis firmiter inhibemus, ne aliquis archidiaconus civitatis vel diœcesis Moguntinæ, aut ejus vices gerens, pro eo, quod aliquem vel aliquos de aliquibus beneficiis ecclesiasticis investiat, quidquam exigat, extorqueat, recipiat vel requirat, & ne aliqui per se vel per alium quidquam pro eo quod investiantur dare præsumant, excepto litterarum salario, quod tamen unum fertonem argenti non excedat. Quapropter archidiaconi, vel vices eorum gerentes, a veris patronis ad beneficia ecclesiastica in concordia præsentatos canonice, ultra unius mensis spatium non differant investire: alioqui nos post lapsum dicti mensis, nisi rationabilis causa constiterit, investiemus taliter præsentatos.

Item sub prædicta pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam in his scriptis proferimus, & transgressores incurrere volumus ipso facto præsentibus, ne aliquis sine nostra obtinenda dono speciali gratia licentia super eo fructus beneficii vel beneficiorum, quæ tenent cum cura, in quo, vel in quibus non facit residentiam perfona-

ANNO CHRISTI 1318.

sonalem, recipiat, vel se de eis vel per alium aliquatenus intromittat, sed ipsos nostræ dispositioni pro mensa nostra dimittat, cui nostræ mensæ ex speciali indulto sedis Apostolicæ competere dinoscuntur: & etiam ut non promoti infra statuta a jure tempora, ad quos beneficia quæ tenent, requirunt, se de fructibus beneficiorum talium nullatenus intromittant, sed nostræ dispositioni ipsos dimittant in usus debitos convertendos.

Item sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ omnibus & singulis ecclesiarum plebanis & vicariis præcipimus, quæ sibi demandantur, utantur, nullam etiam pro sigillatione litterarum hujusmodi recipiant pecuniæ quantitatem; volentes, quod post prædictos duos menses nulli executioni credatur, nisi fuerit sigillo ejus, cui scripta fuerit, sigillata.

Item statuimus in hac sancta synodo & firmiter præcipimus in his scriptis, quod per totam civitatem & diœcesim Moguntinam cessatio divinorum clausis januis & excluso populo uniformiter observetur.

Item, quia stationarii, & quæstuarii, sicut experimentaliter didicimus, sæpe & quidem frequenter in commissis sibi negotiis nostris litteris abutuntur, & licet aliquando ad tempus aliquæ sint concessæ, quod diutius est translactum, tamen ipsis uti præsumunt, ac si habeant roboris firmitatem, homines miserabiliter defraudando, nonnulli etiam utantur falsis litteris in hac parte sicut nobis scientibus hoc plurimum est compertum; nos igitur præmissis adhibere opportunum remedium cupientea, omnes litteras nostras, etiam filiorum nostrorum, sub quacumque forma, vel sub quocumque tenore quibuscumque monasteriis, ecclesiasticis, vel personis datas, vel concessas, in his scriptis penitus revocamus, & de cetero nolumus habere alicujus roboria firmitatem, & si ex aliquibus justis causis ad hoc nos moventibus aliquas concedemus, illas Prælati & Plebani locorum, ubi devenerint, inspiciant diligenter, & si in data ipsarum eas viderint expirasse, vel in ipsis deprehenderint falsitatem, aut utens ipsis plus per eas præsumat facere, quam vires litterarum hujusmodi patiuntur, utentem talibus litteris non omittant corporaliter detinere, quousque, quid cum tali fieri debeat, a nobis recipiant in mandatis.

Item exequendo constitutionem publice nuper editam sub pœna excommunicationis in eadem constitutione prolatæ præcipimus firmiter & mandamus, ne aliqua pro begina se de cetero teneat, statu, habitu, re vel nomine, aut alio quovis modo, & ne aliquis hominum ipsas voveat in statu, vel in habitu, beginarum.

Item omnes concessiones quibuscumque personis religiosis super audiendis confessionibus, in casibus nobis a jure reservatis, & super ministrandis ecclesiasticis sacramentis subditis Plebanorum, præsentibus revocamus, nolentes quod de cetero habeant roboris firmitatem.

Item sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præsentibus inhibemus, ne vagæ restitutiones alicui hominum, quam Joanni de Treviri præbendario, & Dilemanno Fest vicario ecclesiæ Moguntinæ, nostris pœnitentiariis, præsententur, vel etiam ad aliquos usus alios convertantur, absque nostra licentia speciali.

Fratres autem Prædicatores, Minores, Augustinenses, & Carmelitas, cum ipsi pauperes elaborent vineam domini, & in ea multarum saluti proficiant animarum verbo pariter & exemplo, discretioni vestræ duximus commendandos, diligentius injungentes, ut cum ad vestras parochias pervenerint, propter Deum benivole recipiatis, & benigne pertractetis eosdem, sub pœna excommunicationis præcipientes, ne aliquis contra justitiam ipsos perturbet, vel molestet. Datum anno Domini MCCCXVIII. VII. Id. Junii.

CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM

Præside D. Petro de Luna, primo ejus urbis Archiepiscopo, celebratum Anno Christi MCCCXVIII.

Ex Card. Aguirre To. 3. Conc. Hisp. p. 315.

ANno 1318. die 13. Decembris celebratum est Concilium Cæsaraugustæ a primo ejus urbis archiepiscopo D. Petro de Luna, adsidentibus Episcopis Martino Oscensi, Petro Tirassonensi, Michaele Calagurritano & Calceatensi, aliisque tum archidiaconis, tum Vicariis Episcoporum absentium. In eo solemniter publicata fuit erectio sedis Cæsaraugustanæ in Metropolim. *Vide Carrillo in Catalogo Præsulum ejus Ecclesiæ pag.* 258.

CONCILIUM TARRACONENSE

Præside D. Eximeno de Luna Archiepiscopo anno Christi MCCCXVIII.

Ex eodem Card. de Aguirre ibid.

ANno 1318. celebratum est Concilium Tarracone a domino Eximeno de Luna, ipso anno quo Archiepiscopus Tarraconensis electus fuit. *Vide eumdem Carrillo pag.* 256. Hactenus Aguirre. Huic concilio præfuit Eximenus Archiep. Tarraconensis; interfuere Martinus Oscensis, Berengarius Vicensis, F. Raymundus Urgellensis, Guillermus Gerundensis, F. Guillermus Ilerdensis, Berengarius Dertusensis, Petrus Tirasonensis, Episcopi, Abbates & alii Prælati, quorum litteras ad summum Pontificem datas pro canonizatione S. Raymundi recitat Michael Loth in actis ejusdem Sancti canonizationis cap. 16. dat. 1317. die cathedræ S. Pe-

ANNO CHRISTI 1318.

S. Petri. Hujus pariter Concilii meminit Bulla canonizationis a Clemente VIII. data c. 9. apud Bollandum die 7. Januarii his verbis. *Verum ipso Bonifacio prædecessore ab humanis etiam* A *erepto, Concilium provinciale Tarracone denuo convocatum apud S. mem. Joannem XXII. prædecessorem etiam nostrum primam petitionem renovavit.*

ANNO CHRISTI 1319.

CONCILIUM TOLOSANUM

Mense Jun. ann. Dom. MCCCXIX.

Ejus acta nulla video, mentionem tum alibi, tum in Gallia Christiana factam reperio. Ei præfuit Joannes Raymundi, de Convenis, primus Tolosanus archiepiscopus: qui deinde anno 1327. die 18. Decembris, factus est cardinalis episcopus Portuensis & S. Rufinæ.

Ejus concilii loco hic exhibemus ex apographo P. Jacobi Sirmondi, Decretum Inquisitorie in partibus Tolosanis, eodem anno datum adversus libros Talmudicos Judæorum.

In nomine Domini. Amen.

ANno ejusdem Domini MCCCXIX. IV. Kalendas Decembris; ad requisitionem & mandatum, ac judicium & ordinationem religiosi viri fratris Bernardi Guidonis, Inquisitoris hæreticæ pravitatis in regno Franciæ, & specialiter in partibus Tolosanis, per sedem Apostoli- B cam deputati; fuerunt libri Judæorum, qui appellantur Talmuda, quotquot apud Judæos potuerant reperiri, combusti, & tracti prius per publicas carrerias Tolosæ in duabus quadrigis, cum servientibus & ministris curiæ regalis, cum voce præconia proclamante; *Propter errores & blasphemias contra Dominum Jesum Christum, & ejus sanctissimam genitricem virginem Mariam, & nominis Christiani.* Qui errores & quæ blasphemiæ in eisdem libris inveniebantur contineri, per juratos, & examinatores peritos in Hebraica lingua; habito prius consilio maturo per eumdem dominum Inquisitorem, peritia in utroque jure & religiosis, & aliis multis discretia viris, in aula veteri domini Regis Tolosæ. C Prædicti autem libri prius diu antea fuerant cum multa sollicitudine & diligentia per manum Regalium, ad mandatum præfecti domini Inquisitoris, habiti a Judæis, & postmodum diligenter examinati.

ANNO CHRISTI 1320.

SYNODUS PERUSINA

SUB EPISCOPO (a) FR. FRANCISCO

circa ann. 1320. habita.

In codice Vatic. 4834. cartaceo fæc. ut apparet XIII. vel XIV.

IN nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ad ipsius honorem & bb. patronorum Laurentii, Herculani, atque reformationem morum tam cleri, quam populi nostræ Perusinæ Civitatis (ac) diœcesis. Nos Fr. Franciscus misericordia divina Perusinus episcopus infrascriptas monitiones, præcepta, ac constitutiones publica nostra Synodo comprobatæ (sic) fecimus, ordinamus, & statuimus inviolabiliter observari.

De custodia sacrarum rerum.

In primis quod cum Eucharistia quam Oleum Sanctum, & Chrisma, & corporalia munda, & cum diligentia, reverentia sub fida custodia clavium teneantur, & serventur ab omnibus rectoribus & Sacerdotibus; & quicumque fuerint negligentes in hujusmodi, ipsum nostræ correctionis & condemnationis tanquam reum arbitrio reservamus.

Quod uti non debeamus sacris rebus nisi (ad) quod ab ecclesia statutum est.

Item ordinamus, & volumus, quod quicum- D que rebus sacris usus fuerit, vel ad alium usum ipsam cuiquam dederit seu deputaverit quam ad id quod ab eadem ecclesia institutum existit pro qualibet vice nostro arbitrio, seu nostri vicarii condemnetur, si (nec) aliquis confessor ipsum possit a peccato hujusmodi absolvere, cum eumdem credamus gravitatem divinæ sententiæ incurrisse iram.

Quod ecclesiastica sacramenta gratis ministrentur.

Item quod in qualibet ecclesia tam collegiata, quam simplici per ecclesia (sic) ipsi sacer- E dotes, & clericos divina officia plene, & devote tam diurna, quam nocturna celebrentur, atque populo per ipso Sacramenta ecclesiastica gratis ministrentur sub pœna nostro arbitrio transgressoribus talibus infligenda; nec quisquam abesse præsumat ab ecclesia vel beneficio suo curata, vel non curata, sed • ie (sic) residentiam facere teneatur, ibidem, nisi per nos cum eo fuerit discretio spiritualis (sic lego) nostris litteris, sub pœna, quam nostro arbitrio reservamus.

Quod

(a) Fr. Franciscus Poggius ex Nobili Lucensi Familia religiosam vitam in Ordine Fratrum Prædicatorum professus, ad Perusinam Cathedram assumptus fuit anno 1312, eamque tenuit usque ad annum 1330. Huic Synodus ista debetur, quam ego nactus fui in Cod. Vaticano 4834.

ANNO CHRISTI 1310

Quod nullus Sacerdos præsumat aliquem absolvere in casibus reservatis.

Item ordinamus, quod quicumque peccatorem sibi confitentem absolvere præsumpserit de peccatis, seu casibus a nobis vel a jure approbata consuetudine reservatis, quos infra duximus exprimendos, si fuerint nostræ jurisdictioni subjecti, & ipse tamquam animarum deceptor sit suspensus ab officio, donec per nos fuerit restitutus persoluta pœna, quam juste judicabimus imponendam. Si autem talis absolvens non fuerit nostræ intra diœcesim subjectus, audiendarum confessionum quarumlibet personarum Civitatis & diœcesis Perusinæ sit de ipsa licentia & auctoritate privatus.

Quod quilibet clericus tenens publice concubinam sit ab officio suspensus.

Item volumus, quod quicumque clericus repertus fuerit carnis incontinentiæ vitio laborare, & de hoc fuerit diffamatus, aut notorie deinceps tenuerit concubinam, sit ab officio suspensus, donec per nos fuerit restitutus, & nostro arbitrio peculiter (sic) condemnatur.

Quod nullus clericus aut religiosus audeat intrare monasteria monialium, nisi de licentia.

Item statuimus, quod quicumque clericus, religiosus, aut sæcularis, seu laicus fuerit ingressus ad moniales, vel sorores alicujus monasterii contra tenorem constitutionis Domini Papæ, ac sine nostra licentia speciali; & quod, absit, si quis aliquem de monialibus agnoverit carnaliter ubicumque sit excommunicationis sententia innodatus. Abbatissa quoque seu priorissa, seu rectrix, sive administratrix talium monasteriorum, quæ in abitationem aliquem receperit aut ingressum non prohibuerit, aut dissimulaverit ingressum cujuscumque, ex nunc tale excommunicationis vinculo innodatur (sic) nolumus etiam quod aliquis clericus aut religiosus ad loquendum eisdem sine licentia speciali.

De ludo taxillorum.

Item quod quicumque Clericus dignitatem aut curam habens animarum luserit ad aliquem ludum taxillorum sit ex nunc condemnatus pro qualibet vice ad pœnam unius floreni. Alii vero clerici taliter ludentes pro qualibet vice xxv. solidos; & quilibet clericus ex nostro distincto præcepto, qui ludentes tales viderit, teneatur eos nobis vel nostro Vicario denunciare; alioquim nostro arbitrio punietur.

De pœna armorum.

Item decernimus, quod quilibet clericus sine nostra licentia per scripturam danda portaverit arma, ex nunc ad tantam, & talem pœnam sit condemnatus, ad quam si esset laicus vel capite posset merito condemnari.

De portando habitu & tonsura.

Item quilibet clericus maxime beneficiatus, & adhuc præcipue curatus portet clericalem tonsuram, & clericatui convenientes (vestes) super quo nostræ, vel nostri vicarii extimatio-

A ni & intentioni stari volumus. In hæ parte quoque sæcularibus actibus, vel commitatibus se non immisceat; & quod sic faciant, caveant, & observent ipso & quemlibet eorum monemus primo secundo ac tertio peremptorio; alioquin noverint se a nobis vel per nos, vel per nostrum vicarium clericos non defendendos, vel tuendos, vel repetendos, si forte contigerit ipsos, vel quempiam eorum attrahi per potestatem vel capitaneum in eorum sæculari foro. Et nihilominus pro qualibet vice, qua comperti fuerint in præmissis excessisse se noverint nostro arbitrio puniendos.

Quod nullus Sacerdos proferat excommunicatio-
B *nem, nisi cui competit de jure.*

Item quod passim ad excommunicationis sententiam ex modica, vel levi causa plerique procedunt, propter quod censuram ecclesiasticam vilipendant, statuimus, quod nullus sacerdos aut in dignitate, vel cura animarum constitutus proferant in genere, vel in specie in aliquem, vel in alios excommunicatos, nisi cui competat de jure simul cum antiqua & præscripta consuetudine ad pœnam (C. L.), (sic) pro qualibet vice. Illi autem si qui sunt, quibus id taliter competat, suas excommunicationes taliter moderentur, quod judicio nostro, vel nostro vicario justa de causa factum fore rationa-
C biliter decernatur, alioquin nostro arbitrio excedentes puniantur.

De falsis testibus.

Item ad instar bonæ memoriæ episcopi Bulgari prædecessoris nostri excommunicamus, pro ut quoque ipse excommunicaverit omnes, & singulos falsos testes, sive clericos, sive laicos, & qui eos ut falso testentur in nostro, seu sæculari foro produxerint, ac etiam omnes falsarios nostrarum litterarum, vel communis Perusii, vel quorumlibet episcoporum, & si quos omnes falsarios monetæ, & ipsos a sanctæ Matris ecclesiæ gremio separamus.

D Item constitutiones b. m. Bulgari prædecessoris nostri renovantes in omnes, vel singulos clericos, vel laicos cujuscumque status, & conditionis, etiamsi fuerint officiales, vel rectores communis, qui sollicitaverint, promoverint, induxerint, aut in privatis, aut in publicis consilia proposuerint, vel arengaverint, quod fiat aliquod statutum vel reformatio, aut quævis ordinatio contra ecclesiasticam libertatem, vel contra jura, & honores episcopatus nostri, & majoris nostræ ecclesiæ Perusii, aut etiam quod quartam de omnibus relictis ad pias causas quamvis quasi tempore serius non extat memoria prædecessoris nostri (sic) habere consueverunt, & in cujus quasi possessionis perceptione
E nos sumus nobis non solvatur ... quod ea non percipiamus contra hæc in talibus dederit consilium, auxilium, vel favorem, seu quamlibet excommunicationem facere, vel acceptaverint excommunicationis sententiam promulgamus cum dicamus quantam percipiamus, & percipere intendamus, ut secundum intentionem cujuscumque testationis ipsam nostro arbitrio expendere, & ea exponere intendamus.

Item ordinamus secundum constitutionem prædecessoris nostri, quod sacerdos parochialis defuncti nobis, vel nostro vicario denuntiet testatorem defunctum, & testamenti notarium si eum

ANNO CHRISTI 1320.

eum noverit intra mensem, ut possimus fideicomissarios ad executionem compellere, & nostram quartam exigere, alioqnin pœnæ subjacebit rector, vel prælatus nostro arbitrio imponendæ.

Item statuimus quod si quis testator fraudes has adhibuerit in suo testamento, quod quarta prædicta ad nos non perveniat, & quisquis agendom sit eidem consuluerit, ipsumque induxerit verbo, signo, vel facto, directe, vel indirecte omnibus beneficiis spiritualibus, & participatione sanctæ matris ecclesiæ existat quandiu satisfecerit plene vel a nobis fuerit expresse restitutus.

Item statuimus, qnod nullus sacerdos, vel clericus exeat de habitatione sua eundo per civitatem de nocte post tertium sonum campanæ communis, propterea quod etiam laici sunt prohibiti, sine evidenti, & licita occasione, de qua si apparuerit fidem nobis possit facere, & tunc cum decenti nota & bona comitiva, alioquin sit illa pœna condemnatus, qua laicus si a suo judice inveniretur pro excessu solvat pœnam secundum condemnationem.

Item quod omnes & singuli ecclesiarum prælati, & rectores nobis immediate subjecti, qui nunc sunt, intra unius mensis spatium, & qui de cetero promovebuntur suæ habitæ pacificæ possessionis intra menses duos dent, & exhibeant in scriptis omnia bona immobilia sui beneficii, & rectoriæ nobis, vel nostræ curiæ vicario, vel notario curæ nostræ, & idem faciant de libris, paramentis, thesauro, & majoribus, prætiosioribus, ac potioribus supellectilibus; quod si quis non adimpleverit ad pœnam C solidorum condemnatus existat, prout dudum episcopus B. prædecessor noster duxerat statuendum.

Item quod nullus Sacerdos recipiat ab aliquo publico usurario suo nomine cautionem restituendarum usurarum, sed neque nomine nostro nobis, vel nostro vicario irrequisitis, nisi in casu meræ necessitatis, quod ad nos, vel ad ipsum vicarium non possit haberi recursus, & nisi ex prius facto (sic) ratum habere volumus. Qui vero contrafecerit pœna mulctetur, sicut nobis facti qualitas duxerit suadendum.

Item si quis convenerit, aut ad judicem sæcularem in causam traxerit scienter aliquem clericum, eo ipso sit excommunicationis sententia, & vinculo innodatus, & aut absolutione pecuniaria pœna mulctetur secundum arbitrium nostrum, nisi priusquam innotuerit sibi dedicat (sic) omnino destitutionem ab hujusmodi conventione; & de facto cassare procuraverit, sicut de facto processerat omnem processum curiæ sæcularis.

Item ut in foro sæculari civiles deinceps per sæculares judices & in foro ecclesiastico civilis laico per ecclesiasticos exhiberi debeat justitiæ complementum, statuimus, ut contra instrumenta guarentigiæ, seu confessiones producenda per quemlibet laicum contra clericum, nullæ aliæ exceptiones in nostro foro admittantur, quam illæ, quæ in foro civili admitti consueverunt per judices sæculares in simili causa, videlicet de soluti dilatione a reo data, & de instrumento cassato salva tamen excommunicationis exceptione, quam quisquis ligatus existens a jure præcipitur non audiri.

Item cum sacramentorum collatio proprie principaliter, & ordinarie pertineat ad ecclesiarum curatarum rectores in suis parochiis, & A non ad alios, nisi quatenus in privilegio & concessionibus continetur, statuimus, quod quisquis sacramentum eucharistiæ portaverit, vel dederit non suo parrochiano in infirmitate constituto, sit suspensus ab officio, & beneficio ipso facto, donec per nos fuerit restitutus. Si vero non esset nostræ jurisditioni subjectus ille qui deferret, & exhiberet hujusmodi Sacramentum, eo ipso sit privatus audientia omnium confessionum, & auctoritate, ac licentia absolvendi per nos, vel prædecessores nostros data sibi, vel suo conventui. In portanda quoque hujusmodi eucharistia, consuetudo omnino, & reverentia observetur, cum campanula, & lumine præcedente superpellitio humeris indutus, B & stola sacerdos deferat coopertum.

Item cum invasores beneficiorum curatorum, & aliorum per constitutionem domini papæ B. sint eo jure privati, quod eis in beneficiis hujusmodi occupatis forsitan competebat; illos ad multorum talium arrogantiam retundendam, ipsos decernimus excommunicationis sententiæ subjacere declarantes, & intelligentes etiam illos invasores existere, qui ante causam finitam a se, vel alium contra se motam talium beneficiorum possessionem, imo abusionem arripere præsumpserit impudenter. Statutum etiam communis Perusii super hanc materiam contra hujusmodi violentas ecclesiarum beneficia occupationes ratum, & gratum habemus, C eique in hac parte in perpetuum nostra auctoritate roboramus.

Notum quoque facimus omnibus, qui in ecclesiis, & beneficiis, quæ commode possunt plures personas substentare, quam habent, volumus & intendimus ponere presbyteros, vel clericos ad augumentum divini cultus, quem augere nostris temporibus exoptamus, ut juxta ordinem juris textu in ecclesiis ponantur quot possint ex earum facultatibus substentari.

Item de jure communi distributio quorumlibet incertorum male ablatorum & perceptorum inter pauperes, vel pia loca sunt distribuenda ad ordinarium pertinere noscantur, monemus primo, secundo, ac tertio, & peremptorie D omnes, & singulas personas, clericos & laicos sæculares, & religiosos, cujuscumque conditionis vel status, aut officii etiam si fuerint testamentorum executores, vel fideicommissari, eique & cuilibet eorum districte præcipiendo mandamus, ne de præmissis dispensandis, & distribuendis se quomodolibet intromittat sine nostra scientia, & continentia speciali, sed potius ea ad episcoporum eroganda deferat, & per ejus providentiam in pauperes, & alias pias causas. In omnes & singulos contemptores hujusmodi nostræ monitionis, aut contrafaciant ex nunc excommunicationis sententiam promulgamus.

Item quicumque malignitatis & rebellis fau- E tor dederit alicui excommunicationis vinculo innodato consilium, auxilium vel favorem per se, vel per alium verbis, vel scriptis persistendi in inobedientia, vel rebellem sine in ipsa excommunicatione ipsum eo ipso excommunicationis sententiam promulgamus.

Item mandamus, quod nullus clericus se intromittat de aliqua medicina, nisi de nostra licentia vel mandato; qui autem secus fecerit acrius punietur.

Item præcipimus & mandamus, quod nullus clericus auxilium, patrocinium, consilium, subsidium alicui impendat per se, vel per alium dire-

ANNO CHRISTI 1320.



directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, A contra conscientiam, & justitiam sub pœna suspensionis officii, & beneficii. Et idem laicis personis sub pœna nostræ maledictionis, ex parte omnipotentis Dei præcipimus, & mandamus.

Item mandamus virtute sanctæ obedientiæ, & Spiritus Sancti, ut nullus clericus habens ab episcopatu Perusii beneficium ecclesiasticum, sive per episcopum Perusii sibi conlatum contra nos, vel statutum ipsius nostri episcopatus, unde patrocinium præstet, vel favorem, sive manifeste directe, vel indirecte, per se vel per alium quod non contrafecerint in judicio, vel extra, ipso facto eodem beneficio sit privatus.

Item præcipiendo mandamus, ut nullus habens curam animarum ipsam alicui capellano B committat sine nostra licentia speciali, sine qua talis capellanus aliquem absolvere non præsumat.

Item quoniam per mentitas indulgentias plerique ecclesiarum rectores, vel ecclesiasticæ personæ populos decipiant, immo potius ipsos, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis eis firmiter præcipimus, & mandamus, ut illas indulgentias tantum per se, vel per alium dumtaxat annuntient, quas per papales, vel episcopales litteras poterunt evidentissime demonstrare.

Item monemus omnes & singulos fideicommissarios & executores testamentorum, & ultimarum voluntatum, & etiam hæredes, qui relicta ad pias causas illis prædictis, quibus de- C bent solvere, & executioni demandare cum effectu, & nobis quartam, nobis debitam, ex eis a die notitiæ mortis testatoris debeant. Si autem in prædictis testamentis adesset conditio movens, vel tempus propter quam executio ita cito fieri non posset; volumus quod prælictum tempus currere incipiat a tempore conditionis, val temporeextantis. Qui autem prædicta scienter, & neglexerit adimplere intra dictum tamen nisi pro conditione negotiorum, vel quod proprium nobia videbitur tempus, prolixius indulgendum hac monitione præmissa pro prima, secunda, & tertia peremptoriis ipsum in iis scriptis excommunicationis vinculo innodamus.

Item statuimus, ut nullus habens ecclesiasti- D cum beneficium ad aliud ecclesiasticum beneficium assumatur, nisi facta reali resignatione prioris beneficii manibus illius ad quem institutio ipsius ecclesiæ noscitur pertinere. Etsi primum retinere contempserit, utroque sit ipso jure privatus, nisi per Romanam ecclesiam, seu per nos cum eo super hoc fuerit dispensatus. Ille vero ad quem institutio, institutionem facere non audeat, nisi prius constet sibi de resignatione prioris, & si contra fecerit, ipsum excommunicationis sententia innodamus.

Item statuimus, quod clerici, qui ad sacros sunt ordines promovendi diligenter examinentur per eos qui ad hoc fuerint deputati, quod ut rite fieri possit, quarta, quinta, sexta feria E sabati quatuor temporum præcedentibus a prælatis suis præsentialiter præsententur, ut de ipsorum vita, & conditione, & nativitate constare valeat, eorum testimonio prælatorum venire nequiverit unica præpeditione detentus cum litteris suis, clericos suos, quos ordinare voluerit, de ipsorum vita, conditione, & nativitate testimonium perhibentes, ad nos mittat cum aliquo de clericis suia bonæ famæ, & conversationis honestæ, qui eos nobis, seu examinatoribus deputatis ipsius prælati vice, seu nomine repræsentent.

Item si quis ex fornicatione natus dispensatione non obtenta sacrum ordinem clanculo subscripserit, hoc ipso sit excomunicationis vinculo innodatus, & etiam post absolutionem obtentam maneat tandiu ab ordinia sic subrepti executione suspensus, donec dispensationis gratiam potuerit obtinere. Si quis vero scienter ad sacros ordines præsentaverit ex fornicatione natos, tacito quod sint tales, ipsos ex nunc excommunicationis sententia innodamus, quod de his qui sic tacito titulo se clanculo fecerint ad sacros ordines promovere, decernimus observandum. Illos vero qui scienter ad ordinea jam susceptos iterato, vel per saltum promoveri fecerint se, aut per simoniacam pravitatem a nobis, vel ab altero se procuraverint ordinari, excommunicationis sententia innodamus.

Denique de multiplicitate constitutionum laqueos injiciamus subjectis omnium prædecessorum nostrorum, & vicariorum nostrorum constitutiones revocamus, & cassamus præcipientes omnibus prælatis, qualiter intra tres menses præsentes nostras constitutiones apud se habere studeant sub pœna nostro arbitrio imponenda. Actum.

In nomine Domini. Amen. Nos Franciscus Dei gratia episcopus Perusinus universis nostræ civitatis, & diœcesis Perusii ad quos præsentes venerint, salutem æternam.

Indemnitati episcopatus nostri providere volentes, ut ex debito nostri tenemur officii, quod alios in eorum instituto confovemus, universas, & singulas personas, cujuscumque sint conditionis, & status monemus primo, secundo, & tertio peremptoriis neminem excludere, vel excipere intendentes, ac eisdem, & cuilibet eorum sub excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus, quatenus quicumque habet, tenet, possidet, aut detinet indebite, illicite, palam, vel occulte, clam, & contra nostram permissionem, vel concessionem aliqua littera, vel aliquod ex bonis episcopatus nostri, & ad nos, & ipsum episcopatum pertinet, sive sint res mobiles, sive immobiles, sive jura, sive actiones intra spatium unius mensis a præsentis monitionis, & sententiæ nostræ notitia nobis vel nostro camerario, qui talia sicut (sic) debeat ea revelare, notificare, & ad notitiam nostram reducere. Et qui habent, & tenent, vel potius ablata subrepta, vel furtive, & contra nostram intentionem detinet occupatam nobis plenarie restituere, exhibere, reddere, & resignare debeant cum effectu, nec amplius de cætero alia suis usibus, commodis, aut utilitatibus applicare præsumant. In omnes quoque ac singulos nostræ monitionis, & mandati hujusmodi contemptores, excommunicationis sententiam proferamus in scriptis; & ipsos a sanctæ matris ecclesiæ gremio separamus eum expoliati juria extiterit illos invasionis (sic) & furti crimine detineri, qui rem præsumpserit in jure divino contraire. Declaramus nihilominus hac nostra sententia non ligari eos qui infra violationem sed aliquod ad nos pertinens scirent, vel detinent, quamvis & tales ad restitutionem nihilominus, vel ad denunciationem teneri noscuntur.

In nomine Domini amen. Nos Fr. Franciscus Dei gratia episcopus Perusii in aula nostri palatii, in die Synodi per nos factæ die 24.

Sf 2 men-

ANNO CHRISTI 1320.

mensis Februarii præsentis, cum plurimi tam laici, quam clerici civitatis & diœcesis Perusinæ privilegiis, & concessionibus, & gratiis eis factis abuterentur, & quia sicut judicatur, & variantur tempora, ita debent varia remedia adhiberi, & fanior debet cautela, & provisio inveniri, volentes, quod ipsæ concessiones, & gratiæ, non in animarum perniciem, sed salutem, omnes, & singulas gratias, concessiones, & privilegia, tam per nostros prædecessores, quam per nos, & nostrum vicarium, seu vicarios hactenus concessa, facta, & data seu concessas, factas & datas cassamus, & revocamus, & irritamus in totum, & volumus esse nullas, & nulla, prohibentes omnibus & singulis personis, ne ipsis uti, vel ex eis aut eorum occasione quidquam facere debeant, aut possint sine nostra speciali licentia nova, & mandato. Actum.

In nomine Domini amen. Nos Fr. Franciscus Dei gratia episcopus Perusii intellecto quod nonnulli ab ipso episcopatu, sive ab ipsa nostra majori Perusii, seu ejus causa habuerint, tenuerint, & habent, & tenent terras, domos, vineas, vel alia bona immobilia in fœudum, pensionem, livellum, & adfictu continuum, vel allocationem eadem vel aliqua ex eis nobis vel nostris prædecessoribus irrequisitis vendere, donare, permutare, vel aliter alienare præsumpserunt, & præsumere non verentur, & dispendium nostri episcopatus, ecclesiæ cupientibus nos & ipsum episcopatum atque dictam ecclesiam indemnem reddere, & ab indemnitatibus hujusmodi præservare, monemus secundo ac tertio peremptorie omnes & singulas tales personas, ut de cætero a tali attemptatione præsumant, & omnes alias cujuscumque sint conditionis, & status, ne ab ipsis, vel aliquo earum talia bona scienter in donationem, livellum, permutationem, vendicationem, aut pignorationem recipiant, sine nostra convenientia & consensu, vel conscientia. In omnibus

A & singulos contrafacientes excommunicationis sententiam fecimus in scriptis, salvo nihilominus quod contra tales alienationes de jure nihil valentes possumus, & intendamus res, & bona hujus modi taliter alienata nobis vindicare, alienatoribus ab omni suo jure cadentibus, & etiam omnibus suo periculo præsentia exhibentibus supra præteritis, auctoritate hujusmodi illicitis alienationibus, tales alienantes, & recipientes ab eis nobiscum in nostris, & cum ipsis casu in suis studeant juxta duorum mensium spatium concordare, alioquin contra eos procedemus, quatenus justitia suadebit.

Item ad notitiam nostram pervenit relatione fideli quod nonnulli abbates, procuratores,
B archipresbyteri, plebani, & rectores ecclesiarum diœcesis Perusii, & alii presbyteri, & clerici dudum receperunt quam plures quartas testamentorum relictorum ad pias causas nobis sic debitas in ditione sicut in civitate, & quotidie præsumunt recipere, & suis usibus applicare. Monemus omnes & singulas præfatas personas, & alias pro primo, secundo, & tertio peremptoriis, eisque omnibus & singulis sub excommunicationis pœna præcipiendo mandamus, ut (ne) de cætero hujusmodi quartas sibi retineant, applicent, vel usui ponant, sed eas pro nobis suscipiant, & intra xv. dies nobis, vel nostro Vicario assignent, & de quondam habitis, & perceptis per eos nobis, vel prædecessori nostro assignatis, vel exhibitis, aut scienter per eum donatis, vel remissis in-
C tra unius mensis spatium ad notitiam præservandam, nobis de eis satisfaciant integraliter, vel nobiscum de ipsis quartis perceptis curet amicabiliter convenire. In omnes quidem & singulos hujus nostræ monitionis contemptores his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus ad privationem beneficiorum contumacium rebellici, & contemptores promovebimus processum, prout exiget inobedientia, & protervitas eorumdem. Latæ, & factæ &c.

CONCILIUM SENONENSE

Olim cum statutis Trecensibus editum Trecis ann. 1320.

Statuta provincialis concilii per reverendum in Christo patrem ac dominum, D. * G. Dei gratia Senonensem archiepiscopum, anno Domini 1320. die Jovis post Pentecostem celebrati.

* Guillelmum de Melloduno.

TITULI LOCORUM.

E

LOCUS PRIMUS.

Ut diœcesani hortentur ad jejunandum in vigilia festi corporis Christi.

Statuimus, ac etiam ordinamus, ut quilibet diœcesanus in sua diœcesi, plebem a Deo sibi commissam, tam per se quam per alios, loco & tempore congruis, salutaribus monitis inducat, ut, quarta feria præcedente feriam quintam post octavas Pentecostes, qua summi & magnifici corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi sacramenti memoria celebratur, ad honorem tam pretiosissimi sacramenti, ac ipsarum plebium salutem animarum, se ab esu carnium abstineant, & jejunent: omnibusque jejunantibus, vereque pœni-

ANNO CHRISTI 1320.

nitentibus & confessis, in remissionem suorum peccaminum, quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia duximus concedendos: totidemque eisdem a quolibet diœcesano in diœcesi sua, auctoritate præsentis concilii concedantur. Circa vero processionem sollemnem quæ dicta quinta feria fit a clero & populo in delatione dicti sacramenti his diebus, cum quodammodo Divina inspiratione introducta videatur, nihil quo ad præsens injungimus, devotioni cleri & populi relinquentes.

LOCUS SECUNDUS.

Ut interdicantur loca, in quibus clericus a judice laico detinebitur.

Statuimus, ac etiam ordinamus, ut si contingat aliquem clericum, in villis seu castris diœcesis & provinciæ Senonensis, per judicem capi sæcularem, qui sufficienter requisitus de reddendo dictum clericum suo judici ecclesiastico, non reddiderit seu restituerit, in sua malitia perseverans: in dictis villis seu castris cessabitur, quandiu detinebitur dictus clericus, a Divinis: nedum in ecclesia, infra cujus confines dictus clericus detineri dignoscetur, sed etiam in aliis ecclesiis, si in dictis villis & castris plures ecclesias contigerit esse sitas. Quod ad religiosa monasteria in dictis villis & castris constructa, & alias ecclesias eisdem contiguas, extendi volumus: ne, si in quibusdam cessaretur, in aliis non cessationis sententia seu interdicti valeat vilipendi. Et prædictas cessationes, auctoritate præsentis concilii, ab omnibus tam exemptis quam non exemptis, cum de jure ad hoc teneatur, volumus observari.

LOCUS TERTIUS.

Ut religiosi & religiosæ post annum & diem profiteantur.

Statuimus, ac etiam ordinamus, ut religiosi & religiosæ, in habitu religionis per annum & diem in suis monasteriis commorantes, dictis die & anno elapsis per superiores suos, dum tamen in ætate discretionis fuerint constituti, cogantur profiteri expresse, vel saltem ita publice, quod dicta professio celari non valeat.

LOCUS QUARTUS.

De vita & honestate Clericorum.

Statuimus insuper, ac etiam ordinamus ut clerici beneficiati, tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, sive sint capellani, canonici, vicarii, seu simplices chorales: caligis rubeis, viridibus, scacatis, croceis, seu albis, ita publice non utantur, sed caligis nigris, seu aliis honestis tantummodo sint contenti. Quod si a delatione dictarum caligarum, canonice moniti, non destiterint: ipso facto medietate distributionum, quæ insistentibus certis horis distribuantur, auctoritate præsentis concilii eos privamus. Quod quidem statutum extendetur, ad presbyteros parochiales & alios presbyteros ordinariis * arbitriis puniendos. Et istud idem in clericis crines nutrientibus, barbamque prolixam, seu tonsuram inhonestam, ac a parte exteriori almutiam de cendeto, vel volveto, deferentibus, uniformiter inter clericos prædictos volumus observari.

* Corr. ordinariorum arb.

CONCLUSIO CONCILII.

Quarum auctoritate litterarum, vobis & vestrum cuilibet districte præcipiendo mandamus, quatenus statuta prædicta in vestris ecclesiis, & alibi ubi expediens videritis, publicetis & exequamini diligenter, ac faciatis a parochianis vestris, juxta ipsorum tenorem, inviolabiliter observari.

G. C. Sequitur sine nota ulla distinctionis locus quintus, tum sextus, aliique tres: qui minus caute attendentibus videri possent, hujus esse concilii: sed Trecensium duarum synodorum esse, legentibus apparet.

CON-

CONCILIUM GRADENSE

Contra Ptolomæum Lucensem episcopum Torcellanum a Dominico patriarcha Gradensi.

Anno MCCCXXI. celebratum.

Cornel. eccl. Torcel. t. 1. pag. 31. & 80.

FRater Ptolomæus Lucensis ordinis Prædicatorum, S. Thomæ Aquinatis discipulus ad Torcellanam sedem assumptus Dominico patriarchæ Gradensi solemne fidelitatis præstitit juramentum an. 1319. die 17. Novembris. De eo plurima referunt Ughellus, aliique ab eo recensiti auctores, sed præcipue Echardius in bibliothece Ordinis Prædicatorum. Cum vero Ptolomæus in episcopali dignitate constitutus minus laudabiliter se gereret, debitamque Patriarchæ Gradensi obedientiam præstare recusaret, Dominicus Gradensis patriarcha, cui damna per nepotes & familiares Ptolomæi illata episcopatui Torcellano, eorumque gravissima delicta innotuerant (citato prius per litteras Ptolomæo) post diligentem rerum & testium investigationem ipsum tanquam *perjurum contumacem, & gravium criminum manifeste reum* Ecclesiastico anathematis vinculo declaravit esse alligatum. Sententia deinde per patriarcham ipsum ad provinciale Gradense concilium examinanda & confirmanda deducitur, in quo Joannes de Butovane Jadrensis Archiepiscopus de voluntate totius concilii rem esse consulte examinandam, & deliberandam respondit. Maturo itaque præhabito examine, lectisque legitimis criminum probationibus, concilii patres processus & sententias per Patriarcham latas laudaverunt, atque Ptolomæum episcopum Torcellanum perjurii, malæ administrationis, atque plurium delictorum manifeste reum anathemate perculerunt. Ut vero ipsius concilii decreta plenius observarentur, statuerunt patres: *nisi citra Kalendis Augusti* (1321) *misericordiam, & gratiam D. Patriarchæ meruerit obtinere præmissa satisfactione condigna, quod denuntietur excommunicatus per totam provinciam & patriarchatum Gradensem*, acrioresque deinde pœnas comminarunt, *si indurato animo ad gratiam & misericordiam patriarchæ non redierit, infra mensem Augusti ejusdem anni* 1321. Criminum veniam non petiisse Ptolomæum, nec obtinuisse ante Kalendas Augusti testatur publicatio Synodalis sententiæ facta die 2. Augusti in ecclesia parochiali S. Stephani de Majurbio (quæ modo ex temporum injuria solo æquata est) inter missarum solemnia de mandato discreti & providi viri D. presbyteri Victoris Bareldo plebani ecclesiæ S. Petri de Majurbio Torcellanæ diœcesis vicarii & administratoris ecclesiæ & episcopatus Torcellani. Publicationis instrumentum ex autographo patriarchalis archivii deductum, in quo ipsius sancti concilii sententia ex integro continetur, exhibendum censeo, tum ad augendas conciliorum collectionem, tum ad probationem primatus patriarchalis Gradensis Sedis super Dalmatiæ antistites, in quem de facto assensit supra laud. Johannes vir cl. mem. qui ad concilium provinciale a Dominico patr. convocatum accessit, atque in eo super factum Ptolomei episc. suam protulit sententiam. Haud multo post Episcopum Ptolomeum resipuisse, atque delictorum, quæ potius ex conniventia, quam ex pravo animo patrarat, obtenta venia ad episcopatus officia rediisse credendum est, siquidem, ut in adnotationibus ad Ughell. t. 5. col. 1395. videre est an. 1333. & subsequentibus pastoralis muneris exercitia in Torcellana ecclesia libere exercuit.

Victor Baraldus plebanus S. Petri de Majurbio vicarius Torcellanus promulgat in ecclesia S. Stephani de Majurbio excommunicationem latam a concilio Gradensi contra Ptolomæum episcopum Torcellanum.

IN Christi nomine. Amen. Anno Domini 1321. indictione 4. die secundo intrante mensis Augusti. Præsentibus discretis viris dominis presbyteris Marco Volpe rectore S. Stephani, Petro Dondi rectore S. Bartholomæi ecclesiarum de Majorbio Torcellanæ diœcesis, Petro Scarpazo, & Cato Cortesio dictæ ecclesiæ S. Bartholomæi presbyteris, Marino Bono contratæ S. Petri de Majorbio, Leonardo Bono ejus fratre, Antonio Bellesino, & Antonio Sambadino contratæ prædictæ, & aliis multis maribus & mulieribus. Ego Clemens Scarpazo notarius infrascriptus de mandato discreti & providi viri domini presbyteri Victoris Baraldo plebani ecclesiæ S. Petri de Majorbio Torcellanæ diœcesis vicarii & administratoris ecclesiæ & episcopatus Torcellani ibidem præsentia, & mandantis inter missarum solemnia inter epistolam & evangelium publice & alta voce in ecclesia S. Stephani de Majorbio prædicta coram clero & populi multitudine, qui ibidem convenerant ob reverentiam festivitatis B. Stephani legi & publicavi quasdam patentes litteras integras & illæsas sigillo Ven. in Christo patris & D. D. Dominici Dei & Apostolicæ sedis gratia patriarchæ Gradensis Venetiarum Dalmatiæque primatia munitas a tergo directas eidem D. Vicario & administratori ex parte ipsius D. Patriarchæ Gradensis tenoris infrascripti. Divina miseratione Dominicus sanctæ Gradensis ecclesiæ patriarcha, Venetiarum Dalmatiæque primas venerabilibus in Christo fratribus episcopis ac eorum vices gerentibus & dilectis in Christo filiis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Archidiaconis, capitulis, plebanis & ceteris ecclesiarum rectoribus & prælatis & clero universi patriarchatus Gradensis salutem, & per meritum obedientiæ vitam consequi sempiternam. Cum nuper in nostro facto Gradensi concilio fuerint processus & sententiæ statuti ordinati & promulgati in hac forma videlicet: quia nullum malum debet esse inultum, vel bonum irremuneratum, idcirco per Rever. in Christo patrem & dom. Dominicum patriarcham

ANNO CHRISTI 1322.

cham Gradensem exposito facto, & expressis gravaminibus, injuriis ac excessibus illatis ecclesiis Gradensi & dignitati patriarchali per fratrem Ptolomæum episcopum Torcellanum, & explicatis sententiis & processibus per ipsum D. Dominicum patriarcham, aut ipsius auctoritate & mandato factis contra prædictum episcopum, se ipsum ut Dominicum suos processus & sententias si ut homo peccasset, errasset vel defecisset, ignorantia negligentia vel alias in quantum finit humana fragilitas supposuit & submisit correctioni & emendationi prædicti concilii ibidem præsentis petens ipsius auxilium consilium & favorem. Cum dictus Episcopus continue in majori rebellione persistat contemnens, & deridens jurisdictionem statum & dignitatem Gradensem & episcopatum destruat ac dissipet Torcellanum; & tunc illico de voluntate totius concilii prædicti assurrexit Rev. in Chr. pater D. Johannes electus confirmatus & consecratus in archiepiscopum Jadrensem dicens, quod concilium volebat super dictis & propositis tam injuriis, excessibus & gravaminibus, quam sententiis & processibus prædictis consulte deliberare & lecto fidelitatis instrumento juramenti præstiti per dictum Episcopum D. Patriarchæ & ecclesiæ Gradensi, in quo inter cetera continetur, quod idem episcopus omni anno Gradum personaliter in festo S. Hermacoræ & Fortunati venire tenetur; similiter etiam ad Synodum; & pro cathedratico omni anno dare tenetur & solvere ecclesiæ Gradensi quinque solidos parvorum, & non venerit postquam fuerit episcopus nec solverit, nec excusationem aliquam prætenderit, nec excusatorem etiam destinaverit, propter quæ prædictum concilium pronunciavit ipsum episcopum absentem contumacem, & etiam perjurii latem incurrisse & perjurii esse crimine irretitum, ac etiam alio instrumento, ex cujus tenore & aliis probationibus legitimis de perjurio dictus convincebatur Episcopus, & lecta etiam confessione ipsius Episcopi, aliquibus attestationibus, & dictis testium super dilapidatione notoria facti etiam permanentis, & mala administratione spiritualium & temporalium ecclesiæ & episcopatus Torcellani, & aliis quamplurimis defectibus, excessibus & criminibus prædicti episcopi & suorum, ac infamia prædictorum, præsertim vulneris mortalis illati per familiares & nepotes dicti episcopi in Jacobum diaconum ecclesiæ S. Apollinaris de Venetiis nuncium juratum specialem dicti D. patriarchæ, quod tunc eidem episcopo una cum Laurentio collega dicti Jacobi vulnerati litteras citatorias dicti D. patriarchæ super suis excessibus & criminibus præsentaverat, & sententiis ac processibus prædictis. Habita postmodum per dictum S. concilium super prædictis deliberatione diligenti, & omnibus mature pensatis, cum de quamplurimis prædictorum condemnatione dignorum experientiæ palpatæ evidentia pluribus episcopis, & aliis personis notabilibus in dicto concilio existentibus manifestissime ac dilucide constaret, definiendo & sententialiter statuendo sententias, processus per eumdem D. patriarcham auctoritate & mandato patres laudaverunt, approbaverunt, & ratificaverunt omni modo & forma, quibus melius possunt. Prædictumque episcopum Torcellanum inobedientem perjurum & contumacem anathematizaverunt. Et ut dicti processus & sententiæ observentur per præsens statutum ordinaverunt propter ejus rebellionem, pertinaciam, obstinationem in augmentum pœnæ nisi citra Kal. Augusti proxime venturi misericordiam & gratiam dicti D. patriarchæ meruerit obtinere præmissa satisfactione condigna, quod denunciaretur excommunicatus per totam provinciam & patriarchatum Gradensem ipse episcopus, & eidem adhærentes vel obedientes seu dantes auxilium, consilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, quovis modo vel quæsito colore cujuscumque status aut conditionis existant, etiamsi episcopali fulgeant dignitate contra dictum D. patriarcham ejusque jurisdictionem, aut dignitatem vel processus seu sententias, ac etiam eos qui adhæserunt, vel adhærebunt, obedierunt vel obedient, dederunt, vel dabunt auxilium, consilium vel favorem quovis modo in prædictis vel aliquo prædictorum, quos dictus D. patriarcha specialiter duxerit nominandos. Et nihilominus civitas Torcellana ex tunc scilicet a Kalendis Augusti eo ipso quamdiu idem Episcopus hic excommunicatus vel rebellis habitaverit, moramque traxerit in Torcello, sit ecclesiastico supposita interdicto, & sic interdicta sit modo simili quælibet parochia, monasterium ecclesiæ, & quævis loca patriarchatus Gradensis quamdiu in ea fuerit & personaliter extiterit episcopus nominatus. Et si dictus episcopus indurato animo ad gratiam & misericordiam præfati D. patriarchæ, ut supra, non redierit, post mensem Augusti prædictum nequeat per alium vel per dictum D. patriarcham Dominicum dumtaxat, vel ejus superiorem absolutionis beneficium obtinere, præterquam in mortis articulo; ceteri vero supradicti, qui adhæserunt, adhærent, vel adhærebunt, obedierunt, obediunt, vel obedient, dederunt, dant vel dabunt auxilium, consilium vel favorem, aut quin præfatas ordinationes statutum ac sententiam effectualiter executionem consequantur, impedierint auxilio, consilio vel favore, aut quovis modo ut supra, si infra duos menses non redierint ad gratiam & misericordiam dicti D. patriarchæ satisfactione condigna, si personæ sæculares aut laicales fuerint, qui eo ipso sint excommunicatæ, nequeant per alium quam per dictum D. patriarcham Dominicum dumtaxat, vel ejus superiorem absolvi, præterquam in mortis articulo; si vero sint ecclesiasticæ personæ, quod etiam ipso facto sint excommunicatæ ab officio & beneficio per triennium sint suspensæ, & inhabilem ad quemvis ordinem, officium, vel beneficium, personatum vel dignitatem episcopalem obtinendos. Et insuper ad prædictorum roborationem, & observationem, & executionem prædictum sanctum concilium congregatum dederunt, & concesserunt super prædictis, & eorum quolibet plenam potestatem prædicto dumtaxat D. Dominico patriarchæ præsenti consentienti & acceptanti absolvendi, relaxandi, dispensandi, ac omnia supradicta, & eorum quodlibet exequendi rebelles, contradictores aut impeditores, seu contrarium facientes compellendi & puniendi prout & in quantum omni modo & forma, quibus ipsum sanctum concilium congregatum facere posset eidem D. patriarchæ in omnibus prædictis & circa prædicta fiendis ac singulis prædictorum cum omnibus accessoriis connexis, pertinentiis, & dependentiis suis committentes totaliter vices suas. Quocirca auctoritate & potestate prædictis mandamus districtius sub virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatio-

ANNO CHRISTI 1323.

tione divini judicii jungentes vobis Ven. fratribus episcopis, vel vestras vices gerentibus, vicariisque capitulorum ecclesiarum vacantium, quatenus prædictos processus, & sententias effectualiter observantes in vestris cathedralibus ecclesiis per singula diebus dominicis & festivis publicetis & faciatis per abbates, plebanos & alios ecclesiarum rectores vobis subjectos in suis ecclesiis prout expedierit publicari, ac etiam observari, vobisque abbatibus, plebanis & cæteris supradictis ac omnibus Christi fidelibus, ut prædictos processus, prout ad vos & vestrum quemlibet pertinuerit, publicetis diebus dominicis & festivis, inviolabiliterque observetis, & facietis ab aliis observari, taliter ut ad vos de obedientia & sollicitudine commendare merito valeamus. Datum apud Gradum die 19. mensis Julii ind. 4. Præsentes autem litteras vobis præsentatas latori earum præcipimus restitui, ut aliis similiter valeant præsentari. Et deinde subsequenter lectis, expositis & publicatis dictis litteris. Ego idem notarius infrascriptus de mandato dicti D. Vicarii secundum illarum continentiam litterarum denunciavi dictum D. Fr. Ptolomæum episcopum Torcellanum excommunicatum & anathematizatum, & civitatem Torcellanam ecclesiastico suppositam interdicto, & quamcumque parochiam, monasterium & ecclesias, & quævis loca quamdiu in ea fuerit, & personaliter extiterit episcopus nominatus. Item denunciavi excommunicatos presbyteros Jacobum dictum archipresbyterum Torcellanum nominatim & expresse, & magistrum Fridericum appostatam de Seois, Pucanellum, Collutium & Landutium familiares & nepotes dicti episcopi Torcellani tamquam fautores & obeditores ejusdem episcopi, & sibi adhærentes & faventes, & parantes auxilium, consilium & favorem. Et generaliter omnes alios cujuscumque conditionis & status, qui eidem D. episcopo in tanta rebellione & contumacia existenti præberent, vel darent auxilium consilium, vel favorem quovis modo juxta dictarum litterarum tenorem, & prout & sicut dictus D. Vicarius a dicto Ven. patre D. patriarcha Gradensi sua, & dicti concilii auctoritate receperat in mandatis, & tanquam excommunicatos haberi & reputari, & ab omnibus arctius evitandos quousque ad mandata ecclesiæ concilii præfati & dicti D. D. patriarchæ redierint, & absolutionis beneficium meruerint obtinere. Lectæ expositæ & publicatæ dictæ litteræ fuerunt & denunciatæ in ecclesia prædicta S. Stephani cum campanarum pulsatione, & candelis accensis, & extinctis publice & alta voce.

L. S. Ego Clemens Scarpazo, olim filius Thomæ Scarpazo de Majorbio imper. auctoritate notarius iis omnibus interfui, & prædictam publicationem & denunciationem feci, de mandatoque dicti D. vicarii scripsi & in publicam formam redegi.

ANNO CHRISTI 1320.

Ex Galan. Conc. Eccl. Arm. to. 1. c. 29. p. 474.

ACTA CONCILII ADANENSIS ARMENI,

Jussu Constantini Patriarchæ & Oscini Regis Armeniæ celebrati propter unionem ecclesiæ Armenæ cum Romana.

Ecclesiæ sanctæ caput simul & Pax, Dominus noster Jesus Christus, qui ut Patrem cum suis creaturis conciliaret, pacem attulit per crucem in sanguine suo: quare Discipulis ait: *Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis*: quique, sicut caritatis mandatum dedit nobis, ut diligamus invicem, sic & signum, quo sui agnosceremur discipuli, indicavit, dicens: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*. Idem igitur ipse jam auferre volens ab ecclesia sua sancta, quem Diabolus interposuerat, lapidem contradictionis; atque in unum corpus sua ubique dispersa, ac separata membra iterum reunire, ut omnes charitatis vinculo colligati, sub ipsomet uno eodemque capite, Christo Domino, & Deo nostro consociaremur; in corda sacrosancti Patriarchæ domni Gregorii, atque piissimi & potentissimi Regis nostri Leonis hæc itidem omnia immisit: animamque quæ jam Christum induta fuerat, religiosissimi Joannis, * patris nostri Regis, & Armeniorum (quantum ad honorem attinet Principatus) Domini, ad unionem & concordiam ecclesiæ suæ sanctæ procurandam, dissensionesque ab ea auferendas excitavit.

Joan. 14.

Joan. 13.

* Hayton Rex, dictus Joannes, postquam S. Francisci institutum professus est.

Quamobrem ubi primum res in istorum mentem pervenit, ejusdem unionis amore, & desiderio intime sauciati, illico, tamquam strenui operarii, ad laborem, & divini præcepti obtemperationem parati, seipsos in hujusce opus ministerii, & cælestis nutus executionem animo lubentissimo commiserunt; prospicere satagentes nostræ, quæ a magna Romanorum, aliisque Christi ecclesiis erat, differentiæ tum in Dominici calicis gratiarum actione, in quo nos aquæ mistionem contra illos, respuebamus; tum in celebratione festorum, præsertim Nativitatis & Epiphaniæ Domini, in qua ab aliis Christianis dissentiebamus; tum denique in confessione duarum naturarum, voluntatum, & operationum, quas in una Domini nostri Jesu Christi persona indivise, & inconfuse unitas ecclesia sancta recte & catholice recognoscit; & nos aliter sentiendo, duas denegantes, unam asserebamus Christi naturam, ex ineffabili unione illa resultantem. Huic igitur nostræ ab universali ecclesia discrepantiæ, illi consulere festinarunt, in unum Christi corpus, & unam sanctam ecclesiam catholicam nos iterum inserendo.

ANNO CHRISTI 1320.

Verum enimvero perditissimi quidam, in malum a Diabolo concitati, ut perturbationes contentionesque, maxime vero schismata in sancta Christi ecclesia molirentur, alios in iniquis conciliabulis suis canones sanciverunt; docentes non esse nobis in tribus hisce cum reliquis Christianis communicandum: hoc est, in mistione calicis gratiarum actionis; in celebratione Dominicæ Nativitatis, & Epiphaniæ, atque in duabus naturis, quas in una Christi persona propter inconfusam, ac indivisam unionem ecclesia sancta confitetur. Dicebant enim nefas esse in calicem aquam injicere, quod aqua corruptibilis sit; in Christo autem nulla fuerit corruptio;

qui-

ANNO CHRISTI 1320.

quibus plane videntur innuere vinum iocorruptibile esse. Præterea in illo gratiarum calice, quem Dominus in mystica mensa cœnaculi biberat, vinum solummodo fuisse, & non aquam. Similiter etiam quando Dominus ad veram sui corporis resurrectionem suadendam cum suis iterum discipulis comedit, ac bibit; in ea quoque mensa parum fuisse vinum appositum mugabantur, eo quod ab ipso Domino antea dictum fuerat: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in Regno Patris mei*: pro se divum attestantes Chrysostomum [b], qui verba illa expendens ait: *Cur autem non aquam bibit, sed vinum? quod profecto vellet perniciosissimam quamdam haresim radicitus evellere; quia sunt quidam, qui aqua in mysteriis utuntur: propterea quando mysteria tradidit, & quando resurrexit, nudam absque mysteriis mensam apponens, usus est vino: idque declaravit dicens, ex hoc fructu vitis; vitis enim vinum, non aquam profert*. Quibus sane verbis Chrysostomum eos, qui mistum offerebant calicem, hæreticos appellare opinantur.

Matth. 26.

b Chrysostomi verba in Matth. c. 26. ab Armenis quibusdam perperam interpretata.

Cum insuper de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt, solum, ajunt, sanguinem in potum, aquam vero in purgationem dumtaxat effluxisse: quamobrem minime licere inferunt, vino aquam misceri in sacris mysteriis: Hæc itaque vestis dominicæ partitores, & sacrarum ecclesiæ constitutionum, ac traditionum adversarii impudenter jactabant: ignorantes quidem non modo aquam, verum & vinum quoque, quod ipsi incorruptibile autumant, esse ultro corruptioni obnoxium; neque hæc duo solummodo, sed omnia fere sensibilia, quæ sub visus tactusque sensibus cadunt, esse corruptibilia & caduca: cum sola incorporea naturam corruptibilitatis expertem habere noscantur. Etsi, verum illud esse, fateri debemus; quod licet duo ista in se corruptibilia sint, in Dominicæ tamen dispensationis sacramento mystice sumpta purissima, & ab omni sunt corruptelæ contagio remotissima, eamdemque cum Spiritu sancto purificantem vim, & operationem sibi vendicant. Quocirca magnus Apostolus ille Joannes in quadam ex catholicis suis epistolis ait:

Joan. epist. 1. c. 5.

Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt: & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. Vide, ut tria hæc unam eamdemque vim retinent. Nam licet diversa secundum se, virtute tamen & operatione, unum quid sunt divinum, & purificans: baptismum enim præseferunt; aqua quidem juxta illud: *Ego baptizo vos aqua*: sanguis vero secundum id: *Calicem, quem ego bibo, bibetis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini*; sanguinem hic intelligens: Spiritus denique juxta illud: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*. Ac ad invicem simul sumpta perficiunt, & sanctificant; nam aqua cum sanguine, & spiritu, quod sanctum est proficit, & sanctificat. Similiter & sanguis cum Spiritu sancto & aqua purificat & salvat: ac demum Spiritus sanctus per aquam & sanguinem sanctos facit, regenerat, & omnes in filiationem Patris cælestis adoptat.

Matth. 3. Marc. 10. Matth. 3.

In eo autem quod subdunt, nempe calicem Domini non fuisse salutifera mistum aqua, immensum sane decipiuntur; cum mendacii arguant prophetica illa magni Salomonis verba: *Sapientia ædificavit sibi domum, & subdidit co-*

Prov. 9. ex 70.

A *lumnas septem, manavit hostias suas, miscuit in cratera vinum suum*. Et paulo post iterum ait: *Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum, quod miscui vobis*. Magnus item Irenæus Apostolorum successor, in scriptis adversus Marcionitas hæc profert: *Quomodo autem juste Dominus, si alterius Patris existit, hujus conditionis, quæ est secundum nos, accipiens panem, suum corpus esse confitebatur; & temperamentum Calicis, suum sanguinem confirmavit? & quare se filium hominis confitebatur, si &c.* Et rursus in sua adversus alias hæreses doctrina inquit: *Vani autem omnino, qui universam dispositionem Dei contemnunt, & carnis salutem negant, & regenerationem ejus spernunt*. Et post pauca subdit: *Eum* B *calicem, qui est creatura, suum sanguinem, qui effusus est, ex quo auget nostrum sanguinem; & eum panem, qui est creatura, suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget corpora: quando ergo & mistus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis, & corporis Christi, ex quibus augetur, & consistit carnis nostræ substantia*.

Iren. l. 4. c. 57.

Idem l. 5. c. 2.

Hujus quoque testimonium perhibet S. Athanasius, qui in Exhortatione de Baptismo ad illuminatos sic habet: *Vides hanc mensam in medio altaris appositam?* Et inferius: *Hoc est cœnaculum, in quo cum Redemptore recumbis; ubi, cœnantibus illis, accipiens Jesus panem, fregit, deditque discipulis dicens: accipite, & come-* C *dite, hoc est corpus meum; & accipiens calicem vini mistum, gratias egit, deditque eis, dicens: accipite, & bibite ex eo, hic est sanguis meus; & biberunt*. Et S. Basilius in sua Liturgia; *accipiens*, inquit, *calicem, miscens, benedicens &c.* Similiter & lumen illud urbis Joannes Chrysostomus in sua quoque Liturgia: *unus militum*, ait, *lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, hæc dicens, infundat vinum: & subdens, & aqua, infundat aquam*. Magnus etiam Gregorius Nazianzenus in secunda contra Julianum invectiva oratione, flagitiosa illius sacrilegia, in ecclesias olim perpetrata, deplorans sic fatur: *Quis pro dignitate narrare, atque exagge-* D *rare possit, quæcumque, vel ob flagitia circa sacras ædes admissa, vel ob sacras mensas contumeliis affectas, vel ob mysticos mistarios furiose contaminatos, ipsis acciderint?* Hic mistarium appellat sanctus Dominicum calicem, in quo vinum aqua miscetur.

Quod etiam nostræ cum Deo verbo unionis mysterium in purgationem, & redemptionem permistio denotet illa, ostendit Beatus Hieronymus, qui in Evangelium Marci super illa verba, accepit Jesus panem &c. *Formavit*, inquit, *Dominus noster sanguinem suum in calicem, vino & aqua mistum; ut alio purgemur a culpis, alio redimamur a pœnis. Sanguine namque agni servantur domus a percussione Angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici; quæ sunt my-* E *steria ecclesiæ Christi*. Idem consimiliter asserit venerab. Beda presbyter his verbis: *Quia panis corpus confirmat, vinum vero sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, vino dominici calicis aqua miscetur: attestante enim Joanne, aquæ populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum, sicut nec granum frumenti solum sine aquæ admistione, & confectione in panem, cuipiam licet offerre; ne talis videlicet oblatio quasi caput a membris secernendum esse significet; & vel Christum sine nostræ redem-*

Beda in Marci c. 14.

ANNO CHRISTI 1310.

ptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione salvari, ac Patri offerri posse confingat.

Alexand. P. ep. 1.

Præterea S. Alexander Papa, septimus a D. Petro pontifex Romanus, hæc in sua Epistola scripta reliquit: *In sacramentorum oblationibus, quæ inter Missarum solemnia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut ejus, cujus corpus & sanguis conficitur, passio celebretur: ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua permistum in sacrificio offerantur. Non debet enim (ut a Patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri; sed utrumque permistum; quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur.* Hæc quidem magnus, ac gloriosus Christi martyr S. Alexander præcepit; qui omnes ecclesiæ Constitutiones, & canones perfecte ab ipso beato Petro acceperat. Et hoc ipsum affirmat S. Julius Papa: *Non potest*, inquit, *calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi misceatur utrumque.* Tum quoque injunxit, ut si quis altero solo sine altero sacrificium perfecerit, *tandiu cessare debeat a sacrificando, quandiu legitima pœnitentiæ satisfactione* juxta sacros ecclesiæ canones *correctus sit.*

Jul. apud Grat. de Consecr. dist. 2.

S. Cypr. l. 2. ep. 3.

Magnus itidem Christi martyr Cyprianus, Episcopus Carthaginiensis in Occidente, hæc de Dominico calice tradidit: *Per Salomonem Spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante præmonstrat, immolatæ hostiæ, & panis, & vini, sed & altaris, & Apostolorum faciens mentionem: sapientia*, inquit, *ædificavit sibi domum, & subdidit columnas septem, mactavit suas hostias, miscuit in cratera vinum suum, & paravit mensam suam, & misit servos suos, convocans cum excelsa prædicatione ad crateram, dicens: qui est insipiens, declinet ad me; & egentibus sensu dixit: venite, edite de meis panibus, & bibite vinum, quod miscui vobis. Vinum mistum declarat, idest calicem Domini, aqua & vino mistum, prophetica voce prænunciat, ut appareat in passione Dominica id esse gestum, quod fuerat ante prædictum.* Hoc idem paulo superius etiam memoraverat, his verbis: *Admonitos nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio servetur; neque aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis prior fecit; ut calix, qui in commemorationem ejus offertur, mistus vino offeratur.* Et Sanctus Ambrosius, Episcopus Mediolanensis in Occidente; *Calicis permistio*, ait, *unionem Dei Verbi, quæ nobiscum est, significat; hoc enim fecit; & conjunctio facta est Divinitatis nobiscum, qui Christi sumus membra; ipse vero nobis est caput.* Et iterum: *per mistionem, quæ fit in sacro altari, mysterium erucit perfectum accipimus nos fideles, & cum Christo conjungimur.* Quin & noster sacrosanctus Patriarcha Nierses in Cantico 72. super Prov. sic fatur: *Misit servos suos, sanctos nimirum Apostolos, ut vocarent ad potum lætitiæ misti calicis, & ad aquam, & sanguinem, quæ de latere Christi, in signum duarum ejus naturarum, egressa sunt: quorum mistura ineffabilem Verbi cum carne unionem designat.*

S. Ambr. l. 4. de Sacram. c. 4. & l. 5. c. 1. vinum & aquam in calice miscenda esse affirmat aliis verbis.

Hanc denique Calicis gratiarum commistionem ipsa quoque sancti Evangelii verba significant. Non enim dictum fuit: Accepit de cupa, vel de cellaria, guttulum, aut ejusmodi aliud vas, in quo merum asservari solet: sed, *comedentibus illis, accepit Jesus calicem*. Unde manifestum est, quod de mensa, in qua erat juxta morem appositus, calicem ipsum desumpsit, hoc est, craterem, aut quod simile vas, in quo poculenta miscentur. Neque dictum est:

Marc. 14.

A hoc purum vinum, aut hæc phiala, in qua illud purum de more servatur; sed, *hic est calix*. Calicem ergo nominans, in quo potus misceri solet, ipsius utique potus admistionem patefecit. Tum additur: *hoc facite in meam commemorationem*, in passionis videlicet, & mortis meæ memoriam, ut Apostolus exposuit dicens: *quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Cum igitur aqua mortem Domini nostri secundum carnem significet; quemadmodum & vinum vitam ejusdem denotat secundum divinitatem; cumque in morte ejus exierint sanguis & aqua: optimo quidem jure calix & aqua, & vino mistus, in sacris mysteriis offerri debet.

Luc. 22.

1. Corint. 11.

B In eo deinde, quod ulterius prædicant, Christum scilicet in nuda mensa post resurrectionem puro vino usum fuisse, hoc colligentes ex illis verbis: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum* &c. atque ex testimonio Chrysostomi dicentis: *de fructu vitis ait; vitis autem vinum, non aquam profert; ut profecto perniciosissimam quamdam hæresim radicitus extirparet; quia sunt quidam, qui aqua in mysteriis utuntur*: sciant, sacrum illum Doctorem propter eos, qui solam offerunt aquam, id fuisse loquutum. Non enim ait; sunt quidam, qui vino aquam miscent; sed, *qui aqua in mysteriis utuntur*: in mysteriis dicens, non panem, neque vinum indigitavit; hæc namque non my-
C steria, sed mysterii signa vocantur, hoc est, Incarnationis, & mortis Christi. Quod si, sunt quidam, dixisset, qui miscent aquam, justum forsitan esset, quod opinantur. Sed ait, *qui aqua utuntur*; idest, qui incarnationis, & mortis Christi mysterium aqua sola conficiunt. In morte autem Christi non modo aqua, sed sanguis etiam ex latere emanavit; sic & incarnatio non solum hominem, quem significat aqua; verum & Deum quoque continebat, quem sanguis signat. Quamobrem, quia Ebionitæ Christum, hominem solum existimabant, sola idcirco aqua in sacris utebantur mysteriis: quos beatus Irenæus irridens ait: *nolunt cælestis vini permistionem, sed sola illum recolunt aqua*; hoc
D est, unionem Divinitatis cum humanitate non fatentur in Christo, sed purum hominem illum asserunt; ea propter vinum, quod rei cælestis, nempe Divinitatis, indicium est, nolunt aqua miscere, ne illam videantur unionem admittere; sed solam offerentes aquam, terrestrem tantum hominem ipsum confitentur. Hanc præterea veritatem confirmavit magna synodus Carthaginiensis tempore Honorii & Arcadii, Theodosii senioris filiorum, coactu: nec non sexta synodus, Constantinopoli in Trullo Imperialis palatii celebrata, in qua præfata Chrysostomi verba propter eos, qui solam aquam offerebant, dicta fuisse declaratum est.

Math. 26.

Chrys. in Math. 26.

Conc. Carthag. III. can. 24.
Conc. Trul. c. 32.

Quod insuper de sanguine loquuntur, & aqua
E quæ de Christi latere sunt egressa; sanguinem scilicet in potum solummodo profluxisse, aquam vero dumtaxat in purgationem; falsum adhuc esse liquet. Nam sanguinem nedum potum significare, verum etiam purgationem, clare ostendit Evangelista Joannes in epistolis suis catholicis dicens: *Sanguis Jesu Christi filii ejus emundat nos ab omni peccato*. Et David propheta aquam in potum, & educationem quoque fuisse commemorat, dum ait: *In loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me*. Deinde utrumque hoc, in potum simul & purgationem esse sancti Ecclesiæ Doctores affirmant

Joan. ep. 1. c. 1.

Psal. 22.

mant

ANNO CHRISTI 1330.

1. Cor. 10.

mant Ephrem, Gregorius Nyssenus, & alii. D. enim Ephrem, in Expositione epist. ad Corinthios super illa verba. *Patres nostris omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari; & omnes eamdem escam spiritalem biberunt; bibebant autem de spiritali, consequente eos petra; petra autem erat Christus*; mare in exemplum affert baptismi, & nubem, quæ super capita Hebræorum extensa illos protegebat, in exemplum manus Sacerdotalis: *& quemadmodum*, ait, *homo per baptismum ad Christi corpus, & sanguinem ducitur, ita & populus ille, in mari prius baptizatus est, manna deinde spiritale comedit, & potum spiritalem bibit, aquam, quæ de petra recens scaturivit. Petra autem Christus appellatus est; quia Domini nostri latus, ad petræ similitudinem apertum, in omnium gentium expiationem & potum, aquam protulit & sanguinem*. Et Origenes in Cantica Canticorum expendens illa verba, *Botrus Cypri, fratuelis meus mihi in vineis Engaddi*, sic habet: *elevatus est Dominus noster supra crucem in loco, qui dicitur Golgotha, & acuta cuspide vulneratus, multisque pressus tormentis, sua donatus est sponsæ: sicut enim percussa petra aquam Hebræis effudit murmurantibus; sic & de latere Christi sanguis & aqua in potum gentibus effluxit gratantibus*. Idem similiter confirmat S. Gregorius Nyssenus in expositione ejusdem libri: *Pande os*, inquit, *& bibe aquam ex latere, de quo lancea tibi scaturiginem aperuit*. Si quælibet ergo communis aqua emundat, educat, ac omnibus potum ministrat; quanto etiam magis aqua vivifica, de nostri latere Redemptoris egressa, hoc in ecclesia plene perfecteque operabitur?

Cant. 1. ep. 70.

Circa vero Dominicæ Nativitatis, & Baptismi festivitates, quas uno simul die, nempe 6. Januarii, præter aliorum Christianorum consuetudinem, celebrandas contendebant; asserentes Jacobum fratrem Domini, qui unam ex septem catholicis epistolis scripsit, constituisse [1], ut utraque festivitas hæc 6. Januarii perageretur: quod cum olim aliquot jugiter annos ita observatum sit, ea propter & nunc eodem modo se observare profitebantur: ad hoc quoque respondendum est, satis compertum haberi, sanctam Romanam ecclesiam ab antiquis temporibus per traditionem a D. usque Petro Apostolorum principe exortam, festum Nativitatis 25. Decembris, & Epiphaniæ, seu baptismi 6. Januarii semper fuisse solitam celebrare. Et quamvis nonnullæ Asiaticæ regionis Ecclesiæ, præsertim Hierosolymitana, utramque festivitatem uno, eodemque 6. Januarii die antea peregissent; postea tamen, re melius a sanctis Patribus considerata, ab illo se errore retrahentes, eas divisim juxta morem Ecclesiæ Romanæ celebrare cœperunt, videlicet Nativitatis festum 25. Decembris, & Baptismi, seu Epiphaniæ 6. Januarii: quemadmodum & Paschatis festum, quamvis antea in Asiatica parte feria quinta veteris Hebræorum Paschatis ageretur, & hoc usque ad Constantini magni, sanctorumque Patrum Nicænæ Synodi tempora; ex iisdem tamen sanctis Patribus postea permutatum, in primum Sabbati diem translatum est, in quo dominicam Resurrectionem, ut Romana semper ecclesia solita fuerat, cunctis Christianis celebrandam decreverunt. Sicut igitur in Paschatis festo contigit, ita similiter & in festo Nativitatis, quod divisim ante Baptismum, seu Epiphaniam, 25. Decembris peragere statuerunt: ipsam vero Epiphaniam, seu Baptismum die 6. Januarii juxta sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ consuetudinem.

ANNO CHRISTI 1330.

Ratio autem cur in hujuscemodi festivitatibus celebrandis tanta prius diversitas præterfluxisset, ea est: quia nimirum Apostoli, ministerio verbi, ac prædicationis evangelicæ, pro viribus instantes, intenti erant potissimum, ut homines ab erroribus simulacrorum ad unius veri Dei cultum converterentur; cumque in hanc rem omnem curam, ac laborem adhiberent, festorum ordinem, amussitatumque uniuscujusque traditionis examen haud sane multum curavere, eo præsertim tempore, quo Apostolicæ prædicationi, perniciosæ Scribarum, ac Pharisæorum, aliorumque Judæorum hæreses ut cum maxime adversabantur, cum insurgebant falsæ Simonitarum, & Marcionitarum doctrinæ, acriter vexantes ecclesiam; exundabantque tempestuose ex Gentilium vi ac furore persecutionum procellæ, quæ sapientiæ domum arietabant. Quamobrem Ecclesiæ tunc ordines firmam ubique methodum retinere nequibant. Adde quod Apostoli in primævo illo surgentis Ecclesiæ statu ad infirmam hominum fidem descendentes, facile permiserunt, ut eas festivitates quævis Ecclesia juxta placitum sibi ordinem celebrasset: sicuti eamdem ob rem, ut Gentes ab idolorum cultu facilius retraherentur, ipsa adhuc evangelica præcepta, atque doctrinas permissione interdum & licentia, prout opus erat, attemperabant; non enim omnibus, & singulis simul rebus poterant perfecte prospicere. Quare ex quatuor illis dumtaxat tunc abstinendum præceperunt, ab immolatis simulacrorum, a fornicatione, sanguine, & suffocato; & hoc quidem, usquequo Ecclesia firmiorem sumeret in vera fide stabilitatem.

Posteris vero temporibus ab Apostolorum successoribus omnia sigillatim accommodatius, perfectiorique ordine disposita, atque præcepta sunt; quemadmodum & contigit, ut dictum est, in illa festivitatum Nativitatis, & Baptismi disjunctione, quæ ab iisdem sanctis Patribus postea in Ecclesia instituta fuit. Cujus rei necessitatem & causam ostendit beatus Cyrillus Hierosolymorum Patriarcha in epistola ad magnum Julium Romæ Papam: (hic autem Cyrillus non est ille, qui epistolam ad Constantium Imperatorem, magni Constantini filium, destinavit; sed quidam alius, illius Cyrilli in eadem Hierosolymitana sede successor.) Is igitur hæc ad Julium scripsit. *Multus quidem labor a ministris insumitur, & adhuc defectus occurrit in celebratione gloriosarum festivitatum Nativitatis, & Baptismi Domini nostri, dum utraque una simul die peragitur: omnes enim preces, lectiones & cantica, quæ in honorem tantarum solemnitatum debentur, defectu temporis absolvi minime possunt. Quomodo namque valeat quis festivitates illas cum suis mysteriis una die perficere, in urbe Bethlehem Nativitatem, ac deinde in Jordanem perveniens ibi Baptismum, ut fas est, celebrare? Nam cum Bethlehem in Australi plaga Hierosolymæ constituta sit, & ab illa tribus* di-

Vide Baron. ad an. 353. de pluribus Cyrillis Episc. Hierosol.

(1) Nullus Apostolorum id instituit; immo Apostolica constitutio oppositum præcipit his verbis: *Natalis Domini celebretur 25. die noni mensis, post quem celebretur Epiphania dies 6. die decimi mensis*: hoc est 25. Decembris, & 6. Januarii. Vide S. Clementem P. lib. 5. Constit. Apost.

distans milliariis; quinam fieri potest, at celebrans eodem die tantam viæ longitudinem pertransire, earumque festivitatum mysteria valeat explere? Ipse porro ex Hebræorum libris de festo Nunciationis prolis Zachariæ, ab illis die expiationum celebrata, accepi, quod inde sex mensibus enumeratis usque ad Annunciationem beatæ Virginis, atque hinc rursus novem aliis usque ad Christi Nativitatem, ejusdem Nativitatis festum non incidat ipsa die, qua nos illud una cum Baptismate concelebramus. Quapropter vestram deprecor sanctitatem quatenus diligenter illum Hebræorum codicem istbio inquirat, atque in eo rei suprascriptæ veritatem exploret; si qua forte festivitatum harum ab invicem separatio librorum quoque testimoniis effici possit, ut videlicet unamquamque seorsim proprio suo die honore debito peragamus.

Hæc itaque cum audisset beatus Julius, accuratissimam rei ipsius inquisitionem faciens, omnes Hebræorum libros, qui jussu Titi & Vespasiani Romanorum Imperatorum Hierosolymis Romam delati fuerant, congregavit; atque in Annalibus Josephi offendit, quod mense septimo in festo Expiationum hora ministerii apparuerat Angelus Domini Zachariæ in Templo, eique nuncium prolis retulerat; qui tamen cum Archangeli verbis fuisset incredulus, mutus in pœnam evaserat usque ad partum Elisabeth in sua sterilis senectute. Hoc autem adinvento, reliqua omnia ex eodem ordinate deducens beatus Julius, veritatem antedictam comprobavit. Nam primus Hebræorum mensis est Nisan, dictus a Romanis Aprilis; septimus vero, e Nisan enumeratus, est Thisrin, quo mense in festo Expiationum, quod eo anno contigerat secundum Romanos 24. Septembris, facta est Angeli Annunciatio Zachariæ. Hinc sex aliis mensibus annumeratis, devenitur ad Annunciationem Deiparæ Virginis, juxta illud Archangeli ad eamdem: *& hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis*: quod plane accidit die 4. Nisan & 25. Martii. Ex hoc rursus die novem elapsis mensibus, occurrebat Christi Nativitas 9. Tebet, & 25. Decembris.

Nisan interdum in Aprilem, interdum in Martium incidit.

Sic igitur Julius Papa, comparatis Hebræorum mensibus cum mensibus Romanorum, manifeste ostendit, Christi Nsiviiatem vere ipso die 25. Decembria contigisse; tum 6. Januarii Baptismum. Et quamvis sacrosancta Romanorum Ecclesia ita similiter antea, a divo usque Petro veteri traditione edocta, celebrasset; dein tamen sacrorum librorum testimoniis magis confirmata, cœpit in posterum utramque festivitatem illam prædictis diebus una cum aliis ipsam imitantibus Ecclesiis solemnius celebrare. Hinc S. Basilius, Archiepiscopus Cæsariensis, in suis quoque scriptis posuit Christi Nativitatem die 25. Decembris; monuitque Gregorium Nazianzenum, ut illam Bysantii eodem die perageret. Quin Nazianzenus ipse in Orat. de Christi Nativ. prius illam, ac postea Baptismum se celebrasse significat his verbis: *Ac quidem paulo post & Jesum purgatione mea in Jordane purgare videbis, vel potius aquas purgatione sua purificare.* Posthæc vero ait: *Nunc autem partum accipe, & prasulta*: Et iterum: *Nunc autem Theophania sive natalitia, præsens celebritas.* Tum quoque in Orat. sequenti de Baptismo ait: *Rursum Jesus meus, & rursum mysterium.* Ac tandem inferius: *Etenim sanctus luminum dies, ad quem pervenimus, quemque hodie divino beneficio celebravimus, Baptismum habet.* His quidem patefaciens, uno die Nativitatis, alio vero Baptismi festum esse peragendum.

Porro autem quamvis ritus hic, ex Julii Papæ temporibus exorsus, ab aliquibus observaretur Ecclesiis, ab aliquibus vero rejiceretur, & hoc usque ad magni Chrysostomi, piorumque Imperatorum Honorii & Arcadii, Theodosii senioris filiorum, tempora; tunc tamen in universam ecclesiam magis dilatatus, & canone firmatus fuit, hoc modo: Veniens enim Honorius Imperator Roma Byzantium, matri ac fratri retulit, quanta canticorum, precum, & lectionum solemnitate a Romanis Domini nostri Nativitas suo proprio die celebraretur, similiter & ejusdem Baptismus alio statuto die æquali celebritate, ac splendore. Quod cum istis magnopere arrisisset, accersentes magnum Joannem Chrysostomum, Constantinopolis tum Patriarcham, rem ei totam communicaverunt, de qua & ipse plurimum hausit jucunditatis ac lætitiæ. Jampridem enim exoptabat beatus (quemadmodum ipsemet in homilia de Christi Nativitate non obscure insinuat) idem Nativitatis festum ita solemniter lectionum, hymnorumque cantionibus juxta mysterii congruentiam celebrare, uti jam illi ex instituto solebant. Hac itaque de causa indixit multorum Episcoporum Concilium, ad quod præsertim magnus Epiphanius Cyprius, utpote qui Hebræus genere, maximeque in Judæorum libris versatus, accessit: ubi Patres post exquisitum explorandæ studio veritatis examen, incipientes ex nuncio prolis Zachariæ, ad exitum tandem dominicæ Nativitatis negotium perduxere.

Primum quippe ex divo noverunt Paulo, quod semel tantum in anno Pontifex in Sancta Sanctorum ingrediebatur: quandoquidem idem Apostolus ad Hebræos scribens ait. *In priori quidem tabernaculo semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia.* Porro mensis, ac dies, quando Pontifex ingrederetur, ab ipso Moyse præscripti fuerant his verbis: *Mense septimo decima die mensis affligetis animas vestras* &c. usque ad id quod subditur: *eritque vobis hoc legitimum sempiternum, ut oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno.* Hinc cognitum habuerunt, quod mense Thisrin, qui erat Hebræorum septimus, a Nisan primo enumeratus, die decimo ejusdem mensis, in jejunio Scenopegiæ, quando Pontifex propitiationem pro populo celebrabat, ingressus fuerat Zacharias in Sancta Sanctorum, eique Angelus apparuerat, & futuram prolis nativitatem nunciaverat: hoc autem accidit die 24. Septembris. Inde sex insuper enumeratis mensibus deprehenderunt annunciationem ab Archangelo factam beatæ Virgini die 4. Nisan & 25. Martii contigisse; quo quidem die, exactis a conceptione Elisabeth sex mensibus illis, sanctissima Virgo Maria concepit. Hinc tandem ulterius subducentibus, hoc est, ex 4. Nisan, & 25. Martii Nativitas Domini nostri Jesu Christi. 9. Thebet, & 25. Decembris illis comperta fuit.

Ad Hebr 9.

Levit. 16.

Postquam autem dominicæ tempus Nativitatis cunctis isto examine innotuerat, directum fuit hac de re universale mandatum ex alma urbe Roma in Ecclesiam Constantinopolitanam, & ad Johannem Patriarcham Hierosolymorum, & ad Flavianum Antiochiæ Patriarcham, omnesque sanctæ Romanæ Ecclesiæ adhærentes, unanimiter decreverunt, ut ejusdem Nativitatis festivitas 25. Decembris solemniter in universa

cele-

celebraretur Ecclesia, festumque Baptismatis 6. Januarii; eratque tunc temporis Ecclesiæ Romanorum Patriarcha Anastasius. Scripserunt autem ex urbe Bysantia, sicut ad alias Ecclesias, sic & ad magnum [a] Isaac epistolam, ut vel ipse cum tota Ecclesia conveniret. Hinc interim, cum noluisset in perniciem Armeni regis Ardasciræ una cum Armeniorum primatibus conspirara, eumque apud regem Persarum falsis impetere calumniis, fuerat ab iisdem magnatibus, ac præsertim ab ambitioso quodam calumniatore, falsoque Sacerdote, Suormach nuncupato, apud ipsum Persarum regem de falso hoc crimine accusatus: Rex noster Ardasciras, inquiunt, & Isaac Patriarcha cum Græcorum Imperatore fœderati, rebellionem a tuo cœptare dominio, machinantur. Quibus fidem adhibens Persa & Regem, & Patriarcham ex eorum throno dejecerat: ipsumque Suormach, tamquam in mercedem proditionis patriarchali remuneraverat dignitate. Ea propter dum in adventu generalis illius mandati Rex Arbasciras, & Isaac Patriarcha in Ardavasensi provincia exularent, nullum ex eodem beato Isaac responsum ad Arcadium Imperatorem, ac D. Joannem Chrysostomum Constantinopolis Patriarcham redire potuit: unde & illa consequenter Ecclesiæ Armenicæ cum magna Romanorum, aliorumque Christianorum Ecclesiis conformatio in festis dominicis celebrandis ad exitum tunc perduci nequivit. Quocirca sciendum insuper est, non modo omnes Orthodoxorum Ecclesias, verum etiam & hæreticorum, quæ a recta fide, aliisque sacris ordinibus Ecclesiæ postea declinarunt, in horum tamen celebratione festorum cum eadem Romanorum Ecclesia concordasse; cujusmodi sunt Nestoriani, Eutychiani, aliique complures, qui licet in fidei professione, aliisque traditionibus ab Ecclesia sancta dissentiant, in hac tamen re omnes ei concordes inveniuntur.

a Isaac decimus Armenius Patriarcha.

Præterea quod dies Nativitatis præscriptus verus sit, ipsa quoque solstitia indicant; nam tempore, quo Christi nativitas incidit, sol incipit retrocedere, dies crescere, nox vero decrescere. In nativitate autem Joannis, quæ Christi nativitatem sex mensium spatio præcedit, dies decrescere, nox vero incipit crescere, quemadmodum Joannes ipse populo prædicebat dicens: *illum oportet crescere, me autem minui*, Quod & Chrysostomus verba faciens de conceptione Elisabeth matris Joannis his innuit verbis: *Inventum est*, ait, *ipso die octavo kalendarum Octobris esse æquinoctium*, *in quo est inchoatio noctis major*, *quam lucis*, *illum enim oportet crescere*, *inquit*, *me autem minui*. Tot igitur ac talibus rationibus nos inducti firme credidimus diem 25. Decembris vere illum esse, cui dominicæ festum Nativitatis occurrit; quod & definivimus, ut ex vicesimo dia ejusdem mensis Armeni jejunium dictæ Nativitatis observent quinque diebus, post quos festivitatem illam solemniter celebrabunt.

Chrysost. in serm. de nativ. Jo. Bapt.

Hanc autem de festis celebrandis, aliisque suscipiendis traditionibus veram ecclesiæ catholicæ definitionem nonnulli aberrantes a veritate rejiciebant, deque nobis obloquebantur dicentes; idcirco unam festivitatem in duas separant, ut unum quoque Christum in duas personas, & duos filios divisum confiteantur: quod absit omnino; sed ipsi potius negantes duas illas naturas, quas in una Christi persona inconfuse unitas ecclesia sancta confitetur; atque credentes, quod post ineffabilem unionem ablata sit differentia naturarum, unam in eodem Christo naturam statuebant. Testem vero sui sceleris beatum faciebant Cyrillum, eo quod ad ineffabilem unionem illam confirmandam quandoque dixerat: *una est natura Verbi divini incarnati*: profecto ignorantes, quod sicut ibi ad unitatem Verbi declarandam dixerat Beatus unam Verbi divini incarnatam naturam; ita & alibi sæpius ad comprobandum duas naturas, in una Christi persona inconfuse unitas, cum ipse Cyrillus, tum Athanasius, Chrysostomus, aliique sancti Patres diserte, & clare locuti fuerant: quos inter & magnus Nazianzenus in epistola ad Cledonium dicens: *Naturæ duæ, nam Deus & homo*. Et iterum in Orationibus de Theologia ait: *Contra quam in Trinitate res se habet*; *illic enim in tribus personis una natura*; *hic autem in duabus naturis una cernitur persona*. Rejiciebant illi præterea, ut supra dicebamus, calicis admistionem; neque duas operationes in Christo, divinam scilicet & humanam, ut ecclesia Catholica credit, confitebantur: sed & in suo errore pertinaciter obfirmati, a magnæ ecclesiæ Romanæ traditionibus, & decretis, quibus reliquæ omnes obtemperabant, nostram Armenam Ecclesiam jam averterant.

Quamobrem egregius Patriarcha noster Gregorius, ut nos in unum Ecclesiæ sanctæ corpus, sub uno capite Christo constitutum, iterum revocaret; utque hanc *radicem amaritudinis*, *sursum germinantem*, *per quam multi inquinabantur*, penitus extirparet, omnes divinos codices, sanctorum Patrum doctrinas, ac definitiones, eas præcipue, quæ e sacrarum Scripturarum oraculis ab iisdem erutæ fuerant, accuratissime perscrutatus, comperit prædictas ecclesiæ Romanæ traditiones, quas illa tum de sacra Calicis commistione, tum de Dominicæ Nativitatis, & Baptismi festivitatibus, tum de duabus in una Christi persona unitis naturis ab initio servaverat, rectas omnino, ac veraces fuisse. Quapropter ipsemet manu propria canones ecclesiæ nostræ præscribens mandavit nobis, ut aquam in calice juxta aliorum Christianorum consuetudinem misceremus; ut festum Annunciationis celebraremus die 25. Martii, & Nativitatis 25. Decembris, & Baptismatis 6. Januarii, & Purificationis Deiparæ Virginis 2. Februarii, & ejusdem Assumptionis 15. Augusti, & Exaltationis S. Crucis 14. Septembris, reliquas vero Sanctorum festivitates juxta Menologii dispositionem ageremus; illæque, quas sua peculiari traditione Armeniorum Ecclesia antea celebrabat, eodem modo in posterum observarentur.

Ad Hebr. 12.

Decrevit insuper, ut quemadmodum Orthodoxorum Ecclesia credit, duas naturas in una Christi persona propter inconfusam unionem confiteremur; ut Missæ sacrificium supra corporale conficeremus; ut in Ecclesia essent Clerici juxta uniuscujusque ordinis gradum initiati; ut in Vigiliis Paschatis, Nativitatis, & Baptismatis ab aliis cibis paschalibus abstinentes, piscibus tantum & Oleo secundum magnæ ecclesiæ Romanæ ritum contenti essemus; ac denique ut Trisagii adjectionem illam, *qui crucifixus es pro nobis*, in humanitatem Christi referremus. Abstulit etiam a nobis excommunicationem, quam Conciliabulum [a] illud iniquum in miscentes aquam, & festa modo superius tradito celebrantes injuste pronunciaverat. Tum deinde pontificium epistolæ [b] illius diploma, in

a Conciliabulum Manaschiertense Armenum.

b Hæc Epistola directa reperitur ad Haytonem cœnobitam, patrem Leonis regis.

ANNO CHRISTI 1311.

in quo relati Canones scripti fuerant, proprio sigillo consignans, misit ad pissimum regem nostrum Leonem, ut eos magna Episcoporum, Magistrorum, & Patrum cœnobiorum Synodo in Armena ecclesia confirmandos curaret.

Porro cum interim remunerator animarum, vitæque largitor, pastor noster & Dominus Jesus Christus eumdem servum suum, & Antistitem nostrum Gregorium e molestis laboribus, in suo grege regendo strenue exantlatis, ad æternam requiem transtulisset; quare ad opus istud perficiendum pervenire nequivit; pissimus rex noster Leo, & dominus noster religiosissimus Hayton, ne hoc charitatis concordiæque inceptum optato fine frustaretur, per universam suæ ditionis regionem edictum promulgarunt, ut nimirum omnes Episcopi, magistri, & Patres cœnobiorum in unum undique locum pro concordia & unione cum sancta Romana ecclesia ineunda congregarentur. Quamobrem illi statim in regiam civitatem Sisim in Templum SS. Apostolorum Petri et Pauli, alias S. Sophiæ nuncupatum, plenissimo cœtu simul omnes convenerunt: ubi quoque præerant Rex ipse Leo, regisque pater dominus Hayton, nec non dominus noster Oscinus nunc Dei gratia Rex Armeniorum, et dominus Alinahh frater regis; adstantibus Oscino Armeniorum duce generali, domino Sembat, domino Raymundo, aliisque Armenis principibus et optimatibus.

Quod ubi factum est, e vestigio memoratam Gregorii Patriarchæ nostri Epistolam, atque ab eodem de festis celebrandis, aliisque traditionibus suscipiendis definitos canones coram universo Concilio produxerunt. Tunc pientissimus Leo Rex Patribus cunctis injunxit, ut Canones illos singulatim diligentissimo examine perpenderent; ac siquidem veraces fuissent, reciperent, et in Armeniorum ecclesia confirmarent; sin aliter, rejicerent uti futiles, et commentitios. Et quidem post longam accuratamque scrutationem compertum illis fuit, decreta Patris nostri Gregorii, SS. Apostolorum Canonibus sacrisque scripturis consentanea omnino esse: quare visum est omnibus ibi congregatis episcopis, magistris, et Patribus illa, tamquam veraces et Apostolicas constitutiones, reverenter amplecti; quin et in membranis transcripta, in ærario ecclesiæ inter pretiosos Domini thesauros asservare. Deinde juxta decretorum illorum statuta communi omnium consensu sancitum fuit, ut Dominicæ festum nativitatis die 25. Decembris in posterum ageretur; ut calix Domini vino et aqua mistus offerretur; ut duas naturas in una Christi persona, propter inconfusam unionem confiterentur; utque demum septem generalia Concilia, et quicquid in eis a Patribus definitum fuerat susciperent. Hanc autem constitutionem, ut perpetuo firma persisteret, singuli propriis nominibus subscripsere, suoque munierunt sigillo, ad gloriam Christi Domini, et spei nostræ.

Verum enimvero Diabolus, qui veritatis, et pacis adversarius est, ac perpetuus inimicus, unionemque corporis Ecclesiæ Christi odio habet, sicuti olim tempestuosis Gentilium agitationibus, at incursibus sapientiæ domum evertere satagebat, crebrisque hæresum procellis Ecclesiam perturbare; ita nunc similiter viros quosdam insipientes, ac veritatis oppugnatores, iterum pullulare fecit: quibus profecto maxime curæ fuit Constitutionis hujus veritatem subvertere, atque nostram, quæ cum aliis Orthodoxorum ecclesiis erat, concordiam dissolvere, et demoliri; immo quicquid a SS. Patribus de Dominicis festivitatibus, aliisque traditionibus decretum fuerat, vanum reddere, ridiculumque. Quapropter huc illuc discurrentes veros illos Canones, qui in Metropolitana civitate Sisensi in templo S. Sophiæ ecclesiæ nostræ traditi, at confirmati fuerant, abolere conati sunt, asserentes eos Constitutionibus Apostolicis, et S. Illuminatoris nostri Gregorii traditionibus esse contrarios. His autem nugatoriis et adversantibus verbis complures ex incauto populo decipientes, a veritate hujus Constitutionis averterant; quibus etiam in Concili abula convocatis, aliam contra traditionem ecclesiæ Catholicæ, et Apostolicæ sectam tuendam proposuerant.

ANNO CHRISTI 1320.

Quæ quidem omnia cum ad Oscini pientissimi regia nostri aures pervenissent; Rex incunctanter missis ad sacrosanctum Patriarcham Constantinum nunciis, per quos hæc eadem illi significavit, iterum Generale Concilium per omnem suæ ditionis locum indixit; mandans cunctis Episcopis, Magistris, et Patribus cœnobiorum, ut in unum simul convenientes rem totam accuratius pertractarent, veritatem patefacerent, atque malum de medio tollerent, sicut inquit Apostolus: *Auferte malum ex vobis ipsis: nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Et alibi: *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illum inquinentur multi.* Quamobrem in celebrem civitatem Adanum in templum D. Minasi, quod regio palatio adjunctum est, in magna Transfigurationis Domini nostri Jesu Christi solemnitate, una simul nos infrascripti convenimus

1. Corinth. 5. Ad Heb. 12.

Constantinus Armeniorum omnium Patriarcha.
Joannes Archiepiscopus Tarsi.
Constantinus Archiepiscopus Sisis.
Joannes Archiepiscopus Daroni.
Stephanus Episcopus Adani.
Joannes Episcopus Anazarbi.
Joannes Episcopus Mamujesti.
Nierses Episcopus Molievoni.
Stephanus Episcopus Parzerperti.
Jacobus Episcopus Ghabni.
Gregorius Episcopus Marseiæ.
Nuntius Episcopus Nepergheri.
Constantinus Episcopus Anghuriæ.
Marcus Episcopus Gharuz.
Stephanus Episcopus Ghoghuonii.
Jacobus Episcopus Salamastæ.
Constantinna Episcopus Marantuniæ.
Stephanus Episcopus palatii patriarchalis.
Joannes Magister N.
Cyriacus Magister Eremita.
Gregorius magister Chiermaghperi.
Gregoris Magister N.
Martyr Magister N.
Antistes, Pater Monasterii Thiurehtensis.
Basilius Pater Monasterii Khorinensis.
Oscinus piissimns Rex Armeniorum.
Alinabh frater regis, ac dominus Tarsi ac Lamproni.
Sembat dominus Asgburri.
Hayton, Armeniorum Dux generalis.
Raymundus dominus Micchalechui.
Oscinus dominus Ghorricusi.
Sembat dominus Sembataghelæ.
Oscinus dominus Ghubitarri.
Lichus, dominus Khenzorouiæ.
Tarasius dominus Cirfreghelain.

Aliique-

ANNO CHRISTI 1320.

Aliique Principes, ac Nobiles Armeni. Aderat etiam Capellanus Regis Tarasius una cum multis Sacerdotibus, et religiosis viris.

Nos igitur omnes, sacræ scripturæ testimoniis traditionibus SS. Patrum, atque Orthodoxorum Conciliorum definitionibus, diutius adversus homines illos disceptantes, perspicue demonstravimus, falsam, vanam, commentitiamque eorum esse doctrinam: memoratam vero sanctorum Conciliorum, et Patriarchæ nostri Gregorii Constitutionem omnino justam, veram, rectamque comperimus; neque ut ipsi inaniter effutiebant, sed potius Illuminatoris nostri S. Gregorii semitibus consonam, et Canonibus Apostolicis valde consentaneam eam fuisse perspeximus. Quapropter in confirmationem antedicti decreti magni Concilii Sisensis, et nos hic una congregati Episcopi, Magistri, et Patres definiendo præcipimus, ut ejusdem præcedentis Concilii mandata, atque decreta ab omnibus summo in honore, et reverentia, non secus ac Evangelicæ et Apostolicæ Constitutiones, habeantur: omnisque in eo præscripta traditio, atque ordo festivitatum celebrandarum, indefectibiliter in Armeniorum Ecclesiis observentur. Eos autem qui vel huic nostro, vel præcedentis Concilii decreto quomodlibet adverientur, sive Regulares illi sint, sive sæculares, per divinum Spiritus sancti mandatum a catholica et apostolica Romana ecclesia separamus, atque rejicimus; quin et a nostro sancto grege repellimus, quousque ad pœnitentiam revertantur. Quare nemo in posterum audeat hujusce nostræ definitionis veritati contrarius apparere; ne Domini, et Dei nostri Jesu Christi damnationem, ac punitionem in hoc, et in futuro sæculo incurrat. Porro autem ut hoc nostrum decretum firmum semper ac stabile permaneat, Nos omnes hic congregati Patres, tradito supra signum sanctæ Crucis, et sacro Evangelio juramento, nomina nostra in fine illius propria manu subscripsimus, idemque proprio uniuscujusque sigillo consignavimus.

Constantinus Armeniorum omnium Patriarcha consentiens subscripsi.

Joannes Archiepiscopus Tarsi. Et reliqui omnes ut supra.

Similiter quoque fecere piissimus, et in Christo fortissimus Armeniorum Rex, dominus noster Oscinus, et sapientissimus, ac religiosissimus dominus Alinahh frater Regis; et magnus Dux generalis dominus Hayton; aliiqua Principes et Optimates Armeniæ ad gloriam Christi Dei et spei nostræ, qui cum Patre et Spiritu Sancto est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 1321.

CONCILIUM LONDINENSE

A Waltero archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno Dom. 1321.

Ex Collectii Appendix. Tom. XI.

Præceptum regis Edwardi II. ne quicquam statuatur in concilio, in præjudicium dicti regis, vel regni.

* Waltero.

REx venerabilibus in Christo patribus W*. eadem gratia archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati, ac cæteris episcopis et prælatis Cantuariensis provinciæ, ad concilium provinciale apud Londin. in proximo conventuris. Mandamus vobis in fide et dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter inhibentes, ne in dicto concilio quicquam in nostri, aut status, coronæ nostræ, vel regni nostri præjudicium statuatis, faciatis, seu quomodolibet ordinetis. Teste rege apud Pountfreyt super Thamesiam 30. die Novembris. Per ipsum regem.

Constitutiones VValteri Reynaud, archiepiscopi Cantuariensis.

TITULI CAPITUM.

Multa hujus concilii capita eadem fere sunt, atque Conc. Lond. ann. 1342.

CAPUT PRIMUM.

Ca. 6. Conc. Lond. ann. 1342.

Quantum pro insinuationibus testamentorum, ac compoti administrationis, in bonis defunctorum, acquetantiarum litteris, & labore, recipi debeat per quemcumque.

ADeo quorumdam animos, nostris temporibus, sæva cupiditas occupavit, quod quæstum reputantes pietatem, non curant quibus studiis suæ cupiditatia sitim reficiant, dum venale exhibent nefando commercio, gratis impendere quod deberent. Sane licet bonæ memoriæ S. * archiepiscopus Cantuariensis, prædecessor noster, provincialis concilii deliberatione statuit, quod pro insinuatione testamenti cujusvis defuncti, cujus bonorum inventarium C. solidos summam non excedit, nihil penitus exigatur: quia tamen circa testamentorum insinuationes defunctorum, quorum inventaria bonorum dictam summam excedunt, seu circa id quod pro ac-

* Simon.

ANNO CHRISTI 1311.

acquietantiis calculorum, vel compotorum, administrationes bonorum concernentium hujusmodi testamenta, quid determinate debeat recipi minime providetur: locorum ordinarii, tam pro insinuationibus, quam acquietantiarum litteris, in hac parte sic immoderate ac excessive pecuniam exigunt, quod defunctorum exhaustis & consumptis facultatibus, per extortiones illicitas in præmissis, decedentium voluntates ultimæ, etiam in iis quæ relinquuntur in usus pauperum, vel alias causas, de residuo nequeunt adimpleri; quorum occasione laici contra dictos ordinarios, veluti consumentes & usurpantes quæ tueri tenentur, exasperantur non modicum, necnon ad fraudes & superstitiosas inventiones quotidie provocantur. Unde igitur, ut tantæ usurpationis contumelia depellatur, statuimus quod, pro probatione vel approbatione, seu insinuatione testamentorum quorumcumque, nihil per episcopos seu ordinarios alios recipiatur omnino. Per clericos tamen scribentes insinuationes hujusmodi, sex denarios recipi permittimus pro labore.

Quod si aliquod inventarium bonorum cujuscumque defuncti, in compoto triginta solidorum summam reperiatur excedere, quod ad centum solidos minime extendatur: pro compoto & agendis omnibus circa ipsum, acquietantiarumque litteris, seu aliis quibuscumque, episcopi, aut ordinarii, aut deputati ab eis ad audiendos compotos, vel ministri alii hujusmodi compotis intendentes, ultra duodecim denarios recipere non præsumant.

Si vero centum solidorum summam, aut ultra, minus tamen viginti librarum, hujusmodi continеant inventaria: trium solidorum perceptione penitus sint contenti. Sed si viginti aut ultra, citra tamen quadraginta librarum summam habeant: ultra quinque solidos, pro labore, litteris, & supradictis aliis, non admittant. Quod si sexaginta librarum, vel ultra, minus tamen centum librarum summam attingant hujusmodi inventaria: decem solidos pro præmissis recipiant & non ultra. Si vero hujusmodi inventaria centum librarum & amplius, minus tamen quam centum & quinquaginta librarum summam contineant: ultra viginti solidos pro prædictis recipere non præsumant. Sed si centum & quinquaginta librarum summam, vel amplius: pro singulis quinquaginta libris, quas ultra summam centum librarum contineri contigerit in eisdem, ordinarii pro prædictis, singulos decem solidos cum prædictis viginti solidis, recipere valeant, & non ultra. Clericos tamen pro singulis acquietantiarum litteris, quas in hac parte scribunt, ultra præmissa, sex denarios recipere permittimus pro labore. Si vero quicquam in aliquo casuum præmissorum, ultra summam prætaxatam, quavis cautela, in pecunia numerata, seu rebus aliis, contingat recipere: fabricæ ecclesiæ cathedralis loci, infra mensem reddere teneatur. Alioquin extunc episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, sibi esse ingressum ecclesiæ interdictum; inferiores vero, ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque de hujusmodi duplo dictis ecclesiis cathedralibus, plenam satisfactionem impendant. In ipsa quidem probatione, vel approbatione, seu insinnatione testamentorum quorumcumque, vel postea, ante administrationis compotorum redditiones factas fideliter, litteræ acquietantiarum nullatenus concedantur, sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ per sex menses; quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto.

II. *De visitatione & procuratione archidiaconorum, ac aliorum ordinariorum.*

Ibid. c. 7.

Quamvis lex naturæ, fructum laboris retribuat operanti: sic tamen æquitatem amplectitur, ut non laborantem, potissime circa ea quibus vacare tenetur ex debito, non manducare præcipiat negligentem. Sane nonnulli archidiaconi, & alii superiores & inferiores ordinarii nostræ provinciæ, lucris temporalibus inhiantes, & quæ Dei sunt projicientes a tergo, in suarum visitationum progressibus, venationibus & aliis vacantes insolentiis, ad loca visitanda multoties tales mittunt, quorum exhortatione, seu informatione, clerus & populus non instruitur; ab ecclesiis, quas die visitationis non ingrediuntur nec inspiciunt, & a quibusdam per se vel alios nullatenus visitatis, necnon & a pluribus, quas per alios perfunctorie visitari faciunt uno die, quarum quælibet ad procurationem unius diei consuetam, pro ipsis archidiaconis & suis ordinatis famulis competenter sufficeret, a singulis ecclesiis, rectoribus, seu vicariis eorumdem, procurationes solidas

in

ANNO CHRISTI 1321.

in pecunia, contra sanctiones canonicas, exigere non formidant. Excogitata etiam superstitiosa quadam fraude, sæpius visitaturi ecclesias dies visitationum hujusmodi faciendarum præveniunt, in noctibus ipsos dies præcedentibus, in domibus rectorum, seu vicariorum, ad eorum sumptus, cum excessivis & onerosis familiis & venaticis morantur: ac in crastino, impensa visitatione, procurationem plenam & solidam extorquent in pecunia pro dieta, tanquam in victualibus minime procurati; quamquam cum talibus dicto die prandeant visitatis. Nos præmissis, tam pro subditorum quiete, quam excedentium salute, cupientes occurrere: districtius inhibemus præsentis auctoritate concilii, ne quis procurationem, ratione visitationis solvendam, aliquam recipere præsumat ab ecclesia, nisi visitationis officium eidem diligentius impenderit, scrutatis personaliter & inspectis per ipsum cum effectu quæ fuerint indaganda.

Si quis vero plures ecclesias visitare voluerit uno die: procuratione unica in victualibus, vel pecunia, ad quam omnes & singulas, sic unico die visitatas, proportionaliter faciat contribuere, prout tradunt canones, sit contentus. Et si nocte præcedente suam visitationem, in quavis ecclesia faciendam, ad sumptus rectoris seu vicarii visitandi, seu die visitationis, in prandio steterit cum eisdem, veram æstimationem sumptuum hujusmodi in procurationem, si eam in pecunia visitans licite duxerit exigendam, computare, seu allocare, vel pro ea, in toto vel in parte, studeat compensare: ita quod non ultra sumptus hujusmodi solidam procurationem in pecunia, nec amplius quam deductis eisdem sumptibus de procuratione in pecunia exsolvenda superfuerit, præsumat recipere vel exigere quovis modo. Si quis autem aliter fecerit: donec indebite percepta restituerit, ab ingressu ecclesiæ noverit se suspensum.

Verum quia plures archidiaconi & alii ordinarii, honoris prærogativa vel nobilitate generis decorati, in suis visitationibus incedentes, familiarium & vecturarum statutum in canonibus numerum sic excedunt, quod procurantes eos in victualibus, excessive & indebite onerantur, ultra æstimationem procurationis, quæ in pecunia solet solvi: nos visitatis hujusmodi, an in pecunia quantitatis solitæ, vel in victualibus, visitantes eosdem voluerint procurare, optionem liberam reservamus. Si visitata insuper ecclesia capellas habuerit dependentes ab ea: statuimus, quod pro ecclesiæ suarumque capellarum hujusmodi visitatione, procuratione unica, & quæ pro una ecclesia præstari solet in diœcesi, cujus est ecclesia, visitatores archidiaconi, & alii ordinarii, sint contenti: sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, quam ipso facto incurrant, donec duplum illius, quod ultra hujusmodi procurationem unicam receperint, fabricæ suæ solverint ecclesiæ cathedralis.

III. *De inductionibus in beneficiis ecclesiasticis faciendis.*

Item ipsi archidiaconi & eorum officiales, aliique ministri ecclesiastici nostræ provinciæ, post collationem beneficiorum ecclesiasticorum, vel institutionem factam in ipsis, promotos in beneficiis hujusmodi, ad superiorum mandata inducere, ac inductionem certificatoriis litteris facere vel condere, differunt & recusant, nisi eis de immoderata summa pecuniæ satisfiat. Sacro statuimus approbante concilio, quod is, qui sic promotum tenetur inducere, pro labore, ac sui & suorum fumptibus universis, circa inductionem hujusmodi faciendam, quomodolibet impendendam, necnon pro certificatoriis inductorum litteris, perceptione dimidiæ marcæ penitus sit contentus. In illis tamen locis, quibus inducendi minus solvere consueverant inducentibus pro præmissis, gravius solito, constitutione præsenti, non intendimus onerare. Si quid vero ultra hæc inductores, occasione præmissorum, recipere, seu ut recipiant quicquam amplius, inductionem faciendam per ipsos, vel inductionum certificatorias litteras facere, & inductis tradere, exquisitis coloribus differre, aut ratione constitutionis præsentis, in locis quibus inducti minus dimidia marca pro iis præstare consueverant, solito plus exigere illos contingat indebite: culpabiles in hac parte pœnam suspensionis ab officio & ingressu ecclesiæ tamdiu incurrere volumus ipso facto, donec contra hæc recepta solventibus restituant, & læso sua culpa satisfaciant debite de præmissis. Ibid. c. 2.

IV. *Ne instituti in beneficiis ecclesiasticis, vel promoti ad sacros ordines, pro suis habendis litteris prægraventur.*

Nova insatiabilis ambitio adinvenit, ut clericis institutis in ecclesiasticis beneficiis, seu ipsis collatis eisdem, vel ad ordi- Ibid. c. 3.

ANNO CHRISTI 1322

ordines sacros promotis, pro litterarum super iis habendarum scriptura, labore, ac sigillis, fiant multoties exactiones immensæ, id reprobante canone & dicente: quod sicut non decet episcopum manus impositionem vendere, ita nec ministrum, vel notarium, calamum venundare. Archidiaconorum etiam, & suorum officialium, necnon aliorum clerici, certificatorias litteras inquisitionum, super vacationibus beneficiorum factarum, renuunt tradere præsentatis: nisi summam nimis excessivam pecuniæ habeant pro scriptura. Nos tantum abusum abolere volentes, præsenris deliberatione concilii, duximus ordinandum; quod pro scriptura singularum litterarum, inquisitionum, institutionum, vel collationum & commissionum, ad inducendum in beneficiis hujusmodi, vel certificatoriorum ipsarum, ultra singulos 12. denarios sterlingorum; pro litteris vero singulis sacrorum ordinum vel dimissarum, ultra singulos sex denarios, dicti clerici, per se vel per alios, non recipiant quovis modo. Cæterum quia ordinarii suis tenentur ministris stipendia constituere, quibus debeant merito contentari; pro sigillatione litterarum hujusmodi, nihil omnino exigi volumus vel persolvi, ne cujusvis speciei velaminis, solutio pro sigillo litterarum hujusmodi' in prædæ quæstum damnabilem convertatur. Et ne temeritas, provisa remedia violans, prætereat impunita, si contra præmissa quicquam recipiatur ab aliquo: duplum sic recepti reddi præcipimus solventibus, infra mensem. Alioquin ex tunc clerici beneficiati, sic receptorum inique, duplum reddere differentes, ab officio & beneficio tamdiu se noverint suspensos. Clerici vero non beneficiati, ingressum ecclesiæ sibi noverint interdictum, quousque de duplo hujusmodi satisfactionem impendant solventibus competentem.

V. *De bigamia.*

Frequens habet multorum querimonia, quod captis & incarceratis pro sceleribus, judices sæculares & alii, contra clericos ad forum ecclesiæ petentes remitti, objiciunt bigamiam, super qua cognitionem usurpantes, indebite habentes eam, jurata laicorum assertione aliquotiens pro probata, clericos laqueo suspendere non formidant: quamvis bigamiæ, quæ ex matrimonii dependet juribus, cognitio & discussio, ad forum ecclesiæ debeant pertinere, cum de matrimonio & iis quæ sumunt ab ipso efficaciam, ut in causa dotis & bastardiæ cura sæcularis utitur, sæcularis pietas * nequeat judicare. Viduam insuper aut duas feminas in uxores ducens solemniter, ex iis frequenter non contrahit bigamiam, & quidam revera bigami apud ipsos pro talibus nnn habentur: sicque fallens laicos oculorum judicium, ipsos cogit æstimare bigamos, qui nunquam contraxerant bigamiam. Interdum etiam clerici, licet in sceleris facto deprehensi non fuerint vel convicti, tanquam facinorosi, vel suspecti de crimine, sine injuria personali, capiuntur per potentiam laicalem, & in carcere detinentur vincti: nec suis redduntur ordinariis, ipsos requirentibus, secundum canones libere judicandi. Ex quibus ecclesiæ libertas confunditur, dum clerici a laicis judicantur, & ipsi super hujusmodi abusione judicant, quæ ab eis penitus ignorantur. Unde statuimus, quod si capti & incarcerati, se clericos asserentes, propter bigamiæ objectum; seu si clerici alii incarcerati noti fuerint, & in possessione clericatus reperti, deren-torcs eorum, ad ordinariorum requisitionem illis eos reddere recusantes, per locorum ordinarios excommunicati publice nuncientur. Civitates, & castra, villæ, seu loca nostræ provinciæ, in quibus clerici prætextu bigamiæ adjudicati neci fuerint, & in quibus detenti fuerint clerici, post requestam ordinariam minime liberati, necnon terræ ipsos detinentium, ecclesiasticum sustineant interdictum, donec hujusmodi ordinariis reddantur, & processu in præmissis competenter fuerit satisfactum. Imponentes insuper clericis falsa crimina, & malitiose confingentes commenta vel fraudes, propter quæ clerici capiuntur & detinentur injuste, similiter excommunicati, sicut sunt, publice nuncientur.

* 1321. *Corr. potestas.*

VI. *Ne in privatis oratoriis Missarum solemnia celebrentur.*

Cap. 1. Conc. Lond. ann. 1314.

Quam sit inhonestnm & Divinæ reverentiæ contrarium, in privatis oratoriis seu capellis, pro Divinorum celebratione non deputatis, antiquitus * vero dotatis, aut in domibus minime consecratis, Missarum celebrare mysteria: sanctiones canonicæ, sæculariumque traditiones principum, debitæ considerationis judicio prospexerunt. Quas sacerdotes regulares & sæculares nequiter contemnentes, nulla necessitate cogente, Divina celebrantes in eis, varia discrimina-

* *f.* aniquitus dotatis.

ANNO CHRISTI 1321.

mina pariunt animabus, dum ecclesiarum parochiani, a suis ex hoc se retrahentes parochialibus ecclesiis, ac sic informationibus salutaribus, quæ in eis solent fieri, frequenter carentes, nonnullis prohibitis, & communioni quorumdam illicitæ, temere se ingerunt; & contra doctrinam, qua præcipitur, iniquam conditionem alteri per alterum non afferri, plurimis ex hoc malis emergentibus, parochialium ecclesiarum detrahitur bonori & commodo consueto. Nos de fratrum nostrorum & totius concilii assensu decrevimus, quemcumque in oratoriis, capellis, aut domibus hujusmodi, seu in loco minime delibato. * Missarum solemnia, diœcesani non obtenta licentia, contra canonum prohibitionem, de cætero celebrantem, suspensionem a Divinorum celebratione, per mensem incurrere ipso facto: nisi forte locus in quo Divina taliter absque licentia diœcesani celebrantur, aut ipsius loci dominus, sedis apostolicæ auctoritate, seu speciali privilegio, super hoc fore prætenduntur inimici. Quo casu, in locis illis hujusmodi celebrantes, auctoritates vel privilegia, & eorum tenores, locorum ipsorum diœcesanis infra duos menses a publicatione præsentis statuti, exhibere efficaciter teneantur. Alioquin ex tunc Divina celebrantes in eis, in dictam suspensionis pœnam ipso facto incurrant. Sacerdotes tamen, quos in oratoriis vel capellis regum, seu reginarum Angliæ, aut liberorum suorum erectis, vel etiam erigendis, Missas celebrare contigerit, pœna prædicta nullatenus coartari. Cæterum quia diœcesani in concedendis super iis licentiis, exhibentes se nimis faciles, ex sua lenitate, cum ecclesiarum parochialium injuria, jacturam inferunt animabus: omnes & singulos nostros suffraganeos exhortamur, ut ad celebrandum Divina in locis hujusmodi, non nisi personis indigentibus, & ex causis magnis & probatis, licentiam de cætero non concedant.

* f. dedicato.

VII. *De capitulis archidiaconorum.*

Excussis subditorum oneribus, in eorum quiete superiores quiescunt suaviter, & foventur in pace. Sane considerantes, quod officiales archidiaconorum, sua capitula de tribus in tres septimanas annis singulis celebrantes, per varia loca decanatuum nostræ provinciæ, illuc frequenter, quo vitæ necessaria difficulter obtineant, declinantes, ad ea rectores & vicarios ecclesiarum, in quibus hujusmodi celebrant capitula, sumptibus onerant excessive, scandali & calumniæ materiam suscitari: eo gravius facientes, quod si diebus illis per rectores & vicarios hujusmodi splendide non procureotur ad votum, ipsos vexant laboribus, quæsitisque coloribus, & causis confictis, infestant graviter & molestant. Unde præsentis statuimus deliberatione concilii, quod hujusmodi singula capitula, in loco cujuslibet decanatus dictæ provinciæ, magis insigni, & in quo communiter victualia valeant reperiri venalia, de cætero celebrentur. Quodque officiales & cæteri ordinariorum ministri, sumptibus dominorum, tam in hujusmodi celebratione capitulorum, quam in aliis actibus, quos pro suis exercent dominis, quibus ad hoc ecclesiastici deputantur redditus, peragant exercenda. Citationes autem & præfixiones ad capitula hujusmodi, locis aliis quam magis insignibus, decanatuum celebranda, & processus, quos in eis fieri contigerit in posterum, ipso jure decernimus fore nullos: ac officiales prædictos pro suorum negotiis dominorum expediendis, sumptus a dictis subditis exigentes indebite, seu ipsos occasione non præstationis hujusmodi sumptuum infestantes, eos ipso facto ab officio suspensos volumus remanere.

VIII. *Pro apparitorum regulatione.*

Apparitorum turba pestifera, subditis cumulant gravamina excessiva, dum archidiaconi locorum, in archidiaconatuum suorum singulis decanatibus apparitores ponunt equites, qui in decanatibus hujusmodi, sub se habentes alios pedites, cum garcionibus ad malum deditis naturaliter incedentes, ad sumptus rectorum & vicariorum hujusmodi, ad quos nimis frequenter declinant, cum ipsis diutine commorantur. Quibus etiam non contenti apparitores prædicti, pecuniarum collectas in quatuor anni capitulis generalibus faciunt inter eos, agnos nihilominus, & lanam, suis temporibus colligendo: & non conferentes eis in collectis hujusmodi, per fas & nefas infestare procurant & malitiose vexare. Unde sacri approbatione concilii statuimus, quod singuli nostri suffraganei unum apparitorem equitem, & alium dumtaxat habeant peditem, per diœcesim eorumdem: locorum vero archidiaconi nostræ provinciæ, pro suorum archidiaconatuum singulis decanatibus, unum ha-

ANNO CHRISTI 1322.

habeant apparitorem & peditem incedentem; qui cum rectoribus, aut ecclesiarum vicariis, ultra unam noctem & diem unicam in anno, ipsorum sumptibus non morentur, nisi per ipsos invitati fuerint ad moram specialiter ampliorem; nec in capitulis generalibus collectas in pecunia, seu aliter, de lanis vel agnis, faciant aliquales: gratis tamen eis data, cum gratiarum recipere valeant actione. Quod si plures apparitores contra hæc fuerint deputati, vel eorum aliqui præmissa temere præsumpserint violare: ipsos ab officio apparitorum perpetuo suspendimus ipso facto.

☞ AD CONCILIUM PROVINCIALE LONDINENSE

Anno 1321. *habitum*

ADDITIO.

Mansi Suppl. t. 14. p. 402.

PRovinciale concilium anno 1321. ad diem 1. decembris Londinum indictum circa tempus illud reipsa convenisse quamvis non satis demonstrat Labbeus; ex iis quæ inferius afferentur satis constabit. An vero constitutiones illæ quas inter acta ejusdem concilii ex Spelmanno recitat Labbeus, reipsa ad archiepiscopum Cantuariensem Walterum, seu potius ad Simonem, ut est in MSS. quibusdam, sive ad Stephanum, cui vindicant codices alii, pertineant, nemo certo definierit; sicut nec satis constat utrum a concilio Londinensi anno 1321. seu potius ab altero Oxoniensi succedentis anni conditæ sint. Etsi tamen concilio huic minime tribuantur, sunt tamen hujus pariter concilii acta alia, quæ in Labbeo desunt, hic vero ex Wilkins to. II. pag. 507. dantur.

Ad celebrandum concilium totius provinciæ Cantuar. archiepiscopus mandatum emisit, quod cum executione ejusdem hic sequitur.

Ex reg. Adæ de Orleton, ep. Hereford. fol. 39.

Reverendo patri in Christo, &c. Adam, &c. Mandatum venerabilis patris domini S. Dei gratia London. episcopi II. calend. decembris in crepusculo recepimus tenoris, & content. infrascript. Venerabili in Christo patri domino A. Dei gratia Ereford. episcopo, S. ejusdem permissione episcopus London. salutem, & sinceræ dilectionis continuum incrementum. Literas & mandata reverendi in Christo patris & domini, domini W. Dei gratia Cantuar. archiepiscopi, totius Angliæ primatis, 18. calend. decemb. recepimus in hæc verba: Walterius permissione divina, &c. venerabili fratri domino S. Dei gratia London. episcopo, salutem, & fraternam in Domino charitatem. Non sine magnæ sollicitudinis studio dedimus hactenus operam, & adhuc libenter impendimus operosa prosecutione labores, ut de multiplicibus hujus regni turbationibus, quas per aliqua tempora dispendiose pertulit, ad pacis gaudia idem regnum redeat & quietis. Cum enim mente revolvimus, quanta pericula ecclesiæ Anglicanæ, viris ecclesiasticis, & cæteris regni incolis in promptu se offerunt his diebus, profecto tanto graviore commotione concutimur, quanto regnum ipsum, quod ab olim pacis pulchritudine gaudere consueverat, nostris jam temporibus guerrarum dissidiis expositum, intestini belli discrimine naufragari pertimescimus, nisi divina opitulante clementia his præsidio occurratur celeriter opportuno. Ut autem animarum, ac corporum, atque rerum imminentibus dispendiis obvietur, & pacis tranquillitas extra suos terminos his diebus, proh dolor! exulata, ad debitæ reducatur reconciliationis amplexus, eo promptius, eoque ferventius ad pacem hujusmodi procurandam studia nostra habemus apponere; quod id sub gravibus pœnis per sacros canones prælatis est commissum, tepiditate quacumque seposita, mutuo ipsorum interveniente consilio, diligentius exequendum. Volentes igitur in habendo super his tractatu, in quibus omnium ac singulorum causam agi conspicimus, vestro, ac cæterorum fratrum nostrorum coepiscoporum, ac cleri totius nostræ Cantuar. provinciæ in concilio, quod ex causis præmissis, urgentissimis, ac notoriis ex deliberato consilio cum quibusdam fratribus nostris jam præsentibus convocand. duximus, consilio ac auxilio perpotiri, & in ipsis procedere juxta tractandorum qualitatem negotiorum, & sacrorum, ut præmittitur, canonum instituta; vobis in virtute sanctæ obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatenus omnes & singulos coepiscopos, suffraganeos nostros provinciæ nostræ Cant. peremptorie citetis, & per ipsos episcopos singulos in suis diœcesibus decanos, & priores ecclesiarum cathedralium, archidiaconos, abbates, & priores alios suos conventus per se regentes, exemptos & non exemptos, ac eorum conventus, totumque clerum, prout singulis subesse noscitur, peremptorie citari faciatis, & curetis, quod dicti fratres nostri, & ipsorum singuli decani, & priores ecclesiarum cathedralium, ac archidiaconi singuli personaliter; singuli vero abbates & priores conventus per se regentes, exempti & non exempti, ac singula capitula, & conventus singuli per unum, clerusque cujuslibet diœc. per duos procuratores super præmissis, & aliis, statum ecclesiæ Anglicanæ, & totius regni concernentibus, in ipso concilio pertractand. una nobiscum, & cum cæteris fratribus tractaturi, primo die mensis Decembris in ecclesia sancti Pauli London. de mane sufficienter compareant, cum continuatione & prorogatione dierum subsequentium, consilium, auxilium, & assensum ordinandis, faciendis & statuendis ibidem ad laudem Dei, populi quietem, & utilitatem totius reipublicæ salubriter impensuri, facturi & recepturi in eodem concilio ulterius, secundum tractandorum naturam, quod ecclesiæ at-

que

ANNO CHRISTI 1321.

que regni hujus saluti congruit & quieti; fratribus nostris & personis superius nominatis expresse denunciantes, quod contra ipsos non comparentes, & in pacis prosecutione negligentes, ad quam quilibet nostrorum fratrum ex injuncto canonis sub gradus sui amissionis pœna tenetur, quantum nobis a jure permittitur, puniendo procedemus, ipsosque in his, in quibus nostra se jurisdictio non extendit, de tam damnabili negligentia deferemus sine mora. Termimum vero compariritionis taliter abbreviari oportuit propter imminentia, & notoria pericula, quæ ad hujus regni desolationis miseriam tendere dignoscuntur, & dilationem ulteriorem non expetunt, nisi competenti remedio eisdem celerius occurratur; vos etiam prædictum nostrum mandatum, quantum vos decanum, & capitulum vestrum, archidiaconos, & abbates, priores, conventus, & clerum vestrum contingit, per omnia fideliter faciatis ac etiam observetis. Et ne mandatum nostrum hujusmodi arte, ingenio, aut negligentia deludatur, vobis, ut supra, injungimus, quod coepiscopis nostris, & suffraganeis omnibus & singulis consimiliter injungatis, ut singuli ipsorum de suis executionibus cum citatorum nominibus plene nos certificent die & loco prædictis, quatenus ad eos attinet secundum formam superius annotatam. De die vero receptionis præsentium, & quid de executione præsentis mandati feceritis, nos ad dictos diem & locum distincte & aperte certificari curetis per litteras vestras patentes, harum seriem, & citatorum nomina plenarie continentes. Dat. apud Lamheth 18. calend. Decembris, anno Domini MCCCXXI.

Cupientes igitur dicti patris mandatum cum reverentia debita exequi, ut tenemur, vos tenore præsentium peremptorie citamus, ac per vos cæteras personas, de quibus supra fit mentio, quatenus vestram diœc. contingit, citari volumus & mandamus, quod compareatis & compareant dictis die & loco, factur. cum continuatione & prorogatione dierum, quod dicti patris mandatum exigit & requirit. Et quid in præmissis feceritis, præfatum patrem eisdem die & loco, una cum citatorum nominibus, certificetis certis litteris patentibus, habentibus hunc tenorem. Dat. apud Stebenheath 17. cal. Decembris, anno Dom. supradicto. Hujus igitur auctoritate mandati omnes illos, quorum nomina in schedula præsentibus annexa continentur, citari fecimus, secundum exigentiam vestri mandati prædict. Cumque propter temporis brevitatem, & inundationem aquarum insolitam clerus nostræ diœc. cum ea, qua mandastis, celeritate non potuit congregari, super executione dicti mandati, circa quam vel de contingentibus, quatenus nobis fuit possibile, est omissum, vestram paternitatem ad primum diem decembris certificare non potuimus, ut mandastis, super quo vestra benignitas nos habere dignetur favorabiliter excusatos. Dat. apud Bosbur. 3. calend. decemb. anno Dom. supradicto.

Excusatio episcopi Hereford. de non venienda ad concilium.

Ex reg. Adæ de Orleton, episc. Hereford. fol. 53.

Reverendo in Christo patri domino W. Dei gratia Cantuar. archiepiscopo &c. Adam, &c. Licet ad pacem regni, & tranquillitatem procurandam, & firmiter tenendum consilium & auxilium parati semper simus summopere exhibere, quod tamen sacro concilio vestro primo die mensis decembris in ecclesia sancti Pauli London. convocato, occurrere personaliter non valemus, justis & urgentibus necessitatibus multipliciter impediti, venerabilem virum magistrum A. Murymouth, juris civilis professorem, & canonicum nostræ ecclesiæ Herford. ac dilectum filium dominum R. de Prynton, rectorem ecclesiæ de Aks nostræ diœc. & eorum alterum, ad nostram absentiam excusandum, nostros certos nuncios ad vestram venerabilem præsentiam destinamus; ac ipsis & eorum alteri vices nostras committimus, ad tractandum super propositis in dicto concilio, & consentiendum his, quæ ad laudem Dei, ecclesiæ tranquillitatem, & regni pacem, ac totius reipublicæ utilitatem in præfato concilio ordinata fuerint seu statuta. Dat. apud Bosbury 3. calendas Decembris, anno Dom. MCCCXXI.

Littera regis episcopo Exon. missa in causa Hugonum le Despenser.

Ex reg. Stapledon. Exon.

Edwardus, Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, & dux Aquitan. venerabili in Christo patri Waltero, eadem gratia episcopo Exon. salutem. Cum Hugo le Despenser senior, & Hugo le Despenser junior, nuper ad prosecutionem quorumdam magnatum de regno nostro per quamdam considerationem per ipsos factam ab eodem regno exulati fuissent & exhæredati, ac iidem Hugo & Hugo postmodum per petitionem suam nobis porrectam nobis suggesserint, quod in consideratione prædicta plures errores intervenerint; quorum prætextu dicta consideratio revocari & adnullari de jure debet; & nobis cum instantia supplicaverunt, ut nos ad vinculum juramenti per nos præstiti tempore coronationis nostræ, nec non ad tenorem magnæ chartæ de libertatibus Angliæ, qua sententia excommunicationis confirmatur, & in qua continetur, quod nulli negabimus aut differemus rectum aut justitiam, necnon ad ordinationes nuper per prælatos & proceres dicti regni nostri factas, & per nos approbatas, ac de voluntate & mandato nostro juratas, in quibus etiam continetur, quod dicta magna charta in singulis suis articulis observetur; debitam considerationem habentes prædicti Hugonis & Hugonis, justitiam in hac parte fieri, & errores prædictos debito modo corrigi & emendari faceremus: quam quidem petitionem venerabilibus patribus W. archiepiscopo Cantuar. episcopis, et aliis prælatis, et clero Cantuar. provinciæ, in provinciali concilio tunc apud London. existentibus, fecimus liberari, eis in fide & ligeancia, quibus nobis tenentur, firmiter injungentes, quod diligentius examinatis in eadem petitione contentis, nobis consulerent, quid inde de jure facere debemus, ac iidem archiepiscopus, episcopi, & prælati tunc in eodem concilio præsentes pro se, & procuratores cæterorum episcoporum ejusdem provinciæ absentium nobis responderunt, quod habito avisamento pleniori super negotio prædicto, eis videbatur considerationem prædictam, quantum ad exilium & exhæredationem prædictorum Hugonis & Hugonis, erronee factam fuisse totaliter & injuste, per quod ipse archiepiscopus, & episcopi, ut patres spirituales, nobis cum instantia supplicarunt consulendo, &, ut pares regni nostri, con-

ANNO CHRISTI 1321.

concordarunt, & unanimiter assensum præbuerunt, ut nos considerationem prædictam ita erroneæ, & contra Deum & justitiam factam revocare et adnullare faceremus; adjicientes, quod nec ipsi, nec aliquis eorum considerationi prædictæ unquam consenserint seu consenserit; sed quod unusquisque eorum tempore considerationis supradictæ factæ, protestabatur in scriptis, se nolle nec posse eisdem consentire: nosque postmodum petitionem et responsionem supradictas coram nobis in præsentia prælatorum et cleri prædictorum, immo et dilectorum et fidelium nostrorum Edmundi, com. Cantuar. fratris nostri, Jo. de Britann. Richmund. Adomari de Valentia, Pembroch, Edmundi Arundel, comitum, ac aliorum procerum regni nostri nobis tunc assistentium, de assensu eorumdem publice recitari fecerimus; qui quidem comites et proceres responsionem prælatorum et cleri prædictorum super præmissis in omnibus concordarunt, et nobis una cum prælatis prædictis supplicarunt, ut nos considerationem prædictam revocari et adnullari faceremus, et ad hoc assensum suum præbuerunt; dictique Richmund. Pembroch, et Arundel comites asseruerunt, quod assensus, quos considerationi prædictæ adhibuerunt, fecerint præ timore posse indebita pati, * quod dicti magnates in consideratione prædicta subito ipsis ignorantibus duci fecerunt: ac nos similiter habito cum justitiariis nostris, et cæteris de concilio nostro, super præmissis tractatu diligenti, iidem justitiarii et cæteri asseruerunt considerationem prædictam contra legem et consuetudinem regni nostri fuisse factam; nos, pro eo quod in dicto concilio absentes fuistis, volentes, certiorari, utrum vobis videatur, quod responsiones, consilium, requisitio, et consensus per prædictos archiepiscopum et prælatos in dicto concilio tunc præsentes, et per prædictos comites et proceres, ac cæteros de concilio nostro super negotio prædicto sic facta, rite facta fuerint, et utrum eisdem responsionibus et consilio, quantum vobis est, consentire volueritis, necne; vobis mandamus in fide et ligeancia, quibus nobis tenemini firmiter injungentes, quod habita deliberatione super præmissis, de eo, quod inde senseritis, et facere volueritis, ac per nos consulitis fieri in eisdem, per vestras patentes literas sine dilatione qualibet rescribatis, remittentes nobis hoc breve. Teste meipso apud Wigorn. 4. die Januar. anno regni nostri XV.

* Deest aliquid

Summa respons. episcopi Exon.

Se in ea esse sententia, considerationem non fuisse quoad exilium et exhæredationem Hugonum rite factam, et posse revocari; sed hoc optime fieri debere in parliamenteo, prout ibidem prius facta fuerat.

CONCILIUM APUD PERTHUM IN SCOTIA

Anno 1321. habitum.

Affert Wilkins t. II. pag. 512.

Mense Julio hujus anni concilium ecclesiarum Scoticarum apud Perthum habitum fuisse meminerunt rotulæ regis Roberti I. n. 85. in collect. comitis de Panmurre, p. 65.



CONCILIUM PROVINCIALE ROTOMAGENSE

Incerti loci anno 1321.

Ex Bessin Concil. Rotomag. Prov. pag. 174.

AD Concilium provinciale suffraganeos Rotomagenses hoc anno reipsa convenisse testantur acta varia litigii inter Abbatias S. Audoeni Rotomagensis, & S. Victoris apud caletas super electione abbatis ejusdem S. Victoris. Inde nimirum constat re eo in Concilio ventilata & discussa, Abbatis S. Victoris electionem S. Audoeni capitulo adjudicatam fuisse.

Quod præterea in eo Concilio fuerit actum, non proinde liquet. Existimaverim tamen casus reservatos, quos ex MS. Fiscanensi subnectimus, in hoc ipso Concilio communibus Comprovincialium suffragiis decretos fuisse. Suadent id, tum decretum, ne persona Ecclesiastica in fraudem suæ jurisdictionis per clamorem de Haro *aut alias exquisitas versutias, ad secularium judicum forum se pertrahi procurarent; quod ea tempestate summo studio cavebatur, & gravi mulcta plectebatur. Annum demum 1321. indigitare videtur quintus casus* Qui a Judæo sumpserit potionem: *eo enim ipsomet anno propter hujuscemodi veneficas potiones Judæi ex universo Galliæ regno exulare compulsi sunt, ac leprosi non pauci, quibus propter eas administrandas abusi fuerant, flammis addicti. Ita diserte M. Chronicon S. Ebrulfi Uticensis, cui alii pariter scriptores suffragantur.*

CASUS RESERVATI

Per Concilium Provinciale Rotomag. modo exquirantur.

I. Qui faciunt sortilegia de Sacramentis Ecclesiæ.
II. Qui malitiose procurat abortivum.
III. Qui ad conjungendum vel distinguendum (f. disjungendum) factum matrimonium, deponunt scienter falsum testimonium.
IV. Qui ad exhæredandum aliquem falsum testimonium deponunt.
V. Qui a Judæo sumpserit potionem.
VI. Clerici, qui se supponunt justitiæ sæculari, vel qui exhibent emendam in factis personalibus, ubi *Haro* fuerit, si præsumant respondere, vel causas hujusmodi agitare coram judicibus sæcularibus.
VIII. Judices sæculares, qui de causis Ecclesiæ se intromittunt qualitercumque, si moniti generaliter fuerint.

IX.

ANNO CHRISTI 1322.

IX. Quicumque judices, qui generaliter sunt A moniti, ut assisias & placita diebus dominicis, & festis Apostolorum, & beatæ Mariæ, & Joannis Baptistæ, & aliis quæ a Cleto & populo celebtanrur, tenere desistant.

X. Illi qui impediunt jurisdictionem Ecclesiasticam.

XI. Facientes violentiam Clericis indebite ultra quam exigit rebellio defendentia: vel qui detinent eos ultra requisitionem judicis Ecclesiastici.

XII. Illi qui invocant dæmones per artem magicam, vel per.... consentientes.

XIII. Persona Ecclesiastica, quæ contra personam Ecclesiasticam studiose procurat *Haro* fieri, ut causam trahat coram judice sæculari.

XIV. Matrimonia inter contrahentes clandestine.

Omnes prædicti sunt excommunicati per provinciale Concilium Rotomagense.

CONCILIUM MAGDEBURGENSE

ANNO CHRISTI 1322.

Anno Christi MCCCXXII. Joannis XXII. Papæ VI. Ludovici Bavari regis VIII.

Borchardus Dei gratia archiepiscopus S. Magdeburgensis Eccl.

P. Harthzeim Conc. Germ. t. IV. p. 280.

CIrcumspecta juria providentia congrua provisione disposuir; quod constitutionum decreta, nunc novorum jurium editione, ounc antiquorum additione, detractione ac declaratione, utilitate suadente, valeant prout personæ, causæ, loca, tempora, negotia, & instans necessitas postulaverint, in melius reformari; cum enim dicat canon, quod ob hoc leges conditæ sint, ut eorum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refræneiur malitia & nocendi facultas. Ob hoc necesse est, quod secundum necessitatem prædictarum varietatum leges & statuta hominum, per quæ contra præmissa optimum remedium adhibetur, immutationis quamdam recipiant novitatem, ita quod singulis de novo morbis emergentibus sua auxilia coaptentur. Saoe in concilio Provinciali dudum in Magdeburgensi ecclesia, disponente Domino, celebrato, statuta quædam pro reprimendis oppressionibus, reformandis moribus, & corrigendis excessibus, ac libertatibus conservandis, sacro approbante concilio edidimus, prour tunc temporis, communi utilitate pensata, vidimus expedire. Nunc vero præsentium experientia temporum quædam D in eisdem statutis supplenda, quædam etiam restringenda, & aliqua eorum expositionis declaratione adjuvanda, apertius manifestat.

I. Sancti igitur hujus approbationa concilii adjicimus & sanximus, pœnas omoes per denuntiationem, excommunicationem, cessationem a solemniis divinorum, & subtractionibus ecclesiasticorum sacramentorum ac ecclesiasticæ sepulturæ, & unctionis extremæ in priori Magdeburgensi concilio nostro ei inflictas, qui archiepiscopum vel episcopum Magdeburgensis provinciæ intra provinciam ipsam ceperit, aut captum detinuerit in eadem, vel socius fuetit E detentionis, æqua ratione extendendas ad eum, qui archiepiscopum vel episcopum ejusdem provinciæ percusserit, seu atiam vulneraverit, aut socius facientis fuerit, seu alia commiserit, quæ jam de captivatoribus sunt antedicta.

II. Insuper in pœnam ampliorem addentes, quod quilibet de prædictis præsumptoribus, sicut reus criminis læsæ majestatis, perpetuo sit infamis, nullus ei debita reddere, nullus ei in judicio respondere teneatus, si qua vero pheoda ab ecclesia, cujus archiepiscopum vel epi- B scopum in præmissis offenderit, obtinet, sit eis ipso jura privatus, & sic libere ad ecclesiam revertaotur.

III. Loca etiam, in quibus iidem captivatores, percussores, vel vulneratores, ac alii prædicti, vel eorum aliqnis domicilium obtinet, aut jurisdictionem de jura vel facto exercet, similiter & locus, in quo detinetur archiepiscopus vel episcopus sic captivus generali subjaceat interdicto. Verum quia in concilio anteriori cavetur omnes pœnas contra captivatores ibidem statutas inviolabiliter observandas, donec C captum liberum & absolutum dimitti contingat, præstita prius satisfactione debita & condigna; pari ratione duximus statuendum: quod antequam percusso seu vulnerato fuerit per emendam condignam satisfactum, nequaquam cessandum esse ab executione, seu observationa pœnarum percussoribus seu vulneratoribus superius inflictarum.

IV. Ceterum, quia archiepiscopi vel episcopi captio vel percussio aut vulneratio, si evenerint, non poterunt forsitan statim esse cognitæ, statuimus: quod quandocumque super aliquo eorum, saltem per famam publicam divulgatam, notitia habeatur, ex tunc absque dilatione quacumque, denunciatio & cessatio a sollemniis divinorum, & interdictum, sina ulla notificationa alia districtius observentus, & iidem malefactores in genere excommunicati publice nuntientur: in specie vero nonnisi constiterit per mandatum, singulis diebus dominicis accensis candelis, & pulsatis campanis, prout in priori Magdeburgensi concilio da talibus est statutum.

V. Similiter volumus ad notitiam captionis ablatis, præpositi, archidiaconi, canonici, vel rectoris alicujus ecclesiæ, aut clerici cujuscumque sufficere pro executione facienda insinuationem, quam super hoc publica defart fama.

VI. Præterea detestanda quorumdam temeritas, qui in sua causa jussæ sibi * dicera contra personas ecclesiasticas exhibent se molestos; cum enim aliquid quæstionis contra personas ecclesiasticas habere proponunt, licet personæ tales paratæ sint, & paratas se exhibeant stare juri coram judice competente; nihilominus tamen iidem impignoratores, qui vulgo *pandatores* dicuntur in bonis seu rebus ad personas hujusmodi spectantibus committere non verentur,

* f. dicendo

ANNO CHRISTI 1322.

tur, ex quo quidem facto quandoque damna gravia & tædia inferuntur. Cum igitur non est malitiis hominum indulgendum, provida deliberatione sanximus: quod tales, qui impignorationes seu pandationes hujusmodi contra personas ecclesiasticas, ut prædicitur, attemptare præsumunt, nisi, postquam super hoc a judice competente moniti fuerint, infra duos dies post monitionem eamdem proximos revocent cum effectu & de damnis satisfaciant competenter, excommunicationis sententiam incidant ipso facto, & nihilominus tamen perdant ea quæ jure sibi dicunt debita, cum sibi jus dicere non A liceat, sicut legitimæ perhibent sanctiones.

VII. Postremo statuimus districtius & providemus consultius, quod statuta præsentis concilii debeant statutis priori Magdeburgensis concilii indivisibiliter aggregari, & quod quilibet archidiaconorum & archipresbyterorum habere apud se debeat copiam eorumdem, & quod statuta eorumdem ad minus semel in anno in synodis generalibus publice recitentur, quod etiam servari volumus in synodis particularibus, in quibus consueverunt archidiaconi seu archipresbyteri residere.

Datum Magdeburgi.

SYNODUS PRAGENSIS

Anno Christi MCCCXXII. celebrata.

Joannes Dei gratia S. Pragensis ecclesiæ archiepiscopus, Apostolicæ Sedis legatus, universis & singulis Prælatis, Præsidentibus, Clericis sæcularibus & Religiosis, curatis & non curatis, aut eorum loca tenentibus, nobis ordinario & legationis jure subjectis salutem in Domino.

P. Hartzheim Conc. Germ. t. IV. pag. 540.

INter cunctas sollicitudines nostras, quibus nos pastorale officium & debitum injunctæ servituris astringit, illa debet esse præcipua, ut gregis Dominici nobis superna dispositione commissi animarum cura non negligatur, & ne illum lupus rapax antiquus humani generis inimicus invadat, ejusque sanguis de nostris, quod absit, Propheta dicente, manibus requiratur. Sane cum secundum canonicas sanctiones ultimo deputandis supplicio negari, si petant, non debeat Pœnitentiæ aut Eucharistiæ Sacramentum, abusum damnabiliter in quibusdam locis provinciæ & diœcesis nostræ contra hoc introductum hac synodali constitutione abolere volentes, omnes & singulos Barones, nobiles Justiciarios, Bailivos, Capitaneos Burgimagistros, magistros civium, Judices & Juratos, ac alios Dominos temporalem jurisdictionem obtinentes, nobis ordinario & legationis jure subjectos requirimus, monemus & hortamur, & per viscera misericordiæ D. N. J. C. obsecramus in Domino, ut ab hujusmodi desistant abusu, mandantes & injungentes in virtute S. obedientiæ, & sub pœna excommunicationis præfatis Prælatis & ecclesiarum Parochialium Rectoribus & Plebanis, quatenus præfatos Dominos Barones, nobiles Justiciarios, Bailivos, Capitaneos, Burgimagistros, magistros civium, Judices, & Juratos, nec non alios dominos quoscumque præsidentes eis, & temporalem jurisdictionem obtinentes, & in eorumdem parochiis consistentes toties, quoties opus fuerit, moneant & requirant, quos & nos præsentis nostri statuti requirimus, & monemus auctoritate, ut ipsi præfatum usum damnabilem aboleri facientes, omnes & singulos ultimo supplicio deputandos, ante hujusmodi supplicium, si petant aut affectaverint ex devotione, permittant recipere & sumere Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramentum, seu viaticum cum affectu, quibusvis impedimentis seu fucatis occasionibus procul moris. Quod si præfatorum Prælatorum præsidentium seu Plebanorum monitionibus & requisitionibus, ac præsenti nostræ constitutioni acquiescere non curaverint, damus & tenore præsentium plenam concedimus facultatem præfatis Plebanis & Præsidentibus, in præfatos B Barones, nobiles Justiciarios, ac alios Dominos omnes & singulos supradictos temporalem jurisdictionem obtinentes, non parentes hujusmodi nostræ salubri constitutioni, sententias ecclesiasticæ censuræ, toties, quoties opus fuerit proferendi, & monitione canonica præmissa promulgandi, nec non ad denunciationem eorumdem procedendi, si necesse & visum fuerit expedire. Ratas etiam atque gratas habebimus sententias quas, præfati Prælati, Plebani, & Præsidentes in tales nobiles eire tulerint, & faciemus auctore Domino firmiter observari.

Præterea in tantum, peccatis exigentibus, corda quorumdam presbyterorum simoniaca servitus depravat, quod nec Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ aut extremæ Unctionis, nec benedictionem nubentium aut exequias seu sepulturam mortuorum, sive alia quæcumque spiritualia suis nolint subditis ministrare, nisi pro hujusmodi spiritualibus, seu administratione ipsorum eis solvatur, vel promittatur pretium ex pacto pro suæ turpitudinis excusatione, immo verius accusatione diuturnam consuetudinem prætendentes: & quamvis hæc per statuta provincialia, dudum per prædecessores nostros edita, sunt expresse prohibita & vetita; nos attendentes, quod ea quæ super iis repetuntur, melius memoriæ commendantur: ne tam perniciosam venalitatem videamur nostris temporibus approbare, præfatum statutum in libello statutorum provincialium expressum, per nostrum præsens statutum duximus repetendum, mandantes, quatenus singula prædicta Sacramenta, & res sacræ non obstante quacumque consuetudine sine exactione cujuscumque temporalis emolumenti libere conferantur; & quicumque de cetero præmissorum, vel alicujus ex præmissis venditor deprehensus fuerit, si est Rector ecclesiæ, perpetuo ipsa privetur; si vero vicarius seu socius fuerit, ad nostros carceres, ni pœnitentiam agat, detrudatur. Insuper archidiaconi locorum, seu decani rurales, si pro sacris liquoribus, chrismate, vel oleo per se vel alios aliquid præsumpserint extorquere, suis beneficiis perpetuo spolientur, & quia desidia & oblivio mater ignorantiæ existunt & confusionis, ideo districte præcipimus, & mandamus omnibus archi-

ANNO CHRISTI 1322.

chidiaconis & decanis civitatis & diœcesis nostræ Pragensis, quatenus libellum statutorum hujusmodi, & aliorum per prædecessores nostros & nos editorum tam synodalium quam provincialium, habeant, & in suis convocationibus A integre legant, & publicent sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ &c.

Dat. Pragæ ann. Dom. 1322. die 17. mensis Junii.

CONCILIUM BORGOLII

Primo indictum, deinde Valentiam diœcesis Papiensis translatum, in quo Matthæus Vicecomes, hostis Ecclesiæ & contumax hæreticus declaratus est, ac a fidelium communione segregatus.

Ex Ughelli Italia Sacra tom. 4.

IN nomine Domini. Amen. Dudum sanctissimus Pater, & Dominus noster Joannes magna Dei providentia Papa XX. habens Mathæum de Vicecomitibus de Mediolano, filios, suos & quosdam alios ex certis causis graviter suspectos de labe hæreticæ pravitatis, & propterea volens, quod contra ipsos procederetur, nobis fratri Aicardo Dei gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopo, ac fratribus Barnabæ priori provinciali Lombardiæ, Paxio de Vedano, Jordano de Montecucho, Honesto de Papia inquisitoribus hæreticæ pravitatis in dicta provincia superioris Lombardiæ, suas direxit litteras in hac forma: Joannes Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Archiepiscopo Mediolanensi, ac dilectis filiis inquisi- C toribus hæreticæ pravitatis in superiori Provincia Lombardiæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Profanus hostis, & impius auctor immanis scelerum, & culparum Matthæus Vicecomes de Mediolano partium Lombardiæ rabidus populator, &c. Dat. Aven. 11. Kal. Jan. Pontif. nostri anno VI.

Nos autem Archiepiscopus, et Inquisitores præfati receptis cum reverentia debita litteris suprascriptis, volentes mandatis præfati domini nostri humiliter, et efficaciter obedire, timentes probabiliter, ac visibiliter suspicantes, quod idem Matthæus nuncios citationem nostram deferentes ad eorum præsentiam accedere, immo nec civitates, castra, terras, et loca, quæ de- D tinet occupata, intrare non permitteret quoquo modo, cum notorium esset in partibus Lombardiæ, quod nullus portans litteras maxime contra eum, ad ejus præsentiam, et terras quas tenebat, et tenet sua tyrannide, accedere permitteret, sicut nec adhuc permittitur, quia dictis litteris spolietur, sicut accidit nuper a festo Nativitatis Domini citra in personis venerabilis Patris Domini Simonis Parmensis Episcopi, ac religiosorum virorum Arnulphi S. Ambrosii, et Lanfranchi S. Simpliciani Mediolan. Monasteriorum Abbatum, qui ad dictum Matthæum de voluntate, et licentia reverendi in Christo Patris Domini Legati prædicti pro certis negotiis ista tangentibus, accedebant, E qui in ingressu comitatus Mediolanensis super pontem fluminis Ticini per officiales, et satellites dicti Matthæi, ac eorum socii religiosi, ac presbyteri, ac familiares alii vestibus, et calceamentis, aliqui etiam usque ad camisias exuti fuerunt, eorumque vestes, et calceamenta, et etiam sellæ equorum, et someriorum diligentius perquisitæ, si aliquæ litteræ in iis involutæ fuissent astante Prælatorum, et Cleri, et populi multitudine numerosa, eumdem Matthæum per edictum publicum, et solemne, prout nobis etiam per Apostolica privilegia conces- B sa inquisitionis officio competebat in civitate Astensi, ubi tunc temporis, videlicet 13. mensis Januarii proxime præteriti morabamur peremptorie citavimus, ut in loco de Borgolio juxta Alexandriam in Ecclesia S. Mariæ ejusdem loci de Borgolio xxv. die mensis Februarii proxime tunc futuri, cum continuatione dierum sequentium compareret, et adesset personaliter coram nobis super contentis in dictis litteris Apostolicis, et aliis hæresim sapientibus, et tangentibus, de quibus posset haberi verisimilis suspicio, contra eum veritatem dicturus, et processurus in his, quæ in hujusmodi nostris processibus et facienda incumberent, et sententiam auditurus, et facturus, et recepturus super C eis quod justitia suaderet, significantes, et aperte prædicentes eidem, quod nisi in dicto termino coram nobis juxta modum, et formam citationis hujusmodi compareret contra eum super labe hæreticæ pravitatis, et aliis prædictis juxta formam canonum, et alia sicut nobis per jura scripta, et Apostolica privilegia super crimine hæresis concessum extitit secundum tenorem literarum Apostolicarum prædictarum ad singulos actus, qui faciendi, et expediendi incumberent, et ad definitivam sententiam contra eum, tam in dicto loco de Borgolio, quam alibi, ubi nobis expendi videretur, mediante justitia procedere curaremus, ejus absentia, vel contumacia non obstante, eoque ulterius non D citato. Locum autem prædictum de Borgolio ex eo ipsi Matthæo duximus assignandum, tum quia est proximus, et vicinis terris, quas dictus Matthæus detinebat, sicut adhuc detinet occupatas, tum etiam, quia ad alia loca, quæ idem Matthæus detinebat, et detinet pro his quæ facienda incumbebant nobis tutus non patebat accessus. Et ut prædicto Matthæo omnis calumniæ tolleretur occasio, nec posset prætendere, quod dictus locus de Borgolio non tutus, sed suspectus esset, eidem paratos nos obtulimus ei per litteras Domini legati præfati, ac nobilium virorum Dominorum Raymundi de Cardona partium Lombardiæ Vicarii Regii, et Capitanei generalis, et Bernardi de Monte Ser- E vio Senescalli Regii Pedemontis, et partium earumdem militum, nec non Vicarii Regii, et communis dicti loci de Borgolio, et alias de securitate idonea providere, ac, ut hujusmodi citationis edictum ad dicti Matthæi deduceretur notitiam, chartas, sive membranas citationem constituentes eamdem in majoris civitatis Astensis, nec non et S. Mariæ dicti loci de Borgolio Ecclesiæ ostiis affigi fecimus, seu appendi, quæ quasi suo sonoro præconio, et patulo judicio citationem hujusmodi publicarent, ita quod præfatus Matthæus non posset prætendere citationem ignorasse, prout de his plenius con-

constat per patentes litteras nostris sigillis munitas, quas in nostris processibus fecimus registrari.

Verum licet hujusmodi citatio, prout legitime nobis constat, ad notitiam ipsius pervenerit, idem tamen Matthæus dictis loco, & termino, aut etiam postea quandocumque quamvis in eodem loco de Borgolio postea per plures dies fuerimus, non comparuit ut debebat per se, aut aliam personam legitimam, quæ aliquid rationabile proponeret pro eodem, quinimmo Marcus de Vicecomitibus, filius dicti Matthæi hæretici, & Gerardus Spinula Capitaneus generalis exercitus Matthæi præfati cum magna multitudine equitum, & peditum armatorum, & exercitu magno valde erectis vexillis Marci, & Gerardi prædictorum, & communis Alexandriæ locum prædictum Borgolii, ubi nos Archiepiscopus, & Inquisitores præfati dicta die 25. Febr. præsentes eramus, pulsata campana in Alexandria, sicut consuevit pulsari ad arma, non sine Dei, & Ecclesiæ, & Domini Papæ prædicti, cujus auctoritate fungimur, sicut tunc etiam fungebamur, manifesta injuria, & contemptu grandi, præjudicio fidei, & turbatione inquisitionis, pro quo ad dictum locum Borgolii veneramus, hostiliter invaserunt, projiciendo carellos, & sagittas, & alias etiam impugnando, propter quæ eumdem Matthæum reputantes merito contumacem, juxta formam dictæ commissionis nobis factæ processimus ad ea, quæ facienda nobis in eodem negotio incumbebant, visis & cum diligentia recensitis probationibus per nos receptis, tam per litteras, & processus Domini Papæ prædicti, et Domini Legati, et alia instrumenta, quæ in præsentis negotii processu inserri fecimus, quam per testes juratos, et diligenter examinatos, et aliis in dicto nostro processu contentis, habitaque super eis in loco de Valentia Papiensis diœcesis, ubi Legatus prædictus cum sua curia noscitur residere, ad quem locum nos transtulimus, ut tutius, et solemnius, et consultius procedere valeremus, frequenti, et matura deliberatione nobiscum, et cum Domino Legato prædicto, et venerabilibus in Christo fratribus Dominis Guidone Astensi, Ugguccione Novariensi, Simone Parmensi, Frederico Saonensi, at Guillelmo Albensi Episcopis, ac religiosis viris Astulpho S. Ambrosii, Lanfranco S. Simpliciani, Philippo S. Celsi Mediolanensis, ac Bernardo S. Dalmatii de Burgo Astensis Diœcesis, et Henrico S. Marchiani de Terdona monasteriorum Abbatibus, et cum prudentibus viris magistris Guillelmo Rovelli decano de Burlalio Castri Diœcesis, Stephano Hugoneli doctore decretorum canonico Albensi Domini Papæ Capellanis, et ipsius sacri Palatii, ac dicti Domini Legati causarum auditoribus, et pluribus aliis divini, et humani juris peritis, quia legitime nobis constat, quod præfatus Matthæus contra eamdem Matrem Ecclesiam, et libertatem Ecclesiasticam sui elati cordis erigens cornua, ipsamque opprimens, et contra eam violenter insurgens nonnullis Ecclesiis Mediolanensis Civitatis, et Diœcesis tallias, et collectas multipliciter onerosas imposuit, illasque per spoliationem rerum, captionem, et detentionem personarum, ac diversos cruciatus corporum violenter exegit, in pluribus monasteriis civitatis, et diœcesis prædictarum tam virorum, quam mulierum personas insufficientes, et indignas, suæ faventes nequitiæ, in prælatos fecit præfici violenter, pluresque personas in illis pro suo libito voluntatis intrusit, ac in ipsis monasteriis monialium plures puellas, postquam ipsis fuerat impudenter abusus, ad quarum aliquas etiam post religionis ingressum, tamquam canis ad vomitum dicitur, et ex verisimilibus conjecturis præsumitur rediisse: per Scotum siquidem de S. Geminiano, et alios satellites suos nonnullos personas Ecclesiasticas, etiam in sacerdotio constitutas per violentiam capi fecit, et detineri carceribus, ac in ipsarum aliquas diversorum tormentorum genera crudeliter exerceri. Venerabilem etiam in Christo patrem Dominum Ubertum Dei gratia Vercellensem Episcopum instantia violentæ hostilitatis per filios, et satellites suos obsedit, ipsumque, ac præpositum de Rodobio Archipresbyterum, et plures canonicos Ecclesiæ Vercellensis capi fecit, et tam ipsos, quam Abbatem Monasterii S. Stephani Vercellensis carcerali custodia detineri, quorum aliqui in eisdem exspiraverunt carceribus, et adhuc aliqui detinentur, quamquam idem Episcopus divinæ miserationis auxilio evaserit manus ejus: bona quoque Ecclesiarum in terris occupatis per ipsum suis applicavit usibus violenter, et illarum prælatos coegit miserabiliter exulare, ac prælatis in curia Domini Legati prædicti morantibus ne pro expensis ipsorum pecunia, ac procurationes ipsi Domino Legato debitæ ad ipsum, et pecunia decimæ dudum impositæ pro subsidio Terræ Sanctæ collectæ in partibus illis ad Apostolicæ Sedis Cameram quomodolibet portarentur, per se, et ministros suos impedivit, euntes etiam ad curiam Romanam, et redeuntes ab ea, et ne litteræ Domini Papæ, et supradicti Domini Legati ad alios, et ab aliis mitterentur ad ipsos, impedire præsumpsit, quas litteras frequenter fecit etiam aperiri, pluresque Crucesignatos ultra numerum trecentorum dudum congregatos Mediolani in subsidium Terræ Sanctæ, dum in loco fratrum Minorum Mediolani prædicationem crucis audirent, per suos satellites invasit hostiliter, ipsosque fugavit, gravavit, et aliquos etiam detinuit violenter. In Provincia quoque Lombardiæ pacem turbat, discordias seminat, guerras commovet, dissensiones excitat, et aliis malis innumeris causam præstat. Præfatus insuper Matthæus tot, et tantis nefandis sceleribus, et excessibus horridis involutus exorbitans a fidei catholicæ veritate, verum lumen non videns, de sacramentis male sentiens, ac clavium, et Ecclesiastica potestata, ipsasque contemptibiliter vilipendens, diutius sustinuit plures excommunicationum sententias latas in ipsum, tam ab homine, quam a jure, ac interdictum ecclesiasticum, cui præfata civitas Mediolanensis ipsius Matthæi exigentibus culpis supposita fore dignoscitur, fecit multoties violari, laicorum corpora defunctorum in Ecclesiis, ac cœmeteriis pulsatis campanis, ministris ipsarum invitis, et renitentibus faciens sepeliri, id idem fieri faciens in terris, et locis, quæ per filios suos detinet occupata simili appositis interdicto. Præterea Zacharinam filiam suam, quæ ipsa præsente cum Richardino de Langosco in Ecclesiæ facie publice per verba contraxerat, de præsenti, nulla divortii sententia præcedente, alteri de facto, dicto Richardino vivente, matrimonialiter copulare præsumpsit. Nonnullos etiam Ecclesiæ prædictæ devotos avertit ab ipsius devotionis constantia, et eos, qui ab eadem

dem

ANNO CHRISTI 1322.

dem devotione sunt, peccatis exigentibus, alieni, ne reverterentur ad illam, suis perversis conatibus perturbavit; impedivitque prælatos et religiosos, ne Synodos, Concilia, vel Capitula congregarent, et ne in subditos suos visitationis, aut correctionis officium exercerent, et proponerent verbum Dei, ac propter sævam tyrannidem ministrari modo debito nequiverunt Ecclesiastica Sacramenta, propter quæ pullulant hæreses, schismata crescunt, a cultu divino receditur, fidelium animæ perditioni sæpius exponuntur, periclitantur corpora, scandala suscitantur, et ansus panditur aliis malis innumeris perpetrandis. Supradictus denique Matthæus præmissis omnibus irretitus, et illius astutia fraudulenta deceptus, qui ad generis humani æternum laborat interitum, celare non valens ulterius sui cordis pestiferam labem, qua longo imbutus tempore, licet eam sub hypocritæ palliatione celaret, ad cor, et tantorum enormium perpetrationem scelerum labebatur, ut et transductam in ipsum a progenitoribus suis ex diversis lateribus velut palmes, qui a radice trahit amaritudinem, pravitatis hæreticæ labem, qua nonnulli ex progenitoribus suis, prout est manifestum, ac etiam in partibus illis existit notorium, suspecti notati, et aliqui condemnati ignis incendio, sequeretur, complures sibi conciliarios, et secretarios, et officiales assumpsit, secumque retinuit, sicut adhuc retinere dignoscitur, prædicta labe notatos, et graviter diffamatos, ex quibus Franciscus de Garbagnate fuit punitus propterea impositis sibi crucibus io tam execrabilis erroris memoriam, quas per non modicl temporis spatium deportavit. Cum schismaticis quidem, et Ecclesiæ Romanæ rebellibus confœdarationem fecit, ac ligam, ac officium inquisitionis prædictæ expellendo, videlicet inquisitores pravitatis ejusdem de Mediolano annis pluribus jam elapsis per minas, et potentiam, et alias etiam impedivit. Olim etiam dum alias regimini civitatis eidem de facto præesset, rogavit pro liberatione cujusdam hæreticæ Manfredæ nomine, quæ tunc tenebatur in carcere, et quæ fuit postmodum judicio sæculari relicta, et demum ignis incendio concremata. Dæmones prætereą, quorum est servus effectus, et cum quibus confœderationem fecisse videtur, et desperatus de Divina potentia, multoties execrabiliter invocavit, et quæsivit ab eis responsiones, et consilia in agendis. Resurrectionem quoque corporum humanorum, quam fides catholica docet, et sancta Romana Ecclesia profitetur, et tenet, impie negat, devians a fidei veritate. Adhuc etiam cum excommunicationis sententiam in ipsum per eumdem dominum nostrum ob ipsius contumaciam rite latam, per triennium, et amplius sustinuisset, sicut adhuc sustinet animo indurato, et per hoc haberetur de labe pravitatis prædictæ non indigne suspectus, fuissetque propterea per litteras ejusdem domini Papæ intendentis inquirere contra eum super labe pravitatis prædictæ peremptorie citatus, ut infra certum temporis spatium coram eodem domino Papa se personaliter præsentaret inquisitionem hujusmodi subiturus, et recepturus, quod justitia suaderet, quia in dicto citationis termino, et post etiam expectatus de gratia, comparere per se, vel alium contumaciter non curavit, præfatus dominus Papa eumdem Matthæum de consilio reverendorum patrum S. R. E. Cardinalium fratrum suorum decernens, & reputans, prout erat merito, contumacem ipsum propter hoc excommunicationis vinculo innodavit, quam per annum, et amplius sustinuit, sicut adhuc sustinet animo indurato, quæ omnia plene coram nobis probata sunt, ut superius continetur. Ex his, et aliis multis, quæ ad hoc juste, et rationabiliter nos inducunt, Christi nomine invocato, sedentes pro tribunali definitam sententiam proferentes, præfatum Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano contumaciter absentem, ipsius tamen absentiam divina repente præsentia, in his scriptis sententiando decernimus, et judicamus hæreticum manifestum, eumdemque Matthæum velut hæreticum condemnantes, ipsius bona omnia mobilia, et immobilia, jura, jurisdictiones, et quæcumqoe alia ubicunqne sint, et quibuscumque nominibus censeantur, eadem sententia confirmamus, immo decernimus confiscata, et nihilominus ipsum Matthæum cingulo militiæ, officiis publicis, dignitatibus, et honoribus quibuscumque privantes, seu privatos fore declarantes excommunicationis sententiæ, ac perpetuæ infamiæ, et omnibus aliis pœnis, a juris conditoribus contra hæreticos statutis, ordinatis, et promulgatis, eum decernimus subjacere, ac ejus personam exponimus a fidelibus capiendam, filios insuper, et nepotes Matthæi præfati prælatoris, dignitatibus, et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, quæ tenere noscuntor et officiis publicis, ac honoribus quibuscumque privamus, vel privatos fore potius denunciamus, eosque ad obtinendum in posterum prælaturas, dignitates, alia ecclesiastica beneficia cum vel sine cura, officia publica, et honores quoscumque indignos, et inhabiles declaramus, in quorum omnium testimonium, et memoriam futurorum præsentem sententiam nostram per instrumentum, notarium publicum officii inquisitionis prædictæ scribi, et publicari mandavimus, et nostrorum sigillorum appensionibus communiri; lecta, lata et in scriptis pronuntiata fuit sententia supradicta per religiosum virum fratrem Barnabam Priorem provincialem prædictum pro tribunali sedentem vice sua et reverendi Patris domini Archiepiscopi, Paxii et Hooesti, et Jordani inquisitorum prædict. etiam pro tribunali sedentium in Ecclesia S. Mariæ de Valentia Papiensis Diœcesis anno a Nativitate Domini MCCCXXII. Indictione V. die quartadecima mensis Martii Pontificatus ejusdem domioi Joannis Papæ anno [a] VII. præsentibus reverendo in Christo Patre domino legato prædicto, et venerabilibus Patribus dominis Guidone Astensi, Hoguecione Novariensi, Simone Parmensi, Friderico Saonensi, et Guillelmo Albensi Episcopis, & religiosis viris, Astulpho S. Ambrosii, Lanfranco S. Simpliciani, et Philippo S. Celsi Mediolanensis, Bernardo S. Dalmatii de Burgo Astensis diœcesis, et Henrico S. Martiani Terdonensis Monasteriorum Abbatibus ordinis S. Benedicti, ac nobilibus viris Raymundo de Cardona vicario regio partium Lombardiæ, et Bernardo de Monteserino Senescallu regio Pedemontis, et aliorum cleri, nobilium, et populi utriusque sexus multitudine copiosa. Et Ego Frater Thomas Vitoni de Ripolis fratrum Ordinis Prædicatorum publicus auctoritate imperiali, et nunc ipsius officii inquisitionis notarius ad hoc per inquisitores eosdem assomptus lectioni, et prolationi dictæ sententiæ, et omnibus supradictis, dum coram inquisitoribus ipsis agerentur, præsens inter-

a *Legendum sexto*, cum assumptus fuerit ann. 1316. m. Augusto.

terſul, et ea omnia de mandato, et auctoritate præfatorum inquiſitorum in his duabus petiis chartarum ſimul conglutinatis ſcripſi, et in hanc publicam formam redegi, meoque con-
A ſueto ſigillo ſignavi, in teſtimonium prædictorum, anno, interdictione, die, menſe, Pontificatu et loco prædictis.

CONCILIUM APUD [a] VALLEMOLETI

a Valladolid.

PALENTINÆ DIOECESIS

Auctoritate Guillermi Sabinenſis epiſcopi, & ſedis apoſtolicæ legati celebratum in Hiſpania anno Domini MCCCXXII. tempore Joannis Papæ XX.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De conſtitutionibus.*
2. *De officio ordinarii.*
3. *De foro competenti.*
4. *De feriis.*
5. *De teſtibus.*
6. *De vita & honeſtate clericorum.*
7. *De cohabitatione clericorum & mulierum.*
8. *De clericis non reſidentibus.*
9. *De præbendis.*
10. *De parochiis.*
11. *De decimis.*
12. *De ſtatu monachorum.*
13. *De religioſis domibus.*
14. *De jure patronatus.*
15. *De baptiſmo.*
16. *De obſervatione jejuniorum.*
17. *De immunitate eccleſiarum.*
18. *De conſanguinitate & affinitate.*
19. *De ſimonia.*
20. *De magiſtris.*
21. *De Judæis & Sarracenis.*
22. *De adulteris.*
23. *De raptoribus.*
24. *De ſortilegiis.*
25. *De purgatione canonica.*
26. *De purgatione vulgari.*
27. *De pœnitentiis.*

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen.

Iſtæ ſunt conſtitutiones per nos fratrem Guillermum Dei permiſſione epiſcopum Sabinenſem, apoſtolicæ ſedis legatum, factæ ac editæ in concilio celebrato per nos apud Vallemoleti Palentinæ diœceſis, prælatis omnibus noſtræ legationis ad celebrandum dictum concilium convocatis, anno a nativitate Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo, quarto Nonas Auguſti, qua die præfatum concilium extitit terminatum.

PRÆFATIO.

INjunctum nobis legationis expoſcit officium, ut attentis ſtudiis et cura pervigili, ad reformandos in clero et populo legationis prædictæ mores et actus devios, prout ex alto præmittitur, intendamus, et in his præcipue apponamus remedium, in quibus majus periculum conſpicimus imminere. Hæc eſt quippe Dei pa-
B tris ordinatio, hæc lex exiſtit eccleſiæ almæ matris, ut qui obſequiis eccleſiaſticis mancipati exiſtunt, ſolerti cura et providentia præſulis ſincere et pure in domo Domini converſentur, et ut cordis oculus nube erroris obductus, illuſtrationis lumine ſit ſerenus. Ad iſta igitur, ad quæ ferventius aſpirat noſtra intentio, convertentes aciem noſtræ mentis, univerſorum noſtræ legationis prælatorum apud Vallemoleti Palentinæ diœceſis ad præmiſſa agenda concilium duximus convocandum: cum quibus habita diſcuſſione ſolerti et deliberatione matura ſuper his, quæ correctione et reformatione indigebant, ſacro approbante concilio conſtitutiones infraſcriptas edidimus, eaſque in majori eccleſia lo-
C ci prædicti, die ſecunda Auguſti anni præſentis milleſimi trecenteſimi viceſimi ſecundi, pontificatus ſummi patris domini, domini Joannis PP. XX. anno ſexto, in præſentia dicti concilii, et clericorum aliorum aſtante multitudine, fecimus publicari. Sed quamquam ſingulorum auribus juxta canonicas ſanctiones non eſſet, poſt publicationem hujuſmodi, conſtitutiones prædictas neceſſarium inculcare: tamen ne aliquis ab ipſarum obſervantia poſſit ſe per ignorantiam aliquatenus excuſare, prædictis noſtræ legationis prælatis injungimus, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo, man-
D dantes eiſdem, quod ipſas conſtitutiones omnes et ſingulas in ſuis cathedralibus eccleſiis, infra octo dierum ſpatium poſtquam illuc delatæ fuerint, clero non exempto, qui de ordinaria, exempto vero, nec non religioſis exemptis, tam militaribus, quam non militaribus, auctoritate noſtra, et populo convocatis, et deinde in primis eorum ſynodis ſolemniter et integraliter faciant publicari. In aliis vero ſummarie legi procurent, ut crebra hujuſmodi lectio harum conſtitutionum præſentibus præſervet [a], et poſteris notitiam largiatur. Mandamus etiam, quod prælati prædicti ad harum conſtitutionum obſervantiam dent, quantum in ipſis fuerit, operam diligentem. Volumus inſuper, quod
E conſtitutiones prædictæ, ad obſervantiam ſui ligent omnes noſtræ legationis, et ſingulos, poſt duos menſes a publicatione prædicta faciendum in prædictis eccleſiis cathedralibus numerandos.

Ludovici Bavari Imp. primum hunc annum ponimus, quo Fridericum competitorem vicit.

a MS. apud Card. de Aguir. addit memoriam; recte.

CAPITULA.

I. *De constitutionibus*.

ALma mater ecclesia ab unigenito Dei filio primitus instituta, & a sanctis patribus succedentibus temporum curriculis ordinata, constituit, ut metropolitani cum suffraganeis suis annis singulis provincialia celebrare concilia non omittant, in quibus super observantia canonum, relevatione ecclesiarum, corrigendis excessibus, & moribus reformandis, diligens eum eis habeant consilium & tractatum, & faciant ac statuant quæ circa hæc viderint expedire. Et quia nonnulli prælatorum per plures annos hoc negligenter facere omiserunt, ex quo plura pervenerunt ecclesiarum dispendia, & etiam pericula animarum: monemus archiepiscopos omnes & singulos, ut statutum generalis concilii super hoc editum diligenter observent, sacro approbante concilio statuentes, ut si archiepiscopi, saltem in biennio semel loco & tempore opportunis, per se vel per alios, quatenus de jure conceditur, ipsis legitime impeditis, celebrare provincialia concilia omiserint, eo ipso tamdiu ab ingressu ecclesiæ sint suspensi, donec negligentiam suam purgaverint provincialia concilia celebrando. Episcopi etiam synodos in suis diœcesibus super prædictis, prout jura volunt, celebrent annuatim. Quod si forte hoc negligenter omiserint, eo ipso ab ingressu ecclesiæ sint suspensi, donec negligentiam suam purgaverint synodalia consilia celebrando.

Quia vero contingit, venientes ad dicta concilia & synodos, & redeuntes, aliquoties impediri, & in personis & rebus indebite molestari: statuimus, ut quicumque venientes ad dicta concilia & synodos, vel in eis morando, aut etiam redeundo ab ipsis, ceperint, aut in personis vel rebus, eis damna notabilia intulerint, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto.

Inter cætera quæ officio prælatorum incumbunt, hoc præcipue desideratur & requiritur, ut in subditis vitæ sanctitas & morum honestas præceptis & prohibitionibus observetur. Volentes igitur, ut hæc per prælatorum diligentiam impleantur, universos ecclesiarum prælatos, archiepiscopos & episcopos, monemus & hortamur in Domino Jesu Christo, ut ipsi in suis conciliis provincialibus & episcopalibus synodis statuant & ordinent ea, quæ ad clericorum vitam, & reformationem morum, conversationis & habitus honestatem, viderint expedire, injungentes his, qui sub eis jurisdictionem obtinent, ut de observantia statutorum & canonum in suis visitationibus inquisitionem faciant diligentem: quam inquisitionem referre suis prælatis in proximis synodis teneantur.

II. *De officio ordinarii*.

Quia notitia catholicæ fidei cuilibet orthodoxo est necessaria ad salutem, & ejus ignorantia periculosa quam plurimum & nociva: statuimus, ut quilibet rector parochialis ecclesiæ in scriptis habeat in Latina & vulgari lingua articulos fidei, præcepta decalogi, sacramenta ecclesiæ, species vitiorum & virtutum, & quater in anno ipsa publicet populo, in festis videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, & in Assumptione Virginis gloriosæ, & in diebus Dominicis Quadragesimæ. Quod si rectores in hoc negligentes fuerint, per prælatum suum acriter puniantur.

III. *De foro competenti*.

Ecclesiastica jurisdictio a sæculari distincta dignoscitur, & una per alteram impediri non debet, sed potius adjuvari. Quia vero nonnulli sæculares judices, statuta canonum circa hoc edita contemnentes, clericos & alias personas ecclesiasticas super rebus suis & causis presbyteralibus injuriose compellunt coram se in judicio litigare: statuimus, & universis prælatis in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, ut statutum felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. quod incipit: Quoniam ut intelleximus: in suis conciliis & episcopalibus synodis, & in ecclesiis etiam suarum diœcesum, ubi expedire viderint, faciant publicari, prædictosque judices excommunicatos publice nunciari.

IV. *De feriis*.

Quamvis Divinæ legis præcepto sancitum sit, diebus Dominicis & festivis ab omni opere servili abstinere: nonnulli tamen hujusmodi transgredientes præceptum, & rusticalia opera, & artificia manualia diebus prædictis exercere præsumunt. Ne igitur ex transgressione hujusmodi fidelis populus indignationem Dei omnipotentis incurrat: statuimus, ut nullus in diebus Dominicis & festivis agros colere audeat, aut artificia manualia exercere præsumat, nisi urgente necessitate, vel evidenti pietatis causa, & tunc de speciali licentia sacerdotis. Transgressores autem præsentis constitutionis per excommunicationis sententiam a suis ordinariis puniantur.

V. *De*

V. *De testibus*.

Causarum & litium dispendiosa protractio, quæ plerumque per falsorum testium dicta & advocatorum malitiam procuratur, quatenus fieri poterit, juris est auxilio restringenda. Ideoque statuimus, ut falsi testes, advocati, mediatores, & aliter eos inducentes ad falsa testimonia perhibenda, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi postquam eis satisfecerint, quibus damna per depositiones & inductiones hujusmodi illata sint, nullatenus absolvantur. Præsentem vero constitutionem prælati faciant in suis ecclesiis cathedralibus & parochialibus diebus solemnibus & in synodis publicari.

VI. *De vita & honestate clericorum*.

Quamvis honestas morum & habitus decentia omnibus clericis per sacros ordines sint indictæ: in prælatis tamen, archiepiscopis videlicet & episcopis, eo desiderantur amplius, quo ex susceptæ dignitatis debito in seipsis debent ostendere, qualiter alios fideles deceat in domo Domini conversari. Volentes igitur ut prælati prædicti, in conversatione, habitu, & vestitu, aliis exemplum præbeant honestatis: statuimus, ut episcopi & superiores prælati [a] succas lineas in publico, & cum eos equitare contigerit, nullatenus tabardos, sed cappas [b] & capellos suæ dignitati deferant congruentes, cappis aut vestibus sericis non utantur: Missas in solemnitatibus majoribus in suis ecclesiis, juxta sanctorum patrum statuta, & numquam secrete in capellis suis, celebrent, nisi causa legitima & necessaria fuerint impediti. Altaria viatica secum portari faciant, in quibus singulis diebus coram se honeste & devote Missam faciant celebrari. Horas canonicas cum suis clericis attente recitent, & in ecclesiis suis cathedralibus Divina officia solemniter celebrent, nisi legitime fuerint impediti.

[a] Id. MS. fuscas.

[b] Id. MS. addit rotundas.

Cum non solum a malo, sed etiam a mali specie, & præcipue quæ scandali occasionem ministrant, sit secundum Apostolum abstinendum: statuimus sacro approbante concilio, ut nullus clericus sæcularis vel religiosus, in quacumque dignitate vel officio constitutus, exemptus vel non exemptus, etiamsi pontificali præfulgeat dignitate, sponsalibus, baptismo, aut nuptiis filiorum suorum aut filiarum, aut nepotum recte descendentium, sive legitimi, sive illegitimi fuerint, audeat interesse: alioquin, si clericus beneficiatus fuerit, ipso facto medietate fructuum beneficii vel beneficiorum suorum, illo anno quo talibus sponsalibus, baptismo, aut nuptiis interfuerit, sit privatus, prædicta medietate fructuum in usum fabricæ ecclesiæ convertenda. Si vero clericus non beneficiatus fuerit, usque ad annum eo ipso sit inhabilis ad beneficium obtinendum. Qui vero de bonis ecclesiasticis, filiis, aut nepotibus supradictis, dotem aut donationem propter nuptias assignaverit: assignatio ipso jure non valeat: & nihilo minus assignans ipso facto in pœnam subtractionis beneficii incidat supradictam. Idem in religiosis, in militaribus exemptis penitus observetur. Prælati vero prædicti, qui præmissa, vel aliquod præmissorum commiserint, per sex menses a collatione beneficiorum suspensi sint, & beneficia quæ medio tempore vacaverint, per eum ad quem collatio de jure vel consuetudine devolvitur, conferantur.

VII. *De cohabitatione clericorum & mulierum*.

Quia clericorum nonnulli famæ suæ prodigi & salutis, in concubinatu publico vitam ducunt enormiter dissolutam: nos talium vitam corrigere, eorumque abolere infamiam cupientes, monemus omnes & singulos clericos, etiamsi sint in dignitatibus, personatibus, aut officiis constituti, ut ipsorum nullus concubinam publice in domo propria vel aliena audeat detinere: sacro approbante concilio statuentes, quod quicumque clerici post duos menses a publicatione constitutionis & monitione hujusmodi in suis ecclesiis, per archiepiscopos & episcopos vel eorum vicarios in synodis faciendis, concubinam seu concubinas modo prædicto detinuerint, vel dimissam seu dimissas, ut aliam seu alias admiserint, si beneficiati existant, tertia parte fructuum beneficiorum omnium, quæ pro illo obtinuerint tempore, ipso facto penitus sint privati. Si vero per alios duos menses, duos immediate prædictos sequentes, in eodem crimine continuaverint vitam fœdam, alia tertia parte fructuum noverint se privatos. Quod si forsan Dei timore contempto, per alios duos menses quatuor prædictos immediate sequentes in peccato perstiterint mo-

morato: reliqua tertia parte fructuum ipsos privamus, omnino sub pœna excommunicationis præcipientes eisdem, quod ad aliquam partem dictorum fructuum, postquam ipsa vel ipsis, ut prædicitur, privati fuerint, manus temerarias aliquatenus non extendant. Et si forsan contrarium tentarent, sub interminatione extremi judicii, prælatis eorum, tam diœcesanis quam aliis, districte præcipimus, quod ad restituendum totum quod de prædictis tertiis fructuum, seu ipsarum aliqua, postquam modo præfato privati existerent, occupaverint, seu detinuerint vel consumpserint, per censuram ecclesiasticam ipsos compellere non omittant. Antedictæ vero partes fructuum, & ipsarum quælibet, in cathedralibus & collegiatis ecclesiis, quod ad bona quæ de communi mensa fuerint, ad communem mensam capituli; alia vero, redemptioni captivorum communiter applicentur. In parochialibus vero medietatem fabricæ ecclesiæ ipsius, aliam vero redemptioni captivorum detentorum ab infidelibus applicamus: volentes & mandantes, quod per manus prælatorum suorum, quibus, quod prædictas partes fructuum recipiant & exigant, committimus & præcipimus, quidquid ex dictis fructibus provenerit, in prædictis usibus fideliter expendatur. Quod si forte nec adhuc ad cor redierint, sed præsens nostrum contemnentes mandatum, se ostenderint tam execrandæ turpitudinis amatores: suis prælatis prædictis, & ipsorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub animarum suarum periculo, districte præcipimus & mandamus, quod infra quatuor menses a supradictis sex mensibus numerandos, transgressores prædictos, qui concubinas præfatas non omnino dimiserint, easdem non admissuri ulterius, nec aliam aliquam, seu aliquas amplius recepturi, omnino beneficiis suis privent, ipsosque in limo peccatorum tam fixos, donec se correxerint, & postea per quinque menses inhabiles esse denuncient ad superiores ordines, & ad quæcumque beneficia ecclesiastica obtinenda. Volumus etiam, quod si quis de prædictis, postquam beneficio seu beneficiis privatus fuerit modo prædicto, manus rapaces extenderit ad dictorum beneficiorum fructus, seu ad aliquam eorum partem, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto, a qua non possit absolvi, nisi de sic occupatis restitutione integra, & beneficiorum, quibus privati essent, ut prædicitur, dimissione plenaria prius factis. Verum quia peccata inulta non vult dimitti Dominus ultionum: statuimus, dicto approbante concilio, quod clerici non beneficiati, tam sacerdotes, quam diaconi vel subdiaconi, aut inferiores clerici non promoti, qui non erubescunt concubinas publice detinere, si sacerdos fuerit, capellaniam perpetuam aut temporalem tenere vel habere non possit, & usque ad unum annum postquam se a prædicto peccato plene correxerit, ad obtinendum ecclesiasticum beneficium sit inhabilis & indignus. Diaconi & subdiaconi, ac inferiores clerici, usque ad annum post correctionem jam dictam, sint ad superiores ordines inhabiles, & ad quæcumque ecclesiastica beneficia obtinenda. Si vero adhuc incorrigibiles perstiterint, procedatur per alia juris remedia contra ipsos. Et quia majori culpæ justo Dei judicio major debetur & pœna: statuimus, quod quicumque in tam profundum peccatorum devenerit, quod publice concubinam seu concubinas detineat infideles, si beneficiati fuerint, post duos menses memoratos a die publicationis prædictæ in ecclesiis, ut prædicitur, faciendæ, ipso facto privati sint beneficiis obtentis, cujuscumque conditionis beneficia ipsa existant, & ipso facto reddantur inhabiles ad quæcumque beneficia obtinenda. Si vero beneficiati non fuerint, ad suscipiendos sacros ordines, & ad obtinenda beneficia penitus sint inhabiles & indigni, ac tam beneficiati, quam non beneficiati, qui ea sic detinere præsumpserint, per suos prælatos per biennium ad minus in carcere detrudantur: quibus etiam per diœcesanos, seu alios dictorum clericorum prælatos, pœnæ graves aliæ, prout eorum discretioni videbitur, imponantur. Si tamen hi clerici ad cor redeuntes vere pœnituerint de peccato, & ad vitam honestam continuaverint: concedimus, quod ipsorum diœcesani cum eis post quinquennium numerandum a sua correctione dumtaxat, possint, quoad ordines & simplicia beneficia obtinenda, misericorditer dispensare. Volumus insuper & mandamus, quatenus prælati omnes & singuli, in suis diœcesibus, per viros probos & timentes Deum, diligentem inquisitionem, quoties expedire viderint, facere non omittant, qui, quot, quales, & ubi fuerint, præmissa crimina tam contagiosa & detestabilia committentes, atque ad pœnas suprapositas in ipsos exequendas insurgant viriliter, ut domus Dei strenui zelatores;

res: concubinæ vero publicæ clericorum, A careant ecclesiastica sepultura.

Sicut jure Divino & homaon justum dignoscitur, quod juxta mensuram delicti culpabiles puniantur: ita pium & sanctum est, quod rigori detrahatur justitiæ, ut occurratur insurgentibus periculis animarum. Hoc sane felicis recordatioois Alexander papa IV. pii mure patris considerans, suspeusionis & excommunicationis pœnas, quas recolendæ memoriæ domious Joannes episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus, B cootra clericos coocubinarios publicos, ae concubioas eurum, per suum statutum vel coostitutioues tulerat, voluit & commisit prælatis aliquibus, quod pœnas prædictas, maxime propter irregularitatum quæ ex hoc sæpius sequebantur periculum, io pœnas alias rationabiles permntarent. Quia igitut per aliam constitutinoem nostram, sacro approbante coocilio, per condignam ioslictinoem pœnarum cootra delinqoentes hujusmodi providimus: congrueoter dictn apprnbante concilio statuimus, quod C antedicti legati constitutinoes prædictæ, quod ad suspensinois & excommunicatinnis pœnas, non ligent de cætero, nce habeant qunad istud alicujus roboris firmitatem. Prælatis & umuibus nostræ legatioois, quod absolvere possint a prædictis suspeosinois & excommunicationis sententiis nmoes & singulos suæ jurisdictioni subjectos, quas propter præmissa ioeurrerent, eisdem præseotis virtute statuti pleoam concedimus potestarem.

Non solum hi qoi peccant, sed qoi D ad peccandum inducunt, pœna debita plecteodi sunt, Divinæ legis judicio pariter & humanæ. Quia vero nonnulli laicorum clericos compellunt, in sacris præcipue ordinibus constitutos, ut aliquas mulieres conenbinas recipiaot, & cum eis in cnntuberoio publice vivant cootra decorem nrdinis clericalis, & sacrorum caonnum instituta: nns iniquitatem hnjusmodi detestaotes, excommunicatinois sententiæ ipsn factn decernimus subjacete quemlibet, cujuscumque E status aut conditioois existat, neenon universitatem seo commuoitatem qoamlibet sententiæ interdicti, quæ persnoam quamvis ecclesiasticam duxerit compellendam ad recipieodom io concubinam molierem quamcumque. Seutentias vero prædictas in syoodis episcopalibus, & freqoenter io ecclesiis parochialibus, volumus & præcipimus publieari.

VIII. *De clericis non residentibus.*

Canouici & ecclesiarum socii suis episcopis persnnaliter assisteotes, non debent absentes ab ecclesia reputari: ideoque jore provisum est, ne eis, dom in servitin episcoporum fuerlnt, beneficiorum sacrorum redditus subtrahaotur. Propterea statuimus, ut nullus a præbendarum suarum perceptiooe eos audeat impedire. Capitula vero quæ hoc adimplere renuerint, ad nbservaotiam juris illius per suos prælatos districtius compellantur.

IX. *De præbendis.*

Cum secundum statuta canonum una ecclesia unius debeat esse rectoris, oec beneficia ecclesiarum debeant dividi in plures partes, nisi adeo ipsarum ecclesiarum facultates abundeot, quod de eis sufficieotet possit pluribus servitoribus provideri: vnlentes divisiones beneficiorum, quæ plerumque sine rationabili eausa fiunt, juris auxilio refrenate: statuimus, ut in qualibet ecclesia, uoi cura ipsius ecclesiæ principaliter pet eum, ad qoem de jure pertinet, committatur, cui per provideotiam prælati taliter prnvideatur, qood redditibus ecclesiæ possit hnneste vivere, & nnera curæ & alia incumbentia sopportare. In ecclesiis autem, in quibus beneficia indebite sunt divisa, cum pluribus elericis ipsarum eeclesiarum nee suffieiant facultates, quando pottiones hujusmodi vacare contigerit, uniantut & assignentut curatn, dnnec, ut præmissum est, provisinnem habeat competentem.

Cum in persnnis ecclesiasticis ad sacros nrdines & beneficia curam animarum habeotia promnveodis [a] id hnnestas majot requirat, & amplius desideretur peritia litterarum: statuimus, ut oullus deineeps cleticus ad sacros ordines promoveatur, nisi saltem litteraliter sciat loqui. Quod si fnrte secus actum fnerit, prælatus a collatinne sacrorum ordinum, quos tali contulit, & promotos ab executione suscepti ordinis, pet aonum ooveriot se suspensos, nisi ex causa tationabili & multum necessaria, quateous de jure conceditur, prælatus super hoc viderit dispensandum.

[a] *Hunc locum recte sic emendavit ex MS. cod. Card. de Aguirre.* idonestas major requiratur. H.

In ecclesiis tot secundum eannnes instituendi soot clerici, quot possint de earum redditibus commode sustentari. Ideoque statuimus, nt episcopi, eorumque superiores diligenter attendaot, ut

tot

ANNO CHRISTI 1322.

tot clericos in ecclesiis ordineot, quot sustentari possiot de proventibus earumdem: oe clerici sua oumerositatn vilescant, & propter facultatum insufficieotiam mendicare cogantur, in opprobrium ordinis clericalis. Et ut hoc efficacius observetur, volumus & maodamus, ut prælati infra annum, aut saltem infra biennium, cum consilio discretorum ordinent & provideant, ipsamque provisionem in scriptis redactam apud se conservent, quot clerici ad titulum cujuslibet ecclesiæ juxta ipsarum redditus poterunt ordinari. Prælatus vero quicumque, qui prædicta observare neglexerit, pluresque, quam ut præmittitur, ad ordines promovendo, vel promoveri per alium faciendo: per annum a collatione illius ordinis, quem contra hoc nostrum prohibitionis statutum contulit, io archidiaconatu illo vel abbatia, unde clerici taliter ordinati fuerint, eo ipso onverit se suspensum.

Religiosos decet ab omni calliditate & fraude seipsos retrahere, & omnimodam puritatem in suis actibus observare. Quia tamen nonnulli religiosi, ooo solum clerici, sed etiam laici militares, ut quorumdam assertione percepimus, habitum sui ordinis sæcularibus clericis fraudulenter conferunt, & clericis per episcopos institutis in ecclesiis locorum, ubi dicti religiosi temporaln dominum obtinent, vel partem aliquam recipiuot decimarum, exinde violenter expulsis, clericos illos, quibus hujusmodi habitum enotulerunt, propria temeritate instituunt, & ministrare faciunt in eisdem; quidam etiam eorumdem religiosorum clericos sæculares per episcopos in ecclesiis parochialibus ad ipsos episcopos pertinentibus institutos habitum sui ordinis induunt, & ibidem eos ministrare faciunt, ut sic io locis ipsis ecclesias, earumque redditus, suis usibus valeant applicarn: oos has fraudes & violentias detestantes, statuimus, ut quicumque religiosi fraudes aut violentias attentare præsumpserint, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto, a qua nullateous absolvantur, donec prælatis & ecclesiis, quos per prædictos excessus læserant, satisfecerint competenter.

Clandestinæ & [a] occultæ beneficiorum collationes, quas nonoulli prælatorum, & aliorum ad quos beneficiorum [b] suorum spectat collatio, faciunt magnam in ipsis beneficiis varietatem, & [c] sic in sinistram suspicionem inducuot, dum beneficia ipsa, quorum collationes proba-

A ri noo possunt, per eosdem prælatos plerumque aliis conferuntur, & ob hoc super ipsis beneficiis inter eos, quibus taliter collata fuerant, quæstiones & litigia oriuntur. Ut igitur circa hoc, fraudis & varietatis materia amputetur, statuimus, ut cum ecclesiasticorum beneficiorum collatio fieri debeat, fiat in capitulo, si consuetudo id obtinet, vel coram notario publico, aut testibus fide dignis, vel cum patenti ipsius prælati littera, vel alterius, seu aliorum quorumcumque, ad quos beneficiorum spe-
B ctat vel spectare debet dicta collatio, præsentibus testibus in littera ipsa collationis insertis, per quæ probari possit collatio, & de ea nullatenus dubitari: alias volumus quod collatio ipsa nullius obtineat roboris firmitatem, seu nullius penitus sit momeoti.

X. *De parochis.*

Parochiarum divisio a sanctis patribus
C iostituta, certitudinem parochianorum & decimarum debitam solutionem inducit. Cum vero libertas mutandi parochiam per abusum, qui in quibusdam partibus ioolevit, parochianis iodifferenter conceditur: parochianis ipsis subtrahendi decimas præstatur occasio, & ecclesiis iojuria io decimarum, primitiarum, oblationum, & aliorum jurium subtractione damnabili irrogatur. Sed quia in plerisque locis oostræ legationis, talis, ut accepimus, ioolevit abusus, quod si parochianus unius ecclesiæ die Resurrectio-
D nis, seu alio solemni, io alia parochia sacram communionem accipiat, vel quia alterius ecclesiæ parochianum velle se esse asserat, ex tunc, quoad decimas reales & personales & alia jura parochalia, parochianus illius, in qua communicaverit, vel parochianum se velle esse dixerit, censeatur: volentes abusus prædictos juris remediis extirpare, statuimus, ut in civitatibus, castris, municipiis, in quibus parochiæ limitatæ non sunt, per episcopos vel alios prudentes viros, quibus
E hoc episcopi commiserint, infra annum a die publicationis constitutionis hujusmodi, per certos terminos limiteotur. Postquam vero sic parochiæ fuerint limitatæ, nec parochianis de una parochia modis præmissis ad aliam se mutare, oec alteri parochiali rectori ipsi sic recipere liceat: alioquin & sic se transferens, & recipiens, sententiam excommuoicationis incurrant, & nihilo minus prima ecclesia decimis & aliis obveotionibus sibi debitis non

a al. latenter.
b al. ipsorum.
c Redundant hae duae voces, hic in.

non privetur. Si vero inter divisas diœceses fuerit limitatio hujusmodi facienda, quilibet prælatorum aliquas certas personas assignet, per quas parochiæ, quæ confusæ esse non debent, rationabiliter limiteotur. Quod si personæ istæ conveoire noo potuerint, tertius prælatus vicinior ad limitationem faciendam communiter jovocetur, per quem una cum prædictis termini parochiarum & fines diœcesum limitentur.

XI. *De decimis.*

Ut fraudes, quas diversis modis religiosi in dandis decimis animalium & novalium adhibent, a prælatis & ecclesiarum rectoribus cautius evitentur: statuimus, ut postquam religiosi per diœcesanos requisiti fuerint super fraudibus hujusmodi nullatenus adhibendis, religiosi ipsi, qui hujusmodi fraudes commiseriot, in synodis episcopalibus, & in majoribus locis ipsarum diœcesum excommunicati publice nuncientur, & nihilo mious prælati constitutionem super hoc editam cum diligentia exequantur.

XII. *De statu Monachorum.*

Monasteriorum damna, quæ per alienatiooes ab ipsorum abbatibus & conventibus, prioribus, aliis administratoribus quibuscumque, indebite fiunt, refrenare voleotes: statuimus, ut prælati in synodis suis pœnas in constitutione felicis recordationis domini Clementis papæ V. conteotas denunciare, & eas in subditis suis exequi non omittant. In exemptis vero, si alienationes hujusmodi fecerint, hoc superiori ipsorum locorum ordinarii denuncient, ut per eos revocentur alienationes hujusmodi, & puniantur talia facientes.

Regularis observantia a sanctis patribus instituta commode observari oon potest, nisi circa ejusdem custodiam inter professores ordinum congregatos ad istud frequens discussio & tractatus diligens habeatur. Quia vero per negligentiam abbatum & priorum, signanter ordinis S. Augustini, qui caoonici regulares vocaotur, ac S. Beoedicti, videlicet monachorum nigrorum, prout accepimus, præfatæ constitutionis observantia totaliter est omissa; in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ut juxta Lateraneosis concilii provisionem circa hoc factam, religiosi prædicti, exempti & ooo exempti, infra legationis nostræ terminos constituti, de triennio in triennium loco & tempore opportunis concilia celebrent, & faciant omnia, quæ in statuto præfati concilii continentur. Qui autem implere præmissa neglexerint, præter pœnas graves infligendas eisdem, maledictionem omnipotentis Dei, velut tam salubris transgressores præcepti, se noverint incursuros.

[a] Spretionibus monasteriorum & aliorum religiosorum locorum, quæ plerumque per milites & potentes contra statuta canonica hostiliter devastantur, remediis opportunis occurrere cupieotes, inhibemus, ne quævis ecclesiasticæ vel sæculares personæ, monasteria seu grangias, vel quælibet alia ipsorum loca gravent, aut opprimendo devastent, bona ipsorum sive victualia diripiendo, aut ad exactiones eis io pecunia persolvendas per pignorationes rerum suarum, aut etiam vassallorum, seu aliis modis illicitis, indebite compellendo: alioquin per prælatos ad requisitionem religiosorum ipsorum per senteotiam excommunicationis io personas, ac interdicti in loca & vassallos eorum, ab insolentiis hujusmodi compescantur. Prælati vero per religiosos hujusmodi requisiti, circa sententias proferendas & etiam publicandas se reddant in omnibus promptos, sollicitos & attentos.

[a] MS. oppressionibus.

Ut monasteria, in quibus mulieres religionis ordioem profitentur, cautela debita & sufficienti diligeotia valeant custodiri: statuimus, ut prælati, io quorum diœcesibus monasteria ipsa consistunt, vel prælati sui ordinis, qui jurisdictionem in eis exercent, de privilegio vel de jure, certos viros antiquos probatos & honestos, omni suspicioοe carentes, & maxime sui ordinis, si haberi potuerint, deputeot, qui circa ipsarum custodiam iovigilent diligenter, curam adhibentes sollicitam, ne quivis sæculares vel religiosi suspecti ad eas intrent, vel ipsæ exeant ad eosdem. Si vero ex aliqua rationabili causa aliquæ bonæ & non suspectæ personæ ad eas intrare debuerint, vel ipsæ exire ad eas: hoc fiat de voluntate expressa illius, qui, ut præmissum est, ad custodiam earum fuerit deputatus, de licentia illius, qui monasterio illi præest. Eis etiam cum dictis personis confabulari non liceat, nisi sub testimonio duarum vel trium sororum, loco convenienti & hora congrua: nec in confabulatione absque causa necessaria contrahant magnam moram. Contrarium vero facientes in sententiam excommunicationis incidant ipso facto.

XIII. *De*

XIII. *De religiosis domibus*.

Hospitalitatem quam ex pietatis officio de jure a clericis, & maxime ecclesiarum rectoribus, impertiri convenit transeuntibus, servari volentes: statuimus, ut parochialium ecclesiarum rectores & curati, secundum facultatem bonorum suorum, religiosos, pauperes, & peregrinos transeuntes, caritative recipiant & [a] pertractent in locis, nisi ubi ad hoc sit domus aliqua specialiter deputata, Rectores & curati prædicti diligenter invigilent, ut domus hujusmodi sic convenienter paratæ sint, quod hospitalitas ipsa, ad quam deputatæ fuerint, in eis debite observetur, & ad hoc rectores ipsi per ordinarios compellantur.

a Id. MS. Et pertractent in locis etiam ubi ad hoc sunt domus aliquæ specialiter deputatæ, rectores &c.

XIV. *De jure patronatus*.

Ambitionis improbæ & cupiditatis perversæ studium, per quod ad beneficia nondum vacantia via damnabiliter aperitur, resecare & præcludere affectantes, statuimus, ut nulli ecclesiarum patroni ad ecclesias, in quibus juspatronatus obtinent, antequam vacent, cuiquam præsentationes concedant: quas si forte concesserint, eo ipso irritæ sint penitus & inanes. Clerici vero qui hujusmodi litteras præsentationis impetrant, vel pro quibus, ipsis scientibus vel consentientibus, ab alio impetrantur, ad ecclesias ipsas obtinendas in ipsa vacatione reddantur inhabiles ipso facto.

Nonnulli ecclesiarum patroni pueros infantes, & alios, in ecclesiis, in quibus jus patronatus obtinent, & in aliis, violenter intrudunt contra canonum instituta, ecclesiarum ipsarum redditus sæpius usurpantes. Cum igitur intrusiones & detentiones prædictæ sacris sint canonibus inimicæ, statuimus, ut nullus deinceps excessus tam damnabiles attentare præsumat: alioquin contrarium facientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, & quousque ecclesiæ & prælato satisfecerint, nullatenus absolvantur. Prælati vero in suis ecclesiis denunciari excommunicatos nominatim faciant talia committentes. Si autem prælati, in denunciatione hujusmodi, post duos menses, postquam ad eorum notitiam pervenerit, negligentes fuerint, aut tales intrusos in eisdem ecclesiis instituerint, a collatione beneficiorum per sex menses noverint se suspensos: intrusi & minores quidem si postquam ad ætatem discretionis pervenerint, majores autem ex quo dictæ intrusioni consenserint, tale beneficium scienter detinere præsumpserint, eo ipso per biennium reddantur inhabiles ad ecclesiasticum beneficium obtinendum.

Cum ad ecclesias, in quibus diversi tale jus obtinent patronatus, plures clerici ab eisdem patronis in discordia præsentantur, sæpe contigit, quod aliqui ex clericis præsentatis cessiones sibi fieri procurant ab aliis ad eamdem ecclesiam taliter præsentatis, credentes ex hujusmodi cessionibus jus sibi accrescere ad ipsam ecclesiam obtinendam. Nos itaque cessiones hujusmodi fieri prohibentes, decernimus ex eis nihil juris accrescere ipsis clericis procurantibus sibi fieri hujusmodi cessiones: & nihilo minus ea vacatione & vice ipso facto reddantur inhabiles ad id beneficium obtinendum.

Filiis ac nepotibus eorum, qui in ecclesiis jus obtinent patronatus, de jure non licet rectores ecclesiarum ipsarum indebitis prandiis & exactionibus aggravare. Quia vero quamplures patronorum, ut relatione certa didicimus, [b] (dictos rectores) plura & immoderata prandia ab ipsis rectoribus extorquent: nos talium excessus reprimere volentes, statuimus, ut patroni ecclesiarum exactiones hujusmodi deinceps facere non præsumant. Ubi autem dicti patroni prandium se habere asserunt de consuetudine, [*] non possit sine scandalo removeri: statuimus, ut eo casu descendentes ab uno patrono, vel pluribus, seu omnibus, si ad hoc omnes simul convenire voluerint, cum moderata familia, cum quanta unus pater eorum recipere consuevit, unum prandium a rectore ecclesiæ recipiant, juxta facultates ecclesiæ moderatum: alioquin prandium ipsum, per episcopum in certa quantitate pecuniæ æstimetur, quæ pecunia inter patronos omnes prædictos per episcopum vel alium de ejus mandato dividatur. Si quis vero patronorum contra statutum hujusmodi venire præsumpserit, tamdiu jure præsentandi careat, donec rectori ipsi, aut successori ejusdem, satisfecerit competenter, [c] apud alios remanente, qui in observantia statuti hujusmodi minime deliquerit.

b Card. de Aguir. ex MS. recte emendat: dictos rectores gravant, plura & immoderata prandia ab ipsis rectoribus extorquendo.

* f. deest, quod.

c Adde ex MS. jure præsentandi apud alios.

XV. *De baptismo*.

Sacri confectio chrismatis solis episcopis, eorumque superioribus est concessa, & ab eis est annis singulis celebranda, a quibus etiam omnes ecclesiarum rectores in suis diœcesibus constituti novum chrisma, juxta præcepta canonum, debent recipe-

ANNO CHRISTI 1322.

re, & concremato veteri, novo uti. Quia vero in observantia dictorum canonum plerique se exhibent negligentes, statuimus, ut clerici, religiosi, & alii, exempti & non exempti, annis singulis chrisma novum a suo diœcesano episcopo, vel ab eo qui ex officio suo tenetur illud distriboere, postulent & requirant: alioquin utentes veteri chrismate in baptismo, ipso facto per sex menses a perceptione beneficii; negligentes vero in petendo, per tres menses, ab officio sint sospensi, exemptorum privilegiis quæ circa hoc obtinent, * super salvis.

* *f. semper.*

XVI. *De observatione jejuniorum.*

Ut Quadragesimæ & quatuor temporum jejunia a sanctis patribus instituta, quæ multorum effrenata infringit gulositas, diligentius observentur: statuimus, ut nullus fidelis in ætate legitima constitutus, carnes in Quadragesima vel in quatuor temporibus comedere audeat nullo modo, alioquin transgressores prohibitionis hujusmodi in sententiam excommunicationis incidant ipso facto. Hæc vero sententia in synodis episcopalibus, & in parochialibus ecclesiis, singulis diebus Dominicis & festivis a Septuagesima usque ad Pascha solemniter publicetur: vendentes etiam carnes publice in supradictis temporibus, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Circa infirmos vero, quos urgens cogit necessitas, servetur quod super hoc canones decreverunt.

XVII. *De immunitate ecclesiarum.*

Reverentia specialis, quam cuncti fideles ecclesiæ Dei exhibere tenentur, merito nos inducit, ut eos, qui per illicitos actus Divina officia quæ in ecclesiis celebrantur, pertorbare præsumunt, adjectione pœnæ debitæ compescamus. Ideoque universis ecclesiarum prælatis præcipiendo mandamus, ut constitutionem felicis recordationis Gregorii papæ V. quæ incipit; Decet domum Domini; contra sæculares judices, qui caussas in ecclesiis audiunt, in ecclesiis suarum diœcesum faciant publicari, & judices ipsos nihilo minus moneant, & inducant, ut ab hujusmodi Divinorum officiorum perturbatione desistant: alioquin contra eos procedere per censuram ecclesiasticam non omittant, sententias insuper per eosdem prolatas, denuncient, virtute dictæ constitutionis, nullius obtinere roboris firmitatem.

Cum negotiationis, nundinæ, & fori cujuscumque tumultus, a jure in ecclesiis fieri sint penitus interdicti, eo qood per hoc Divina possunt impediri officia, & evidens præbeatur occasio ad multa enormia in ecclesiis committenda: statuimus, ut quicumque talia vel aliquid prædictorum in eis exercere præsumpserint, ipso facto excommunicationis sententia sint ligati.

Macellum vero in cœmeteriis sub eadem pœna fieri pıohibemus. Sacristæ autem sive * thesaurii cathedralium & collegiatarum, ac rectores parochialium ecclesiarum, diligenter attendant, ut negotiatores hujusmodi ab ecclesiis suis abjiciant, & negotiationes quæ earum dehonestant decorem, in eis fieri non permittant. Qui circa hoc negligentes extiterint, per suos ordinarios puniantur.

* *Corr.* thesaurarii.

Nonnulli temporalem jurisdictionem indebite exercentes, & alii immunitatem ecclesiasticam, [a] confugientes, ad ipsam defensare tenentur exquisitis fraudibus infringere moliuntur. Quosdam enim confugientium hujusmodi, ut habet fide digna relatio, intra ipsam ecclesiam constringunt compedibus & catenis; quosdam vero sic arcte custodiunt, ut eis victualia non possint aliqualiter ministrari: alios etiam dormire vel quiescere non permittont, & quandoque eos vulnerant, mutilant, comburunt & occidunt, & aliis modis affligunt contra ecclesiasticam libertatem. Volentes igitur horum ausus temerarios juris remedio refrenare, statuimus, ne aliquis seu aliqui, præfatis modis vel aliquo ipsorum infringere ecclesiasticam audeant libertatem: alioquin officiales, episcopi, & alii, atque eis præstantes in his scienter consilium, auxilium & favorem, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto. Si vero communitas hæc fecerit, vel fieri præceperit, eo ipso ecclesiastico subjaceat interdicto, pœnis & aliis in jure statutis in suo robore duraturis.

Locus obscurus. [a] *MS.* (quam Ecclesia confugientes ad ipsam defensare tenetur:) exquisitis &c. *Et mox* Quosdam etiam confugientium.

Domus Dei, quæ ad ejus laudem specialiter deputantur, per nonnullos nobiles & potentes, prælatorum licentia incastellantur, vallantur, & fortalitiis contra sanctorum patrum statuta muniuntur, & in servitutem indebite rediguntur. Ideoque statuimus, ut nullus prædictorum temeritate propria quascumque ecclesias aut cœmeteria incastellare, seu vallare audeat, nisi ex magna & inevitabili causa: alioquin si personæ singulares extiterint, in excommunicationis; terræque eorum, interdicti sententias incidant ipso facto. Si vero communitas hoc definierit, vel fieri præceperit,

ANNO CHRISTI 1322.

rit, ecclesiastico subjaceat interdicto. Sententiæ vero prædictæ in synodis per episcopos solemniter publicentur.

Quia cælestis illa Jerusalem mater nostra libera est libertate, quam contulit ei Christus, justum & dignum dignoscitur, quod quæ ipsius sunt, libertate gaudeant universa. Sed, prob dolor! draco ille antiquus serpens, inimicus naturalis Christi sponsæ, a timore Dei corda mundanorum hominum sic avertit, & contra libertatem ecclesiasticam sic permovit, quod personas ipsius lædere, ac B capere decimas, & alia bona ejus capere, & vastare illius loca, & interdum, prob pudor! ecclesias ipsas ac monasteria invadere, destruere, ac cremare, ac jura ecclesiæ violare diversimode, ausu sacrilego non verentur. Nos igitur præmissa tam gravia, tam horrenda, tamquam sacris canonibus inimica, de medio tollere cupientes, sacro approbante concilio duximus statuendum: quod quicumque, cujuscumque status, religionis aut conditionis existant, prædicta vel aliquod prædictorum commi- C serint, seu committentibus præbuerint scienter consilium, auxilium, vel favorem, præter alias pœnas a jure positas contra tales, viventes quidem ab ingressu arceantur ecclesiæ, morientes vero, quoad usque plene satisfactum fuerit damna passis, careant ecclesiastica sepultura. Volumus insuper, quod nisi facta satisfactione prædicta nullus possit ipsos absolvere ab his pœnis. Verum quia plerumque humanus pudor a peccando eohibet, quos ab hoc D non retrahit timor Dei: statuimus, quod in civitatibus seu locis aliis quibuscumque, in quibus principales malefactores prædicti fuerint, seu personæ prædictæ ecclesiasticæ, aut antedicta bona ex certa scientia recepta & detenta extiterint, quamdiu dicti malefactores, aut bona ecclesiæ præmissa, in ipsis fuerint, cessetur inibi totaliter a Divinis. Mandamus nihilo minus prælatis omnibus, quod ipsi in suis ecclesiis cathedralibus & parochialibus suarum diœcesum præsentem constitutionem frequen- E ter faciant publicari.

XVIII. *De consanguinitate & affinitate.*

Clement. *Eos qui.* de consang. & affinit.

Cum generalis concilii Viennensis statutum eos qui in gradu probibito nuptias contrahunt, excommunicationis decernat sententiæ subjacere, & prælati circa ejus publicationem fuerint hactenus negligentes: statuimus, & in virtute sanctæ obe- A dientiæ præcipiendo mandamus, ut ipsi ecclesiarum prælati in cathedralibus & parochialibus ecclesiis, quatuor anni festis præcipuis, & in diebus Dominicis [a] Quadragesimæ, dictam generalis concilii constitutionem faciant publicari.

a *MS. tertia quadragesimæ.*

XIX. *De simonia.*

Detestandam prælatorum avaritiam, ac aliorum, qui jurisdictionem ecclesiasticam in ecclesiis obtinent, quæ labem simoniæ continet, extirpare volentes, sacro approbante concilio statuimus, ut nullus archiepiscopus, vel episcopus, abbas, archidiaconus, archipresbyter, aut quivis alius, ad quem spectat clericorum præsentatio, officiales eorum seu portarii, pro ordinibus collatis seu conferendis, vel quocumque actu vel * licentia ipsos ordines præcedente, quidquam recipere audeat: alioquin si laicus fuerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat; si vero clericus, qui nondum ecclesiasticum beneficium obtinet, usque ad biennium eo ipso reddatur inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum; si autem beneficiatus extiterit, ut decanus, archidiaconus, abbas sæcularis, archipresbyter, vel quivis alius jurisdictionem habens, ipso facto a perceptione beneficii sit suspensus, donec duplum ejus quod receperit, restituat; cujus medietas clerico, a quo recepta fuit pecunia, alia vero medietas fabricæ cathedralis ecclesiæ applicetur. Prælatus vero, si de ejus conscientia vel mandato quidquam receptum fuerit, eo ipso a collatione ordinum sit suspensus, quousque duplum ejus quod receptum est restituat, vel restitui faciat, dicto modo inter fabricam ecclesiæ dividendum.

* litera.

Ordinati vero, si post receptiones ordinis, pro scripturæ labore, charta & cera, aliquid offerre voluerint, hoc accipi minime prohibetur: ita tamen, quod hæc gratuita oblatio summam quinque morobetinorum usualis monetæ aliquatenus non excedat: a pauperibus autem aut nihil, aut minus recipiat pro prædictis. Archiepiscopi autem vel episcopi, seu vicarii eorum, & ipsis in remotis agentibus, vel sede vacante vicarii per capitulum deputati, nihil omnino recipiant pro præsentatione ad ordines, vel præsentationis litteris, alteri episcopo facienda: alioquin eo ipso * in in- cidant supradictas.

* *f. in pœnas incid. sup.*

Quorumdam clericorum & laicorum abusum, qui clericos de novo promotos

non

ANNO CHRISTI 1322.

non permittunt in suis ordinibus ministrare, priusquam eis adhibeant per unum aut plures dies prandia & convivia sumptuosa, vel certam præparent quantitatem pecuniæ, exstirpare volentes, statuimus, ut cum clerici qui ad titulum alicujus ecclesiæ, ad subdiaconatus, diaconatus, aut presbyteratus ordines sint promoti, noviter celebrare voluerint, alii clerici illius ecclesiæ eos libere admittant, & eis ad celebrandum ministrent ecclesiæ paramenta, celebrationi ipsorum caritative & amicabiliter assistentes; eisdem etiam secundum quod ordo ipsorum exegerit, portionem integraliter conferant & assignent. Quod si contra hoc nostræ constitutionis edictum clerici quidquam malitiose commiserint, exegerint, aut perceperint: quarta parte fructuum & proventuum beneficii, quod in dicta ecclesia obtinent, sint privati, exigenda per eum, cui diœcesanus commiserit, & fabricæ illius ecclesiæ applicanda. Laici vero, si clericis noviter promotis contra hoc quidquam molestiæ aut contradictionis objecerint, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto, consuetudine quavis contraria non obstante.

Ut simoniaca labes, quæ vacantibus ecclesiis a patronis & clericis damnabili cupiditate & ambitione frequenter committitur, pœnarum formidine refrenetur: statuimus, ut nullus patronus, pro præsentatione ad ecclesiam [a] in qua jus obtinet patronatus, pecuniam aut quodcumque munus recipiat, sive donum; nec clericus audeat per se aut per alium pro præsentatione præmissa munera promittere vel donare: alioquin & præsentans illa vice jure præsentandi sit ipso facto privatus, & præsentato clerico nihil juris ex præsentatione hujusmodi acquiratur, nec etiam ab aliis patronis ea vice ad ecclesiam illam valeat præsentari. Ut autem circa hoc omnis sinistra suspicio conquiescat, præcipimus, quod prælatus, ad quem institutio pertinet, a præsentato clerico, antequam in beneficio ipsum instituat, corporale recipiat juramentum, quod pecuniam vel aliud munus quodcumque patrono aut alii pro eodem pro præsentatione hujusmodi nec promisit, nec dedit, per se vel per alium quoquomodo.

Gratia, si non gratis datur & recipitur, gratia non est. Nonnulli vero prælatorum, ut accepimus, cum beneficia conferunt, [b] occasione collationis factæ fructus eorumdem beneficiorum, aut aliquam ipsorum partem, seu summam aliquam pecuniæ, exigere ac retinere præsumunt. Cum igitur corruptelam hujusmodi sacri canones detestentur: jubemus ne episcopi, vel quivis alius ad quem beneficii collatio pertinet, ratione collationis hujusmodi beneficii aut [c] chanriæ, seu alio quocumque quæsito colore, aliquid præsumant per se vel per alium exigere, [d] seu etiam retinere: nec notarius seu scriptor quidquam nisi moderatum exigat pro collationis littera & sigillo; sed ille libere fructus ipsos percipiat, cui beneficium est collatum. Quod si aliquis ad quem collatio beneficii spectat, contra præmissa fecerit, eo ipso a collatione beneficiorum per sex menses noverit se suspensum: & beneficia ad collationem suam spectantia, quæ medio tempore vacaverint, per eum ad quem collatio ipsorum de jure vel de consuetudine devolvitur, conferantur.

XX. *De magistris*.

Ignorantia, quæ mater cunctorum errorum esse dignoscitur, in clericis, qui ad animarum curam & docendi officium assumendi sunt, est diligentius evitanda. Ideoque ab eis studiose vigilandum est, ut per sollicitudinem studii eam a se abjiciant, quasi pestem. Volentes igitur ut clerici ad ecclesiasticos ordines promovendi, utilius in scientia valeant informari; optantes etiam, ut constitutio Lateranensis concilii effectum debitum sortiatur: statuimus, ut in qualibet civitate & in aliis locis insignibus, duobus vel tribus in unaquaque diœcesi, ubi & prout prælatis, considerata diœcesis qualitate & latitudine, videbitur expedire, ponantur magistri in grammatica, qui scholares in dicta scientia instruant & informent. In civitatibus vero solemnibus magistri in logicalibus deputentur, & eis salaria de circumadjacentibus ecclesiis ipsis prælatis subjectis assignentur, secundum ordinationem & providentiam eorumdem. In locis quoque majoribus, ubi opulenta monasteria sunt constituta, vel collegiatæ ecclesiæ sæculares consistunt, magistri in grammatica statuantur, quibus per abbates & conventus de ecclesiarum redditibus eis pleno jure subjectarum, in quibuscumque existant diœcesibus, provideatur de salario competenti.

Ut autem clerici ad proficiendum in scientia facilius inducantur: statuimus, quod volentes studio litterarum insistere, pro tempore, quo insistent, iidem fructus bene-

[a] MS. in quam.

[b] MS. ratione.

[c] MS. cancellariæ.

[d] MS. addit, recipere.

ANNO CHRISTI 1322.

beneficiorum suorum usque ad triennium percipiant, aut etiam majori tempore, si hoc prælatis & suis capitulis expediens videatur. Negligentes vero in scientia proficere, si ad hoc apti fuerint, per subtractionem beneficiorum suorum ab ordinariis compellantur. Et ut hoc salubre statutum efficacius valeat observari: volumus & mandamus, quod quilibet prælatus aliquem de ecclesia sua specialiter deputet, qui de magistris & eorum salariis curam habeat, ac eis provideri faciat, prout superius est expressum. Qui si negligens fuerit, per episcopum pro negligentia puniatur. Nos vero prælatis in virtute obedientiæ districte præcipimus, ut in proximis synodis in suis diœcesibus celebrandis hanc nostræ constitutionis ordinationem diligentius exequantur. Per hoc autem circa dignitates, quibus onus annexum est providendi de salario magistri in grammatica, nihil intendimus immutare.

Cathedrales ecclesiæ personis litteratis, providis & discretis indigent, per quos verbum Dei recte prædicari valeat, & causarum ambiguitates & strepitus commodius expediri. Volentes igitur, ut beneficiati in ipsis ecclesiis opportunitatem habeant proficiendi in scientia, & possint bonis moribus informari; statuimus, ut in qualibet cathedrali & collegiata ecclesia aliqui etiam ex beneficiatis apti & docibiles, judicio episcopi vel prælati sui & capituli, saltem unus ex decem de residentibus, assumantur, qui ad studia generalia theologiæ, juris canonici, ac liberalium artium accedere compellantur, & ibidem utiliter perseverare tempore debito, donec ad statum scientiæ competentem perveniant, * & medicinæ quoad illos quibus ipsas audire a jure non est prohibitum, idem volumus observari. Sic autem electis & approbatis, tempore quo episcopo & capitulo expedire videbitur, fructus beneficiorum, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, integraliter assignentur, consuetudinis vel constitutionis statuti illius ecclesiæ obstaculo non obstante. Prælatis vero sub interminatione Divini judicii præcipimus & mandamus, ut præsentem constitutionem in proximis synodis diligenter exequi non omittant.

* Adde ex MS. quo usus est Cardin. de Aguir. & suis Ecclesiis possint perfectius deservire. Circa scientias vero juris civilis, & medicinæ &c.

XXI. *De Judæis & Sarracenis.*

Ecclesia Dei, in qua celebrantur Divina officia & sacramentum Eucharistiæ consecratur, purgari debet, ne * communicatione infidelium cum fidelibus profanetur. Volentes igitur abusum evellere, qui in quibusdam partibus inolevit, quo infideles fidelibus se immiscent, cum Divina officia in ecclesia celebrantur, ex quo scandalum frequenter oritur, & fidelium devotio impeditur: præsenti prohibemus edicto, ne quivis infideles in ecclesiis interesse præsumant, dum Divina celebrantur officia. Quod si forte ex aliqua necessitate vel rationabili causa, in ecclesia, dum celebrantur Divina, & Missa specialiter, eos interesse contigerit, postquam præfationem Missæ sacerdos inceperit, ab ecclesia per sacristam in secretiori loco, vel alio apto, juxta ecclesiam recludantur; defendentes vero ipsos, ut prædicitur, impedientes ne ab ecclesia expellantur, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

* commistione.

Novit hostis * Dei calliditas sub ovina pelle lupum induere, ac sub mellis similitudine fel inferre, contra quod a Christum colentibus, ne fallantur, est cautela diligens adhibenda. Quia igitur in nocturnis vigiliis, quas in ecclesiis fieri aliquorum simplicium devotio introduxit, nefanda sæpe ac enormia sub hac boni specie committuntur: ipsas fieri de cætero firmiter prohibemus. Infideles vero quoscumque ad vigilias istas adducere seu tenere, aut procurare quod tumultum ibi faciant suis vocibus, vel quibuslibet instrumentis, execrabile reputantes: statuimus, quod quicumque circa infideles dumtaxat contra præmissa fecerit, seu aliquod præmissorum, vivens quidem ab ingressu arceatur ecclesiæ, ac moriens ecclesiastica careat sepultura.

* MS. divi.

Sicut fidelis populus ab infideli est * processione divisus, sic eum decet conversatione & moribus ab infidelium ritibus segregari. Ne igitur Christianæ fidei professores, Judæorum & Sarracenorum superstitionibus polluantur, & simplicium animi ad eorum perfidiam inclinentur; sub excommunicationis pœna, quam ipso facto incurrant, firmiter inhibemus, ne Christiani Judæorum aut Sarracenorum nuptiis vel sepulturis intersint, * nec eorum ritus, in his signanter aliqualiter imitentur.

* MS. addit, fidei.

* MS. ne eorum ritibus in his signanter aliqualiter irretiantur.

Absurdam & irrationabilem corruptelam, quæ in Christianæ fidei vergit opprobrium & jacturam, qua contra sanctiones canonicas, Judæi & Sarraceni Christianis in publicis præficiuntur officiis, sub quorum prætextu Christianis plu-

ANNO CHRISTI 1322.

plurimum sunt infesti, extirpare volentes: universis ecclesiarum prælatis sub interminatinne Divini judicii præcipimus & mandamus, ut sanctorum patrum statuta super boc edita, per exenmmunicationis seotentiam & aliarum pœnarum appositiooem faciant invinlabiliter observari.

* Corr. Ad dilatationem.

* Ad dilatinnem fidei Christianæ, & conversatinnem fidelium debita sollicitudine Intendentes, statuimus, ut conversis Jndæorum & Sarracennrum, qui plerumque post suseeptionem baptismi mendicare propter rerum innpiam compellnntur, & nb boc nnnnulli eorum a receptinne fidei retrahuntur, io bnspitalibus & piis locis, provideatur in necessariis, secundum facultatem & sufficientiam redditaum eorumdem: cujus ordinatinnem in Incis non exemptis discretinni & arbitrio diœcesannrum ducimus committeodam. Alii tamen, qui apti fueriot ad proficiendum in artificiis aliquibus, per rectores hospitalium prædictorum ponantur & deputentur ad scientias, vel ipsa artificia addiscenda: quibus prnvideatur io necessariis, quousque in tantum in eis profecerint, quod de scientia vel de artifeio commode valeant sustentari. Illis vero nnn teneantur dicta hospitalia providere, qui ante conversinnem aliqua artificia sciverint, de quibus vivere valeant competenter: fiat tamen talibus in principin de bospitalium bonis aliqua moderata subventin, ad habendum instrumenta oecessaria pro suo artificio exerceodo.

De bonis autem talium cooversnrum fiat quod circa hnc cannnes deereverunt. Ut vero prædicta hospitalia ad sustentationem ipsorum sufficere valeant, & etiam aliorum, prælati indulgentias conceedant eis, qul talibus conversis benefecerint: deputantes aliqnos probos viros, qui eleemnsynas hujusmodi cnlligant, & eis pro suis necessitatibus administrent. Universos etiam ecclesiarum prælatos monemus & hortamur in Domino Jesu Christo, ut conversis hujusmodi, qui ad elericatum apti fuerint, & elericatum ipsum recipere voluerint, de beneficiis ecclesiasticis suæ conditioni & meritn competentibus studeant providere.

Prædicationis nfficium, qnod exerceri non debet nisi ab idooeis & litteratis personis, & eis dumtaxat, quibus per prælatos seu de jure aut privilegio specialiter est commissum, Judæis & Sarracenis conversis penitus interdieimus, nisi eis, qui examinati & approbati fuerint per prælatos, & tales ;joventi, quod sine errore & scandalo fidei infideles conviocere possint & sciant per scripturas, & maxime ex codicibus eorumdem. Prælatis etiam Interdicimus, ne ipsis conversis litteras concedaot super licentia prædicandi dictis infidelibus: nisi probatl & examinati fueriot, ut superius est expressum.

Adversus Judæorum & Sarraeenorum induratam malitiam, (qui sub velamine medicinæ, chirurgiæ, & apotbecariæ, callide insidiantur & nocent populo Cbristiano, dum eis medicameota * proponant, ex quibus nnnounquam pericula mortis Incurrunt) sanctorum patrum canones salubriter providerunt, prohibentes, oe Christiani eos in infirmitatibus suis voceot, aut ab eis recipiant medieinam. Quia vern prædicti canones propter prælatnrum negligentiam nnn servantur, in virtute sanctæ obedieotiæ præcipiendn mandamus, ut prælati ipsi præcepta cannnum tam circa prædicta, quam eirca eorumdem evitanda cibarla, per censuram ecclesiasticam faciant invinlabiliter observari.

* f. propinant.

Damnandæ cupiditatis iniquitas, qua mercatores Christiani victualia deseruot Sarracenis, ontabile damnum * asseruot Christianis: dnm ex boc & Sarraceoorum relevatur innpia, & terra Cbristianorum victualibus sibi necessariis vacuatur. Cum igitur præmissa fieri tempore guerræ sint a jure probibita, prælatis omnibus & singulis præcipimus & mandamus, ut commlttentes præmissa, excnmmuoicatus in suis ecclesiis faciant publicari. Sententia autem hujusmodi in cathedralibus & parochialibus ecclesiis & specialiter partibus Sarracennrum vleinis, saltem quater io anno solemniter publicetur.

* f. afferunt.

XXII. *De adulteriis.*

Lex cootinentiæ, & tori coojugalis fidelitas, quandnque per concubinarium abusum, quandoque per secundas nuptias, quas plerique de facto, cum de jure nnn possint, contrahunt contra legis Divinæ præcepta, indebite vinlatur. Ideoque statuimus, ut qnicumque conjugatus concubinam publice detinere præsumpserit, vel coojugatus, aut non conjugatus, coocubinam infidelem præsompserit detinere, tam ipsi, quam ipse eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Prælati vern sententiam hujusmodi io ecclesiis faciaot sæpius publicari.

XXIII.

ANNO CHRISTI 1322.

XXIII. *De raptoribus.*

Execrabilem quorumdam Christianorum abusum, quo nonnulli Christianos rapiunt vel furantur, & eos Sarracenis vendunt, aut aliter quomodocumque trahunt, abhorrentes: statuimus, ut nullus Christianus prædicta vel aliquid prædictorum exercere audeat: alioquin in sententiam excommunicationis incidat ipso facto; & quod, postquam a dicta sententia absolutus fuerit, nisi prius satisfecerit, careat ecclesiastica sepultura. Prælatis sub interminatione Divini judicii præcipimus & mandamus, ut filios eorum, videlicet qui prædictis modis subtractos Sarracenis tradunt, cum affectu usque ad tertiam generationem ad sacros ordines & ecclesiastica beneficia non admittant. Sententia vero hujusmodi in cathedralibus ecclesiis, maxime partibus Sarracenorum vicinis, saltem quater in anno solemniter publicetur.

Ex frequentibus prælatorum querelis percipimus, quod nonnullæ religiosæ personæ, exemptæ & non exemptæ, ecclesias, decimas, & alia ecclesiarum & prælatorum bona, mobilia & immobilia, tam notabili læsione violenter usurpant & injuste detinent occupata. Ut igitur tales injuriatores pœna puniantur canonica, & ecclesiæ ab injuriis ac molestiis releventur: præcipimus, prælati constitutionem felicis recordationis domini Clementis papæ V. quæ incipit: Religiosi: contra tales in ecclesiis suis publicari faciant diebus Dominicis & festivis, & incidentes in ejusdem constitutionis pœnas, excommunicatos & suspensos nominatim faciant publice nunciari.

XXIV. *De fortilegiis.*

Cum fortilegorum, maleficorum, incantatorum superstitiosa pernicies sit reprobata a jure canonico & civili; & in his a pluribus excedatur: præsenti constitutione firmiter inhibemus, ne aliqui ad hujusmodi fortilegos, maleficos, incantatores, divinatores accedere, aut ab eis super suis vel aliorum actibus consilium petere præsumant: alioquin tam ipsi, quam ab eis consilia requirentes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Inhibemus insuper sub excommunicationis pœna, ne aliquis attendat auguriis, aut in agendis secundum augurum consilia dirigantur.

A Prælati vero & prædicatores verbi Dei, in suis sermonibus auguria dissuadeant omnibus Christianis.

XXV. *De purgatione canonica.*

Cum per sanctorum patrum statuta præcipiatur, ut ecclesiæ * in suis actibus materiæ mature procedatur: statuimus, ut purgatio canonica in causis sacrilegiorum vel aliis quibuscumque nullatenus indicatur, nisi tali casu, pro B quo de jure sit purgatio indicenda.

* *f. ecclesia in suis actibus mature procedat.*

XXVI. *De purgatione vulgari.*

Vulgaris purgationis abusum per canones interdictum, quo suspecti de criminibus, ad se purgandum, ferrum candens, aut aquam ferventem accipiunt, detestantes: statuimus, ut mandantes talem purgationem fieri, tenentes, exhibentes, custodientes, accipientes ad hoc ferrum vel aquam hujusmodi, cum his Deus tentari videatur, & innocentes in C hujusmodi purgationibus sine demerito puniantur, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto, & nihilo minus sæpius excommunicati publice nuncientur.

XXVII. *De pœnitentiis.*

Pœnitentiæ sacramentum, quod omni fideli, postquam ad annos discretionis pervenerit, est necessarium ad salutem, a nullo est aliqualiter negligendum. D Ideoque universis ecclesiarum rectoribus sub pœna excommunicationis districte præcipiendo mandamus, ut constitutionem generalis concilii, quæ incipit: Omnis utriusque sexus: maxime quoad pœnas non confitentium, aut non communicantium, quæ sunt, ut viventes ab ingressu ecclesiæ arceantur, & morientes careant ecclesiastica sepultura, singulis Dominicis diebus, a Septuagesima saltem usque ad Pascha, in suis ecclesiis publicent, & in aliis locis, ubi hoc viderint expedire.

E Et ego Roman. quondam magistri Oddonis de Laude publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, prædictas constitutiones, prout in ipsarum originali correcto vidi & legi, de mandato, auctoritate, & commissione reverendi in Christo patris & domini, domini Guillermi episcopi Sabinensis, apostolicæ sedis legati supradicti, in præsentia discretorum virorum, domini Raimundi Flori canonici Compostellani capellani, & Stephani de Lilio archipresbyteri de Gomera Oxomensis * diœcesis, clerici ipsius domini legati, testium ad hoc vocatorum

* *Male legebatur. Oxoniensis.*

ANNO CHRISTI 1322.

rum & rogatorum, die secunda mensis Septembris anni & pontificatus prædictorum, mihi & Bertrando notario publico infrascripto factis, cum eodem Bertrando fideliter auscultavi. Et quia ipsas cum prædicto originali concordare inveni, in testimonium præmissorum me subscripsi, signumque meum hic & in fine cujuslibet folii præsentium constitutionum usque ad medietatem apponi consuetum. Et in uberiorem certitudinem præmissorum, dictus dominus legatus duxit sigillum suum præsentibus foliis in filo colligatis appendi.

Et ego Bertrandus Vanchi de Chanensi castro, clericus Trevirensis diœcesis, publicus apostolica & imperiali auctoritate notarius, prædictas constitutiones, prout in ipsarum originali correcto vidi & legi, de mandato, auctoritate, &c.

CONCILIUM COLONIENSE

Ab Henrico Coloniensi Archiepiscopo & suffraganeis celebratum anno Dom. 1322. pridie Kal. Novembr.

In quo Engilberti Coloniensis archiepiscopi synodalia statuta, facta sunt provincialia.

Henricus Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, sacro præsente provinciali concilio, ad perpetuam rei memoriam.

Reipublicæ curam gerentes, illud affectanter in corde gerimus, ut nostris subjectis pacem, quietem, & tranquillum statum præparemus, ac nunc novorum editione, nunc antiquorum extensione decretorum, libertatem ac immunitatem ecclesiasticam conservemus, ac insurgentium contra ipsam conatus & appetitus noxios, etiam pœnarum adjectionibus, refrenemus. Sane jamdudum felicis recordationis dominus Engilbertus Coloniensis archiepiscopus prædecessor noster, speculator providus, & subditorum suorum defensor inclytus, ad manutenendam & defendendam libertatem & immunitatem ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, ac 'eorum qui in sortem Domini sunt vocati, complura (ultra provisiones tam juris canonici quam civilis) statuta synodalia, non tam salubria & utilia, quam necessaria, promulgavit; easque pœnarum adjectionibus, sicut erat expediens, vallavit provide & consulte: quæ de consilio & consensu nostri capituli Coloniensis, ac venerabilium patrum, dominorum, Godefridi Osnaburgensis, & Godefridi Mindensis, ac procuratorum venerabilium dominorum, Adolphi Leodiensis, & Ludovici [1] Monasteriensis ecclesiarum episcoporum nostrorum suffraganeorum, & procuratorum ecclesiæ Trajectensis, ipsa Trajectensi sede vacante, in præsenti nostro concilio provinciali congregatorum, salvis prædictorum suffraganeorum nostrorum statutis synodalibus, si quæ habent, eis & eorum ecclesiis, monasteriis, & piis locis ecclesiasticisque personis plenius providentibus, quibus per præsentes præjudicare non intendimus, sed ea in suo robore volumus permanere: auctoritate præsentium duximus approbanda, innovanda, & auctorizanda, ac ad totam nostram provinciam, ut uniformitas in ea inducatur, in omnibus suis modo & forma & tenoribus extendenda: ipsaque ad totam nostram provinciam extendimus per præsentes, decernentes ea, ut provincialia statuta & decreta, amodo debere firmiter teneri & observari. Quorum quidem statutorum tenor, de verbo ad verbum dinoscitur esse talis.

[1] Ludolphi

In nomine Domini, Amen.

Engilbertus Dei gratia &c. *supra t. 14. p. 332.*

Item contra eos, qui manus in clericos vel personas ecclesiasticas injiciunt temere violentas.

Statuimus, ut sacrilegi, qui suadente diabolo, Dei timore postposito, manus injiciunt in cleric. &c. *ut supra t. 14. p. 333. & seq.*

Hæc omnia & singula statuta, auctoritate præsentis concilii provincialis, in omnibus suis, modo, & forma, & clausulis, & tenoribus, ac pœnarum adjectionibus, ad totam nostram provinciam extendimus, & statuta provincialia facimus: decernentes ea, ut statuta provincialia, debere teneri & observari, sic quod in qualibet civitate & diœcesi provinciæ nostræ ea teneantur & observentur, sicut sub verbis nostræ civitatis & diœcesis, tanquam synodalia, sunt concepta ac promulgata, & hactenus observata: salvis tamen aliis statutis synodalibus ecclesiæ nostræ Coloniensis, a nobis sive a prædecessoribus nostris editis: ac etiam statutis suffraganeorum nostrorum, si quæ habent, quibus, si reperiantur in aliquo præsentibus statutis contraria, vel diversa ab eisdem, in quantum & in eo quo melius & plenius provident ecclesiis, monasteriis, & piis locis, ecclesiasticisque personis & earum rebus, & non istis: si vero melius & plenius præsentibus statutis, eisdem providetur: istis, & non illis, decernimus fore standum. Et hoc num melius & plenius per ista statuta, an per illa providetur, judicio sive arbitrio executorum ipsorum statutorum dusimus relinquendum. Præterea executionem præsentium statutorum, ac absolutionem, suspensionem, & relaxationem sententiarum in eisdem latarum, seu eorum auctoritate ferendarum, ad nos & ad nostrum officialem Coloniensem in nostra civitate & diœcesi, & ad quemlibet nostrorum suffraganeorum, & ad eorum officiales, sive ad ipsos, ad quos de jure vel de consuetudine, quoad synodalia eorum statuta, pertinet, in singulis suis civitatibus & diœcesibus volumus pertinere. Verum ut omnis ambiguitas, & perplexitas, & difficultas, quo ad observantiam præsentium statutorum, in futurum evitentur: de consensu expresso & auctoritate præsentis provincialis concilii, retinemus & reservamus nobis potestatem, facultatem, & auctoritatem præsentia provincialia statuta,

ANNO CHRISTI 1322.

tuta, quo ad nostram civitatem & diœcesim, & etiam quo ad singulas civitates & diœceses nostrorum suffraganeorum, si ab aliquo episcoporum nostrorum suffraganeorum, & eorum capitulo requisiti super eo fuerimus, de consilio priorum & capituli ecclesiæ nostræ Coloniensis, in synodo tamen nostra diœcesana, corrigendi, emendandi, interpretandi, tollendi, & in melius commutandi, si hoc nobis ex causis necessariis & legitimis videbitur expedire, provinciali concilio ad id minime convocato. Quia vero per ipsa præsentia statuta provincialia, communi utilitati ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum ac ipsarum bonorum, ut speramus, auctore Domino, salubriter providetur: præcipimus & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, ut ea ab omnibus ecclesiis & ecclesiasticis personis nostræ provinciæ inviolabiliter & firmiter, fraude & dolo exclusis, observentur juxta modum & formam supradictos. In quorum omnium & singulorum testimonium, ea per Hermannum dictum Ratze, publicum imperiali auctoritate notarium, conscribi, & in hanc publicam formam redigi, ejusque signo consueto signari mandavimus, ac nostro & capituli nostri Coloniensis sigillis appensis muniri.

Acta sunt hæc in concilio nostro provinciali Coloniæ celebrato, sub anno a nativitate Domini 1322. ultima die mensis Octobris, in palatio nostro Coloniensi, præsentibus capitulo nostræ ecclesiæ Coloniensis, ac venerabilibus in Christo patribus & dominis, Godefrido Osnaburgensis, & Godefrido Mindensis ecclesiarum Dei gratia episcopis, nostris suffraganeis, pro se & suis ecclesiis: ac venerabili in Christo patre & domino Hermanno Hennensis ecclesiæ episcopo, & Lenoldo de Northuff canonico Leodiensi, venerabilis in Christo patris ac domini, D. Adolphi Leodiensis, & dilectis in Christo, magistro Rudegero de Aldendorpe, doctore decretorum, & Friderico de Bicken canonicis Monasteriens. venerabilis in Christo patris & domini Ludovici Monasteriensis, Dei gratia episcoporum, nostrorum suffraganeorum, procuratoribus; ac dilectis in Christo, magistro Reynero doctore in Theologia, ac Gerardo de Vorne, canonicis Trajectensibus, nomine capituli Trajectensis ecclesiæ, ipsa ecclesia Trajectensi episcopi solatio viduata, in præmissis omnibus & singulis, consequentibus & suum consensum expresse adhibentibus. Præsentibus etiam S. Pantaleonis & S. Martini Coloniens. ac S. Cornelii Indensis, Gladebachensis, Tuitiensis, Bruvilerensis, & Sibergensis monasteriorum abbatibus, ordinis S. Benedicti: Bonnens. S. Severini & S. Andreæ ecclesiarum Coloniensium præpositis: item Bonnensis, S. Gereonis Coloniensis, Sanctensis, S. Andreæ, S. Severini, S. Cuniberti, SS. Apostolorum, S. Mariæ ad gradus, decania, ecclesiarum civitatis & diœcesis Coloniensis: officiali nostro Coloniensi, & Efficensis & Carpensis (Coloniensis diœcesis) ecclesiarum præpositis, ac aliis prælatis, canonicis ecclesiarum rectoribus, & clericis nostrarum civitatis & diœcesis ac provinciæ in multitudine copiosa.

Et ego Hermannus dictus Ratze, de Colonia, publicus imperiali auctoritate notarius, prædictus, præmissis omnibus & singulis, dum agerentur, una cum personis prænominatis præsens interfui, ea omnia & singula, prout superius, in præsentibus rotulis per me connexis & signatis, de mandato reverendi in Christo patris & domini, domini Henrici Coloniensis ecclesiæ archiepiscopi prædicti continentur, conscripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque signo consueto signavi vocatus & rogatus.

Et nos Godefridus Dei gratia Osnaburgensis ecclesiæ episcopus, quia omnibus contentis & expressis in præsenti instrumento, cui nostra præsens littera transfigitur, præsentes in concilio provinciali interfuimus, eisque tanquam utilibus & necessariis ecclesiis ecclesiasticisque personis & earum rebus, consensum, præhabita matura deliberatione, adhibuimus pro nobis & ecclesia nostra prædicta; idcirco sigillum nostrum, in signum præstiti consensus & auctoritatis a nobis & a toto concilio præsentibus duximus apponendum. Actum & datum die & loco, de quibus in ipso instrumento fit mentio.

Et nos Godefridus Dei gratia Mindensis ecclesiæ episcopus, quia omnibus contentis & expressis in præsenti instrumento, cui nostra præsens littera transfigitur, præsentes in concilio provinciali interfuimus, eisque tanquam utilibus & necessariis ecclesiis ecclesiasticisque personis & earum rebus, consensum nostrum, præhabita matura deliberatione, adhibuimus pro nobis & ecclesia nostra prædicta: idcirco sigillum nostrum, in signum præstiti consensus & auctoritatis a nobis & a toto concilio, præsentibus duximus apponendum. Actum & datum die & loco, de quibus in ipso instrumento fit mentio, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo.

Universis præsentes litteras visuris & audituris, Adolphus Dei gratia Leodinensis episcopus, salutem, & cognoscere veritatem. Noveritis quod quia venerabilis in Christo pater & dominus D. Hermannus Hennensis episcopus, vices nostras gerens in pontificalibus, & Lenoldus de Northuff canonicus Leodiensis, procuratores nostri, ipsi concilio provinciali reverendi in Christo patris & domini domini Henrici Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopi, Coloniæ celebrato, de quo in instrumento publico, cui præsens nostra transfigitur littera, fit mentio, nomine nostro & ecclesiæ nostræ interfuerunt, ac omnibus & singulis contentis & expressis in eodem instrumento, & præsertim prorogationi statutorum synodalium bonæ memoriæ domini Engilberti sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopi, ad totam provinciam Coloniensem, aliisque in dicto instrumento contentis, tamquam utilibus & necessariis ecclesiis ecclesiasticisque personis, & earum rebus, pro nobis & nostra ecclesia nomine procuratorio consenserunt. Ideoque nos ea quæ per ipsos in hoc negotio acta sunt, ratificantes & approbantes, sigillum nostrum, in signum adhibiti consensus & auctoritatis a nobis similiter & approbationis, præsentibus duximus apponendum. Dat. anno Domini 1322. in crastino B. Martini episcopi.

TARRACONENSE CONCILIUM

Anno 1323, celebratum.

I.

A. C. 1323. Assert Mart. Vet. Mon. t. VII. p. 309. ex MS. Colb. ex quo Mansi Supp. t. III. pag. 405.

EXiminius in secundo concilio celebrato Terraconæ, 8. Kal. Febr. 1323. contra diffidantes prælatos & personas ecclesiasticas.

Prædecessorum nostrorum qui condemnaverunt diffidari prælatos & personas ecclesiasticas, vestigiis inhærentes, sacro approbante concilio, statuimus, ut si quis deinceps, cujuscumque status vel conditionis existens, diffidaverit seu aculendaverit diffidati, seu aculendari fecerit aut procuraverit, publice vel occulte archiepiscopum vel episcopum, vel eorum officiales, vel prælatum, aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum in sacris ordinibus constitutum, seu prædictorum occasione homines &
B loca eorum ministrationi commissa, sive in hac scienter dederit consilium, auxilium val favorem, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat, & denuntietur excommunicatus quotidie, dum in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis, & candelis extinctis, & nihilominus terræ seu castra ipsius, si quæ habuerit, eo ipso subjaceant ecclesiastico interdicto, a qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de injuria & damnis propterea irrogatis satisfecerit competenter. Quod si clericus, cujuscumque status
C vel conditionis existens, aut religiosus in his deliquerit, si beneficium vel administrationem obtineat, præter pœnas prædictas, a beneficiis
A omnibus & administratione sit eo ipso privatus. Si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, donec secum super hoc per sedem apostolicam fuerit dispensatum.

II.

Contra laicos invadentes jurisdictionem ecclesiasticam.

Ecclesiastica jurisdictio a sæculari distincta esse dinoscitur, & una per alteram impediri non debet, sed potius adjuvari. Quia vero nonnulli sæculares judices statuta canonum circa hæc
B edita contemnentes, clericos & alias personas ecclesiæ super rebus & causis injuriose coram se compellunt in judicio litigare, & alias personas recurrentes ad ecclesiasticum forum super causis, quæ ad idem forum de jure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur, ad desistendum compellunt, sacro approbante concilio, statuimus, & universis prælatis in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus statutum felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. quod incipit: *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus synodis ac in ec-
C clesiis etiam suarum diœcesum ubi expedire viderint, faciant publicari, prædictosque judices excommunicatos publice nuntiari.

CONCILIUM PARISIENSE

Celebratum a Guillelmo de Meloduno Senonensi archiepiscopo, & suffraganeis, pro jurisdictione ecclesiastica & disciplina, anno Domini MCCCXXIII.

Ex codice MS. Victorino edidit Ludov. Bail in Summa conciliorum: nos cum MS. contulimus.

I. *Ut jejunetur in vigilia festi Corporis Christi.*

NOs Guillelmus archiepiscopus Senonensis, anno Domini MCCCXXIII. die sabbati post festum beati Matthiæ apostoli continuata de die in diem, a die Lunæ præcedenti, in nostro provinciali concilio una cum suffraganeis nostris cæterisque personis ecclesiasticis nostræ Senonensis provinciæ celebrato, Parisiis congregati: eodem approbante concilio, statuimus et ordinavimus, ut quarta feria, dictam * quintam feriam præcedente festum pretiosissimi sa-
cramenti, omnes subditi nostri et suffraganeorum nostrorum, ab esu carnium abstineant et jejunent. Quibus jejunantibus sic, vereque pœnitentibus et confessis, in remissionem suorum peccaminum quadraginta dies de indulgentiis duximus concedendum.

* *f.* quarta fer. quintam fer. præcedente, in qua celebratur festum præ.

Circa vero solemnem processionem quæ dicta
D quinta feria fit a clero et populo in delatione prædicti sacramenti iis diebus introducta, videlicet quoad præsens, nihil immutamus: devotioni cleri et populi relinquentes.

II. *Ut interdicantur loca, in quibus clericus a judice laico detinebitur.*

Statuimus et etiam ordinamus, ut si contingat aliquem clericum in villis seu castris diœcesis et provinciæ Senonensis, per judicem capi sæcularem, qui sufficienter requisitus de reddendo eumdem clericum suo judici ecclesiastico, non
E reddiderit seu restituerit, in sua malitia perseverans: in dictis villis seu castris cessetur, quamdiu tenebitur idem clericus, a Divinis, nedum in illa ecclesia intra cujus fines dictus clericus detineri dignoscitur, sed etiam in aliis ecclesiis in dictis villis et castris existentibus, si in dictis villis et castris plures ecclesias contigerit esse sitas. Quod ad religiosorum monaste-

ria

ANNO CHRISTI 1323.

ria in dictis villis et castris constituta, et ad alias ecclesias eisdem contiguas, extendi volumus: ne, si in quibusdam a Divinis cessaretur et non in aliis, cessationis sententia seu jurisdictio valeat vilipendi. Et prædictas cessationes, auctoritate prædicti concilii, ab omnibus tam exemptis quam non exemptis, cum de jure ad hoc etiam teneantur, volumus observari.

III. *Ut religiosi post annum & diem profiteantur.*

Præterea quia multi religiosi et religiosæ per annum et diem in habitu religioso in suis monasteriis commorantes, per quam quidem moram tacite sunt professi et suis monasteriis alligati, in animarum suarum periculum, et scandalum plurimorum, suis dimissis habitibus redire ad sæculum non verentur de facto, postmodum ad monasteria convolantes, præmissa falso sibi licere facere asserentes: eodem approbante concilio statuimus ac etiam ordinavimus, ut prædicti religiosi ac etiam religiosæ, dictis anno et die elapsis, per superiores suos, dummodo in ætatis discretione fuerint constituti, profiteri expresse, vel saltem ita publice, quod dicta professio celari non valeat, compellantur: cum non sit dubium, sic exeuntes, ac etiam contrahentes, sententiam excommuicationis incurrere ipso facto.

IV. *De vita & honestate clericorum.*

Præterea cum sit certum, clericos qui caligas rubeas ac scatatas et alias inhonestas publice deferunt, non modicum detrahere clericalis ordinis dignitati, indignos etiam prærogativa professorum illius ordinis se reddentes: inhonestati talium occurrere cupientes, eodem approbante concilio statuimus ac etiam ordinavimus, ut clerici beneficiati tam cathedralium quam

A collegiatarum ecclesiarum, sive sint canonici et capellani, vicarii, seu simplices choriales, caligis rubeis, viridibus, scatatis, croceis, seu albis, publice non utantur; sed caligis nigris, seu aliis honestis tantummodo sint contenti. Quod si a delatione dictarum caligarum canonici moniti non destiterint, ipso facto immediate distributionibus, quæ existentibus certis horis distribuuntur, auctoritate præsentis concilii nos privamus. Quod quidem statutum ad presbyteros extendi volumus, ordinariorum arbitrio puniendos. Et istud idem in prædictis clericis comam nutrientibus, barbamque prolixam seu tonsuram inhonestam, ac a parte exteriori almutias de cendeto seu de velveto deferentiB bus, ut uniformitas inter prædictos clericos conservetur, volumus observari.

Hinc est, quod paternitati vestræ auctoritate, nostra metropolitani mandamus, quatenus prædicta statuta in vestris synodis et alibi, prout vobis expedire videbitur, publicetis seu publicari faciatis, et a vestris subditis juxta tenorem ipsorum inviolabiliter observari.

In quorum testimonium præsentes litteras sigillo nostro duximus sigillandas. Datum ut supra.

C

G. C. Aliud Senonense concilium supra edidimus ad annum MCCCXX. in quo eadem, quæ hoc anno, & iisdem fere verbis statuta sunt. Unum autem idemque concilium non esse, ex eo constat, quod quanquam in vocibus multa sint eadem, sunt tamen alia diversa: deinde quod non tantum alius annus adscribatur, sed & dies alia.

AUSCITANÆ synodi statutum unum Ludovicus Bail ad hunc annum edidit: sed cum sit diœcesana illa synodus, locum hic non habet, (1) ut sæculi hujus initio admonui.

SENONENSE CONCILIUM IN SCOTIA

Anno 1324. celebratum.

A. C. 1324. Assert Wilk. Conc. Brit. t. II. p. 529.

Mense Martio hujus anni ecclesiarum Scoticarum concilium celebratum fuisse a- D pud Sconam constat ex Chartulario Paisguiensi. h. a.

CONCILIUM TOLETANUM

Auctoritate Joannis archiepiscopi & primatis Toletani celebratum anno Domini MCCCXXIV. tempore Joannis papæ XX.

In nomine Domini amen.

Istæ sunt constitutiones per reverendum patrem & dominum, dominum Joannem miseratione Divina Toletanum archiepiscopum, primatem Hispaniarum ac regni Castellæ cancellarium, factæ ac editæ in concilio per eum apud Toletum celebrato, anno Do- E mini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, vicesimo primo die mensis Novembris, qua die dictum concilium extitit terminatum.

TITULI CAPITULORUM.

3. Ut

1 Sicuti neque Toletana Synodus anni 1323. quam edidit Card. de Aguirre Conc. Hisp. t. 3.

ANNO CHRISTI 1324.

3. *Ut clerici fructibus capellaniarum non abutantur.*

4. *Ut nullus curatum beneficium administret, nisi ante legitime per episcopum diœcesanum instructus fuerit.*

5. *Ut clerici bona ecclesiæ filiis suis non conferant.*

6. *Ut presbyteri pro Missis celebrandis pecuniam non exigant.*

7. *Ut presbyteri nonnisi unam Missam in die celebrare præsumant.*

8. *Illos qui Sarracenis subsidia impendant, excommunicatos esse.*

PRÆFATIO.

AD fructus uberes, quos in Dei ecclesia episcoporum concilia hactenus produxerunt, conditores canonum considerationis aciem * intendentes, provide constituerunt, eadem concilia pro puniendis excessibus, & reformandis moribus, per metropolitanum cum suis suffraganeis annis singulis celebranda. Quod & reverendus pater dominus frater Guillermus Sabinensis episcopus, in his partibus apostolicæ sedis legatus, quolibet anno, vel ad minus biennio, sub certa forma fieri præcepit, ut quos ad declinandum a malo, & faciendum bonum, virtutum præmia non inducunt, quadam ad hæc facienda necessitate per episcoporum diligentem solicitudinem & [a] suppositam vigilantiam compellantur. Nos igitur, qui desideranter in [b] vos gerimus ipsos canones & præceptum ejusdem domini legati pro viribus observare, convocavimus provinciale concilium in nostra ecclesia Toletana: & intendentes potius ad observationem constitutionum, quam ad multiplicationem earum, sacro approbante concilio præcipimus, constitutiones per dictum dominum legatum editas in concilio per eum apud Vallemoleti * celebrato, cum infrascriptis per nos in præsenti concilio [c] edictis, observari.

* al. convenientes.

a MS. Mondoxarense Card. de Aguirre, circumspectam.

b Idem MS. in votis.

* ann. 1310.

c MS. editis.

CAPITULA.

I. *Ut episcopi vocati ad concilium veniant.*

EPiscoporum negligentiæ, qui vocati ad concilium venire negligunt, ex quo ecclesiastica contemnitur auctoritas, excessus remanent impuniti, & correctio morum cessat, [d] ipsas impunitates auferre volentes, cum nos simus sub certa pœna ad celebrandum concilium obligati, quod celebrare non possumus decenter vel utiliter sine ipsis: præsenti constitutione jubemus, ut episcopi vocati ad concilium personaliter veniant, nisi fuerint impedimento legitimo, de quo nobis fidem facere teneantur, præpediti, * secturi. Quod nisi fecerint, pœnas contra eos statuta a jure, publicari & servari faciemus: ad alias nihilo minus, sicut expedire viderimus processuri. Et ut plenior informatio habeatur, episcopi in casu in quo legitime impediti, & cathedralium ecclesiarum capitula, mittant ad dictum concilium procuratores idoneos de statu propriarum ecclesiarum & diœcesum informatos.

d Idem MS. spem impunitatis.

II. *De vestibus clericorum.*

Antiquos canones, qui in clericis superflua & inhonesta prohibent, ad memoriam reducentes: statuimus, quod nullus clericus supertunicale vel tabardum post mensem a tempore publicationis præsentis constitutionis deferat ita longum, quod si ad pedes contingat, nullatenus tamen per terram trahatur, cum hæc non honestas, sed superfluitas & indecentia censeatur. Clericus vero qui contra fecerit, supertunicale ipsum seu tabardum ipso facto amittat, per proprium, [e] seu ejus vicarium, seu officialem, pauperibus erogandum. Caveant & clerici, ne mantellos seu chlamydes [f] nimia longitudine vocandos * nec cum chordis & nimis longis nec tunicarum manicas nobiliter * nimis breves, ita quod brachia nuda appareant: si pœnam consimilem voluerint evitare. Quilibet etiam clericus barbam faciat sibi radi quolibet saltem mense, nec crines deferat nobiliter * infra aures. Cæterum quia in partibus istis morbus detestandæ inhonestatis irrepsit, quod mulieres quæ [g] soldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publice domos prælatorum & magnatum ad comedendum, & alia, loquentes prava & inhonesta colloquia plerumque corrumpentia bonos mores, facientes spectaculum de seipsis; præcipimus omnibus, & maxime prælatis, sub obtestatione Divini judicii districtius injungentes, ne hujusmodi mulieres permittant intrare vel esse in domibus eorumdem, nec aliquid dent eisdem.

e Adde ex eodem MS. Episcopum.

f Adde ex eod. MS. deferant.

* Corr. notand.

* Corr. notabiliter.

* Corr. notabiliter.

g Id. MS. Soldatas.

III. *Ut clerici fructibus capellaniarum non abutantur.*

Quorumdam clericorum abusum, qui fructus capellaniarum perpetuarum, seu beneficiorum, quæ ex devotione fidelium in eorum instituuntur ecclesiis, auctoritate propria sibi appropriant, inter se dividunt sub prætextu, quod ipsi volunt dictis capellaniis seu beneficiis deservire, vel alias, cum de ambitionis radice procedat, & per ipsum cultus Divinus minuatur, quem desideramus augere, & ab institutione capellaniarum seu beneficiorum plurimi retrahantur, penitus reprobamus & prohibemus, expresse præcipiendo, quod hujusmodi capellaniæ, seu beneficia instituta, & de cæte-

ANNO CHRISTI 1324.

cætero instituenda, habeant juata ordinationem [h] statuentium proprios servitores. Qui vero sine licentia diœcesani episcopi contra fecerint, a beneficiis quæ habent in ecclesiis, in quibus hæc commiserint, donec plene restituerint quidquid contra præsentem prohibitionem perceperint, sint suspensi.

h *Id. MS.* institutionum.

IV. *Ut nullus curatum beneficium administret, nisi ante legitime per episcopum diœcesanum instructus fuerit.*

Inter [i] episcopales sollicitudines illa debet esse præcipua, quæ versatur circa curam seu regimen animarum, quæ in episcoporum potestate consistunt. Propterea ne astutia satanæ eos decipiat, propter rectorum ignorantiam vel defectum, & sanguis subditorum de eorum manibus requiratur: statuimus sacro concilio approbante, quod nullus in curato beneficio administret, donec in eo per diœcesanum episcopum institutione auctorizabili fuerit institutus, seu sibi cura commissa fuerit animarum: alioqnin jure, quod babebat in prædicto beneficio, non obstante contraria consuetudine, sit privatus, privilegiis & gratiis sedis apostolicæ semper salvis.

i *Id. MS.* corporales, *minus recte.*

V. *Ut clerici bona ecclesiæ filiis suis non conferant.*

Ut substantia ecclesiarum quæ solet per clericorum sobolem deperire, ad usus debitos conservetur: statuimus, quod nullus clericorum bona intuitu ecclesiæ acquisita, filiis vel filialibus suis det, vel conferat inter vivos, vel in testamento contra canonum instituta dimittat; præcipientes omnibus episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, quod jura super boc edita diligenter observent.

VI. *Ut presbyteri pro Missis celebrandis pecuniam non exigant.*

Multa mentis amaritudine concitamur, gravisque doloris aculeus perfodit mentem nostram, intelligentes, quod aliqui presbyteri detestanda & abominabili ambitione cæcati, pro Missis per eos celebrandis pecuniam exigunt, & super hoc, ac si vellent vendere rem profanam, impudenter mercantur: qnandoque etiam publice, qui eas faciunt celebrari, æstimantes, ut ex eorum facto pernicioso [k] vendunt gratiam Dei, quæ in sacramento Missæ confertur, vel verius ipsum Deum, qui nobis sub specie dicti sacramenti se exhibet, pecunia posse vendi. Verum cum dictum sacramentum super omnia pretiosum, sit liberaliter sicut cætera sacramenta celebrandum: districtius prohibemus, ne aliquis presbyter pro Missis celebrandis pecuniam exigar, vel rem aliam temporalem; sed [l] grate accipiat, si aliquid per facientem Missas celebrari oblatum sibi caritative fuerir, absque pacto & conventione quacumque. Qui vero contrarium fecerir, a celebratione Missæ per annum noverit se suspensum, & alias pro tam gravi excessu ad arbitrium proprii episcopi puniendum.

k *Ex eod. MS. lege*, redeuntur.

l *Id. MS.* gratis.

VII. *Ut presbyteri nonnisi unam Missam in die celebrare præsumant.*

Nullus insuper absque causa necessitatis excepto die Nativitatis Domini, præsumat nisi unam Missam celebrare in die: quia valde felix est, qui celebrat digne unam. Præcipimus etiam in virtute sanctæ obedientiæ omnibus presbyteris, quod Missam celebrent ut frequentius poterunr, & ad minus quater in anno: nisi ex causa rationabili, qnam propriis episcopis notificare habeant, eos cessare contingat. Et ne [m] præter criminis conscientiam a celebratione Missarum habeant abstinere: concedimus eis licentiam in hoc casu, si non possint commode copiam sui curati habere, quod possint alii presbytero confiteri, qui ipsos tam a minore eacommunicatione, quam aliis omnibus, quæ sibi confitebuntur, possit absolvere; exceptis dumtaxat casibus sedi apostolicæ & episcopo reservatis. Alii vero clerici, ur ostendant se ad plus teneri quam laici, ad minus communicent ter in anno: nisi de consilio proprii confessoris duxerint abstinendum.

m *Corr. ex eod. MS.* propter.

VIII. *Illos qui Sarracenis subsidia impendunt, excommunicatos esse.*

Quamvis contra illos, qui cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel eis aliqua eorum subsidia seu consilia per se vel alios quocumque ingenio, quamdiu inter nos & ipsos guerra duraverit, impendenda duxerint, sint a canone excommunicationis * sententia promulgata: qnidam tamen Christiani, perverse verba dicti canonis intelligentes, & quærentes in eis folia & non fructus, non verentur tempore dictæ guerræ ipsis Sarracenis ad terram eorumdem Christianorum venientibus vel mittentibus victua-

ANNO CHRISTI 1324.

victualia vendere, & alia rerum subsidia impendere, credentes ex quo non vendunt, nec mittunt ad dictos Sarracenos, a sententia ipsius canonis excusari. Nos vero perversum intellectum & [a] crudelitatem eorum penitus reprobantes, declaramus & volumus ipsos qui prædicta faciunt vel committunt, incurrere sententiam canonis supradicti: quem canonem simul cum hac nostra constitutione specialiter in cathedralibus & parochialibus ecclesiis, eisdem Sarracenis vicinis, frequenter præcipimus publicari.

[a] Id. MS. credulitatem.

☞ STATUTUM SINGULARE

D. Henrici ecclesiæ Coloniensis archiepiscopi, editum anno Domini MCCCXXIV.

Moderatia statutorum provincialium ecclesiæ Coloniensis auctoritate Apostolica facta per D. Henricum archiepiscopum prædictum, quoad cives & civitatem Coloniensem. In nomine Domini. Amen.

HEnricus Dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in christo Præpositis & Archidiaconis, Abbatibus, Decanis, Prioribus & Prælatis, ecclesiarum rectoribus nostrarum civitatis & diœcesis, ac aliis nostris subditis universis, salutem in Domino sempiternam.

P. Hartzeim Concil. Germ. t. IV. pag. 319.

Nuper litteras digna Dei providentia sanctissimi in Christo Patris & Domini D. Joannis papæ XXII. sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summi pontificis, nobis directa, recepimus in hæc verba.

Joannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Coloniensi salutem & apost. benedictionem. Significaverant nobis dilecti filii, judices, scabini, consules & communitas civitatis Coloniensis, quod quædam statuta auctoritate ordinaria edidisti, in quibus inter alia continetur, quod violantes immunitatem seu dotes ecclesiarum, hominem videlicet extrahendo de eis, vel eam modo alio violando, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant; & si plures fuerint, locus, in quo tales domicilium habuerint, ipso facto subjaceat interdicto; & in loco, ubi immunitas laesa fuerit, cessetur protinus a divinis. Et quod quilibet locus seu parochia tuarum civitatis & diœcesis, ad quem, vel ad quam prædones, raptores & invasores bonorum & rerum ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum pervenerint, seu præda vel spolium vel rapina deducta, vel ubi prædæ ipsius emptor fuerit, eo ipso facto ecclesiastico sint supposita interdicto, & quamdiu ibi malefactores hujusmodi vel præda, spolium vel rapina, seu ipsius emptor fuerit, cessetur etiam a divinis; & si per triduum ibi poterint, licet extunc recesserint, vel ad alia loca se transtulerint, vel præda seu spolium alias deductum fuerit, nihilominus parochia seu locus, in quo triduo manserant, vel ubi præda & spolium consumpta fuerant, per duos menses subjaceat interdicto, nisi medio tempore fuerit satisfactum, prout in eisdem statutis dicitur plenius contineri. Cum itaque sicut dicti judices scabini, consules, & communitas significare nobis curarunt, dicta civitas sit spatiosa plurimum & diffusa, habens decem & octo parochias magnas principales, & multas collegiatas ecclesias, plurimasque capellas; & si tota Colonia censeatur in tali forefacto locus unus, tota per consequens civitas reputabitur interdicta; & sic propter forefacta, quæ propter magnitudinem ejusdem civitatis, frequenter in aliqua ex prædictis parochiis committuntur, vix erit tempus aliquod, in quo dicta civitas non subjaceat interdicto; sicque hujusmodi interdicto durante, insepulta manerent in civitate prædicta in magna multitudine corpora defunctorum, e quorum fœtore sanorum infectio sequeretur, insontes fraudarentur ecclesiasticis sacramentis, cresceret indevotio populi, hæreses pullularent, & infinita pericula insurgerent animarum; magna etiam & periculosa exinde scandala possent sequi. Ac propterea nobis humiliter supplicarunt, ut animarum periculis & scandalis obviantes, quæ exinde possent sequi, statuta moderari, & mitigare prædicta auctoritate apostolica dignaremur. Nos eorum supplicationibus inclinati fraternitatem tuam requirimus, & rogamus attente, tibi per apostolica scripta mandantes, quatenus prudenter attendens, quo tempore intermitti divina organa suspenduntur, & laudes, nec etiam sacramenta ecclesiastica ministrantur, ut solent adolescentes & parvuli participantes rarius sacramentis minus inflammantur & solidantur in fide: fidelium tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum: prædicta statuta sic studeas temperare, quod ex singulari delicto in una parte civitatis commisso, tota prædicta civitas non subjaceat interdicto, seu pœna hujusmodi non extendatur extra parochiam, in qua forefactum fuerit perpetratum; nisi per rectores, judices, consules, scabinos vel officiales civitatis prædictæ quocumque nomine censeantur excessus præfati fuerint perpetrati: quo casu statuta prædicta in suo robore perseverent. Datum Avinione VII. id. Martii pontificatus nostri an. VII.

Verum licet per nos nequaquam statuta hujusmodi, immo per bonæ memoriæ Dom. Engilbertum quondam Coloniensem archiepisc. prædecessorem nostrum de consilio capituli nostri & Priorum ac Prælatorum jamdudum longe retroactis temporibus edita existant pro ecclesiarum, ecclesiasticarum personarum, ac earum bonorum libertate observanda, ac per nos publica utilitate pensata, de consilio & consensu capituli nostri, suffraganeorum nostrorum, capitulorumque suorum, seu ipsorum procuratorum ac Priorum & Prælatorum nostrorum in pleno concilio provinciali, quod alias celebravimus facta provincialia, & ad totam nostram provinciam sint extensa: existat etiam cautum non

sine

ANNO CHRISTI 1324.

sine consumpta provisione in eisdem statutis locum fore censendum quoad observantiam interdicti ex cessationis divinorum in causis antedictis totam civitatem coloniensem, & non tantum parochiam, in qua ipsum committi contingit forefactum, ne rectores, consules, scabini, vel officiales, & communitas civitatis prædictæ forefacto aliquo in una ipsius civitatis parte perpetrato, dum ipsis una parochia tantum sit interdicta in aliis ecclesiis civitatis ejusdem audiendi divina copia superesset, forefactores & delinquentes in talibus jam præfatis in litteris apostolicis contentis ad præstandas læsis emendas debitas inducere non curarent: sed potius tota interdicta civitate, divinorum carentia contra tales forefactores acrius incitati, eos ad hujusmodi emendas præstandas inducere fortius festinarent, nec per consequens virtute litterarum prædictarum astringamur de jure ad aliquam moderationem eorumdem statutorum faciendam, nec præfatus sanctissimus pater & dominus noster, si præmissorum veritatis notitiam habuisset, prædictas suas litteras concessisset, tamen, ut juxta intentionem ipsorum civium, dictas litteras ad nos impetrantium, & ne ad aliquorum persuasionem de facto, de aliqua nota inobedientiæ arguamur, & ut ipsi promptiores existant ad confovendum libertatem ecclesiasticam, personasque ecclesiasticas defendendum, & a noxiis præservandum, taliter de consensu nostri capituli ac priorum & capitulorum nostrorum circa observantiam interdicti, & cessationem a divinis auctoritate statutorum prædictorum quoad civitatem Coloniensem, in casibus, ad quos dictæ litteræ apostolicæ se extendunt, duximus ordinandum, & disponendum. Quod propter violationem ecclesiarum immunitatum seu dorum in una parte civitatis commissam in sola parochia, in qua hanc committi contigerit, statim juxta moderationem infrascriptam cessetur a divinis. Et si plures fuerint, vel judex secularis qui hujusmodi violentiam fecerint, in parochia etiam, in qua tales domicilium habuerint, ecclesiasticum servetur interdictum; in aliis autem ecclesiis collegiatis, conventualibus & parochialibus civitatis Coloniensis propter hoc intra XV. dies a tempore hujusmodi commissæ violentiæ per plebanum parochiæ, in qua violentia ipsa commissa fuerit, concilio civitatis Coloniensis, vel magistro consulum, sive aliquibus ex ipsis consulibus notificatæ computandum, committentem sive committentes compellant ad emendam, ad satisfactionem condignam præsentandum, ne cessetur a divinis, nec ecclesiasticum servetur interdictum; sed ipsum interdictum sive cessationem a divinis per eosdem quindecim dies suspendimus, & teneri volumus ac decernimus in suspensu, nisi per judices magistros civium, consules, scabinos vel officiales aut communitatem civitatis prædictæ, vel eis mandantibus aut ratum habentibus, seu forefactores hujusmodi in crimine suo scienter defensantibus, excessus hujusmodi fuerint perpetrati. Quo casu statuta prædicta, sicut ab Engilberto primordialiter sunt edita, prout ipsæ litteræ apostolicæ innuunt, perseverant. Verum si intra XV. dies post expositam sive notificatam hujusmodi violentiam, consilio civitatis Coloniensis, sive magistro consulum, aut aliquibus ex ipsis consulibus forefactor sive forefactores de commissa per ipsos violentia non satisfecerint, ex tunc absque aliqua interpellatione, statuta provincialia prædicta in omni forma primæva, exacta diligentia observentur. Volumus autem, quod in parochia, in qua hujusmodi violentia fuerit perpetrata, intra XV. dierum prædictorum spatium, postquam ipse plebanus seu ejus vicarius ipsam violentiam consilio civitatis seu magistro consulum, aut aliquibus ex ipsis consulibus notificaverit, & non ante nec alias, corpora defunctorum cum solemnitate nullæ tradi possint ecclesiasticæ sepulturæ, ipsum interdictum sive cessationem divinorum quoad sepulturam & solemnitatem exequiarum ipsarum suspendentes. Super probatione vero notificationis hujusmodi factæ, stare volumus ipsius plebani sive ejus vicarii, si in dubium revocaretur, juramento. Notificationem insuper ipsam factam idem plebanus, sive ejus vicarius capitulo nostro intimabit, ut sciri possit, quando quindecim dies prædicti sint elapsi. Ne vero notificatio aliquo colore quæsito differatur, præcipimus, ut plebanus sive ejus vices gerens, in cujus parochia violentia fuerit perpetrata, statim, postquam hoc sibi constiterit, prout secundum statuta constandum est, notificationem ipsam faciat secundum modum prædictum. Quam si per triduum, postquam sibi sic constiterit, facere neglexerit plebanus, seu ejus vices gerens, eo ipso ab officio & beneficio sint suspensi. Et si adhuc per triduum subsequens hanc intimationem non fecerint, ut est dictum, eo ipso excommunicationis sententia, quam in eos in his scriptis ferimus, sint nodati. Quæ omnia & singula in observatione interdictorum, sive cessatione a divinis, secundum statuta præfata in suis capitulis & clausulis contra raptores, invasores & prædones bonorum & rerum ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum, ipsum spolium rapinam & invasionem intra civitatem Coloniensem committentes, seu domicilium habentes, volumus observari. Per præmissa vero, quæ tantum ad civitatem Coloniensem extendi volumus, quoad observantiam eorumdem statutorum sive interdictorum, & cessationem a divinis quicquam non intendimus inducere, sive aliquid innovare. In quorum omnium firmitatem & testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo capituli nostri præsentibus est appensum. Quod nos capitulum pro nobis & Prioribus Coloniensibus, in signum consensus nostri præstiti præsentibus duximus apponendum. Dat. an. D. 1324. crastino Dominicæ, qua cantatur *Invocavit*.

Statutum singulare D. Henrici eccl. Coloniensis archiepiscopi editum anno Domini M.CCCXXIV. iteratum & quasi renovatum an. D. MCCCXXVIII. Moderatio statutorum provincialium secundario facta auctoritate apost. per D. Henricum archiepiscopum, quoad cives & civitatem Coloniensem.

In nomine Domini. Amen.

Henricus Dei gratia &c. Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius.

Joannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Coloniensi &c.

NOs hujusmodi litteris apostolicis reverenter obedire volentes, ut tenemur de consensu nostri Capituli ac Priorum & Prælatorum no- *Ibidem pag. 296.*

ANNO CHRISTI 1324.

nostrorum prædictorum circa observantiam interdicti & cessationem a divinis, auctoritate statutorum prædictorum quoad civitatem Coloniensem taliter duximus ordinaudum & disponendum, & ipsa statuta moderandum, quod propter violationem ecclesiarum seu ecclesiasticarum immunitatum seu dotum in sola parochia, in qua hanc committi contigerit, cessetur a divinis. In aliis autem ecclesiis, collegiatis, conventualibus & parochialibus civitatis coloniensis, propter hoc infra mensem a tempore notificationis factæ per plebanum parochiæ, in qua violentia perpetrata fuerit, consilio civitatis Coloniensis, aut magistris consulum, sive aliquibus ex ipsis consulibus notificatæ computandum, ut delinquentem seu committentem compellant ad satisfactionem condignam præstandam, si committens sive forefactur de civitate Coloniensi, & sub potestate magistrorum & consulum fuerit dictæ civitatis, non cessetur a divinis, nec ecclesiasticum servetur interdictum; sed ipsum interdictum sive cessationem a divinis, per eumdem mensem relaxamus, ac teneri volumus & decernimus relaxatum. Verum, si intra prædictum terminum post expositam sive notificatam hujusmodi violentiam consilio civitatis, sive magistris consulum, aut aliquibus ex ipsis consulibus, forefactos sive forefactores de commissa per ipsos seu per ipsum violentia non satisfecerint, dummodo iidem forefactores sive forefactor jurisdictioni & potestati dictorum magistrorum & consulum subfuerint, ita quod ipsum, seu ipsos ad præstandam hujusmodi emendam compellere de forefacto A poterunt; extunc statuta provincialia prædicta in sui forma primaeva, exacta diligentia observentur. Si autem prædicti delinquentes aut forefactores, seu delinquens aut forefactor, extraneus fuerit, aut de civitate Coloniensi, recesserit, ita quod prædicti magistri & consules, in ipsum seu ipsos jurisdictionem aut potestatem non habuerint, aut exercere possint in prædicta civitate Coloniensi, aut in ecclesiis collegiatis, conventualibus aut parochialibus civitatis prædictæ, prædicta statuta nullatenus observentur; sed ipsum interdictum sive cessationem ob hujusmodi delictum, promulgatum, relaxa- B mus, ac teneri volumus & decernimus relaxatum. Volumus autem quod in parochia, in qua violentia hujusmodi fuerit perpetrata, propter quam fuerit cessandum, ut dictum est intra spatium quatuor septimanarum, postquam ipse plebanus aut ejus vicarius ipsam violentiam consiliu civitatis, aut magistris consulum, aut aliquibus ex ipsis notificaverit & non ante nec alias, corpora defunctorum cum solemnitate missæ tradi possint ecclesiasticæ sepulturæ, ipsum interdictum sive cessationem divinorum quoad sepulturam & solemnitatem exequiarum C ipsarum præsentibus suspendentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri prædicti, præsentibus est appensum. Quod nos capitulum, pro nobis & prioribus Coloniensibus, in signum consensus nostri prædicti, præsentibus duximus apponendum. Datum an. Dom. 1328. in vigilia nativitatis B. M. V.

CONCILIUM AVENIONENSE

ANNO CHRISTI 1326.

A trium provinciarum præsulibus celebratum in monasterio S. Ruffi, 18. Jun. ann. Dom. MCCCXXVI.

Edidit Petr. Gassendus v. cl. post notitiam ecclesiæ Diniensis: nos cum MS. codice illustrissimi archiepisc. Remensis coadjutoris Car. Maur. Tellerii contulimus.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut Missa beatæ Mariæ semel in hebdomada solemniter celebretur.*
2. *De indulgentia associantibus corpus Christi concessa.*
3. *De indulgentia concessa devote intercedentibus apud Deum pro domino papa, & ejus regimine prosperando.*
4. *De indulgentiis concessis fidelibus, qui audito nomine Jesu devotius se inclinant.*
5. *De claudendis fontibus baptisterii.*
6. *De sententia excommunicationis ab ordinario lata, exigente excommunicati inobedientia, per prælatos alios publicanda.*
7. *Qualiter contra illos, qui excommunicationis sententiam contemnentes, exemplo perniciosa peragunt, procedatur.*
8. *Ne ecclesiastica persona titulum jurisdictionis, quam pacifice possederunt, sæcularibus ostendere teneantur.*
9. *Ut persona ecclesiastica per nullum judicem temporalem in criminalibus & personalibus distringatur.*

D 10. *Ut clericus contra clericum ad judicem sæcularem vel alium laicum, pro facienda justitia vel inferenda violentia, non recurrat.*
11. *Proviso contra illos, qui bona & jura ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum subtrahunt, diminuunt, dissipant, & invadunt.*
12. *Proviso contra illos qui bona & jura ecclesiastica invaserunt, vel quomodolibet occuparunt.*
13. *Ne quis in loco suo retineat bona ecclesiarum alibi indebite ablata.*
14. *Ut sæcularis potestas clericum captum cito judici suo restituat, nihilum exigens ab eodem.*
E 15. *Prorogatio jurisdictionis in invasores, & occupatores ecclesiasticorum bonorum & jurium exercenda.*
16. *Ut excommunicati ad nullum officium publicum admittantur.*
17. *Ut nullus ministret toxicum, vel alia venenosa.*
18. *De pœnis, toxicum vel herbas mortiferas in mortem alterius ministrantibus, inferendis.*

19. *Qua-*

ANNO CHRISTI 1326.

19. *Qualiter contra exemptos & privilegiatos in diversis abutentes suis privilegiis procedatur.*
20. *Ut presbyteri testamentis parochianorum intersint, & per episcopum distribuantur restitutiones incertæ.*
21. *Quod episcopi in distributionibus legatorum vocentur, prout ad eos pertinet de consuetudine vel de jure.*
22. *Ut nullus confessorum sine diœcesani licentia quemquam præsumat absolvere in casibus infra scriptis.*
23. *Ut nullus occasione cessionis sibi factæ coram ordinario judice quemquam audeat convenire.*
24. *Ut nullus bona ecclesiarum vacantium occupet, nisi sibi per privilegium vel consuetudinem hoc liceat.*
25. *Ut nulla persona ecclesiastica cum potestatibus sæcularibus posse habens, det consilium vel juvamen contra ecclesiasticas libertates.*
26. *Ut nullus in sacris constitutus, vel curam animarum habens, in judiciis sæcularium gerat officium publicum vel privatum.*
27. *De modo probandi electionem sepulturæ illorum, qui apud religiosos eam elegisse dicuntur.*
28. *Ut sine novi census impositione vel veteris augmentatione beneficia conferantur.*
29. *Ut monachi in ecclesiis suis infra certum tempus perpetuos vicarios ordinariis repræsentent.*
30. *Ut nullus beneficium conferat, in quo jus tantum obtinet patronatus.*
31. *Ut præsentatus patrono non juret sine diœcesani licentia, nec ab alio se institui patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.*
32. *Ut ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ a talliis & & exactionibus sæcularium per ordinarios defendantur.*
33. *Ne quæsta vel alia exactiones per sæculares hospitalibus imponantur.*
34. *Ne laici, prætextu alicujus statuti, prohibeant clericos extrahere blada de terris ipsorum.*
35. *Ut domini temporales non impediant, quo minus ecclesiarum rectoribus decimæ persolvantur.*
36. *Ne statuta & ordinationes fiant super decimis, funeralibus, oblationibus, & aliis, contra laudabiles consuetudines & ecclesiæ libertates.*
37. *De societatibus, colligationibus, & conjurationibus, quas confratrias appellant, radicitus extirpandis.*
38. *Ut clerici ecclesias præter diœcesani licentiam non teneant, nec ibi armatos tenere præsumant.*
39. *De clericis arma portantibus, & qualiter puniantur.*
40. *Ut prælati remissiones faciant delinquentium, ad invicem requisiti.*
41. *De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclesiæ per judicem sæcularem & appositionem pœnæ.*
42. *Ne probibeantur prælati jurisdictionem suam libere exercere.*
43. *Ne prohibeantur directe vel indirecte clerici coram suo judice litigare.*
44. *Ut in domibus prælatorum, vel in ipsorum officialium præsentia, injuria nulli fiat.*
45. *De bannis solvendis a clericis, & per quos & qualiter exigantur.*

A 46. *Qualiter prælati possint benedicere in diœcesi aliena.*
47. *Ut sententia ab uno lata, ab alio denuncietur & observetur.*
48. *De contrahentibus matrimonia clandestina in diœcesi aliena.*
49. *De abusoribus litterarum domini papæ, & legatorum ejusdem: & qualiter puniantur.*
50. *Ut beneficia sine diœcesani licentia non componant.*
51. *Ne beneficiati res ecclesiasticas, absque diœcesani licentia, præterquam in certis casibus alienent.*
52. *In quo statu beneficia debeant dimitti & per successorem teneri.*
B 53. *De inventario bonorum ecclesiasticorum infra certa tempora faciendo.*
54. *De testamentis per beneficiatos secundum consuetudinem laudabilem faciendis.*
55. *De statutis, bannis, & præconizationibus contra consuetudines editis, prohibendis.*
56. *De contributione expensarum necessaria inter omnes beneficiatos diœcesis facienda.*
57. *Ut Judæi utriusque sexus signa deferant per quæ ab aliis discernantur.*
58. *Tunc sententia interdicti servetur, cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.*
59. *Ut absolutio & dispensatio casuum hujus concilii, ab ordinario dari possit.*

C

PRÆFATIO.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, videlicet anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, die decima octava mensis Junii, Indictione nona, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri Joannis Divina providentia papæ vicesimi secundi anno decimo. Noverint universi, quia reverendi in Christo patres Dei gratia, domini Gasbertus Arelatensis, Jacobus Aquensis, & Bertrandus Ebredunensis, archiepiscopi, de infrascriptorum episcoporum suffraganeorum præsentium, & vicariorum, & procuratorum suffraganeorum, capi- D tulorum, abbatum, suarum diœcesum, provinciarum absentium consilio & assensu: videlicet dictus dominus Gasbertus Arelatensis archiepiscopus, cum venerabilibus in Christo patribus eadem gratia, dominis, Raymundo Vasionensi, Dragoneto Tricastrino, Othone Carpentoractensi, Goffrido Cavallicensi, Ademario Massiliensi, & Petro Tolonensi, episcopis, ipsius suffraganeis; ac venerabilibus & discretis viris, dominis, Geraldo de Campomilio, episcopatus Avinionensis in spiritualibus & temporalibus, ut * dicitur, ac religioso viro Petro Geraldi priore Valriaci Vasionensis diœcesis, domini Hugonis Arausicensis episcopi absentis, vicariis generalibus; & cum Arelatensis, Avinionensis, E Tricastrini, Vasionensis, Carpentoractensis, Cavallicensis, Massiliensis, Tolonensis, Arausicensis, capitulorum, procuratoribus sufficienter comparentibus, & dictus dominus Jacobus Aquensis archiepiscopus, cum Raymundo Sistaricensi, Bartholomæo Forojuliensi, Guillelmo Vapincensi, Raymundo Aptensi, episcopis, ipsius suffraganeis præsentibus; & cum venerabili domino Raymundo Joannis, præposito Regensi, pro se, & procuratorio nomine venerabilis patris domini Rossolini Regensis episcopi absentis; etiam cum Aquensis, Sistaricensis, Fo-

* Hic aliquid deest.

ANNO CHRISTI 1326.

Forojulienfis, Vapincenfis, Apienfis, & Regenfis, capitulorum, procuratoribus fufficienter comparentibus: & dictus dominus Bertrandus Ebredunenfis archiepifcopus, cum venerabili in Christo patre D. fratre Fulcone Vencienfi epifcopo præfente, & cum venerabilium in Chrifto patrum, dominorum, Gaufridi Graffenfis, Roftagni Nicienfis, Guillelmi Dignenfis, Bertrandi Senecenfis, A *. Glandatenfis, epifcoporum, ipfius fuffraganeorum abfentium, procuratoribus fufficienter comparentibus; necnon & cum Ebredunenfis, Vafionenfis, Vencienfis, Dignenfis, Senecenfis, Glandatenfis, capitulorum, ac Bofcaudonenfis, & fancti Pontii de Nicia monafteriorum abbatum, procuratoribus fufficienter comparentibus: in loco fco monafterio de fancto Rufo prope Avinionem, diœcefis Avinionenfis, Arelatenfis provinciæ fupra dictæ, provinciale concilium celebrantes, prærogata primo jurifdictione de locis ad locum per prædictos dominum Aquenfem, Ebredunenfem, & eorum fuffraganeos, confentiente dicto domino Arelatenfi epifcopo, & epifcopatus Avinionenfis in fpiritualibus & temporalibus generali vicario, & confentientibus procuratoribus fupradictis: ad honorem Dei, & gloriofæ Virginis matris fuæ, & omnium civium fupernorum, & morum reformationem, delictorum & exceffuum correctionem, ac fuarum animarum & fubditorum fuorum utilitatem, & ad ftatum ecclefiafticum falubrius obfervandum, ftatuta infra fcripta dicto facro approbante concilio concorditer ediderunt: quorum tenor fequitur fub his verbis.

* Anselmi.

CAPITULA.

I. *Ut Miffa beatæ Mariæ femel in hebdomada folemniter celebretur.*

IN primis igitur ftatuimus & communiter ordinamus, quod Miffa de beata Maria, additis collectis, Ecclefiæ tuæ, &, Deus a quo fancta, &c. in die Sabbati, fi feftum 9. lectionum non impediat, alioquin in alia vacante feria ipfius hebdomadæ, pro pace & tranquillitate, & bono ftatu ecclefiæ confervando, ac inimicis ejus ad cor & ad pœnitentiam convertendis, folemniter in fingulis ecclefiis celebretur. Et ut ad veniendum fideles ferventius inducantur, fingulis ad dictam Miffam venientibus, vere pœnitentibus & confeffis, decem dies de injunctis fibi pœnitentiis mifericorditer relaxamus.

II. *De indulgentia affociantibus corpus Chrifti, cum ad infirmos portatur, conceffa.*

Si propter Chriftum reverentia impendi præcipitur, dignum eft facrum corpus ejus coli veneratione præcipua, quod utique pro nobis in illius paffionis memoriam confecrantur. Statuimus igitur & jubemus, quatenus finguli rectores, priores & vicarii noftrarum ecclefiarum, provinciarum, civitatum & diœcefum, parochianos fuos falutaribus monitis inducere ftudeant, ut fanctiffimum corpus Dominicum, dum presbyter ipfum portabit in viaticum miniftrandum ægroto, reverenter affocient, ac luminarium adhibitione decenter honorent: illi qui affociabunt de die vel de nocte, fine luminaribus, vel etiam luminaria mittent per alium, de die, viginti dies; de nocte, triginta dierum indulgentiam ex conceffione noftra, dum tamen vere pœnitentes & confeffi fuerint, habituris.

ANNO CHRISTI 1326.

III. *De indulgentia conceffa devote intercedentibus apud Deum pro domino papa, & ejus regimine profperando.*

Item cum fecundum facræ fcripturæ teftimonium *multum valeat deprecatio jufti affidua*, eo quod *oculi Domini fuper juftos, & aures ejus in preces eorum*, ut Pfalmifta teftatur: pia deliberatione præfentis concilii duximus concedendum, quod quicumque Chriftianus fidelis, vere pœnitens & confeffus, noftrarum provinciarum, civitatum & diœcefum, devotas orationes effundere, & pia vota emittere curaverit, præfertim in Miffarum folemniis, ante Divinæ majeftatis confpectum, a quo bona cuncta procedunt, ut per fuam ineffabilem mifericordiam fanctiffimum patrem dominum noftrum papam regere, & in fuæ pacis gratia confervare ac cuftodire, fidemque catholicam toto orbe terrarum multiplicare dignetur, videlicet quilibet noftrorum archiepifcoporum per totam fuam provinciam, & quilibet noftrorum epifcoporum per totam fuam civitatem & diœcefim, de injunctis fibi pœnitentiis mifericorditer relaxamus.

Jacob. 5. Pfalm. 33.

dies, aut 10. Deeft 10.

IV. *De indulgentiis conceffis fidelibus, qui audito nomine Jefu devotius fe inclinant.*

Cum felicis recordationis dominus Gregorius papa decimus, per facrum conftitutionis oraculum invitaverit quoslibet Chriftiani nominis charactere infignitos, ut nomen illud, quod eft fuper omne nomen, a quo non eft fub cælo datum aliud hominibus nomen, videlicet Jefu Chrifti, exhibitione reverentiæ fpiritualis attollerent, & præcipue dum aguntur facra myfteria, illico quandocumque recolitur veneratione dignum devota capitis inclinatione monftrarent: nos de noftrorum fubditorum falute folliciti, volumus, ut finguli rectores ecclefiarum & vicarii noftrarum diœcefum, ad hoc ipfum faciendum plebes

ANNO CHRISTI 1326.

bes sibi subjectas moneant efficaciter & A inducant. Ut illud libentius faciant, quo uberioris retributionis præmium exinde senserint proventurum: nos singulis, in illius gloriosi nominis memoriam Jesu se inclinantibus reverenter, utique vere pœnitentibus & confessis, decem dierum concedimus indulgentiam, qui, ut præfertur, id fecerint, valituram.

V. *De claudendis fontibus baptisterii.*

Sacri fontes, in quibus originalis abo- B letur culpæ contagium, probaptismale aquæ visibile sacramentum, coli debent digno venerationis honore: ut nec indevotis contrectationibus pateant, nec extrinsecus advenientium inquinamento sordescant. Statuimus igitur, ut singuli parochialium ecclesiarum rectores, nostrarum civitatum & diœcesum, in quibus sint fundari fontes hujusmodi, eos infra instans festum nativitatis Dominicæ, sic claudi cum clavibus faciant, & aptari, quod nullus sordibus ad illos C ingressus immineat, potiorque reverentia illius, quod ibi traditur, sacramenti, succedat: quinque solidorum pœna quibuslibet feriendis, qui hoc agere contempserint, in opus ecclesiæ, vel pios usus alios, ad nostrum arbitrium cedendorum.

VI. *De sententia excommunicationis ab ordinario lata, exigente excommunicati inobedientia, per prælatos alio publicanda.*

Item statuimus, quod ex quo per D propriam civitatem & diœcesim lata per prælatum aliquem excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententia, competenti tempore fuerit divulgata, & ibidem, exigente rebellium, & inobedientium duritia, per decem dies extiterit solemniter & publice aggravata, ex tunc requisito proprio metropolitano, & approbatam publicante seu publicari faciente dictam sententiam, licitum sit eidem prælato hujus auctorita- E te concilii, cæteros episcopos & prælatos requirere, ut ipsius sententias, quarum tenorem & causam declaret in scriptis, in suis districtibus servent & faciant observari, publicent, & faciant diebus ad hoc congruentibus publicari.

ANNO CHRISTI 1326.

VII. *Qualiter contra illos qui excommunicationis sententiam contemnentes, exemplo perniciosa peragunt, procedatur.*

Cæterum abominabitur, * proh dolor! (sicut ad nostrum tam de longinquo, quam e vicino, pervenit auditum) in quibusdam partibus inolere cœpit abusio. Nam aliqui filii Belial, qui nec Deum timent, nec homines reverentur, iniquitatem bibunt ut aquam: qui dum sententias vilipendunt, dum medicinam quæ fuerat ad salutem rejiciunt, mortis incurrunt periculum, & ad interitum, suæ perversitatis exemplo, nonnunquam inducunt alios & seducunt. Isti quidem in Dei opprobrium, in contemptum promulgatoris, & sententiæ promulgatæ neglectum, non minus viliter quam damnabiliter procedere, immo verius execrabiliter excedere, non formidant, utpote dum adulterium presbyteri vel prælati confingentes, officium & interdictum sibi usurpantes ministerium, excommunicationem, immo verius execrationem, versa sed perversa vice, in excommunicatores seu denunciatores suos, simulare præsumunt, accensos palearum fasciculos, aut candelas de sepo, seu carbones aut tiriones ardentes, in patellis, conchis, aut farraginibus, vel in similibus, vituperabiliter extinguendo. Cum igitur talia, & his similia in Dei vergant opprobrium, & in ecclesiasticæ disciplinæ redundent contemptum: statuimus, & sub pœna excommunicationis districtius inhibemus, ne quis clericus vel laicus, cujuscumque ordinis, dignitatis, conditionis, vel status existat, rem tantæ perniciei de cætero, per se, vel alium, attentare præsumat. Qui vero hujusmodi saluberrimi statuti transgressor extiterit, & infra triduum emendam exinde competentem non exhibuerit: ex tunc se sciat ipso facto excommunicationis vinculo innodatum. Locus autem ubi hæc vel similia, domino loci sciente, seu mandante, vel ratum habente, vel postquam requisitus fuerit, vel ejus locum tenens, infra decem dies corrigere negligente, præsumpta fuerint, ecclesiastico tamdiu sit & remaneat suppositus interdicto, donec ad mandatum ecclesiæ, quam delinquens offenderit, & prælato quem irreverenter despexerit, sufficiens & idonea satisfactio & realis emenda præstita fuerit, per eumdem: quam, eum in talibus non sit relaxanda vindicta offensis,

* Corr. abominabilis Conc. Vauren. ann. 1368. cap. 108.

sis, * prælatus minime remittere valeat ullo casu. Eisdem pœnis subjacere volumus illos & illas, qui vel quæ talia fieri mandaverint, vel alias opem vel operam aut consilium præbuerint, si rem tam detestabilem prodire contigerit detestabiliter in effectum: addito, quod eorum posteri usque ad secundam generationem, in clericorum collegium nullatenus admittantur, nisi prius per metropolitanum, cum uno suffraganeo, cum ipso fuerit super hoc misericorditer dispensatum. Si vero clericus beneficiatus, vel in dignitate seu personatu vel officio constitutus, taliter excesserit: ultra pœnam laico inflictam, beneficio, si quod in provinciis nostris obtinet, sit ipso facto præsentis concilii auctoritate privatus: non beneficiatus autem, ad obtinendum officium sit ex tunc inhabilis & indignus.

* al. vindicta, offensus prælatus.

VIII. *Ne ecclesiasticæ personæ titulum jurisdictionis, quam pacifice possederant, sæcularibus ostendere teneantur.*

Item, quod sæculares domini, cujuscumque conditionis existant, vel baillivi, seu officiales eorum, qui prælatos vel alios ecclesiarum rectores cogunt ostendere, quare merum vel mixtum imperium, aut justitias altas, medias, vel minores tenent, licet tenuerint pacifice multis annis, & si coram eis hoc non probent, usurpare, accipere, & sibi applicare sine alia causæ cognitione motu proprio non verentur: si a talibus excessibus desistere moniti neglexerint, & ad usurpandum sine alia causa rationabili processerint, tam ipsi, quam illi qui eis in hac parte obedierint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto.

IX. *Ut persona ecclesiastica per nullum judicem temporalem in criminalibus & personalibus distringatur.*

Item, ut nullus dominus temporalis, vel judex, seu delegatus ejusdem, cujuscumque dignitatis, conditionis, vel status existat, clericum, vel personam ecclesiasticam aut religiosam, coram se, super criminalibus vel personalibus citet, seu citari faciat, vel quoquomodo distringat: quod si fecerit, & in hoc perstiterit, & intra dies octo non se correxerit, & quod iniquitate præsumpsit non relaxaverit, ex tunc sententiam excommunicationis incurrat.

X. *Ut clericus contra clericum ad judicem sæcularem vel alium laicum, pro facienda justitia vel inferenda violentia, non recurrat.*

Item, prohibemus statuendo, & statuimus prohibendo, ut nulla persona ecclesiastica, de clerico, vel ecclesiastica persona qualicumque, conquerens super spiritualibus, vel ecclesiasticis, aut criminalibus, vel personalibus quibuscumque, recurrat ad curiam, vel principem, aut dominum alium sæcularem, vel laicum alium quemcumque, super justitia facienda, vel violentia clerico, in persona vel rebus ad eum pertinentibus, inferenda; nec cum ipso, vel ipsis, super eisdem, sine conscientia prælati, vel officialis sui, pactum aliquod inire præsumat, nec factum observet aliquando. Querelam exponens, vel denunciationem faciens, & in eis persistens, vel paciscens, & pactum observans: a jure suo, eo ipso cadat, nulla alia super hoc expectata sententia; & donec super hoc ad arbitrium prælati satisfecerit, omni beneficio ecclesiastico quod obtinet noverit se suspensum, & ab obtinendo dignum.

XI. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum subtrahunt, diminuunt, dissipant, & invadunt.*

Quoniam aliqui suis finibus non contenti, passim aliena diripiunt, & ecclesiasticas libertates infringere non verentur: approbante præsenti concilio statuimus, quod quælibet persona, sæcularis aut ecclesiastica, nobilis aut alia, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, officii, conditionis, aut status fuerit, quæ ecclesias, aut capellas, aut earum cœmeteria, hospitalia, reclusoria, domos, possessiones, loca, villas, castra, census, tascas, * trezena, laudimia, vintena, feuda, lesda, pedagia, molendina, piscarias, pasquerias, sive reclausas, jurisdictiones, seu alia quæque jura, seu etiam earum homines, aut familias, animalia, seu bona quælibet, immobilia aut mobilia (quæ quidem mobilia valorem decem solidorum monetæ currentis excedant) sive domos religiosas, aut hospitalia seu reclusoria, vel leprosarias, quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare, seu gadiare per se, vel per alium, vel inquietare quomodolibet seu turbare; nec-

Media pars hujus capituli ad verbum descripta est ex concilio Avenion. ann. 1279. cap. 1. conc. Insulano, ann. 1288. cap. 8.

* taxas.

ANNO CHRISTI 1326.

necnon & qui contra ecclesias, sive capellas aut clericos, sive personas ecclesiasticas, sive earum homines, loca, villas, castra, seu mansiones, aut contra libertates ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut hospitalia, sive reclusoria, vel leprosarias, quomodolibet edere vel facere quævis statuta & banna, vel preconizationes, aut novitates quascumque, sive quibuslibet ex prædictis directe vel indirecte violentias, aut molestias irrogare; seu eis super bonis quibuslibet ecclesiasticis seu patrimonialibus quæstas aut alias angarias sive parangarias, aut necessitates qualslibet aliqualiter imponere vel inferre; sive domos ecclesiarum aut clericorum, seu personarum ecclesiasticarum, occasione quacumque ferrare sive claudere quoquo modo; seu eorum bona quæcumque bannire, seu etiam vias novas aliquas ubilibet adinvenire vel facere, per quas ecclesiæ, seu earum villæ, castra, vel loca, in pedagiis sive lesdis, aut quibuslibet juribus aliis, possint in aliquo diminui, vel etiam pejorari; sive itinera, aut vias vel stratas publicas, aut privatas, infra limites sive territoria, vel districtus locorum, villarum, sive castrorum ecclesiasticæ jurisdictionis, auferre, vel sibi quomodolibet appropriare, attribuere, seu etiam applicare, vel terminos eorum arctare præsumpserit seu attentaverit, per suam potentiam aut violentiam sive malitiam: nisi infra sex dies super iis, a die captionis seu invasionis, attentationis, turbationis seu inquietationis sive præsumptionis hujusmodi, per emendam seu per revocationem debitam, seu alias, ut res exegerit, plene satisfecerit, excommunicationis sententiæ subjaceat ipso facto. Quam siquidem excommunicationis sententiam, cum de præmissis, seu eorum aliquibus, cuilibet ordinario vel ejus officiali summarie constiterit, aut de plano ex mero officio, & sine strepitu judicii, & figura, volumus, & statuendo mandamus, executioni debitæ, per ipsum quemlibet ordinarium seu officialem ipsius certificatum de plano, mandari per universas ecclesias nostrarum civitatum & diœcesum, sicut viderit commodius expedire. Super quo tam in genere, quam etiam contra quascumque personas singulariter denominandas, plenam habeat facultatem, & insuper etiam ad aggravandam hujusmodi sententiam, prout ei videbitur expedire. Et si dominus vel rector civitatis, castri, villæ, vel loci alicujus, aut officialis ejus, in prædictis vel aliquo prædictorum culpabilis fuerit, & per sex dies in excommunicatione perstiterit: civitas, castrum, villa, vel locus hujusmodi, ecclesiastico subjaceant interdicto. Si vero universitas deliquerit in prædictis, illi qui universitatem vel singulas personas ad id induxerint, commoverint, vel defenderint, & singuli qui in aliquo præmissorum culpabiles fuerint, post sex dies ipso facto excommunicationem incurrant: universitas vero ipsa, nisi infra decem dies emendam fecerit competentem, ecclesiastico subjaceat interdicto. Si vero prædicta injuria per alium quemlibet illata fuerit, & dominus, vel rector, aut officialis, infra cujus jurisdictionem prædicta injuria fuerit irrogata, requisitus per ordinarium, seu vicarium vel officialem ejusdem, aut vicegerentem, aut locum tenentem, aut etiam delegatum, infra decem dies satisfactionem vel emendam non fecerit competentem: excommunicationem se noverit incurrisse, quam si per decem dies sustinuerit, terra cui præfuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto.

XII. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiastica invaserunt, vel quomodolibet occuparunt.*

Item statuimus & etiam ordinamus, quod quæcumque persona, cujuscumque gradus, dignitatis, status, vel conditionis existat, quæ bona quæcumque sive jura ad ecclesias vel ecclesiasticas personas quomodolibet pertinentia detinet occupata, vel quæ in præjudicium ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum & jurium earumdem, aliquas fecerint indebitas novitates, plene restituat, & cum effectu revocet, nisi satisfactionem faciat infra mensem, postquam fuerit requisita: quod nisi fecerit, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere. Et si universitas vel dominus, seu rector, aut officialis, fuerit in præmissis culpabilis: ecclesiastico universitas ipsa, & locus hujusmodi, ubi prædicta seu aliquid prædictorum commissa fuerint (quæ sub ejus dominio fuerit, alioquin locus situs, ubi habuerit suum domicilium principale) subjaceat interdicto. Universitatem autem sufficienter requisitam, quoad præsens propositum, reputamus: cum dominus vel officialis, qui ibi præfuerit, nominatim expressa injuria, * aut quam revocari faciat, fuerit requisitus; vel cum per tres dies Dominicos publice, cum celebrabuntur Di-

* Forte, ut quampri-mum eam revocari &c. H.

Divina mysteria, per sacerdotem parochialem, vel ejus locum tenentem de mandatis ordinarii vel officialis ejusdem significatum fuerit, quod de injuria, novitate, & damnis, nominatim exprimendis, satisfaciat competenter.

XIII. *Ne quis in loco suo retineat bona ecclesiarum alibi indebite ablata.*

Item, qnod loca, ad quæ bona ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum, per violentiam manifestam seu notoriam injuriam sine causa probabili oblata, seu arrestata devenerint, tamdiu, post decem dies, ex quo significatum fuerit locorum domino vel rectori, interdicta permaneant, quamdiu bona hujusmodi ibi fuerint detenta, & competens non exhibeatur emenda.

XIV. *Ut secularis potestas clericum captum cito judici suo restituat, nihilum exigens ab eodem.*

Item, quia privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, attendentes quod nonnulli domini temporales, vicarii, clavarii, & alii sæcularium curiarum officiales, obtentu seu occasione aliquarum licentiarum, ex causa eis ad certum tempus, vel simpliciter, vel ad certas personas, ab archiepiscopis & episcopis concessarum, hac occasione, prout comperimus, manus temerarias ad capiendum clericos passim & indifferenter aliasque personas ecclesiasticas, incurialiter, * & eo modo quo possint turpius ad majorem confusionem ecclesiæ ac cleri, extendere non verentur; quinimmo ipsos suis mancipant carceribus, ac ibidem nonnunquam eos faciunt radi totaliter, ut palliare possint excessus suos, & illos confingere clericos non fuisse, vel non esse in possessione clericatus, seu quasi, in suarum animarum periculum, & enervationem ecclesiasticæ libertatis: prohibemus, ne a quoquam talia vel similia de cætero attententur, revocantes ex nunc licentias sub quacumque forma verborum, super hujusmodi captionibus vel detentionibus, generaliter vel specialiter, per litteras, vel oraculo vivæ vocis, vel alias quomodolibet faciendis, concessas. Alioquin contrarium facientes, cujuscumque status, conditionis, vel dignitatis existant, sive sint laici, sive ecclesiasticæ personæ, regulares, vel etiam sæculares, hanc nostram excommunicationis sententiam, quam in his scriptis præsentibus ferimus, incurrere volumus ipso facto: nisi forte in en dumtaxat casu, cum scilicet eos adhuc flagrante crimine capi contigerit, antequam ad alios extraneos actus divertant, recta via eos ad curiam ecclesiasticam duxerint, & eos restituerint sine fraude. Si vero de nocte talem ceperint, debeant ultro in crastinum, sine retentione bonorum suorum, & læsione personarum, sine reqnisitione alia reddere eos curiæ supradictæ: nec eis liceat aliquid a captis hujusmodi, dono vel gratia, sub colore aliquo extorquere, vel recipere gratis data. Quod si in castris vel villis captiones hujusmodi fieri contingat, adducant ipsos ad ecclesiasticam curiam, vel transmittant quamcitius sub fida custodia, in expensis curiæ ipsius moderatis. Quod si secus egerint, vel in fraudem aliquam super hoc aliquid attentaverint: eadem sententia involvantur. Et si clericum detentum de loco ad locum mutaverint, omnia loca illa tamdiu remaneant interdicta, donec clericum captum, cum armis, & aliis rebus suis diœcesano restituerint, & de injuria irrogata ad arbitrium diœcesani satisfecerint, & ipsa sententia per ipsum fuerit relaxata.

* al. Infimiter. forte Incivititer.

XV. *Prorogatio jurisdictionis in invasores & occupatores ecclesiasticorum bonorum & jurium exercenda.*

Item, cuilibet ordinario, infra cujus jurisdictionem fuerit injuria vel violentia ecclesiis ecclesiasticisque personis, aut in rebus vel eorum juribus irrogagata, seu eorum possessio, vel quasi, turbata, vel indebite occupata: contra ipsos injuriantes vel perturbantes, seu in præmissis, vel eorum aliquo, quomodolibet delinquentes, ac inde præstantes auxilium, consilium, vel favorem, cujuscumque dignitatis vel status existant, procedendi simpliciter, summarie, & de plano ac sine strepitu judicii, & figura citandi, informationes recipiendi, inquisitiones faciendi, definiendi, declarandi, & omnem jurisdictionem ecclesiasticam exercendi, ubilibet infra vestras provincias, civitates, & diœceses, plenam & expressam auctoritate præsentis concilii nos & episcopi, archiepiscopi, & procuratores episcoporum absentium, habentes ad hoc mandatum sufficiens, concedimus facultatem. Nec objici valeat contra tales processus, quod extra territorium

jus

ANNO CHRISTI 1326. jus dixerit sic procedens: quia, quoad præmissa et quælibet præmissorum, jurisdictionem nostram, et nostrorum, vicissim inter nos prorogavimus, vices nostras nobis ad invicem, ac dictarum provinciarum, civitatum, ac diœcesum, singulisque officialibus et locum tenentibus, præsentibus et futuris, in solidum committentes: universis nostris subditis injungentes, ut in præmissis ordinario ac ejus officiali, seu locum tenenti, sic procedenti pareant et intendant. Quod nisi fecerint, possit procedens per censuram ecclesiasticam animadvertere in eosdem. Et nihilo minus, si nos archiepiscopi et episcopi, per sic procedentem requisiti, prætermiserimus suas in hac parte requisitiones aliquatenus exaudire, aut id super quo requisiti fuerimus, non curaverimus perducere ad effectum: sic non exaudiens, nec ad effectum perducens, eo ipso per unum mensem, auctoritate præsentis concilii, a pontificalibus sit suspensus: præsenti statuto post decennium minime valituro: ita tamen quod per hoc sic procedenti in aliena civitate vel diœcesi, nullum jus aut jurisdictio in posterum ex longinquitate temporis, vel alias, post decennium acquiratur.

XVI. *Ut excommunicati ad nullum officium publicum admittantur.*

Item statuimus, quod excommunicati, in judices, consules, rectores, bailivos, potestates, assessores, vel notarios, vel ad alia quævis publica officia, nullatenus assumantur, nec etiam admittantur: & si de facto admissi fuerint, sententia per eos, vel eorum auctoritate in judicio vel extra habita, & monimenta coram eis, vel per eos facta, nulla, & nulli sint ipso jure. Et nihilo minus quicumque, cujuscumque dignitatis, status, aut conditionis existant, si tales excommunicatos ad aliquod officiorum prædictorum scienter assumpserint, vel assumptos per alios approbaverint, vel confirmaverint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Et si requisiti per ordinarium, vel alium ejus nomine hujusmodi excommunicatos infra decem dies a tempore requisitionis, a prædictis officiis sic assumptos, non amoverint cum effectu: loca illa, in quibus ad aliquod prædictorum officiorum assumpti fuerint, sic & tamdiu remaneant ecclesiastico supposita interdicto, donec sic excommunicati, a susceptis officiis realiter, & sine fraude, & sine aliqua restitutionis spe, quandiu in excommunicatione perstiterint, sint amoti: universitas ac civitas castri vel villæ, quæ excommunicatos, & in ecclesia publice denunciatos, ad aliquid prædictorum officiorum assumpserit vel elegerit, ubi eis alias hoc liceret, ecclesiastico etiam sit supposita interdicto.

XVII. *Ut nullus ministret toxicum vel alia venenosa.*

Item statuimus, & sub pœna excommunicationis districtius inhibemus, ne quis apothecariorum, vel quis alius, cujuscumque conditionis vel sexus existat, toxicum vendat nec donet, nec alio modo ministret alicui, vel alia venenosa, nisi prius significet curiæ ordinarii, ut sciri possit suis temporibus, si casus toxicationis contingeret, quis fuerit emptor ille vel alius qualiscumque: quodque apothecarius quilibet ad hoc observandum, juramento coram suo superiore corporaliter præstito pro se, & sua familia, specialiter adstringatur. Aliter autem dantes & vendentes, & ad homicidium perpetrandum recipientes quomodolibet, vel ementes, & ad hoc consilium vel consensum tacite vel expresse præstantes, excommunicationis vinculo subjaceant, ad sedem apostolicam pro absolutionis beneficio remittendi, & alias, sicut fuerit justum, puniendi.

XVIII. *De pœnis, toxicum vel herbas mortiferas in mortem alterius ministrantibus, inferendis.*

Item quod quicumque alium toxicare, aut opem ad hoc vel consilium dare, vel in necem alterius toxicum dictare, seu vendere, vel aliter ministrare præsumpserit, vel herbas mortiferas in mortem vel abortivum cujusquam dederit, eo ipso excommunicationem incurrat, a qua non nisi per sedem apostolicam absolvatur. Et si clericus beneficiatus sit, illo sit privatus beneficio ipso facto, & ab ordine, quem susceperat, degradetur, tradendus curiæ sæculari. Sed & tali vel simili suspicione probabili infamatus, & ex verisimilibus præsumptionibus, & perspicuis indiciis, apud bonos & graves notatus, ad honorem vel dignitatem ecclesiasticam nulla- Conc. Vaur. anno 1368. c. 116.

ANNO CHRISTI 1316.

tenus admittatur. Et nihilo minus ad detentionem personæ honestam, prout requirat personæ status, & sceleris immanitas suadebit, ad invaniendam veritatis certitudinem, sicut superioris discretioni visum fuerit, procedatur.

XIX. *Qualiter contra exemptos & privilegiatos in diversis abutentes suis privilegiis procedatur.*

Conc. Vaur. c. 122.

Idem dolentes referimus, quod nonnulli religiosi, hospitalarii, Cistercienses, & alii tam exempti, quam privilegiati, de privilegiorum sibi forte aut ordini suo indultorum prærogativa temere confidentes, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias, ab ordinariis vel officialibus ipsorum rationabiliter promulgatas, observare non curant: quinimmo in contemptum clavium, excommunicatos, suspensos, & interdictos hujusmodi, ad Divina recipiunt, aut interdum in donatos, aut confratres, contra mentem concilii Lateranensis, admittunt; receptatorum in hac parte genus pessimum imitantes, sina quibus dalinquentes in his & similibus diu forsitan non latarent. Sed nec his contenti, domos convantuales altarius ordinis quam sui, eisdem ordinariis lega diœcesani subjectas, & a sui fundatione jurisdictioni prælatorum, salva regula seu ordinis sui disciplina, suppositas, tam prænominati, quam ceteri religiosi, atiam non exempti nec privilegiati, vendicant sibi; & prælatis, quasi furtim, succedente postmodum violentia, subtrahere moliuntur: sicque de suis indulgentiis seu privilegiis confidentes, alios fidentius in jure suo molestant: ita quod anctoritate, immo temeritate propria, nunc in vestimentis ovium venientes, nunc sæculari fulti potentia, violentiam per se, vel per alium inferentes, possessiones, & quasi, domorum hujusmodi, ac rerum & jurium ad eos spectantium, occupare, & cum armis aliquoties invadere non verentur, & occupata tenere contendunt in prælatorum præjudicium, plurimorum scandalum, & anormem nihilo minus illius ordinis, cujus erant ab initio, & cui ab antiquo subesse consueverant, læsionem. Cum igitur tales, & tam enormiter excedentes, & notorie delinquentes, receptatoribus non impares, ac improbis raptoribus nequiores, perinde ut alios, juta censeant puniendos; nos, quatenus in ipsos animadvertere possumus, & a jure nobis permittitur, & maxime si de privilegiis suis non velint copiam facere, requisiti; volentes, ubi eos indulta sibi privilegia non dafendunt, correctionis & raformationis officium exercera, & ambientium effrenatam cupidinem reprimere cupientes: statuimus, & concorditer ordinamus, ut tales & similes, in præmissis & similibus tam enormiter axcedentes, et tam notorie delinquentes, nisi destiterint, et saniori ducti consilio, congruenter infra dies octo ex quo fuerint requisiti, revocare seu emendara distulerint, una cum illis, qui sa ad eos sic ligati reduxerint, et eis qui translationem hujusmodi acceptaverint * et axinda monasteria, domos, vel conventuales res, et jura hujusmodi occupara seu invadere cum armis val sine armis præsumpserint, necnon et omnes, qui eis ad hoc opem vel operam præstiterint, aut, ut sic occupata detinaant, consilium val juvamen præbuerint, excommunicationi subjaceant ipso facto. Sed et cum ipsi prælatis non deferant, sed potius vilipendant eosdem: prælati etiam contra, quandiu sic steterint, et ausu tamerario eis vel officialibus eorum in præmissis restiterint, in privilegiis vel aliis juribus suis tueri eos vel defendere minime teneantur. Dignum est enim, ut qua mensura mensi fuerint, eadem remetiatur et eis: ut ignorantes ignorari, et contemptores sentiant se contemni. Qua enim fronte, prælatorum invocabunt auxilium, qui committere non formidant in ipsos? Statuimus insuper, præcipimus, et concorditer ordiuamus, ut singulares personæ, tam * suimet quam ipsius conventus, mixtim translationem taliter * fieri procurantes, ab illius domus seu conventus consortio penitus et in perpetuum excludantur, vitam suam alibi sub arcta penitentia, sui superioris arbitrio, finituræ: circa translationem autem singularium personarum, ad rectiorem forte regulam transire cupientium, nihil per hoc intendimus extra formam a jura traditam immutare.

* al. amentaverint.

* al. metafortis.

* al. totaliter.

XX. *Ut presbyteri testamentis parochianorum intersint, & per episcopum distribuantur restitutiones incertæ.*

Item, ne relictæ in testamentis vel aliis ultimis voluntatibus emendæ, vel ad pias causas eleemosynæ, vel restitutiones certæ vel incertæ, forsitan occultentur: statuimus, ut vel presbyter parochialis interesse rogetur ordinationi testantis, si tamen haberi poterit, aut

quod

ANNO CHRISTI 1326.

quod notarius infra octo dies a die obitus numerandos, prælato vel officiali aut presbytero parochiali, copiam illius articuli, ubi quævis eleemosyna piis est usibus deputata, vel emenda, seu restitutio facienda, sub pœna excommunicationis, quam ipso facto, si negaret, incurrat, facere fideliter teneatur; & ille, vel illi, sic cum heredibus & executoribus testatoris ordinare festinent, quod emendæ non occultentur, & eleemosynæ sic relictæ, vel restitutiones hujusmodi, non pereant, ad tempus magnum, vel modicum, aut forte perpetuo faciendæ. Adjicientes insuper, quod incertæ restitutiones, nulli per aliquem executorem testamenti, vel alium præter diœcesani licentiam, præbeantur: nec aliquis * distribuere præsumat * alibi, quam ubi prælatus duxerit ordinandum, etsi a testatore contrarium dictum esset. Ad hoc adjicimus, quod presbyteri in synodos venientes, prælato suo vel officiali ejus, in scriptis, testatorum & executorum nomina, & quantitatem hujusmodi, præsentare in virtute obedientiæ teneantur.

* al. aliquid.

* al. personaliter.

XXI. *Quod episcopi in distributionibus legatorum vocentur, prout ad eos pertinet de consuetudine vel de jure.*

Cum in eo, in quo alicujus interesse rationabiliter tangitur, ejus vocatio debita requiratur: volumus & jubemus, quod in distributionibus legatorum, quorum divisioni seu executioni habent interesse episcopi de consuetudine vel de jure, vocari debeant episcopi seu loca tenentes ipsorum: quibus equidem non vocatis, nulla præsumatur fieri distributio de legatis; & si facta fuerit, heredi seu successori, vel illi a quo * relictum est, nulla ex tali distributione liberatio acquiratur.

al. cui.

XXII. *Ut nullus confessor, sine diœcesani licentia, quemcumque præsumat absolvere in casibus infrascriptis.*

Item ut nullus, cujuscumque ordinis vel religionis seu conditionis existat, confitentes in cujusquam civitate vel diœcesi, præter specialem vel generalem licentiam ipsius diœcesani, de facto absolvere quemquam vel ligare præsumat, in casibus eidem diœcesano a jure, consuetudine, vel statuto provinciali vel synodali, specialiter reservatis. Casus vero sunt hi: In excommunicato a canone, in incendiario nondum etiam publicato, in blasphemo famoso, in votis relaxandis vel commutandis, in his quæ consueta sunt in diœcesi episcopo reservari, utpote in oppressione puerorum, in homicidiis, in sacrilegiis ultra decem solidos, in violatoribus ecclesiarum, in violatoribus ecclesiasticæ libertatis & immunitatis, in incestu cum consanguineis & affinibus, in ascendentibus & descendentibus in infinitum, & in collateralibus usque ad secundum gradum inclusive, in carnali cognitione sanctimonialis, aut defloratione virginis violenta, in illis qui in ecclesia luxuriam commiserint per carnalem copulam consummatam, in restitutionibus incertis ultra xx. solidos in una persona, in clandestine contrahentibus, in eo qui consuetus est multo tempore pravitatem usurariam exercere, in falso teste, in falsario litterarum vel instrumentorum, vel subtrahente aliena instrumenta seu delente, in falsario monetæ, in impediente legatum sedis apostolicæ, in proditore domini vel patris, in hæresis sectatore, in supponente partum vel necante, vel abortivum sibi vel alii procurante, in muliere, quæ ab alio quam a marito proprio concepit infantem, quem maritus suus existimat esse suum, propter quem legitimi defraudantur hereditate paterna, in toxicatione * vel aliud mortiferum procurante, vel ministrante, vel opem aut consilium adhibente, in coeunte cum Judæa vel Sarracena, vel bruto, vel e contra, in sortilegis, ad quos communiter recurritur pro sortilegiis faciendis, in his qui corpore Christi, oleo sancto, vel chrismate abutuntur, in depopulatoribus agrorum, vinearum, vel arborum, in excommunicatis qui scienter ingerunt se Divinis, & commoniti nolunt ecclesia exire, Divinum officium perturbantes, in illis qui scienter excommunicatorum corpora recipiunt ad ecclesiasticam sepulturam, vel consepeliunt ibi contra parochialis presbyteri voluntatem, in illis qui scienter celebrant in ecclesia interdicta, quibus non est a jure vel privilegio concessum, cum ex hoc reconcilianda sit ecclesia supradicta.

* Corr. toxicationem.

XXIII. *Ut nullus occasione cessionis sibi factæ coram extraordinario judice quemquam audeat convenire.*

Item, quod nullus clericus vel persona ecclesiastica, ex causa, vel occasione, vel ratione donationis vel cessionis sibi factæ, vel de cætero faciendæ, aut emptionis, permutationis, vel in solutum dationis, quæ emptio, permutatio,

vel in solutum datio, in fraudem fierent, quemquam coram extraordinario judice audeat convenire: si secus egerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.

XXIV. *Ut nullus bona ecclesiarum vacantium occupet, nisi sibi per privilegium vel consuetudinem hoc liceret.*

Item, quod nullus omnino prælatus, abbas, prior, vel patronus clericus, vel laicus, cujuscumque ordinis, status, vel dignitatis, ordinis, vel religionis existat, bona ecclesiarum vacantium metropolitanæ vel suffraganeæ, prioratus, abbatiæ, vel alterius cujuscumque monasterii vel ecclesiæ, per promotionem, aut mortem vel resignationem, vel mutationem, vel absolutionem, aut alio quocumque modo vacantium, capere vel per se, vel per alium, aut occupare vel usurpare præsumat, nisi sibi per privilegium vel consuetudinem hoc liceret. Quod si fecerit, tam ipse, quam gratis obedientes ei aliqualiter in hac parte, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto.

XXV. *Ut nulla persona ecclesiastica cum potestatibus sæcularibus posse habens, det consilium vel juvamen contra ecclesiasticas libertates.*

Item, quod quælibet ecclesiasticæ personæ, sæcularium forte principum curias & consilia frequentantes, majores, vel minores, vel mediæ, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, vel status existant, si scienter contra Deum & justitiam et ecclesiasticam libertatem, in præjudicium alicujus ecclesiæ vel prælati, seu rectoris ecclesiastici, consilium, vel favorem aut juvamen ecclesiasticæ libertati contrarium dederint, darive procuraverint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto; a qua non nisi emendato damno, seu alio dispendio, circa sedem apostolicam absolvantur.

XXVI. *Ut nullus in sacris constitutus vel curam animarum habens, in judiciis sæcularium gerat officium publicum vel privatum.*

Item, quod nullus clericus habens curam animarum, vel in sacris ordinibus constitutus, possit esse de cætero in judiciis sive causis in curia sæculari procurator, syndicus, vel actor, vel judex, A aut bailivus, in exercenda jurisdictione domini temporalis pro aliquo laico. Quod si monitus, infra mensem non destiterit: ex tunc talis, si beneficiatus fuerit, beneficiis hujusmodi auctoritate præsentis concilii suspendatur; non beneficiatus vero, a liminibus ecclesiæ arceatur.

XXVII. *De modo probandi electionem sepulturæ illorum, qui apud religiosos eam elegisse dicuntur.*

B Item statuimus, nequis illorum funera defunctorum, quos fratres Prædicatores & Minores apud se sepulturam elegisse probaverint, deferri ad domos & ecclesias eorum impediat; salvo tamen jure portandi funus ad parochialem ecclesiam, ex consuetudine laudabili hactenus observata: nec circa prædicta injuriam fratribus ipsis aut funeri, solitam omittendo campanarum pulsationem, vel aliter, inferre præsumat. Super hac autem probatione, volumus, summarie & de plano, sine sumptibus & scriptura quacumque, per exhibitionem ordinationis testantis, aut productionem testium, coram parochialis ecclesiæ rectore procedere, si tamen potuerit & voluerit interesse. Quo absente utique, vel nolente, coram officiali vel ejus locum tenente, si funus in civitate fuerit, hoc probari sufficiet, vel coram personis publicis & honestis, si hoc extra fortasse contingat. Aliter equidem ubi erunt funera, ea de domibus extrahi prohibemus: incursuris excommunicationis sententiam ipso facto quibuscumque contra tenorem hujusmodi constitutionis extrahentibus de domibus funera, aut facientibus, procurantibus, seu permittentibus extrahi, & præsumentibus, in hoc, auxilium, favorem, aut consilium impertiri. Quod autem circa fratres prædictos, quoad probationem & extractionis funeris inhibitionem, statuimus: ad alios religiosos, apud quos sepultura electa fuerit, extendi jubemus.

E XXVIII. *Ut sine novi census impositione, vel veteris augmentatione, beneficia conferantur.*

Item, quod prioratus beneficii, seu alterius ecclesiastici, facta cum novi census impositione vel pensionis antiquæ augmentatione collatio, non valeat ipso jure, & per proximum superiorem, illa vice, personæ idoneæ sine dicti oneris vitio conferatur, ac si ad eum

propter

ANNO CHRISTI 1326.

Propter negligentiam fuisset alias collatio dicti beneficii devoluta.

XXIX. *Ut monachi in ecclesiis suis infra certum tempus perpetuos vicarios ordinariis repræsentent.*

Item statuimus, quod in singulis ecclesiis per monachos solitis gubernari, infra sex menses, priores earum suis diœcesanis ad curam animarum perpetuos presbyteros repræsenteot. Quod nisi fecerint, ex tunc bae vice episcopi instituant perpetuos presbyteros in cura prædicta, & ipsos priores compellant ad providendum eisdem presbyteris, prout idem instituens duxerit ordinandum.

XXX. *Ut nullus beneficium conferat, in quo jus tantum obtinet patronatus.*

Item statuimus, quod nullus in aliquo beneficio ecclesiastico solum jus obtinens patronatus, cum ipsum vacare contigerit, ad ipsum conferendum procedat. Quod si secus egerit, in illa vacatione jus præstandi ipso facto amittat: & superior, ad quem institutio pertinet, plenam ejus dispositionem habeat illa vice.

XXXI. *Ut præsentatus patrono non juret sine diœcesani licentia, nec ab alio se institui patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.*

Item sub pœna excommunicationis præcipimus, ne quis a patrono clerico vel laico præsentatus, aut præsentandus, præstet aliquod juramentum in manibus patroni, vel alterius cujuscumque, sine speciali ipsius ordinarii licentia & consensu: de quo in institutione vel post, possint præstare juramentum patronis, ratione temporalium, prout eis competit de jure vel consuetudine. Quodque præsentatus vel præsentandus hujusmodi, ab alio quam ab ordinario, cui de jure competit, in ecclesia parochiali se institui nullatenus patiatur: nec ex quo per ordinarium institutus fuerit vel admissus, beneficium dimittat hujusmodi, non petita ipsius ordinarii licentia, vel concessu, vel nisi alia sufficiens causa subsit, legitima, probabilis, & honesta.

XXXII. *Ut ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ a talliis & exactionibus sæcularium per ordinarios defendantur.*

Item quod clerici, & hospitalia, & ecclesiæ, a talliis & exactionibus, quas domini temporales faciunt, etiam ratione possessionum temporalium, necnon & in patrimonialibus secundum leges, & canones defendantur per ordinarios, nimis hactenus super hoc negligentes: ne paulatim totum usurpent temporales domini, in præjudicium & enervationem ecclesiasticæ libertatis.

XXXIII. *Ne questæ, vel aliæ exactiones, per sæculares hospitalibus imponantur.*

Item, quod dicti sæculares, cujuscumque gradus, dignitatis, seu conditionis existant, hospitalia usibus pauperum deputata, occasione cavalgarum, talliarum, quæstarum, vel aliarum illicitarum exactionum, quocumque nomine appellentur, nec onerare, nec molestare præsumant. Alioquin si requisiti, desistere & emendam præstare noluerint, vel si de cætero contra fecerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

XXXIV. *Ne laici prætextu alicujus statuti prohibeant clericos extrahere blada de terris ipsorum.*

Item cum statuta sæcularium ecclesias aut ecclesiasticas personas non astringant: statuimus, ut sæculares, cujuscumque dignitatis, conditionis aut status fuerint, qui prætextu statuti ne bladum extrahatur de terra, vel castro vel villa; vel quo certo precio vendatur, invitos clericos vel ecclesiasticas personas astringere (maxime cum ipsi non habeant aliunde forsitan unde vivaot) aut super angariis vel parangariis, aut aliis quibuscumque, cum nec in eis, nec eorum bonis, aliquam habeant potestatem, coarctare præsumpserint, excommunicationi subjaceant ipso facto: & locus, ubi hoc per dominum loci, vel universitatem ejus, aut eorum conniventia, vel commissu, attentatum fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto, nisi moniti infra mensem emendaverint, & de perpetratis satisfactionem exhibere studuerint competentem. Conc. Vaur. an. 1368. c. 57.

XXXV.

XXXV. *Ut domini temporales non impediant vel prohibeant quo minus ecclesiarum rectoribus decimæ persolvantur.*

Conc. Vaur. c. 101. Item quod domini temporales, bailivi, seu officiales ipsorum, clericos & ecclesiarum rectores non impediant, quo minus decimæ ipsis, prout ad eos pertinent, per parochianos suos reddantur fideliter & solvantur: nec eisdem parochianis inbibeant, quod non solvant. Alioquin si contra fecerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant.

XXXVI. *Ne statuta & ordinationes fiant super decimis, funeralibus, oblationibus, & aliis, contra laudabiles consuetudines & ecclesiæ libertates.*

Ibid. c. 103. Item quod laici, cujuscumque gradus dignitatis, vel conditionis existant, vel universitas, statuentes vel ordinantes in se, vel inter se, vel præconizari facientes, vel subditis suis mandantes, quod non præstent decimas ecclesiis, vel non offerant, vel in ultimis voluntatibus quidquam relinquant eis, vel rectoribus earumdem, vel quod laudabiles consuetudines ecclesiæ in spiritualibus vel aliis infringant, vel alias non observent, vel aliud æquipollens, directe vel indirecte, tacite vel expresse, vel alio quomodolibet injungentes, ipso facto excommunicationem incurrant, a qua, antequam emenda competens præstita fuerit, minime absolvantur; universitas autem ecclesiastico subjaceat interdicto.

XXXVII. *De societatibus, colligationibus & conjurationibus, quas confratrias appellant, radicitus extirpandis.*

Item quia in quibusdam nostrarum provinciarum partibus nobiles plerumque, & interdum alii, colligationes, societates, conjurationes faciunt, tam canonibus, quam humanis legibus interdictas, semel in anno sub confratriæ nomine se in loco aliquo congregantes, ubi conventicula, & colligationes faciunt, & pacto juramento vallata ineunt, quod se adversus quoscumque, præterquam dominos suos, ad invicem adjuvent, & in omni casu unus alteri det auxilium, consilium & favorem; & interdum se omnes veste consimili cum signis aliquibus exquisitis vel characteribus, inducentes, unum majorem se eligunt, cui jurant in omnibus obedire: ex quibus justitia offenditur, mortes & deprædationes sequuntur, pax & securitas

A exulant, innocentes & inopes opprimuntur, & ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ, quibus tales oppido sunt infesti, in personis, rebus, juribus & jurisdictionibus, injurias diversas & damna plurima patiuntur. Nos volentes his ausibus pestiferis & conatibus perniciosis extemplo occurrere, & remedio possibili providere, & a peccato subditos nostros, prout pastorali incumbit officio, cohibere, auctoritate præsentis concilii, omnes conventiculas, colligationes, societates, & conjurationes, quas fra-
B ternitates vel confratrias appellant, ab olim factas per clericos vel laicos, cujuscumque gradus, status, dignitatis, vel conditionis existant, necnon & pacta, conventiones, ordinationes, inter eos habitas & habita, irritamus, dissolvimus, & cassamus; & cassos & irritos, & cassa & irrita nunciamus: decernentes, omnia juramenta super observandis prædictis præstita, aut illicita aut temeraria; & nullum teneri volumus ad observantiam eorum: a quibus juramentis eos absolvimus ad cautelam. Ut tamen pro incauto sen teme-
C rario sacramento a suis confessoribus pœnitentiam recipiant salutarem: auctoritate prædicta prohibentes eisdem, sub excommunicationis pœna (quam venientes in contrarium, postquam præsens statutum in ecclesiis, quarum parochiani existunt, fuerit per duos dies Dominicos publicatum incurrere volumus ipso facto) quod occasione prædictorum colligationum, societatum, conventionum, & juramentorum, ab inde in antea simul non conveniant, hujusmodi confratrias non faciant, alter alteri non obediat nec præ-
D stet adjutorium, nec favorem, nec vestes signa rei jam damnatæ præbentes deferant, nec se confratres, priores, abbates prædictæ societatis appellent. Quinimmo infra decem dies a tempore dictæ publicationis, * unusquisque alios quantum est in eo, a prædictis juramentis absolvat; & se nolle esse de prædicta societate alterius publice protestetur. Prohibemus etiam, quodammodo tales conjurationes, conspirationes, conventiones, etiam sub nomine confratriæ, non fiant: alioquin & de
E facto attentatas cassamus & irritamus, & facientes & attentantes excommunicationis sententiæ volumus subjacere: a qua, nisi per concilium provinciale, præterquam in mortis articulo, nullatenus absolvantur. Per hoc autem, confratrias olim in honore Dei, & beatæ Mariæ, & aliorum sanctorum, pro subsidiis pauperum introductas, in quibus conjurationes & juramenta non interveniunt hujusmodi, non intendimus reprobare.

* al. publice petant a confessore, ut, quantum est in eo.

XXXVIII.

XXXVIII. *Ut clerici ecclesias, præter diœcesani licentiam, non teneant, nec ibi armatos tenere præsumant.*

Item prohibemus sub pœna excommunicationis, quam ipso facto contrafacientes incurrant, ne regulares aut etiam clerici sæculares, ad muniendas contra ordinarios ecclesias, vel earum jura indebite occupanda, præter diœcesani, cui dictæ subsunt ecclesiæ, vel locum ejus tenentis, licentiam vel mandatum, arma portare, vel armatos adducere, vel tenere, vel receptare de propria diœcesi vel aliena præsumant.

XXXIX. *De clericis arma portantibus, & qualiter puniantur.*

Item statuimus, ut nullus clericus arma portare præsumat absque illius, cui competit, licentia speciali. Qui vero contra fecerit, præter id quod armorum amissione mulctantur, de nocte si portaverit, decem librarum; si de die, centum solidorum pœna monetæ currentis, irremissibiliter feriantur.

XL. *Ut prælati remissiones faciant delinquentium ad invicem requisiti.*

Item statuimus, quod singuli episcopi, & eorum officiales, vicarii, locum tenentes & vicem gerentes ipsorum, in delictis remissionem faciant cum fuerint requisiti. Et si is, qui deliquisse dicitur, de diœcesi non fuerit ejus, a quo remissio postulatur fieri: sufficiant solæ litteræ requirentis: si vero de ejus diœcesi fuerit, semiplena probatio sufficiat in hac parte.

XLI. *De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclesiæ per judicem sæcularem, & appositionem pœnæ.*

Item cum nonnulli claves sanctæ matris ecclesiæ contemnentes, excommunicationis sententiam, non sine animarum suarum periculo, frequenter diu sustineant animo indurato; statuimus, ut quicumque hujusmodi sententiam per nos vel per nostras curias promulgatam, per duos menses postquam noverit in se prolatam, eam duxerit pertinaci spiritu sustinendam, non curans modo debito absolutionis beneficium petere eisdem, vel ab ea curia per quam fuerit excommunicationis vinculo innodatus: requiratur per eamdem curiam dominus temporalis, aut ipsius bajulus, vel judex loci, ubi talis excommunicatus noscitur commorari, & moneatur attente, ut infra competentem terminum ab ipsa curia præfigendum, suum subditum sic excommunicatum compellat omnino satisfacere super eo, pro quo in eum excommunicationis sententia fuerit promulgata, & absolutionis beneficium postulare. Si vero dominus, bailivus, sive judex, hæc non curaverit efficaciter adimplere: in ipsum per eamdem curiam excommunicationis sententia proferatur. Et deinde si adhuc dictum suum subditum cogere contempserit: locus ille, donec compulerit ipsum, interdicto ecclesiastico supponatur. Cæterum ut iidem excommunicati, qui Divino non inclinantur amore, ut ad gremium ecclesiæ revertantur, temporali metu pœnæ ad id propensius inclinentur; statuimus, ut laici quinque solidos, clerici vero decem, & presbyteri quindecim solidos Viennens. bonorum, pro quolibet mense, quo in excommunicatione permanserint, antequam absolutionis beneficium impendatur, eidem solvere teneantur (nisi propter paupertatem, vel aliam causam rationabilem, memorata curia misericorditer agere voluerit cum eisdem) in usus pios ad diœcesani arbitrium convertendos.

XLII. *Ne prohibeantur prælati jurisdictionem suam libere exercere.*

Item cum jure cautum existat, archiepiscopos & episcopos in totis suis diœcesibus jurisdictionem ordinariam obtinere, & in quolibet loco suarum diœcesum non exempto, per se vel alium posse pro tribunali sedere, causas audire spectantes ad forum ecclesiasticum, & personas ecclesiasticas, cum earum excessus exegerint, capere & carceribus mancipare, aliaque omnia ad sua spectantia officia libere exercere; & nonnulli domini temporales, judices, & rectores, ac officiales eorum, Deum & ecclesiasticam libertatem sacrorumque statuta canonum offendere in suarum animarum grande periculum non verentes, personas ecclesiasticas, quas in diversis locis nostrarum civitatum, & diœcesum, ac provinciarum, suis excessibus & delictis exigentibus, capi & carceri mancipari contigerit, interdum de carceribus extrahunt violenter, impediendo, quo minus de illis & earum delictis et excessibus per judices ecclesiasticos, ad quos per-

ANNO CHRISTI 1326.

pertinet, exhiberi libere valeat justitiæ A complementum: nos talium obviari damoandis ausibus, jusque servari super his in eisdem civitate, diœcesi, ac provinciis cupientes, hoc præsente coocilio approbante statuimus, quod omnes & singuli temporales domini, judices, rectores, vel officiales eorum, qui talia de cætero in eisdem civitatibus, vel diœcesibus, aut provincils, præsumpserint atteotare, ipso facto sententiam excommunicatiools iocurrant: eorumque terræ * ac loca, nisi infra decem dies, B postquam fuerint super hoc requisiti, destiterint, ex tunc ecclesiastico subjaceant interdicto: dooec spoliatis carceribus pleoarie, & libere restitutis, ei, cujus jurisdictionem sic læseruot, emendam præstiterint condecentem.

* al. curiæ.

XLIII. *Ne prohibeantur directe vel indirecte clerici coram suo judice litigare.*

Item cum nonnulli temporale dominium obtioentes, seu sæcularis justitiæ C potestatis gerentes officium, jurisdictionem sanctæ matris ecclesiæ subvertere vel minuere exquisitis astutiis moliaotur: nos eorum malitias ultione canonica reprimere cupientes, approbante præsenti concilio statuimus, iohibentes, ne quis io foro ecclesiastico litigantes seu litigare voleotes, super causis mere ecclesiasticis, sive quæ ad forum ecclesiæ de antiqua & approbata consuetudine & hactenus pacifice observata, pertioere noscuntur, ad desistendum compellat per ipsorum vel parentum ac D coosanguioeorum, seu rerum eorum vel personarum captionem, aut aliis quibuscumque modis. Si vero contra præsumpserint, excommunicatioois seoteotiæ, præseotis auctoritate concilii, se noverint subjacere. (Licet regularis observantiæ professores, & alios quos sedes apostolica exemptioois & libertatis munitos declaravit titulo, & insignivit privilegiis, attollere condignis favoribus intendimus, ipsorumque privilegia, quatenus ad nos attinet, con- E servare penitus illibata: sic tameo eos suis manere cootentos juribus affectamus.)

Quæ uncinis duobus inclusimus, sunt iisdem c. 23. conc. Biteric. ann. 1276. hic ab incogitante quodam librario perperam assuta. Et vero absunt a codice nostro MS. sed quoniam a Gassendo sunt edita, hic repræsentavimus Conc. Vaur. ann. 1368. c. 102.

ANNO CHRISTI 1326.

XLIV. *Ut in domibus prælatorum, vel in ipsorum officialium præsentia, injuria nulli fiat.*

Item cum illos, quos Dei timor a malo non revocat, saltem coercere debeat severitas disciplinæ, præsenti concilio duximus statuendum, quod si persona, cujuscumque conditioois, status, seu ordinis existat, iofra domos archiepiscopales, vel episcopales, nostrarum civitatum vel diœcesum ac provinciarum, & alibi ubicumque nos vel suffraganei, seu nostri vel eorum officiales, eos audient, aliquem facto graviter vituperaverit, seu injuriam irrogaverit, incurrat excommunicatioois sententiam ipso facto, & alias puniatur.

XLV. *De bannis solvendis a clericis & per quos & qualiter exigantur.*

Item statuimus sub pœna excommunicationis, qood nullus dominus temporalis audeat compellere ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vel earum familias, servientes, seu nuncios, solvere baooum seu banna pro animalibus suis quibuscumque, vel persoois prædictis. Et, ne personæ ecclesiasticæ, vel earum familiæ, propter hoc habeaot materiam delioquendi: statuimus, ut banna, quæ a laicis committuntur pro fructibus alienis, vel eorum animalibus, in vineis, pratis, aut possessionibus, vel defensis, inventis, eadem ab ipsis clericis & personis ecclesiasticis, ipsorumque familiis, & animalibus earumdem, applicanda curiæ singulorum diœcesanorum de cætero committantur. Volentes & præcipientes, ut a presbyteris singularum ecclesiarum oostrarum diœcesum, curam habentibus, banna ipsa, quotiescumque in locis ipsorum committi cootigerit, auctoritate diœcesani exigantur fideliter, & leventur, eidem curiæ per eosdem postmodum in singulis synodis ex integro assignanda. Si qui vero sic banoa commissa solvere recusaverint, per ipsos presbyteros requisiti: ex tunc ad duplicata banna eadem teneantur, & ad ea sic duplicata solvenda per eamdem curiam compellaotur. Presbyteri vero prædicti dictæ curiæ, banoa hujusmodi solvere recusaotes manifestare procureot: alioquin si super hoc fuerint reperti negligentes, juxta ipsum curiæ arbitrium exinde punientur. In civitatibus vero, vel castris alicui nostrum, seu

ANNO CHRISTI 1326.

seu nostrorum diœcesanorum temporali A jurisdictioni subjectis, per nostros mandatarios, seu ipsorum diœcesanorum, prædicta banna exigi volumus & levari, & cuilibet diœcesanorum nostrorum, prout ad nos vel quemlibet eorumdem pertinuerint, restitui per eosdem. Cæterum super denunciatione prædictorum bannorum, cum ab aliquo vel aliquibus committuntur, custodibus sive gardiis juratis fidem decernimus adhibendam. Porro per solutionem dictorum bannorum, ab emendandis talliis sive damnis, prout justum fuerit, nullum volumus excusari. B

XLVI. *Qualiter prælati possint benedicere in aliena.*

Item statuimus, quod quilibet archiepiscopotum prædictorum, & singuli episcopi provinciarum nostrarum, dum equitabunt per dictas provincias, possint, etiam in alia diœcesi, dictarum provinciarum populum benedicere, ut ex hoc populi devotio augeatur, & etiam in diœcesi Arelatensi, Aqoensi, Ebredu- C neosi, tamen prædictis * civitatibus dumtaxat: exceptis semper civitatibus, & locis aliis, in quibus alter ex nobis dictis archiepiscopis vel diœcesanis, præsens esset.

* *Corr. exceptis. Nimirum ex diœcesi archiepiscopi excipit civitatem metropolitanam.*

XLVII. *Ut sententiam ab uno latam alius servare teneatur.*

Conc. Vaur. ann. 1368. c. 123. Item sententiam excommunicationis vel interdicti latam ab uno, alii denunciari & observari faciant, cum a proferente super hoc fuerint requisiti: ad- D dentes, quod prædictæ sententiæ excommunicationis & interdicti, non nisi ex justis causis, & cum maturitate, solemnitate debita proferantur.

XLVIII. *De contrahentibus matrimonia clandestina in diœcesi aliena.*

Idem c. 110. Item statuimus, quod quæcumque persona pro matrimonio clandestine celebrando diœcesim suam exiverit, & ibi ipsum matrimonium contraxerit sine licentia proprii sacerdotis: ipso facto ex- E communicationis sententiam incurrat, & ut excommunicata vitetur & publicetur, donec ad arbitrium diœcesani, ecclesiæ parochiali satisfecerit, in cujus injuriam hoc præsompserat, & absolutionis beneficium meruerit obtinere.

XLIX. *De abusoribus litterarum domini papæ & legatorum ejusdem, & qualiter puniantur.*

ANNO CHRISTI 1326.

Item quia sunt nonnulli clerici, qui litteris domini papæ vel legatorum ejus nequiter abutuntur: idcirco auctoritate præsentis concilii excommunicamus omnes illos, qui litteras obtentas, aliis ejusdem nominis ad abutendum tradunt; & eos, qui eas recipiunt tali modo. Item qui ad loca æquivoca aliquem citari faciunt, ut fraudulenter & malitiose vexent & decipiant sic citatum laboribus & expensis. Item omnes illos, qui per litteras domini papæ & legatorum ejus, personas non comprehensas in rescriptis, per excogitatam malitiam, litem, ubi non est, simulantes, citari faciunt & procurant ad testimonium perhibendum veritatis. Item omnes illos, qui litteras apostolicas vel legatorum ejusdem sedis ad futuras trahunt controversias, quæ nondum fuerant, tempore impetrationis exortæ. Item omnes illos, qui per litteram quasi de bonis pro suo prioratu vel pro sua ecclesia impetratam, ad instantiam aliquorum aliquos citari faciunt, cum quibus ratione prioratus seu ecclesiæ, quorum nomine est littera impetrata, non habent aliquid quæstionis de littera post iter arreptum. De omnibus prædicto modo abutentibus idem per omnia statuentes: necnon de omnibus illis, qui per quascumque litteras apostolicas aliquos citari faciunt, contra quos non habent aliquid quæstionis, vel, contra constitutionem felicis recordationis domini Bonifacii papæ octavi, adversarios ad remota loca notorie faciunt evocari. Si quis vero super rebus ad dotem spectantibus litteram apostolicam impetraverit, & illius auctoritate aliquem vel aliquos, cum quibus ratione dotis non habet aliquid quæstionis, fecerit fatigari: auctoritate præsentis concilii, eadem excommunicationis sententia qua superius, nominatim noverit se ligatum. De illis vero, qui falso se crucesignatos asserunt, cum non sint, & sic tanquam crucesignati litteras apostolicas impetrant, per quas aliquos fatigant laboribus & expensis; item de illis, qui privilegium crucesignatorum impetrant sub illa forma: *postquam iter arripuerit transmarinum*, & ante iter arreptum per illud privilegium aliquos faciunt fatigari: talium abusorum absolutio, postquam parti læsæ satisfecerint, plene suo ordinario reservatur, aliis pœnis a jure sta-

ANNO CHRISTI 1326.

statutis eis nihilo minus per suos ordinarios, vel * illius quem indebite vexaverint, si ibi reperti fuerint, infligendis. Hæc autem contra abusores litterarum domini papæ, & legatorum ipsius: auctoritate præsentis concilii duximus statuenda: ejusdem sedis apostolicæ & legatorum ejus auctoritate in omnibus semper salva.

* *f.* vel ordinarium illius, quem

L. *Ut beneficiati sine diœcesani licentia non componant.*

Item sub interminatione anathematis prohibemus, ne aliquis prædictarum, Arelatensis, Aquensis, & Ebredunensis, provinciarum, super decimis vel aliis juribus, debitis ecclesiis parochialibus, cum aliquibus religiosis componere audeat, sine auctoritate diœcesani, vel jus uni ecclesiæ debitum alteri audeat assignare.

LI. *Ne beneficiati res ecclesiasticas absque diœcesani licentia, præterquam in certis casibus, alienent.*

Item statuimus prohibentes, ne aliquis, cujuscumque dignitatis vel status, existat, ecclesiasticas possessiones, aut quæcumque alia jura immobilia alienet, quocumque titulo, in quascumque personas, cujuscumque status vel religionis, ordinis aut dignitatis existat, sine sui diœcesani consilio & assensu. Qui vero contrarium fecerit proventus sui beneficii unius anni ipso facto amittat, in propriam utilitatem ipsius beneficii ad diœcesani arbitrium convertendos. Excipimus autem a prohibitione prædicta, quando possessiones erunt * minus utiles: quo casu pro utilitate beneficii, in emphyteusim perpetuam dari possint. Sed pro accepto seu pro introitu nihil ultra recipere audeat, quam valeat census, vel canon, vel pars fructuum unius anni, quæ vel qui, ratione dominii, retinetur: salvis etiam consuetudinibus rationabilibus hactenus observatis, quas non intendimus immutare.

* *al.* erunt hujusmodi census, ut pro util.

LII. *In quo statu beneficia debent dimitti, & per successorem teneri.*

Item statuimus, quod si contingat aliquem, ecclesiam suam quomodolibet dimittere sine morte, juxta æstimationem legitimam & ejusdem ecclesiæ facultates relinquat ibidem in bonis mobilibus, quod primo personæ necessariæ A ecclesiæ, & domui ejusdem inde possint vivere usque ad novos fructus, & commode sustentari, & omnia onera interim ecclesiæ incumbentia supportare: quodque successor quilibet, omnia ornamenta ecclesiastica, & universam domus supellectilem, in pannis & aliis, in illo statu conservet, & meliori si poterit, ac reddere teneatur in eo, in quo recipiet ecclesiam supradictam.

LIII. *De inventario bonorum ecclesiasticorum infra certa tempora faciendo.*

B

Item statuimus, quod priores ecclesiarum & hospitalium pauperum, & omnes alii ecclesiastica beneficia obtinentes, faciant inventarium cum publico instrumento, vel in chartulario, quod penes ecclesiam debebit remanere, de omnibus immobilibus & mobilibus bonis (scilicet instrumentis, privilegiis vasis æneis & ferreis atque vinariis) in principio sui regiminis infra sex menses. Et idem faciant instituti post pri-C mam synodum, infra sex menses. Et qui prædicta non fecerit, in decima fructuum dicti beneficii puniatur operi, vel ornamentis, aut utilitati propriæ ecclesiæ per ordinarium applicanda.

LIV. *De testamentis per beneficiatos secundum consuetudinem laudabilem faciendis.*

Item statuta olim per prædecessores D nostros edita super testamentis vel aliis ultimis voluntatibus, per prælatos vel beneficiatos alios faciendis, ac consuetudines rationabiles hactenus in singulis provinciis observatas, auctoritate præsentis concilii approbamus, & in suo robore volumus permanere.

LV. *De statutis, bannis, preconizationibus contra consuetudines editis, prohibendis.*

E Item statuimus, quod quicumque contra ecclesiasticas consuetudines antiquas rationabiles *, approbatas, & hactenus pacifice observatas, statuta, banna, prohibitiones, vel preconizationes, aut præcepta, scienter fecerint, aut fieri procuraverint, aut servari, seu facientibus vel servantibus in hoc, consilium vel opem, directe vel indirecte, præstiterint, per diœcesanos locorum aut officiales, vel procuratores eorum, præsen-

* *al.* rationabiliter.

ANNO CHRISTI 1326.

sentis auctoritate concilii moneantur, ut infra unum mensem a tempore monitionis hujusmodi numerandum, statuta, banna, prohibitiones, præconizationes & præcepta hujusmodi, cum effectu debeant revocare, ad consimilia numquam ulterius processuri: alioquin excommunicationis sententia, quam in his scriptis exnunc in ipsos ferimus, sint ligati.

LVI. *De contributione expensarum necessaria inter omnes beneficiatos diœcesis facienda.*

Item statuimus, quod si archiepiscopus, vel episcopus, vel aliquis rector alicujus ecclesiæ, civitatis vel diœcesis, ac provinciarum, expensas necessarias fecerit in legatis, & nunciis sedis apostolicæ, expensæ illæ solvantur de communi distributione ecclesiarum, civitatum, & diœcesum, infra quas dictæ expensæ fuerint factæ: & istæ expensæ semel in anno in una synodo colligantur.

LVII. *Ut Judæi utriusque sexus signa deferant, per quæ ab aliis discernantur.*

Item decernimus, quod Judæi masculi, a quatuordecim annis & supra, deferant extra domos in superiori veste, in pectore, signum rotæ, cujus rotunditas in quantitate sit trium vel quatuor digitorum, nisi sint in * magisterio constituti; mulieres autem Judeæ, a duodecim annis & supra, cornalia * deferant extra domum. Si vero Judæi, quocumque prætextu contra fecerint, Christianorum eis participatio denegetur. Hac eadem pœna Judæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiæ, pro decimis & oblationibus, de domibus & possessionibus, quas noscuntur in ipsarum parochiis possidere.

* al. vlagio. * al. cornu.

LVIII. *Tunc sententia interdicti servetur, cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.*

In singulis autem casibus supradictis, in quibus lata est sententia interdicti: tunc demum servari eam volumus & mandamus, cum ab ordinario vel ejus officiali, seu locum tenente, seu delegato, datum fuerit in mandatis.

LIX. *De absolutione & dispensatione casuum hujus concilii.*

Item adjicimus, quod in casibus ubi dispensatio vel absolutio non reperiretur in ordinatione præsentis concilii sedi apostolicæ specialiter vel aliter reservata: episcopi, pro suæ discretionis arbitrio, juxta negotii qualitatem & personarum conditionem, provideant & dispensent: aut pro reconciliationis, & absolutionis, seu dispensationis remedio, remittant culpabiles ad suum, vel aliquem alium de prædictis metropolitanum, de quo sibi magis expedire videbitur: & sicut illius saluti, de cujus agetur excessu, pensatis tam negotii, quam personæ circumstantiis, magis credíderint opportunum.

Acta fuerunt hæc in claustro monasterii de sancto Rufo, prædictis anno, die, mense, Indictione & pontificatu prædictis: præsentibus, reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis & episcopis supradictis; ac venerabilibus & discretis viris, dominis, Bernardo de monte Valrano, archidiacono trans Ligerim in ecclesia Turonensi, Guillelmo de Concontre canonico Aquensi, Gauselino de Condensaco, sancti sepulcri de Clausona, Arelatensis diœcesis; & Bernardo de Ancima presbytero, ac Petro Vasconis notario infra scripto, & pluribus aliis ad promissa vocatis testibus & rogatis.

Et ego Petrus de Ronaco clericus Lemovicensis diœcesis, publicus apostolica auctoriate notarius, sopradictorum statutorum, cum in supra dicto provinciali concilio credebantur *, ordinabantur & legebantur, una cum supra nominatis archiepiscopis, episcopis, vicariis, procuratoribus & testibus præsens fui: & ad requisitionem dictorum archiepiscoporum, ea in hanc publicam redegi formam, signumque meum hic apposui, & super in quatuor conglutinationibus supra factis.

* f. condebantur.

G. C. Hoc Concilium in multis emendari potest ex concilio Vaurensi anni 1368. In quo canones multi ex illo Avenionensi concilio ad verbum sunt descripti. Quæ dicta quoque velim pro Avenionensi altero anni 1337. cujus multi canones ex eodem priore Avenionensi petiti sunt.

CONCILIUM [a] MARCIACENSE

A Guillelmo de Flavacourt Aufcitano archiepifcopo cum fuffraganeis celebratum, anno Dom. MCCCXXVI.

Ex codice MS. locupletiffimæ bibliothecæ illuftriffimi archiepifcopi Remenfis coadjutoris, Car. Maurit. Tellerii.

Hæ funt conftitutiones provinciales concilii generalis Aufcitani celebrati apud Mareiacum Aufcitanæ diœcefis, fub anno Dom. MCCCXXVI. die Lunæ, VIII. Decembr.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De ætate & qualitate ordinandorum.*
2. *Ut clerici peregrini non recipiantur fine litteris fui epifcopi.*
3. *Ut qui peregrinos fine litteris ad efficienda facramenta recipiunt, fint excommunicati.*
4. *De officio archidiaconi.*
5. *De officio legati.*
6. *De officio ordinarii.*
7. *Ut nuncii ab epifcopis miffi, a nemine prohibeantur fungi officio.*
8. *De immunitate ecclefiæ vel clericorum.*
9. *Ne domini temporales coram fe clericos in judicio evocent.*
10. *Ut de caufis ecclefiafticis fe non intromittant.*
11. *De confugientibus ad ecclefiam.*
12. *Qualiter obfervatio juramenti pertinet ad judicem ecclefiafticum.*
13. *De obfervatione ftatutorum.*
14. *De privilegio mulierum.*
15. *De perjuris.*
16. *De exceptionibus.*
17. *De appellationibus.*
18. *De vita & honeftate clericorum, &c.*
19. *De horis dicendis.*
20. *De nocte non ire.*
21. *De fepulturis.*
22. *De non fepeliendis in ecclefia.*
23. *De modeftia in exequiis adhibenda.*
24. *Ut jus ecclefiæ parochialis fervetur.*
25. *Ne corpus membratim in diverfis locis fepeliatur.*
26. *Iterum, ut jus ecclefiæ parochialis fervetur.*
27. *Ut pax inter prælatos & curatos fervetur.*
28. *De decimis.*
29. *Quod decimæ præferantur angariis.*
30. *Ne impediantur decimæ.*
31. *Item de decimis.*
32. *De detentoribus decimarum.*
33. *Item de decimis.*
34. *De pauperibus rectoribus.*
35. *Ut pauperum ecclefiarum jura defendantur communibus expenfis.*
36. *Ut præfentati a religiofis ad ecclefias, & ab Epifcopis inftituti, amoveri poftea non poffint.*
37. *Quod non fiat nova fundatio fine licentia.*
38. *De cenfibus & procurationibus.*
39. *De vifitatione archidiaconi.*
40. *De confecratione ecclefiæ.*
41. *De reliquiis & veneratione fanctorum.*
42. *De fancta Martha.*
43. *De ecclefiis ædificandis.*
44. *Qualiter chrifma & oleum debeant cuftodiri.*
45. *Indulgentia vifitantibus ecclefias.*
46. *Quod in ecclefiis non teneantur parlamenta.*
47. *De excommunicatis.*
48. *De fententia excommunicationis.*
49. *De ftatutis contra ecclefiæ libertatem.*
50. *Ut publicetur conftitutio Gregorii X.*
51. *De iis qui retinent inftrumentum foluti debiti.*
52. *De interdictis.*
53. *De iis qui talliant clericos, religiofos, leprofos reclufos.*
54. *Quod non pignorentur bona ecclefiæ.*
55. *Ut locus non interdicatur pro pecuniario debito.*
56. *Ut prædicta ftatuta publicentur.*

CAPITULA.

I. *De ætate & qualitate ordinandorum.*

OBfervari præcipimus, quod nullus [b] epifcopus curatum officium exerceat, nifi præmiffa fummariæ caufa cognitionis vitæ & morum; & idem obfervari præcipimus in beneficiis non curatis.

II. *Ut clerici peregrini non recipiantur fine litteris fui epifcopi.*

Statuimus, quod ordinarii clericos aut religiofos quofcumque, de alienis diœcefibus fe ad fuas diœcefes transferentes, ad Divina officia non admittant, fine fuorum litteris prælatorum. Quia dicti peregrini de diverfis partibus confluunt ad provinciam Aufcitanam, & plures, ut creditur, non ordinari fecundum canonicas fanctiones, & plures excommunicati, apoftatæ, & criminofi, fuos epifcopos metu fuorum criminum fugientes, qui fe afferunt mendaciter facerdotes, in contempum Dei & animarum: nullus in ecclefia fua recipiat clericum peregrinum ad officiandum fine litteris commendatariis ordinarii fui & licentia fui epifcopi: alioquin clericus peregrinus fententiam excommunicationis incurrat.

III. *Ut qui eos fine litteris ad efficienda facramenta recipiunt, fint excommunicati.*

Irrevocabili conftitutione fancimus, quod rectores ecclefiarum, & fubcapellani eorum, recipientes peregrinos presbyteros ignotos, abfque fuorum diœcefanorum

litte-

a Marfiat. ad amnem Rovez, in Aufcitana diœcefi, in Aquitania tertia, feu Novempopulonia. Hard.

Mendofum textum.

b Lege, Clericus. H.

ANNO CHRISTI 1326.

litteris recommendatoriis, ad efficiendum ecclesiastica saeramenta, ipso facto siot excommunicationis seotentia innodati.

IV. *De officio archidiaconi.*

Statuimus, ut oullus arehidiaconus de causis matrimoniorum vel sponsaliorum cognoscere, vel eensura ecclesiastica uti valeat, sine mandato sui episcopi speciali: & si aliter præsumptum fuerit, viribus careat ipso facto, nec de præscripta legitima consuetudine aliud sibi competat in hoc casu.

V. *De officio legati.*

Ut fraus eirca judices & conservatores sedis apostolicæ, vel legati ejusdem processus ac litteras, in nostra provincia faeilius evitetur; & oe vocandi advocati coram eis, indebite fatigentur laboribus & expensis: præcipiendo mandamus, statuta domini oostri Benedicti felieis recordationis, quondam sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summi Pontificis, quorum unum, *Statutum*, ac aliud, *A constitutione*; nec non & domini Simonis quodam legati regni Franciæ, quorum unum, *Cum juris remedia*, & aliud, *Cæca cordis ambitio*, incipiunt, frequenter in synodis publicari; & si cootra prædicta statuta vel aliqua eorumdem a quocumque præsumptum extiterit, nullum ordinarium......

Conc. Bituric. ann. 1276. c. 9. & 3.

VI. *De officio ordinarii.*

Ut prælatorum, judicum, inquisitorum, & visitatorum officium eo fructuosius, quo liberius, valeat exerceri: præsenti statuto universis & singulis, tam religiosis, quam clericis ae laicis, duximus inhibendum, ne ipsos impedire vel turbare præsumant, quo minus in privatis locis, religiosis, vel aliis eisdem subjectis, liberum officii sui debitum exequantur. Alioquin si laici fuerint, excommunicationis; si religiosi & clerici, interdicti ipso facto incurrant sententias. Prælati vero, si in præmissis transgressores extiterint, per nostros judices animadversione debita puoiantur.

VII. *Ut nuncii ab episcopis missi, a nemine prohibeantur fungi officio suo.*

Item, si quis nuncios nostros, suffraganeorum nostrorum, seu judicum nostrorum suorumque, missos per nos vel eos pro convocandis conciliis, synodis, citationibus, vel executionibus faciendis per se vel per alium, vel alios, clam vel palam impediverit, arrestaverit, litteras eisdem abstulerit, fregerit, deleverit, vel occultaverit, percusserit, vel in præmissis, vel aliquo præmissorum, dederit consilium, auxilium, vel favorem: eo ipso sit excommuoicationis vinculo irretitus. Et locum, ubi talia perpetrata extiterint, usque ad condignam satisfactionem supponimus ecclesiastico interdicto. Et nihilominus constitutiooem per dominum Simooem legatum quondam editam super hoe, publicari mandamus, & eam penitus observari: absolutionis beneficium ab excommunicatioois sententia, vel quamcumque revocationem ipsius, aut suspensionem etiam interdicti, per vim vel per metum extortam, præsentis coostitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta, violentiæ crescat audacia: eos qui absolutioois * sententiæ revocationis hujusmodi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ deeeroimos subjacere.

Conc. Bituric. ann. 1276. c. 16.

* Corr. ex sup. qui absolutionis, aut sententiæ revocationis beneficium vi vel metu extr.

VIII. *De immunitate ecclesiæ vel clericorum.*

Quicumque judices absolutionis, vel relaxationis cujuslibet excommunicationis, suspensionis, vel ioterdicti sententiarum beneficium impertiri vi vel metu compulerit: per locorum ordioarium excommunieatus publice nuocietur, & dictum absolutionis vel relaxatioois beneficium denuncietur aliquatenus non tenere: & sic absolutionem vel relaxationem hujusmodi obtinentes, excommunicati vel interdicti denuocientur publice sicut prius.

IX. *Ne domini temporales clericos coram se in judicio evocent.*

Prohibemus ne domini, vel judices temporales, personas ecclesiasticas super actionibus personalibus coram se io judicio evocent; nec vocati, ad allegandum coram eisdem privilegium, venire teneantur. Et si ipsas coram se litigare prædictas personas compulerint quoquo modo, per se vel per alios, eo ipso excommunicationis incurrant sententiam, quæ nullatenus relaxetur, nisi læsis hujusmodi de damnis & expensis per ipsos fuerit integre satisfactum: eorum processibus & sententiis super hujusmodi......

X. Ut

ANNO CHRISTI 1326.

X. *Ut de cauſis eccleſiaſticis ſe non intromittant.*

Item quod de excommunicationis, ſuſ-ſpenſionis vel interdicti ſententiis, ſcilicet an juſte latæ fuerint vel injuſte, vel de aliis cauſis ſpiritualibus, * vel eccleſiaſticis, ſeu alias ad ſotum eccleſiæ de jure vel antiqua conſuetudine ſpectantibus, ſe nullatenus inttomittant: nec judices eccleſiaſticos, nec ſuper ipſis recurrentes ad ipſos, in hujuſmodi quomodolibet impediant vel perturbent: nec ſuper prædictis dent conſilium, auxilium, vel ſavorem. Aliter prædictæ excommunicationis ſententia ſint ligati: quæ niſi ſatisfactio ſacta prius fuerit, minime relaxetur.

* Mendoſe habebat codex MS. ſpecialibus.

XI. *De confugientibus ad eccleſiam.*

Conc. Bituric. ann. 1276. c. 11. Vaur. ann. 1368. c. 93

Item publicari & obſervari præcipimus ſtatutum dicti domini Simonis: quo cavetur, quod quicumque ſugientes ad eccleſiarum tutelam ibidem vulneraverit, mutilaverit, ioterſecerit, victualia ſubtraxerit, vel ne habere aut dare eis valeant impediverit, per ſe vel alium, ſeu alios; aut cuſtodes, ne exinde exire potuerint quoquo modo poſuerit, incenderit, inde extorſerit violenter, præterquam in caſibus a canooibus permiſſis; extractos vulnerare, ſeu mutilare, aut ultimum inſerre ſupplicium præſumpſerit; & quicumque prædicta aut aliqua prædictorum fieri præceperit aut procuraverit, ſeu conſilium vel opem adhibuerit hujuſmodi ſceleribus perpetrandis: taliter delinquentes excommunicationis ſententiæ ſubjaceant ipſo facto. Item quicumque talibus mutilatoribus * & interſectoribus, & quicumque hujuſmodi mutilationes, & homicidia fieri præceperit, vel procuraverit; & quicumque facientibus talia conſilium vel opem impertiverit: beneficia & ſeuda, ſi qua ab eccleſiis taliter violatis obtinent, ipſo facto amittaot; & ad eccleſiam, a qua id obtinent, remittantur. Filii autem eorumdem non poterunt de prædictis aliquid obtinere; & ad beneficia eccleſiaſtica ex tune aſſequenda eo ipſo efficiantur inhabiles & indigni. Ut......... quondam doniini Simonis. Nos autem ad prædicti ſtatuti pleniorem obſervationem quoad quædam adjicimus: quod quicumque de cætero culpabiles quoquomodo inventi fuerint in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, quouſque plene ſatisfecerint eccleſiis violatis, & illis, quorum intereſt, Chriſtiana careant ſepultura: etiamſi in articulo mortis ab excommunicationis ſententia ſuper prædictis a quoquam forſan fuerint abſoluti.

ANNO CHRISTI 1326.

XII. *Qualiter obſervatio juramenti pertinet ad judicem eccleſiaſticum.*

Conc. Vaur. an. 1368. c. 4. 41.

Si qui laici principaliter, vel fidejuſſorio nomine, ſuper contractibus, vel alias juramento præſtito, vel fidei interpoſitione, ſe obligaverint: poterunt ſuper hujuſmodi ſub eccleſiaſtico judice conveniri: ad cujus forum, ratione juramenti vel interpoſitionis fidei, cauſæ hujuſmodi cognitio noſcitur pertinere. Provida deliberatione adjicimus ſtatuendo, quod ſi aliqui perſonas ad immunitatem eccleſiaſticam * de eadem immunitate violenter abſtraxerint, ſi ſic extrahentes contingat ad dictam immunitatem conſugere, ſive recurſum habere, non gaudeant immunitate prædicta, nec etiam defendat eoſdem: quia manifeſti juris eſt, quod non detur eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari. Ut eccleſiæ noſtræ provinciæ perſonæque eccleſiaſticæ in plenitudine * ſtatuendo præcipimus obſervari ſtatutum domini * in quo inter alia continetur, ut omnes qui nova pedagia conſtituunt, & qui antiqua ad clericos & res ipſorum extenderint, eo ipſo ſint excommunicationis ſententia ligati.

* Deeſt forte pertinentes.

* Deeſt aliquid.

* Deeſt Guidonis. Hoc ſtatutum eſt c. 30. conc. Bitur. anno 1276.

XIII. *De obſervatione ſtatutorum.*

Cum contingat interdum, quod nonnulli prælati, canonici, ſeu clerici .... officialis miniſtri, ſeu alii quicumque laici, in novitate ſuæ creationis, vel alias, jurant ſe conſuetudines & ſtatuta, ſcripta vel non ſcripta, eccleſiaſticorum ſeu laicorum aliquorum, inviolabiliter obſervare: cum juramentum non ſit ad iniquitatis vinculum inſtitutum, præcipimus publicari frequenter in ſynodis, hujuſmodi juramenta, ad impoſſibilia illicita, ſeu libertati eccleſiaſticæ obviantia, aliquatenus non extendi; nec jurantes hujuſmodi qualitercumque, vel ſub quacumque forma verborum, niſi ad licita poſſibilia, & libertati eccleſiaſticæ non obviantia, non autem ad alia, per præſtationem hujuſmodi juramenti obligari.

XIV. *De privilegio mulierum.*

Cum ſtatutum ſit, quod mulieres alienationibus dotum & donationibus propter nuptias conſentientes non contravenire, proprio juramento firmantes, teneantur juramen-

ANNO CHRISTI 1326.

ramenta hujuſmodi non vi vel dolo præſtita obſervare: ſi judiees ſæculares eaſdem præfatas alienationes audiverint, cum eis conſtiterit de hujuſmodi juramento, poſt duos menſes a publicatione hujuſmodi in excommunicationis ſententias incidant ipſo facto.

XV. *De perjuriis.*

Statuimns, ut quicumque in tranſgreſſione juramenti maniſeſte fuerint deprehenſi, ad mandatum noſtrum, ſuffraganeorum, officialium noſtrorum vel corum judicio, vel ſedis apoſtolicæ competenter, prout ad quemlibet talium juriſdictio noſcitur pertinere, in eccleſia eorumdem publice denuncientur perjuri. Quod ſi admoniti, ſatisfacere noluerint: ex tunc excommunicentur candelis extinctis, & pulſatis campanis, ſingulis diebus Dominicis & ſeſtivis, & denuncientur inteſtabiles & infames, nec ad teſtimonium vel ad actus legitimos admittantur, nec in foro pœnitentiæ, pręterquam in mortis articulo, abſolvi valeant: niſi a nobis vel ſuffraganeis noſtris, prout eis ſubſunt, vel ab illo ſeu ab illis, qui a nobis vel ipſis ſuper hujuſmodi mandatum ſuerint * ſpeeiale: & nomina talium ne lateant, per rectores in eccleſiis ſcribantur: & hoc ſtatutum ſrequenter in eccleſiis cathedralibus & parochialibus præcipimus publieari. Officiales autem, qui in obſervatione prædicti ſtatuti negligentes fuerint, ipſo facto ingreſſu eccleſiæ uſque ad menſem ſe noverint interdictos.

* ſ. habuerint.

XVI. *De exceptionibus.*

Si ſęculares judices exceptionem de re per eccleſiam judicata, niſi ad eos pertineat cognitio de conſuetudine vel de jure, coram ipſis propoſitam recuſent admittere: eo ipſo eoſdem tamdiu interdicto eccleſiaſtico volumus ſubjacere, quonſque dictas exceptiones duxerint admittendas.

XVII. *De appellationibus.*

Cum honor ſuperioribus, & obedientia & reverentia debeantur, & ordo confundatur eccleſiaſticus, ſi ſua unicuique juriſdictio non ſervetur: ſtatuimus, ut ſuffraganei eccleſiæ Auſcitanæ, eorumdem officiales, & vicarii ipſis ſuffraganeis agentibus in remotis, appellantes, vel alias recurrentes ad nos, vel noſtram curiam, ſi ad nos juriſdictio pertinet de conſuetudine vel de jure, non impediant quomodolibet, vel perturbent, nec judicent, ſtatuant, præcipiant aliquid, nec ſatigent eorum ſubditos aliquatenus per ſe, alium, vel alios, quo minus noſtra, vel noſtræ curiæ, ſeu commiſſariorum noſtrorum mandata, in præmiſſis libere exequantur. Item quod cauſas, quarum examinatio vel deciſio ad coſdem de jure vel de conſuetudine pertinet, cognoſeendas vel definiendas alicui non committant in fraudem, & ad eoſdem ſuffraganeos vicarios prior appellatio deſeratur: nec ſuper pręmiſſis vel præmiſſorum aliquo dent auxilium, conſilium, vel ſavorem. Suffraganei in prædictorum aliquo delinquentes, ingreſſu eccleſię per menſem; cæteri vero, eccleſiaſtico interdicto eo ipſo uſque ad condignam ſatisfactionem ſe noverint ſubjacere.

XVIII. *De vita & honeſtate clericorum, &c.*

Circa vitam & honeſtatem ſacerdotum, religioſorum, clericorum, & laicorum, ſtatuta per nos ſeu prædeeeſſores noſtros, aliis conciliis provincialibus edita, præcipimus firmiter obſervari: & quod ſuffraganei in ſuis diœceſibus ſtatuant, inſorment, corrigant, & emendent, prout ſaluti prædictorum viderint expedire. Præcipimus ſtatuendo, quod rectores eccleſiarum, Miſſas in ſuis eccleſiis eelebrantes, ſaltem unum clericum ſuperpelliceo indutum, qui ſibi miniſtret in obſequio Divinorum, neceſſario habere teneantur.

XIX. *De horis dicendis.*

Statuimus, quod omnes elerici in ſacris ordinibus conſtituti, & beneficium eccleſiaſticum, maxime cum eura obtinentes, & omnes religioſi elerici, ad omnes ſeptem horas canonicas omni die dicendas vigilent diligenter (nam ad eas dicendas ſunt ex debito obligati, niſi cos infirmitatis gravitas excuſaret) & quam frequentius ad cas dicendas ad eccleſias conveniant horis & temporibus conſuetis. Tempore vero interdicti Miſſæ celebrentur, & alia dicantur Divina ſingulis diebus in eccleſiis & monaſteriis, ficut prius, niſi pollutæ fuerint ſeminis vel ſanguinis effuſione: ſubmiſſa tamen voce, januis elauſis, excommunieatis & interdictis excluſis, campanis etiam

etiam non pulsatis. In festivitatibus vero natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis virginis gloriosę, campanæ pulsentur, & januis apertis alta voce Divina officia solemniter celebrentur, interdictis admissis, & excommunicatis exclusis.

Præcipientes nihilo minus firmiter observari, quod canonici, religiosi, clerici cathedralium ecclesiarum & collegiatarum, qui in ecclesiis prædictis ad Divina dicenda officia non conveniunt, etiam interdicti tempore, distributiones quotidianas, in quibuscumque rebus consistat, præterquam illud quod datur loco præbendæ ordinariæ in anniversaria defunctorum, recipiant, consuetudine contraria non obstante. Sed inter illos qui ipsis Divinis officiis interfuerint communiter, dumtaxat dividatur. Et si absentes, qui in ipsis Divinis officiis non interfuerint, aliquid de præmissis per se vel per alium perceperint: perceptores dominium non acquirunt, & ad restitutionem eorumdem sint adstricti: & nihilo minus ad eam faciendam per censuram ecclesiasticam compellantur, nisi eos causa legitima excusaret.

XX. *De nocte non ire.*

Ut laicorum scandalum evitetur, et clerici ab illicitis arceantur: statuimus, ut in locis, in quibus post sonitum campanæ seu buccinæ, de nocte laici ire sine lumine prohibentur, clerici sine lumine non incedant. Si contra fecerint, pœnæ, quæ propter hoc in locis quibuslibet imponitur, eos præcipimus auctoritate statuti hujus subjacere, vel plus, vel minus, prout ordinariis eorum videbitur faciendum, per capellanos vel officiales ordinariorum locorum, eorumdem ordinariorum nomine, ab ipsis clericis exigendæ. Quod si requisiti solvere noluerint, duplicatum solvere compellantur: & idem de..... fructuum præcipimus observari.

XXI. *De sepulturis.*

Observari præcipimus, ne religiosi vel sæculares clerici, cujuscumque status aut conditionis existant, inducant aliquos ad vovendum, jurandum fide interposita, seu alias promittendum, ut apud eorum ecclesias [a] exigant sepulturas, vel jam electas ulterius non immutent. Si secus egerint, electio nulla erit; et apud illas ecclesias sepeliri debebunt, apud quas de jure sepeliendi fuissent, si alia sepultura non electa forsitan decessissent: & ipsi, si contra fecerint, & eorum ecclesiæ & cœmeteria pœnis super hoc editis subjacebunt. Si vero super sepultura alicujus defuncti in dubium revocetur: ad ordinarium vel officialem illius, sub cujus jurisdictione degebat tempore mortis ejus, protinus recurratur, qui summarie, & absque figura & strepitu judicii, de dubio cognoscens hujusmodi, antequam corpus defuncti tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, si possit absque dedecore & scandalo reservari, breviter prædictam definiat quæstionem; & quod inde definierit, appellatione cessante executioni debitæ demandetur. Si vero casu cognitionis, vel propter officialis absentiam, dicti dubii decisionem deferri contingat, & cadaver hujusmodi absque scandalo inhumatum nequeat reservari: si in parochia sua hujusmodi obierit, in eadem; si vero in alia, in ipsa absque ipsarum precum præjudicio tumuletur, quousque dictum dubium fuerit terminatum. Si qui autem præmissis contradictores extiterint aut rebelles, recipiendo ipsum corpus, alibi deportando, sepeliendo, dando consilium, auxilium, vel favorem, [b] eo ipso ecclesiastico subjaceant interdicto, a quo nullatenus liberentur, quousque ad cognitionem ordinarii satisfactionem fecerint competenter.

Conc. Vaur. an. 1368. c. 61.

a Forte, eligant. H.

b Adde, loca ex Conc. Vaurensi. H.

XXII. *De non sepeliendis in ecclesia.*

Item ne corpora laicorum sepeliantur infra ecclesias sine licentia prælati & rectoris, quamvis ab antiquo haberent sepulturas, vel aliquod de prædictis, eosdem excommunicationis sententiæ ipso facto volumus subjacere.

XXIII. *De modestia in exequiis adhibenda.*

Firmiter duximus statuendum, propter multos clamores, qui ad nos sæpe & sæpius proveniunt, quod in exequiis in ecclesia mortuis impendendis, impedimenta complura proveniunt per amicos, cognatos, aliosve domesticos in ecclesia funere existentes; cantilenas, lamentationes, ululatus, & altos clamores, vociferando, emittendo, & faciendo sonitus eum............ & aliis instrumentis, vel quidquid Divinum officium alias impediendo: idcirco ut non sint in ecclesia lamentatrices, lugentes magnis et altis clamoribus, vel quid-

Mendis inquinatissimum est hoc capitulum.

ANNO CHRISTI 1326.

quidquid aliud non faciendo, propter hoc quod Divinum officium perturbetur, etsi contrarium acceptetur, cessetur a Divinis in dictis obsequiis quamdiu duraverit impedimentum prædictum: & nihilo minus prædicta impedientes per ordinarios alias legitime puniantur.

XXIV. *Ut jus ecclesiæ parochialis servetur.*

Conc. Vaur. an. 1368. c. 64.

Ut honor debitus ecclesiæ matri per ejusdem parochianos subditos observetur, in qua consueverunt cælesti pabulo refici dum vivebant; & juxta Apostolum, sint consolationum socii, qui fuere passionum: statuimus, ut quicumque extra suam parochialem ecclesiam elegerit sepulturam, ejus corpus ante ipsius sepulturam, si in sua parochia excesserit, vel ad ipsam deportari contigerit, matri ecclesiæ solemniter præsentetur, & eidem reddatur de funeralibus debitum, prout de jure, ut in parochia decenter est fieri consuetum. Contrarium facientes ipso facto subjaceant interdicto, & transgressorum * nomine, per rectores locorum, ordinariis intimentur, vel interdicti sententiam a subditis observari faciant, & prout justum fuerit aggravent.

* Leges: nomina. H.

XXV. *Ne corpus membratim in diversis locis sepeliatur.*

Firmiter præcipimus observari, ut nullus fidelis, cujuscumque status, conditionis, nobilitatis, & dignitatis, ubicumque debitum naturæ persolvens, ejus corpus membratim in dictis locis eligat sepeliri, ne aliquod corpus defuncti, impio pietatis affectu . . . . exenteretur, aut aliud membratim, vel frustatim, alias in frusta, inhumaniter concidatur, ipsum subsequenter aliquibus * in mensuram exponant ignibus decoquendo, ut tandem excussis a carne ossibus, ea sejuncta a carne alibi tumulentur: immo si commode fieri poterit, corpus defuncti absque divisione deferatur ad locum, in quo vivens elegit sepeliri, aut in civitate, castro, ubi decesserit, tradatur ad templum ecclesiasticæ sepulturæ: ita quod demum & toto tempore ossa ibidem remaneant, aut ad locum, ubi vivens sepulturam elegit, deportetur & tumuletur ibidem. Contrarium facientes ipso facto se noverint excommunicationis vinculo innodatos: a qua non poterunt, præterquam in mortis articulo, nisi per sedem apostolicam liberari: & nihilo minus corpus, quod sic fuerit inhumaniter pertractatum, ecclesiastica careat sepultura.

Locus mendosus.

XXVI. *Ut jus ecclesiæ Parochialis servetur.*

Ut honor debitus * parochialibus observetur: & animarum periculis obvietur: salubriter duximus statuendum, quod parochiani diebus Dominicis & festivis ad parochiales ecclesias veniant, Missas integras audituri. Et si per duos Dominicos integros continuos, Missas in dictis ecclesiis non audiverint: ex tunc habeant parochiales presbyteri comminari . . . . in ecclesiis nominatim postea excommunicatos.

* Adde, Ecclesiis. H.

XXVII. *Ut pax inter prælatos & curatos servetur.*

Volentes inter prælatos & rectores ecclesiarum, quæstionis & scandali materiam amputare: ut inter eosdem pacis tranquillitas vigeat, & fervor exæstuet caritatis, præcipimus firmiter observari constitutionem editam per dominum Bonifacium papam octavum, quæ incipit, *Super custodiam præeminentiæ pastoralis.*

XXVIII. *De Decimis.*

Porro cum nonnulli decimas detineant plerisque locis provinciæ Anseitanensis, non absque . . . . provinciæ, graviqoe suarum periculo animarum: statuendo præcipimus, ut per locorum episcopos ipsas decimas abjurare, resignare, dimittere, & ecclesiis restituere, juris remediis quibuscumque poterunt, absque diffugio compellantur: super quibus ipsorum ordinariorum conscientias intendimus onerare. Mandantes nihilo minus, quod tam detentores ipsarum decimarum, ante ipsarum restitutionem plenariam si decesserint (cum eosdem detentores in mortali non sit dubium decessisse) quam eorum filii, uxores, & familiæ, sepultura careant Christiana: nec ipsi, nec eorum filii usque ad quartam generationem inclusive, ad tonsuram clericorum, sacros ordines, vel ecclesiastica beneficia aliquando admittantur. Si qua aliter eis collata extiterint be-

beneficia: eorum collatio nullam habeant roboris firmitatem, & eorum beneficia aliis libere conferantur. Si vero ordinarii prædictis tonſuram, ſacrum ordinem, beneficium eccleſiaſticum quodcumque, aliter contulerunt: ab illorum eo ipſo per annum noverint ſe collatione ſuſpendi: & loca ubi ſepulti fuerint, per annum eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto. Quam conſtitutionem in ſynodis frequenter præcipimus publicari, ut nemo ſuper iſtis ſe valeat per ignorantiam excuſare. Item omnes laici indiſtincte ad præſtationem decimarum de novalibus . . . . & poſſeſſionibus ſuis, per excommunicationis in perſonas, & interdicti in terram ſententias, per ordinarios compellantur: & ſi requiſiti, ſine ſolutione vel ſatisfactione prædictarum decimarum deceſſerint, Chriſtiana careant ſepultura.

XXIX. *Quod decima præferatur angariis.*

Cum decimæ & primitiæ ordinatione Divina eccleſiis debeantur: ſtatuendo præcipimus, ut poſſeſſiones, in garba, vinearum, in vindemia, virgultorum, pratorum, & aliarum poſſeſſionum cultores, ſtatim ex eis collectis fructibus, & fructuum * animalium quorumcumque, ex quo maturo non indiguerint nutrimento, novem partibus ſibi retentis, decimam partem immediate ſubſequentem integre, de prædictis nullis inde primitus deductis tribus *, ſenſibus ex primis agreriis, ſeu ſervitiis aliis, necnon de aliis omnibus bonis licite acquiſitis, eccleſiis *, quibus debentur, cenſura eccleſiaſtica per locorum ordinarios compellantur; contraria conſuetudine qualibet non obſtante, quam tollimus. Idem de primitiis prædictorum, in quantum eſt de jure vel conſuetudine debitum, præcipimus obſervari. Si vero aliquod prædictorum fructuum vel fœtuum, ad dominos, emptores, ſervitores, mercenarios, vel quoſcumque alios, non decimatum ſeu non primitiatum tranſiverit: eccleſia, ſeu rector, ſolutionem decimarum & primitiarum, a quocumque maluerit, eamdem poterit vendicare. Uno tamen ſolvente, alter remaneat liberatus.

* f. fœtuum.

* f. tributis, cenſibus, expenſis, ag.

* Deeſt ſolvere.

XXX. *Ne impediantur decimæ.*

Præcipimus publicari, quod nulli religioſi vel alii, in ſermonibus ſuis, confeſſionibus, vel alibi, de cætero talia præſumant proponere, quæ audientium animos a decimarum vel aliarum rerum, eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, ſeu aliis locis debitarum ſolutione * trahant, corrumpant: immo verbo & opere informent eoſdem ut ad ſolutionem prædictorum prompto voluntatis animo ſint attenti.

* Lege, retrahant. H.

XXXI. *Item de decimis.*

Cum decimæ, quæ jure Divino & canonico eccleſiis parochialibus & eccleſiaſticis perſonis debentur, a quibuſdam laicis detineantur & percipiantur in dictarum eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum maximum præjudicium, ex prava conſuetudine, quæ dicenda eſt potius corruptela: ſtatuimus, quod detentores prædicti, & eorum uxores, & filii familias, in morte careant eccleſiaſtica ſepultura, & quod eorum filiis familias, vel filiis filiorum familias beneficia eccleſiaſtica, tonſuræ, vel alii ordines minime conferantur: ut prædictis pœnis ſtricti, decimas dimittant facilius perſonis & eccleſiis, ad quas ſpectant.

XXXII. *De detentoribus decimarum.*

Cum alias ſtaturum per nos fuerit, & per prædeceſſores noſtros, in provincialibus conciliis hactenus celebratis, quod detentores decimarum eccleſiaſticarum, ante ipſarum reſtitutionem plenariam ſi deceſſerint, cum eoſdem in mortali non ſit dubium deceſſiſſe, tam ipſi detentores, quam eorum filii & * familiæ, careant eccleſiaſtica ſepultura: ſtatuendo adjicimus, ut uxores & familiæ pœna conſimili arceantur.

* Forte filiæ. H.

XXXIII. *Item de decimis.*

Statuendo decernimus & denunciamus, omnes laicos utriuſque ſexus, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, qui vel quæ decimas eccleſiarum detinent occupatas in noſtra provincia Auſcitana, excommunicentur, & eorum, ſententias aggravando, uxores eorum, filios, filias, familias * interdictas. Item laici non ſolvant decimas laicis.

* Locus mendoſus.

XXXIV. *De*

ANNO CHRISTI 1326.

XXXIV. *De pauperibus rectoribus.*

Conc. Vaur. ann. 1368. c. 75.

Provideri præcipimus per locorum ordinarios, quod si rectores ecclesiarum sibi subjectarum de redditibus suarum ecclesiarum nequeunt commode sustentari, nec alia incumbentia onera supportare: tantum de decimis suarum parochiarum eisdem rectoribus, per quoscumque percipientes easdem, tam exemptis, quam nnn exemptis faciant assignari, quod exinde possint commode sustentari, & episcopalia jura solvere, & alia incumbentia onera supportare. Item quod religiosi exempti, de terris & possessionibus acquisitis hactenus & amodo acquirendis, decimas integre solvant illis ecclesiis, quibus possessiones eædem & terræ fuerant primitus decimales. Super his enim est ipsis ordinariis, nisi de rebus exemptis agatur, jurisdictio attributa.

XXXV. *Ut pauperes ecclesiæ jus suum prosequantur communibus expensis.*

Ibid. c. 10.

Quoniam frequenter, propter paupertatem ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum, multa insurgunt incommoda ecclesiis & personis ecclesiasticis, sive in agendo, sive in defendendo nnn valentibus prosequi jura sua: sacro approbante concilio statuimus, quod ad arbitrium diœcesani vel officialis sui, de communi contributione expensarum & sumptuum totius diœcesis, in qua casus seu necessitas hujusmodi evenerit, in prosecutione juris sui ecclesiastici provideant eisdem, & officiales sint favorabiles in justitia exhibenda.

XXXVI. *Ut præsentati a religiosis ad ecclesias, & ab episcopis instituti, postea amoveri non possint.*

Universis episcopis observari præcipimus, quod presbyteri seu rectores, per religiosos in eorum ecclesiis, in quibus jus obtinent patronatus, præsentati, & per episcopos instituti, ab eis, nisi per episcopos & ex causa rationabili nnn valeant amoveri: quia ex quo instituti in eis sunt, censentur perpetui, consuetudine vel statuto quolibet contrario non obstante. Religiosi vero & monachi, quibus, ne a quoquam interdici, suspendi vel excommunicari valeant, a sede apostolica est indultum, si ad aliqua loca pia vel prioratus ordinariis subjectos, destinati fuerint per superiores, ut ibi

Ibid. c. 73.

A regant ipsos, ut proprii ipsorum locorum ministri: [a] sed ipsi monachi resideant in eisdem: quamdiu morentur in illis, ratione eorumdem locorum seu prioratuum, non solum in prædictis, sed etiam in aliis, possint, si deliquerint, a suis ordinariis puniri prout justitia suadet.

ANNO CHRISTI 1326.

a seu, Vide Vaur.

XXXVII. *Quod non fiat nova fundatio sine licentia.*

Conc. Vaur. c. 93.

Observari præcipimus, ut ordinarii in B suis diœcesibus religiosos exemptos nnn permittant construere oratoria, seu capellas, in locis non exemptis, sine ipsorum ordinariorum licentia speciali: nec ipsis constructis, ipsi exempti celebrent Divina tempore interdicti in locis exemptis, nisi prout eis a jure vel speciali privilegio est concessum. Si contra fecerint, compescantur, & si conservatores ipsorum exemptorum propter hoc in ordinarios aliquas sententias tulerint: tanquam a jure nullatenus revocatæ observentur.

C

XXXVIII. *De censibus & procurationibus.*

Ex querelis quamplurium rectorum ecclesiarum intelleximus, quod archidiaconi, in suis archidiaconatibus, prout ad eos pertinet, visitationis beneficium impendentes, ex multitudine onerosa, quam secum tunc ducunt, & plusquam expediat vel deceat, gravent nimium D in expensis. Nos volentes super hoc utiliter providere, rectoribus parochialium ecclesiarum, quæ in suis proventibus in nostra provincia ut plurimum sunt tenues, sacro approbante concilio, duximus statuendum: ut nullus archidiaconus, dum visitat archidiaconatum suum, ultra quinque equitaturas (in quibus .... si ducat, intelligimus cum quinque garcionibus peditibus, non cum canibus vel avibus venatoriis) secum ducat: & pro illis tantum procuratio-E nem in victualibus, non sumptuosam, vel in pecunia a nolente dare: quam pecuniam pro una procuratione integra triginta solidos Turonenses..... taxamus, una die recipiat, visitata ecclesia ad hoc sufficienti: nullis per archidiaconum, si magis quam in pecunia, ut permittitur, procurationem in victualibus recipere voluerit, ad prandium invitatis. Si autem una ecclesia ad dictam procurationem præstandam absque gravamine

ANNO CHRISTI 1326.

noo sufficiat: aliqua, vel aliquæ de aliis circum vicinis ecclesiis, visitatis tamen primitus, [a] attribuantur, prout suppetierint facultates. Si autem unus rector plures teneat ecclesias, sibi pro uno beneficio assignatas, & si omnes simul vel divisim visitaverit: nisi ad unam, pro illis procurationibus, rector earum minime teneatur. Sit etiam cautus archidiaconus visitare volens, ut in principio suæ visitationis quos secum tuoe ducere voluerit, sic informet, quod nec ipse, nec quisquam suorum, aliquod munus, quodcumque sit, & qualitercumque offeratur, recipiat: [b] nullo per eos, vel aliquos eorumdem, in prædictis acquisito fraude, vel aliquo prædictorum. Si autem præsumptum fuerit: percipientes, usque ad restitutiooem dupli illius, quod receperint, ecclesiæ vel rectori a quo receperint, faciendam, excommunicationis sententiæ ipso facto se noverint subjacere. Archidiaconus autem contra præsentem constitutionem * tandiu ab officio eo ipso noverit se suspensum, quousque de duplo hujusmodi, si receperit ultra prætaxatum modum visitandi, aggravando ecclesias vel rectores earum, ipsis per ipsum fuerit plenarie satisfactum, nulla eis in hoc dantium remissione, libertate, seu gratia valitura. Et si a persoois & locis non visitatis, pecuniarium donum, spe futuræ visitationis vel convivationis, quocumque quæsito colore seu figmento, per se, alium, vel alios, receperint: eo ipso pœois subjaceant supradictis. Si autem ultra prædictum numerum duxerint, vel petierint: juste poterit denegari. Nam quod de prædicto numero diximus, debet intelligi secundum tolerantiam in iis locis, in quibus ampliores sunt redditus, & ecclesiæ facultates. Id pauperibus autem tantam volumus tenere mensuram, ut & accessu majoris minores non se doleant gravari: nec sub tali indulgentia, illi qui paucioribus equis hactenus uti solebant, ducendi plures eredant sibi inductam de cætero potestatem.

[a] Lege, attribuantur, vel contribuant. H.

[b] Forte, nullo jure per eos. H.

** Dereli., faciens.*

XXXIX. *De visitatione archidiaconi.*

Ad excusationem vero nostram apud Deum & homines, omnibus archidiaconis nostris in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus: quatenus circa præmissorum observationem maodatorum, diligentiam adhibeaot & operam efficacem: ne propter eorum incuriam vel negligentiam grex Dominicus exponatur ulterius, luporum dæmonom faucibus laniandus. Illud autem quod de.... & oblationibus consuetis & prægressionibus, antiquitas laudabiliter statuit, nobilitas * autem pro majori parte neglexit: in remissionem injungimus peccatorum, ut io antiquum statum diligenter studeant reformare. Alioquin quod fraude & negligentia eorum fuerit deperditum, in districto examine ab eisdem a supremo Judice requiretur. Item quod omnes rectores habentes beneficium curatum, infra anoum, a tempore ipsis commissi regiminis numerando, se faciant ad presbyteratum ordinem promoveri: alioquin, justo impedimento cessante, eodem beneficio noverint esse privatos.

** Corr. novitas.*

XL. *De consecratione ecclesiæ.*

Licet ecclesia nondum consecrata, ex quo est Divino cultui dedicata, & ibidem suot Divina officia celebrata, cum consecrata eodem gaudent privilegio immunitatis: libertatem statuimus, ut si ipsam pollui contigerit seminis vel sanguinis effusione hominis violentia; vel in ipsa, vel in ejus cœmeteriis, excommunicatorum, interdictorum, hæreticorum, schismaticorum, paganorum, vel Judæorum corpora sepeliri: corporibus velocius hujusmodi, si ab aliis discerni poteruot, exhumatis, & extra ecclesiam & cœmeteria procul ejectis, debent ecclesia & cœmeterium reconciliari protinus, per episcopum tantum, & non alium, aspersione aquæ solemniter benedictæ. Si vero de facto inferior episcopo ecclesiam & cœmeterium hujusmodi vel etiam coosecratam reconciliare præsumpserit: eo ipso, ecclesiastico supponitur ioterdicto.

XLI. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*

Ad Divini honorem nominis & gloriam, exaltationem fidei catholicæ.... fidelium & salutem statuendo, sacro probante concilio, observari præcipimus: ut de cætero, annis singulis, perpetuo in ecclesiis quibuscumque provinciæ nostræ, festa beatorum apostolorum Domini nostri Jesu Christi salvatoris omnium, qui viventes in carne suo pretioso sanguine sanctam Dei ecclesiam plantaruot; quatuor Evangelistarum, quorum fideli studio effugatis tenebris, veritas transfulsit; & quatuor doctorum confessorum ipsius sanctæ matris ecclesiæ

ANNO CHRISTI 1326.

siæ, Gregorii, Augustini, Ambrosii, antistitum, Hieronymi presbyteri...... gnorum doctrinis & verborum facundia, tota fabrica ejusdem ecclesiæ, illud * quibusdam rutilantibus, sub officio duplici solemniter celebrentur.

Locus hic integer mendosus.

Conc. Vaur. c. 88.

Ut reliquiæ Sanctorum majori reverentia in posterum habeantur, & ne simplicitas Christiana variis figmentis ac falsis documentis decipiatur, sicut occasione quæstus in plerisque locis fieri consuevit: observari præcipimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capsas vel vasa nullatenus ostendantur, nec exponantur venales: inventas antem de novo nemo venerari præsumat, nisi a Romana ecclesia fuerint approbatæ: nec quæstor aliquis permittatur portare reliquias, crucem, vel catenas, nec publice in ecclesiis prædicare ultra suarum continentiam litterarum, propter falsa, quæ quandoque interserunt: nisi de eorum ordinariorum licentia speciali. Et si contra præsumptum extiterit ab ipsis, debite puniantur.

XLII. *De sancta Martha.*

Cum Dominus noster Jesus Christus, æternus Dei filius, speciali prærogativa amoris beatam Martham sororem beatæ Magdalenæ honorandam decreverit, ad ejus hospitium declinando, quæ circa ejusdem Domini redemptoris nostri ministerium sollicitam curam gessit, per quam & vita designatur activa, quæ [a] contemplatione * sua & secure tanquam fructuosior & utilior antefertur: dignum est, ut eamdem ejusdem Domini nostri Jesu Christi hospitem in Dei ecclesia dignis laudibus attollamus. Ideoque de consensu concilii præcipiendo statuimus, ut quarto Kalendas Augusti, sub officio novem lectionum festum ejus celebretur, quolibet anno, in omnibus & singulis ecclesiis provinciæ Auscitanæ: mandantes, ut omnes episcopi, in omnibus ecclesiis, prout eis subsunt, festum hujusmodi in Kalendariis earumdem, ut prædicitur, more aliorum Sanctorum, dicta die faciant annotari.

a Forte, quæ contemplationi secura sua. H.

XLIII. *De ecclesiis ædificandis.*

Conc. Vaur. c. 91.

Cum præsens & visibilis ecclesia militans, triumphanti cælesti civitati Jerusalem non immerito comparetur, & locum ubi sanctissimum corpus Domini nostri Jesu Christi conficitur & conservatur, & nostræ reconciliationis ad Dominum instrumenta, videlicet sacramenta ecclesiastica, ministrantur, pro offensis & culpis populi revertentis ad supplicandum Divinæ majestati specialiter deputatum, in quo etiam delictorum venia confidentius impetratur; inter cætera firmo fundamento ac humanis expolitis ædificiis communiri deceat, ut Deo gratus existat, inspicientibus & ingredientibus sit devotus & placidus, & considerantes illiciat, & reficiat, & formet: sacro approbante concilio statuimus, ut episcopi, abbates, & prælati, rectores ecclesiarum, & religiosi quicumque, in suis admonitionibus, prædicationibus, confessionibus, & ubicumque, quantum commode potuerint, clericos, plebes, & populos, inducant attentius & informent, quod cum ecclesiæ ordin. subjectæ, constructione, reparatione, emendatione & ornamentis ecclesiasticis indiguerint; ad prædicta facienda & hujusmodi, de bonis * .... [b] collatis contribuant, & eleemosynas conferant competentes. Ordinarii autem locorum provideant, quod ecclesiæ rurales quæ eis subsunt, taliter reparentur, quod in eisdem, saltem semel in anno, scilicet in die invocationis ipsarum, decenter Missæ valeant celebrari: rectores parochianos & subditos ecclesiarum earumdem, ad præmissa omnia, si necesse fuerit, compellendo: constituendo nihilo minus rectores, & aliquos illarum ecclesiarum parochialium collectores, operarios, executores, qui ad præmissa complenda sint fideles, solliciti, & attenti. Ut autem devotius & facilius omnes & singuli ad præmissa inclinentur: omnibus vere pœnitentibus & confessis, tam qui prædictas pias eleemosynas & caritativa subsidia erogaverint, quam religiosis & aliis qui ad hæc facienda induxerint, quadraginta dies de injunctis eisdem pœnitentiis, de omnipotentis Dei confisi elementia, misericorditer relaxamus. Suffraganei vero in suis diœcesibus concedant indulgentias in prædictis, ut Deus ministraverit, & fructum exinde noverint provenire.

* f. sibi collatis.
b Sibi a Deo collatis. H.

XLIV. *Qualiter chrisma & oleum debeant custodiri.*

Conc. Vaur. c. 81.

Omnes ministros ecclesiarumque rectores provinciæ Auscitanæ exhortamur in Domino, eis nihilo minus in virtute sanctæ obedientiæ injungendo, ut in cunctis ecclesiis sibi commissis, chrisma & eucharistiam sub clavibus fideliter conservent: ne inde possint [c] horribilia exerceri. Ne ipsas ponant super fictilibus vasis, arcis propriis, aut etiam alienis: ad habendum calices argenteos studeant: & vasa, & ministerii vestimenta, pallas altaris, necnon & ipsa corporalia tam nitida & munda teneant, ne ali-

c Forte, sacrilegia. H.

ANNO CHRISTI 1326.

alicui sint horrori: ut potius Dei basilicæ, quam domus laicæ videaotur. Nimis enim videtur absurdum, in sacris sordes negligere, quæ decedeot in profanis. Si autem propter ingruentem necessitatem, aliqua vasa vel supellectilia in ecclesiis conservanda poni contigerit: necessitate cessante, ab ecclesiis expellantur. Transgressores prædictorum, ordinariorum arbitrio puniantur.

XLV. *Indulgentiæ visitantibus ecclesias.*

Ad Divini cultus augmentum, ad devotionem populi excitandam, ad temporalis pœnæ pro delictis debitæ remissionem facilius consequendam: de Dei omnipotentis confisi clementia, sacro approbante concilio, omnibus visitantibus ecclesias cathedrales nostræ provinciæ, singulis annis, in vigiliis, & in die solemnitatis invocatioois cujuslibet earumdem, vere pœnitentibus & contritis, XL. dies, & in singulis diebus octavarum solemnitatum ipsarum xx. de iojunctis eis pœnitentiis misericorditer indulgemus. Et statuendo præcipimus, quod quilibet suffraganeorum nostrorum, de voluntate nostra & coepiscoporum suorum, prædictis indulgeant illud idem. Item præcipimus, quod in singulis ecclesiis cathedralibus, regularibus, collegiatis, & parochialibus nostræ provinciæ, dum Missarum solemnia celebrabuntur, ibidem, immediate post orationem Dominicam, pro pace & bono statu ecclesiæ, regum, principum & comitum, populi & terræ, juxta varietatem temporum ad Dominum fiat oratio specialis.

XLVI. *Quod in ecclesiis non tenenntur parlamenta.*

Cum ecclesia Domini, domus orationis esse debeat, oon alterius negotiationis, ut cum pace & quiete intentis præcordiis devotæ orationes & sacra solemnia in ea valeaor celebrari; & nimis absurdum sit & crudele, quod ibi exerceatur judicium sanguinis, ubi est tutela refugii constituta: præsenti prohibemus edicto, ne de cætero judices sæculares, cujuscumque conditioois sint aut status, causas suas, maxime ubi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in ecclesiis vel cœmeteriis audeant agitare, statuta, parlamenta facere, nisi pietate suadeantur, coosuetudine contraria noo obstante. Contrarium facientes, post publicationem præsentis edicti, quam eis A in synodis per ordinarium, prout ei subsunt fieri * excommunicationis seotentiæ ipso facto volumus exercere. * Processus eorum nihilo minus, & prolatæ sententiæ, io dictis locis omni careant roboris firmitate.

ANNO CHRISTI 1326. * *Desi* volumus. * *Cor.* subjacere.

XLVII. *De excommunicatis.*

Conc. Vaur. an. 1368. c. 9.

Quicumque dominium temporale obtinentes, interdixerint subditis suis, ne prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quodcumque vendant, aut e- B mant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, quo carius panem aut alia obsequia exhibeant: cum talia præsomantur in derogatiooem ecclesiasticæ libertatis: denuncientur & publicentur ipso facto excommunicationis vinculo innodati. Si autem commonitas, seu universitas quorumcumque locorum, contra prædictas personas quoquo modo in prædictis deliquerint: tamdiu eo ipso subjaceant interdicto, quousque eis per eos fuerit plenarie satisfactum. Item C constitutionem dominorum Alexandri IV. *Quia nonnulli*, & Bonifacii VIII. *Clerici laicos fere*, Romanorum pontificum, præcipimus observari.

XLVIII. *De sententia excommunicationis.*

Excommunicamus, & mandamus denunciari excommunicatos publice, ómnes concubinarios, usurarios, adulteros, manifestos. Item nullus professus religiosus, tacite vel expresse habitum suæ religionis dimittat temere ubilibet, nec D accedat ad quævis litterarum studia, nisi de sui superioris petita canonice licentia & obtenta. Contrarium facientes, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto.

XLIX. *De statutis contra ecclesiæ libertatem.*

Quicumque statuta edita, & consuetudioes introductas contra ecclesiasticam E libertatem, * statutarii & scriptores statutorum ipsorum, necnon domini temporales, consules, rectores, & consiliarii locorum, ubi hujusmodi statuta de cætero edita fuerint vel servata; & illi qui secundum ea facere præsumpserint vel judicare, vel in formam publicam scribere judicata vel facta, vel contra dictam ecclesiæ libertatem, fraudem directe vel indirecte, consilium vel opem duxerint adhibendum: nisi infra mensem,

* *Add.* servari fecerint, *ex Concilio Bituric. ann.* 1336. *c.* 11.

sem, a tempore publicationis hujusmodi A numerando, prædicta cum satisfactione debita duxerint revocanda, in excommunicationis sententiam se noverint incidisse ipso facto.

I. Ut publicetur constitutio Gregorii X.

Constitutionem domioi Gregorii decimi, quæ incipit, *Pro eo*, in synodis suffraganeorum publicari præcipimus, & ab ipsis subditis inviolabiliter observari.

LI. *De iis, qui retinent instrumentum soluti debiti.*

Excommunicamus, & excommunieatos publice denunciari præcipimus creditores, qui instrumentum soluti debiti detinent, oisi infra quiodecim dies, si commode fieri poterit, restituerint requisiti ipsum instrumentum debitori, vel alii legitimo pro eodem; vel saltem ipsum cancellaverint, vel fregerint * instrumentum fecerint de soluto, infra terminum antedictum. Et haoc constitutionem frequenter in parochialibus ecclesiis provinciæ Auscitanæ præcipimus publicari.

* *Dest.* vel

LII. *De interdictis.*

Suppooimus ecclesiastico interdicto omnem locum provinciæ Auscitanæ, ubi manifesta rapina ecclesiarum, religiosorum, elericorum, vel personarum ecclesiasticarum reponitur: quamdiu dicta rapina ibi fuerit; vel elericus, aot persona ecclesiastiea, cootra voluotatem sui prælati, inibi eapta a quocumque detinetur. Et sic de loco io locum mutata fuerit: primus locus, & alia onde & ubi mutatur, usque ad dignam satisfactionem, eo ipso, ecclesiastico remaneant interdicto. Et si io prædictis quispiam * conceesserit scieoter, ipso facto pœna consimili sit ligatus.

* *Forte*, *consenserit*. H.

LIII. *De iis, qui talliant clericos, religiosos, reclusos, leprosos.*

Excommunicamus, & excommunieatos denunciari publice præcipimus comites, barones, consules, bajulos, & alios quoscumque, qui clericos, religiosos, reclusos, leprosos, ratione personarum, vel patrimooii ipsorum, ausi fuerint talliare, vel aliquid pro tallia exigere ab eisdem: nisi sic exacta, infra quindecim dies plene restituerint, requisiti.

LIV. *Quod non pignorentur bona ecclesiæ.*

Personæ ecclesiasticæ vel earum bona pro aliis non marchientur, vel pignorentur. Contrarium facientes, nisi de præmissis satisfecerint infra mensem, ipso facto sint excommunicationis vinculo innodati. Universitates locorum subjaceant ecclesiastico interdicto, consuetudine contraria non obstante.

B LV. *Ut locus non interdicatur pro pecuniario debito.*

Præcipimus, quod nullus locus pro pecuniario debiro supponatur ecclesiastico interdicto, sine sedis apostolicæ speciali licentia: secus præsumptum, ipso jure est irritum & ioane. Denunciari præcipimus publice excommunicatos universos & singulos, qui apud ædes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum persooarum arrestaverint, saisinaverint, vel occupaverint; & qui arrestari, saisiri, vel occupari mandaverint; & qui talia occupata, saisita, seu arrestata receperint; & qui in prædictis scienter dederint, publice vel occulte, consilium, auxiliom, vel favorem.

C

LVI. *Ut prædicta statuta publicentur.*

Præcipimus autem omnibos suffraganeis nostris, ut prædicta statuta habeaot, & ea in synodis suis, singulis annis publicent, & faciant a subditis inviolabiliter observari.

D

OBSERVATIO GAB. COSS.

Anne MCCCXXVI. qui huic adscribitur concilio, certissimus est caracter constitutus io die ipso, quo habitum notatur, nempe VIII. Decembris, incidente in feriam secundam. Quare aliunde intrusum oportet esse capitulum in MS. nostro ad omnium calcem subjectum, quo promulgatæ dicuntur hæ constitutiones apud Nugarolum anno MCCCIII. Itaque hoc a nobis omissum est, eoque libentius, quod superius editum est ad calcem Nugarolensis illius concilii. Quod quidem concilium, quin eo loci ac temporis agitatum sit dubitare monumentum illud non sinit. Sed illius statutorum, quæ descripsimus ex Severii summa, cur suspecta sit fides, suo loco diximus. Hæc certe statuta non esse unius omnia concilii argumentum habemus maximum in 29. & 32. quæ idem iisdemque verbis edicunt. Quid vero si priora capitula pertineant ad an. MCCCXXVI. qui in titulo diserte exprimi-E tur; posteriora, ad MCCCIII. qui ad calcem notatur? Nam in eo quo usi sumus codice, præpostere collocantur Auscitana illa concilia, & posteriora prioribus anteponuntur. Immo perturbata esse ibidem multa, satis intelligimus ex concilio Nugarolensi anni MCCXC. cujus capitulum 21. continet interpretationem statuti olim in Nugarolensi concilio editi, quod tamen est sextum ejusdem concilii capitulum. Hoc ad illud concilium admonueramus, sed observatio nostra prætermissa est operarum negligentia, vel potius nostra, qui minus iis credere debuimus.

CON-

CONCILIUM SILVANECTENSE

A Guillelmo de Bria archiepiscopo Remensi, & ejusdem proviociæ coepiscopis, anno Domini M. CCC. XXVI. celebratum,

Ex synodalibus Remensis ecclesiæ MSS.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, Guillelmus miseratione Divina Remensis archiepiscopus, Gerardus Suessionensis, Albertus Laudunensis, Joannes Belvacensis, Petrus Catalaunensis, Fulcandus Novionensis, Petrus Silvanectensis, episcopi, personaliter, una cum aliorum suffraganeorum Remensis provinciæ absentium & cathedralium ecclesiarum procuratoribus, in concilio provinciali apud Silvanectum C congregatis, aliis omnibus qui potuerunt & debuerunt concitari, ad hoc evocatis, in Domino salutem.

CAPITULA.

I. *Ordo celebrandi concilii.*

IN hoc sacro provinciali concilio ordi- D nem procededi cupientes statuere Deo gratum, ut suavis, & dulcior reddatur pastoralis sollicitudinis labor in fructu: ordinamus pro futuris temporibus, ut ingressu sacri proviocialis concilii Missa de Spiritu sancto per oos archiepiscopum, & successores nostros archiepiscopos Remenses, vel quibus committemus, in pontificalibus celebrabitur solemniter, suffraganeis secundum suum ordinem in capis & baculis pastoralibus, una cum abbatibus præsentibus se- E cundum sui decentiam status ornatis: qua completa præponetur verbum Dei, & indulgentia concedetur, & statim A decantabitur: *Veni Creator Spiritus*: ita quod totam spem nostram ad solam referentes summæ providentiam Trinitatis, procedamus confidenter ad tractatum & expeditionem in concilio agendorum, horis & diebus sequentibus opportunis. Quibus peractis fiet definitio per archiepiscopum seu ejus commissarium: & statuta, si quæ sunt ibidem facta, pronunciabuntur suffraganeis, cum mitris & baculis pastoralibus ac præsentibus aliis in concilio congregatis. Et B data benedictione recedere poterunt ad hujusmodi concilium congregati.

II. *Ne beneficiati alienas in se suscipiant obligationes.*

Hoc igitur observato ordioe statuto usque ad tractatum agendorum, deliberatiooe præhabita diligenter super gravibus querimoniis totius Remensis provinciæ nostrorum subditorum: inter cætera, auctoritate hujus concilii statuimus, & sub pœna privationis suorum beneficiorum inhibemus, ut beneficia ecclesiastiea obtineotes, alienas in se suscipiant obligationes: salvis pœnis aliis contra tales in jure constitutis.

III. *De decimis persolvendis.*

Cumque in pluribus dictæ provinciæ partibus decimæ minus plene solvantur: auctoritate dicti concilii moneantur debitores decimarum, sub pœna excommunicationis, ut de suis debite satisfaciant decimis: ac nomina non solventium, vel super satisfactione minus plena suspectorum, per illos qnibus decimæ hujusmodi subtrahuntur, ad tunc proximum futurum provinciale concilium refereotur, ipsius concilii debitam ultionem ac remedium super hoc audituri.

IV.

ANNO CHRISTI 1326.

IV. *Ut excommunicati ab agendo & testificando in utroque foro repellantur.*

Præterea, ut ab agendo, patrocinando, & testificando, excommunicati majori excommunicatione a jure vel ab homine, etiam in sæculari foro repellantur: districte præcipimus & mandamus judicibus ecclesiasticis ordinariis, jura super hoc constituta observare.

V. *Ut immunitas ecclesiastica servetur.*

B

Insuper ut immunitatem ecclesiasticam consequi possint ad ecclesiam causa immunitatis fugientes, prout jura volunt: ne iisdem in alimentis, & aliis sibi necessariis ministrandis, quisquam obviare præsumat, denegans quo minus eis necessaria mioistrentur a volentibus eis ministrare, & laici extrahentes ipsos sine auctoritate diœcesani, ac immunitatem ecclesiasticam quoad fugientes ad eam, & alias impedientes, C ipso facto senteotiam excommunicationis incurrant auctoritate illius concilii in eos promulgatam.

VI. *Ne clandestina matrimonia contrahantur.*

Cæterum ut matrimonia clandestina contrahentes coercantur, in eos sententiam excommunicationis proferimus: A quam ipso facto incurrant totaliter contrahentes, constitutione edita contra illos qui clandestinas conjunctiones prohibere contempserint, & qui eis præsumpserint interesse præcedente suo marte.

ANNO CHRISTI 1326.

VII. *Ut ecclesiasticorum judiciorum executio non impediatur.*

Postremo ut litterarum & mandatorum curiarum ecclesiasticarum portitores & executores defendantur adversus temerarios & nefandos laicorum abusus, qui eos capiunt, & incarcerant, litteras & processus hujusmodi lacerant, ac ecclesiasticam nequiter præsumunt impedire jurisdictionem: sententias excommunicatioois, tam a jure, quam auctoritate constitutionis recolendæ memoriæ domini Simonis, olim in regno Franciæ apostolicæ sedis legati, in concilio suæ legationis promulgatas quas incurraot: districte hujus concilii * provincialis, volumus & mandamus & præcipimus C per totam provinciam Remensem publicari; & ubicumque tales apparuerint præsumptores eas incurrentes, nominatim excommunicatos nunciari, a Christi fidelibus arctius evitari.

Concil. Bituric. anno 1276. c. 16.
* Deest, auctoritate.

In quorum omnium & singulorum testimonium & munimen, litteris præsentibus nostra sigilla sunt [a] expensa. Datum apud Silvanectum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, die Veneris post Dominicam, qua cantatur, *Misericordia Domini*.

a Pro. appensa. H.

CONCILIUM COMPLUTENSE

Ex biblioteca Vallicellana nunc primum editum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

Constitutiones per reverendum patrem & dominum, D. Joaonem Divina miseratione Toleranum archiepiscopum, primatem Hispaniarum, ac regni Castellæ cancellarium, factæ in concilio per eum apud Alcalam de Henares celebrato, anoo Domioi M.CCC.XXVI. vicesimo quinto mensis Junii: qua die concilium extitit finitum.

PRÆFATIO.

Cum ex officii nostri debito curis sollicitemur continuis, & assidua meditatione pulD semur, & juxta creditæ nobis dispensationis officium, subditorum commodis, in quorum prosperitate prosperamur, quantum nobis ex alto concessum, sollicitudinis studio intendimus: idcirco nos Joannes miseratione Divina archiepiscopus Toletanus, primas Hispaniarum, ac regni Castellæ cancellarius, attendentes in ore * prædecessorum nostrorum, qui multa statuta salubria in Dei ecclesia statuerunt, cupientes eorum inhærere vestigiis: in concilio quod apud locum de Alcala nostræ diœcesis celebravimus, præsentibus venerabilibus fratribus nostris, Petro Segoviensi, & Joanne Oxom nse, E & Fernando Conchensi, [a] episcopis; & procuratoribus Palentini, Seguntini, & Cordubensis, episcoporum: pro reformatione & relevatione ecclesiasticæ libertatis, constitutiones edidimus subsequentes, quas per suffraganeos nostros irrefragabiliter volumus observari.

* f. morem

a In MS. Mondoxavensi, quo usus est Card. de Aguirre additur hic, Conensi.

ANNO CHRISTI 1326.

CAPITULA.

I. *De suffraganeo, qui ab alio quam a metropolitano consecratus est.*

QUamvis a sacris sit canonibus institutum, ut episcopi suis metropolitanis reverentiam promittere teneantur; quia tamen ipsa experientia rerum magistra nos edocente, probavimus nonnullos suffraganeorum nostrorum, nobis & nostræ Toletanæ ecclesiæ, in eisdem promittendis negligentes hactenus extitisse: idcirco concilio approbante, præsenti constitutione duximus statuendum, ut episcopus, per alium quam per nos, sine nostra licentia consecratus, ex quo suam fuerit ingressus diœcesim, usque ad annum, legitimo impedimento cessante, ad nos accedere personaliter teneatur, ad promittendum nobis & nostræ ecclesiæ reverentiam & obedientiam, ut tenetur: nisi de nostra speciali licentia dictus terminus sibi per nos exiterit prorogatus. Alias contrarium faciens, tamdiu ab ingressu ecclesiæ sit suspensus, donec ad nos venerit, & obedientiam præstiterit a canonibus definitam.

II. *De immunitate ecclesiarum.*

Anno 1302. Quamvis dudum bonæ memoriæ D. Gundisalvus prædecessor noster, in concilio apud Pennam fidelem per eumdem provide congregato, aliqua statuerit in constitutione, quæ incipit: *Item cum ea quæ Divini juris*: quæ non solum ad utilitatem omnium ecclesiarum nostrarum * diœcesum & provinciæ eccedere dignoscuntur, sed & ad tuitionem ecclesiasticæ libertatis: quam constitutionem in omnibus volumus inviolabiliter observari. Sed quia novis morbis nova convenit antidota præparari, approbante concilio decrevimus statuendum, ut quotiescumque aliquis excommunicatus fuerit ab homine vel a jure, pro eo quod * ...... ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum rapuerit, deprædaverit, seu invaserit, vel alias eisdem personis quantumlibet atroces injurias * corporales, postquam per episcopum, in cujus diœcesi est commissum delictum, in dicta diœcesi excommunicatus fuerit, & publice nunciatus: si super ejusdem denunciatione per eumdem episcopum fuerimus requisiti, & prætextu requisitionis prædictæ, exceptis * injunxerimus, quatenus in suis diœcesibus excommunicatum præfatum faciant publice nunciari juxta nostri tenoris mandatum; suffraganei nostri in suis cathedralibus ecclesiis, ac aliis suarum diœcesum, teneantur talem facere publicari. Et si sic publice nunciatum ad locum aliquem declinare contingat; quamdiu ibi moram traxerit, si hoc nobis visum fuerit expedire, de mandato nostro cessetur inibi a Divinis. Eadem statuentes, si propter commissum in diœcesi nostra delictum, per nos dicti suffraganei fuerint requisiti; vel bona, quæ in aliis diœcesibus suffraganeorum nostrorum sunt mensæ nostræ vel dominio deputata, fuerint, ut prædicitur, invasa, vel etiam occupata. Super quibus bonis nostris invasis seu occupatis, in alicujus suffraganei nostri diœcesi consistentibus, idem suffraganeus requisitus, sicuti propriis, vel suæ ecclesiæ invasis, procedere teneatur, & denunciare, ut superius est expressum. Idem quoque nos procedere & facere teneamur super invasionibus, & occupationibus bonorum, quæ suffraganei nostri habere in nostra diœcesi dignoscuntur. Et si forte dicti suffraganei mandatum nostrum super præmissis infra mensem neglexerint adimplere: ex tunc ab ingressu ecclesiæ tamdiu noverint se suspensos, donec dictum mandatum adimpleverint cum effectu.

* In MS. Card. de Aguirre, diœcesis.

* f. possessiones, vel bona.

* Deest, intulerit.

* Hic deest aliquid in utroque MS.

CON-

CONCILIUM ROFFIACENSE

Ab Arnaldo Burdegalensi archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno Domini M.CCC.XXVII. die Mercurii post festum B. Hilarii hyemalis.

Ex MSS. duobus Collegii Parif. Soc. JESU nunc primum editum.

CAPITULA.

I. *Contra judices seculares, clericos capientes & detinentes.*

QUoniam in quibusdam constitutionibus nostris provincialibus continetur, quod nisi judices, vel quicumque alii sæculares, capientes clericos vel alias ecclesiasticas personas, requisiti vel moniti sic captos deliberent * vel restituant, cesse tur penitus a Divinis: & quoniam comperimus, & quotidie experimur, quamplures dictorum judicum, vel aliorum sæcularium, propter suam inhumanitatem commode non posse requiri, vel etiam moneri; & quod ecclesiis & personis ecclesiasticis, ac rebus & consanguineis eorumdem sic monentium, vel requirentium, non verentur inferre injurias & contumelias infinitas: idcirco deliberatione præhabita diligenti, in nostro provinciali concilio, anno Domini M.CCC.XXVI. * apud Roffiacum Pictavensis diœcesis celebrato, duximus statuendum: quod de cætero quicumque religiosi vel sæculares, vel eorum loca tenentes, ad quos cura, vel regimen, vel administratio ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, vel beneficiorum quorumcumque ecclesiasticorum, dignoscitur pertinere, vel pro tempore pertinebit, quam cito noverint clericum vel clericos, vel alias personas ecclesiasticas, in locis, castris, & villis, in quibus regunt vel administrant, tam per judicem, quam per quemcumque alium sæcularem detineri, absque aliqua requisitione vel monitione, dictis detentoribus vel aliis facienda, tenorem & formam nostrarum dictarum constitutionum teneant viriliter & observent, cessantes & cessare facientes ipso facto penitus a Divinis, quamdiu detinebuntur ibidem. In cæteris autem volumus nostras prædictas constitutiones in suo robore perdurare. Quod si prædicti regentes vel administrantes, aut eorum loca tenentes, ignorantiam crassam prætenderint vel supinam, a Divinis, ut præmittitur, non cessando: ipso facto excommunicationis sententiæ ipsos volumus subjacere.

* al. captos restituant vel recredant

* Nondum in Galliis absolutus erat annus 1326. cum tunc a Paschate anni duceretur initium.

II. *Ut clerici postulare possint in foro sæculari pro ecclesiis.*

Item in eodem concilio duximus statuendum in favorem ecclesiarum, & non obstantibus aliquibus constitutionibus nostris provincialibus, seu synodalibus suffraganeorum nostrorum, super hoc editis: quod quicumque clericus, vel sacerdos, aut alia persona ecclesiastica, postulare possit in foro sæculari pro ecclesiis quibuscumque, ecclesiasticisque personis, & rebus eorum, absque excommunicationis vel interdicti sententia, seu alia, propter hoc incurrenda: dum tamen inde non sequatur aliquod donum, pretium, vel promissum, etsi a volentibus offerretur: alias nostris constitutionibus prædictis super hoc editis, in suo robore duraturis.

Acta sunt apud Roffiacum Pictavensis diœcesis, anno & diebus quibus supra, in concilio provinciali, per reverendum patrem D. Arnaldum Dei gratia Burdigalensem archiepiscopum celebrato.

Ex Hard. Conc. Tom. 7. p. 1535.

CONCILIUM TOLOSANUM

Celebratum anno Domini MCCCXXVI. die VIII. Junii.

Ex chronico mſ. Guillelmi Bardini, ſub anno MCCCXXVII.

DIe Mercurii XXII. Aprilis MCCCXXVII. dominus d'Eſcalqueutio, unus de conſulibus civitatis Toloſæ, voluit vivus tumulari; & ſibi viventi, tamquam mortuo, exſequias fieri in eccleſia Fratrum Prædicatorum: quod factum fuit cum magna & funebri pompa, omnibus viris capitularibus præſentibus, & ipſo d'Eſcalqueutio poſito in feretro, & decumbente, more defunctorum adornato, manibus junctis, & quadraginta intertorciniis ardentibus illuminato. Miſſa alta de mortuis celebrata, & omnibus cæremoniis, quæ in hujuſmodi funeribus adhiberi ſolent, peractis; feretrum cum corpore fuit adportatum, tamquam ſepulturæ demandandum, & prope majus altare depoſitum: & ſic fuit terminus hujus officii funeralis; & inde cum collegis ſuis domum repetit, & ibi prandio funebri donati ſunt.

Dum hæc gerebantur, abſens erat dominus archiepiſcopus; qui reverſus, & de præmiſſis plene informatus, convocavit ſynodum ſuorum ſuffraganeorum, & omnium abbatum ſuæ provinciæ; qui convenerunt Toloſam, in palatio archiepiſcopali, die octava menſis Junii, ubi per tres dies ſequentes, quæſtione ſolemniter agitata; an juſtum & rationi conſentaneum eſſet, exſequias & funera vivi, tamquam mortui, celebrare: definitum fuit plane, anticipationem funebrem nullo jure niti, nec eccleſiaſtico, nec ſæculari; ab eccleſia tamquam ſuperſtitioſam teneri; injungendo omnibus eccleſiaſticis, tam regularibus, quam ſæcularibus, ne in poſterum talia præſumant, ſub pœna excommunicationis.



CONCILIUM AVENIONENSE

Contra Nicolaum V. antipapam ejuſque errorem, celebratum tempore Joannis papæ XX.

NIcolaus V. Petrus Corbarienſis antea nominatus, ordinis Minorum, contra Joannem XX. (quem Ludovicus IV. acerrime oderat) ſtudio & opera ejuſdem Ludovici antipapa creatus fuerat. Qui cum præter ſchiſma eccleſiæ illatum, publice doceret Jeſum, ejuſque diſcipulos, adeo pauperes ſemper fuiſſe, ut nihil umquam neque in commune, neque privatim habuiſſent, indictum eſt hoc concilium, qui antipapam jure meritoque condemnavit, erroremque ejuſdem, ſacræ ſcripturæ contrarium, refutavit. *Tempore viceſimi primi ſchiſmatis*, inquit Marius capite viceſimo primo lib. de ſchiſmatibus & concil. *per Joannem* XXII. *Avenione concilium eſt inſtitutum contra Petrum Corbarienſem ordinis Minorum, antipapam creatum a Ludovico Bavaro. Is vero alio concilio in Italia indicto*, *Joannem* XXII. *hæreticum declaraverat*, *defendens Jeſum, ejuſque diſcipulos, adeo pauperes fuiſſe, ut nihil neque in commune, neque privatim habuiſſent. Id quod in prædicto concilio Avenionenſi etiam refutatum eſt*. Hæc ex Joanne Mario.



☞ CONVENTUS EPISCOPORUM ET PRÆSULUM

Avenioni habitus, in quo agitata quæſtio de paupertate Chriſti, circa annum 1327. celebratus.

QUæſtionem celebrem de uſu & dominio rerum temporalium penes Chriſtum, & Apoſtolos in concilio Avenionenſi anni 1327. diſcuſſam fuiſſe olim ego ſuſpicatus nonnulla ad illam pertinentia, tamquam novam acceſſionem ad illud concilium attuleram. Nunc vero re melius conſiderata præſtare cenſui alio præfixo titulo illa omnia exhibere; nullo ſui quidem indoneo teſte ſcimus in concilio ejuſdem anni 1327. de hac quæſtione tractatum quicquam fuiſſe. Igitur prodeunt hæc ipſa modo ſub inſcriptione Conventus Avenionenſis. Ceterum quæ de hac quæſtione olim tradidi ex P. Peterfy collectore conciliorum Hungariæ in nonnullis reformanda eſſe intellexi ex ipſa codicis Vaticani 3740. inſpectione collegi. Etenim apud illud Guido arborenſis & Gneſnenſis Archiepiſcopus comparet, cum reipſa in Codice Vaticano, ex quo ille ſua exhibuit, legatur Guido Epiſcopus Tirienſis & Arborenſis Archiepiſcopus. Ita pariter male ab illo ſcriptus eſt: Epiſcopus Segneuſis pro quo eſt in codice: Epiſcopus Dignienſis. Similis huic Vaticano eſt alter codex in Bibliotheca S. Marci Venetiis ſervatus notante V. C. Antonio Zanetti ejuſdem Bibliothecæ curatore digniſſimo, qui & catalogum exhibet Patrum in eodem conventu ſententiam ſuam ferentium ex eodem Veneto codice deſcriptum [a]. Eumdem pariter & ego, ſed in nonnullis accuratiorem in Vaticano reperi, ex quo hunc proferendum cenſui.

[a] Indic. Libro MS. Biblioth. S. Marc. to. 2. pag. 81.

Hi

ANNO CHRISTI 1327.

A

Hi sunt qui scripserunt in quæstione de bonis & usu Christi, & Discipulorum seu Apostolorum.

D. Fr. Vitalis Card. Albanensis.
D. Bernardus de Turre Card.
D. Arnaldus Boiardi Archiepiscopus Salernitanus.
Fr. Aufredus Lector Barchinionensis.
Fr. Monaldus Archiepiscopus Beneventanus.

Prædicti omnes Ordinis Minorum ad eamdem conclusionem intendunt, videlicet quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in proprio vel communi.

SECUNDA PARS.

Deinde sequitur in libro quadam brevis responsio dictorum DD. Vitalis & Bertrandi Cardd. Archiepiscopi Salernitani, Caphensis, Ulixibonensis, Paciensis & Rigensis Episcoporum ac Magistrorum Fratrum Minorum; quis tamen dictam responsionem ordinaverit non reperitur in rubrica.

TERTIA PARS.

Illi vero qui contrariam conclusionem intendunt, sunt qui sequuntur.

D. Gaucelinus Card.
D. Arreblayo Card.
D. Simon Card. Viennensis.
D. Card. de Monte Faventio.
D. Card. de Rufo.
D. Berengarius Card. Tusculanus.
D. Card. de Arreblayo.
D. Petrus Card. de Columpna.
D. Neapoleo Card.
D. Card. de Pelagrua: *additur alia manu:* Iste non dedit consilium.
D. Joannes T. Theodori Diac. Card.
D. Jacobus S.Gregorii ad Velum Aur. Diac.Card.

QUARTA PARS.

Sequuntur Prælati concludentes idem cum proximis Cardd.

ANNO CHRISTI 1327.

Fr. Jacobus Episcopus S. Mariæ.
Episcopus Lucerinus.
Episcopus Auieiensis.
Episcopus Zagabriensis. Fr. Augustinus.
Episcopus Narniensis. Fr. Petrus.
Episcopus Nanneiensis.
Episcopus Brixinensis.
Archiepiscopus Arborensis. Fr. Guido Episc. Tiriensis, & Archiep Arborensis.
B Episcopus Soranus.
Patriarcha Alexandrinus. Fr. Angelus.
Archiepiscopus Colocensis.
Episcopus Trecensis.
Episcopus S. Flori.
Episcopus Dignensis.
Episcopus Rivensis.
Episcopus Vasatensis. B.
Episcopus Meldensis.
Archiepiscopus Arelatensis.
Archiepiscopus Bremensis.
Episcopus Portugaliensis. Fernandus.
Episcopus Civitatis novæ. Petrus.
Abbas Candelil.

C

QUINTA PARS.

De Magistris ad eamdem conclusionem tendentibus.

Fr. Herveus Mag. Ord. Prædicatorum.
Fr. Joannes de Neapoli Mag. in Theologia.
Fr. Dominicus Mag. Curiæ Romanæ.
Fr. Joannes Paninihæ Mag. heremita S. Augustini.
Fr. Angerius de Ord. Carmelit. Mag. Theolog. Determinatio Parisiensis data per D. Card. Viennensem.

SENTENTIÆ EPISCOPORUM HUNGARIÆ.

Ex sup. Mansi to. III. pag. 408.

In Congregatione Avenionensi super quæstione: Utrum asserere Christum et apostolos aliquid habuisse commune, sit hæreticum? D

DICTA FRATRIS AUGUSTINI EPISCOPI ZAGRABIENSIS.

IN subjectis quæstionibus intentionis meæ est, non ea repetere, quæ ab aliis dicta sunt, sed quæ dici rationabiliter potuerunt, breviter insinuare, nihil intendens majorum auctoritati, vel manifestæ rationi contrarium dicere, vel etiam meliorum opinionibus derogare. Utrum asserere Christum, et Apostolos nihil habuisse in communi sit hæreticum? hic primo videndum est utrum necesse sit dicere E Christum, et apostolos aliquid habuisse in communi. Secundo qualiter intelligi debeat hoc verbum: *habuisse*, et *qua habuerunt*. Tertio; quia ad hoc facere videtur, utrum paupertas, de se, sit perfectio? Quantum ad primum, videlicet, utrum Christus, et Apostoli aliquid habuerint in communi? quia scriptura Canonica dicit eos habuisse Joan. 12. *Judas fur erat, & loculos habens, ea qua mittebantur, portabat.*

Item 13. *Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei JESUS: Eme ea, qua opus sunt nobis, ad diem festum.* Secundo. Certum est autem, quod eos loculos, et quæ in loculis mittebantur, Judas non habuit ut fur, sed ut procurator Domini, ad ejus imperium conservando. Item ait: 2. *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.* Item Paul. ad Phil. 4. *Habeo omnia & abundo.* Item 1. ad Timoth. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Etiam SS. PP. in hac materia vocabulo *habendi* simpliciter utuntur, ut patet per Aug. in libro de opere Monachorum. Item in gloss. super. 1. ad Corinth. 9. et per diversa Decreta, quod necessum sit dicere: Christum, et Apostolos aliquid habuisse in communi, et contrarium asserere, temerarium sit, et incautum; etiamsi posset aliquibus adinventionibus ad veritatem reduci. His autem contrarium videtur; quia Discipuli Domini famis necessitate de vulsis spicis confricata grana manducabant. Matth. 12. Luc. 6. Quod videtur significare non eos habuisse, unde emerent. Item solvendum didrachma in ore piscis quæsiisse Petrum de mandato Domini Mat. 17. quod videtur

non

non fecisse, si unde solveret, habuisset. Ad quæ rationabiliter respondeti videtur; quia, et tunc non habuerunt, alia tamen scilicet cum emebant. Joan. 9., vel emere tentabant, Marc. 6., habuisse probantur. Nec est mirum, si peculium dico, quod certum, et jugem habebat exitum, et nec jugem nec certum ingressum, aliquando deficiebat; probabile satis est Dominum Salvatorem ea, quæ oblata, ut pauper, recipiebat, humiliter pro suis, suorumque, ac aliorum indigentium necessitatibus liberaliter expendisse.

Quod etiam objicitur: Crucifixores ejus, præter vestes nihil aliud, quod dividerent, invenisse; sic solvi videtur; quia is qui pecuniam habebat, si quæ forte supererat, non cum Domino spoliandus remanserat, sed magis spoliantibus hostibus fuerat sociatus. Quæ autem habuerint, et quomodo nomen habendi intelligi debeat, sciendum: quod Dominus noster JESUS Christus, quia tempore manifestationis suę, circumeundo per Civitates, et Castella continuę prędicationi se dedicaverat. Luc. 9. *Et aliis civitatibus oportet me evangelizare Regnum DEI, quia ideo missus sum*. Et Luc. 8. *Ipse iter faciebat per civitates & Castella, prædicans, & evangelizans Regnum DEI*, ideo nullam certam domum, nec aliam rem immobilem habuit: Mat. 8. et Luc. 9. *Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet*. De tempore vero ante suam manifestationem pręter id, quod et scriptum haberi potest, aliquid asserere temerarium puto. Dicitur autem in Nazareth fuisse nutritus. Luc. 9. et ibidem habitasse Mar. 2., et illuc a templo rediisse Luc. 2.; unde et patria sua appellata est. Mat. 6.; sicut, et Bethsaida Andreę, et Petri. Joan. 1. e qua Nazareth etiam Nazarenus vocatus est. Inde etiam parentes ejus in Bethlehem ascendisse dicuntur. Luc. 2. Ubi, si dicatur ante manifestationem in Parentum domo habitasse, nullum inconveniens video juxta illud Luc. 2. *Descendit cum illis, & venit Nazareth, & erat subditus illis*. Nisi forte alius etiam, Joseph, et Mariam domo caruisse, animose velit contendere, contra id, quod scriptum est. Luc. 1. *Mansit aut Maria cum illa, quasi mensibus tribus, & reversa est in domum suam*. Unde et de Christo dicit Gregor. in Homil. super illud Luc. 2. *Exiit edictum*. Non in Parentum domo, sed in via nascitur, ut profecto ostenderet, quia per humanitatem, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur. Non obstat, quod Chrys. dicit in Homil. de stella magorum: magos invenisse pandochium tenebrosum, et sordidum, et matrem Christi vix tunicam unam habentem, quia loquitur declamative, ac si ibi puerum invenissent magi, ubi pastores invenerant, quę utique domus parentum ejus non erat, cum hoc clare per scripturam habeatur, quod tempore prędicationis suę, et usque ad mortem, loco, domoque caruerit. Ex quo consequenter haberi potest, eum etiam utensilia, quę non nisi in domo conservari possunt, minime habuisse, et maxime cum talia, quibus ipse humilibus utebatur in hospitiis, faciliter inveniantur.

Restat ergo quantum pro Domino nostro JESU Christo in vita mortali degente, ac ipsius societate, de tegumento corporis solum, atque pecunia, vel his, quę usu consumuntur, quęstionem haberi. Nec obstat, quod dicitur domus Simonis Matth. 1. et Luc. 9. quia et ea domus si Patri fuit, in his omnibus intelligitur, de quibus dicit Petrus Mat. 19. *Ecce, nos, reliquimus omnia*, sicut Aug. dicit, de omnibus Apostolis super illo Joan. 19. *Accepit eum Discipulus in sua*. Sed forte mutando dictum, retinuit nomen antiquum, aut aliomodo, quibus in humanis rebus fieri soler, a Petro denominabatur. Ut aut post Ascensionem Domini, Apostoli, qui aliquoties in uno loco diutius morabantur, sicut Jacobus Jerosolymis, ubi Episcopus ordinatus fuerat, et Saulus, et Barnabas Antiochię, anno toto Act. 1. et L. 9. Item Paulus Corinthi per annum cum dimidio Act. 18. domum vel locum specialem habuerint, non occurrerit de scriptura sacra, nisi quod habetur Act. ultimo. *Mansit autem Paulus biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum*. De quo Paulo etiam legitur, quod penulam reliquerit apud Carpum, conservandam utique, itemque libros, et membranas secum deferri jubet, 2. ad Timoth. 9. Quę idcirco posui, ut constet Apostolos non modo victui necessaria, sed etiam suis officiis expedientia habuisse. Quantum ergo ad id tempus, quo Christus cum Discipulis in hac mortali vita dimoratus est, satis clarum videmr, non est aliud, quam indumenta necessaria, pecuniam, et res, quę usu consumuntur, habuisse. Nunc igitur quæritur; hęc eadem, quę eos habuisse, supra probatum est, qualiter habuerunt. Et quantum ad propositum attinet, res aliqua tribus modis haberi potest; scilicet proprietate, ususfructu, et simplici rei usu. Quidam autem addunt quartum modum, quem vocant facti usum, vocantes facti usum, per quem nihil mihi in re competit, antequam ea utar actu, nec postquam usus fuero, si quid forte de substantia rei manserit, sed tantum in ipso actu utendi, quo modo solo dicunt Dominum nostrum JESUM Christum, et Apostolos ejus, res necessarias habuisse. Sed cum ea, quæ Dominus noster, et Apostoli habebant, conservarent, juxta quod dicit Aug. super illo Joan. 13. *Loculos habebat Judas*: item administrarent; Theophilactus super illo Joan. 12. *Fur erat, & loculos habens*, dicit: quidam vero administrationem pecunię suscepisse Judam fatentur, tanquam minimum omnium. Item distribuebant Joan. 13. ut egenis aliquid daret. Ubi dicit Chrys. Qui non peram, non virgam, non æs jubet deferre, loculos ferrebat ad inopum ministerium. Act. 4. *Dividebatur singulis prout opus erat*. Item emare poterant. Mar. 6. *Euntes emamus denariis panes, & dabimus turbis manducare*. Joan. 4. *Discipuli JESU abierunt in civitatem, ut cibos emerent*. *Et 13. Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum*. Licet autem hoc non directe mandatum a Domino, sed ex opinione Discipulorum inducatur; eos tamen non aliud opinari arbitror potuisse, quam quod videre soliti fuerant. Item poterant vendere. Luc. 22. *Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium*; non quod his verbis Dominus noster Discipulos suos gladio martiali armare voluerit, quibus statim gladii usum prohibuit. Mat. 29. et Joan. 18. *Converte gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt*; sed tantum imminentem persecutionem significare. Hoc tamen dicebat eis, et hoc ipsi au-

die-

ANNO CHRISTI 1367.

☞ dicebant, quod legitime se facere posse, cum ipso conversati didicerunt, et ista ad rei dominium pertinere videantur; satis apparet eos, ea, quę habebant, pleno jure in communi possedisse; privatam enim proprietatem excludit, id quod dicit Dominus Luc. 15. *Qui non renunciaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse Discipulus*. Item Mat. 19. et Marc. 10. dixit Christus adolescenti; *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, & sequere me*. Et infra respondens Petrus dixit ei: *Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te*. Per quę verba et jubentis Domini, et pro omnibus profitentis Petri, satis clarum existimo, privatę possessionis dominium a schola Domini abdicatum. Hoc enim valet ad probandum, eos habuisse totum dominium: quod in rebus illis, quę Dominus noster, aut Apostoli habuerunt, furtum committi poterat. Joan. 12. Judas fur erat, et etiam fraus. Act. 9. *Vir autem quidam nomine Ananias cum uxore sua Saphira vendidit agrum, & fraudavit de pretio agri conscia uxore sua*. Sed dicunt illi, quod earum rerum, quarum Christus, et Apostoli facti usum habebant, alius extra eorum societatem Dominus erat; cujus vel concessione, vel permissione, ea, quę supposita sunt, cuncta gerere poterant. Quod cum de scripturis probare non possint, satis periculosum existimo in re tanta, solis suspicionibus quantumcunque subtili ingenio coloratis definire. Et cum ex hoc inferre videantur hanc propositionem esse simpliciter veram: Dominus JESUS Christus et Apostoli nihil habuerunt; contra tot sacrę Scripturę testimonia, profanatam credo vocum novitatem, quam Apostolus vitare jubet. Ad Tim. 6. Non enim apparet; quid perfectionis afferat, alienę rei conservationem, atque ministerium, sollicitudinemque suscipere potius, quam rem suam utiliter dispensare. In facultatibus enim amor, et sollicitudo superflua, non usus necessarius reprobatur. Dicunt pręterea hunc facti usum esse duplicem, scilicet quotidianum, & promiscuum. Appellantes quotidianum usum, actum utendi pro illa vice; promiscuum vero, cum ad eumdem usum res tempore aliquo conservatur. Et primum dicunt esse de statu perfectionis, secundum vero ad imperfectionem pertinere. Ipsum autem Dominum, & Apostolos usum quidem quotidianum ex statu suo habuisse; usum vero promiscuum, propter necessitatem aliquam, dispensative admisisse, ad quod facere videtur illud Matt. 6. *Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo cooperiemur? hæc enim omnia gentes requirunt*. Sed cum ea, quæ supradicta sunt de rerum usu, seu dominio, collecta de Evangeliis, diversis inveniantur acta temporibus; itemque necessariorum provisionem per collectas responsiones, & deportationes, Paulus Apostolus tanta sollicitudine egerit, ut patet 1. ad Corint. 16. & 2. ad Cor. 9. & ad Phil. 4. Hocque quasi in munus, & officium acceperit, ut patet ad Galat. 2. Non dispensative quasi imperfectionis actum, ut dicunt, sed velut perfectioni suæ in nullo derogantem peregit. August. etiam, cum tanta de ista necessariorum providentia locutus sit in libro de opere Monachorum, nusquam eam de antiqua imperfectione notavit. Ubi & ad supradictas auctoritates expresse respondere videtur per illa verba: non hoc noluisse Dominum, ut nihil servaretur in posterum; sed hoc potius, ne pro timore defectus necessariorum, commissum sibi prædicationis officium negligerent, aut ad terrena commoda consequenda prædicationem ordinarent. Est autem considerandum, quod licet Dominus noster JESUS Christus infirmitatem nostræ carnis assumpserit, suæ tamen Divinitatis plenitudinem non amisit. Unde & ex potestate poterat non esurire, & Angelos habere ministros, propter quod pro sua persona loculis non indiguit. Sed quia Apostoli, & alii Discipuli homines tantum erant, ideoque infirmiores, loculos habere ad eorum sustentationem admisit. Et hoc est, quod dicit Aug. libro de opere Monachorum; Dominus noster more naturæ suæ infirmioribus compatiens, cum ei possent Angeli ministrare, & loculos habebat, quo mitteretur pecunia, quæ conferebatur utique bonis fidelibus, eorum victui necessaria, quos loculos Judæ commendavit. Hæc Aug. Infirmitatem autem hic, non status imperfectionem, sed communis conditionis fragilitatem accipere possumus. Sicut dicit Apostolus ad Rom. 8. Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritûs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et ad Galat. 4. Scitis, quod per infirmitatem carnis evangelizavi vobis. Sed posset aliquis quærere: si ea, quibus utebantur Apostoli, ipsorum erant, cur prohibebantur etiam judicio defendere? Mat. 9. Et qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte & pallium. Eodem modo prohibebantur repetere Luc. 6. *Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas*. Ad quod dicendum est: quod præcepta hujusmodi non videntur data in exercitium operis, sed in animi præparationem; quod etsi ea ad litteram servari debere aliquis adstruat, & ipsis manifestum est, rem illius esse, a quo aufertur, quia dicit: tunicam tuam; & ea, quæ tua sunt; & tamen in judicio pro eis sive defendendis, sive repetendis prohibetur agere: non quia eis ista de jure competant, sicut de rebus suis, sed ad auferendam inquietam sollicitudinem, cum qua causæ tractantur, & perfectorum virorum patientiam prorogandam. Neque enim ideo dicitur, ut percutienti maxillam aliam præbeamus, quia maxilla nostra non sit, sed ut servorum DEI tanto sit patientia dignior, quanto in rebus familiaribus illam novit injuriam æquanimiter tolerare. Ad quod non perfectos tantum, sed omnes hortatur Apostolus ad Cor. 6. Omnino delictum est in nobis, quod judicia habetis in vobis, quare non magis fraudem patimini. Apostoli igitur, ne quod spiritualibus exercitiis præstarent impedimentum, vel se de rerum cupiditate notabiles redderent; standi in judicio, seu contendendi pro rebus temporalibus, aut etiam cum nimia instantia exigendi, merito a se sollicitudinem abdicarunt. De tertio scilicet de paupertate, utrum ipsa per se sit perfectio, vel perfectionis instrumentum. Quia per Venerabilem Doctorem tam copiose, ac rationabiliter disputatum est, quod satis crederem ad quæstionis veritatem sufficere: propter eos tamen, qui ad probandum Christum, aut Apostolos nihil habuisse, hoc vel pro primo fundamento videntur assumere paupertatem perfectionem esse, & summam paupertatem, summam perfectionem;

ac

ANNO CHRISTI 1327.

ac per hoc dominum nostrum summe pauperem debuisse existere, cum ei nulla desit perfectio; conabor ostendere paupertatem per se perfectionem non esse. Cum enim paupertas voluntaria non dicat aliud, quam possessarum abdicationem, tanto erit paupertas major, quanto plus a se possessas res abdicaverit, ut puta secundum superius positam distinctionem: qui rei proprietatem, & dominium abdicat, pauper est; qui proprietatem & dominium, & usumfructum pauperior; qui cum hoc etiam simplicem rei usum, adhuc pauperior. In summo vero pauper erit, qui & ipsum facti usum a se abdicaverit. Sed abdicare facti usum omnino non virtus, sed vitium est, cum sit contra naturam, & ad B proprii subjecti tendat corruptionem. Igitur summa paupertas non est optimum, ergo nec paupertas dici poterit per se bonum. Sed dicant aliqui, ista vera est. Quanto paupertas major, tanto melior, servata in paupertate ratione virtutis. Fatentur igitur posse esse paupertatem, & non esse virtutem. Igitur paupertas de se non est perfectio. Ea enim, quæ per se sunt, a subjectis separari non possunt. Præterea ipsi dicunt, quod summam paupertatem professi, ratione imminentis personalis necessitatis, possunt facere actum illi summæ paupertati contrarium, scilicet non necessaria conservare, quod ut dicunt, est actus imperfecti status: contra quos sic August. Professus C virginitatem etiam in mortis periculo in ejus observantia dispensationem non recipit, utilius enim corpus moritur virginitatis amore, quam nititur præsentis desiderio, quocumque actu virginitatis contrario polluatur. Igitur illam summam paupertatem professus etiam in mortis expectatione, si paupertas per se virtus esset, dispensationem non posset accipere. Item quidquid illud sit, quod de rerum possessione vel usu homines subtiliter dividant in rerum usu, Domino nostro JESU Christo Joannes Baptista fuit pauperior, ut idem Dominus testatur. Mat. XI. & Luc. 7. *Venit Joannes Baptista neque manducans, neque bibens*, quod di- D citur propter sui victus vilitatem. Venit filius hominis manducans & bibens, quod dicitur propter victus communitatem. Dum igitur Domino nostro JESU Christo, quoad rerum usum, in sensu Catholico fuerit Joannes Baptista pauperior, nec tamen etiam quoad rerum usum fuerit eo perfectior, ergo paupertas non est per se perfectio.

DICTA FRATRIS GUIDONIS GRENENSIS, ET ARBORENSIS ARCHI-EPISCOPI.

SAnctissime Pater, & Domine! cum protestationibus ad hoc necessariis, scilicet: quod non intendo aliquid contra fidem & bonos mores, vel contra determinationem vestram, & istius sanctissimæ sedis dicere. Ad quæstionem, qua quæritur, utrum asserere Christum, & Apostolos non habuisse aliquid in comuni, sit hæreticum? Respondeo, quod hoc asserere est hæreticum, prout patet per auctoritates, & rationes inductas per sanctitatem vestram, & per venerabiles Patres, Magistros sanctæ Theologiæ, & Archi-Episcopos, & Episcopos in præsentia Beatitudinis vestræ, quæ continentur in Evangeliis, Epistolis Pauli, & in actibus Apostolorum, & hoc sacri Canones videntur etiam ponere, ut patet 12. A q. 1. c. *dilectissimis*. c. *scimus*. c. *exemplum*. c. *futurum*. & c. *habebat* 13. q. 4. c. *quid ergo?* & 17. q. 4. c. *Si forte*. Et extrav. de verb. signif. Exiit, qui seminat. 2. §. Porro V. *Nec quisquam his patet obsistere*. Et V. *Egit namque Christus, & docuit*. 2. Quare manifestum est Christum, & Apostolos aliquid habuisse in communi, unde contrarium pertinaciter asserere hæreticum est; & hoc notatur 24. q. 3. *Inter Schisma*. Ille dicitur hæreticus, qui Scripturam Sacram aliter intelligit, quam sensus flagitat Spiritus Sancti, ut 24. q. 3. *Hæresis* & §. ultimo, quod intelligo, qui in errore persistit, ipsum pertinaciter defendendo 24. q. 3. *dicit Apostolus*. Nec obstat illud, quod quidam alle- B gant, nolite cogitare de crastino 2. Quia secundum beatum Joannem super illo eodem verbo: labor exercendus est, sollicitudo tollenda. Nec illud, quod habetur Mat. 8. Luc. 9. Vulpes foveas habent, & aves cæli nidos. v. quia hoc potest dupliciter intelligi, quantum ad litteram videlicet: quod Christus erat de Nazareth ex parte Matris, ut patet per illud; Missus est Angelus Gabriel in Civitatem, 2. Et per illud Luc. Descendit cum eis in Nazareth, & erat subditus illis. Et per illud; quoniam Nazarenus vocabitur. Cum igitur Nazareth distet a Jerosolymis fere per dies tres, esse potuit, quod hospitium non habuit proprium Jerosolymis: vel illud Christus dixit C contra ingratitudinem perfidorum Judæorum. qui Christo Messiæ, & vero Hæredi Regni eorum negabant, quod natura providerat brutis pro quiete eorum; & supradicta omnia dico secundum parvitatem intellectus mei. Stare tamen intendo in his, & omnibus aliis determinationi sanctitatis vestræ.

DICTA ARCHIEPISCOPI COLOCENSIS. (a)

(a) F. Ladislai; de quo plura apud Vadingum.

QUæritur utrum asserere Christum, & Apostolos non habuisse aliquid in communi, sit hæreticum? in præsenti quæstione Pater sanctissime! salva semper correctione sanctitatis vestræ, & hujus Apostolicæ sacræ Se- D dis, cujus correctioni submitto omnia dicta mea, dico: quod Christus, & Apostoli habuerunt aliquid in communi, sicut clare, & evidenter apparet in multis locis Scripturæ Sacræ. Sed utrum asserere, & tenere contrarium sit hæreticum, dicere non præsumo, timens in tam gravi, & ponderoso articulo quidquam temere judicare. Illud tamen firmiter credo, & teneo, quod S. Vestra, & hæc sanctissima (b) in hac parte sentiendum duxerit, & tenendum. Igitur ad probationem, quod dicitur, Christum, scilicet, & Apostolos habuisse aliquid in communi, sic procedo. Legitur enim Joan. 12. quod Christus dixit Judæ: *quod facis, fac citius. Et nemo discumbentium* E *intellexit*. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod sibi diceret, ut emeret quæ opus erant ad diem festum, vel ut egenis aliquid daret: per quod datur intelligi, quia habebat aliquid reservatum, quod in suis, & aliorum necessitatibus expendebat. Horum siquidem loculorum non Judas, sed Christus, Dominus fuit, ut patet in Can. 12. q. 1. *exemplum*. Et melius 23. q. 4. *Quid ergo*. Ubi dicitur: ecce fur est Judas, & ne contendas fur, sed sacrilegus, & non qualiscunque fur, sed loculorum, sed Dominicorum, sed Sacrorum. Si enim Judas dominus loculorum fuis-

(b) Adde Congregatio.

ANNO CHRISTI 1327.

fuisset, injuste fur diceretur, & latro; quia sic dicunt jura communia. Rei, quæ plenissime mea est, non facio furtum, nec furti teneor actione. Præterea Joan. 4. dicitur. Quod *JESUS fatigatus ex itinere sedebat super fontem, & Discipuli ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent*. Et Luc. 22. dicitur: *Qui habet sacculum, tollat & peram; & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium*. De ipsis quoque Apostolis, & aliis Discipulis dicitur Act. 2. *Multitudinis erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum de his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis erant communia*. Et act. 4. dicitur. *Et quod, qui domos, & agros possidebant, vendentes afferebant pretia eorum, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat*, quæ verba transumptive ponuntur in Canone 12. q. 1. *Dilectissimis*. Præterea ad hoc facit optime illud c. *Melchiadis* 12. q. 1. *futuram*. Ubi dicitur, *futuram Eccles. indigentibus Apostoli prævidebant. Idcirco prædia in Judæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad confovendos egentes*. Per quod ostenditur argumento suprascripto, e contrario sensu litteræ, quod si Apostoli in Judæa mansuram Ecclesiam prævidissent, non pretia prædiorum tantummodo, sed ipsa prædia possedissent. Et ratio potest esse, quia plus utilitatis poterant conferre egenis ex fructibus prædiorum, quam ex pretio ipsorum, sicut dicit Urbanus 12. q. 1. *videntes*. Non ergo propter abdicationem proprietatis omnimode, sed per translationem Ecclesiæ de Judæa in gentes, adeptionem prædiorum Apostoli neglexerunt. Unde qui nunc habent possessiones, & bona alia in communi, non minus, immo multo magis judicio meo dici possunt esse in statu perfectionis, quam illi, qui in speciali etiam vel communi nihil habere se dicunt præter simplicem usum facti, sicut probatur. 12. q. 1. *Expedit*. Nec minus etiam propter hoc isti sequi dicuntur vestigia Christi, & Apostolorum, quam illi. Quia ut dictum est, & Christus loculos habuit, significans, sponsam suam sanctam Matrem Ecclesiam pro suis, & aliorum necessitatibus loculos habituram. Et Apostoli prædia recepissent, nisi Ecclesiam prævidissent de Judæa transituram in gentes. Huic autem dicto præjudicat, si titulus illius c. *Melchiadis*, dicatur esse falsus; ex eo videlicet, quia Melchiades præcessit Sylvestrum, cujus tempore fuit Constantinus ad fidem conversus. Nam postquam dictum cap. est per Ecclesiam approbatum, & invenitur inclusum in corpore decretorum, debet sibi fides plenaria adhiberi, quamvis, qui auctor ejus fuerit, ignoretur. ar. illius c. *Pastoralis. De fide instrumentorum*, & 19. de *Si Romanorum*. Et hoc credo mandatum esse verum, scilicet Christum, & Apostolos habuisse aliquid in communi, quia non solum rerum illarum nudum & simplicem usum, verum etiam jus, & proprietatem plenissime habuerunt. Nam qui simplicem usum habet alicujus rei, nulli jus ipsum, quod habet vendere, locare, aut gratis concedere potest. Nemo potest dare, quod non habet. 1. q. 7. de jure pat. Quod autem propter hoc pulchre dicitur in Canone. Omnis enim Dominus, quod habet, si vult, vendit, sive servum, sive aliquid horum quæ possidet. Similiter & qui emit, Dominus nolens esse ejus, quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. 1. q. 1. *Eos*. Et in alio loco dicitur, quod res alienari non potest, nisi a vero Domino. 53. de *Alibi*. Ergo non usurarii simplices, sed tantum veri Domini, de jure possunt res suas alienare, vendere, vel donare. Præterea in his rebus, quæ usu consumuntur, recte non constituitur usus fructus, nec jure naturali, nec civili. Jure naturali non; quia non potest esse salva rei substantia; Jure Civili non, quia proprietas, sive dominium rei hujusmodi transit in legatarium, quamvis utilitatis causa provisum sit, quia quando usus fructus quasi usus fructus legatur, in rebus hujusmodi legatarius satisfacere tenetur de æstimatione rerum instituenda D. qui legavit. Et ideo censetur in pecunia sic legata, quæ assidua permutatione, & commixtione extinguitur, sicut ista satis plane notantur per Bern. de pignor. *cum constet*. Sed certe jam constat, sicut supradictum est, quod Christus, & Apostoli res hujusmodi habuerunt, quas vendendo, & donando distribuebant, prout sibi & aliis opus erat. Nec tamen legitur, quod de æstimatione rerum illarum satis dederint alicui, vel quia ipsa satisdatio eis ab aliquo remissa fuisset. Quare concludi potest legitime, non obstantibus his, quæ in contrarium allegata fuerunt, Christum, & Apostolos non tantum quoad simplicem usum facti, sed etiam quoad verum, & plenum dominium, aliquid habuisse in communi.

*DICTA EPISCOPI * SEGNENSIS.*

* l. Dignensis.

IN quæstione, qua quæritur, an asserere Christum, & Apostolos non habuisse aliquid in communi sit hæreticum? videtur mihi dicendum salva correctione Sedis Apostolicæ: quia in communi habuerunt. Constat enim Christum loculos habuisse, in quibus oblata a fidelibus conservabat, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat, ut in c. habebat Dominus loculos 12. q. 1. habebant etiam Apostoli in communi, ut in c. *dilectissimis*. Eadem q. & credo, quia quicunque Scripturam aliter intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, a quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, possit hæreticus dici. 24. q. 3. c. *Hæresis*. & q. eadem. c. *Quidam*. v. *Hæc sunt*. Quare mihi videtur, quod asserere pertinaciter Christum, & Apostolos non habuisse aliquid in communi, sit hæreticum.

ANNO CHRISTI 1327.

ANNO CHRISTI 1327.

CONSTITUTIONES PROVINCIALES PRO ETRURIA

A Johanne diac. Card. A. S. L.

Anno 1327. promulgatæ.

IN NOMINE DOMINI AMEN. HÆ SUNT CONSTITUTIONES FACTÆ PER REV. IN CHRISTO PATREM ET DOMINUM DOMINUM JOHANNEM PERMISSIONE DIVINA SANCTI THEODORI DIACONUM CARDINALEM APOSTOLICÆ SEDIS IN PARTIBUS TUSCLÆ LEGATUM.

Ib. pag. 417. Ex MS. Cod. Cap. Eccl. Majoris Pist.

QUia nihil, juxta verbum Augustini, facilius, & levius, & omnibus acceptabilius est episcopi, ac presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie, & adulatorie agatur; & nihil apud Deum miserabilius, & tristius, & damnabilius; universos clericos convenit ab omni strepitu terreno cessare & divino officio & contemplationi insistere, cum dicantur reges, hoc est ipsos, & alios regentes virtutibus, quod corona capitis designare videtur: protestantur enim dicentes domino: *pars hæreditatis meæ*. Sed nunc, proh dolor! obliti quod dixerant, terrena ambiunt, non ordini, vel orationi vacant; sed armis & mercimoniis, & aliis detestandis artibus adeo se involvunt, ut quasi in nullo a secularibus differant, immo uniformiter sic incedunt. Nos vero his morbis, quantum cum Deo possumus, occurrere cupientes, ut possimus cum Apostolo dicere: mundæ sunt manus meæ a sanguine omnium nostrum, non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis, ut quos ad vitæ decorem domesticæ laudis exempla non provocant, saltem medicina correctionis compellat; præsenti constitutione duximus statuendum, ut non comam nutriant, sed tonsuram publice ac patenter deferant clericalem, & habitum juxta modum qui sequitur, videlicet:

De vita, & honestate Clericorum quoad vestes, & tonsuram.

Quod prælati ecclesiarum quocumque nomine nuncupentur, rectores ecclesiarum, civitatum, canonici & cappellani ecclesiarum cathedralium, & aliarum principalium ecclesiarum, locorum insignium, dummodo tales canonici decimum octavum suæ ætatis attingant, cum fuerint in eorum ecclesiis tempore divini officii cum birrettis, seu berriolis & cappis clausis, coctis vel mantellis humeros, & anteriores partes corporis cooperientibus, prout decet. Extra vero ecclesias possint cum eisdem vestibus incedere prout placet. (3) Ac rectores ecclesiarum aliorum locorum per civitates, castra, terras, & loca prædicta insignia cum tabarris telaribus incedere publice teneantur, nisi fuerint in itinere vel peregrinatione constituti. Si quis autem cum tonsura condecenti, & habitu, sicut præmittitur, non incesserit supradictis, quandiu non paruerit, a perceptione fructuum sui beneficii nihilominus post ejus perceptionem per mensem unum sit ipso facto suspensus. De quibus quidem si interim qualitercumque perceperit, sit eo ipso inhabilis per sex menses ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda. Cujus quidem constitutionis transgressores suo ordinario infra octo dies a tempore scientiæ intimare concanonici, vel beneficiati ejusdem ecclesiæ sub pœna inhabilitatis prædictæ jam latæ obnixius teneantur. Prædicta vero ad residentes tantum in dictis ecclesiis sive locis & ad fructum beneficii, in quo taliter delinquitur, volumus duntaxat extendi.

Contra portantes arma.

Volumus insuper & mandamus, quod clerici, quibus lacrimæ arma debent insistere, arma publice non deferant, nisi habentes inimicitias capitales a nobis vel a suis diœcesanis licentiam obtinerent, quo casu uti possint caputiis magnis & honestis atque tabarris; vel nisi qui essent in peregrinatione, vel itinere constituti; contrarium vero facientes pœnas supradictas modo, & forma supradictis ipso facto incurrant.

Postremo quia religionis ager non potest bonorum operum uberes fructus producere, nisi per cultoris diligentiam & culturam a vitiorum spinis fuerit expurgatus, universos & singulos clericos tam seculares quam regulares pro primo, secundo & tertio monitionis edicto monemus, eis districte sub excommunicationis pœna mandantes, quatenus divinis officiis diligenter inserviant, ac cum ecclesiis & personis ecclesiasticis conversentur, a criminibus quoque, maxime homicidiis, depredationibus, usuriis, vinicotiis, ludis prohibitis, tabernis, nisi duntaxat essent in itinere constituti, & blasphemationibus Dei, & sanctorum, exercitibus & cavalcatis, nisi in casibus a jure concessis, officiis secularibus publicis, ac mercimoniis vel aliis exercitiis seu commerciis clericis, vel monacis interdictis, necnon a quibuslibet aliis flagitiis, & enormitatibus prorsus studeant abstinera, nec se talia perpetrantibus counire vel præbere ipsis auxilium, consilium vel favorem; alioquin si pacoter, & publice tonsuram & vestem hujusmodi non detulerint, vel se in prædictis sibi prohibitis, vel aliquo prædictorum immiscuerunt, & per hoc eos vexari contingat in judicio seculari, a nobis vel suis diœcesanis subsidium aliquod non expectent. Et nihilominus, si beneficiati fuerint, preter alias pœnas a jure in taliter delinquentes inflictas, per tres menses fructus beneficiorum suorum omnium perceptione noverint se privatos, convertendorum in utilitatem ecclesiarum suarum in quolibet predictorum casuum de suorum diœcesanorum consilio & assensu.

Recolendæ memoriæ domini fratris Latini Ho-

ANNO CHRISTI 1527.

Hostiæ, & Velletren. episcopi, tunc apostolicæ sedis legati, constitutionem unam, videlicet contra concubinarios clericos, aliam contra beneficia ecclesiastica illicite detinentes, vel se in illa auctoritate propria intrudentes editas, volentes a clericis & subditis nostris inviolabiliter observari, ipsas nostris constitutionibus de verbo ad verbum duximus inserendas & etiam innovandas, quarum tenores tales sunt.

De clericis concubinariis.

Quamvis concubinarios clericos sacri canones severitate multiplici persequantur; quia tamen plerique timore Dei postposito in hujusmodi turpitudine vitii non solum occulte, sed etiam publice inveniuntur offendere; nos eorum imprudentiam opportuna districtione confundere ac reprimere cupientes, monemus clericos omnes nostræ legationis, qui sacrum ordinem & ecclesiasticum beneficium sunt adepti, seu adipiscentur in posterum, ut nullus eorum concubinam seu focariam publice tenere præsumat. Et qui suadente diabolo detinent, infra octo dies, ex quo presentem constitutionem in sua civitate & diœcesi publicatam esse cognoverint, eas a se prorsus abjiciant, nunquam de cetero recepturi. Si qui vero ex prædictis clericis concubinam seu focariam publice ac manifeste sive in domibus ecclesiarum, sive alibi post duos menses post terminum supradictum non erubuerint retinere, beneficiis ecclesiasticis, quæ infra nostræ legationis terminos obtinent, ipso facto noverint se privatos. Eis episcopis autem & superioribus prælatis, ad quos beneficiorum, quæ taliter delinquentium fuerant, collatio seu provisio pertinent, conferendi ea seu providendi de ipsis liberam concedimus potestatem; aliis etiam, ad quos electio seu præsentatio ad beneficia eadem vel eorum provisio spectare dinoscitur, liceat eligere seu præsentare ad illa, vel etiam providere de illis, ex quo per episcopos prædicti clerici præsentis constitutionis pœnam declarati fuerint incurrisse, ut sic eos qui damna spiritualia parvi pendunt, temporalis saltem jactura coerceat a peccato.

De clericis non residentibus & de cotidianis distributionibus.

Et si beneficia sint dignis propter officia tribuenda, ut plurimum nostri temporis clerici veluti oilicati, pro fructu tamen non merito beneficia assecuti, cum matutinis, missa, vesperis & ceteris canonicis horis in ecclesiis persolvendis se mancipatos agnoscant, & cotidianas distributiones lucrifaciant ingredientes, quorum nondum solutis horis egrediuntur, risibus, & circuitibus & vaniloquiis se involvunt. Et mox cum instat finis horarum iterato eumdem chorum reintrare procurant. Et si nos fallunt, nunquid fallere possunt oculos cuncta tenentis, qui dixit: *domus mea domus orationis vocabitur*; & per prophetam: *impii ambulabant in circuitu*? sed in extremo examine cum dicet redde villicationis rationem tuæ, quam redditurus erit qui amplexus commodum, onus repudiat, immo velut morbosa ovis, quæ ejicienda esset potius ab ovili, inficit alias suo exemplo, propter quæ ipsorum fraudibus est de opportuno remedio obviandum. Sane licet statutum existat, quod distributiones cotidianæ, quæ alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, tantum canonicis, & aliis beneficiatis seu clericis cathedralium & aliarum collegiatarum ecclesiarum, qui divinis officiis in hujusmodi ecclesiis affuerunt, debeantur, juxta ecclesiæ cujuslibet ordinationem rationabiliter jam factam seu etiam faciendam; quod tamen statutum ipsum ut plurimum non servatur, & a multis nostræ legationis trahitur in abusum: statuimus & ordinamus, quod quicumque prædictarum ecclesiarum canonici & alii beneficiati seu clerici, qui dum in civitatibus vel in locis aliis, ubi distributiones hujusmodi tribuuntur, præsentes extiterint, matutinum ante primum hymnum perfectum, vel in missam antequam sit finitum ultimum *Kyrie eleyson*, seu in vesperis antequam primus psalmus totaliter compleatur non affuerint, nec perstiterint usque ad finem officii, eo ipso cotidianas distributiones, quæ dantur in illis horis, in quibus delinquerunt, per duos dies immediate sequentes amittant. Si qui vero de distributionibus ipsis quicquam receperint, exceptis illis, quos infirmitas seu justa & rationabilis causa, temporalis necessitas aut evidens ecclesiæ utilitas excusaret, nec non & illi, qui easdem distributiones eis dederint vel eis dari consenserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi duplum ejus restituant, quod turpiter receperunt, vel dederunt, seu dari consenserunt, nullatenus absolvantur. Verum si distributiones hujusmodi in cathedralibus ecclesiis, vel etiam in aliis collegiatis ecclesiis, si collegiatæ fuerint civitatense, vel principales aliorum locorum insignum non existant, volumus, & mandamus, quod canonici denarios octo, & alii beneficiati seu clerici earumdem ecclesiarum prælatis exolvere teneantur; quod si eos non solverint, ipso facto sint fructuum præbendarum suarum per mensem privati. Statuentes, quod distributiones hujusmodi, ac denarii, & fructus sic amissi in quolibet casuum prædictorum de diœcesani consensu in utilitatem ecclesiarum absque diminutione qualibet efficaciter convertantur: quod si de fructibus hujusmodi delinquentes quicquam interim receperint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant.

Contra detinentes vel occupantes illicite beneficia ecclesiastica.

Præteriti malitia temporis usque adeo in quibusdam partibus nostræ legationis invaluisse dignoscitur, ut non solum plerique clerici sine justo, verum etiam quidam laici sine ullo titulo quamplures ecclesias, & earum jura occupare præsumpserunt, & eas in suorum aliorumque plurimum animarum periculum detinere præsumant; nos igitur, huic lethali morbo cupientes opportuni remedii medelam apponere, monemus omnes clericos, & laicos nostræ legationis, eisque in virtute obedientiæ sub interminatione divini judicii, qua fungimur, auctoritate districte præcipimus, quatenus clerici, qui ecclesias quaslibet propria temeritate invadere, occupare vel absque institutione canonica recipere presumpserunt, & eas taliter occupatas sive receptas detinere non metuunt; laici qui quocumque modo ecclesias detinent, sive eis per clericos faciunt deserviri, sive ipsas debito teneant obsequio defraudatas, ecclesias ipsas cum omnibus bonis mobilibus & immobi-

ANNO CHRISTI 1327.

bilibus ac juribus quoquo modo pertinentibus ad easdem infra unum mensem a publicatione præsenti in civitate ac districtu Florentiæ; in aliis vero civitatibus & diœcesibus infra similem terminum, ex quo in eis præsens constitutio fuerit publicata, libere & absolute dimittant, ut ipsis ecclesiis per illos, ad quos de jure in eisdem electio vel collatio aut præsentatio, seu provisio pertinet, de personis idoneis valeat provideri. Et provisionem hujusmodi ipsi, qui easdem ecclesias (tenent), nullo modo publico vel privato per se vel alios impedire presumant. Si qui vero clerici aut laici ex predictis hoc nostrum tam salubre preceptum infra prædictum terminum adimplere contempserint, aut provisionem ecclesiarum hujusmodi, quominus infra unum mensem, ex quo eis ipsas dimiserint, libere fieri valeat, quoquo modo presumpserint impedire clericos non solum predictis ecclesiis, verum omnibus beneficiis ecclesiasticis, quæ infra nostræ legatioois terminos obtinent, omnino privamus & inhabiles reddimus ad alia beneficia infra eosdem terminos obtinenda: laicos autem, si sunt potentes, ut judices aut notarii seu domini legum, aut quolibet alio publico funguntur officio, hujusmodi officii volumus esse privatos, eosque inhabiles reddimus ad hæc vel similia deinceps in loco quolibet exercenda: insuper ipsos excommunicationis vinculo innodamus, a qua non nisi per apostolicam sedem vel legatum de latere domini papæ missum absolutionis beneficium valeant obtinere: proviso quod quamvis in mortis articulo non sit eis, si pœnituerint, absolutio & communio denegsnda; tamen ecclesiastica careant sepultura, donec ecclesiæ occupatæ aut detemptæ per eos libere, ut prædictum est, fuerint absolute dimissæ, ac de fructibus earumdem ad mandatum ordinarii vel ejus vicarii sit iotegre satisfactum. Omnesque religiosos & clericos seculares, qui tales scienter ad sepulturam receperint, per unum annum ab officio & beneficio decernimus esse suspensos. Omnibus autem prelatis, ad quos de jure prædictsrum ecclesiarum collatio seu provisio pertinent, sub excommunicationis pœna districte precipimus, ut eisdem humano timore postposito de personis idoneis providere non differant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ad quod exhibendum potestas & rectores alios civitatum aliorumque locorum per censuram ecclesiasticam compellere studeant, teneantur, & debeant, si fuerit opportunum.

De executoribus testamentorum.

Quoniam nihil est quod magis debeatur hominibus, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle non possunt, liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium; decens est celeriter exequi testamentorum ultimas voluntates, quæ pro legibus sunt servandæ. Ideoque statuimus, quod quicumque hactenus deputatus fuerit executor ultimæ voluntatis, vel in posterum deputabitur, si executionem sibi commissam, infra annum computandum ab obitu testatoris, non fecerit, vel non faciet in futuris executionibus, cum ex hoc manifeste ejus negligentia deprehendatur, ipsa executio per diœcesanum episcopum fiat, contradictione aliqua non obstante.

Contra Patronos.

Quod debemus defendere & tueri, prohibemur procul dubio impugnare. Nunc autem nonnulli ecclesiarum patroni, Dei timore postposito, ad ipsas ecclesias presentatas ab eis inexcogitatis modis nunc latenter nunc palam.... opprimere, redditus earumdem, qui rectoribus, & ministris eorum debentur, sibi appropriare nituntur. Igitur eorum ausibus duximus obviandum, statuentes, & ordinantes, quod si quis patronus, vel pro patrono se gerens, aliquid immobile occupaverit, seu mobile pretiolum vel sacrum ecclesiæ, in qua patronum se dixerit, rapuerit, sive in prelatum vel rectorem, canonicum vel conversum ipsius ecclesiæ manus injecerit temere violentas, eo ipso prima vice vacationis ecclesiæ, in qua se gesserit pro patrono, voce presentandi rectorem noverit se privatum, cujus presentatio ex tuoc transferatur in eum, ad quem alias de jure vel consuetudine institutio talis ecclesiæ pertineret. Et si talis ecclesia collegiata existeret, per decem annos omni honore & comodo, qui ex jure patronatus ei ab eadem ecclesia deberetur, privatus existat. Eisdem quoque pœnis innodamus patronos presatos, minas vel timores inferentes prælatis, canonicis, conversis vel rectoribus antedictis, tales, propter quas iidem prælati, caonnici, conversi vel rectores ab administratione spiritualium vel personali residentia facienda aliqualiter retrahantur. Inhibentes nihilominus prelatis vel rectoribus supradictis, ne ultra quam ipsis patroois debeatur de jure, vel antiqua consuetudine aliquid eisdem de juribus vel bonis immobilibus ipsarum ecclesiarum erogare præsumant, contra eos, si secus egerint, ad privationis scotentiam processuri.

De censibus & procuratoribus.

Quoniam, ut ad nos multorum fide dignorum relatione pervenit, in diversis partibus nostræ legationis pravæ consuetudinis morbus invaluit; videlicet quod nonnulli laici & parochiani multarum ecclesisrum diversis anni temporibus comestiones, & potus exigunt ab ecclesiis sibi exhiberi interdum insimul congregatis, vel aliquid aliud loco comestionis, vel potus, quod particulariter dividitur inter eos; in quibus propter crapulam & ebrietatem fiunt vulnera, committuntur homicidia, damna plurima proveniunt, & pericula animarum, & dum vacare deberent actibus virtuosis, tenebrarum operibus se involvunt. Ea propter volentes, prout ad nostrum spectat officium, tales abusus quantum nobis est possibile refrenare; universis & singulis laicis, & parochianis quarumcumque ecclesiarum nostræ legationis inhibemus, & sub excommunicationis pœna districte precipiendo mandamus, ne prefatas comestiones, vel potationes ab ecclesiis prædictis exigere præsumant, nec ipsi prelati vel rectores ecclesiarum per se vel alium, seu alios eis in hoc audeant indulgere.

Contra celebrantes in locis interdictis.

Decet, ut a vinea Domini Sabbaot pestiferi palmites extirpentur; sane ad audientiam nostram fide digna relatione pervenit, quod non-

ANNO CHRISTI 1327.

nonnulli clerici ecclesiastica beneficia obtinentes in civitatibus, castris, terris, & locis occupatis per rebelles & inimicos ecclesię ac de hæresi vel fruitoria hereticorum sententialiter condemnatos in eisdem civitatibus, castris, terris, & locis propter dictorum hereticorum vel fruitorum contumaciam, & contemptum suppositis solemniter ecclesiastico interdicto celebrare & publice divina officia non verentur. Quinimmo prestant eisdem in suis sceleribus obstinatis consilium, auxilium, & favorem in animarum suarum periculum, & grave scandalum plurimorum. Nos volentes predictis, in quantum cum Deo possumus obviare, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, quod quicumque clerici vel religiosi tam exempti, quam non exempti, cujuscumque ordinis & conditionis existant, de cetero in civitatibus, castris, terris & locis predictis taliter occupatis & generaliter interdictis divina officia scienter celebrare presumpserint, etiamsi cathedralem vel matricem, seu parochialem loci ecclesiam illa viderint, aut sciverint non servare, dummodo eadem interdicta in aliis civitatibus & locis insignibus eisdem civitatibus, castris, terris & locis predictis convicinioribus tam publice ac patenter fuerint solemniter publicata, quod ad dictam cathedralem vel matricem seu parochialem loci ecclesiam verisimiliter pervenisse presumatur; vel eisdem damnatis aliquod prestiterint consilium, auxilium, vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte, seu nomen vicariatus, vel alicujus officii ad diœcesanos dictarum civitatum, castrorum, terrarum & locorum taliter occupatorum spectantium usurpaverint, in eisdem civitatibus, castris, terris, & locis prædictis quocumque signito vel quesito colore; nec non clerici, qui ab hujusmodi vicariis vel officialibus munus confirmationis, collationis, institutionis vel provisionis quarumcumque ecclesiarum, monasteriorum vel quorumcumque ecclesiasticorum, & piorum locorum receperint, vel per litteras commendatitias eorum ad quosvis ordines ecclesiasticos se fecerint promoveri, vel eos ut vicarios seu officiales habuerint vel tractaverint, seu eis quomodolibet paruerint vel obedierint. Nec non etiam clerici, qui aliquos induxerint vel arctaverint ad subventiones aliquas dictis rebellibus, & damnatis præstandas, vel etiam impedierint quoquo modo quod legatis, & nuntiis sedis Apostolicæ, vel diœcesanis prefatis in sepedictis civitatibus, castris, & terris non pareant in suis officiis, jurisdictionibus vel mandatis, non solum excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, sed etiam a suis ecclesiasticis beneficiis omnibus noverint se privatos, & perpetuo inhabiles ad alia obtinenda. Et si religiosi fuerint, eos per suos prelatos mandamus carceri districtos perpetuo mancipari, pane doloris & angustiæ sustentandos.

Quod habentes dignitates se faciant promoveri.

Quia nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei, nonnulli non attendentes, quod in ea vocatione, in qua quis vocatus existit, persistere debet, assumpti ad dignitates ecclesiasticas de Christi patrimonio sublimati ad aratrum manu missa eas relinquunt, & ad militaria seu seculum se convertunt in suarum animarum periculum, & dignitatum ecclesiasticarum non modicum prejudicium & gravamen. Ea propter volentes talibus de opportuno remedio obviare: monemus omnes, & singulos, dignitates, vel personatus habentes, quibus cura imminet animarum, quod infra annum a tempore publicationis presentis Constitutionis qui promoti sunt, & qui promovebuntur in posterum a suæ adeptę possessionis pacificæ tempore numerando, se faciant statutis a jure temporibus saltem ad subdiaconatus ordinem promoveri. Alioquin a dictis suis dignitatibus, personatibus elapso dicto tempore se noverint eo ipso fore privatos, nisi per suos diœcesanos cum eisdem fuerit favorabiliter dispensatum, quæ fieri non intendimus, nisi inspecta rationabili causa vel prerogativa meritorum accepta, diœcesanis ipsis videretur potius dispensandum, super quo eorum conscientias oneramus.

Publicatio supradictarum Constitutionum.

Publicatæ, & pronuntiatæ fuerunt constitutiones predictæ per supradictum Rev. Patrem & dominum Johannem miseratione divina sancti Theodori diaconum cardinalem apostolicæ sedis legatum. Et lectæ per Bindum de Musello capellanum d. domini legati, de mandato, & de auctoritate ipsius domini legati ipso presente, & mandante, præsente etiam clero civitatis & diœcesis Florent. ac religiosorum multitudine copiosa Florentiæ apud locum fratrum minorum in aula d. domini legati, die dominico VIII. Kal. martii sub anno Domini a nat. MCCCXXVII. pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini domini Johannis pp. XXII. anno XI. indict. X. præsentibus etiam ven. patribus dominis Petro Anagnino (4) Alamanno Amilien. Ugolino civitatis Castelli (5) Tedicio Fesulano (6) episcopis, Boso Aretino electo (7) & dominis Conte, & Anigo vicariis episcopi Florentini. Qui dominus legatus statim præcepit dictas constitutiones omnes, & singulas per singula capitula observari.

Et ego Andreas Nardi de Fulgineo publica & apostolica & imperiali auctoritate notarius, & scriba d. domini legati & suæ curiæ supradictis publicationi, affirmationi & acceptationi interfui, & de mandato & auctoritate dicti domini legati scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum.

Venerabilis in Christo pater & dominus dominus Baruntus Dei, & Apostolicę sedis gratia Pistoriensis episcopus existens in ecclesia majori civitatis Pistorii coram clero, & populo, ibidem cohadunato ad audiendum sermones die prima quadragesimæ, imposuit mihi Johanni quondam Donati notario, & scribæ suo & suæ curiæ episcopalis, quatenus audientibus omnibus publice legerem constitutiones prædictas. Quas ego Johannes de ipsius mandato publice, & alta voce legi, audientibus omnibus per ordinem, ut sunt scriptæ, quibus lectis eas omnibus publicavit, & mandavit ab omnibus observari.

Acta fuit dicta lectura, & publicatio in ecclesia majori Pistoriensi coram clero seculari & regulari dictæ civitatis Pistorii & magna ho-

ANNO CHRISTI 1327.

hominum multitudine adunata ad audiendum sermones an. nat. D. MCCCXXX. indict. VIII. die XXII. febr. & præsentibus testibus vocatis, & rogatis dominis Johanne de Ric- A ciardis, Cancellerio de Cancelleriis, & Bonavollia canonicis Pistorien. domino Nicolao de Gualfreduccis judice, & pluribus aliis testibus vocatis, & rogatis.

IN CONSTITUTIONES SUPERIORES JO. DOM. MANSI

NOTÆ.

(1) *Johan. S. Theodori diac. card. A. S. L.* Is est Joan. Paitani Rom. de Ursinis, quem Joan. papa XXII. an. 1316. diac. card. S. Theod. renunciaverat. A Pont. Avenioni commorante legatus missus est in Italiam & Tusciam ad coercendos Ludovici Bavari & Antipapæ impetus. Plura de illo legas apud Baluzium in Not. ad vitas Papar. Avenion. to. I. pag. 714. qui & obiisse monet anno MCCCXXXV. Has ejus constitutiones pro Etruria latae in concilio quodam Florentino anno 1327. eruditis hucusque ignotas, suppeditarunt illustr. & Rev. capituli, cathedralis ecclesiæ Pistoriensis archiva, humanitate Rev. canonicorum ejusdem ecclesiæ mihi reserata.

(2) *Extra ecclesias possint eisdem vestibus incedere.* Ex hoc testimonio demonstratum esse arbitror, iisdem vestibus, quibus clerici olim officiis divinis in ecclesia adsistebant, extra ecclesiam pariter incedi consuevisse; ita ferme ut canonici regulares hodie etiam servant. Quin & sacerdotes veteres olim ipsum Missæ sacrum agentes vestes vel numquam vel non semper mutabant, quod exemplo S. Fulgentii Ruspensis episcopi planum est, narrante veteri & coævo Vitæ ejus scriptore cap. VIII. *In qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat.*

(3) *F. Latini Hostiensis &c.* De hoc Latino Ursino cardinali Hostiensi & Velitrensi episcopo Prædicatorum ordinem antea professo, vide notas P. de Rubeis ad constitutiones provinciales Aquilejenses anni 1339. in hac collectione una cum notis illis excusas to. III. Eam dignitatem adiit anno 1278. Ughellio teste. Legationem in Etruriam obtinuisse & aliunde scimus & ex nostris hisce constitutionibus confirmatur. An constitutiones illæ F. Latini Hostiensis episcopi, quas innovat & servandas edicit Raimundus Aquilejensis patriarcha cum nostris hisce confundendæ sint vel distinguendæ, ignoro; vix tamen credo statuta a Latino sancita pro Aquilejensi patriarchatu in Etruriam pervenisse, ibique legis vim obtinuisse. Multo pronius est credamus, suas dedisse constitutiones peculiares pro utraque provincia.

(4) *Petro Anagnino*, qui hoc ipso anno ex ea sede ad Marsicanam translatus fuit, substituto in ejus locum Alemanno, qui his constitutionibus adhuc episcopus Aretiensis subscribit, vel testis adest.

(5) *Hugolino Civitatis Castelli.* Deest episcopus iste in serie episcoporum Ughelliana inter Godefrinum & Guillelmum reponendus; ejusdem tamen Guillelmi exordio serius nempe post. an. 1327. exordium revocato.

(6) *Tedicio Fesulano*, noto Ughellio episcopo, quem scriptorem vide.

(7) *Boso Aretino electo.* Vidonem Tarlatum Aretinum episcopum Ghibellinarum partium studiosum Joannes XXII. episcopatu exuerat jam inde ab anno 1325. statimque Bosonem Aretinum successorem elegit. Tarlati tamen potentia adeo prævaluit, ut nec episcopatum, neque consecrationem ipsam episcopi, quamdiu Tarlatus ipse vixit, novus electus obtinere potuerit. Probat id nuncupatio *electi* tradita Bosoni anno 1327. nempe eodem ipso, quo declinante Tarlatus decessit.

ANNO CHRISTI 1328.

CONCILIUM LONDINENSE

A Simone Mephamo Cantuariensi archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno Domini MCCCXXVIII.

Ex vet. MS. a Simmeono II. Conc. Britan. Et in Cossar. Append. to. XI.

ANno Domini MCCCXXVII. archiepiscopus Cantuariensis tenuit concilium provinciale Londiniis, in quo ordinavit, quod in die Parasceves, & in commemoratione animarum, ab omni servili opere cessaretur, ubi ipse & omnes episcopi præsentes excommunicarunt, & excommunicatos esse denunciarunt omnes illos & singulos, qui Walteron de Stapelton Exoniensem episcopum occiderunt, seu in eum manus violentas injecerunt.

Item idem archiepiscopus, de consensu concilii statuit, quod festum conceptionis beatæ Mariæ, deinceps solemniter celebraretur.

Constitutiones venerabilis patris, domini Simonis Mepham, Cantuariensis archiepiscopi, editæ in concilio provinciali, apud sanctum Paulum Londin. mense Februarii, Anno Domini MCCCXXVIII.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De observatione festivitatis diei Parasceves.*
2. *De festivitate beatæ Mariæ conceptionis celebranda.*
3. *De immunitate bonorum ad ecclesias, seu personas ecclesiasticas pertinentium.*
4. *De testamentis nativorum non impediendis.*
5. *De probationibus testamentorum.*
6. *Ut ante sententiam diffinitivam, non obstante statuta Oxoniensi, possit appellari.*
7. *De impedientibus oblationes consuetas fieri, &* B *decimas colligere, & asportare, absque alicujus doni exactione.*
8. *De matrimonio non solemnizando, absque bannorum editione.*
9. *De defectibus domorum, ad beneficia ecclesiastica spectantium, reparandis.*

PRÆFATIO.

ZElari oportet pro Domino Deo suo ecclesiarum prælatos, qui non de sola sua sunt perditione damnandi, verum etiam de suis manibus requiret Dominus, sicut ipse ait, sangui-
C nem subditorum, adversus eos præcipue, quos nominis Christiani titulis insignivit, & tamen professioni suę, damnatis operibus, non desinunt adversari: ut quicquid legi Divinæ corruptis eorum moribus contrarie cognoverint, gladio Spiritus, quod verbum Dei, & doctrina salutis interminant,* & ecclesiastico sarculo disciplinæ, velut providi cultores, extirpent, virtutes inserant, moresque reforment; ut appetitus noxii, honestatis debitæ limites non excedant, sed Christiana professio libentius, magis ac magis, salutaribus semper proficiat incrementis.

* f. exterminent.

D Hujus rei gratia, nos Simon, permissione Divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliç primas, in nomine sanctæ Trinitatis & individuæ, Patris & Filii, & Spiritus sancti, necessarium fore duximus statuendum, auctoritate præsentis concilii, de fratrum suffraganeorum consensu, ad reformationem status ecclesiastici, in nostra Cantuariensi provincia, statu-

ANNO CHRISTI 1328.

tutis conciliorum prius editis, ad ipsorum observationem pœnas adjicere, & quædam nova statuere, quibus jura delinquentium & salutis ubique profectus ducatur.

CAPITULA.

I. *De observatione festivitatis diei Parasceves.*

ANimarum salnti prospicere cupientes, initium ordinum * de fontibus salvatoris, ut dies illa sancta Parasceves, qua salvator noster, Dominus noster Jesus Christus, pro salute hominum, preciosam animam suam, post multa flagella, posuit in cruce secundum ritum ecclesiæ *, in lectione cum silentio, in oratione cum jejunio, in compunctione cum lacrymis: auctoritate præsentis concilii, districtius inhibemus, ne de cætero quispiam servilibus, ipsa die, intendat operibus, vel quævis alia exerceat, quæ a pietatis cultu fuerint aliena. Per hoc tamen, legem pauperibus non imponimus, nisi * divitibus prohibemus, quin ad agriculturam pauperum promovendam, suffragia consueta, caritatis intuitu, subministrent.

* Hic aliquid deest.

* *Deest celebremus, aut aliquid simile.*

* *Corr.* nec divit.

II. *De festivitate beatæ Mariæ conceptionis celebranda.*

Ad hoc, quod inter omnes sanctos, memoria beatissimæ Virginis & matris Domini, eo frequentius agitur atque festivius, quo majorem gratiam apud Deum, qui ejus conceptionem prædestinatam, ad unigeniti sui temporalem originem, & omnium salutem ordinavit, creditur invenisse ut per hoc, salutis nostræ quamvis remota primordia, in quibus devote cucurrit mentibus spiritualium materia gaudiorum, devotionem in omnibus * vigeant & salutem; & venerabilis Anselmi, prædecessoris nostri, qui, post alia quædam ipsius antiquiora solemnia, conceptionis solemne superaddere dignum duxit, vestigiis inhærentes: statuimus, & firmiter præcipendo mandamus, quatenus festum conceptionis prædictæ, in cunctis ecclesiis nostræ Cantuariensis provinciæ, festive & solemniter de cætero celebretur.

* *Corr.* augeant.

III. *De immunitate bonorum ad ecclesias, seu personas ecclesiasticas pertinentium*

Item omnes, qui de domibus, maneriis, grangiis, ac locis aliis ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas, & ad ipsas ecclesias pertinentibus, quicquam, præter voluntatem dominorum, aut permissionem, vel eorum, qui sunt hujusmodi custodiis deputati, abstrahere, consumere, vel contractare præsumpserint, abstrahi, consumi, vel contractari fecerint, vel hujusmodi abstractionem, consumptionem, aut contractionem, suo nomine, vel a familiaribus suis factam, ratam habuerit, sacri approbatione hujus concilii provincialis, pronunciamus, & declaramus ecclesiasticæ libertatis & immunitatis existere violatores, [a] in concilio Oxoniensi latam incurrere, ipso facto. Et ne hujusmodi ecclesiasticæ immunitatis violatores, occasione difficultatis citationis, evitent, sicut hactenus fieri consuevit, ne procedi valeat contra ipsos: de fratrum nostrorum, & totius concilii consilio & assensu, decernimus, quemcumque violatorem hujusmodi, si personaliter inveniri, & tute adiri valeat, personaliter evocandum. Si vero inveniri, vel non tute adiri valeat, tunc in domicilio suo, si quod habeat, quo tute citari possit, si vero in domicilio, quod habet, tute citari nequeat, tunc in ecclesia cathedrali ipsius domicilii; & si nullum habeat, vel non constet eum habere domicilium; tunc in ecclesia cathedrali ejusdem loci; &, si tute fieri poterit, citationem decernimus fore publice faciendam. Hujusmodi quoque citationem, in domicilio, vel in ecclesia, publice, ut præmittitur, factam, volumus, non solum in casibus prædictis, sed etiam in omni casu constitutionis domini Ottoboni, quondam apostolicæ sedis legati in Anglia, quæ incipit, Ad tutelam, sic artare citatum, ac si esset per citationem personaliter comprehensus, ejusdemque citationis virtute, posse contra eum procedi ad omnem effectum, ad quem posset, si citatus personaliter extitisset. Præfatos etiam quoscumque ecclesiasticæ libertatis vel immunitatis violatores, decernimus in loco delicti, etiamsi ibidem non inveniant *, posse tam ex officio judicis, quam ad partis instantiam, conveniri. Utrum autem hujusmodi violatores ecclesiasticæ libertatis vel immunitatis, inveniri ac tute adiri valeant, domiciliumne habeant, vel non, volunt * in dubio stare certificatorio illius, cui mandatur citatio facienda. Et ut in præmissis casibus, & in aliis, injuriam passi, justitiam debitam facilius consequantur: districte, hoc sacro appro-

a *Deest* excommunicationis sententiam. H.

* *Cor.* inveniantur.

* *Cor.* volumus.

probante concilio provinciali, præcipimus, quod omnes judices ordinarii nostri Cantuariensis provinciæ, se invicem, sine qualibet difficultate, juvent in citationibus & executionibus faciendis, ac quibuscumque mandatis licitis exequendis.

IV. *De testamentis nativorum non impediendis.*

Item, omnes illi, qui ascriptitiorum, vel aliorum servilis conditionis testamenta, vel ultimas voluntates, quovis modo impedierint, contra consuetudinem ecclesiæ Anglicanæ hactenus approbatam, per excommunicationis sententiam compescantur.

V. *De probationibus testamentorum.*

Item, quod locorum ordinarii, insinuationem testamentorum, & commissionem administrationis bonorum defunctorum, per cautelas exquisitas, contra hujusmodi executores testamentorum, ut ab eis eo citius pecuniam extorqueant, seu, ut dicitur *, reddiderunt hactenus onerosos: statuimus, quod, pro insinuatione testamentorum pauperis, cujus inventarium bonorum centum solidos sterlingorum non excesserit, nihil penitus exigatur.

* Cor. sicut dicitur.

VI. *Ut ante sententiam diffinitivam, non obstante statuto Oxoniensi, possit appellari.*

Item, quia in concilio Oxoniensi, quoddam dicitur statutum emanasse, quo, inter cætera, prohibetur, quod a nullo gravamine judiciali, ante diffinitivam sententiam, frivole appelletur, quod omnes advocati, & procuratores ejusdem consistorii, ad observationem hujusmodi statuti, astringi debeant vinculo juramenti, pœnis etiam aliis ipso statuto contentis, si contra id venerint, affligendi: nos hujusmodi statutum, quod, etsi colore verborum superficialiter pallietur, ad auferendum tamen expressis appellationis remedium, realiter extitit introductum, & quicquid ex eo, vel ob id fuerit subsecutum, penitus reprobamus: & omnes, qui ad observationem statuti præstiterint juramentum, absolvimus ab eodem.

VII. *De impedientibus oblationes consuetas fieri, & decimas colligere, & asportare, absque alicujus doni exactione.*

Item, quia quidam maledictionis filii, in nubentium solemniis, mulierum purificationibus, mortuorum exequiis, & aliis, quibus ipse Deus, in ministrorum suorum personis, solebat oblationum libamine populariter honorari, ad unius denarii, & alterius modicæ quantitatis oblationem, populi devotionem restringere sunt moliti, residuum oblationis fidelium, pro suis libitis, vel alienis usibus, multoties applicantes: alii vero non attendentes, quod noster omnipotens, cujus est terra, & plenitudo ejus, & universi qui habitant in ea, decimas, in signum universalis dominii, sibi reddi præcepit, & pro suo cultu easdem clericis assignavit, aliquando malitiose impediunt, impedirive faciunt vel procurant, viros ecclesiasticos, ad quos spectat perceptio decimarum, eorumve servitores, quo minus liberum ingressum, vel egressum, in prædia, & a prædiis, de quibus hujusmodi decimæ proveniunt, habere possint, pro ipsis decimis colligendis, custodiendis, vel quo voluerint, abducendis: alii etiam, nisi prius chirotecæ, vel caligæ, seu quicquid aliud, eis dentur, vel promittantur, decimas hujusmodi asportant & consumunt, asportari consumive faciunt, seu aliquod damnum inferunt, inferrive faciunt in eisdem. Alii insuper, viros ecclesiasticos, ea occasione, quod in foro ecclesiastico prosequuntur, vel antea fuerint prosecuti, malitiose attachiant, vel indicant attachiari, indictari, judicari, aut eis alia gravamina inferri faciunt, vel procurant. Nos igitur, perversorum damnabilibus consiliis salubre remedium apponere cupientes, nihil novum statuentes, sed antiquorum canonum statuta in medium deducentes, universos & singulos hujusmodi instigatores, & impeditores, & alios supradictos, per quorum nefandas machinationes, ecclesiæ, vel ipsarum rectoribus, vel vicariis, aut ministris quicquam damni infertur, aut subtrahitur honoris, & commodi consueti, præsentis declaratione concilii, pronunciamus universos & singulos, in præmissis vel eorum aliquo in posterum delinquentes, vinculo excommunicationis involvi; reservata loci diœcesano absolutione eorum, præterquam in mortis articulo, quousque ipsorum ministerio in contrarium laborante, ecclesiæ

ANNO CHRISTI 1328.

clesiis fuerit popularis devotio efficaciter restituta, ac viris ecclesiasticis sic læsis, de hujusmodi excessibus plenarie satisfactum.

VIII. *De matrimonio non solemnizando, absque bannorum editione.*

Item quia ex contractibus matrimonialibus, absque bannorum editione præhabita initis, nonnulla pericula proveniunt, & manifestum est in dies provenire: omnibus & singulis suffraganeis nostris præcipimus statuendo, quod decretalem inhibitionem, qua prohibetur, ne qui matrimonium contrahant, bannis non præmissis, in singulis ecclesiis parochialibus, sive diœcesibus pluribus, diebus solemnibus, cum major populi affuerit multitudo, exponi faciant in vulgari, ipsamque faciant firmiter observari, quibusvis sacerdotibus etiam parochialibus, qui contractibus matrimonialibus, ante solemnem editionem bannorum initis, præsumpserint interesse, pœnam suspensionis ab officio per triennium infligendo; & hujusmodi contrahentes, etiam si nullum subsit impedimentum, pœna dabita percellendo. Quivis etiam sacerdos sive sæcularis, sive regularis extiterit, qui solemnizationi matrimonii, extra ecclesiam parochialem, absque episcopi loci diœcesani speciali licentia, celebrari præsumpserit, ant interesse, per annum integrum, ab officio sit suspensus.

IX. *De defectibus domorum ad beneficia ecclesiastica spectantium reparandis.*

Item statuimus, quod mala inquisitio super defectibus domorum vel aliorum ad beneficium ecclesiasticum spectantium, de cætero facienda [a], valeat in alterius præjudicium, nisi fiat per viros fide dignos, in forma juris juratos, ipso ad hoc primitus evocato: integram vero æstimationem defectuum in domibus, & aliis ad benefieium spectantibus, reportorum, sive per inquisitionem, vel per viam compositionis facta extiterit, loci diœcesanus, in reparationem ipsorum defectuum, converti faciat, infra competentem terminum, ipsius arbitrio moderandum.

[a] Forte non valeat. H.

☞ AD LONDINENSE CONCILIUM

A Simone Mempham Cantuariensi archiepiscopo

Anno 1328. *habitum*

A D D I T I O.

An. 1328. Ex sup. Mansi to. III. pag. 415.

Quemadmodum Londinense concilium anni 1321. *a Spelmanno & Labbeo datum supplere in multis licuit ex Wilkins; ita pariter & ex illo plura hic danda succurrunt.*

MANDATUM ARCHIEPISCOPI CANTUAR. PRO CONCILIO

Provinciali in ecclesia sancti Petri London. die Veneris prox. post convers. S. Pauli.

Affert Wilk. to. II. pag. 548. Ex Reg. Exon. Grandis. son. A. fol. 105.

Simon, permissione divina, Cantuar. archiepiscopus, totius Angliæ primas, venerabili fratri nostro domino Simoni, Dei gratia London. episcopo, salutam, & fraternam in Domino charitatem.

Regimini sanctæ Cantuar. ecclesiæ Dei patientia, licet immeriti, præsidentes, inter alias sollicitudinis nostræ vigilias ad id votis ferventibus aspiramus, & mentem nostram sedulo destinamus affectu, ut ecclesia Anglicana sub pacis dulcedine vigeat, jura sua ac libertates obtinere valaat illibata, gregis dominici cura vigilanti studio frequentetur; laici, quos Anglia produxit pariter & enutriit, in via veritatis & justitiæ dirigant gressus suos. Et præsertim, quod aonstituti in clero morum honestata refulgeant, ut tanquam lucerna pedibus laicorum, ipsos instruant vitæ merito & sermone, qualiter in domo Dei debeant conversari. Sane dicta ecclesia Anglicana, anta hæc tempora pacis turbata discrimine multis doloribus & angustiis lacessita, adhuc modernis temporibus aarbonibus odii inter proceres reaccensis majora pericula & dispendia, nisi Deus avertat, poterit verisimiliter formidare. Et super dolorem hujus vulneris superadditur afflictio, quod quidam filii impii & degeneres ecclesiam & viros ecclesiasticos iniuriis innumeris afficere, jura ecclesiarum & libertates malitiæ jaculis expugnare, &, quod auditu est horrendum, ipsos viros ecclesiasticos mutilare & trucidare, aut hostiliter carpere non formidant; prout discurrens fama denunciat & patratorum scelerum avidentia demonstrat. Ad occurrandum igitur tantis periculis, divina clementia suffraganta, & morbis præmissis medicinam aliqualem, prout nobis possibile fuerit, adhibendam, sacris canonibus aruditi, & sanctissimi patris & domini nostri, dom. Joh. divina providentia papæ XXII. crebris monitis excitati, nostrum provinciala concilium dia Veneris prox. post festum convers. S. Pauli, prox. sequent. in ecclesia cathed. S. P. London. deliberato consilio ordinavimus convocandum. Quocirca fraternitati vestræ committimus & mandamus, quatenus om-

ANNO CHRISTI 1328.

nes & singulos fratres nostros, apiscopos provinciæ nostræ Cantuar. eitetis, & per eosdem citari saciatis peremptoria decanos, priores, & capitula ecclesiarum cathedr. &c.

Proviso, quod singuli episcopi antedicti, antequam diœceses suas versus dictum concilium egressi fuerint, cum suo clero deliberent & inquirant sagacitar: *De gravaminibus & defectibus dicti concilii studia reformandis*; quodque a clero & populo processiones fieri, litanias & alias orationes diel faciant pro pace regni, & pro concilio nostro, ut debitum consequatur affectum. Dictis atiam episcopis vestris litteris auctoritata nostra districtius iojungatis, quatenus de die receptionis mandati nostri &c. Dat. apud Maghfeld 3. cal. Decem. anno Dom. MCCCXXVIII. & consecr. nostræ primo.

Quarum auctoritate literarum decanum & capitulum ecclesiæ nostræ cathedr. Exon. abbates, priores, & archidiaconos, conventus atiam, collegia, & alerum dictæ nostræ diœc. quorum nomina in schedula præsantibus annexa continentur, citavimus in forma nobis superius demandata. De gravaminibus etiam & defectibus dicti concilii studio reformandis inquisivimus, quæ in cadem sehedula duximus inserenda; mandatum vastrum secundum sui naturam, vim, formam, & effectum ejusdem in omnibus revarenter executioni debitæ demandando. Ad regimen acclesiæ suæ sanctæ reverendam paternitatem vestram conservet altissimus per tempora diuturna. Dat. apud Chuddelegh. 15. calend. Febr. anno, &c.

Nomina citatorum.

Decanus ecclesiæ nostræ cathedr. Exon.

	Tavistok. ordinis S. Benedicti,		
	De Hertllaunde, ord. S. Augustini,		
	De Buffestre,	)	
	De Forda,	)	
Abbates	De Conckeswell,	) ord. Cisterciens.	) Quia mandatum ve-)
	De Nywenham,	)	) strum arat generale,)
	De Torre Moun, ord. Præmonstrat.		) personaliter.)

	(Exon.
Archidiaconi	(Barum.
	(Totton.
	(Cornub.

	(Plymton,	Launceston,	)
	(S. Germani,	Bodmynne,	) ord. S. Augustini.)
Priores	(Totton,	De Truwardralth,	))
	(S. Nic. Exon.	S. Jacobi Exon.	) ord. S. Benedicti.)
	(De Carsewell,	Ottriton-	)
	(Frychereftocks	ordinis S. Augustini.)	

Capitulum ecclesiæ nostræ cathedr. Oxon.
Per procuratores,

	(Ecclesiæ S. Crucis Criditon.)
Collegia	(D. Thomæ mart. Glasneye.)
	(S. Karentoci,)

Conventus atiam monasteriorum ac prioratuum prædictorum: ac clerus totius nostræ diœc. Exon. sunt citati.

ASCHAFENBURGENSE CONCILIUM

PROVINCIALE

A Patro Moguntino archiepiscopo

Ante Annum 1328. habitum.

Ibid.

„ PEtrum Moguntinum archiepiscopum ultra concilium illud quod habuit Moguntiæ anno 1110. a Labbeo indicatum, & a Veneto ejus editore ex Lunigil Spicilegio suppletum; alīud atiam provinciale concilium in urbe Aschafenburgensi habuisse, discimus ex synodo diœcesana Hildesaimensi anni 1652. apud Lunig Spicileg. Contin. II. pag. 707. onde pariter intelligimus suffraganeos episcopos illi habendo convenisse. Da anno nihil constat; sed cum Petrus cathedram illam ab anno 1326. circiter ad 1328. tenuerit, intra tempus illud collocandum asse constat. Ipsa quidem Petrus Aschafenburgensis concilii sæpe meminit in suis constitutionibus concilii Moguntiæ habiti anno 1310. sed concilium illud est altarum ab hoc diversum, a Gerhardo archiepiscopo anno 1292. habitum. Hujus vero concilii a Petro habiti constitutiones geminas has profero, quas affert idem Herbipolense concilium apud Lunig ibid.

Ex

ANNO CHRISTI 1328.

Ex concilio provinciali Aschafenburgensi D. Petri archiepiscopi Moguntini.

Item statuimus, et ordinamus, ut si aliquis clericus vel laicus utriusque sexus cujuscumque dignitatis, religionis, vel status existat, ausus sit præsumptione & pertinacia damnabili publice prædicare, vel occulte docere, vel tenenere, quod sacerdos in mortali peccato existens non possit efficere corpus Christi, seu sic ligatus non possit ligare vel solvere suos subditos a peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, & errorem hujusmodi sacri concilii approbatione condemnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, quod sive bonus, sive malus sit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ suæ confert. Non enim quæ sancta sunt, coinquinari possunt, nec ipsa sacramenta potest hominum malitia profanare; unde sacerdos, quantumcumque pollutus existat, divina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Licite ergo a quocumque sacerdote ab Ecclesia tolerato, divina mysteria audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

Ad idem, de blasphematoribus & sortilegis.

Quamvis sacris canonibus & sanctorum Patrum traditionibus contra manifestos sanctorum blasphemos, ac damnatum & abominabile scelus Idolatriæ, videlicet incantationes, superstitiones & sortilegia Phitonum & Phitonissarum, in locis diversis sufficienter cautum & provisum existat; quia tamen (quod mentis amaritudine referimus) adhuc vitia talia in multis locis nobis subjectis existunt in usu; quapropter erroribus & periculis exinde in dies consurgentibus, quantum in nobis est obviare cupientes, districte statuto præsenti perpetuo duraturo præcipimus, ut contra tales statuta canonica desuper edita summa cum diligentia ab universis nobis subjectis practicentur, & in confessionibus de peccatis hujusmodi solers fiat inquisitio, & tam mares quam mulieres talia exercentes, a communione sacramentorum excludantur, ac pro absolutione ad nos vel vicarium nostrum remittantur. Et nihilominus si qui publici blasphemi reperti fuerint, vel de hujusmodi incantationibus vel superstitionibus ab ecclesia reprobatis se intromiserint, vel eisdem fidem adhibuerint, ut ab his intra breve tempus eis statuendum desistant, volumus moneri sub pœna suspensionis a divinis & ecclesiastica sepultura, a quo non nisi per nos vel vicarium nostrum, aut nostros superiores valeant liberari & absolvi. Hoc etiam statutum nostrum salutiferum, ne quis illius ignorantiam prætendere possit, volumus per rectores ecclesiarum ac curam animarum habentes, in cancellis ecclesiarum, si, & quoties expedire visum fuerit, solemniter publicari.

ANNO CHRISTI 1329.

CONCILIUM TERRACONENSE

Ex Martene Thesauro Anecd. Tom. 4. pag. 285.

Sub Johanne patriarcha Alexandrino & administratore ecclesiæ Terraconensis, anno M. CCCXXIX. celebratum.

Ex MS. ecclesiæ Avenionensis.

Anno 1329. JOannes patriarcha Alexandrinus ac administrator ecclesiæ Terraconensis in spiritualibus & temporalibus a sede apostolica deputatus in concilio Terraconensi, quarto calendas Martii anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono.

Ad Officium pertinet præsidentis constitutiones a se vel a prædecessoribus suis editas, quas obesse conspicit potius quam prodesse, resecare simpliciter, vel in melius reformare; & subditos suos certos reddere quas habeant observare. Recognitis igitur diligenter prædecessorum nostrorum constitutionibus archiepiscoporum sanctæ ecclesiæ Terraconensis, editis in diversis provincialibus conciliis, per eos diversis temporibus celebratis, ac quibusdam ex ipsis tamquam periculosis, quibusdam vero tamquam superfluis resecatis, illas quas utiles seu necessarias invenimus, simul cum quibusdam, quas de novo edidimus, sacro concilio approbante, in præsenti volumine providimus redigendas: decernentes easdem, & non alias haberi pro constitutionibus conciliorum provincialium provinciæ Terraconensis, ac mandantes easdem inviolabiliter observari.

SParagus in (a) concilio per eum celebrato Terracone, calendas Maji, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo.

I. *Contra facientes alligationes illicitas.*

Cum aliqui quærentes quæ sua sunt, non quæ Jesu-Christi, cum beneficia ecclesiastica in Ecclesia Dei vacent, suos sibi attrahunt, & pactionibus illicitis eos sibi alligant, ut propter majorem numerum pravitatis obtinere valeant quod intendunt, ad offensam Dei & scandalum populi christiani, & propriæ ambitioni damnabiliter satisfiat. Ideoque statuimus, generali concilio approbante, quod quicumque de cetero talia præsumserit attentare, omnino beneficio careat sic obtento: ita quod numquam in eadem ecclesia beneficia valeat adipisci. Anno 1230.

Petrus

(a) Hujus concilii meminit Baluzius Marcæ Hispanicæ lib. 4. cui cum archiepiscopo interfuisse ait, Guillelmum Vicensem, Pontium Dertusensem, Garsiam Oscensem & Berengarium Barcinonensem episcopos.

ANNO CHRISTI 1239.

Petrus (*a*) in primo concilio per eum celebrato Terracone, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono.

II. *Ne clerici sæcularibus negotiis se immisceant.*

Statuimus ac mandamus, quod curam animarum habentes, & qui sunt in personatibus, vel dignitatibus constituti, publica officia sæcularia non assumant; nec bajulas, nec vicarias teneant laicorum; sed in ecclesijs suis personalem & continuam residentiam faciant, sicut decet.

III. *Contra clericos, qui in pluribus ecclesiis sunt canonici.*

Item, statuimus & mandamus, quod aliquis in eodem episcopatu vel in diversis, duas canonicas non habeat, quæ ex speciali statuto residentiam personalem requirunt, & altera tantum debeat esse contentus.

IV. *De regularibus.*

Item, statuimus, quod monachi vel canonici regulares, qui relicto habitu ad sæculum redierunt, vel voto sunt astricti, nisi infra mensem ad claustrum redierint, & votum suum curaverint adimplere; suis beneficiis sint privati ut apostatæ, & tamquam excommunicati ab omnibus evitentur, & excommunicati denuntientur diebus dominicis & festivis. Et moneantur & excommunicentur tam ipsi, quam communicantes cum eis, & dantes eis consilium vel favorem.

V. *Ne fiant vistæ in monasteriis.*

Item, præcipimus & mandamus omnibus judicibus & advocatis litteratis, ne conveniant vel intersint alicui vistæ quæ fit vel fiat in monasteriis vel grangiis religiosorum, & hoc sub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus.

VI. *De raptoribus & incendiariis.*

Item, statuimus quod incendiarii & raptores publici tamquam excommunicati vitentur, & ecclesiastica sepultura careant, nisi per se vel per heredes satisfactionem fecerint vel emendam.

Anno 1248.

Petrus in secundo concilio Valentiæ celebrato, anno Domini (*b*) millesimo ducentesimo quadragesimo octavo.

VII. *Ne aliquis clericus advocet contra ecclesiam Terraconensem.*

Sacro approbante concilio, statuimus, ut si aliquis clericus Terraconæ provinciæ contra Terraconensem ecclesiam officium advocationis, non petita a nobis licentia & obtenta, perstiterit: nisi pro sua ecclesia, scilicet nostræ provinciæ, in qua intitulatus fuerit, vel nisi suam causam vel suorum prosequatur; beneficio quod habet in Terraconensi provincia auctoritate hujus constitutionis noverit se privatum.

VIII. *Contra archiepiscopum Toletanum.*

Item, sacro approbante concilio, statuimus, quod si Toletanus archiepiscopus per Terraconensem provinciam transitum faciens, crucem ante se portari fecerit, vel pallio usus fuerit, vel indulgentias dederit in nostra provincia, quæ sunt vel fuerint per eumdem temere alicubi attentata, loca ad quæ ipse taliter & in quibus prædicta attentaverit, quamdiu ibidem fuerit, cessent penitus a divinis, & ne ejus præsumtio remaneat impunita, si supradicta in provincia nostra de cetero commiserit, auctoritate nostra & sacri concilii, ipsum extunc quasi exnunc excommunicationis sententiæ decernimus subjacere. Et si aliquis litteris indulgentiæ archiepiscopi Toletani in nostra provincia usus fuerit, tamquam falsarius puniatur.

IX. *Ne clerici extranei altaria erigant.*

Item, statuimus, quod si aliquis clericus de provincia aliena in provincia nostra, & specialiter in regno Valenciæ, altaria de novo ædificaverit, vel jurisdictionem sibi aliquam usurpaverit in nostrum præjudicium vel gravamen, ipsum auctoritate nostra & sacri concilii extunc, quasi exnunc subjacere excommunicationis sententiæ decernimus.

(*a*) Petrus iste dictus fuit Petrus Albalatius, ut docet nos Baluzius lib. 4. Marcæ Hisp. ubi hujus concilii meminit.
(*b*) Istud concilium anno 1240. 8. idus Maji collocat Stephanus Baluzius lib. 4. Marc. Hisp.

X. *Ne clericus contra suum episcopum advocet.*

Item, statuimus, quod aliquis clericus contra episcopum suum non advocet, tam pro episcopo, a quo majus beneficium obtinuit, quam a suo; vel nisi suam vel suorum injuriam prosequatur.

XI. *De extrema-unctione.*

Petrus in tertio concilio Terraconensi (a) Sacramentum extremæ unctionis petentibus libere & sine pecunia a sacerdotibus ministretur: & singulis annis clerici ampullam deferant, in qua oleum recipiant infirmorum, quoniam eis chrisma & catechumenorum oleum tribuetur, consuetudine aliqua non obstante.

XII. *Quæ festa debeant coli.*

Item, cum otium & desidia fomentum pariant vitiorum, festivitatum multitudinem duximus separandam; cum in illis eo quod non laborant, pauperes aggraventur, & otiosi & desidiosi ad illicita provocentur: quare festivitates colendas necessario subjiciamus, quas qui contemserint colere, per suum presbyterum compellantur. Festum scilicet Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, sancti Vincentii, Purificationis sanctæ Mariæ, Matthiæ apostoli, Annunciationis beatæ Mariæ, duorum dierum octavæ Paschæ, sancti Marci evangelistæ, Philippi & Jacobi, Inventionis sanctæ Crucis, Ascensionis Domini, feriæ secundæ octavæ Pentecostes, Johannis-Baptistæ, Petri & Pauli, sanctæ Mariæ Magdalenæ, Jacobi apostoli, sancti Laurentii, Assumtionis Beatæ Mariæ, sancti Bartholomæi, Nativitatis Beatæ Virginis, Matthæi apostoli, Sancti Michaelis, Lucæ evangelistæ, Simonis & Judæ, omnium Sanctorum, sancti Martini, sancti Andreæ, Sancti Nicolai, Sancti Thomæ, Nativitatis Domini, Sancti Stephani, Sancti Johannis Evangelistæ, & qualibet parochia observet festivitatem illius sancti, in cujus honore constituta est major ecclesia. Officia vero harum solemnitatum & omnium aliarum, sive sint novem, sive trium lectionum, prout hactenus consuevit fieri, a clericis in ecclesiis & in portionibus observentur, & ad audiendum officia laici nihilominus moneantur.

XIII. *De celebratione Missarum.*

Item, quia aliqui sacerdotes plures celebrant missas contra canonicas sanctiones, jubemus, quod nisi in die natalis Domini, tres missas audeat nullus celebrare: quod si fecerit, in excommunicationem incidat ipso facto; & officio beneficioque privetur. Duas vero toleramus, sive tolerando permittimus, una & eadem die, quando urgens necessitas fuerit celebrari, quousque dominum papam super eodem negotio consulamus. Necessitatem siquidem declaramus, cum unicus sacerdos habet duas ecclesias, quarum una dependet ab alia, & altera illarum non potest habere proprium sacerdotem, vel sunt tenues, nec parochiani propter distantiam loci, vel aliam rationabilem causam possunt commode ad alteram convenire, et in aliis casibus a jure concessis. Quandocumque vero duas Missas celebrari contigerit, sacerdos caveat, ne post sumtionem sanguinis in prima Missa, vinum profusionis accipiat. Quod si fecerit, eadem die non poterit celebrare.

XIV. *Quod episcopi & eorum officiales justitiam gratis reddant.*

Item, præcipimus, quod episcopi, & eorum officiales & alii clerici, ordinariam jurisdictionem habentes, gratis causas examinent, sententias sponte proferant, nullam inde pecuniam recipientes, salvo quod pro justitia ratione dominationis debetur. Quorum autem pretium percipiatur pro labore temperatur.

XV. *Quod episcopi ad concilia provincialia veniant.*

Item, cum episcopi ad provinciale concilium non veniant, ut deberent, excusationes frivolas prætendentes; ex quo disciplina ecclesiastica enervatur, & sacri canones contemnuntur. Statuimus, ut ab hac hora in antea omnes episcopi sine quolibet diffugio ad provinciale concilium veniant, prout decet, nisi causa necessaria & urgentissima excusentur. Et quicumque episcopus contra hanc constitutionem duxerit faciendum, ab archiepiscopo vocatus, civitatem adeat Terraconem, ibidem tamdiu moraturus, quamdiu ab archiepiscopo recedendi licentiam obtinuerit specialem.

XVI.

(a) Concilium illud celebratum fuisse anno 1245. 3. idus Maii docet nos Baluzius Marca Hisp. lib. 4. cui interfuerunt Pontius Dertusensis, Pontius Urgellensis, & Vitalis Oscensis episcopi.

ANNO CHRISTI 1319.

XVI. *Quod clerici ad synodum veniant.*

Eodem modo statuimus, ut omnes clerici curam animarum habentes, ad synodum veniant cathedralis ecclesiæ, in cujus diœcesi commorantur, occasione vel consuetudine aliqua non obstante. Eamdem pœnam, si hujus constitutionis transgressores fuerint, in suis civitatibus incurrentes.

XVII. *Ut ecclesiæ laicis non dentur, sed gubernentur per clericos.*

PETRUS in quarto concilio Terraconensi. Cum ecclesiæ parrochiales per laicos administrari non debeant: statuimus, quod laicis de cetero nullo modo attribuantur, sed per clericos & viros ecclesiasticos ecclesiæ gubernentur, secundum canonicas sanctiones.

XVIII. *Contra conspiratores.*

PETRUS in quinto concilio Terraconensi. (*a*) Conspiratorum genus odibile cupientes a perversitate hujusmodi coercere, sacri approbatione concilii excommunicamus omnes conspiratores, & colligationes illicitas facientes in clero & contra constitutos in clero. Sententiam autem hujusmodi ad præterita duximus extendendam, nisi infra mensem a tempore sententiæ, quis conspirationem & colligationem hujusmodi pro posse duxerit revocandam. Simili sententia innodamus omnes, qui contra constitutos in clero libellos famosos composuerint, & qui opem fecerint, & qui compositos inventos non rapuerint sine mora.

XIX. *Contra invasores & raptores rerum ecclesiasticarum.*

Item, cum quidam in aliorum prædiis propria commoda studeant invenire, E sacro approbante concilio, excommunicamus invasores, raptores, & deprædatores bonorum ecclesiarum, & ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerunt, vel invaserunt violenter, dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, pacem fece-

A rint, prout stare viri debuerint. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores & receptatores prædictorum malefactorum, statuentes, ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa vel civitate fuerint, ecclesiæ cessent penitus a divinis. Et si forte principales malefactores mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in articulo mortis absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque heredes morientium satisfecerint injuB riam passis, & damnum fuerit penitus emendatum: nec prædicti in sanitate aliquatenus absolvantur, nisi cum de præmissis omnibus satisfecerint competenter: simili excommunicationis sententia innodamus omnes illos, qui quædam clericorum & locorum religiosorum & hominum eorumdem scienter & voluntarie receperint in castris suis, vel emerint, & castra illa vel villæ, in quibus retenta fuerint prædicta cessent penitus a divinis, quousque damnum datum pro posse studuerint emendare; & licet inC vasores & raptores ecclesiæ in genere sint excommunicati, non tamen evitentur, nisi facti evidentia, vel confessione propria hoc constaret, quousque in specie denunciati fuerint. Absolutio talium cuilibet episcopo in sua diœcesi auctoritate sacri concilii est commissa, ut quilibet episcopus in sua diœcesi faciat publicari, & vitari excommunicatos per alium episcopum.

XX.

D Item, sacro approbante concilio, statuimus, quod quilibet episcopus in sua diœcesi denuntiet sententias per alium episcopum latas ad significationem ipsius, & inter excommunicatos ab eo, & faciat per suam diœcesim tamquam excommunicatos certius evitari.

XXI.

Ne aliquis parrochiali ecclesiæ administret antequam curam recipiat animarum.

XXII.

PETRUS in sexto concilio.

Statuimus, quod nullus clericus institutus

(*a*) Hoc concilium anno 1244. celebratum tradit Baluzius lib. 4. Marc. Hisp. huicque interfuisse Pontium Dertusensem, R. Ilerdensem, Vincentium Cæsar-Augustanum, Petrum Pampelonensem, Petrum Barcinonensem episcopos.

tus vel præsentatus in parrochiali ecclesia a clerico vel laico, in eadem administrare præsumat, quousque a diœcesis episcopo curam in eadem ecclesia receperit animarum, contraria consuetudine non obstante, quæ potius dicitur corruptela. Quicumque autem contra fecerit; ipso facto, jure quod habet vel habere credit in ecclesiam, sit privatus ea vice, potestate data diœcesano removendi institutum, seu etiam præsentatum: nihilominus, statuentes, quod institutus & confirmatus per episcopum nullo casu valeat ab alio, quam a suo episcopo removeri.

XXIII. *De invasoribus.*

Olim excommunicasse recolimus invasores, raptores, & deprædatores bonorum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, & locorum religiosorum, qui bona prædicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo personæ, de quibus querelam habuerint, patefecerint jura stare. Eadem excommunicatione ligavimus fautores & receptatores prædictorum malefactorum; statuentes, ut quamdiu principales malefactores essent in aliqua villa, vel in civitate, cessaret ecclesia penitus a divinis; & si forte principales malefactores absque satisfactione condigna ab hoc sæculo transmigrarent; licet essent in mortis articulo absoluti, eorum corpora non traderentur ecclesiasticæ sepulturæ, quousque heredes morientium satisfecerint passis injuriam, & damnum datum penitus emendassent. Nec prædicti in sanitate absolvi possent, nisi de præmissis omnibus prius satisfecissent passis injuriam competenter. Simili constitutione innodamus omnes illos, qui prædicta clericorum & locorum religiosorum & hominum eorumdem, scienter receperint, & voluntarie in castris suis, & emtores ab eis, & quod castra & villæ, in quibus prædicta essent retenta, cessarent penitus a divinis, quousque damnum datum studuissent pro posse suo emendare. Verum quidam per se prædictam constitutionem perverse intelligentes, eam trahunt ad res modicas, & ad ea, quæ non ex proposito nocendi, sed ex necessitate qua non credentibus offendere capiuntur. Nos autem per usum intellectum & dubitationem hujusmodi, penitus declarantes in omnibus supradictis casibus, sic duximus declarandum, quod illi tantum intelligantur excommunicati, qui eo proposito cum armis vel sine armis violenter invaserint vel destruxerint loca prædicta, & ceperint homines ipsorum, & res eorumdem, in quo graviter delinquunt. Loca autem in hoc solo casu cessare volumus penitus a divinis, quamdiu ibi prædicta fuerint violenter accepta. Auctores autem & emtores prædicti, post admonitionem legitimam, in nostra diœcesi ad arbitrium excommunicentur: & si aliquem prædictorum excommunicatorum absque satisfactione condigna mori contigerit, tamdin careat ecclesiastica sepultura, quo ad usque heredes ipsius damnum datum per eum plenarie passis injuriam, vel heredibus eorum sit destitutum.

XXIV. *De baptismo.*

Quia intelleximus, quod aliqui Sarraceni captivi ficte veniant ab baptismum, ut possint jugum evadere servitutis; statuimus, ut cum Sarraceni hujusmodi ad ecclesiam causa baptizandi confugerint, diebus aliquibus per rectorem ecclesiæ conserventur, ut cognoscat utrum in tenebris ambulent vel in luce: & si perseveraverint in proposito baptizandi, eisdem baptismum ulterius non negetur.

XXV. *Contra dantes occulte beneficia.*

PETRUS in septimo concilio (*a*). Cum occulta donatio suspicione non careat, juxta canonicas sanctiones, sacri approbatione concilii donationes occultas de dignitatibus, personatibus, rectoriis, præbendis, seu portionibus, & aliis omnibus administrationibus, ministeriis, officiis, & beneficiis ecclesiasticis, quocumque nomine exerceantur, fieri prohibemus: statuentes, ut tam donator, quam donatarius donationem factam intra tempus de conferendis beneficiis a canonibus definitum, & a vacationis tempore computandum taliter studeant publicare, ut appareat cui donaverint, & quo tempore sit donatum. Aliter quidem facta donatio, ipso jure, non valeat, nec alicui competat actio vel defensio ex eadem. Sane quod donator, qui contra hoc statu-

(*a*) Anno 1247. celebrato, ut docet Baluzius Marc. Hisp. lib. 4.

ANNO CHRISTI 1329. statutum venerit, conferendi potestate careat ea vice, & ad alios secundum Lateranensis statuta concilii hujus collatio devolvatur.

XXVI. *De bonis prælati defuncti*.

PERTUS in octavo concilio. (a) Cum non sine gravi peccato quod suum non est possit aliquis retinere: antiquum canonem hoc hujusmodi placiti ad memoriam reducentes, sacro approbante concilio, statuimus, quod post mortem B archiepiscopi, vel alterius prælati, seu beneficiati Terraconensis provinciæ, bona ejus ecclesiastica ad manus aliquorum dignorum fide proveniant, secundum quod in ecclesia defuncti de consuetudine est observatum. Vel si consuetudo cessat, duo eligantur fide digni, si præerat defunctus conventui, aut ab episcopo diœcesano, vel ejus locum tenente; si defunctus conventui non præerat, qui bona recipiant supra dicta, & infra decem dies tales administratores, seu procuratores, adhibito tabel- C lione publico & testibus, ad hoc specialiter convocatis, conficiant de omnibus rebus defuncti mobilibus & immobilibus & se moventibus inventarium; & si per negligentiam hoc fuerit obmissum, prædicti procuratores ad duplum teneantur.

Si vero prædicti administratores, vel aliquis alius de bonis prædictis aliquid invaserit, vel rapuerit, vel tenuerit fraudulenter; & legitime admonitus bona sic retenta sine diminutione restituerit successori, auctoritate concilii, se noverit D excommunicationis sententia innodatum. Admonemus autem episcopos & alios prælatos Terraconensis provinciæ, ut in vita sua, si commode fieri poterit, de rebus prædictis confici faciant inventarium. Hanc autem sententiam vel illam de invasoribus ecclesiarum vel rerum ecclesiæ constitutionem quæ incipit *Olim* ad personas archiepiscopi vel episcoporum extendi nolumus ullo modo.

XXVII. *De absolutione invasorum*.

Anno 1253. BENEDICTUS in primo (b) concilio celebrato Terracone anno Domini 1253. sexto idus aprilis.

Sacro approbante concilio, plenam A concedimus universis nostris suffraganeis potestatem absolvendi subditos suos, qui excommunicati per ipsos fuerint, vel etiam auctoritate constitutionis sacri concilii Terraconensis contra malefactores & invasores hominum & rerum ecclesiæ promulgata; licet dicti excommunicati denunciati fuerint in concilio Terraconensi. Item fuit ordinatum, sacro concilio approbante, quod dominus archiepiscopus absolvet subditos suffraganeorum suorum, qui ad ipsum venerint, excommunicatos ratione constitutionis sacri B concilii Terraconæ contra invasores & malefactores hominum & rerum ecclesiæ promulgatæ: promissa satisfactione, secundum formam ecclesiæ, & quod dominus archiepiscopus assensum diœcesani illius vel illorum excommunicatorum requirat, si sibi visum fuerit expedire.

XXVIII. *Ut presbyteri se invicem absolvant*.

Item, sacro approbante concilio, da- C mus universis nostræ provinciæ presbyteris potestatem, quod ad invicem unus alii possit super excommunicationis sententia beneficium absolutionis impertiri.

XXIX. *De invasoribus*.

Verum cum in constitutione bonæ memoriæ domini P. prædecessoris nostri, quæ incipit *Olim excommunicasse recolimus*, caveatur, quod loca, ad quæ prædicta clericorum, ecclesiarum, vel personarum religiosarum, seu hominum, D violenter attentata pervenerint, quamdiu ibi fuerint, cessent penitus a divinis. Volentes invasorum & raptorum excogitatis malitiis & machinationibus, quantum cum justitia possumus, obviare: declaramus, & constituimus, quod loca, in quibus hujusmodi prædicta vendita, vel alio modo alienata, seu etiam consumta fuerint; tamdiu cessent penitus a divinis, quousque condigna satisfactio damna passis facta fuerit per eadem. Item, cum clerici & personæ ec- E clesiasticæ majoribus quam res eorumdem debeant, privilegiis, & immunitate, seu libertate, gaudere; sacro approbante concilio, statuimus, quod loca ad quæ occisores & mutilatores clericorum & personarum ecclesiasticarum, & capien-

(a) Anno 1248. celebrato ex Baluzio loco citato supra.
(b) Huic concilio præsentiam suam exhibuerunt sequentes episcopi ex Baluzii Marca Hispanica, Arnaldus Cæsar-Augustanus, Berengarius Gerundensis, Vitalis Oscensis, G. Ilerdensis cum procuratoribus aliorum.

pientes eosdem, pervenerint; cessent A penitus a divinis, quousque ad judicium ecclesiæ satisfecerint de commissis, loca etiam in quibus clerici seu personæ ecclesiasticæ captæ detinebuntur, quamdiu violenter seu invite detinebuntur ibidem, cessent similiter a divinis.

Item, quia facientes & consentientes pari debeant pœna damnari, eodem concilio approbante, receptatores eorum qui occidunt vel mutilant vel capiunt clericos vel personas ecclesiasticas, excommunicationis sententia innodamus. B

XXX. *Ut Episcopi ad mensam faciant sibi legi.*

Item, ne solutæ fauces sumant cibum, sed aures audiant verbum Dei, & cessent vaniloquia & tumultus: statuimus, quod singuli episcopi in palatiis suis dum comedunt, ad mensam faciant sibi legi.

Idem volumus & statuimus de abbatibus, prioribus, & præpositis, in suis conventibus dum in refectorio comedunt observari.

XXXI. *De invasoribus.*

BERNARDUS in primo concilio declarando constitutiones prædecessorum nostrorum, videlicet dominorum Petri & Benedicti bonæ memoriæ, quarum prima incipit *Olim excommunicasse recolimus*, secunda, *Cum nos Benedictus*, & cetera. Statuimus quod quamdiu personæ invasorum & raptorum rerum ecclesiasticarum a persona ecclesiastica illorum, qui in prælatos ecclesiarum cathedralium & aliorum locorum religiosorum Terraconensis ecclesiæ manus injecerint violenter, fuerint in aliqua civitate aut infra terminos dictorum locorum ejusdem provinciæ, quod ipsæ civitates, castra, villæ & alia loca cessent, ipsis invasoribus & raptoribus seu percussoribus præsentibus, penitus a divinis: & dicti malefactores, percussores, seu raptores per rectorem seu capellanum loci ipsius excommunicati nihilominus nuncientur, & tamquam excommunicati ab omnibus evitentur.

XXXII. *Ut observentur constitutiones Terraconenses.*

Item, statuimus, sacro concilio approbante, quod quilibet episcopus provinciæ Terraconæ circa observationem præsentis constitutionis & omnium constitutionum, a nostris prædecessoribus editarum, sit sollicitus & attentus. Rectores autem ecclesiarum & vicarii seu loca eorum tenentes easdem constitutiones ad mandatum sui diœcesani vel ejus officialis inviolabiliter teneant. Si quis vero de prædictis rectoribus, vicariis, capellanis, vel eorum locum tenentibus, recepto mandato sui diœcesani vel ejus officialis, præsentes & aliorum prædecessorum nostrorum constitutiones neglexerit observare, ad sui episcopi vel officialis arbitrium puniatur; & nihilominus teneatur restituere illi, qui petit justitiam, omnes expensas, quas eundo & redeundo propter hoc ad diœcesanum per juramentum promissa C taxatione diœcesani probaverit se fecisse: & ad hoc per diœcesanum episcopum compellatur. Diœcesanus vero, qui circa correctionem subditorum suorum supra prædictis suum mandatum vel officialis sui neglexerit adimplere, vel circa observationem prædictarum constitutionum negligens repertus fuerit, vel remissus, iram & indignationem omnipotentis Dei, & beatæ Teclæ incurrat, puniendus nihilominus ad arbitrium provincialis concilii, quod in ecclesia Terraconæ contigerit in posterum celeD brari.

XXXIII. *Quod Christianæ non habitent cum Judæis, nec eorum filios nutriant.*

Statuimus etiam, sacro-sancto concilio approbante, quod nulla mulier alicujus provinciæ Terraconæ audeat habitare cum Judæis, aut filios vel filias eorum nutrire vel lactare; & quæcumque contra hujusmodi inhibitionem nostram, postquam monita fuerit, super hoc præE sumpserit facere supradicta, decernimus eam vel eas extunc excommunicationis sententiæ subjacere; ita videlicet, quod cum illud diœcesano aut rectori loci illius, ubi mulieres super hoc culpabiles inventæ fuerint, extiterit nunciatum, per jam dictum diœcesanum aut rectorem ipsæ mulieres excommunicatæ nuncientur, & tamquam excommunicatas faciant ab omnibus evitari: & ne ipse mulieres de facili in excommunicatio-

ANNO CHRISTI 1319.

nis laqueum incidere valeant; ipso facto volumus & mandamus, quod præsentes constitutiones per diœcesanum aut rectorem locorum, in quibus Judæi morantur semel annis singulis publicentur.

XXXIV. *De capellanis.*

Bernardus in concilio secundo.

Intelleximus in quibusdam aliis partibus dictæ provinciæ abusum pravæ consuetudinis subintrasse, quod cum canonici ex collationibus suorum episcoporum capellanias canonice sunt adepti; ipsi canonici easdem capellanias aliis pro voluntate sua conferunt & assignant. Cum autem impossibile sit de jure; statuimus, ut prædictarum capellaniarum collationes per prædictos canonicos, qui eas a suis episcopis canonice habuerint, nullatenus de cetero attententur. Quod si contra factum fuerit, id decernimus irritum & inane.

XXXV. *Super observatione festivitatis beatæ Teclæ.*

Ceterum, quia ecclesia Terraconæ, quæ caput & mater existit totius provinciæ Terraconæ, sub invocatione & titulo beatissimæ virginis sanctæ Theclæ martyris sit constructa: propter quod ad invocationem & venerationem ejusdem omnes & singuli de prædicta provincia specialiter adstringuntur, constitutiones prædecessorum nostrorum super hoc editas innovantes, volumus ac universis & singulis suffraganeis nostris in virtute sanctæ obedientiæ firmiter dicimus & mandamus, quatenus observent constitutiones editas in sacro concilio Terraconæ super observatione festivitatis B. Theclæ virginis & martyris, quæ nono calendas octobris festivari intitulatur, per suas civitates & diœceses in abstinentia cibali & servilis operis faciant celebrari.

XXXVI. *De his, qui interficiunt vel capiunt episcopum vel alterum prælatum.*

Bernardus in concilio tertio.

Anno 1183. Quoniam exempla præterita cavere nos admonent in futurum: idcirco nos Bernardus divina permissione Terraconæ archiepiscopus, assistentibus nobis venerabilibus patribus Roberto Barcinonensi, Petro Urgellensi, Jacobo Osten. Jasperto Valentinensi, Garcia Tirasonensi, A Roberto Girundensi, Willelmo Ilerdensi episcopis, ac procuratoribus aliorum episcoporum absentium, nec non & cathedralium ecclesiarum ac collegiatarum, & quamplurimis aliis præsentibus, sacro-sancto Terraconæ approbante concilio, statuimus, ut quicumque, instigante diabolo, per se, vel per alium, interfecerit, vel vulneraverit, vel ceperit, aut perducerit aliquem episcopum; omnibus feudis ac rebus & beneficiis, quæ ab ecclesiis quibuscumque Terraconæ provinciæ tempore sceleris obtinebit, ipso facto sit perpetuo privatus, & B per viros ecclesiis, a quibus prædicta obtinuerit, applicentur. Nec descendentes ab eodem malefactore usque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus promoveantur, nec beneficium aliquod ecclesiasticum feudale, vel aliud quodlibet in Terraconæ provincia assequatur. Et ne minus vindictæ, quam excessus memoria tanti facinoris prorogentur, adjicientes, ut si quis episcopus vel alius quicumque prælatus aliquem de C prædictis descendentibus ad aliquem ordinem promovere, vel aliquod ecclesiasticum beneficium seu quodlibet aliud eidem conferre præsumpserit; a collatione illius ordinis, quem scienter contulit, per biennium sit suspensus; & collatio ejusdem beneficii sit irrita, ipso jure, & ea vice per primum superiorem de illo beneficio ordinetur. Si vero aliquem de prælatis inferioribus episcopis, vel principalem officialem episcopi, vel canonicum ecclesiæ cathedralis ausu temerario quisquam interficere, D mutilare, vel capere præsumserit, & filii sui incurrant pœnam expressam supra ipso facto. Proviso quod ipsis feudis & possessionibus quibuscumque tantummodo sint privati, quæ ab ecclesiis, quatum personas sic læserint modo quolibet obtinebunt: hoc salvo, quod alias super hoc in canonibus continetur. Et prelatus qui tales malefactores, vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere, & cuiquam talium beneficium ecclesiasticum conferre presumserit; a collatio- E ne illius ordinis, quem scienter contulerit; per annum se noverit suspensum; & collatio hujusmodi sit irrita, ipso jure; & ea vice de beneficio per superiorem primum ordinetur. Quicumque autem de prædictis malefactoribus, vel filiis suis a quocumque episcopo scienter vel ignoranter ordines receperit, executionem non habeat ordinis suscepti, nec beneficii collatio valeat, ut est dictum, salvis tamen omnibus pœnis canonicis, quibus per hanc

ANNO CHRISTI 1319.

hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hæc autem statuta fabriter per diœcesanos episcopos Terraconæ provinciæ singulis annis in suis synodis & diœcesibus præcipimus publicari: & nihilominus hi qui prædictas pœnas incurrerint in synodis nuncientur. Datum apud Terraconem undecimo calendas aprilis, anno Domini MCCLXXXII.

XXXVII. *De perjuriis.*

Anno 1292. Nordricus in primo concilio Terraconensi celebrato idus martii, anno Domini MCCXCII.

Quamvis sit pia consideratione statutum, quod non merentur ecclesias regere, qui sunt crimine perjurii irretiti; nec vivere de patrimonio sancti Petri, qui sic irreverenter & enormiter contemserunt: attendentes quod nonnulli antiqui hostis invidia procurante, in contumeliam Redemptoris, & non modicum animarum suarum dispendium, temere violant per eos præstita juramenta: nos huic morbo damnabili & pestifero, quantum possumus, competentibus remediis obviare volentes, hac edita constitutione sancimus, ut si quis clericus famæ suæ prodigus, & proprii persecutor honoris, juramenti religionem spreverit nulla cogente necessitate, sed libero arbitrio & a voluntate contra jusjurandum a se præstitum putaverit esse veniendum, aut de hoc coram suo judice sit confessus, vel legitima probatione convictus, vel alias de præmissis constiterit evidenter, pœnam viginti morabotinorum ipso facto se noverit incurrisse, ejus ordinario absque remissione aliqua confiscandorum. Dignum est enim, ut quos Dei timor a malo non revocat, temporalis saltem coerceat severitas disciplinæ; & si solvendo par non fuerit; sic aliter reatus talium castigetur, quod pœna ipsorum ceteris auferat audaciam similia præsumendi; salvis tamen aliis omnibus pœnis canonicis, contra tales habitis, quibus per constitutionem præsentem non intendimus in aliquo derogari.

XXXVIII. *Contra excommunicatos absolutionem non petentes.*

Item, cum sit medicinalis excommunicatio, non mortalis, disciplinas non eradicans, dum is in quem lata fuerit non contemnant, hoc consultissimo statuimus A edicto, quod si clericus in quocumque ordine constitutus, canonice fuerit excommunicationis vinculo innodatus, & publice nunciatus, & negligens in absolutione petenda, per sex menses continue in excommunicatione ipsa contumaciter ex certa scientia perstiterit, quia nihil obedientia prodesse videretur similibus, si ejusdem contemptus contumacibus non obesset: si beneficium ecclesiasticum habeat, pœnam viginti morabotinorum incurrat: si beneficiatus non fuerit, pœnam decem morabotinorum præstare cogatur ærario sui ordinarii applicandorum. B Si vero propriæ salutis oblitus, per annum continuum in prædicta excommunicationis sententia perduraverit, Pharaonico animo damnabiliter obstinato: quia crescente contumacia, crescere debet & pœna, statuimus, ut quadraginta aureos suo ordinario applicandos solvere teneatur. Si vero ultra annum in excommunicatione persistit, tamdiu ab officio & omnibus beneficiis, quæ obtinet, sit eo modo suspensus, donec se absolvi fecerit, C & postea nihilominus tanto tempore, quanto post annum, ut præmittitur, in excommunicatione permanserit.

XXXIX. *Contra illos, qui ministrant sacramenta alieno parrochiano.*

Item, cum ecclesiastica sacramenta sint ministranda per proprium sacerdotem, juxta canonica instituta, sacri approbatione concilii, duximus providendum, quod nullus clericus præsumat quodcumque sacramentum ecclesiasticum alteri parrochiano aliquatenus ministrare, D absque licentia proprii rectoris, vel diœcesani, vel officialis eorumdem. Qui vero contrarium temeritate propria, quæ lege damnatur, præsumpserit attentare, pœnam decem morabotinorum diœcesi vel ordinario, cui subesse dignoscitur, solvere compellatur. Volumus tamen quod sacramentum baptismi & pœnitentiæ morientibus tempore necessitatis cogentis extremæ possit conferri, & dispensari a quolibet sacerdote, memorata pœna in aliquo non obstante.

E XL. *Contra non opponentes se archiepiscopo Toletano, & aliorum archiepiscoporum litteris.*

Item, sacro approbante concilio, statuimus, alius episcopus per Terraconam provinciam transitum faciens, crucem ante se portari fecerit, vel pallio usus fue-

ANNO CHRISTI 1319.

fuerit, vel indulgeotias dederit, quæ, sicut dicitur, fuerunt per aliquos temere attentata, si diœcesaous, in cujus diœcesi talia committuntur, non se opposuerit, & si non inhiboerit qoantum poterit modo booo; sint ab ingressu ecclesiæ, eo ipso, suspensi; & si aliquis litteris indulgentiæ aliquorum archiepiscoporum in nostra provincia usus fuerit, tamquam falsarius puoiatur.

XLI. *De falsis apostolis.*

Cum quidam, qui se dicunt apostolos, & religiosos se fingunt, sint suis exigentibus meritis per sedem apostolicam excommunicatioois vinculo innodati, & postmodum per orbem vagabondi io multis malis fueriot deprehensi; sintque periculosi homines circa fidem; volumus & etiam ordinamus, ut ubicumque inveoti fuerint, capiantur & de tota provincia expellantur.

XLII. *De quæstoribus.*

De quæstotibus autem ecclesiarum, hospitalium, vel pootium, seu aliis, duximus statueodum, quod sioe nostris vel episcoporum litteris, noo recipiantur; & tunc ad prædicationes non admittantur; sed ad expositiones ipsorum taotum, quæ in episcoporum litteris continentur: & si prædicare præsumferint, capiantur.

XLIII. *Ne clerici trahantur ad judicium sæculare.*

Tam de jore caoooieo, quam civili & libertatis ecclesiasticæ privilegium est, ot cleticus in causa civili aut matrimoniali volens etiam & consentiens, nequaquam valeat coram sæculari judice convenite: præsumunt tamen alicubi in provincia Terraconensi clerici & laici clericos super violeotiis & iojuriis, & quod est absurdius, super decimis ad sæculare judicium trahere ac temere evocare: judices etiam sæculares, falcem in alienam segetem immittentes, de causis hujusmodi inter clericos cognoscentes, captis pignoribus, aut mulcta indicta, cogunt clericos sic cooventos, & per ipsos seoteotialiter coodemoatos satisfacere, fori præscriptiooe declarandæ jurisdictioois aliquatenus non admissa. Unde cum prædicta in præjudicium vergant ecclesiasticæ libertatis: idcirco nos Rodericus permissione divina sanctæ Terraconæ ecclesiæ archiepiscopus, ap-

A probante sacto concilio, statuimus & censemus, ut cleticus & laicus, qui in criminalibus, aut civilibus temporalibus, aut spiritualibus, clericum attentaverit, coram judice sæculari, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominus clericus sic actionem temere attentatam contemnat. Sententias quoque prædictas tamquam a judice non competeoti latas decernimus juribus penitus vacuatas, consuetudine aliqua, quæ corruptela debet veracius

B nuncupari, in contrarium non obstante.

XLIV. *Ne dentur comestiones seu prandia de decimis.*

Scripturæ sacræ, patrum quoque decreta sanxeruot, a cunctis fidelibus Deo & ejus ministris decimas libere & integre persolvendas. Habet tamen quorumdam abusus, qoorum dominus venter est, ut cum decimas ad granarium ecclesiæ deferunt, sicut debent,

C comestiones seu prandia exigunt: hac de causa & quod semel seu una die possent ad granarium ecclesiæ apportare, per multas vices multosque dies decimas minutatim deferunt, ut singulis vicibus vel diebus reficiantur a rectoribus & cibentur. Cumque hoc in detrimentum & diminutionem jurium decimalium non sit dubium redundare; ideo nos Rodericus permissione divina sanctæ Terraconæ ecclesiæ archiepiscopus, approbante sacro concilio, hoc fieri prohibemus, consuetudine aliqua, quæ juri

D divino est contraria non obstante. Si quis vero, contra prohibitionem nostram hujusmodi pecuniam, comestiones, & prandia, ex hac causa exegerit, seu ptopter hoc partem decimæ subtraxerit, retinuerit, vel retineri fecerit; & admonitus per rectorem infra decem dies non satisfecerit, auctoritate præseotis constitutionis, excommunicationis sententia percellatur.

E

XLV. *De novalibus & terris Sarracenorum.*

Licet dubium verti non debeat, quod sacris canonibus est statutum: quidam tamen captantes igoorantiam affectatam, vertunt io dubium, utrum de fructibus oovalium, quæ Sarraceni in montibus aut terris dominorum christianorum faciunt, decimam ipsi Sarraceni ecclesiis solvere teneaotur. Unde nos Rodericos permissiooe divina Sanctæ Tarraco-

raconæ ecclesiæ archiepiscopus, dubitationis hujusmodi materiam amputantes, sacro approbante concilio, declarando decernimus, Sarracenos quoscumque de prædictis novalibus decimas & primitias debere ecclesiæ solvere, sicut & de fructibus aliarum possessionum quæ fuerunt chistianorum, & ad culturam eorumdem Sarracenorum postmodum pervenerint: præsertim cum de gregibus, qui in montibus & terris bujusmodi pascebantur, antequam ad culturam novalium redigantur, ab ipsis decimæ & primitiæ ecclesiis solverentur: cum res eadem propter diversitatem fructuum non debeat quoad præstationem decimarum diversa censeri.

XLVI. *De immunitate ecclesiarum.*

Rodericus in tertio concilio celebrato. Quorumdam oculos sic excæcat ambitio, ut temporalibus commodis inhiantes, plus temporali majestati, quam æternę placere studentes, libertates & immunitatem ecclesiasticam, quam ipsi renentur defendere, lædere ac minuere moliuntur, inflammando principes & potestates seculares, & universitates locorum, sive rectores eorum, eisque impendendo consilium & patrocinium, nec non ecclesiarum, a quibus beneficia recipiunr, exhibendo, & tradendo instrumenta, & alia documenta contra ipsas & personas ecclesiasticas, ipsorum homines & bona, privilegia & etiam libertates. Et idcirco cupientes, ut ecclesiæ in plenitudine juris sui & libertatis integritare lætentur, ac detestabilis malignorum audacia, & insolentium remeritas nefaria propulsetur; sacri approbatione concilii, statuimus, qnod quicumque prælati ecclesiastici, vel personæ religiosæ, vel sæculares, quorumcumque ordinis, conditionis seu status existant, palam vel occulte principes, vel sæculares potestates vel universitates locorum, aut rectores eorum, inflammaverint, vel eis consilium vel patrocinium scienter dederint, vel ecclesiarum, in quibus beneficia obtinent, absque expresso consensu sui prælati & capituli vel conventus, exhibuerint, vel alia tradiderint instrumenta, vel alia documenta, contra ipsas ecclesias, monasteria, vel loca religiosa, ant jura, vel bona, vel privilegia, immunitates eorum vel libertates, in excommunicarionis sententiam incidant ipso facto: & nihilominus beneficiis, quæ habuerint in ecclesiis vel locis, quæ sic scienter vel fraudulenter læserint, perpetuo sint privati. Et ur prædictorum maliriis obvietur, & ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur, & denegandi & dissolurionis materia subtrabatur; statuimus, ne aliqua prædictarum personarum ecclesiasticarum, quæ in sacris ordinibus sint vel fuerint constitutæ, vel beneficium ecclesiasticum obtinent, vel religiosa præsumat sequi continue aliquam sæcularem curiam, sic quod sit de familia sua, vel victum seu stipendium recipiat ab eadem, nisi sui prælati vel superioris consilio, & assensu sui capituli, vel conventus, vel majoris partis ejusdem licenria prius habita & obtenta. Si quis vero horum remerarius violaror extiterit, excommunicationis incurrat senrentiam, ipso facto. Episcopos vero proter prærogativas pontificalis officii ligari nolumus hac sententia superius ultimo lata; sed nihilominus a nobis archiepiscopo vel successoribus nostris super his petere licentiam teneantur.

XLVII. *Contra ordinarios qui ad requisitionem alterius non servant constitutiones de invasoribus.*

Sollicitat cura suscepti regiminis, ut utilitatibus subjectorum, maxime novarum constitutionum editione, maxime antiquarum innovatione, providere curemus. Sane cum constitutiones sacrorum conciliorum Terraconæ editæ, contra raptores, invasores personarum, & rerum ecclesiasticarum, & religiosorum, & hominum corumdem, ex quibus ipsorum audacia coercetur, ac bona ecclesiastica conservantur, propter quorumdam abusum & negligentiam debitum non sortiantur effectum. Cum nonnulli trepidantes, ubi trepidandum non est, cum requiruntur per locorum ordinarios, in quorum diœcesi rapina, vel violentia est commissa, ut prædictas constitutiones debeant observare, subtiliter causa diffugii in tantum indagare & inquirere an præfatæ constitutiones vendicent sibi locum in his partes judicis, cum potius ur meri executores deberent procedere, assumentes. Et idcirco quia parum est condere jura, nisi esset qui ea rueretur; prædictas constitutiones approbantes, & confirmantes, sacro approbante concilio, statuimus, quod quandocumque aliquis episcopus, vel ejus officialis, vel ejus vices gerens, per nos vel officialem nostrum, vel per alium episcopum, vel ejus officialem, seu vices ejus gerentem no-

nostræ provinciæ, qui per litteras suas significaverit se servare constitutiones prædictas contra illum contra quem petit ipsas constitutiones servari fuerit requisitus, ut denunciet eum excommunicatum juxta memoratas constitutiones, eas servet & faciat observari, & talem mandet denunciari excommunicatum, ipsas constitutiones sine alia cognitione & inquisitione statim vel infra triduum die, qua talis requisitio facta fuerit, minime computata, & in sua diœcesi requisitus prius fuerit, vel in loco, quo infra dictum tempus hæc valeat adimplere, alias, quam cito comode poterit, considerata locorum distantia, observet & mandet observari, omni appellatione & exceptione cessante. Sed si præmissa contemserit, ut prædicitur, adimplere, tamdiu ingressum ecclesiæ sibi noverit interdictum, donec ipsas constitutiones observet & mandet observari. Ex quo autem dictas constitutiones fecerit vel mandaverit observari, extunc ipso facto Interdictum prædictum absque relatione alia penitus sit sublatum: hoc autem proviso, quod propter juris ordinem non servatum processus per ordinarium vel ejus officialem habitus seu facta denunciatio nullatenus revocetur, cum multis crassantibus opus sit exemplo juxta canonicas & legitimas sanctiones.

XLVIII.

Item, quia non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat, sacro approbante concilio, statuimus, omnes personas cujuscumque status vel conditionis existant, quæ ex præfatis constitutionibus commodum recipiunt, subjacere & esse subjectas ipsis constitutionibus, si deliquerint in his, quæ in ipsis constitutionibus continentur: & contra tales personas juxta tenorem ipsarum constitutionum esse rigide procedendum. Salvis constitutionibus sacrorum conciliorum Terraconensium in favorem episcoporum factis, quibus statutum est, quod episcopi hujusmodi constitutionibus contra raptores & invasores rerum ecclesiasticarum editis non ligentur.

XLIX. *Contra interficientes prælatos, canonicos, templarios, & invadentes loca religiosorum.*

Officii nostri debitum circa dispendia, quæ per nonnullos ecclesiis, & personis ecclesiasticis, & ceteris hominibus, & rebus indebite inferuntur, deliberatione provida erigentes, salubris remedii appositione talium temeritatem duximus puniendam. Et idcirco, sacri approbatione concilii, confirmantes omnes constitutiones per prædecessores nostros editas, & specialiter contra raptores & invasores personarum & rerum ecclesiasticarum, addendo, eisdem statuimus, quod quicumque de cetero in prælatum aut canonicum ecclesiæ cathedralis, vel ecclesiæ collegiatæ, vel clericum, qui vocem habeant in communibus tractatibus capituli ecclesiæ cathedralis, vel in commendatorem militiæ templi vel hospitalis sancti Joannis Jerosolymitani manus injecerit temere violentas, vel terram vel loca prælatorum, ecclesiarum, vel templariorum, vel hospitaliorum, vel aliorum locorum religiosorum cum exercitu invaserit, arbores cedendo vel tailliando, aut ignem immitendo, aut grave damnum aliter irrogando, præter sententiam excommunicationis, quam ex tali delicto se noverit incurrisse, & ultra alias pœnas contra talia statuta, ubicumque ipse fuerit, cessetur penitus a divinis, & quicumque cum exercitu terram prælatorum, vel ecclesiarum, vel locorum religiosorum invaserint, ut est dictum, & moniti infra mensem non satisfecerint, omnibus feudis, quæ ab ecclesiis, vel personis, vel locis religiosis tenebunt, qui sic læserint perpetuo sint privati, salvis omnibus aliis pœnis contra tales statutis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari.

L. *De beuragiis & * berendis.*

* *f. prandiis.*

In nonnullis Terraconensis provinciæ vel diœcesis ecclesiis sic avida gulositas quorumdam laicorum animos excæcavit, quod certis anni temporibus parrochiani dictarum ecclesiarum ab abbatibus, vicariis, seu rectoribus earumdem, certa prandia, comestiones, pastus, potationes, seu beuragia exigere, quasi ex debito non formidant. Et ipsos rectores, vicarios, seu abbates, ad ea juxta abusum exhibenda per subtractionem & retractionem decimarum & aliorum jurium ecclesiasticorum alias inverecunde compellere non verentur. Aliqui autem ex laicis supradictis, una die cujuslibet septimanæ, qui ex debito volunt comedere cum rectore, vicario, seu abbate, & ultra comestionem habere & exigere aliquam pecuniam ab eisdem, ita per totum anni circulum continue facientes, quo usque omnes parrochiani cum eis comederint, & certum quid habuerint ab eisdem. Post quæ, inquam, & repetunt illud idem; suntque alii laici ex prædictis, qui solem-

ANNO CHRISTI 1319.

lemnibus diebus Natalis Domini, Pascbæ & Pentecostes immediate post communionem & receptionem sacrati Corporis JESU-CHRISTI, quod cum humilitate & devotione recipere tenentur, & aliquibus anni temporibus, quasi ex debito exigunt implere ab ecclesiis, abbatibus, vicariis, rectoribus vini certum ex abusu hujusmodi vel etiam juxta votum: adeo quod interdum X. vel XV. onera in potationibus hujusmodi expenduntur, propter quæ ingurgitationes, ebrietates & comessationes indebitæ committuntur, & multoties mortes & vulnera sunt hactenus subsecuta. Quamplurimi etiam ex laicis antedictis tempore, quo primitiarum ac decimarum granaria dividunrur, non permittunt per illos, ad quos dictæ decimæ & primitię bladi pertinent, portari libere dictum bladum suis propriis animalibus, vel etiam alienis, nisi pro apportaturis præfati bladi in duplo vel triplo, quo alii portarent, necessario eis detur. Nonnulli etiam, qui juxta laicorum consuetudinem ad horrea ecclesiarum bladum decimarum & primitiarum deferunt, & die, qua portant, cibantur ab ecclesiis, vicariis, seu rectoribus eorum, qui per multas vices, multosque dies excogitata malitia deferunt minutatim quas portare poterunt una die, ut singulis diebus vel vicibus reficiantur ab ipsis ecclesiis, & earum rectoribus, ac cibentur; constitutione nostra, quæ hoc prohibet, non obstante. Alii vero laici cum subsidia ex certis causis portionariis, vicariis, seu clericis ipsorum laicorum consanguineis, affinibus, seu amicis, per locorum ordinarios vel nuntios seu legatos sedis apostolicæ imponuntur: vel cum ipsis portionariis, vel vicariis, seu clericis beneficiatis in ecclesiis prælibatis, per ipsos rectores, seu abbates, vel eorum gerentes vices, ex eo quod servitium ecclesiæ non faciunt, ut tenentur, vel alia causa justa, licita & honesta, interdum ad tempus suorum beneficiorum fructus forsitan subtrahunt. Ad requisitionem, suasionem, seu monitum hujusmodi clericorum occulte retinent sibi decimas, & alia jura ecclesiastica; & portionariis seu clericis memoratis tribuunt, propter quod negligentia dictorum portionariorum clericorum & aliorum circa divinum officium remanet impunita, & de alieno solvant, qnod de suo proprio solvere tenebantur: & dicti laici nihilominus participes sunt in furto, allegantes omnes prædicti & singuli ad excusandas excusationes in peccatis, qnod consuetudines observant absqne usu. Nos igitur volentes ex debito nostri officii ecclesiarum indemnitatibus providere, ac malitiis, usurpationibus, & morbis hujusmodi obviare, sacro approbante concilio, statuimus, consuetudines, observantias absque usu, corruptelas, & abusus penitus repugnantes etiam judicantes, prædicta omnia & singula deinceps fieri omnino probibemus; cum non sit dubium, ea esse contra bonos mores, & canonicas sanctiones, & in gravamen jurium ecclesiarum & ecclesiasticæ libertatis. Et nihilominus quia parum proficit jura condere, nisi pœna transgressoribus imponatur, monitiones in omnes & singulos qui prædicta prandia, comestiones, sen pastus, potationes, seu alia beuragia, & alia prædicta, seu aliqua de eisdem exegerint enm effectu; & qui exactionibus memoratis, vel aliqua earumdem, de decimis vel primitiis & aliis juribus ecclesiasticis aliquid sibi scienter retinuerint, vel per alios procuraverint aut consenserint retineri, excommunicationis sententiam promulgamus. In locis vero, in quibus universitas in his culpabilis extiterit, cessetur penitus a divinis sub pœna excommunicationis. Abbatibus, rectoribus, vicariis, & aliis ecclesiasticis personis interdicentes & prohibentes expresse, quod dictis laicis, vel eorum alicui, comestiones & pastus, potationes & beuragia, vel aliquid aliud, ex causis seu occasionibus supradictis non dent, nec dari faciant, vel permittant, si alias pœnas canonicas voluerint evitare.

LI. *De cessationibus a divinis servetur constitutio.*

Item, cum in quibusdam constitutionibus sacrorum conciliorum Terraconensium sit cautum, quod in certis casibus debeat cessari penitus a divinis: sacri approbatione concilii, declaramus prædictam cessationem debere fieri prout tempore generalis interdicti per constitutionem sanctissimi patri domini Bonifacii papæ VIII. quæ incipit, *Alma mater*, & per alias constitutiones canonicas est statutum.

LII. *Contra celantes instrumenta ecclesiæ Terraconæ.*

Rodericus in quarto concilio anno Domini .... Quoniam pontificalem decet solertiam rerum ecclesiarum ita curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut ecclesiastica libertas incor-

rupta

rupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus: idcirco nos Rodericus miseratione divina sanctæ Terraconæ ecclesiæ archiepiscopus, in præfata ecclesia sacrum provinciale concilium celebrantes, callidis quorumdam machinationibus obviantes, qui privilegia, instrumenta, & alia ecclesiastica munimenta, ad nos & nostram Terraconæ ecclesiam pertinentes, reddere & restituere contradicunt, sacri approbatione concilii, statuimus, quod quæcumque persona religiosa vel sæcularis, cujuscumque gradus seu conditionis existat, de cetero fraudulenter celare, vel supprimere præsumserit hujusmodi privilegia, instrumenta, vel aliqua ecclesiastica munimenta; & infra spatium quindecim dierum, postquam certi sunt ea ad nos & nostram Terraconæ ecclesiam pertinere, ea nobis reddere seu restituere malitiose contemserint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto: a qua absolvi non possint, nisi prius satisfecerint de præmissis.

LIII. *Ut abbates veniant ad concilia.*

Item, cum aliqui abbates, priores, & alii prælati collegiatarum ecclesiarum nostræ provinciæ Terraconæ non venerint ad præsens concilium, licet per nostras litteras mandatum fuerit venerabilibus fratribus episcopis suffraganeis nostris, quod prædictis abbatibus, prioribus, & prælatis præciperent, & alias ut ad præsens concilium venirent: idcirco præcipimus præfatis episcopis in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus de cetero prædictos abbates, priores & prælatos, in suis diœcesibus constitutos compellant venire ad talia concilia, quæ per nos vel successores nostros celebranda fuerint, Domino annuente. Illos vero, qui ad dicta concilia non venerint, juvari volumus constitutionibus, quæ in prædictis conciliis fuerunt celebratæ, nisi qui venire non possent, impedimentis canonicis fuerint impediti, vel justas causas ostenderint, quibus ad dicta concilia venire minime teneantur. Contradixerunt episcopus Gerundensis & procuratores capituli Gerundensis, asserentes prædictos abbates non teneri venire de jure vel consuetudine ad concilium supradictum.

LIV. *De abbatibus usurpantibus jurisdictionem episcoporum.*

Cum nonnulli abbates provinciæ Terraconensis usurpando jurisdictionem episcoporum provinciæ Terraconensis clericos ordinandos præsentent per suas litteras aliis episcopis, episcoporum, ad quos pertinet dictorum clericorum ordinatio, licentia minime requisita; cognoscant etiam vel cognosci faciant, de causis matrimonialibus in civitatibus & diœcesibus prædictorum episcoporum & aliter usurpent ipsorum episcoporum jurisdictionem, aliaque faciant, quæ ad ordinem pontificalem pertinere noscuntur: Mandamus universis episcopis suffraganeis nostris, quod ad præsentationem dictorum abbatum, vel inferiorum prælatorum, nullum clericum ordinent, donec fidem fecerint, quod ex privilegio sedis apostolicæ hoc sibi specialiter sit indultum; & quod sententias excommunicationis per ipsos episcopos vel eorum officiales latas & ferendas contra impedientes & usurpantes jurisdictionem ipsorum episcoporum observent, & faciant inviolabiliter observari.

LV. *De executionibus testamentorum.*

Periculosæ negligentiæ perversæque heredum malitiæ defunctorum, & eorumdem ultimarum voluntatum executorum occurrere cupientes, & ut piæ voluntates defunctorum effectum debitum sortiantur; Nos Rodericus, divina miseratione sanctæ Terraconæ ecclesiæ archiepiscopus, sacro approbante concilio, statuimus, ut tam nos & successores nostri, quam venerabiles fratres episcopi provinciæ Terraconæ, & eorum successores visitationis officium exercentes, vel aliter quantumcumque nobis vel eis videbitur expedire, possimus maxime super executionibus testamentorum & potissime circa relicta ad pia causas inquirere & procedere ex mero & puro officio, absque libelli oblatione & litis contestatione, & absque strepitu & figura judicii simpliciter & de plano, ipsaque negotia, veritate cognita, decidentes, voluntates ultimas defunctorum executioni debitæ demandare, cum nihil tantum hominibus debeatur, quam ut extremæ voluntatis liber sit stylus & liberum quod postea non redit arbitrium; eademque forma possit servari supra decimarum restitutionibus faciendis, & licet hæc fuissent jam a jure permissa, quod præsens statutum non tantum futura negotia, sed & præterita, & adhuc pendentia complectatur.

LVI.

ANNO CHRISTI 1329.

LVI. *Contra rectores ecclesiarum non celebrantes.*

Anno 1307. Guillermus in Concilio Terraconensi nonas februarii anno Domini millesimo trecentesimo septimo. (*a*)

Plerique parrochialium ecclesiarum rectores provinciæ Terraconæ, quamvis metu pœnæ, cum alias essent privati eisdem ecclesiis ipso jure, diu est ad sacerdotium promoti fuerint infra tempus a canonibus præfinitum: nnmquam tamen missas in ipsis ecclesiis vel alibi celebraverint, nec quod celebrare non possent impedimentnm aliquod allegarunt, fraudem prædictis canonibus facientes, qui pro eelebranda missa statuerunt principaliter eos debere ad sacerdotium promoveri. Nec attendentes naturæ & rationi esse consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur. Idcirco nos GUILLERMUS miseratione divina sanctæ Terraconæ ecclesiæ archiepiscopus, apud Terraeonam provinciale coneilium eelebrantes, statuimus, eodem concilio approbante, quod omnes prædicti rectores ad sacerdotium jam promoti missam celebrent infra tres menses proximo subsequentes; & qui de cetero ad sacerdotium promovebuntur, infra alios tres menses, a tempore quo promoti fuerint computandos: alioquin a receptione fructuum dictarum eeclesiarum, qui per ordinarios in ecclesiarum ipsarum necessariis convertantur, auctoritate præsentis statuti, noverint se suspensos, nisi justo impedimento detenti, probaverint quod ex culpa non provenerit eorumdem: de quo infra dictos tres menses proprio episcopo fidem facere teneantur, de consilio ejusdem episcopi duxerint abstinendum. Et quia generale concilium graviter reprehendit juniores etiam clericos, & prælatos, qui vix celebrant quater in anno; statuimus, quod ipsi rectores, & omnes alii prædicti missas celebrent ut frequentius poterunt commode & honeste: ita quod circa missarum eelebrationem quæ incumbit ex officio, non possint notari negligentes seu nimium delicati. Cui constitutioni totum concilium consensit, & eam approbavit.

ANNO CHRISTI 1329.

LVII. *Ne legata fratribus Minoribus, quæ ipsi tenere non possint, distribuantur per ordinarios.*

Cum in omnibus piis volnntatibus defunctorum sit per episcopos providendum, præcepimus universis episcopis provinciæ Terraconæ, quod quilibet in suis eivitate & diœcesi quædam donata & assignata seu legata fratribus Minoribus, seu eorum ordini, pro anniversariis faciendis seu missis celebrandis, vel alias, quæ ipsis fratribns secundum eumdem ordinem, regulam, & professionem, non licet recipere seu babere, & quæ ipsi fratres ex superioris præcepto extra manum suam posuerint vel ponere debuerint, cujuscumque & per qnoscumque detineantur, convertere studeant cum beredum defunctorum, qui prædicta dederint, assignaverint, seu legaverint, consilio, in anniversaria in aliis locis faeienda, vel missas celebrandas, vel alia pietatis opera voluntates ipsorum defunctorum, in qnibus observari commode poterunt, observando.

LVIII. *De rebus ecclesiæ non alienandis.*

Q..... nus in primo eoncilio celebrato Terraconæ anno Domini 1317. volentes ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, quod aliquis prælatus vel clericus, cujuscumque status vel conditionis existat, bonum dignitatis vel etiam beneficii sui obligare, snb sigillo regio non præsumat; & qui contra fecerit, eo ipso excommnnicationis sententiæ ipsum decernimus subjacere.

LIX. *Ut canonici vel clerici beneficiati debeant communicare ter in anno.*

Item, cum clerici exemplum & formam esse debeant laicorum, statuimus, & sub virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quod omnes canonici cathedralinm & collegiatarum ecclesiarum, & alii cleriei beneficiati, qui sacerdotes non fuerint, saltem communieent ter in anno, nisi ex causa de licentia proprii confessoris ea vice duxerint abstinendnm. Rectores vero ecclesiarum & alii in sacerdotio constituti ad minus celebrent ter in anno.

LX. *Con-*

(*a*) Aliud anno 1310. celebravit idem Guilielmus concilium in causa Templariorum, de quo videndus est Aquirius c. 3. concil. Hisp. p. 546.

ANNO CHRISTI 1329.

LX. *Contra diffidantes clericos, prelatos, & personas ecclesiasticas.*

Quoniam in secundo concilio celebrato Terraconæ VIII. cal. Feb. anno MCCCXXIII, prædecessorum nostrorum, qui condemnaverint diffidari prælatos, & personas ecclesiasticas, vestigiis inhærentes, sacro approbante concilio, statuimus, ut si quis deinceps cujuscumque status vel conditionis existens, diffidaverit seu... seu.... fecerit aut procuraverit publice vel occulte archiepiscopum, aut episcopum, vel eorum officiales, vel prælatum, aut religiosum, vel alium clericum beneficiatum, in sacris ordinibus constitutum, seu prædictorum occasione homines & loca eorum administrationi commissa, sive in hoc scienter dederit auxilium, consilium vel favorem; ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat, & denuntietur excommunicatus quotidie, si in excommunicatione perstiterit, pulsatis campanis, & candelis extinctis. Nihilominus terra, seu loca, aut castra ipsius, si quæ habuerit, eo ipso subjaceant ecclesiastico interdicto. A qua sententia nullatenus absolvatur, nec interdictum ipsum relaxetur, donec de injuria & damnis propterea irrogatis satisfecerit competenter. Et si clericus cujuscumque status vel conditionis existens, aut religiosus in his deliquerit, si beneficium ecclesiasticum vel administrationem obtineat, præter pœnas prædictas, a beneficiis omnibus & administratione sit eo ipso privatus. Si vero beneficiatus non fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, donec secum super hoc per sedem apostolicam fuerit dispensatum.

LXI.

Ecclesiastica jurisdictio a seculari distincta esse dignoscitur, & una per alteram impediri non debet, sed potius juvari: quia vero nonnulli sæculares judices statuta canonum circa hæc edita contemnentes, clericos & alias personas ecclesiasticas super rebus suis & causis injuriose coram se compellunt in judicio litigare, & alias personas recurrentes ad ecclesiasticum forum; super causis, quæ ad eumdem forum ecclesiasticum de jure vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur, ad desistendum compellunt, sacro approbante concilio, statuimus & universis prælatis in virtute A sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus statutum felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. quod incipit *Quoniam ut intelleximus*, in suis episcopalibus synodis, ac ecclesiis suarum diœcesum, ubi expedire viderint, faciant publicari..... judices excommunicatos publice nuntiari.

JOANNES patriarcha Alexandrinus.

B De administratione ecclesiæ Terraconæ in primo concilio per eum celebrato Terraconæ, anno Domini M.CCCXXIX.

LXII. *Quod Sarraceni non proclament publice vel extollant nomen Mahometi.*

Quamvis circa multa vigilare debeat sollicitudo officii pastoralis, ferventiori tamen zelo ipsam ad ea convenit propensius excitari, quæ in divini nominis opprobrium vergere dignoscuntur. Hinc est, C quod cum in Viennensi generali concilio provide fuerit ordinatum, & principibus christianis sub obtestatione divini officii mandatum, ut a terris suis abominabilem auferrent abusum, quod Sarraceni eisdem subjecti alta voce invocabant nomen perfidi Mahometi, cui sanctæ constitutioni, licet dominus rex paruerit, sicut princeps catholicus & fidelis; tamen quidam in nostra provincia Terraconæ, quæ sua sunt quærentes, non quæ JESU-CHRISTI, prædictam prohibitionem minime servaverunt. Cum...; D adhuc in eorum locis jam dicta sit sacrilega invocatio, sicut prius, in divinæ majestatis offensam, & animarum suarum grave periculum & jacturam. Quapropter non volentes tantam Dei offensam & ecclesiæ tolerare, cum juxta ecclesiasticas sanctiones peccatum paganimitatis incurrat, qui se christianum asserens sedi apostolicæ obedire contemserit, sacro approbante concilio, prædictos omnes dominos temporales Sarracenorum.... obtinentes, cujuscumque status E vel conditionis existant, monemus, & eisdem injungimus, ut infra duos menses a publicatione præsentis constitutionis continuo numerandos, prohibeant & prohiberi faciant, ne talis nefanda professio & proclamatio in locis eorum fiat: alioquin quia faciens culpam habet, quicumque, dum possit, manifeste facinori desinit obviare, excommunicationis sententiæ se noverit subjacere, & eorum terra seu loca, quæ in illa babent diœ-

diœcesi, in qua fiet proclamatio supradicta suppofita ecclefiaftico interdicto, a qua fententia nequaquam abfolvantur, nec interdictum relaxetur, donec prædicta fieri prohibuerint cum effectu. Monemus infuper & hortamur in Domino præfatum dominum regem & quofcumque alios dominos temporales noftræ provinciæ, ut ad divinam reverentiam, & ut ex hoc etiam æternæ præmia beatitudinis confequantur, prohibeant Judæis & Sarracenis fub eorum dominio fimul cum chriftianis degentibus, ne diebus dominicis & feftivis, quibus a fervilibus operibus abftinent chriftiani, in plateis, vicis, aut aliis locis publicis, fervilia, feu mechanica opera coram chriftianis publice operentur.

LXIII. *De fynodo annis fingulis celebranda.*

Ad memoriam reducentes ftatuta patrum, in quibus præcipitur, ut femel in anno per epifcopos fynodalia concilia celebrentur, & fuper hoc reperimus aliquos epifcopos noftræ provinciæ negligentes: facro approbante concilio, ftatuimus, & in virtute fanctæ obedientiæ fuffraganeis noftris præcipimus, ut fingulis annis per fe vel per idoneos viros, fi ex caufa neceffaria fuerint præpediti, dicta concilia fynodalia habeant celebrare.

LXIV. *De clericis concubinariis & in fuis ecclefiis non refidentibus.*

Quoniam, tefte fcriptura, mundos & fedulos effe conveniat, qui Domini ferunt vafa: ideo facro approbante concilio, ordinamus, ut contra clericos concubinarios, præfertim publicos, eorumque concubinas, & rectores ecclefiarum in fuis non refidentes ecclefiis, epifcopi in vifitationibus, quas femel in anno fieri præcipimus, feu alias fic procedant juxta canonica feu fynodalia inftituta, ne peccatum eorum proprium facere videantur.

LXV. *De ornamentis ecclefiafticis munde tenendis.*

Ut per corporalem munditiam fpiritalis defignetur, præcipimus, quod clerici, quibus hoc ex officio competit, ecclefias, altaria, veftimenta, & alia ecclefiaftica ornamenta, munda teneant, lavent corporalia, & hoftias faciant per feipfos, vel per clericos eas fieri faciant. Contra vero facientes pœnam viginti folidorum folvendorum monetæ, committendam in ornamenta ipfius ecclefiæ, fine remiffione aliqua, fe noverint incurriffe.

LXVI. *De laicis parrochiales ecclefias detinentibus.*

Quia in aliquibus locis noftræ provinciæ laici parrochiales ecclefias occafione juris patronatus, quod in eis fe habere afferunt, vel alias detinent occupatas: monemus hujufmodi laicos, ut infra duos menfes, dictas ecclefias omnino dimittant, per locorum ordinarios feu alios ad quos pertinet libere difponendas. Alioquin tam illi, qui nunc dictas ecclefias detinent, quam qui poftea præfumferint detinere, noverint fe excommunicationis fententiæ fubjacere, non obftante confuetudine aliqua, quæ dicenda eft potius corruptela. Per hoc autem nolumus habentibus jus patronatus in jure præfentandi in aliquo derogare.

LXVII. *Ut conftitutio* Omnis utrinfque fexus *fervetur.*

Ne circa ea, quæ funt de neceffitate falutis periculofa ignorantia allegetur, præcipimus ecclefiarum rectoribus, & eorum loca tenentibus, nt in divinis quater in anno exponant parrochianis fuis, qualirer juxta ftatutum concilii generalis quilibet, ex quo ad annos difcretionis, mafculus videlicet ad XIV., femina vero ad XII. pervenerint; tenentur femel faltem in anno omnia fua peccata fideliter confiteri, & recipere ad minus in fefto pafchæ Euchariftiæ facramentum, nifi de licentia confefforis ad tempus dnxerit abftinendum. Aliter vivens ab ingreffu ecclefiæ arceatur, & moriens fepultura ecclefiaftica careat.

LXVIII. *De duabus perfonis mittendis ad ftudium.*

Quia viris litteratis ecclefia in fuis actibus nofcitur indigere; prædecefforum noftrorum fequentes veftigia, provide duximus ftatuendum, quod de qualibet ecclefia cathedrali per epifcopum & capitulum, duæ perfonæ docibiles ad theologiæ vel juris canonici ftudium tranfmittantur: & cum per tempus fufficiens ad mittentinm arbitrium ftuduerint in altera de dictis fcientiis, ad ecclefiam propriam revocentur, & duæ aliæ ad dictum ftudium deftinentur, non obftan-

te contraria consuetudine vel statuto. Qui sic mittere personas prædictas cessaverit per sex menses; extunc ea vice potestas eligendi & mittendi easdem ad nos & successores nostros Terraconæ archiepiscopos devolvatur: & idem in aliis conventualibus ecclesiis nostræ provinciæ, ubi ad minus sint decem personæ tamquam collegium, ut habeant prælatum, præcipimus observari; salvis constitutionibus seu consuetudinibus ecclesiarum, in quibus hæc missio ad episcopum tantum dignoscitur pertinere: ita tamen quod si episcopus infra dictum tempus negligens fuerit, ad nos missio hujusmodi, ut prædicitur, devolvatur. Personæ vero prædictæ in dicto studio existentes, omnia ea, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipiant quæ perciperent, si in eisdem ecclesiis personaliter residerent.

LXIX. *De ferculis dandis in prandio & eorum excessibus.*

Item, statuimus, quod nos, vel aliquis episcopus, seu prælatus, aut quicumque alius clericus, non donet in uno prandio seu comestione nisi duo genera carnium; & in altero de uno dumtaxat: in quibus tamen carnes salsæ minime computentur. In diebus vero jejunii dari tria fercula, & non ultra.

LXX. *Pro quibus prohibentur presbyteri.*

Presbyter cum proprio filio spurio missam non audeat celebrare, nec ipse vel alius calices, vestimenta vel apparamenta alia divino cultui deputata Judæo vendere, vel pignorare, vel aptanda seu reficienda tradere, quacumque ex causa præsumat.

LXXI. *Ut canonicus vel clericus pro negotiis ecclesiæ absens recipiat ut præsens canonicam portionem.*

Canonicus seu clericus de capitulo ecclesiæ cathedralis per episcopum vel capitulum pro negotiis missus ecclesiæ recipiat, ac si præsens esset, canonicam portionem.

LXXII.

Ad vitandum detestandum & detestabile blasphemiæ vitium contra Deum & sanctos ejus, decretalem super hoc A editam, quæ incipit *statuimus*, Extra *de maledictis*, districte præcipimus observari: & ne ad excusandas excusationes in peccatis ignorantia allegari contingat; mandamus rectoribus ecclesiarum, & earum loca tenentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, quod dictam decretalem in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes & Assumtionis beatæ MARIÆ, & principalium altarium suarum ecclesiarum annuatim populo publicent & exponant. B Hortamur & quoscumque dominos temporales, & prædictos rectores, & eorum loca tenentes, in parrochiis suis hortari mandamus, quicumque tamquam honoris Dei & sanctorum suorum fervidi zelatores existant, ut pro ecclesia æternæ beatitudinis præmia consequantur, eamdem decretalem in locis suis faciant observari. Et insuper contra blasphemos hujusmodi, nec non jurantes per caput, ventrem vel alia membra Dei; vel beatæ Virginis matris ejus, aut aliquorum sanctorum, per statuta C pœnalia citra tamen vindictam sanguinis, sic studeant providere, ut de locis suis dicta vitia extirpentur. Decet namque, ut qui volunt gloriari nomine christiano, non debeant talia patienter, vel sub dissimulatione audire, sed ea cum dicuntur, penitus cohibere. Clerici namque, qui culpabiles reperti fuerint in præmissis, sic per suos ordinarios puniantur, quod eorum pœna sit aliis in exemplum.

D

LXXIII.

Constitutionem olim editam in provinciali concilio Terraconæ per beatæ memoriæ dominum JOANNEM patriarcham Alexandriæ, & administratorem ecclesiæ Terraconæ, qua cavetur ne clericus beneficiatus pro laicis contra clericos advocatus vel procurator existat; ad religiosos quoscumque; ita quod non recipiant procurationis vel advocationis officium contra clericos, vel alios religiosos, seu personas quascumque eccleE siasticas, vel beneficiati clerici contra eos, ducimus extendendam.

LXXIV. *Ut constitutio contra invasores servetur, ex quo scitur in locis vicinis servari.*

Cum affectata ignorantia maxime in viris ecclesiasticis reprobetur, præsenti constitutione sancimus, quod cum rector aliquis seu vicarius provinciæ Terraconæ in

ANNO CHRISTI 1318.

in cathedrali vel collegiali ecclesiis ad mandatum sui episcopi vel officialis ejusdem sciverit contra personas aliquas constitutiones sacri concilii Terraconae, per quas a divinis cessatio indicatur, observari: ita quod ipsis personis praesentibus cessetur inibi a divinis, in sua ecclesia & parochia eas servet, & ipsis personis praesentibus, non expectato mandato alio, cesset similiter a divinis. Si contrarium fecerit, ipsum in illas poenas incidere declaramus, in quas incideret, si mandatum hujusmodi habuisset.

LXXV. *Ut nullus christianus nuptiis seu circumcisionibus Judaeorum vel Saracenorum intersit.*

Abusus quidam abominabilis nomini christiano in locis aliquibus Terraconae provinciae inolevit, quod christiani aliqui Judaeorum vel Sarracenorum nuptiis, circumcisionibus, vel sepulturis interesse praesumunt, causa honorandi eosdem, & in ipsorum ex causis praemissis conviviis comedere cum eis non verentur, ac in dictis circumcisionibus paternitatis vinculum, quod nefas est dicere, contrahere cum eisdem. Nos igitur volentes abusum hujusmodi de nostra provincia exstirpare, praedicta & quodlibet praedictorum fieri de cetero prohibemus. Si quis vero contra hanc prohibitionem fecerit, excommunicationis sententiae se noverit subjacere.

LXXVI. *De modo visitandi, praelatis quibus competit ex officio visitare.*

Districte praecipimus, ut visitationis officium exercentes, statuta canonica super hoc edita diligenter observent, & ab ecclesiis, quarum omnes redditus & proventus sunt necessarii pro servitio earum, procurationem non exigant; sed gratis teneantur visitare easdem. Ille insuper, qui pro nobis vel aliquo visitabit, numerum evectionum taxatum archidiaconis non excedat, & tam ipse, quam archidiaconus quicumque, cui ex officio competit visitare, & pecuniam pro procuratione sua in casu concesso a jure recipere voluerint, recipiant quatuor solidos Mareh. vel tres solidos Jaccend. pro qualibet evectionum, quas duxerit, & non ultra. Et si evectiones ultra praedictum numerum ad expensas ecclesiarum, quasi visitabunt, duxerint, vel ultra praedictam quantitatem, pro unaquaque evectionum in pecunia receperint, praeter alias poenas a jure statutas, ab officio visitationis, donec duplum eis quod contra praesens statutum expenderint vel receperint, ecclesiis sic gravatis restituerint cum effectu, noverint se suspensos, nulla eis remissione, liberalitate seu gratia profutura. Praecipimus etiam archidiaconis & aliis visitantibus, ne venentur, nec aves, nec canes venaticos ducere praesumant, contra canonum instituta.

LXXVII. *De cappis portandis ad divina officia.*

Item, statuimus quod archiepiscopi, aut episcopi, & alii praelati, ac canonici cathedralium vel collegiatarum ecclesiarum saecularium vel regularium, infra ecclesias suas, vel claustra, ad divina officia, & processiones a festo omnium sanctorum usque ad sabbatum Paschae deferant cappas nigras, exceptis diebus, quibus cappis sericis solent uti. Alioquin in choro superiori seu majori non sedeant, nec in processionibus inter cappatos incedant, sed eos praecedere teneantur.

LXXVIII. *De his, qui per potentiam volunt ecclesiastica beneficia obtinere.*

Item, statuimus, ut clerici saeculares vel regulares, qui per potentiam vel impressionem cujuscumque saecularis personae se per patronos ad ecclesiastica beneficia procuraverint praesentari, aut sibi conferri, provideri, vel eligi ad eadem, aut ad haec litteras, vel mandatum impetraverint, aut fecerint impetrari, seu tali praesentationi, collationi, provisioni vel electioni consenserint, aut ratam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso se noverint incurrisse, & inhabiles fiant ad obtinenda beneficia dicta.

LXXIX. *Ut causae matrimoniales non audiantur, nisi in locis insignibus, & per illos, qui statuta canonum non ignorant.*

Ut animarum periculum evitetur, statuendo praecipimus in virtute sanctae obedientiae universis episcopis nostrae provinciae, ne causas matrimoniales ad eorum forum spectantes, sub generali vel speciali commissione audiri, vel decidi permittant, nisi per illos, qui statuta canonum non ignorant, & peritiam habeant judicandi: & in civitatibus vel locis insignibus, ubi haberi possit copia peritorum. Aliter processus sit irritus & inanis. Per hoc tamen receptionem testium extra dicta loca, ubi oportuerit, non intendimus prohibere.

LXXX.

LXXX. *Ut in diebus jejunii non comedant carnes.*

Huic morbo congram cupientes afferre medelam, sacro approbante concilio, prohibemus districtius sub pœna excommunicationis & maledictionis æternæ, ne aliquis cujuscumque status vel conditionis existat, in jejuniis per ecclesiam indictis, & præcipue in quadragesima carnes comedat, nisi necessitate cogente: & tunc etiam in absconso. B Confessores autem religiosi vel sæculares, qui præterquam in casu necessitatis urgentis licentiam alicui dederint carnes dictis jejuniis comedendi, graviori subjaceant disciplinæ.

LXXXI. *De celebratione missarum.*

Quia nonnulli minus provide attendentes, quod propter officium sunt beneficia ecclesiastica instituta, vix vel numquam missam celebrant in ecclesiis, quas obtinent, seu in quibus institutæ sunt C dignitates vel beneficia, quorum ratione celebrare tenentur; iden sacri approbatione concilii, præcipimus statuentes, ut omnes & singuli parochialium ecclesiarum rectores, & quivis alii dignitates vel beneficia, quocumque censeatur nomine, nunc vel in posterum obtinentes, quorum ratione missas celebrare tenentur, in ipsis ecclesiis & altatibus, in quibus sunt hujusmodi dignitates vel beneficia, decies saltem in anno missas celebrent, nisi absentia vel causa justa ad arbitrium diœcesani proprii eos reddat probabiliter excusatos. D Quisquis autem hujusmodi salutaris statuti temerarius violator extiterit, a perceptione fructuum & proventuum ecclesiæ, dignitatis, vel beneficii hujusmodi, donec decies, ut prædicitur, celebrando moram purgaverit, noverit se suspensum: qui per diœcesanum ipsum in utilitatem ipsius ecclesiæ, dignitatis, vel beneficii penitus convertantur.

LXXXII. *De qualitate ordinandorum.*

Quoniam illi sunt ad honores ecclesiasticos promovendi, qui moribus, ætate & scientia pollere noscuntur; statuimus prohibentes, ne ad sacros promoveantur ordines, nisi personæ quæ grammaticam sciant, seu latinis verbis loqui valeant competenter: illi vero ad quos ratione dignitatum vel personatuum, quos obtinent, competit examinare cle- A ricos, & ad ordines præsentare, propensius caveant, si hujusmodi cupiunt honore gaudere, ne defectum super hoc patientes, scienter ad ordines audeant præsentare, potestatem autem dispensandi super his ex causa, & quantumvis a jure permittitur, per hoc non intendimus episcopis interdictam.

LXXXIII. *De observatione constitutionis contra invasores.*

Cum in constitutione domini PETRI quæ incipit *Item, cum quidam*, caveatur expresse, quod si principales malefactores absque satisfactione in mortis articulo fuerint absoluti, eorum tamen corpora non tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, donec per heredes morientium damnum passis satisfactum fuerit competenter: iden attendentes, quod verba intelligenda sunt cum effectu; sacro approbante concilio, excommunicamus omnes, qui de cetero talium corpora, donec satisfactum, ut prædicitur, fuerit, scienter tradiderint ecclesiasticæ sepulturæ, & qui in hoc dederit consilium, auxilium, vel favorem, & quia ridiculum quodammodo reputatur non vitari per prælatos & clericos, eos, qui ob eorum & ecclesiarum tutelam per laicos vitari mandatur; præcipimus in virtute obedientiæ prælatis & clericis quibuscumque, ne illos contra quos institutio observatur, ad mensam suam recipere audeant, vel etiam invitare.

LXXXIV. *Contra denegantes justitiam clericis.*

Decernimus temporale dominium vel jurisdictionem aliquam obtinentes, etiam exercentes, qui voce protinus vel aliter prohibuerunt, ne clericis vel personis ecclesiasticis redditus vel alia quæ debentur eis debita exsolvantur; aut justitiam eisdem clericis & personis vel suis debitoribus seu malefactoribus facere denegaverint, vel mandaverint denegari, vel eosdem clericos seu personas E ecclesiasticas banniverint, seu banniri mandaverint, & dantes super his consilium, auxilium, vel favorem, excommunicationis sententiæ subjacere. Præcipientes tales per locorum ordinarios, quousque de injustitia & damnis satisfecerint competenter, excommunicatos publice denuntiari.

LXXXV.

ANNO CHRISTI 1329.

LXXXV. *De testamentis*.

Statuta, per quæ in Terraconæ & aliis diœcesibus nostræ provinciæ non conceditur clericis, ut de bonis suis ecclesiasticis, seu intuitu ecclesiæ acquisitis, possint condere testamentum, qualiacumque & sub quibus verbis ipsa statuta fuerint, declarantes, districtius inhibemus, ne alicui prælato, canonico, vel alii clerico de rebus vel bonis ecclesiasticis, aut ecclesiarum seu beneficiorum suorum intuitu acquisitis, liceat B de cetero heredem facere aliquem clericum vel laicum externum. Si vero secus per quemcumque præsumtum fuerit, ejus testamentum, quoad hæredis institutionem, eo ipso sit irritum & inane. Cetera vero relicta disposita, vel legata, per hujusmodi sæculares firma permaneant: dum tamen relicta non fuerint personis alias prohibitis vel indignis. Bona autem quæ ad institutum heredem potuissent ex hereditate hujusmodi, si non esset reprobata institutio, C pervenire, ipso facto applicata & acquisita esse volumus pauperibus JESU CHRISTI.

Præsentes autem constitutiones a prædecessoribus nostris bonæ memoriæ editæ, ut superius continentur, in præsenti volumine redactæ fuerunt: & illæ quæ de novo publicatæ sunt, sacro concilio approbante, in capitulo ecclesiæ Terraconæ, præsentibus & assistentibus venerabilibus fratribus nostris RAIMUNDO Valentiano, BERENGARIO Dertusensium, ARNALDO Ilerdensi, & CISENANDO Duensi episcopis, PONTIO Barchinonensi, GASTONE Gerundensi suffraganeis nostris, & venerabilibus religiosis Fratre SANCIO de Aragonia gerente vices magistri JOANNIS hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in Castellaniempostа, Fratre PONTIO Populeti, Fratre JOANNE Vallisdignæ, & GAILARDO de Bello-podio, & Fratre RAIMUNDO S. Felicis Surcellensis abbatibus, & aliorum nostrorum suffraganeorum episcoporum nuntiis, ecclesiarum cathedralium & collegiatarum provinciæ Terraconæ procuratoribus, & quamplurimis aliis die lunæ intitulatis IV. cal. Martii anno MCCCXXIX. præsentibus testibus venerabilibus Benedicto de Linellis legum doctore, Raimundo Januari procuratore Vallensi, Willelmo de Occulo molendinorum, & Laurentio Martini canonicis, Francisco de Oliveriis de Castilliione, & Petro Mareane Sandesia ecclesiarum rectoribus Dertusen. & Berengario Ferrarii de Inochabus Terraconæ diœcesis.

LXXXVI. *Ut presbyteri celebrare volentes possint ad invicem se absolvere*.

Ut missæ cum puritate conscientiæ celebrentur, & ne propter defectum confessarii eas omitti contingat: indulgemus, quod quilibet presbyter, volens missam celebrare, si non habeat copiam confessoris proprii, possit cuilibet presbytero idoneo sua confiteri peccata, & absolutionis beneficium recipere ab eodem. Nos JOANNES patriarcha Alexandrinus & administrator ecclesiæ Terraconæ subscribimus, & sigillum nostrum apponi fecimus. Ergo RAIMUNDUS Valentiæ episcopus subscribo. Ego GASTON D Gerundensis subscribo. Ego BENIGNUS Dertusensis episcopus subscribo. Ego RAINALDUS Urgellensis episcopus subscribo. Ego BERNARDUS Ilerdensis episcopus subscribo.



CONCILIUM COMPENDIENSE

A Guillelmo de Bria Remensi archiepiscopo, cum suffraganeis celebratum anno Domini MCCCXXIX. Ex synodalibus ecclesiæ Remensis MSS.

Contra impedientes jurisdictionem & libertatem ecclesiasticam.

CAPITULA.

1. *Ut constitutiones de immunitatibus & juribus ecclesiarum habeantur & serventur*.
2. *Adversus usurarios*.
3. *Ne clerici se, vel bona sua potestati sæculari* E *submittant*.
4. *Ne religiosus beneficii sui bona, alicui ad vitam alienet, accepta pecunia*.
5. *De citationibus extra provinciam non exequendis*.
6. *Ne generales citationes fiant*.
7. *De perturbantibus ordinariam ecclesiasticam jurisdictionem*.

PRÆ-

ANNO CHRISTI 1309.

a *Adde ex Harduino*: Petrus Atrebatensis. Ingerannus Morinensis.

PRÆFATIO.

UNiversis præsentes litteras inspecturis, Guillelmus miseratione Divina Remensis archiepiscopus, Albertus Laudunensis, Simon Catalaunensis, Fulcandus Novionensis ᵃ episcopi personaliter, una cum aliorum suffraganeorum Remensis provinciæ absentium, & cathedralium ecclesiarum procuratoribus, in concilio provinciali apud Compendium congregatis, aliis omnibus qui potuerint & debuerunt concitari, ad hoc evocatis, in Domino salutem.

CAPITULA.

I. *Ut constitutiones de immunitatibus & juribus ecclesiarum habeantur & serventur*.

IN hoc sacro provinciali concilio, deliberatione præhabita diligenti super pressuris, gravaminibus, oppressionibus, juris transgressionibus, & offensis, ad nostram deductis notitiam, & eidem concilio reseratis, super quibus per sacros canones, summorum pontificum, ac legatorum sedis apostolicæ, & provincialium conciliorum Remensis provinciæ statuta, in multis idonee est provisum; ac parum, & illusorium videretur jura, & conciliorum provincialium statuta, & alias constitutiones condere, nisi fortirentur effectum & executioni demandarentur: quocirca auctoritate hujus concilii præcipimus, hortamur & injungimus judicibus ordinariis ecclesiasticis Remensis provinciæ, constitutiones pro libertatibus & immunitatibus ecclesiarum, ac pro bonis, juribus, & jurisdictionibus suis tuendis, ac defendendis, ad subveniendum ecclesiis & ecclesiasticis personis, & occurrendum violentiis, oppressionibus, & injuriis subditorum, prout commode poterunt, habere studeant & procurent infra proximum festum nativitatis. Nihilo minus, ut singuli ordinarii prædicti in districtibus suis, secundum exigentiam & frequentiam excessuum & delictorum a jure, constitutionibus, & statutis prædictis, curent & faciant, excommunicationis, suspensionis, interdicti, cessationis a Divinis sententias, & ecclesiasticas censuras generaliter adversus transgressores, diligenter publicari, & observari; & incidentes in sententias a canonibus & constitutionibus prædictis promulgatas, cum de hoc sibi constiterit, nominatim declarent sententias hujusmodi incurrisse: & quousque suæ absolutionis beneficium obtinuerint, publice denuncientur sic ligati, & mandentur arctius evitari.

ANNO CHRISTI 1309.

II. *Adversus usurarios*.

Item ordinamus, & auctoritate hujus concilii mandamus & districtius injungimus omnibus ordinariis, judicibus ecclesiasticis, subditis nostris prædictis, ad quorum dignoscitur spectare officium: ut constitutiones contra usurarios, & de usuris & contractibus illicitis diffamatos & suspectos, editas, solerter & diligenter observent, & effectui mancipent, & etiam exequantur.

III. *Ne clerici se vel bona sua sæculari potestati submittant*.

Præterea statuimus, & sub pœna suspensionis inhibemus, ne aliqua persona ecclesiastica, per obligationem & connexionem quamcumque, jurisdictioni vel coertioni, seu compulsioni alicujus domini vel judicis sæcularis, se vel bona sua submittat: & specialiter ne ad donum quintæ vel alterius partis debiti, sicut multi facere consueverunt, se obliget. Contrarium vero facientes, suspensionis sententiæ, sive sui judicis arbitrio, subjacebunt.

IV. *Ne religiosus, beneficii sui bona alicui ad vitam alienet, accepta pecunia*.

Cæterum ordinamus, ne quis religiosus, monasterio, prioratui, ecclesiæ seu administrationi cujus * præsidens, jura, redditus, aut possessiones ejusdem, alicui, ad vitam ejusdem seu aliquod non modicum tempus, pecunia exinde recepta, quovis modo concedat, sine assensu & decreto diœcesani loci. Alioquin, una cum suspensione ab officio, quam eo ipso latam a canone incurrit, cadat administratione: & contractus nullus & irritus habeatur; nec administrationi a qua cecidit, se immiscere præsumat, diœcesano inconsulto. Per hoc non intendentes sacris canonibus in aliquo derogare.

* *Aliendum est*.

V. *De citationibus extra provinciam non exequendis*.

Deinde ordinamus, quod nullus citationes seu alia mandata ad trahendum aliquem seu aliquos de Remensi provincia extra eamdem provinciam, & ultra fines regni Franciæ, nisi ordinariorum locorum primitus super hoc requisito consilio, ex-

ANNO CHRISTI 1329.

exequatur: ut per hoc, abusionibus, & periculis corporum & bonorum deprędationibus, quæ frequenter propter hoc contigerunt, &contingere possent, in futurum, pront erit possibile occurratur.

VI. *Ne generales citationes fiant.*

Nihilo minus nrdinamus, ad nbviandum malitiis hominum eirca abusum generalium eitationnm sub tali fnrma: *citetis omnes illos & illas, quos vobis lator præsentium nominabit*, vel alia similia: citatinnes hujusmodi nullatenns executinni demandentur, locorum nrdinariis inconsultis.

VII. *De perturbantibus ordinariam jurisdictionem ecclesiasticam.*

Mandamus & nrdinamus insuper, ut omnes & singuli parocbialium ecclesiarum Remensis provincię sacerdntes, singulis diebus solemnibus, Dominieis & festivis, palam & publice, intelligibiliter in vulgari ad communem intelligentiam denuncient in eeclesiis suis, in generali hora Missæ, cannnum & conciliorum provincialium auctoritate excommunicatos ipso factn omnes & singulos, usurpantes, impedientes, & perturbantes nrdinariam jurisdictinnem ecclesiasticam, nnbis archiepiscopo, & suffraganeis de jure vel de consuetudine in Remensi provineia enmpetentem; & specialiter usurpantes, impedientes, & perturbantes [a] metropolicam jurisdictinnem, curiam [b] Remensem, & libertatem exercitiumque cujuslibet jurisdictionis ecclesiasticæ prædictæ, directe vel indirecte, tacite vel expresse, aut alio quoquo modn. Quam excommunicationis sententiam auctoritate conciliorum hnjusmodi incurrnnt ipso facto taliter delinqnentes: & eos vnlumus & mandamus, cum de hoe constiterit, declarari & denunciari nnminatim excommunieatos, & tamquam excommunicatos arctius evitari.

[a] *Ita MS. pro* Metropoliticam, H.

[b] *Corrige*; curiæ Remensis. H.

In qnorum omnium, & singulorum testimonium & munimen, præsentibus litteris nostra sigilla sunt appensa. Datum apud Compendium anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, die Veneris post Exaltationem sanctæ Crucis, continuata de die in diem a feria seeunda post festum Nativitatis beatæ Mariæ virginis præcedente.

ANNO CHRISTI 1330.

GRADENSE CONCILIUM

In quo indulgentiæ ecclesiæ decernuntur iis, qui in sumptus pro novo templo construendo aliquid contulissent

Anno 133n. *habitum.*

Ex Autograp. In Arch. PP. Ord. Ser. B. M. V. Venetiarum. Misit P. Joseph Bergantini Ord. ejusdem Venetæ provinciæ Antistes. Affert Man. Sup. to. III. pag. 431.

DIvina miseratione Dominicus sanctæ sedis Gradensis patriarcha Venetus, Dalmatiæque primas, frater Bartholomæus Torcellanus, Petrus Equilinus, Andreas Cluiginus, Georgius Arbensis, Lompradius Veglensis, Angelus Castellanus, frater Fridianus Civitatis novæ ecclesiarum episcopi universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam.

Omnipotens Dominus, cujus mnnere venit, ut semper a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de suæ pietatis abundantia, quæ supplicum excedit merita, & vnta, humiliter servientibus multo majora tribuit, quam valeat promereri. Et pia mater ecclesia de salute animarum sollicita, devotionem fidelium per quædam spiritualia munera, & indulgentias invitare non desinit ad debita famulatus obsequia, & honorem Deo & sanctis sedibus impendendi, ut quaotn crebrius, & devotius illuc confluit populus Christianus, assiduis precibus Salvatoris gratiam & favorem, Civium suffragia implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam & gloriam consequi mereantur æternam. Nos igitur in sancto concilio existendo, cupientes nostros subditos & alios, quos possimus, de consensu tamen & voluntate diœcesanorum suorum, ad hujusmodi Sanctorum suffragia & cælestia præmia jugiter invitare, & locum, sive ecclesiam ad honorem sancti Johannis Evangelistæ in diœcesi Concordiensi prope Valvesonum nuperrime construendam nostrorum indulgentiis, & spiritualibus beneficiis honorare, ut per hæc voluntas hominum ad largiendas in Domino largius inducatur; omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad construendam dictam ecclesiam sancti Joannis de suis bonis aliquid dederint, miserint, vel legaverint, seu alias quomodolibet manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia & Virginis gloriosæ Mariæ matris ejus, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli, nec non beatorum martyrum Hermachoræ, & Fortunati patriarcharum & nostrorum meritis & munere confisi, singulas dierum quadragenas de injunctis eisdem pœnitentiis indulgentes misericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei testimonium, & notitiam clariorem præsentes nostras indulgentiarum litteras, ad supplicationem & instantiam venerabilis in Christo patris Domini Al. Dei gratia Concordiensis episcopi nobis ad hoc per suas patentes litteras sub data VII. Julii indictione XIII. supplicantis, fieri jussimus, & nostrorum sigillorum pontificalium appensione. Datum Gradi die XV. mensis Julii, sub annis Domini millesimo trecentesimo trigesimo, Indictione XIII.

CONVENTUS PARISIENSIS

Prælatorum & baronum regni Franciæ, coram Philippo Valesio Rege habitus, anno MCCCXXIX. exeunte.

De temporali ecclesiasticorum jurisdictione.

Ex t. 5. Bibliotheca Patr. edit. Paris.

ANno Domini 1329. die prima mensis Septembris, dominus Philippus de gratia Dei Francorum rex Christianissimus, filius quondam claræ memoriæ domini Caroli comitis Malesii, mandavit prælatos & barones regni Franciæ, ad diem octavarum festi B. Andreæ proximo subsequentis convenire, per litteras suas infra aram inclusas. Quarum quidem litterarum, prælatis videlicet directarum, tenor sequitur & est talis.

„ Philippus Dei gratia Francorum rex, dilecto & fideli nostro episcopo Eduensi *, salutem. Quanto magis scientia Divina, Divinarumque scripturarum notitia, ac cæterarum virtutum magistra rerum experientia, vigent in nobis: tanto plenius noscis, quantum & qualiter omnes & singuli clerici & laici regni tamquam membra simul in uno corpore viventia, sibi ad invicem tenentur compati, mutuumque præstare consilium & auxilium, temporaliter, ad defensionem & custodiam unitatis & pacis optatæ cunctis mortalibus, & veræ unionis; & contraria, suis quique contenti juribus, pro viribus propulsanda. Cum igitur ad nostram ductum fuerit notitiam, quod vos, gentesque & officiales vestri, asseritis, per baillivos & officiarios nostros, & per barones aliquos regni nostri Franciæ, vobis ac subditis vestris; dictique baillivi, & officiales nostri, ac barones; ipsis, nostrisque & eorum subditis, quamplura fuisse retroactis temporibus illata. Et in præsenti adhuc inferri hinc inde gravamina, insolitasque & indebitas novitates, propter quas illius veræ unitatis connexio, quæ inter vos & ipsos vigere debet, ut est dictum, suæ quodammodo indissolubilitatis integritatem amisit. Quod si nobis, qui subditorum nostrorum, tam clericorum quam laicorum, concordiam & unitatem diligimus, displicet, non est mirum: & idcirco volentes super his de salubri remedio quantum cum Dei adjutorio possumus, providere, requirimus vos nihilo minus tenore præsentium, mandantes quatenus ad diem octavarum festi sancti Andreæ proxime venturum, Parisius personaliter intersuis advisi super gravaminibus & novitatibus, quæ & quas per prædictos asseritis vobis fuisse illata & illatas. Nos autem prædictis baillivis & officialibus nostris, atque baronibus, damus per nostras alias litteras in mandatis, ut dicta die Parisius similiter intersint personaliter, advisi super gravaminibus & novitatibus, quas sibi, & subditis suis, per vos & officiales vestros asserunt fuisse illatas: ut super his, & singulis hinc inde illatis gravaminibus, per nos & consilium nostrum, de tam salubri possit remedio provideri, quod inter vos & ipsos amoris vinculum incorruptibile & sinceræ caritatis affectio indissolubilis futuris temporibus debeant observari. Datum Paris. prima die Septembris, anno prædicto, die Veneris:

** Ejusdem exempli data littera ad alios prælatos.*

Die vero superius in dictis litteris contenta, prælati Parisius convenerunt in palatio regali: & comparuerunt coram Rege ibidem prælati ad invicem, videlicet domini, Bituricensis, Auxitanus, Turonensis, Rotomagensis, Senonensis archiepiscopi; Belvacensis, Catalaunensis, Laudunensis, Parisiensis, Novionensis, Carnotensis, Constantiensis, Andegavensis, Pictaviensis, Meldensis, * Cameracensis, sancti Flori, Briocensis, Cabilonensis, & Eduensis, episcopi. Qua die, ipso rege sedente, & consiliariis suis, necnon aliquibus baronibus ibidem assistentibus, & facta dignitati regiæ reverentia per prælatos, nobilis & discretus vir dominus Petrus de Cugneriis, miles & consiliarius dicti domini regis, in præsentia omnium & in publico locutus est pro rege, facto themate suo: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo.* Et prosecutus est juxta illud thema, materiam suam concludendo ad duo. Primo, quod regi debebatur reverentia & subjectio: secundo, quod debebat esse spiritualium & temporalium divisio, ut spiritualia ad prælatos & temporalia ad regem & barones pertinerent: & hoc probavit per multas rationes facti & juris. Et finaliter conclusit, quod prælati essent contenti spiritualibus, & in eis defenderet eos rex.

** al. Conveniarum. H.*

Matth. 22.

Sequuntur articuli, in quibus usurpatam ab ecclesiasticis jurisdictionem temporalem ajebat.

His auditis dixerunt prælati, quod super his volebant deliberare: & fuit assignata dies Veneris sequens: qua die respondit pro prælatis dictus dominus Senonensis, & proposuit infra scripta apud Vicenas, rex tenuit dictam diem dicens sic: quia dominus Petrus de Cugneriis pridie proponens contra ecclesiam Gallicanam, caput thema suum quod scribitur Matth. 22. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo*, &c. *Et paulo post*: Ut ergo respondeam præmissis, secundum concordantiam vocalem & realem: accipio quod dictum est 1. Petri 2. protestatione præmissa, quod quidquid dicturus sum, volo dicere non ad finem subeundi quodcumque judicium, sed solum ad domini regis & ei assistentium conscientiam informandam. *Tum prolixam orationem instituit, qua primum de reverentia, regibus debita, eorumque potestate summa differit; deinde probat contra Petrum de Cugneriis, posse personæ ecclesiasticæ convenire jurisdictionem temporalem simul cum ecclesiastica.*

Altera autem die Veneris immediate subsequente, videlicet die 29. Decembris, in palatio regali Parisius convenerunt prælati, & Rege ibidem more solito sedente, assistantibus sibi consiliariis suis & baronibus, reverendus pater dominus Petrus Bertrandi, Divina providentia Eduensis episcopus, locutus est in publico coram rege, facto pro themate suo, *Ne indigneris Domine si loquar.*

Genes. 18.

Quod

ANNO CHRISTI 1329.

Quod thema applicuit ad hoc quod propter regis magnificentiam, consilii sui prudentiam, & loquentis insufficientiam (cum magnum negotium esset) loqui formidabat. Sed de regia benignitate confisus, audaciam assumebat: & quia fuerat sibi a dominis prælatis injunctum. Deinde fecit thema suum tale: *Domine refugium factus es nobis.* (Psal. 89.)

Et persecutus est thema, regis magnificentiam commendando: deinde vocationem suam ad regnum Franciæ, quasi mirabilem declarando: tertio, quomodo debet esse pugil ecclesiæ, ostendendo. Et ista probavit satis breviter, per auctoritates & rationes multas. Postmodum respondit ad ea quæ proposita fuerunt per dictum dominum Petrum de Cugneriis, in modum infra scriptum, ad informandum conscientiam domini Regis, & ad præstandum consilium super prædictis dumtaxat, & non ad finem ordinandi judicii, seu responsionis faciendæ, per quam sententia, ordinatio, vel statutum, aut quivis alius processus sequi possent, vel jus aliud personæ cuicumque acquiri. *Tum multis refellit sexaginta sex argumenta Petri de Cugneriis.*

Quibus rationibus sic factis per dictum episcopum, fuit petitum ex persona domini regis, quod præfatæ responsiones, prout dictæ fuerant & propositæ, verbo tenus in scriptis redigerentur & traderentur. Super quibus petitis, prælati ad invicem diligenter habuerunt deliberationem: & tandem deliberaverunt inter se tradere, loco responsionum prædictarum, domino regi cedulam infra scriptam in Gallico: licet sit in Latino translata, cujus tenor sequitur in hæc verba.

„ Supplicant regiæ majestati prælati præsentes (tamen se aliquo judicio minime submittendo) quod ei placeat jura, libertates, privilegia canonica, consuetudines, & saisinas, quæ & quas ecclesiæ Gallicanæ habent, & habuerunt temporibus retroactis, eis defendere & servare, specialiter super cognitione actionum personalium, realium, & mixtarum, necnon & introductarum, maxime inter laicos. Item super cognitione clericorum, quando per laicos, quia fit eis petitio, aut quando clerici super violentia in bonis illorum illata per laicos conqueruntur. Item super cognitione contractuum initorum coram judice sæculari. Item quod non impediantur quin eorum notarii, contractus recipere valeant, quacumque parte suarum diœcesum. Item quod non impediantur super inventariis faciendis de bonis defunctorum, quorum de jure vel consuetudine, vel compositione, executores existunt. Item quod non impediantur super cognitione hypothecarum, quam habent de jure vel consuetudine. Item quod non impediantur super cognitione viduarum & pupillorum, & super bonis intestatorum, quantum ad eos pertinet de consuetudine vel de jure. Item quod non impediantur in quacumque parte diœcesis suæ, quin possint habere suos officiales, & suos clericos capere, & ab ipsis clericis necnon a laicis emendas pecuniarias exigere, debitas de consuetudine vel de jure. Item quod non impediantur super cognitione rerum futurarum a personis ecclesiasticis. Item quod tam super captione, quam super cognitione clericorum non conjugatorum, & conjugatorum, eorum jura & consuetudines observentur & confirmentur eisdem: quia vobis manifeste ostenderunt quod hæc debent fieri de jure Divino & humano. Item significant regiæ majestati, quod super abusibus quos aliqui conquerentes imponunt officialibus & gentibus suis, dicendo quod ipsi abutuntur, eis imponendo crimina, ut redimant, & emendas ac expensas ab innocentibus exigendo, proferendoque sententias excommunicationis, una sola citatione non peremptoria præcedente: ac super eo quod propositum fuerat contra ipsos prælatos, quod ipsi conferebant tonsuras indignis; & dicti eorum officiales imponunt malitiose laicis pro extorsione pecuniarum inde ab eis exigendarum, quod ipsi sunt circa fidem suspecti, quodque clericos super maleficiis accusatos, & eis redditos per judicem sæcularem, dimittunt impunitos. Item quod labores & expensas multis irrationabiliter conferunt, prætextu participationum cum excommunicatis. Item quod laicis malitiose usuras imponunt, ut redimant se, & conjugatis tam viris, quam mulieribus, quod adulteria commiserunt. Item super abusibus, quos facere dicuntur procuratores eorum, & super abusibus, quos religiosi faciunt in multis civitatibus. Item super injuriis & gravaminibus, quæ alicui, ut dicitur, faciunt ratione privilegiorum eis indultorum. Item super eo quod dicitur, quod litigantes in curia ecclesiastica contra officium, non reperiunt advocatos: necnon super omnibus aliis, in quibus eorum officiales invenirentur negligentes abusi fuisse vel convicti, tam in prædictis, quam aliis, quæ si scirent, non permitterent ullo modo ipsi, & sunt parati corrigere & facere corrigi & emendari, & pro futuris temporibus, tam per statuta synodalia & provincialia, quam per alia, quæ poterunt bona remedia salubriter providere. Super aliis vero articulis supplicant dicti prælati, quatenus jura ecclesiæ, sive de jure, aut per privilegium, seu compositionem vel consuetudinem acquisita, placeat domino regi servare & defendere, ac etiam confirmare; ubi autem in dictis capitulis essent aliqua contra jus, privilegium, consuetudinem, vel compositionem, ipsi prælati nollent ea aliqualiter sustinere. Supplicant iidem domino regi, ut pro Dei honore, in statu, in quo sui boni prædecessores tenuerunt ecclesiam, ipse eam teneat & defendat, nec ei faciat aliquam novitatem, & placeat ei proclamationes & inhibitiones factas (scilicet quod nullus laicus trahat alium laicum coram judice ecclesiastico) revocare, quia hoc esset omnia ecclesiarum jura tollere. Et licet in aliquibus locis pro toleranda eorum malitia, in talibus proclamationibus seu inhibitionibus verba quæ sequuntur opponant: videlicet quod laicus non trahat alium laicum coram ecclesia super casibus pertinentibus ad judices sæculares (hoc est propter jura ecclesiæ usurpanda) quia multa pervenirent ad forum laicorum, quæ nihilo minus pertinent ad ecclesiasticum, si jus & consuetudo tolleretur, per quæ in electione laici est, quod possit alios laicos in foro ecclesiæ convenire. Item quia tales proclamationes seu inhibitiones factæ, licet etiam essent bene generales, dant occasionem omnimodo jurisdictionem ecclesiasticam perturbandi. Unde reges Franciæ quondam semper prohibuerunt tales proclamationes seu inhibitiones fieri, & sa-

ANNO CHRISTI 1329.

factas penitus faciebant revocari, & ad nihilum reduci.

Post hæc, die Veneris sequenti apud Vicenas venerunt prælati coram domino rege ad audiendam rationem suam: ubi dominus Petrus dictus de Cugneriis proposuit pro domino rege, sic dicendo. *Pax vobis ego sum nolite timere*: & prosecutus est, qualiter prælati non essent turbati, de aliquibus quæ essent dicta, quia intentio domini regis erat servare jura ecclesiæ & prælatorum, quæ habebant tam de jure, quam de consuetudine bona & rationabili. Et interseruit inter primam conclusionem & ultimam, & probare voluit, quod causarum civilium cognitio non poterat ad ecclesiam pertinere: quia temporalia debent pertinere ad temporales, & spiritualia ad spirituales. *Subjiciuntur ejus rationes.*

Luc. 24.

Quæ responsio audita cum non videretur sufficere prælatis: statim dictus episcopus Eduensis respondit pro prælatis, in modum qui insequitur. Primo commendans, &c. *Et infra*: Quare conclusit dictus episcopus, quod placeret domino regi, magis claram & magis consolativam dare responsionem prælatis: ne ab ipsius præsentia recederent contristati; & ne daretur laicis materia, jura eorum & consuetudines ecclesiæ impugnare; quia de ipsius domini regis bona conscientia nullatenus dubitabant. Et tunc fuit responsum ex parte domini regis: quod non erat intentionis suæ, consuetudines ecclesiæ, de quibus sibi constaret, impugnare.

Postmodum die Dominica sequenti, iterato venerunt prælati ad dominum regem apud Vicenas, & proposuit dominus Senonensis ultimam supplicationem factam per prælatos, & ultimam responsionem factam pro parte domini regis. Ad quod cum dominus Bituricensis significasset prælatis, dominum regem dixisse, ut non timerent prælati, quia nihil suo tempore perderent, & quod defenderet eos in suis juribus & consuetudinibus, quia nolebat tempore suo exemplum dare aliis ecclesiam impugnandi: quæ verba asseruit ibidem se dixisse: de his verbis idem dominus Senonensis nomine prælatorum regratiatus est domino regi. Secundo dixit idem dominus Senonensis, quod quædam præconizationes factæ erant in præjudicium jurisdictionis ecclesiasticæ: quas supplicabant revocari. Tunc dominus rex respondit ore proprio, quod non erant factæ de suo mandato: nec aliquid sciebat, nec eas ratas habebat. Tertio dixit, quod de aliquibus abusibus, de quibus temporales erant conquesti, taliter ordinaverant prælati, quod dominus rex & cæteri merito deberent contentari. Quarto supplicavit regi, quod vellet eos consolari de benigna sua responsione clariori. Tunc respondit dictus dominus Petrus pro domino rege, quod placebat regi, si prælati emendarent ea quæ essent emendanda & corrigenda, expectare usque ad festum Nativitatis Domini proxime venturum: infra quem terminum nihil innovaret. Et si infra dictum terminum prælati non emendassent emendanda, vel correxissent corrigenda: dominus rex apponeret tale remedium, quod esset gratum Deo & populo. Et sic prælati receperunt licentiam a domino rege, & recesserunt.

ANNO CHRISTI 1329.

OBSERVATIO G. COSS.

Regem secundum ecclesiasticos omnino judicasse, eaque de re scripsisse ad Joannem papam, testantur Pontificis ad ipsum litteræ, datæ III. Non. Jun. hujus anni: quibus in litteris ab Odorico Raynaldo ad hunc annum descriptis, sic Pontifex. *Litteras regias, fervorem magnæ devotionis & fidei, quibus erga Deum & ecclesiam præfulgere regalis serenitas noscitur, recensentes delectabiliter, & responsionem perversis detractoribus, lædere sinceritatem regiam circa præmissa molientibus factam, sicut catholicum & orthodoxum decebat principem, describentes, recepimus læta manu.*

CONCILIUM MARCIACENSE

Ex MS. codice illustrissimi archiepiscopi Remensis coadjutoris, Car. Maurit. Tellerii.

Hæ sunt constitutiones provinciales editæ in concilio generali Auscitano, apud Marciacum diœcesis Auscitanæ per reverendum in Christo patrem ac dominum, D. Guillelmum Divina miseratione archiepiscopum, sub anno Domini M. CCC. XXIX. die sancti Nicolai hiemalis celebrato.

* Guillelmus

NOs G. * permissione Divina archiepiscopus Auscitanus, & nos G. Lectorensis, G. Tarbicosis, A. Olorensis, P. Bajonensis, & G. Adurensis, episcopi; præsentibus viris venerabilibus et discretis, domino Raimundo clerici vicario & officiali domini G. episcopi Convenensis, ac procuratoris ejusdem; domino Arnaldo Falcaudi, vicario generali & procuratore domini episcopi Agennensis; domino Bernardo electo monasterii Reulæ, * procuratore domini episcopi Lascurrensis: dom. Viviano de Rupeforti; Joanne de Villanova, procuratore domini episcopi Coseranensis; dom. Hugone de Pardeilano, præposito S. Justini; Guillelmo Capani, & Bernaldo Sanhi canonico & procuratore capituli Auscitani; magistro Willelmo .... de Laillaio, procuratore capituli Lectorensis, & Guillelmo Anelii de Maladicina procuratore capituli Convenensis; magistro Petro Arquori, procuratore capituli Tarbensis; magistro Bernardo de Sarano, procuratore capituli Lascurrensis; dominis Bernardo archipresbytero Delborea & Ceritio de Fas.... procuratore capituli Bajonensis; Henrico de Cadilone, procuratore capituli Aquensis; domino Viviano de Rupeforti; procuratore capituli Coseranensis, ... clerico procuratore capituli Vasatensis; dominis abbatibus de Simorra, de Pessano, de sancto Sabino, de Tasca, electo monasterii Reulæ * de Luco, Auxitanæ, Tarbensis, Olorensis, & Lascurrensis diœcesum; necnon & procuratoribus nonnullorum aliorum prælatorum, abbatum, præpositorum, decanorum, capi-

* Regula

* Regula

ANNO CHRISTI 1329.

pitulorum, collegiatarum ecclesiarum, & aliorum archidiaconorum, in prædicta provincia constitutorum, ad præsens concilium vocatorum & mandatorum, ac nobiscum interessentibus & vocatis personaliter, apud Marciacum Auscitanensis diœcesis concilium celebrantes provinciale.

Attendentes, & deliberata maturitate pensantes, tam horrendum, tamque detestabile atque damnabile scelus, olim evidenter commissum palam & publice, suadente diabolo, truculenta pensata rabie infideli, in magnam Divinæ majestatis offensam, ac universalis ecclesiæ scandalum & gravamen, & regiæ majestatis (sub cujus pace & gardia speciali atque protectione, omnes universaliter archiepiscopi & episcopi hujus regni Franciæ noscuntur existere & defendi) per Tercellum de Beulato, Bernardum de Caneto, Remundum G. de Arivanta, Joannem & Arnaldum ejus fratres, Spurium de Medo, Petrum Spurium de Sanguineda dictum d'Arbocave, Arnaldum Guillelmum de Serignaco, Spurium de Iu, Manentonum & Joannem de Capitevilla fratres, invasores, occisores, culpabiles homicidii enormiter perpetrati, in personam bonæ memoriæ domini Ancsancii, quondam episcopi Adurensis, commissi: quem murtro nefandissimo, de die, ac pensatis insidiis, prope locum de Nogoralio Auscitanæ diœcesis, invaserunt, occiderunt, culpabilesque fuerunt, nullaque debita de causa atroci atque sævo crimine vindictam fuisse secutam: nec etiam prædictos sicarios ad emendam ecclesiæ rediisse, licet ad duos annos, & amplius, expectatos. Attendentesque insuper, superius nominatos per suæ divulgationem malitiæ seipsos vantasse, & publice detexisse se fore culpabiles homicidii memorati, perpetrati in personam domini episcopi supradicti: de tanta malitia nequiter gloriando. Quæ omnia & singula nobis & nostro concilio fore notoria; necnon & toti provinciæ Auscitanæ, quæ nulla possunt tergiversatione celari.

Idcirco protestatione præmissa, & ante omnia in his scriptis, quod prædicenda, ordinanda, & requirenda, non intendimus ad pœnam mutilationis, vel sanguinis cujuscumque, sed dumtaxat ad finem canonicum, & maxime constitutionis nostræ provinciæ Auscitanæ * quæ incipit: *Quia quod contra prælatos*, &c. Nos omnes & singuli prædicti, ac præsentibus omnibus & singulis supradictis, in præsenti concilio præsidentes, dictos Tercellum de Beulato, Bernardum de Caneto, Remundum G. de Arivanta, Joannem & Arnaldum ejusdem Remundi fratres, Spurium de Sanguineda, alias dictum d'Arbocave, Arnaldum Guillelmum de Serignaco, spurium de Iu, Manentonum & Joannem de Capitevilla fratres, esse & fuisse invasores, occisores, culpabiles notorie & evidenter mortis episcopi supradicti. Declaramus, & declarando in his scriptis definimus, omnes supradictos & singulos incidisse in pœnas constitutionis provincialis, quæ incipit: *Quia quod contra prælatos*.

* Concil. Nugarol. ann. 1290. c. 3.

Item, quia archiepiscopo & episcopis prædictis, & concilio præsenti, Theobaldum & Manaldum de Barbasano fratres, Guillelmum de Moncadie, Arnaldum dominum de Morlana, Theobaldum de Tusagueto, prænominatos malefactores, post commissum per eosdem dictum crimen, receptasse, & quod de die in diem receptare non cessant: decernimus & declaramus, prædictos receptatores incidisse in constitutionem superius nominatam, & pœnam ejusdem.

Verum quia ad ulteriorem executionem dictæ nostræ declarationis constitutionis provincialis, atque pœnarum contentarum in ea, quæ executionem criminalem & realem requirunt, procedere non possumus nec valemus: hinc est, quod nos archiepiscopus, episcopi, & præsidentes * in ipso concilio in personam egregii viri comitis Armaniaci absentis, requirimus palam publice in his scriptis vos nobilem virum dominum G. de Bauceria militem, senescallum dicti comitis Armaniaci, ac ipsius comitis repræsentantem personam; necnon & vos dominum Remundum de Montiliis, judicem ordinarium dicti comitis Armaniaci, tamquam immediatos superiores temporales dictorum malefactorum, videlicet Tercelli de Beulato, Bernardi de Caneto, Raymundi G. de Arivanta, Joannis & Arnaldi ejus fratrum, spurii de Medo, spurii de Sanguineda alias dicti d'Arbocave, Arnaldi G. de Serignaco, spurii de Iu, Manentoni & Joannis de Capitevilla fratrum; præsentes coram nobis in nostro provinciali concilio, ac vice & nomine dicti comitis: quatenus nostram prædictam & nostri concilii declarationem, & contenta in nostra dicta constitutione, quam vobis de verbo ad verbum transcriptam de nostris constitutionibus exhibemus, sub præsenti nostra requisitione inserta, realiter & cum effectu, sine dilatione, prout tenemini, exequamini diligenter justitia mediante. Quod si forsan hoc facere denegaveritis aut distuleritis indebite; protestamur, quod nos singuli prædicti & concilium * præsentes, deputamus vos negligentes esse de justitia facienda: & de præmissis nos posse persequi justitiam contra vos & comitem supradictum coram Romana curia, & coram domino nostro rege Franciæ, sicut & in quantum de jure poterimus, & ad nos noverimus pertinere. Requirentes vos notarios infrascriptos, ut de præmissis omnibus & singulis, retineatis & conficiatis unum vel plura ejusdem tenoris publicum seu publica instrumenta.

* Corr. præsentes.

* f. in concilio præsentes.

Acta fuerunt hæc in ecclesia B. Mariæ de Marciaco, prædictæ diœcesis Auscitanæ, die undecima mensis Decembris, anno Domini M.CCC.XXX. præsentibus venerabilibus & discretis viris, dominis, Godefrido Durandi priore Castrosaraceni, Bernardo Juliano canonico Tolosano, decretorum doctoribus, Remundo Fabri, Andrea Pistore, & Petro Clerici, legum professoribus, ac pluribus aliis, ad præmissa vocatis specialiter ac rogatis.

CON-

CONCILIUM LAMETHENSE.

Ex Cod. MS. bibliothecæ Cottonianæ edidit collector Aoglicanus Tom. II.

Constitutiones provinciales domini Simonis Mepham, Cantuariensis archiepiscopi, editæ apud Lamhith, circa annum Domini M. CCC.XXX.

TITULI CAPITULORUM.

C A P I T U L A.

I. *De ornamentis altaris, & clericis circa administrantibus.*

Linteamina, corporalia, pallæ, tuellæ, manutergia, & alia altaris ornamenta integra .... sint, & munda, & sæpe abluantur per personas a canonibus deputatas, ad reverentiam Salvatoris nostri, & totius cælestis curiæ; quem, huic sacramento conficiendo, & confecto nnn dubium est interesse. Item, verba canonis, præsertim in iis quæ ad substantiam sacramenti pertinent, plene, iotegre, & cum summa animi devotione proferantur. Non tamen ita sit morosus sacerdos in præmissis, quod fastidium ingeneret auditoribus, & officium suum privet devotionis pinguedine; quia * injuste monentes perduot suavitatem unguenti; idest, * pioguedinis ant rationis. Nullus sacerdos parochialis præsumat Missam celebrare, antequam matutinale persolverit officium; id est, Primam ac Tertiam de die. Item, nullus clericus permittatur ministrare in officio altaris, nisi indutus sit superpellicio, tempore, quo Missarum solemnia peragantur: & accendentur duæ candelæ, vel ad minus, uoa.

* Corr. muscæ morientes, ex Eccl. 10. 1. Hard.

* Lege, pinguedinis devotionis. H.

II. *Qualiter sacerdos se habebit in audiendo confessiones.*

Sacerdos, in pœnitentia injungenda, circumstantias criminis * qualitatem personæ, & genus delicti, tempus, & locum, causam, & moram in peccato factam, devotinnem animi pœnitentis. Et his consideratis, & diligenter pensatis ae discrete, majnrem vel minnrem pœnitenti injungat pœnitentiam. Item sacerdos, ad audiendum confessiones, communem eligat sibi locum, ubi communiter ab omnibus videri poterit in ecclesia: & in locis absconditis, non recipiat sacerdos alicujus, & maxime mulieris, confessionem: nisi pro maxima necessitate, aut infirmitate pœnitentis. Item nullus sacerdos, alterius parochianum recipiat ad pœnitentiam, nisi de licentia sui presbyteri, vel episcopi. Item sacerdos talem injungat pœnitentiam uxori, ut viro suo non reddatur suspecta de aliquo crimine occulto & enormi. Idem de viro est observandum. Item in furtn, rapioa, frande, simonia, & maxime deteotiooe decimarum seu abstractione alicujus juris ecclesiastici, diligenter sibi caveant sacerdotes, oe aliquibus injungant pœniteotias, nisi cum satisfactione, & restitutione facienda injuriam passis: cum non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. Item, in majoribus criminibus, & atrocioribus, & dubiis sacerdos consulat episcopum, vel ipsum qui vices ejus gerit, aut providos & discretos, quorum consilio certificatus sciat, quos, & qualiter ligare possit & absolvere. Et, ne (quod absit) pœniteos in disperationem cadat: moneat ipsum diligenter, ut bonum quiequid interim possit, faciat, ut Deus cor suum illustret ad pœnitentiam. Et hoc idem

* Deest considerans.

ANNO CHRISTI 1330.

idem faciat de eo, qui peccatum confitetur etiam cum ab eo non vult abstinere: quo casu munus absolutionis non poterit ei impendi, cum venia noo legitur concessa, nisi se corrigenti. Item caveant sacerdotes ne peccata inquirant, aut nomioa personarum, cum quibus peccaverant, non inquiraot, sed circumstantias tantum, & qualitatem peccati: cum scriptum sit, *Deus vitam meam*, & non alterius, *nunciavi tibi*.

Psal. 55.

III. *Sacerdos non debet celebrare in mortali peccato, nec detegere peccata alicujus.*

Prohibemus, quod nullus sacerdos lapsus in mortale peccatum, ad altare præsumat accedere celebraturus, antequam confiteatur. Quidam enim errant, credentes, quod mortalia deleantur per coofessiooem generalem. Item, nullus sacerdos ira, odio vel metu etiam mortis, audeat in aliquo detegere alicujus confessionem signo, vel verbo, specialiter, oec generaliter. Et si super boc convictus fuerit, sine spe reconciliatioois, non immerito debet degradari: [a] cum sæpe cootingat, quod rectores ecclesiarum, ae etiam nonnulli sacerdotes, & in sacris ordinibus consistentes, eo quod nonnulli, ut eis videtur, qnoad forum pœnitentiale sunt subjecti, vel omnino non confitentur, vel ad quosdam accedunt, qui nullam ipsos absolvendi vel ligandi habent potestatem.

[a] *Hinc alterius capitis, & decreti initium est; connectique hac oportet cum eo quod mox sequitur:* Per Archidiaconatus &c. H.

Per archidiaconatus singulorum, statuimus; quod duo presbyteri idonei præficiantur in singulis decanatibus, competentis litteraturæ, & probatæ opinioois, ad coofessiooes talium audiendas, & pœnitentias eisdem injungendas, quibus per nos, vel vicem nostram gerentes, auctoritatem volomus impertiri: firmiter inhibentes, ne religiosi, mooachi, vel canoniei, aoachoretæ, eremitæ, subditum alicujus audeant ad pœnitentiam admittere.

IV. *De conservatione olei, & chrismatis etiam reverentia.*

Com magna revereotia deferatur oleum infirmorum ad infirmos, & ipsos inungant sacerdotes cum magna devotione & orationum celebritate, quæ ad hæc sunt ordinatæ. Item, ad sacramentum extremæ uoctioois moneant sæpe populum Domioi sacerdotes: scilicet omnes a XIV. annis, & ultra, sive supra, & ad omnes commoniter se paratos exhibeant, cum necesse fuerit. Item, tam saoctum oleum, quam chrisma, sob fideli custodia, clave exhibita, conservetur, nt non possit ad illa temeraria manus ostendi *, ad borribilia [a] sequenda.

* *Corr.* extendi. [a] *Forte*, exsequenda. H.

V. *De matrimonio celebrando, & editione bannorum.*

Matrimonium similiter, sicut & alia sacramenta, cum bonore & reverentia, de die, in facie ecclesiæ, non cum risu, ac contemptu, celebretur. Io matrimooio contrahendo, semper in tribus Dominicis, vel festivis diebus, & a se distantibus, tribus edictis, perquirat sacerdos a populo, sub pœna excommunicationis, de legitimatiooe sponsi, & sponsæ. Si quis autem sacerdos hujusmodi edictum non observaverit: pœnam nuper in concilio.... super boc statutam non evadet. Item, prohibeant laicis sacerdotes in ecclesia frequeoter, sub pœoa excommunicationis, ne dent motuo fidem matrimonio contrahendo, nisi in loco celebri, & coram presbyteris, & populis ad boc convocatis.

VI. *De sacramento Ordinis, & examinatione in eo facienda.*

Cum quaota reverentia, & cordis contritiooe, & animi devotione, ad sacramentum Ordinis sit accedeodum, ex eo patet, quod nisi a summo sacerdote, idest episcopo, confertur, & nisi passim: & hoc certis temporibus, & jejunio, non solummodo ab ordinandis, sed ab universa plebe. Hioc est, qnod sanctorum canonum statuta servantes, probibemus, ut nullus ad ordines accedat, vel admittatur, nisi fuerit canonice examinatus. Item, mioores elerici ad inferiores gradus non admittantur, nisi idoneos habeant præsentatores, & per testimonium eorum admittantur. Nullus simoniacus, homicida, excommunicatus, usurarius, sacrilegus, incendiarius, vel falsarius, vel aliud babens canonicum impedimentum, ad quoscumque ordines præsumat accedere. Item, ordinati in Hibernia, Vallia, vel Scotia, maxime facti * litteris suis diœcesani & nostris commeodatoriis, seu dimissoriis non admittantur ad Ordinis sic suscepti executionem in episcopatu nostro, nisi magna necessitas, ut cum eis dispensetur, a nobis aliod inducat: nec etiam tunc admittantur, nisi prius legitime constiterit de ipsorum ordinatione, vitæ munditia, pariter & litteratura. Item, probibemus, ut nullus abbas vel prior, mona-

* *leg.* sine litteris.

monachos suos, vel canonicos, ab alienis episcopis faciat ordinari: nisi cum litteris sui episcopi diœcesani, vel gerentis vices suas, assensum suum exprimentibus.

VII. *Ne res ecclesiæ impignorentur, sive vendantur a laicis, non pro necessitate.*

Vasa & vestimenta sacra, cum libris ecclesiæ, nullus laicus Judæis aut Christianis impignorare, vel vendere præsumat: sed nec possessiones ecclesiasticas, vel reditus locare, vel infeodare, sive alio modo alienare præsumat, nisi urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcat, & prius diœcesani episcopi ad id consensus accedat. Si quis autem contra hoc facere præsumpserit, id quod fecerit, suis sumptibus revocet: is etiam, qui sic ecclesiastica beneficia receperit, & detinere præsumpserit, excommunicationis sententia feriatur; & antequam ea restituerit, nullatenus absolvatur.

VIII. *Ne de bonis ecclesiasticis domus in laico feodo ædificentur, nec ecclesiastica beneficia laicis tradantur ad firmam.*

Quamplures non solum filiis & nepotibus suis, verum etiam concubinis, per patrimonium Jesu Christi, domos in laico feodo ædificare præsumunt: ad quos, ecclesiasticos proventus deportantes, dum proximis consanguineis bona ecclesiastica congregant, iram Dei & damnationem perpetuam thesaurizant. Ne igitur istud de cætero fiat, districtius inhibemus: statuentes, ut is, vel illi, qui taliter, absque licentia & assensu sui diœcesani, fecerit, per annum ad minus, a perceptione fructuum beneficii sui suspendatur: nisi ad commonitionem episcopi, vel archidiaconi sui, quod fecerit citius emendaverit. Item, nullus clericus aliquod beneficium ecclesiasticum alicui laico tradat ad firmam, nec etiam fructus decimarum, ante separationem earumdem, eis vendere præsumat. Si quis clericus, etiam in casu licito, beneficium suum alicui committere voluerit: statuimus, ut illud tali committat, qui velit & possit domos & ædificia ecclesiæ sustinere, & alia onera ipsius parrochiæ episcopalia vel archidiaconalia supportare. Qui autem alterius beneficium sic acceperit, archidiacono loci præsentetur, & capitulo: & tanquam generalis procurator, quoad illud beneficium, pro tempore quo inter eos convenerit, ibidem instituatur omnino.

IX. *Ne inclusi, vel inclusæ, aliquo modo constituantur, sine licentia episcopi diœcesani.*

Ad hæc, districtius inhibemus, ne inclusi, vel inclusæ, constituantur alicubi sine nostra licentia speciali, pensatis sociis, moribus, & qualitate personæ, & unde debeat sustentari. In domibus eorum, personæ sæculares nullatenus hospitentur, sine causa honesta, & manifesta.

X. *De sententia excommunicationis generali, quater in anno publicanda.*

Præcipimus, ut singulis annis ter vel quater, in genere solemniter excommunicentur sortiarii, perjuri super sacrosancta, incendiarii, usurarii, fures atrociores, raptores, falsarii, malitiose impedientes executionem rationabilium testamentorum, & detentores decimarum: nec absolvantur, nec eis pœnitentia ab aliquo inferiori injungatur, nisi ab episcopo, vel ejus vices gerente, præterquam in mortis articulo: & tunc injungatur eisdem, quod si convaluerint, episcopum adeant, ab eo, vel auctoritate sua, condignam pœnitentiam suscepturi.

(1) CON-

(1) CONCILIUM TERRACONENSE II.

Sub Joanne Patriarcha Alexandrino & administratore ecclesiæ Terraconensis celebratum 11. Kal. Februarii anno 1331.

Ex MS. ecclesiæ Avenionensis.

Ex Martene Thes. Anecd. Tom. 4. pag. 121.

I. *De administratoribus, sede vacante, & de instrumentis prælatorum, & de rectore, & provisionibus successorum.*

UT hi, quibus administratio bonorum archiepiscopalis, vel episcopalis dignitatis competit, sede vacante, ex consuetudine vel statuto, vel qui ad hoc per capitulum eliguntur, sciant se solam administrationem & custodiam dictorum bonorum habere; statuimus ultra remedia jam provisa, quod ille qui administrationes hujusmodi exercebit, ad palatium, seu hospitium dignitatis prædictæ, nisi de expresso consensu totius capituli, se non conferat ad morandum, nec de chartulario, seu archivio, vel alio loco, ubi tenentur privilegia, instrumenta, seu regestra, libros, seu alias scripturas abstrahat, nisi ipsis pro dicta administratione indiguerit: & tunc de consensu Capituli, & præsentibus duobus vel tribus Canonicis per ipsum Capitulum deputatis: & statim eum ipsis non indiguerit, in loco, in quo abstracta fuerint, restituat seu C reponat; nec pro ejus expensis aliquid de dictis bonis recipiat, vel expendat, nisi ipsum pro negotiis ipsius dignitatis oporteat de consensu capituli extra suum domicilium proficisci; in quo casu dumtaxat quamdiu circa expeditionem dictorum negotiorum institerit, possit moderatas expensas recipere ac habere: & teneatur futuro ipsius ecclesiæ prælato de tota dicta administratione, quam citius poterit, fidelem reddere rationem: & quidquid apud ipsum ratione reddita D repertum fuerit superesse, nec non privilegia, instrumenta, regestra, libros, & scripturas alias, quæ, seu quas de chartulario, seu archivo, vel alio loco abstraxerit, nisi jam restituerit, ut est dictum, integre & realiter restituat infra mensem. Illi vero, qui hactenus privilegia, instrumenta, regestra, libros, & scripturas alias, quæ, seu quas de dicto chartulario, archivo, vel alio lo- A co abstraxerunt, vel penes se retinent scienter, aut nunc habent, infra duos menses præfato restituant: alioquin nisi restitutionem hujusmodi fecerint de prædictis, excommunicationis sententiæ se noverint subjacere, statutis vel consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque. Sane quod frequenter archiepiscopi & episcopi ex privilegio sedis apostolicæ testantur de bonis etiam intuitu ecclesiæ acquisitis vel alias quantum a jure eis permittitur de bonis suis ordinant vel disponunt; caveat dictus B administrator, aut etiam capitulum diligenter, quod executionem testamenti vel ordinationem, seu dispositionem factam canonice non impediant vel perturbent, nec aliquid scienter, malitiose vel dolose occupent vel faciant occupari de bonis defuncti prælati, sed ea libere permittant executoribus testamenti præfati defuncti; alias, si qua de bonis ipsius prælati defuncti, ut prædicitur, præsumpserint occupare, vel hactenus præsumpserint, & infra mensem ex quo fuerint requisiti, plenarie non restituerint executoribus supradictis, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Et quia ut plurimum successor prælati defuncti, qui condidit testamentum, petit de bonis defuncti provisionem usque ad novos fructus, ex quo semper sequuntur litigia, & dicta bona in litigiorum anfractibus expenduntur, nos volentes hoc devitare, decernimus, quod si successor archiepiscopi, vel episcopi, aut cujuslibet prælati collegiatæ ecclesiæ, vel rectoris, seu vicarii perpetui ecclesiæ parochialis, fructibus post mortem sui decessoris collectis & postea colligendis contentus esse noluerit, sed provisionem de bonis sui prædecessoris petierit, computentur fideliter omnes fructus, redditus, & proventus dictæ dignitatis, vel parochialis ecclesiæ, totius anni quo vacavit, qui annus incipiat calendis Maji; & dividatur inter defunctum, & successorem pro rata temporis illius anni, quo

(1) Hoc Concilium primus ex MS. Codice, cui titulus, *la Bibalia*, Ecclesiæ Valentinæ edidit Card. de Aguirre in tom. 3. Concil. Hispan. sed quinto capite imminutum.

quo quilibet præfuit dictæ dignitati vel ecclesiæ, & ipsius onera supportavit. Hæc autem extendi volumus ad talia beneficia, cum eadem obtinentes non habeant tot onera supportare, sed servetur in eas quod est de jure statuto vel consuetudine approbatis. Hujusmodi vero provisionem ad rectores, vel vicarios perpetuos ecclesiarum parochialium extendi non intendimus in diœcesibus, ubi aliud de statuto vel rationabili consuetudine est obtentum.

II. *Ut Prælati & Clerici possint libere abstrahere de quolibet loco redditus suos, & quod non exigatur ab hominibus suis retrodecimam per dominos temporales.*

Licet iniquum sit dispositionem bonorum suorum liberam ingenuos homines non habere, ut testantur expresse legitimæ sanctiones: quorumdam tamen temporale dominium obtinentium præsumtuosa temeritas sic excrevit, quod fructus, qui ex beneficiis ecclesiasticis proveniunt, C seu habentur, de locis suo dominio & suæ jurisdictioni subjectis extrahi non permittunt, ne clerici, seu personæ ecclesiasticæ eisdem fructibus libere uti possint, nec pro eorum utilitatibus seu necessitatibus liberam alienationem facere de eisdem: immo ipsos quoque in terris & locis ex certo pretio prædicta, seu qui ex causa emtionis, vel alias ipsos fructus percipiunt nomine eorumdem habent inviti vendere, neque eosdem possunt de loco ad locum transferre libere, quod cedit in ipsorum clericorum ac personarum ecclesiasticarum & ecclesiarum etiam maximum detrimentum. Nonnulli etiam eorumdem retrodecimam seu aliam certam partem de fructibus, quos homines ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum colligunt cum maximis laboribus & expensis ab ipsis hominibus invitis indebite exigunt & extorquent, in suarum grave periculum animarum. Unde cum nostro incumbat officio, prædicta, quæ exemplo perniciosa sunt, & periculosa animabus, & contraria ecclesiasticæ libertati, de Terraconæ provincia penitus extirpare: nolentes, sacro approbante concilio ea fieri de cætero, prohibemus quoscumque qui aliquid fecerint de prædictis, etsi clerici seu ecclesiasticæ personæ existant, & dantes ad ea consilium, auxilium, & favorem, excommunicationis sententia innodantes, ordinariis nihilominus in virtute sanctæ A obedientiæ injungentes, ut cum eis constiterit aliquos in prædictam excommunicationis sententiam incidisse, eosdem excommunicatos faciant publice nuntiari; nec eisdem beneficium absolutionis impendant, donec a prædictis destiterint, & de damnis per eosdem prædictorum occasione illatis satisfecerint competenter. Præcipientes etiam quod hoc statutum faciant per ecclesias suarum diœcesum, de quibus utile eis videbitur, solemniter publicari.

B

III. *Ut Episcopi denuntient, & faciant denuntiari excommunicatos illos, qui mandant usuras solvi, vel impediunt ne repetantur.*

Pro animarum salute provisum extitit in concilio generali reprobando usurariam pravitatem, quod officiales quicumque seu judices, qui ut solverentur usuræ, vel quod solutæ cum repeterentur, non restituerentur, plene ac libere scienter præsumerent judicare, excommunicationis sententiam incurrerent ipso facto. Cum autem aliqui ex eisdem dictam excommunicationis sententiam minime metuentes, immo prædicta in ipso statuta concilio contemnentes in suarum grave periculum animarum, contra ea facere non formident: & licet ad hoc contra tales ad denuntiandum eosdem esset per ordinarios procedendum, tamen plures ex eis contra hoc se exhibentes negligenter: idcirco nos hujusmodi submovere negligentiam cupientes, D sacro approbante concilio, omnibus ordinariis Terraconæ provinciæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub divini attestatione judicii ducimus injungendum, ut cum constiterit aliquot officiales, vel judices infra eorum jurisdictionem contra prædicta fecisse, quæ in dicto concilio salubriter sunt instituta, eosdem ut excommunicatos faciant publicari: ut sic prædicti ab adjudicandi officio excludantur, & ad reconciliationis gratiam facilius inducantur.

E

IV. *Ut Episcopus, qui ad concilium venire non potest, procuratorem non faciat illum, quem capitulum facit, vel e contra; & quod abbates immittant procuratores sui Ordinis.*

Quia interdum contingit, quod episcopi, qui ad concilia provincialia venire personaliter sunt adstricti, nisi impeditione canonica fuerint præpediti, illos procuratores constituunt, qui ad ipsa concilia procura-

tores per eorum capitula transmittuntur. Abbates etiam prædictos vel alios sæculares clericos procuratores constituunt ad prædicta; ex hocque sequitur, quod honor Terraconæ ecclesiæ & concilii minuatur, & salubritas concilii, quæ in multis consistit, potius quam in paucis etiam subtrahatur circa ea, quæ in ipsis conciliis imminent facienda. Idcirco sub virtute sanctæ obedientiæ prædictis injungimus, ut cum ipsi episcopi venire ad ipsa concilia personaliter fuerint legitime impediti, procuratores constituant viros & discretos alios ab illis, qui per eorum capitula; & capitula alios ab illis, qui per episcopos fuerint constituti; & abbates etiam in dicto casu religiosos sui ordinis vita & honestate probatos, qui salubre sciant dare consilium in agendis, si Dei, & nostram evitare voluerint ultionem; & qui contrarium fecerint, ad arbitrium archiepiscopi de inobedientia puniantur.

V. *Ut archiepiscopi & episcopi habeant in morte suis ecclesiis dimittere unam capellaniam de pulchris pannis.*

Cum ad honorem Dei & cultus divini ecclesiæ maxime cathedrales pulcris pollere debeant ornamentis, ideirco, sacro approbante concilio, statuimus, quod semper Terraconæ archiepiscopus, vel quilibet episcopus provinciæ ejus in morte sua unam capellam integram de pulcris pannis & nobilibus ecclesiæ, cui præfuerit, vel centum florenos auri pro eadem emenda, relinquere teneatur: & ad hoc sint ejus bona quæcumque habuerit dicto tempore obligata.

ECCLESIÆ FERRARIENSIS CONSTITUTIONES

A Guidone Ferrariensi Episcopo

An. 1332. editæ.

Ex MS. cod. Ferrar. major. Eccl. Archivo eruit, ac transmisit Rev. D. Joseph Antenor Scalabrini ejus Eccl. Canonicus.

In nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Infrascriptæ sunt constitutiones venerabilis Patris Domini Guidonis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Ferrariensis Episcopi compilatæ, & editæ per ipsum habito consilio, & tractatu Canonicorum, & Capituli Ferrariensium sub annis Domini Millesimo trecentesimo trigesimo secundo Indict. quintadecima.

PROLOGUS.

CUm olim a prædecessoribus nostris quædam constitutiones, & ordinationes pro salubri statu Ecclesiarum, & Clericorum, ac personarum Ecclesiasticarum nostræ jurisdictionis fuerint compilatæ; & in processu temporia quædam in primis constitutionibus, & ordinationibus Prædecessorum nostrorum corrigenda videantur, vel etiam declaranda, & aliqua ulterius addenda de novo, prout temporis qualitas exigit, officii nostri Episcopalis cura deposcit. Nec non & ipsarum Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum utilitas communis requirit. Nos Guido Dei, & Apostolicæ sedis gratia episcopus Ferrariensis volentes super his debita solertia providere, infrascriptas constitutiones, & ordinationes per prædecessores nostros & nos editas, deliberatione habita diligenti, ac fratrum nostrorum communicato consilio super ipsis ad notitiam totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Ferrariensis duximus referandas, ne nobis subjecti per ignorantiam valeant excusari, si contra ipsas, vel aliquam ipsarum per temerarium, vel præsontuosum aliquem, seu aliquos quidquid fuit attentatum. Cum ipsæ constitutiones, & ordinationes sacrorum canonum noscantur vestigia imitari.

De Officio Divino. Rubrica.

I. In primis statuimus, monemus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte injungimus, & mandamus omnibus, & singulis clericis Diœcesis, & Civitatis Ferrasiensis nobis subjectis, cujuscumque status, vel ordinis, seu dignitatis, aut conditionis existant, quod officium Divinum, Missam & omnes septem oras canonicas, & officium Beatæ Mariæ Virginis, ac etiam officium mortuorum in Ecclesiis suis secundum laudabilem, et consuetum ipsarum Ecclesiarum morem qualibet die cum devotione et revesentia debeant celebrare, et dictis horis ac Divinis officiis a principio usque in finem, nisi propter impedimentum legitimum, studeant interesse. Si vero casu aliquo ipsos impediri contingat, nihilominus omnes Horas Canonicas, et officia prædicta dicere seu legere debeant, et teneantur omnino, et maxime qui beneficiati sunt, vel in sacris Ordinibus constituti. Missam autem, et alias Canonicas horas, et præcipue matutinas, et vesperas, nisi tempore interdicti vel absque impedimento legitimo in Ecclesia cum nota debeant uniformiter, et honeste cantare. Quando vero convenienter cantare non possunt, tunc officium Divinum legant punctatim, intelligibiliter, et distincte faciendo semper punctum cum pausa in medio uniuscujuslibet Psalmi. Ordinamus, et volumus, et mandamus, ut omnes Rectores Ecclesiarum, vel eorum ministri usque ad unum mensem post publicationem constitutionis præsentis, debeant in eorum Ecclesiia habere in scriptis Antiphonaa cum Oratione *de B. Georgio* nobili et reverendo Patrono nostrę Civitatis Ferrariæ, et Diœcesis, et ęas cantent, et dicant in Matu-

ANNO CHRISTI 1332.

tinis, et in Vesperis, et etiam orationem in Missa qualibet die, nisi impedimentum obsistat. Qui vero contra fecerit, aut negligens, vel remissus fuerit inventus io prædictis, vel aliquo prædictorum, duos solidos Ferrarien. pro qualibet die persolvat. Ordinamus insuper, et mandamus, ut nominent Beatum Gregorium in Confessione quam faciunt populo diebus Dominicis, et festivis. Ad gloriosum autem nomen Domini Jesu Christi, et B. Mariæ Virginis, quandocumque in Missa, et alio officio nominatur, debeant reverentiam facere, et inclinare profunde, et ad hoc idem faciendum alios informare.

De munditia Ecclesiæ, Paramentis, & Vasis.
Rubrica

II. Item injungimus, et mandamus, quod Ecclesias, et Altaria habeant, et teneant continue munda, nitida, et ornata, et habeant in qualibet Ecclesia Calicem argenteum, si commode possunt: paramenta Ministrorum, pannos Altariorum, libros idoneos & correptos, & vasa utensilia ad ministerium Ecclesiæ opportuna sic ordinata, decentia, & munda, ut decorem Domus Domini diligere videantur. Et quoniam scriptum est: *Domus mea, Domus orationis vocabitur*; ideo prohibemus districte, ne aliquis Clericus, vel laicus cujuscumque conditionis existat, in Ecclesiis, vel Cœmeteriis Civitatis, vel Diœcesis Ferrariensis vasa, lignamina, bladum, bestias, aves, vel alia quæcumque prædicta utensilia Ecclesiæ, ponere, tenere, vel servare aliqua ratione præsumat, nec forum, vel mercationes in eis fieri ullo modo permittat. Qui vero contra fecerit, aut negligens, vel remissus fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pro qualibet vice quinque solidos Ferrarienses persolvat.

De Aqua Sancta.

III. Item volumus, & mandamus, quod in qualibet Ecclesia minori semel in qualibet septimana fiat aqua Sancta per Sacerdotem cum Cotta, & Stola, & ministro Clerico, & ponatur in vasis deputatis ad hoc, nec alia aqua cum aqua benedicta misceatur, vel ponatur in dictis vasis aliqua ratione; qui vero contra fecerit in prædictis, vel aliquod prædictorum, pro qualibet vice quinque solidos Ferrarienses persolvat.

De Missa, & Sacerdotibus novis.

IV. Item ordinamus, & volumus, quod Sacerdotes, & maxime novi diligenter studeant in Missali, & ea quæ ad officium Missæ spectant sufficienter, & sollicite discant, ne in tanto & tam reverendo ministerio ipsos aliquatenus errare contingat, & in dicendo Missam, & in servando ritum uniformitatem observent. Celebrent etiam suas Missas novas humiliter, & honeste, invitationes publicas, aut convivia sumptuosa, vel superflua nullatenus faciendo. Si vero contrafactum fuerit in prædictis, vel in aliquo prædictorum totum quidquid inde perceptum fuerit in utilitatem evidentem Ecclesiæ, cujus erit rector, aut subditus, nostro arbitrio convertatur. Et de hoc inter quindecim dies nobis plenam fidem facere teneantur; alioquin pœnam pro qualibet vice viginti solidorum Ferrariensium incurrant.

De Corpore Christi.

V. Item injungimus & mandamus, quod Sacerdos quilibet, sive minister Ecclesiæ cujuscumque, venerandum corpus Christi in loco, & vase speciali, clauso, decenti, & mundo, & bene securo sub bona, & fida custodia clavibus adhibitis conservare procuret, ne periculum aliquod posset contigere per negligentiam vel custodientium incautelam ipsorum; et corpus Christi Sacerdos quilibet in communicando personas, et in portando vel exhibendo infirmis reverenter gestet, habendo cottam, et stolam cum Pixide; et tobalia decentia, et munda, et ministrum clericum unum ad minus lampadam, et campanellam ante portantem. Qui vero contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pro qualibet vice viginti solidos Ferrarienses persolvat.

De Sacramentis Baptismi, Extremæ unctionis, & Confirmationis.

VI. Item injungimus, et districte mandamus, quod Sacerdotes, et Ecclesiarum Rectores attendant, et præcaveant diligenter, ne subjecti eorum, pro quibus in extremo judicio coram Deo tenentur reddere rationem, absque Sacramentis Ecclesiasticis, quod absit, remaneant, vel decedant, sed ipsum Sacerdotem cum cotta, & Stola, & ministro clerico Sacramentis Eucharistiæ, Baptismi parvulorum, & Sacramenti Extremæ Unctionis infirmis loco, & tempore oportuno, qualibet excusatione vel occasione remota, studeant exhibere; nec pro exhibitione prædictorum, vel aliorum Sacramentorum pecuniam vel munera extorqueant, vel inviolabiliter recipiantur a personis. Ulterius, & sollicitent illos qui Sacramentum Confirmationis, sive Sacrum Chrisma non habeant, quam ipsum a nobis, vel ab alio Episcopo de licentia tamen nostra, quam citius possunt habere, *procurent*. Caveant & Sacerdotes, & Ecclesiarum Rectores, quod ad Cathedralem Ecclesiam, laicus non mittatur, sed clericus tantum pro Chrismate deferendo, qui Prælato suo, a quo missus fuit, illud fideliter repræsentet, alias sibi denegetur omnino; cum Ecclesiastica Sacramenta non nisi per viros Ecclesiasticos regulariter sint tractanda. Qui vero contra fecerit in prædictis, aut aliquo prædictorum, pro qualibet vice tres libras Ferrarienses persolvat.

De Pœnitentia, & Confessione.

VII. Item statuimus, & ordinamus, Sacros canones imitantes, quod quælibet persona utriusque sexus, postquam annos discretionis attigerit, teneatur, & debeat ad minus semel in anno Sacerdoti Ecclesiæ, cujus Parochianus existit, vel alii, qui potestatem habeat absolvendi, omnia sua peccata pure, & integraliter confiteatur; Archipresbyteri autem, & alii Prælati nobis subjecti non possint, nec debeant confiteri, nisi nobis aut Pœnitentiario nostro, absque nostra licentia speciali: qui vero offenderit, aut fecerit contra prædicta, vel aliquo prædictorum, pro qualibet vice quadraginta solidos Ferrarienses persolvat.

De casibus Pœnitentialibus Episcopo reservatis.

VIII. Item cum in quibusdam casibus pœnitentialibus ad solos Episcopos oportet habere recessum, ipsos casus pœnitentiales ad solos Episcopos præsenti constitutione duximus declarandos, ut Sacerdotes, qui confessiones audiunt de hujusmodi casibus se nullatenus intromittant, sed ad nos, vel ad nostrum Pœnitentiarium illos, qui fuerint infrascriptis casibus involuti transmittere non posponant. Casus autem sunt hi: primo, quando aliquis excommunicatus est excommunicatione majori lata vel indicta ab homine, vel a jure. Item, cum aliquis ex proposito licitum votum emisit. Item, cum aliquis crimen incurrit hæreticæ pravitatis. Item, cum aliquis commisit Sacrilegium vel Omicidium. Item, cum aliquis falsum testimonium, vel perjurium fecit in judicio in proximi detrimentum, & damnum. Item, cum aliquis ex proposito commisit incendium. Item, cum aliquis, vel aliqua filium puerum oppressit. Item, cum aliquis falsarius inventus fuit. Item, cum aliquis clandestinum matrimonium contraxit. Item, cum aliquis divinationibus, sortilegiis, & aliis maleficiis usus fuerit, in quibus admisceatur operatio Dæmonis tacita, vel expressa. Item, cum aliquis incestum commisit, aut cum Sanctimoniali peccatum carnale commisit, vel monialis cum alio. Item, cum aliquis cum matre, sorore, vel consanguinea, aut cum brutis se non erubuit commisceri. Item, cum aliqua meretur pœnitentiam publicam, vel solemnem. Qui vero contra prædicta fecerit, vel aliquid prædictorum, pro qualibet vice pœnam trium librarum Ferrarinorum incurrat.

De Prærogativa majoris Ecclesiæ.

IX. Item laici cum Clericis in choro, & in sedilibus, quaodn dicitur in Ecclesia Divinum Officium, non debeant admisceri, hæc tamen præcipue ne fiant ordinamus, & volumus in nostra Ferrariensi Ecclesiæ cathedrali, quæ aliarum Ecclesiarum Civitatis Ferrariensis, & Diœcesis principalis, & mater existit. Et ideo ulterius prohibemus, quod nulla persona cujuscumque status, vel conditionis existat in sedibus, aut stallis canonicorum, quando Divina officia celebrantur, sine cotta, vel cappa clausa desuper inducta interesse præsumat. Et Mansionarii, vel Capellani, seu Campanarii, ne contrarium fiat, diligenter attendant. Qui vero contra fecerit, merito puniatur.

De Processionibus, & quod annuatim veniatur ad Synodum.

X. Item Capellani, & alii Clerici omnes civitatis Ferrariensis ad Processiones, quæ per nos, & prædecessores nostros, & Capitulum Ferrariense fieri consueverunt, cum cottis, vel cappis clausis teneantur venire, & eis debeant interesse. Similiter omnes Prælati, & Capellani Civitatis, & Diœcesis Ferrariensis ad Synodum quolibet anno in prima sexta feria quadragesimæ teneantur venire. Qui vero contra fecerit in prædictis, vel aliquibus prædictorum, pro qualibet vice decem solidos Ferrarienses persolvat.

De volentibus ad ordines promoveri, & eorum ordinatione.

XI. Item statuimus, injungimus, & monemus, quod omnes & singuli de Civitate, vel Diœcesi Ferrariensi desiderantes adscribi militiæ Clericali, vel minores, aut majores Sacros ordines adipisci, a nobis tantum, vel ab alio catholico Episcopo legitime instituto, de nostri tamen aut vicarii nostri licentia speciali ostensa per litteras, nostro aut Vicarii nostri sigillo munitas, vel per publicum instrumentum primam tonsuram, aut ordines majores, vel minores recipere teneatur. Archipresbyteri autem, & alii Rectores, aut Prælati quicumque nobis subjecti temporibus Ordinationum per seipsos, aut per aliquem idoneum Sacerdotem ipsas ordinationes, saltem quinta feria præcedente illos, qui ordinandi sunt fideliter repræsentent, & tales qui sint ætatis legitimæ, bonæ & honestæ vitæ. Item qui sint in grammaticalibus sufficienter instructi, & qui sciant sufficienter legere, & cantare. Injungimus etiam & mandamus, ne aliqui sine titulo alicujus Ecclesiæ, ut beneficii Ecclesiastici, ad sacros ordines repræsentent; alioquin secundum Canones compellentur eidem ordinato in necessariis providere, donec sufficiens Beneficium obtinebit. Prohibemus quoque Abbatibus, Prioribus, & aliis Prælatis Regularibus, ut nullum fraudolentem sub eorum habitu, qui non sint eorum subjecti, per se vel per alium ad ordines repræsentent, alioquin ab officio, & beneficio noverint se suspensos. Prohibemus insuper, & districte mandamus, quod nullus filius Sacerdotis sive de adulterio, aut illegitime natus repræsentetur, vel promoveatur ad ordines, nisi esset religiosus aut Monachus, vel Canonicus Regularis. Item nullus, qui habeat uxorem nisi ambo continentiam perpetuam voverint de utriusque consensu. Item nullus, qui duas habeat, uxores, vel qui quiescit cum corrupta. Item nullus simoniacus, nullus servus, nullus adscipititius, quod vulgo dicitur maynente sine licentia Domini sui. Nullus corpore vitiatus ita quod visu deformitatem pariat. Nullus, qui habeat morbum caducum. Nullus, qui sit, vel fuit furiosus, vel insanus, sive demoniacus. Nullus homicida quodcumqua homicidium perpetraverit. Nullus perjurius, nullus incestuosus. Nullus adulter publicus. Nullus excommunicatus, nullus irregularis. Nullus qui solemnem pœnitentiam egerit. Nullus qui sit enormibus, & manifestis criminibus, aut impedimento canonico irretitus. Si quis autem contra prædictam nostram prohibitionem facere præsumpserit, ordinatus executorem ordinis quem presumptuose recepit, aut beneficio Ecclesiastico, si quod habuit, ipso facto privatus existat. Ille autem, qui præsentaverit aliquem ex prædictis, sit ipso jure suspensus, & nihilominus decem libras Ferrarienses persolvat.

De Tonsura, & habitu Clericali.

XII. Item ordinamus, & districte injungimus, & mandamus, quod omnes & singuli Clerici tam religiosi, quam seculares Civitatis & Diœcesis Ferrariensis continue porteut tonsuram rotundam, & coronam decentem secundum quod convenit eorum conditioni, Religioni, ordini, vel ætati. Item in Ecclesia quando debent divina offi-

ANNO CHRISTI 1332.

officia celebrare utantur cottis, sive superpelliciis, aut cappis honestis, & clausis, vel si Religiosi sint vestibus ordinis sui. Item vestes alias superiores maxime deferant honestas, & clausas, quæ non possint nimia longitudine, vel brevitate notari. Archipresbyteri autem, & Prælati, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & alii curam animarum habentes, quando per Civitatem vel suburbia incedont, utantur cappis, aut clamidibus utrumque humerum cooperientibus, decentibus, & honestis sive tempore pluviali tabardis, & alias ex causa legitima. Abbates insuper, & Monachi Ordinis Sancti Benedicti cucullas, & alias vestes honestas habeant, & deferant semper quod præcipit regula Monachalis. Possint tamen Abbates uti cappis honestis, quando eis visum fuerit expedire: eis, & etiam aliis Monachis inter septa claustri, & propter opera liceat scapularibus uti. Alii vero Religiosi & Canonici regulares habitum honestum deferant semper secundum consuetudinem ordinis sui, & religionis, & observantiæ regularis. Archipresbyteri quoque regulares, & alii subditi regulares, qui assumpti sunt vel fuerint in futurum ad regimen Ecclesiarum curam habentium animarum deferant habitum ordinis sui, sicut præcipiunt canonicæ sanctiones. Prohibemus insuper, ne clericus aliquis infulam de lino aut de serico, vel pignolato extra domum suam, nec in pubblico in capite portare præsumat. Prælati vero Sæculares, & Clerici, quando ipsos equitare contigerit, possint uti tabardis honestis. Quicumque vero fecerit contra prædicta, vel aliquod prædictorum, pro qualibet vice, si Prælatus sit, viginti soldorum Ferrarinorum, si constitutus in sacris ordinibus, vel beneficiatus decem solidorum Ferrarientium, si clericus simplex, & absque beneficio quinque solidorum Ferrarientium pœnam incurrat.

De Conversis & habitu eorum.

XIII. Item circa illos, qui se Ecclesiarum regularium vel secularium assumunt esse conversos, duximus statuendum, quod quicumque vult seu voluerit deinceps beneficio, vel privilegio conversionis gaudere, coram nobis aut Vicario nostro publice compareat, & de sua conversione post quindecim dies suæ conversionis plenam fidem facere teneatur, renunciando expresse cuilibet contractui, seu pacto, vel protestationi factis, vel fiendis, quibus apparere possit conversionem hujusmodi fictitiam esse, vel simulatam, de quibus apud registrum Curiæ nostræ Episcopalis scripturam publicam volumus remanere. Item apud Ecclesiam ipsam, vel domos ipsius Ecclesiæ debeat continue residere. Item tonsuram decentem, & habitum honestum in publico portet, videlicet ut si Ecclesia fuerit Regularis, conversus hujusmodi vestem superiorem cum caputiu eidem vesti appenso, ejusdem coloris, portet, cujus esse noscuntur aliæ superiores vestes Religionis ejusdem. Si vero Ecclesia sæcularis existat, superiorem vestem, scilicet tabardum cum caputio appenso eidem, vel scapularem honesti coloris teneatur portare, & in utroque casu quilibet de prædictis conversis vestem superiorem, vel tunicam proximam tabardo, vel scapulari prædictus habeat clausam, quæ brevitate vel longitudine notari non possit; ita quod ex qualitate, & honestate vestium prædicti conversi a sæcularibus hominibus notabiliter discernantur. Nullus insuper de prædictis conversis confœderationes, vel societates laicales inire, aut officia vel commercia laicalia seu publicas factiones exercere præsumat, immo hujusmodi occupationes mundanas abjiciat totaliter, ac relinquat, salvo quod si pro Communi Ferrariæ quisquam ipsorum ad aliquod non inhonestum vocaretur officium, illud possit assumere, & peragere; prius tamen a nobis vel vicario nostro petita licentia, & obtenta. Si quis autem contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pro qualibet vice pœnam trium librarum Ferrarientium incurrat; quam si non solverit infra unum mensem, omni beneficio, privilegio, & gratia protectionis, & defensionis Ecclesiasticæ sit privatus.

De Canonica institutione.

XIV. Item quoniam quamplurimi Clerici sæpius, & injuste, ac malo modo per conscientiam nostram in Diœcesi & Civitate Ferrariensi Ecclesias & Pia loca ac beneficia & bona eorum occupare præsumpserunt, & occupata detinere non timent, ad ea per violentiam vel fraudolentiam potius temerarie intrusi, quam legitime instituti, in grave damnum & periculum ipsarum Ecclesiarum, & locorum, & in salutis propriæ & aliorum permaximum detrimentum; nos, volentes indemnitati Ecclesiarum, utiliter providere, & occurrere periculo animarum, statuimus, præcipimus, & districte mandamus, quod nullus clericus vel persona Ecclesiastica, cujuscumque sexus, status, ordinis, Religionis, aut conditionis existat, aliquam Ecclesiam vel pium locum, sive dignitatem ecclesiasticam, aut beneficium cum cura, vel sine cura recipere, occupare, vel detinere præsumat absque nostra speciali licentia & consensu; nec ad ea se illegitime intrudat, vel intrudi consentiat, vel permittat. Item quod si aliquis de prædictis aliquam Ecclesiam, vel pium locum, aut dignitatem, seu beneficium Ecclesiasticum in Civitate vel Diœcesi Ferrariensi obtinet, vel de cetero obtinebit, infra unum mensem, postquam fuerit in dicta Ecclesia vel dignitate aut beneficio institutus, & in corporalem ipsius Ecclesiæ, vel dignitatis, vel beneficii, ac jurium spiritualium, & temporalium, ad ipsam spectantium fuerit possessionem inductus, coram nobis, aut vicario nostro de sua institutione, vel dignitatis, aut beneficii collatione plenam fidem facere teneatur, sive per nos, sive per Vicarium nostrum, sive per quemcumque alium fuerit in aliqua Ecclesia dignitate, vel prælatura, aut beneficio institutus, ipsa instrumenta investitionum, & jurium, quæ obtinet per ordinem a principio usque ad finem per unum ex Notariis nostræ episcopalis curiæ Ferrariensis faciendo in actis per ordinem registrari. Si quis vero contra fecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pœnam excommunicationis incurrat, quam ferimus in his scriptis. Quam excommunicationem, si per mensem unum sustinuerit animo indurato, ipsum omni beneficio Ecclesiastico, & gratia, & privilegio Ecclesiasticæ defensionis, & protectionis privamus. Quam igitur excommunicationem incurrere volumus omnes, & singulos ipso facto, qui alicui, vel aliquibus præstarent in occupatione, vel detentione prædictorum Ecclesiæ, loci, beneficii, vel dignitatis auxilium, consilium, vel favorem, a qua non possint absolvi, nisi pareant mandatis Ecclesiæ, atque nostris.

De

ANNO CHRISTI 1332.

De Monachis, vel Canonicis, vel Clericis non recipiendis, & non instituendis absque licentia Episcopi.

XV. Item nullus Monachus, vel religiosus, aut conversus cujuscumque sexus aut conditionis existat instituatur ad aliquam Ecclesiam absque nostra licentia speciali, & consensu. Receptus vero, aut institutus contra formam prædictam nullum jus habeat in dicta Ecclesia, nec sibi per hoc emolumentum aliquod acquiratur, nec alicujus penitus sit momenti. Prohibemus insuper ne Monachus aliquis vel Canonicus regularis in civitate Ferrariæ vel diœcesi solus absque socio ejusdem Ordinis in aliqua ecclesia, aut loco religioso; vel alio stare seu morari præsumat. Qui verò contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum pro qualibet vice pœnam trium librarum Ferrarinorum incurrant.

De clericis assumendis secundum facultates Ecclesiarum.

XVI. Item quod in unaquaque Ecclesia clerici assumantur, & eligantur secundum quod sufficere possint eis ecclesiæ facultates; & quia in aliquibus Ecclesiis collegiatis tam regularibus quam sæcularibus non est bene certus numerus vel determinatus clericorum, vel etiam personarum, & propterea frequenter Ecclesiæ ipsę importuna electione vel provisione seu receptione clericorum, aut personarum gravantur; ideo ordinamus, & districte mandamus, quod quilibet Prælatus & Rector ecclesiæ cujuscumque collegiatæ, tam Regularis, quam sæcularis, in qua est certus & determinatus numerus clericorum aut personarum, numerum illum determinatum & certum usque ad unum mensem post publicationem constitutionis præsentis in scriptis tradere teneatur nobis & facere plenam fidem. Ubi vero in ecclesiis prædictis certus numerus sive determinatus non est, volumus & districte mandamus, quod quilibet Prælatus vel Rector Ecclesiæ supradictæ cum tractatu & consensu, deliberatione sui Capituli vel familiæ, ubi est tanta copia personarum Ecclesiæ servientium, de certo numero clericorum vel personarum præficiendo & ordinando secundum Deum & Ecclesiæ facultates usque ad unum mensem post publicationem constitutionis præsentis providere procuret; de qua determinatione provisione vel ordinatione coram nobis vel vicario nostro infra quindecim dies, post terminum prædictum plenam fidem facere teneatur, ita quod ipsa provisio, determinatio, & ordinatio secundum Deum & rationabiliter facta per nos approbari & confirmari circumspectione debita teneatur. Alioquin ipsi Prælati & subditi Ecclesiarum, si prædicta neglexerint adimplere, potestate eligendi vel recipiendi aliquem clericum vel personam in suis Ecclesiis sint ea vice præsenti constitutione privati, & ad nos potestas hujusmodi devolvatur, qui debemus & tenemur personis & ecclesiis providere; & nihilominus pro qualibet vice qui contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum pœnam trium librarum Ferrarinorum incurrat.

De Ecclesiis spectantibus ad collationem Episcopi.

XVII. Item distincte injungimus & mandamus, quod nullus Sacerdos vel clericus quicumque ecclesiam aliquam ad nostram collationem spectantem, absque consensu nostro audeat intrare, aut etiam detinere, nec ipsum dimittere absque nostra licentia expressa & consensu præsumat. Qui vero contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum pœnam incurrat, quam proferimus in his scriptis; alias etiam per nos & arbitrio nostro gravius puniendis.

De pluribus beneficiis Ecclesiasticis non recipiendis.

XVIII. Item quia plerique clerici contra canonicas sanctiones plura beneficia Ecclesiastica recipere, ac etiam retinere præsumunt in sui periculum animarum, super quibus nullam dispensationem habere noscuntur. Nos super hoc salubriter providere volentes, præsenti constitutione mandamus & prohibemus distincte, quod nullus clericus nobis subjectus qui aliquod beneficium Ecclesiasticum habet ad præsens, aliud beneficium recipere aut retinere simul cum beneficio quod habet sine nostra licentia & dispensatione præsumat. Volumus insuper & mandamus, quod omnes & singuli clerici nobis subjecti, qui plura beneficia ecclesiastica habent ad præsens, infra unum mensem post publicationem constitutionis præsentis de dispensatione suorum beneficiorum coram nobis vel vicario nostro plenam fidem facere teneatur; qui vero prædicta vel aliquod prædictorum non observaverit infra tempus statuti, ex tunc beneficiis ipsis sint hac nostra constitutione privati, & aliter nostro arbitrio puniendi.

De morte vel absentia clericorum.

XIX. Item districte injungimus & mandamus, quod tam subditi quam Prælati, qui ad titulum alicujus ecclesiæ nostræ jurisdictionis assumpti sunt, vel fuerint in futurum, apud ipsam ecclesiam residentiam continuam facere teneantur, nisi in scholis vel alibi, ex causa quam legitimam reputemus, honeste morentur, prius tamen a nobis super hoc petita licentia & obtenta. Item quod Archipresbyter quilibet teneatur & debeat denuntiare nobis mortem cujuslibet clerici vel capellani sui infra octo dies a morte ipsius tempore computandos; & similiter teneatur & debeat denunciare infra dictum terminum nobis omnes clericos & capellanos suos, quot a suis ecclesiis sunt absentes, & ipsas ecclesias absque nostra licentia relinquerunt, & ideo volentes ne a capellanis aut rectoribus vel clericis quibuscumque sine causa legitima ecclesiæ relinquantur; ordinamus & prohibemus districte, quod nullus Prælatus, aut subditus cujuscumque ecclesiæ sæcularis vel etiam regularis in absentia sua præbendam aliquam, seu aliquid de proventibus vel redditibus ipsius ecclesiæ possit petere, recipere, vel habere nisi pro rata temporis, quo residentiam continuam fecerit, & in divinis officiis ecclesiæ suæ servierit sine nostra dispensatione & licentia speciali. Nullus quoque clericus aut canonicus vel persona ecclesiastica ecclesiæ cuicunque, in qua inest rector aliquis vel Prælatus præbendam propriam vel aliquid de redditibus ipsius ecclesiæ aut beneficii sui auctoritate propria, vel absque Rectoris aut

Præ-

Prælati sui expressa voluntate & provisione recipere seu tenere præsumat, alioquin ipsis præbenda, beneficio ac redditibus privatus existat, nisi infra mensem quicquid auctoritate propria de ipsa præbenda vel redditibus Ecclesiæ seceperit vel habuerit, restituat duplicatum, in utilitatem ipsius Ecclesiæ & in alios pios usus nostro arbitrio convertendum.

De ætate & qualitate assumendorum ad regimen.

XX. Item, Concilii Lugdunensis celebrati per felicis recordationis Gregorium Papam IX. volentes vestigiis inhærere, præsenti constitutione mandamus, & districte injungimus, quod nullus Clericus cujuscumque conditionis assumatur ad regimen parochialis Ecclesiæ, nisi vicesimum quintum annum ad minus attigerit, & alias sit honestæ vitæ, bonæ famæ, ac scientiæ competentis, & insuper ad ordines Ecclesiasticos, & Sacerdotium promoveatur infra annum postquam fuerit ad hujusmodi Ecclesiam parochialem assumptus, ita quod Missam, & alia Divina Officia populo, & parochianis suis digne valeat celebrare, ac celebret cum effectu, & conferat eis Ecclesiastica Sacramenta. Ordinamus etiam, injungimus, & mandamus, quod quicumque clericus cujuscumque conditionis prælaturam vel dignitatem aliquam tam Ecclesiæ secularis, quam etiam regularis, aut beneficium Ecclesiasticum, ordinem Sacerdotalem requirens, habet ad præsens in Civitate Ferrariæ, vel Diœcesi, aut in futurum habebit, faciat se infra unum annum debitis temporibus successive ad omnes Ordines Sacros, & Sacerdotium promoveri; ita quod subditis suis Divina officia celebret, & Ecclesiastica Sacramenta ministret, prout officii sui, & prælationis munus, & cura requirunt; & ulterius infra mensem teneatur quilibet de prædictis coram nobis, & vicario nostro, postquam ordinem Sacerdotalem recipit, de ipsa promotione facere plenam fidem. Quicumque vero contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum pro qualibet vice quinque librarum Ferrarientium pœnam persolvat.

De uno Prælato eligendo, & habendo in qualibet Ecclesia.

XXI. Item cum Ecclesia Dei, sicut Sponsa legitima, uni viro, & non pluribus debeat esse subjecta, statuimus, & firmiter ordinamus, ut in unaquaque Ecclesia Civitatis Ferrariæ, vel Diœcesis, in qua Clerici commorantur, unus de ipsis ætatis legitimæ, qui quantum ad vitam, famam, & scientiam magis idoneus videatur, dum tamen nullum canonicum impedimentum obsistat, debeat eligi, ordinari, & esse prælatus, ac Rector perpetuus, & generalis administrator ipsius Ecclesiæ, qui omnia negotia Ecclesiæ tam spiritualia, quam temporalia cum deliberatione, e consilio fratrum, & sociorum suorum generaliter & fideliter administret; cui tamquam majori, & Prælato ceteri omnes in iis, quæ secundum Deum ad ejus officium & bonum statum Ecclesiæ spectant reverentiam exhibeant, & honorem. Ipse autem omnibus tamquam fratribus, caritative, & pacifice de bonis ecclesiæ provideat, & partem beneficii cuilibet debitam fideliter distribuat, & dispenset, prout bene, ac discrete inter eos fuerit ordinatum, & Ecclesiæ sustinent facultates; ita quod nullus habeat justam materiam conquerendi. Si autem in ordinatione ipsius Prælati, vel beneficii assignatione corda fratrum non poterunt concordare, vel commode pervenire ad concordiam, ad nos ordinandi, ponendi, & faciendi prædicta libere auctoritas devolvatur, qui ex officio nostro debemus, & tenemur ex debito tam personis, quam Ecclesiis providere. Prælati etiam Monasteriorum, & Ecclesiarum regularium Fratres, & Subditos suos de proventibus, & redditibus ipsarum Ecclesiarum, & Monasteriorum, prout suppetunt facultates, in vestibus, & victualibus, & aliis necessariis sufficienter, & benigne, ac paterne procurent, ita quod de negligentia circa fratres, & subditos suos non possint merito reprehendi; alioquin gravius punientur.

De Prædicatione verbi Dei.

XXII. Item monemus, & ordinamus, quod Archipresbyteri, & alii Ecclesiarum Prælati singulis diebus Dominicis, & præcipue a prima Dominica de adventu usque ad Nativitatem Domini, & a Dominica de Septuagesima usque ad Pascha, & in aliis solemnitatibus, & præcipuis diebus debeant, & studeant per se vel alios prædicare, & annunciare populo verbum Dei.

De visitatione facienda per Prælatos.

XXIII. Item ordinamus, injungimus & mandamus, quod Archipresbyteri semel in anno Parochias suas seu Plebatus debeant sollicite visitare, & tunc duobus equitaturis, & quatuor personis, dimissis quibuslibet aliis personis extraneis, debeant esse contenti. Nullus autem Prælatus subditos suos pœna pecuniaria punire præsumat, & infra mensem unum a tempore visitationis quæ invenerit corrigenda, & reformanda ultra vires suas, nobis, vel Vicario nostro teneatur, & debeat nunciare, ut providere possimus Ecclesiis, & personis. Qui vero contra fecerit in prædictis, vel quolibet prædictorum, quadraginta solidos Ferrarienses persolvat.

De Sacerdotibus extraneis, & cura Populi, & Parochiæ eis non committenda.

XXIV. Item, quoniam Sacerdotum, & Clericorum extraneorum vel alienæ Diœcesis conditiones frequenter ignorantur, & forsan inhabiles, & indigni in Ecclesiis sæpius assumuntur, & in detrimentum Ecclesiarum ipsarum, & grave periculum animarum; statuimus, & firmiter ordinamus, quod nullus Sacerdos, aut Clericus extraneus, seu alienæ diœcesis assumatur, vel instituatur in aliquam Ecclesiam nostræ jurisdictioni subjectam, nec alicui Sacerdoti extraneo, aut alienæ Diœcesis cura populi sive cura Parochialis Ecclesiæ sine nostra speciali licentia, & consensu aliquatenus committatur. Nullus insuper Sacerdos extraneus, sive alterius Diœcesis, quantumcumque habeat litteras testimoniales sui Episcopi audeat in aliqua Ecclesia Civitatis, vel Diœcesis Missas populo celebrare, nec aliquis Clericus Nobis subjectus, aut persona subjecta Ecclesiastica aliquem Sacerdotem extraneum, vel alterius Diœcesis in sua Ecclesia ad celebrandas Missas populo recipere præsumat absque nostra, vel Vicarii nostri licentia speciali, nisi forte Sacerdos hujusmodi Missas vellet dicere in secreto. Qui vero



ro contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pro qualibet vice tres libras Ferrarienses persolvat. Prohibemus etiam ne Sacerdotes Ecclesiarum Parochialium alios parochianos in Dominicis ac solemnibus & præcipuis diebus, contempta eorum Ecclesia, scienter recipiant ad officia Divina, nec eis conferant Ecclesiastica Sacramenta; qui vero contra fecerit graviter punietur.

De officialibus instituendis in Ecclesiis per Prælatos.

XXV. Item ordinamus, volumus, & mandamus, ut in omnibus Ecclesiis collegiatis tam secularibus, quam regularibus, & plebibus, seu capellis, in quibus plures Clerici residentiam faciunt, Prælati cum deliberatione, & consilio fratrum suorum, & si non tanta sit copia fratrum, ut & cum deliberatione honestæ familiæ suæ singulis annis ordinent, & constituant unum Camerarium, sive Massarium de fratribus suis, ad cujus manus omnis denarii, redditus, & proventus Ecclesiæ, vel Domus integre & plene proveniat, & ipse Camerarius scribat, vel scribere faciat diligenter quidquid ad manus suas pervenerit de pecunia vel proventibus Ecclesiæ sive Domus; & ulterius secundum consilium, & providentiam sui Prælati procuret, & disponat fideliter ea, quæ fuerint fratribus, & familiæ oportuna, prout Ecclesiæ vel Domus suppetunt facultates; ipse & Camerarius, sive Massarius omnibus duobus mensibus de omnibus redditibus, & Ecclesiæ expensis Prælato, & fratribus suis præsentibus plenam rationem in scriptis reddere teneatur. Nullus vero Prælatus in persona propria recipiat pecuniam, vel expendat, sed ad manus Camerarii pecunia tota perveniat, & redigatur in scriptis, prout superius est expositum. Prælati tamen de consilio fratrum suorum ordinent, & constituant singulis annis officiales de fratribus suis subditis, & non de aliis extraneis magis idoneos, & honestos; scilicet Camerarium, sive Massarium, Sacristam, Infirmarium, Portanarium, & Campanarium, & alios officiales, singulos ad singula officia, vel unum ad plura, sicut prælato, & fratribus melius visus fuit expedire. Ipsi autem officiales officia eis commissa humiliter, ac devote suscipiant, & diligenter ac fideliter ea studeant adimplere, & de omnibus quæ de bonis Ecclesiæ ad manus ipsorum officialium pervenerint Prælato suo & fratribus, tempore quo Camerarius suam reddiderit rationem, & ipsi rationem suam reddere teneantur, ita tamen quod quando Prælati, vel officiales Ecclesiarum per nos vel per Vicarium nostrum aut Visitatorem fuerint requisiti, sciant & possint de prædictis omnibus plenam reddere rationem. Caveant autem, & omnino abstineant tam Prælati, quam subditi ab illicitis donationibus de rebus Ecclesiæ, & damnosis expensis inordinatis. Sed cum Ecclesiæ necessitas, aut utilitas requirit aliquid expendendum esse, seu benemeritis esse dandum, Prælatus, vel Rector Ecclesiæ cum deliberatione, & consilio fratrum suorum, vel honestæ familiæ sic fideliter, & distincte omnia sibi commissa distribuat, & dispenset, ne coram Deo & hominibus juste valeat reprehendi. Qui vero contra fecerit in prædictis, & quolibet prædictorum, pro qualibet vice quinque libras Ferrarienses persolvat.

De possessionibus, & bonis Ecclesiarum non alienandis, nec obligandis.

XXVI. Item Sacrorum Canonum vestigiis inhærentes, statuimus, & distincte mandamus, quod nullus Prælatus aut Rector, vel Clericus, sive persona Ecclesiastica, aut administrator, vel procurator sive œconomus aut subditus, vel officialis alicujus Ecclesiæ, vel pii Loci Civitatis, vel Diœcesis Ferrariensis, ad nostram jurisdictionem spectantis, possessiones aliquas, aut res immobiles, sive jura spiritualia vel temporalia, quocumque nomine censeantur, Ecclesiæ, vel pii loci sibi commissæ, vel commissi vendat, vel aliquo alienationis titulo suo nomine alienet, val in emphyteusim perpetuam concedere, vel impignorare præsumat, nec aliquam juris vel facti concessionem, vel confessionem faciat de prædictis alicui Clerico, vel laico, aut cuicumque personæ, nullusque vices suas, vel jus quod habet in Ecclesia sua, vel administrationem ipsius, sive in beneficio Ecclesiastico alicui personæ de facto vel de jure concedat, sive committat, nec fructus suæ Ecclesiæ, suique Beneficii vel proventus ejusdem vendat alicui, vel aliquo titulo seu modo concedat, ita quod pro annis pluribus simul pensionem vel pecuniam fructuum, vel proventuum recipiant. Sed usque ad quinquennium quilibet Prælatus, seu Rector aut clericus, vel persona Ecclesiastica possit facere locationes de possessionibus Ecclesiarum suarum, & piorum locorum, & eorum fructibus percipiendo annis singulis & annuam & debitam pensionem, seu pecuniam fructuum vel proventuum Ecclesiæ, aut pii loci, vel beneficii sui Ecclesiastici; & hoc aliter facere non præsumat, scilicet uno anno pro pluribus. Subditi vero Ecclesiarum, vel piorum locorum alicui contractum de prædictis faciendo, & contra formam prædictam non consentiant aut subscribant sine nostra, seu vicarii nostri licentia speciali; sed postquam sciverint a Prælatis suis velle fieri contractum nobis, vel Vicario nostro infra octo dies ab eorum notitia notificare, & denuntiare per se, vel alium teneantur. Hac tamen constitutione monemus, & inhibemus districte, ne aliquis laicus aut persona Ecclesiastica regularis, vel sæcularis ab aliquo Prælato, vel subdito aut ab aliqua persona Ecclesiastica regulari, vel sæculari emat, vel recipiat concessionem aliquam seu locationem vel traditionem, vel alienationem, vel impignationem, aut obligationem, vel donationem, aut aliqua, quæ ad alienationem possint modo aliquo pertinere, ne aliquis contractum ineat cum eodem de prædictis, vel aliquo prædictorum absque licentia nostra vel Vicarii nostri habita, & obtenta. Nos enim omnes & singulos contractus contra hujus nostræ constitutionis tenorem factos, vel fiendos ab aliquo de prædictis irritamus, & ex nunc decernimus inanes, & cassos, & nullius penitus firmitatis. Quicumque vero contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum pœnam excommunicationis incurrat, quam ferimus in his scriptis; & si Clericus fuerit omni beneficio Ecclesiastico sit privatus. Mandamus insuper, & modo simili prohibemus, quod nullus Prælatus, aut subditus, vel alia persona Ecclesiastica alicujus Ecclesiæ, vel pii loci libros Ecclesiæ, cruces, calices, turribula, planetas, seu quæcumque alia paramenta, vel ornamenta obligare, im-

impignare, vel obliganda seu impignanda concedere alicui personæ audeat, vel præsumat absque licentia speciali habita, & obtenta. Quæ vero per se vel alios obligata, impignata hactenus essent, usque ad mensem unum post publicationem constitutionis præsentis recuperare fideliter, & rehabere procurent; & si aliquis cognoverit, vel cognoscit aliquem suum Prælatum, aut confratrem, vel officialem delinquere, seu deliquisse in prædictis, vel aliquo prædictorum, nobis vel Vicario nostro intra octo dies denunciare, postquam sciverit, teneatur. Qui vero contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum pro qualibet vice trium librarum Ferrariensium pœnam incurrat.

De debitis non contrahendis in Ecclesiis.

XXVII. Item cum ex debitis, quæ improvide, & inordinate in Ecclesiis contrahuntur, gravia damna, & detrimenta frequenter ipsæ Ecclesiæ patiaotur, prohibemus, & districte mandamus, quod nullus Prælatus aut officialis Syndicus, sive Capitulum Ecclesiæ regularis de cetero contrahere debitum ultra decem libras Ferrarienses præsumat; nullus Archipresbyter plebis secularis, aut sindicus, vel capitulum ipsius plebis ultra sex libras Ferrarienses; nullus rector, vel administrator aut procurator, vel clericus alicujus Ecclesiæ sive hospitalis, vel pii loci ultra tres libras Ferrarienses absque nostra requisitione, licentia, & consensu, & tunc pro evidenti necessitate, & utilitate ipsius Ecclesiæ debitum hujusmodi contrahi possit; nec ultra prædictam quantitatem ulterius alia debita contrahantur, nisi prius satisfactum fuerit de debitis jam contractis; ad debita quoque contracta ultra quantitatem prædictam absque licentia nostra usque ad tempus præsens, vel & in futuro contra formam præmissam nolumus Ecclesias, vel pia loca aliquatenus obligari, sed hujusmodi debita contrahentes ipsa debita solvere teneantur; & nihilominus pœnam trium librarum Ferrariensium incurrat.

De possessionibus Ecclesiæ per Clericos non admittendis.

XXVIII. Item statuimus, volumus, & mandamus, quod ubicumque duo, vel tres aut plures clerici sunt, vel fuerint in aliqua Ecclesia Civitatis Ferrariensis, vel Diœcesis, possessiones ipsius Ecclesiæ, vel jura inter ipsos clericos nullatenus dividantur absque nostra licentia, & consensu. Si vero aliquæ possessiones Ecclesiæ cujuscumque absque nostra licentia sunt divisæ, infra mensem unum post publicationem constitutionis præsentis integrentur & reducantur in unum, & hoc idem de beneficiis ad communem mensam, vel victum pertinentibus ordinamus, & volumus observari, & quod Clerici comedant simul, & simul vacentur bonis ad comunem usum, & statum ipsius Ecclesiæ communiter habeant universa; alioquin si contra formam præmissam fuerit aliquid attentatum, & factum, sit irritum, & inane. Et contra facientes in prædictis, vel aliquo prædictorum quadraginta solidorum Ferrarinorum pro qualibet vice pœnam incurrant.

De Bonis alicujus Ecclesiæ injuste habitis, vel occupatis, aut habendis, vel occupandis.

XXIX. Item monemus omnes, & singulos Clericos, & Laicos, qui bona mobilia, vel immobilia, sive jura, privilegia, instrumenta, scripturas, vel res alias, seu alia quæcumque bona ad Episcopatum, vel Ecclesiam aliquam, seu hospitale aut locum religiosum, seu venerabilem Civitatis Ferrariensis pertinentia, vel Diœcesis, accipere auctoritate propria, vel ejus qui de jure dare non potuit, vel occupavit, invasit, vel habet, aut detinet occupata, seu nititur detinere, ut infra mensem unum a die publicationis constitutionis præsentis peremptorie numerandum nobis, vel Vicario nostro, Ecclesiæ, aut loco illi, ad quem pertinent, seu spectant libere dimittant, relaxent, restituant, & resignent. Qui vero hujus statuti nostri, monitionis, & mandati transgressor existit, vel prædictam, vel aliquod prædictorum de cetero occupabit, invadet, aut quocumque malo modo accipiet, vel tenebit illum vel illos, cujuscumque sexus vel conditionis existant, ex nunc prout ex tunc excommunicamus, & in his scriptis excommunicationis sententia innodamus, nec absolutionis beneficium possint recipere, vel habere, nisi prius sic oceopata, vel detenta, aut invasa vel accepta restituant, resignent, & libere dimittant, & satisfaciant de prædictis, & de damnis satisfecerint, & expensis. Præstantes autem personis prædictis circa prædicta vel aliquod prædictorum auxilium, consilium, & favorem, simili sententia & pœna excommunicationis duximus innodandos. Quam excommunicationem si per tres menses animo sustinuerint indurato, si Clerici fuerint, ipsos omnibus beneficiis privamus; si vero Laici, ipsos omnibus feudis, beneficiis, & gratiis simili modo privamus.

De Decimis.

XXX. Item inhibemus, & monemus districte, ne Laici sine titulo justo decimas detineant in suæ periculum animæ, & ne detinentes eas quocumque modo in alios Laicos, vel Clericos eas transferre possint aliquo modo, sive titulo, absque nostra licentia, & consensu; nec fructus earum vendere aut concedere, vel donare quocumque modo, nisi ad unum annum tantum, scilicet fructus earum decimarum vendere, vel aliis concedere annuatim. Hoc enim non negamus, vel maxime qui se dicunt, & asserunt jure feudali decimas tenera prædictas. Contra facientes autem cujuscumque sexus, vel conditionis existant, & qui ab eis, vel ab aliis receperint decimas quocumque modo, vel titulo, & qui super prædictis sic prohibitis fecerint instrumenta, vel decretum imposuerint, & testes, qui scienter passi fuerint se talibus illicitis contractibus adhiberi, si aliquod de prædictis malitiose, & in fraudem fecerint, prædicti omnes ex nunc ut ex tunc in his scriptis excommunicationis sententia innodamus. Idem statuimus, & volumus in Clericis decimas a nobis, vel ab Episcopatu tenentibus, seu possidentibus observandum; præterea omnes, & singulos contractus contr.: hujus nostræ constitutionis tenorem hactenus factos, vel fiendos in posterum ab aliquo de prædictis, ex nunc decernimus irritos & inanes, & nullis unquam tem-

ANNO CHRISTI 1332.

temporioribus valituros. Si vero excommunicationem per duos annos animo sustinuerit indurato, si Clericus fuit, omni beneficio, gratia, & privilegio Ecclesiastico sit privatus; si vero laicus, omni beneficio, & feudo privatus existat.

De honestate, & continentia Clericorum.

XXXI. Item super continentia, & honestate vitæ Clericorum præsenti constitutione duximus ordinandum, ac etiam statuendum, quod nullus Clericus, vel Ecclesiastica persona cujuscumque conditionis, aut status, qui sacrum ordinem, vel beneficium Ecclesiasticum obtinet, vel in posterum obtinebit, habitans in Civitate Ferrariensi, vel Diœcesi, mulieres aliquas, vel aliquam sub prætextu consanguinitatis, aut convictionis vel alio quocumque prætextu inter septa Ecclesiæ suæ, hoc est, infra Domus ipsius Ecclesiæ adhærentes, retinere sine nostra, vel Vicarii nostri licentia audeat, vel præsumat; nec concubinam aliquam, seu focariam publice retinere. Clericos enim qui feminas aliquas concubinas, aut focarias in domibus Ecclesiæ, ant etiam apud ecclesiam, sive alicubi publice & manifeste nnnc retinent seu in posterum retinebunt secundum constitutionem venerabilis Patris Domini Fratris Latini Hostiensis & Veletreusis Episcopi, olim Apostolicæ sedis Legati, a suis beneficiis Ecclesiasticis se noverint fore privatos, & eos in præsenti constitutione privamus, nisi infra mensem unum fuerint correcti. Nihilominus pro qualibet vice pœnam vigintiquinque librarum incurrant. Quam pœnam infra mensem unum solvere teneantur. Nullus etiam clericus in minoribus ordinibus constitutus, quamvis beneficium ecclesiasticum nullum obtineat, nec aliquis qui persona ecclesiastica censeatur, licet clericatus non obsistat, concubinam aliquam, seu focariam, vel mulierem aliquam tenere, vel habere præsumat. Si vero contrarium facere fuerit deprehensus, qualibet vice pœnam decem librarum Ferrariensium incurrat; quam pœnam infra mensem unum solvere teneatur. Contemptores autem, & rebelles, ac inobedientes omnes, & singulos supradictos omni beneficio, & privilegio, & beneficio, & gratia protectionis, ac defensionis ecclesiasticæ præsenti constitutione privamus. Habeant insuper Clerici, & Prælati quicumque bonas societates, & conversationes honestas, & abstineant ab illicitis, & inhonestis, de quibus possint merito reprehendi. Caveant insuper a juramentis, ac blasphemiis, & ab inhonestis, ac scurrilibus verbis. Item a societatibus, officiis, & comitiis laicalibus, nec exerceant venationes, aucupationes, vel publicas factiones, nec ad palatium communis Ferrariæ, vel ad domos Palatii vadant, vel accedant pro alieno negotio in judicio Curiæ sæcularis ventilando, absque nostra, vel Vicarii nostri licentia speciali. Nec aliquis Sacerdos, vel Clericus aliquem suum filium proprium secum ducat, nec in Ecclesia, vel domibus Ecclesiæ tenere præsumat. Qui vero contra fecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum pro qualibet vice pœnam quinque librarum Ferrariensium incurrat.

De Clericis Usurariis.

XXXII. Item proibemus districte Clericis universis, & personis Ecclesiasticis, ne mutuare pecuniam ad usuram per se, vel alium, vel concedere boves ad laborandum modo aliquo vel contractu, qui posit usurarius judicari, aut facere, vel inire quemcumque usurarium contractum aliquo modo, vel ingenio audeat, vel præsumat. Quicumque vero Clericus vel persona Ecclesiastica contrarium fecerit vel facere fuerit deprehensus, totum capitalem, sive sortem perdat, nostræ Cameræ applicandum; & ulterius omnes usuras sive lucrum restituere integraliter teneatur. Contemptores autem & rebelles beneficiis Ecclesiasticis, necnon & privilegio, & gratia Ecclesiasticæ defensionis, & protectionis præsenti constitutione privamus. Nullus insuper Clericus vel persona Ecclesiastica inhonestas, & indebitas negotiationes, vel mercationes exercere præsumat; contrarium facientes nostro arbitrio puniantur.

De Acusationibus, testificationibus, & juramentis Clericorum in Curia seculari.

XXXIII. Item mandamus, & inhibemus districte, ne Clericus aliquis aut persona Ecclesiastica criminaliter coram judice seculari aliquem accusare, vel testimonium ferre aliqua ratione præsumat; nisi prius a nobis, vel Vicario nostro, & pro evidenti, vel legitima causa petita licentia, & obtenta, & coram nobis, vel Vicario onstro præstito juramento. Si vero contrarinm per aliquem Clericum, vel personam Ecclesiasticam fuerit attentatum, transgressor hujusmodi in decem libras Ferrarienses pro qualibet vice condemnatus existat. Caveat insuper quilibet Clericus, & persona Ecclesiastica, ne fidejussores vel procuratores laicorum existant, ne super hujusmodi coram judice seculari oporteat eos testimonium perhibere; alioqnin pœnam prædictam incurrant, si contrarium fuerint contra facere deprehensi, absque nostra, vel Vicarii nostri licentia, & consensu.

De Ecclesiasticis non trahendis ad curiam Secularem.

XXXIV. Item prohibemus districte, ne clericus aliquis, vel persona Ecclesiastica Clericos aut personas Ecclesiasticas trahere audeat, vel præsumat ad forum, vel curiam, aut judicium seculare. Qui vero contra fecerit, vel contra hoc facere præsumpserit viginti libras Ferrarienses pro qualibet vice cameræ nostræ persolvat. Et nihilominus omne gravamen, & expensas illius, quem traxit per se vel alium ad forum, vel ad curiam, vel ad judicem secularem satisfacere teneatur.

De Clericis euntibus de nocte.

XXXV. Item prohibemus, & districte mandamus, ne clericus aliquis, vel persona Ecclesiastica vadat per Civitatem Ferrariæ, vel suburbia de nocte cum armis, vel sine armis, dantes ex nunc licentiam, & liberam potestatem decano, & aliis officialibus ad hoc deputatis per secularem qunscumque de prædictis clericis, aut personis Ecclesialliceis invenerint de die, absque licentia nostra, vel vicarii nostri cum armis, vel de nocte cum armis, vel sine armis, licite detinendi, & ad onstram præsentiam conducendi, & si de nocte fuerit usque mane in sua fortia detinendi; & ut prædicti Decani, & officiales sint magis solliciti

ANNO CHRISTI 1332.

ad exequendum prædicta, statuimus, & volumus, eisdem ut tres libras Ferrarinas habeant pro quolibet, quem de die, vel de nocte invenerint malo modo, & inventum ad nos duxerint præsentandum. Prædictam vero non intelligimus ad clericos, & sæculares extendi, qui de nocte cum lumine vadunt in necessitate ad exhibendum infirmis Ecclesiastica Sacramenta, vel alias pro evidenti necessitate vadunt de nocte cum lumine, cum societate licite ordinata. Quicumque vero contrafecerit in prædictis, vel in aliquo prædictorum, quinque libras Ferrarienses persolvat.

De Clericis percussoribus.

XXXVI. Item volentes in quantum possumus maliriis hominum obviare, ne maleficia maneant impunita, præsenti constitutione ordinamus, volumus, & mandamus, quod si quis, diabolo instigante, in clericum scienter per se, vel alium manus injecerit violentas, itaque passo enormem inferat læsionem percutiendo cum armis, vel quacumque percussione lethali, præter excommunicationem quam ipso facto incurrit, sit ipso facto privatus omnibus beneficiis, quæ haberet in civitate Ferrariense vel Diœcesi, nec possit in futurum in eisdem beneficium aliquod obtinere; & intelligimus beneficia sive prælatura sint, dignitates, rectoria, canonicatus, seu præbenda, vel simplex clericus, aut jus Patronatus, feudum emphyteosis, auctoricatia, castaldionatus, seu procuratio, vel aliud quodcumque beneficium proveniens ab ecclesia vel pio loco. Si autem ex tali læsione, seu percussione mors, aut membri amissio, vel debilitatio fuerit consecuta, non solum prædictam pœnam, vel pœnas incurrat, immo non possit perpetuo aliquis sibi attinens in eadem Ecclesia in primo, vel secundo gradu in Civitate, vel Diœcesi aliquod beneficium Ecclesiasticum accipere, vel habere. Si vero aliquis beneficium aliquod conferendo alicui de prædictis huius statuti transgressor scienter extiterit XL. solidos Ferrarienses persolvat, & nihilominus quod factum fuerit sit irritum, & inane, & nullius penitus firmitatis. Si autem hujusmodi percussor, seu malefactor clericus fuerit, vel persona ecclesiastica, ipsum omni beneficio, ecclesiastico privilegio, & gratia ecclesiasticæ defensionis, & protectionis privamus, præter pœnam temporalem, quam semper sua dementia patietur. Et volumus istam constitutionem extendi ad maleficia præterita, & futura, ex quibus præteritis non fuit absolutio subsecuta.

De Clericis arma portantibus.

XXXVII. Item, quia canonicæ sanctiones districte prohibent clericis arma portare, cum hoc plurimum deroget ecclesiasticæ honestati, præsenti constitutione mandamus, & inhibemus districte, quod nullus clericus, nulla persona Ecclesiastica secularis, vel regularis, habitans in Civitate, vel Diœcesi Ferrariensi, cujuscumque conditionis, aut status, arma impugnationis, vel defensionis portare audeat, vel præsumat, nisi ex justa, & legitima causa, prius tamen a nobis petita licentia, & obtenta, & insuper præstita de non offendendo idonea cautione. Quicumque vero contra fecerit, pro qualibet vice, & quolibet armorum genere in decem libras Ferrarienses condemnatus, & punitus existat. Si autem rebellis, & inobediens, & contumax fuerit, nec infra mensem unum redierit ad nostra mandata omnibus beneficiis suis, privilegiis, & gratiis, protectione & defensionibus Ecclesiasticis sit privatus.

De tabernis, choreis, & ludo taxillorum vitandis.

XXXVIII. Item inhibemus & distincte mandamus, ne clericus aliquis aut persona ecclesiastica, habitans in civitate Ferrariensi, vel suburbiis, tabernas intret ut bibat in eis. Et idem intelligimus de illis qui in villis nostræ Diœcesis inhabitare noscuntur. Item ne cum mulieribus, vel aliis, quibuscumque personis choreisent, aut in choreis cantare, saltare, vel balare præsumant, seu in quibuscumque locis lascivire, vel obscenitates, aut ludibria sui corporis exercere. Item ne ad azardium, vel aliquem ludum taxillorum aut aliquem alium ludum inhonestum, quocumque nomine censeatur, nisi forte ad schacos absque taxillis, pecunia, vel extra quacumque ludere præsumant per se, vel alium in publico, vel occulto. Quicumque vero contrafecerit, vel offenderit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pro quolibet excessu, & pro qualibet vice usque ad quindecim dies, quinque libras Ferrarienses persolvat.

De clericis contrahentibus matrimonium de facto.

XXXIX. Item injungimus, & districte mandamus, quod nullus clericus cujuscumque status, vel conditionis existat, qui aliquod beneficium Ecclesiasticum habet, vel obtinet, aut in posterum obtinebit, in Civitate Ferrariensi, vel Diœcesi cum aliqua muliere contraxerit, vel contrahet in futurum, præsumat aliquod beneficium Ecclesiasticum deinceps tenere, vel potius usurpare in detrimentum Ecclesiæ, & opprobrium Ordinis Clericalis. Nos enim hujusmodi Clericos, postquam matrimonium de facto contraxerint omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinent, aut etiam obtinebant, hac nostra constitutione decernimus esse privatos. Illa beneficia per eos, ad quos de jure spectat, electio personis idoneis libere conferantur. Si vero beneficia ipsa post matrimonium contractum retinere præsumpserint, nec ea ex toto reliquerint, aut per se vel per alios contradixerint, vel impedierint, hujusmodi transgressores ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, a qua sententia, nisi Clericis ipsis quidquid de bonis earum habuerint plene restituant, nullatenus absolvantur. Prælati vero postquam sciverint subjectos suos post matrimonium contractum Ecclesiastica beneficia retinere, aut potius usurpare, aut in Concubinatu permanere, nisi infra mensem nobis, aut Vicario nostro denuntient, pœnam quinque librarum Ferrariensium incurrant. Nullus insuper Clericus, vel persona Ecclesiastica, exceptis ex officio baptizantibus compatres sibi faciant, vel commatres, ut incauta conversatio mulierum a Clericis removeatur omnino. Qui vero contra fecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum pro qualibet vice pœnam trium librarum Ferrariensium in currat.

De

ANNO CHRISTI 1312.

De vitando accessu ad Monasteria.

XL. Item honestati elericorum, & personarum Ecclesiasticarum, tam secularium, quam regnlarium providere volentes, ordinamus, & districte injungimus, & mandamus, quod nullus Sacerdos, vel Clericus Secularis, nullus Religiosus, seu ecclesiastica persona ad aliquod Monasterium monialium, vel sororum absque nostra, vel Vicarii nostri speciali licentia, & consensu personaliter accedere audeat, vel præsumat. Nullus etiam laicus ipsa monasteria Monialium, vel sororum accedat causa habendi colloquium cum eis, absque licentia prædicta, ut superius est expositum, exceptis patribus, matribus, Fratribus, & sororibus ipsarum Monialium, & sororum, & hoc de nostra licentia speciali, exceptis etiam confessnribus per nos, vel auctoritate nostra ipsis Monialibus, & sororibus deputatis, aut in posterum deputandis, & aliis Religiosis, qui eis prædicara debuerint Verbum Dei, ac eis etiam qui causa snlemnitatis, vel funeris, & causa Missam celebrandi, & insuper medicis, sive Barberiis, qni causa infirmitatis, de nostra vel Vicarii nostri licentia, & consensu ad ipsa monasteria fuerint convocati. Qui vero contra fecerit in prædictis, vel eliquo prædictorum, si clericus fuerit, pro qualibet vice pœnam quadraginta solidorum Ferrariensium persnlvat; si vero laicus sit ab ingressu Ecclesiæ interdictus. Si vern Clericus, vel Laicus loce intrinseca Monialium prædictarum intrare præsumpserit absque nostra, vel Vicarii nostri licentia petita pariter, & obtenta, excommunicationis sententiam eumdem incurrere volumus ipso facto, quam in hujusmodi præsuniorem hac admonitione præmisse, ex tune proferimus in his scriptis.

De acquisitis, & comparatis, & forma instrumentorum.

XLI. Item statuimus, & mandamus, qnod tam Prælati, quam subditi Ecclesiarum, & piorum locorum, si aliquid emere voluerit in bonis & possessionibus, aut facere compram, vel acquisitionem vica & nomiue ipsius Ecclesiæ vel pii loci emant, & fieri faciant instrumenta. Si vero aliquis prædictornm suo proprio nomine emere voluerit, prius cotam nobis, aut Vicario nostro per viros aliquos fide dignos plenam fidem facere teneatur, quod de proprin patrimonin, vel peculio, quod acquisivit, & non de bonis Ecclesiæ, vel pii loci emere intendit, seu facere compram, vel acquisitum, & tandem cum licentia nostra, aut Vicarii nostri possit emere, & emptinnem, vel acquisitum perficiat quod intendit. Alioqnin, si contta formam prædictam aliquid fuerit comparatum, vel amtum Episcopatui nostro, & Cameræ integre applicetur. Si vero de bonis Ecclesiæ, vel pii lnci fnrte constiterit, ad ipsam Ecclesiam, vel pium locum libere revertatur, & transgressor hujusmodi tres libras Ferrerienses infra mensem unum persolvat.

De instrumentis fictitiis, & simulatis.

XLII. Item quia nonnulli Clerici per istrumenta fictitia & simulata, contra laicos malignare conantur, nos super his providere volentes, præsenti constitutione mandamus, & inhibemus districte, quod nullus Clericus, aut persnna Ecclesiastica per instrumenta fictitia, & simulata emere, vel acquirete audeat, vel præsumat aliquo modo, vel titulo, possessiones, vel terras aliquas, sen bona quæcunque in fraudem, & in proximi detrimentum, nec.... faciat a quibuscunque laicis aliqua jura, & actiones fictitie, & simulate, nec possessiones aliqunrum laicorum auctoritate proprie occupet, vel invadat. Si vero per instrumenta fictitia, & simulata aliquid hactenus acquisivit, vel emit, ipsa instrumenta fictitia, vel simulata infra octo dics post publicationem constitutionis præsentis cassei, irritet, & annullet, ac eis expresse renunciet, ita quod nullius momenti existant, & in rerum natura nihil appareat de prædictis. Possessionem autem, bona, & jura, sic acqnisita simulate, infra terminum eumdem primo possessori restituat, & dimittat occupata & invasa auctoritate propria infra terminum idem octo dierum suo posessori vero & domino similiter restituat, & relaxet. Si quis autem in prædictis, vel aliquo prædictorum transgressor extiterit, pro qualibet vice, pœnam decem librarum Ferrariensium incurrat, quam pœnam, nisi usque ad mensem unum persolverit animn induraio, omni beneficio, & privilegio Ecclesiastico sit privatus.

De Sortilegiis.

XLIII. Item quoniam per sortilegia, & incantationes, & maleficia Christianæ Fidei sinceritas, & morum honestas frequentius perturbatur, præsenti constitutione monemus, & districte mandamus, quod nullus Clericus, vel persona Ecclesiastica, sive Laicus, vel persona quæcunque sortilegia, vel maleficia, seu incantationes, sive facturas facere quocunque modo, procurare, ant consentire ut fiant, audeat vel præsumat. Et præcipue talia, ex qnibus vir & uxor non possint carnaliter se cognoscere, aut se ad invicem diligere, vel simul commorari. Nec aliqua alia, in quibus res sacræ apponantur, vel misceanrut, nec illa, in quibus Dœmones invocantur, vel in qnibus sunt aliqua pacta Dœmonum tacita, vel exptessa. Quicunque vero fecerit contra prædicta, vel aliquid prædictorum, ipsofacto sententiam excommunicationis incurrat, quam ferimus in his scriptis.

De Falsario, & falso Testimonio.

XLIV. Item præcipimus, injungimus, & mandamus, quod nullus Clericus, vel Laicus cujuscumque conditionis vel status aliquod instrumentum publicum falsum faciat, aut fieri consentiat, vel procuret, de quibuscunque juribus acqnirendis, ant defendendis in præjudicium alicujus, nec litteras falsas de aliquibus indulgentiis, aut gratiis impetrandis fabricare, vel fabricari facere, vel ad hæc dare operam, seu favorem, aut eis aliquod modo uti audeat, vel præsumat. Nullus insuper Clericus, vel Laicus cujuscumque conditionis existat in judicio Ecclesiastico, vel civili falsum testimonium in damnum & detrimentum alicujus facere audeat malitiose, vel præsumat ant consentiat ut feratur, sive scienter in dicendo falsum, aut scienter occultandn verum. Nos enim contra prædictos falsarioc instrumentorum, ant litterarum, & contra testes prædictos in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus; a

qua

ANNO CHRISTI 1332.

qua seotentia nullus prædictorum possit absolvi, nisi pro viribus suarum facultatum de omni damno, quod secutum fuerit ex falsitate commissa, arbitrio nostro, vel Vicarii nostri infra mensem unum satisfecerit competenter. Clericus autem, si culpabilis fuerit in prædictis, omni beneficio ulterius sit privatus.

De Incendiariis.

XLV. Item precipimus & mandamus, quod nullus Clericus, vel Laicus, cujuscunque conditionis existat, Ecclesiam aliquam, vel pium locum, seu Domus, aut quæcunque alia bona scienter, & injuriose comburere audeat vel presumat, aut comburi consentiat, vel procuret; alioquin ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, quam ferimus in his scriptis, a qua nullatenus absolvatur, nisi arbitrio nostro, vel Vicarii nostri de damno, & injuria passo satisfecerit competenter, vel plenam remissionem de damno illato receperit ab eodem. Et ulterius, si Clericus fuerit, omni beneficio Ecclesiastico privatus existat.

De Usurariis.

XLVI. Item constitutionem Concilii Lugdunensis, editam per felicis recordationis Gregorium Papam X. contra usurarios manifestos, volentes inviolabiliter observari, præsenti statuto districte præcipimus & mandamus, quod nullus Sacerdos Parochialis, nec quicumque alius, cujuscumque conditionis existat, aliquem usurarium manifestum a peccatis absolvere audeat vel præsumat, nec ei Ecclesiastica Sacramenta tradere vel Ecclesiasticam sepulturam, nisi prius circa ipsum usurarium fuerit forma prædicti Concilii Lugdunensis, plenarie observata, nec absque nostra seu Vicarii nostri licentia, si potuit commode postulari; nullusque notarius, seu tabellio testimonium conficiat, vel conscribat alicujus usurarii manifesti, sive ubi conficiatur intersit, nisi presbyter Parochialis sit præsens, si potuit baberi, cui ipse testator parochianus extitit, & nisi forma dicti Concilii plene fuerit observata. Qui vero contra fecerit ipso facto sententiam excommunicatiouis, incurrat, quam ex nunc ferimus in his scriptis; & licet hujusmodi Sacerdotes, qui contra prædictam formam absolvere præsumpserint usurarios manifestos, ab audientia confessionum per dictum Concilium sint privati; nihilominus volumus, quod hujusmodi transgressores pro qualibet vice pœnam decem librarum Ferrariensium incurrant. Quam nisi præmonitione præmissa intra mensem unum secundum commissum debitum persolverit, & contumaces ac rebelles extiterint, & beneficio, & privilegio Ecclesiastico sint privati. Notarii vero, sive tabelliones, qui constitutionis, vel provisionis Concilii Lugdunensis, & nostræ fuerint temerarii transgressores, ab excommunicationis sententia nullatenus absolvantur absque nostra, vel Vicarii nostri licentia, & mandato; & tunc cautionem idoneam cum juramento teneantur præstare de parendo mandatis Ecclesiæ, atque nostris. Et ut Parochiales Ecclesiæ Presbyteri in observatione constitutionis dicti Concilii Lugdunensis nullo decipiantur errore, omnes, & singuli Presbyteri tenorem constitutionis dicti Concilii teneantur, & debeant in scriptis habere.

Super eodem Capitulo.

Item infinitis malitiis, & fraudibus exquisitis, quos usuraria pravitas quotidie nititur invenire, prout nobis est possibile cupientes occurrere, præsenti constitutione statuimus, quod si in aliquo instrumento, vel præcepto fiendo, vel facto ab octo annis citra, contineatur, quod aliqua persona teneatur ex aliqua causa dare, vel solvere alicui, vel tempore præcepti, vel obligationis contractæ fuisse usurarius aliqnam pecuniæ quantitatem fingatur, & intelligatur fictione presentis constitutionis, quamquam non admittatur probatio, cum vera fors sit media pats tantum ejus quantitatis, vel sortis, quam instrumentum continet, vel præceptum.

* Sensus confusus.

Adducimus insuper, quod omnia precepta vel instrumenta facienda, vel facta ab octo annis citra, quibus caveatur, quod aliqua persona solvere teneatur aliquid alicui, qui tempore precepti, vel obligationis erat usurarius, vel matri, uxori, sorori, fratri, vel filiis, vel alteri familiari, qui tunc habitaret in eadem familia cum quovis usurario, vel aliquibus constitutis in ejus potestate, fictione juris intelligantur rejecta omni probatione contraria usuraria, & in fraudem usurarum confecta.

Idem per omnia declaramus intelligi, si aliquis de predictis personis rem aliquam mobilem vel immobilem emerit cum hac conditione, vel pacto, quod liceat venditori, si voluerit, usque ad constitutum tempus rem quam vendidit redimere pretio restituto emptori. Quod tamen intelligi volumus, si res sic empta per usurarium, vel alios suprascriptos tempore emptionis communi æstimatione plus valebat, quam pro ipsa fuisset pretium constitutum. Nam cum ex predictis circumstantiis talis contractus emptionis presumatur pignoratitius a jure, & in fraudem usurarum confectus, talis emptor semper teneatur ad rem restituendam cum fructibus recepto suo pretio, in quo perceptos sibi redditus debeat computare. §.

Insuper declaramus, quod pro restituendis usuris, quas ab aliquibus per se, vel alium extorsit usurarius, omnia bona ipsius usurarii sic efficaciter obligata noscantur, quod si emancipationis nomine vel alio quovis titulo, in filios, vel in alios sua bona transtulerit, vel hactenus transtulit, dicentur ipsa bona cum sua causa, vel onere transivisse ad quemlibet possessorem. In prædictis autem omnibus casibus, & similibus eum intelligi volumus usurarium esse, contra quem duo testes idonei, & fide digni sub juramento deposuerint eum esse, vel fuisse tempore contractus, de quo testificantur, vel ante ipsum contractum, vel etiam post per annum usurarium, reddita sufficienti causa sue scientiæ, vel se accepisse ab illo pecuniam sub usuris ad rationem...... & librarum, vel se eidem solvisse aliquid nomine usurarum per se, vel alium de pecunia, quam ab eo, vel alio ejus nomine percepissent, vel contra quem, quatuor testes deposuerint eum esse vel fuisse tempore supradicto usurarium secundum publicam vocem, & famam, quorum testimonio in aliquo casuum prædictorum omnium nolumus obstare, quod sint in suis testimoniis singulares. Ad ea adjicimus, quod solutio usurarum, vel remissio fieri debeat in præsentia nostra, vel Vicarii nostri, vel alterius, cui nos, vel ipse hoc duximus committendum, nec de prædictis

possit

ANNO CHRISTI 1332.

possit probatio fieri, nisi per scripturam unius ex notariis Episcopalis curiæ Ferrariensis; aliter facta solutio, vel remissio in prædictis probationibus nullam obtineat roboris firmitatem.

De Excommunicatis.

XLVII. Item statuimus, & etiam ordinamus, ut quicumque per annum contumaciter perseveraverit in excommunicatione, nec Ecclesiæ, & nostris voluerit obedire mandatis, si Prælatus vel Rector seu Canonicus, aut simplex Clericus fuerit, omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinet, vel habet ad præsens, aut obtinebit vel habebit in posterum in Civitate Ferrariensi vel Diœcesi, omnibus gratiis, feudis, & emolumentis, ac privilegis Ecclesiasticæ defensionis, & protectionis, ex nunc prout ex tunc, in his scriptis privamus, & diffinitive decernimus esse privatum.

Si autem laicus fuerit, & feudum vel beneficium aliquod, aut jus patronatus obtinebit, vel habebit in posterum, ipsum omni feudo vel feudis, & jure patronatus ac omnibus beneficiis Ecclesiasticis, & emolumentis ac gratiis quibuscumque sit ipso jure privatus, & ipsum in his scriptis, ex nunc prout ex tunc, præsentis constitutionis, & omni qua possumus, & fungimur auctoritate privamus, & volumus, ac decernimus, quod omnia, & singula libere, & integre ad Ecclesiam revertantur.

De Appellationibus.

XLVIII. Item volentes versutiis, malitiis, & fraudibus injuste appellantium ac eorum falsitatibus debita providentia obviare, præsenti constitutione mandamus, & inhibemus districte sub pœna excommunicationis, quod nullus deinceps cujuscumque conditionis existat in Civitate Ferrariensi vel Diœcesi, contra nos aut Vicarium nostrum, seu quemcumque judicem alium, aut contra processus eorum, sive contra quoscumque suos adversarios appellationes aliquas, & causas legitimas continentes malitiose, ac latenter, interponere per se aut alium aliquo modo præsumant, si copiam habere potuerit Judicis, a quo duxerit appellandum, quem judicem primo requirat, & convenienter expectet; & si forte die non juridica, vel & feriata, vel aliqua diei hora, & juridice, qua judex non est solitus pro tribunali sedere, & quacumque hora diei ipsius judicis copiam habere non poterit, duxerit appellandum, ipsum judicem, prius requirat in domo, & in camera, quibus est solitus residere; ita quod requisitio publica sit & manifesta apud familiares Judicis ipsius, & nullo modo censeri possit occulta. Et hoc idem per omnia statuimus observandum per quoscumque de cetero appellationes super requisitione de nobis & nostro Vicario publice in præsentia nostræ familiæ facienda, ut nostri copia & sui possit haberi. § Et nihilominus appellationem quam proposuerit, & ejus seriem apud familiam nostram, & cujuscumque Judicis, a quo appellaverit, relinquat in scriptis. §. Si vero per nos aut Vicarium nostrum, vel judicem quemcumque, a quo fuerit appellatum facta fuerit, tunc, aut postea infra triduum oblata, & facienda responsio aliqua appellanti, de qua mandatum fuerit Notario, seu tabellioni, qui appellationem ipsam in publicam formam redigere decrevit, quod de responsione hujusmodi facere debeat, publicum instrumentum ipse Notarius seu tabellio, in fine appellationis quam autenticaturus est, responsionem nostram aut Vicarij vel cujuslibet Judicis a quo extitit appellatum seriatim per ordinem absque ulla diminutione subscribere teneatur; & postmodum eodem signo suo, more solito in eodem instrumento publico se subscribat. Nos enim ex nunc prout ex tunc excommunicamus in scriptis omnes, & singulos tam principales, quam procuratores aliter de cetero appellantes, & notarios, qui de appellatione facta contra formam præmissam contrafecerint instrumentum, nec non advocatos, & sapientes, & alios quoscumque, qui consilium dederint aliter, quam supra diximus, appellandi a nobis, vel Vicario nostro, aut aliis Judicibus quibuscumque, & testes insuper, qui latenter, & malitiose se hujusmodi appellationibus interponendis ex certa scientia interfuerint, & etiam conscios eorumdem, nisi, quam citius poterunt, ipsas appellationes Judicibus, a quibus fuerit appellatum, sive ordinatum, sive appellantis, vel appellantium adversariis cum effectu procuraverint revelare, decernimus ex nunc appellationes aliter factas, & instrumenta ex ipsis confecta contra formam præmissam penitus non valere, nulliusque fore roboris vel momenti. Et insuper clericos, & personas Ecclesiasticas contrarium facientes in prædictis, vel aliquo prædictorum, in quinque libras Ferrarienses pro qualibet vice duximus condemnandos.

De Commissariis, & Heredibus Defunctorum.

XLIX. Item ordinamus, & volumus, ut omnes Rectores, vel Ministri, aut Cappellani Ecclesiarum, seu Monasteriorum civitatis Ferrariensis, & diœcesis nomina decedentium, in eorum parochiis, & commissariorum, & heredum, & notariorum, seu tabellionum conficientium testamenta, vel scribentium, si qua fuerint confecta, aut scripta, Vicario nostro dent, vel mittant in scriptis infra quindecim dies post prædictorum defunctorum obitum numerandas. Qui vero contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, pro qualibet vice pœnam viginti solidorum Ferrariensium incurrat.

De testamentis, & ultimis voluntatibus.

L. Olim experti cognovimus, quod quamplures testatores se ipsos, & conscientias eorum fallentes, simpliciter, non attendentes quam graviter Deum offendant in talibus, & animas suas lædant, in disponendis ultimis voluntatibus sæpissime fraudes committant, & dolos in nostram, & parochialium Ecclesiarum, ac pauperum non modicam injuriam, & gravamen. Videlicet si ad male ablatorum incertorum restitutionem noverint se teneri, ut eorum a nobis, quæ ad diœcesani officium pertinere dignoscuntur dispositio detrahatur in testamentis, vel de ipsis ut veritatem aliter subvertendo §. Et si Prædicatorum, vel Minorum, aut aliorum Ordinum, vel Religiosorum vel secularium Ecclesiis, Conventibus, sive locis, aut aliquibus Fratribus, Rectoribus, sive clericis apud quorum Ecclesias, sive loca, quandoque sepulturam elegerint aliquid atestari voluerint, relinquere aut donare alteri Ecclesiæ, sive loco, aut personæ, vel alio quocumque modo, per indirectum disponunt, ut juri parochiali Presbyteri sive Rectoris Parochialis Ecclesiæ

ANNO CHRISTI 1332.

clesiæ detrahatur. Et ad dictas machinationes, & malitias cautius committendas, nonnulli Judices, & Notarii, ac aliæ personæ, quæ aliquando intersunt cum testamenta, vel codicilli eduntur, ut eisdem testatoribus consulant, ac de dispositionibus conficiant instrumenta imprudens consilium & auxilium conferunt, & ad usum illicitum præbent eis; Nos itaque Guido Dei Gratia Episcopus Ferrariensis, tam iniquis actibus, & odiosis circumventionibus, quo possumus remedio resistere cupientes, de communi Capituli Ferrariensis Ecclesiæ consilio, & consensu statuimus, & præsenti constitutione mandamus, quod omnes & singuli, tam mares, quam mulieres, qui vel quæ ad restitutionem male ablatorum incertorum sciverint se teneri, ipsa male ablata in testamentis suis vel codicillis expresse, omni dolo & fraude amotis, exprimant, & relinquant. Et si testatores hujusmodi apud aliquorum Religiosorum, vel secularium Ecclesias sive loca, quæ eis conceditur, sibi contingat eligere sepulturam, et velint Fratres ipsos, vel Rectores aut eorum Ecclesias, sive loca de bonis suis aliquid habituros vel directe attestentur, et relinquant eisdem, exprimendo super ipsis legatis plenissime veritatem, ut Parochialis Presbyter, vel Ecclesia portione debita non fraudetur, sibi caventes provide ne seditionibus, et prævaricationibus aliquorum alii vel aliis, a quibus hujusmodi portio sive quarta minime deberetur, ad ipsorum Fratrum utilitatem, et commodum sub aliquo velamine deceptorio relinquatur. Præterea nullus judex, vel Notarius, nec aliqua alia persona, cujuscumque conditionis, vel status existat, procurare præsumat, quod in prædictis, vel aliquo prædictorum quocumque modo, vel quæsito colore, intentionis testantium, aut disponentium immutetur veritas, vel veritatis substantia nullatenus pallietur. Et ut prædicta caute observentur, statuimus, quod nullus Notarius Civitatis vel Diœcesis Ferrariensis testamentum aliquod conficere præsumat, nisi vocato prius et præsente Rectore Parochialis Ecclesiæ, a quo testator ipse debuit, seu consuevit recipere Ecclesiastica Sacramenta, si copia Rectoris haberi possit ejusdem. Si quis autem præsentis nostræ constitutionis, inhibitionis, et mandati sive mandatorum contemptor, vel transgressor extiterit, aut in peragendo contrarium eorum quæ mandantur in ea per se vel alium, seu alios quocumque modo, ingenio sive forma, publice vel occulte, præstiterit auxilium, consilium, et favorem, cujuscumque sit præminentiæ, Ordinis, Religionis, conditionis, et status, excommunicationis sententiam, post decem dies a tempore publicationis hujusmodi numerandos, se noverit incursurum, quam ex nunc in tales ferimus in his scriptis, ad absolutionis gratiam nullatenus admittendos, nisi primo duplum, quod ex sua circumventione dolosa subtrahi contigerit, fuerit integre restitutum.

Item cum ad nostrum inter cetera præcipue officium pertineat pias decedentium voluntates executioni debitæ facere demandari, omnes et singulos Notarios Civitatis, et Diœcesis Ferrariensis, qui testamenta aliqua scripserint, vel scripserint in futurum, nec non et fideicommissarios institutos, ac instituendos in quibuslibet testamentis, præsenti statuto monemus, quatenus ipsi Notarii omnia legata ad pias causas in testamentis ipsis, quæ scripserunt et scripserint, adnotata, nobis, seu Vicario nostro intra mensem nunciandum, in jam scriptis a die monitionis hujusmodi; in scribendis vero a die obitus testatoris in scriptis debeant præsentare, ipsique fideicommissarii, legata in testamentis contenta, ad quorum executionem sunt a testatoribus ipsis assumpti, vel in posterum assumentur, debeant intra sex mensium spatium, in jam assumptis a die hujus nostræ monitionis; in assumendis, aut a morte testatoris continue computandum, iis quibus legantur integre persolvisse, nisi legitimo fuerint impedimento detenti, de quo coram nobis, vel Vicario nostro infra decem dies teneantur facere plenam fidem; alioquin Notarios suprascriptos ab ingressu Ecclesiæ ex tunc tandiu suspendimus in his scriptis, quandiu legata prædicta nobis, seu Vicario nostro curaverint præsentare; fideicommissarios vero prædictos executione, et potestate exequendi testamenta eadem ex nunc decernimus esse privatos, ipsorumque testatorum executio ad nos, et officium nostrum libere devolvatur.

De exceptionibus dilatoriis.

LI. Item quia nonnumquam propter dilatorias exceptiones aliquibus personis in causis malitiose propositas impediri contigit judicia, seu deferi, cupientes litibus finem imponere, ac volentes parcere laboribus potius et expensis, statuimus, et firmiter ordinamus, quod quicumque in foro nostro proposuerit exceptionem dilatoriam, et in ea persistens succubuerit, in expensis parti alteri condemnetur factis a tempore propositæ exceptionis usque ad interlocutoriam super dilatoria promulganda, volentes et decernentes præsens statutum ad Abbates, Priores, Archipresbyteros, Prælatos, et Rectores Ecclesiarum Civitatis Ferrariæ et Diœcesis pervenire, et extendi debere. Et insuper mandamus eisdem, ut ipsum faciant per se, vel alium in suis Ecclesiis publicari, ne aliquis possit de cetero per ignorantiam excusari. Qui vero contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, pœnam XX. solidorum Ferrariensium incurrat pro qualibet vice.

De Statutis & Ordinamentis contra libertatem Ecclesiæ.

LII. Item licet secundum canonicas sanctiones omnes et singuli qui contra ecclesias et ecclesiasticas personas et ecclesiæ libertatem statuta vel ordinamenta fecerint, aut operam dederint, seu procuraverint ea fieri vel servari, sive consuetudines aliquas in præjudicium ecclesiasticæ libertatis introduxerint, aut observaverint, seu fecerint observari; nec non statutarii, ac scriptores statutorum ipsorum, & ulterius Potestates, Consules, ac Rectores locorum, in quibus hujusmodi statuta facta et edita forent, aut consuetudines introductæ, editæ, vel servatæ sint sententia excommunicationis ligati, quos in sententia excommunicationis innodamus, quam contra eos proferimus in his scriptis; quia tamen hujusmodi sententia contemnitur a plerisque in animarum suarum periculum & mortiferum detrimentum, nos volentes debito remedio providere, statuimus, & districte mandamus, quod nullus Sacerdos Parochialis, nec alius quicumque, cujuscumque conditionis existat, in civitate, vel Diœcesi Ferrariensi aliqua de prædictis qui contra ecclesias, vel ecclesiasticas personas, & ecclesiæ libertatem

ANNO CHRISTI 1332.

tem statuta, vel ordinamenta .... vel ut consuetudines aliquas fecerint, vel introduxerint, aut fieri, vel observari procuraverint, sive consenserint, vel ad hoc præstaverint consilium, auxilium, & favorem, aut statutarios vel scriptores statutorum, sive Potestates, Consules, vel Rectores locorum, in quibus statuta facta & edita essent, aut consuetudines hujusmodi introductæ forent, aut etiam observatæ in foro Pœnitentiæ præsumant absolvere sine nostra, vel Vicarii nostri licentia, & mandato, nisi in articulo necessitatis extremæ; & tunc nisi prius cautionem idoneam cum juramento præstiterint de parendo mandatis ecclesiæ, atque ministris; & firmiter promittendo quod dabunt operam omnes quantum poterunt cum effectu, & fideliter procurabunt ad revocandum & removendum totaliter omnia & singula statuta illa & ordinamenta quæcumque, vel consuetudines, quę de ipsorum, & cujuslibet eorum consilio, favore, auxilio, vel assensu edicta, facta, procurata, vel servata forent in præjudicium ecclesiarum, ecclesiasticarum personarum, & ecclesiasticæ libertatis; & quod de ipsis numquam consentient, nec dabunt operam, consilium, vel favorem statutis aliquibus faciendis, aut ordinamentis, seu consuetudinibus introducendis, aut observandis in præjudicium aliquarum ecclesiarum, ecclesiasticarum personarum, & ecclesiasticæ libertatis. Quicumque vero sacerdos parochialis, vel alius quicumque contra formam præmissam aliquam de transgressoribus prædictis absolvere scienter præsumpserit, aut eis tradere ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam, ab audientia Confessionum sit ipso facto privatus, & ulterius pro qualibet vice, qua contrafecerit, decem libras Ferrarienses Cameræ nostræ persolvat.

De munitionibus non faciendis contra Episcopum, vel ejus familiam.

LIII. Item prohibemus & districte mandamus, ne aliquis Prælatus, Rector, minister alicujus Ecclesiæ vel Monasterii seu domus, aut loci venerabilis Civitatis & Diœcesis Ferrariensis, cujnscumque status, ordinis, dignitatis, vel conditionis existat, nec alius quicumque ecclesiam, campanile, vel domum, seu domos prædictorum locorum contra nos vel familiam nostram seu nuncios nostros munire, incastellare, vel munitos tenere præsumat. Qui autem contrafecerit, ipsum in iis scriptis excommunicamus & excommunicationis sententia innodamus, quam excommunicationem si per mensem sustinuerint animo indurato, ipsum omni Prælatura, Rectoria, administratione, beneficio seu beneficiis, privilegiis & gratiis omnibus Ecclesiasticis, quæ haberet in Civitate Ferrariensi vel Diœcesi, præsenti constitutione, & omni qua possumus & fungimur auctoritate privamus. Monentes ultimo omnes & singulos utriusque sexus, cujuscumque status, dignitatis seu conditionis existant, ne supradictis vel eorum alicui ad faciendum prædicta conferant auxilium & favorem publice vel occulte. Qui autem contrafecerit, ipsum ex nunc prout ex tunc excommunicamus in his scriptis, & decernimus excommunicationis sententiæ subjacere, & eorum familias ecclesiastico supponimus interdicto, ne eorum filii vel nepotes in Civitate Ferrariensi vel Diœcesi ad ecclesiastica beneficia ullo modo de cetero admittantur.

De Bannitis Communis Ferrariæ.

LIV. Item statuimus, injungimus & mandamus, quod nullus Prælatus ecclesiæ cujuscumque, sæcularis, vel regularis, aut venerabilis vel pii loci, nec aliqua persona ecclesiastica Civitatis Ferrariensis vel Diœcesis alicui Bannito Communis Ferrariensis pro aliquo maleficio gravi, videlicet proditione, homicidio, incendio, furto, rapina, falsitate, vel aliis similibus in dictis maleficiis perpetratis, vel et perpetrandis dare audeant vel præsumant consilium, auxilium vel favorem. Qui vero contrafecerit pro qualibet vice pœnam nonaginta librarum Ferrariensium incurrat. Quam si per mensem unum non solverit, animo indurato, nec venerit ad nostra mandata, ipsum omni prælatura, rectoria, dignitate, beneficio ecclesiastico, privilegio, & gratia, præsenti constimtione, & omni qua possumus auctoritate, privamus, & nihilominus contra hujusmodi clericos personas ecclesiasticas tenentes, receptantes vel associantes per se vel alios prædictos malefactores & Bannitos Communis Ferrariensis non solum ad pœnas prædictas, sed & ad alias gravius procedemus.

De Notariis extraneis.

LV. Quoniam propter notariorum aliquorum malitiam, qui dolose interdum ad nostram seu Vicarii nostri ducti præsentiam, ut de aliquibus protestationibus, requisitionibus denunciationibus, investitionibus vel hujusmodi aliis conficiant instrumenta, deviantes a tramite veritatis, & stylum debitum pervertentes, nobis & ecclesiæ nostræ Ferrariensi damna & detrimenta contingere perpendimus ac jacturas, cupientes ab ipsis in quantum possumus præcavere, præsenti constitutione statuimus & inhibemus districte, ne aliqua persona ecclesiastica vel sæcularis, cujuscumque conditionis existat, occasione alicujus protestationis, investitionis, requisitionis, seu denunciationis faciendæ ad nostram seu Vicarii, Officialis vel alicujus familiaris nostri præsentiam intendens accedere, secum ducat vel ducere audeat seu rogare aliquem alium notarium vel tabellionem præterquam notarium & tabellionem Curiæ vel Cameræ nostræ Episcopalis, quorum copia continuo potest haberi, & de ipsorum est legalitate plenius confidendum, ut de prædictis aliquibus vel de aliquo prædictorum aut eorum similibus conficiant instrumenta; nullusque notarius alius præter nostros, nec & testes aliqui sub pœna excommunicationis se hujusmodi confessionibus instrumentorum scienter immisceant; decernentes ex nunc instrumenta ejusmodi contra prohibitionem nostram confecta, vel conficienda in posterum, cassa, irrita & inania, nulliusque penitus existere firmitatis.

De Constitutionibus duabus vicibus in anno legendis.

LVI. Item præsenti constitutione injungimus & mandamus, ut prædictæ constitutiones nostræ melius possint commendari memoriæ singulorum & diligentius observari, quod Abbates, Priores, & ceteri Prælati regulares in communi audientia fratrum suorum & subditorum, Archipresbiteri vero seu Plebani, vel alii Prælati quicumque in communi audientia fratrum & sub-

ANNO CHRISTI 1332.

subditorum suorum Capellanorum omnes prædictas constitutiones nostras bis in anno, scilicet semel in quadragesima, & alia vice inter festum S. Michaelis & S. Martini, legant aut legi faciant distincte, & aperte, itaut omnes possint intelligere omnia & singula, quæ in ipsis nostris constitutionibus continentur, ne in observatione ipsarum aliquis de negligentia, vel ignorantia valeat excusari. Si vero aliquis de prædictis hoc neglexerit adimplere, quadraginta libras Ferrarienses persolvat pro qualibet vice. Volentes etiam, & mandamus quod omnes, & singuli Prælati Ecclesiarum tam sæcularium, quam regularium Civitatis Ferrariensis, vel Diœcesis omnes prædictas nostras constitutiones usque ad festum Sancti Michaelis, proxime venturi, conscribi faciant, & in eorum ecclesiis teneaotur habere, ac ipsas cum diligentia observare, quas Notarii curiæ nostræ prælatis ipsis tradent conscriptas, & diligenter correctas; alioquin prædictam pœnam incurrant.

De abrogatione veterum constitutionum.

LVII. Item volnmus, & firmiter ordinamus, quod præsentes constitutiones, quæ in hoc volumine continentur, per nos de consilio capituli Ferrariensis nunc editæ, correctæ atque declaratæ, in præsentia Prælatorum, & Cleri Civitatis Ferrariensis, & Diœcesis vocatorum, ad hoc lectæ, & publicatæ, ac per nos confirmatæ, de cetero ab omnibus, & singulis inviolabiliter observentur, omnesque nobis subjecti eis uti debeant, omissis & abrogatis quibuslibet aliis constitutionibus olim a Prædecessoribus nostris editis quo ad eam observantiam in futurum. Quas constitutiones abrogamus, & scriptis præsentibus revocamus. Ita quod nullus deinceps ad ipsarum observantiam teneatur; salvis insuper, & reservatis nobis semper pleno jure ac libera potestate, et arbitrio addendi, et minuendi, seu declarandi, vel interpretandi super dictis nostris constitutionibus, prout nobis melius et utilius videbitur expedire.

Quod absentantes se ab Ecclesiis ultra quindecim dies sine licentia Episcopi sint ipso facto privati Ecclesiis.

LVIII. Quia ubi majus periculum vertitur, ibi est plenius consulendum; idcirco propter quorumdam insolentiam, qui ecclesias sibi commissas, et curam animarum damnabiliter negligunt, et impavide delinquunt in grave periculum animarum, nulla super hoc nostra licentia requisita, statuto, quod loquitur de morte, vel absentia clericorum, adjiciendo statuimus, quod quicumque obtinet, vel obtinebit etiam in futurum archipresbyteratum, prioratum, dignitatem, prælaturas curam animarum, vel rectoriam quamcumque in aliqua Ecclesia sæculari, vel regulari Civitatis, vel Diœcesis Ferrariensis, in ipsa ecclesia teneatur residere, et debeat, et continue deservire. Quod si quisquam prædictorum ultra tempus quindecim dierum sine licentia nostra absens fuerit, deinceps ab eadem Ecclesia, justo impedimento cessante, sine nostra licentia requisita, & obtempta, eum ex tunc eumdem intelligimus vagari, & habere suam Ecclesiam derelictam, ipsum absentem, quicumque sit ille, omni Archipresbyteratu, Præpositura, Abbatia, Prioratu, Dignitate, Prælatura, Cura, & Rectoria quacumque præsenti statuto privamus, & privatum denunciamus, cassantes, et annullantes omnes, et singulas licentias, et dispensationes talibus personis factas, quæ huic nostræ constitutioni videantur in aliquo obviare, cum manifeste videamus in damnum Ecclesiarum, et animarum periculum redundare. Cupientes insuper Divinum cultum non minui, sed augeri, huic adjicimus sanctioni, quod quicumque Archipresbyter Ferrariensis Diœcesis super absentia ab ecclesia sua a nobis obtinuit dispensationem in futurum, teneatur in Ecclesia ipsa duos, seu unum saltem juxta nostræ seu Vicarii nostri moderationis arbitrium continue tenere Vicarios Sacerdotes, qui in eadem ecclesia officium quotidie celebrent nocturnum pariter, et divinum, ac populo ministrent ecclesiastica Sacramenta; quibus quidem vicariis de proventibus ipsius Ecclesiæ tam ad Archipresbyterum, quam ad Canonicos pertinentibus juxta nostram vel Vicarii nostri dispositionem congrue volumus provideri, alias dispensatio tam Archipresbytero, quam Canonicis ipsis indulta statim viribus non subsistant. Valde namque incongruum reputamus, ut si qui in officio, propter quod beneficium est concessum, Deum per se vel alios negligunt honorare, ipsius Dei patrimonia debeant impugnari. Verum si Archipresbyter ipse in Ecclesia sua residentiam fecerit personalem, tunc eo casu volumus, & statuimus, ut unum secum tenere debeat Capellanum, qui ipsius Archipresbyteri in divinorum celebratione, & Sacramentorum ecclesiasticorum collatione adjutor existat. Cui quidem Capellano idem Archipresbyter de proventibus ipsius Ecclesiæ in victualibus, ac de præbendis Canonicorum ejusdem ecclesiæ absentium, teneatur in salario providere prout per nos, seu Vicarium nostrum ordinatum fuit, & taxatum.

Editæ, compilatæ, promulgatæ, & approbatæ fuerunt constitutiones superscriptæ per Ven. in Chr. Patrem, & Dom. D. Guidonem Divina gratia Episcopum Ferrariensem, in præsentia Capituli Ferrariensis, ac prælatorum, & Cleri Civitatis, & Diœcesis Ferrariensis, & de conniventia, & consensu eorum, videlicet discretorum virorum D. Andreæ præpositi Bonalbergi Tance, Gratiani Canonicorum majoris Ecclesiæ Ferrariensis R. P. D. Fratris Barnabini Abbatis Mon. S. Bartholomæi prope Ferrariam, D. Joannis Capellani Sindici, & Procuratoris Monasterii S. Georgii tunc vacantis Prioris, Fr. Placiti Prioris mon. S. Antonii, D. Zambelli Archip. plebis Melariæ, D. Nicolacii Archip. plebis contra padi, D... Archip. plebis Ficaroli, D. Petri Archip. plebis Sancti Martini de Pontonaria, D. Bonaventuræ Archipresbyteri plebis Donarii, Dom. Francischini Archipresbyteri plebis Bonettici, Dom. Archipresbyteri plebis Frisigalis, D...... Prioris S. Joannis superioris, Carlini œconomi plebis Frumiganæ tunc vacantis, D. Bennati prioris ecclesiæ S. Agatæ, D... prioris eccl. S. Agnetis, D. Bonsegnoris rectoris S. Stephani archipresbyteri conventus presbyterorum Civitatis Ferrar. DD. Petri prioris hospitalis S. Leonardi, Jacopini prioris hospitalis Domus Dei. D. Omdonis archipresbyt. plebis de septem Policinis, Dom. Raynerii presbyt. ecclesiæ S. Joan. Burgi inferioris D... capell. monast. S. Silvestri, Fratris Mazzolæ rect. eccl. S. Laurentii, D. Bartholomæi rect. eccl. S. Vitalis, D. Leonisii rect. eccl. S. Apolonaris, D. Michaelis rect. S. Salvatoris, D. Bonsadi rect. eccl. S. Nicolai, D. Bo-

ANNO CHRISTI 1332.

Bonagratiæ capell. eccl. S, Alexii, D. Achiantæ rect. S. Petri, D. Nicolai rect. eccl. S. Gregorii seu Capellani, D. Capellani plebis Gaibanæ, fratris Thomasini & fratris Donati fratrum Ecclesiæ S. Pauli, D. Pauli rect. seu capell. ecclesiæ S. Mariæ de Bucho, D. Michaelis olim rectoris eccl. S. Clementis, D. Joannis rect. eccl. S. Jacobi, D. Hascimber rect. eccl. S. Mariæ Novæ, D. Ognabentis rect. eccl. S. Blasiii, Dom. Francisci rectoris eccles. Omnium SS. Dom. Benedicti rectoris eccl. Sanctę Crucis, Sacini rectoris eccl. Bagnolæ, Dom. Carnevalis rector. eccl, Bauriæ, & Dom. Joannis rector, eccl. Fossanovæ, & aliorum multorum Clericorum; & per ipsos nullo contradicente auctoritate præfati Dom. Episcopi approbatæ & confirmatæ fuerunt constitutiones suprascriptæ in millesi. trecentes. trigesimo secundo indict. XV. die X. mens. Julii Ferrariæ in episcopali palatio, in sala magna superiori, præsentibus testibus discretis viris D. Paganino beneficiato in eccl. Bonon. camerario, Tucio notario & officiali præfati D. Episcopi, D. Joanne de Brinis, Bonaventura & Pace de Brinis notariis curiæ episcopalis Ferrariensis, Curibene, Sandino, & Seracin nunciis ejusdem curiæ, & aliis multis, salvis tamen & reservatis præfato dom. Episcopo pleno jure & libera potestate & arbitrio addendi & minuendi, declarandi & interpretandi super dictis constitutionibus, & qualibet causa, prout ei melius & utilius videbitur expedire.

Ego Albertinus filius D. Joannis de Brinis not. imperiali auctoritate, ac episcopalis curiæ Ferr. notarius prædictarum constitutionum compilationi, promulgationi & confirmationi præsens rogatus ac jussus una cum D. Joanne, Pace & Bonaventura de Brinis notarius dictæ curiæ, a præfato Domino Episcopo de ipsarum constitutionum compilatione, promulgatione & confirmatione facere publicum instrumentum, suprascriptam publicationem, promulgationem & confirmationem scripsi.

ADDITIONES AD HOC CONCILIUM.

Ex Archivo Metropolitanæ Ecclesiæ Ferrariensis excepta sunt sequentes suspensiones quarumdam ex his constitutionibus. Istæ autem suspensiones decretæ sunt a B. Joanne de Tausignano Episcopo Ferrariensi in Synodo ab ipso habita Ferrariæ anno 1432. die 30. Septembris.

N.° XIV. De Canonica institutione . . . . *in partem abolenda.*
N.° XVII. De Ecclesiis spectantibus ad collationem Episcopi.
N.° XVIII. De pluribus beneficiis ecclesiasticis non recipiendis ... *in totum abolenda, quia sunt plura jura probantia.*
N.° XXVI. De possessionibus, et bonis Ecclesiarum non alienandis, vel obligandis.
N.° XXIX. De bonis alicujus Ecclesię injuste habitis vel occupatis, aut habendis vel occupandis. . . . . *Decretum prædictum non intelligatur de fructibus.*
N.° XXX. De Decimis.
N.° LIX. Quod absentantes se ab Ecclesiis ultra quindecim dies sine licentia Episcopi, sint ipso facto privati Ecclesiis.
N.° XV. De Monachis, vel Canonicis, vel Clericis non recipiendis, et non instituendis absque licentia Episcopi.
N.° XXIV. De Testamentis, et ultimis voluntatibus.

ANNO CHRISTI . . .

CONCILIUM TERRACONENSE III.

Ex Martene Thesauro Anecd. t. 4. p. 319.

Sub eodem Joanne patriarcha Alexandrino et administratore ecclesię Terraconensis celebratum.

Ex MS. ecclesiæ Avenionensis.

I. *Contrafacientes guerram seu malum per modum guerræ sine diffidamento; & quod archiepiscopus possit super hac constitutione & aliis contra invasores editis procedere.*

AD reprimendam audaciam perversorum, clericos seu personas ecclesiasticas diffidantium seu procurantium diffidari, aut eorum occasione homines vel loca eorum, fuit dudum in provinciali consilio Terraconæ constitutum, quod facientes talia incurrerent excommunicationis sententiam ipso facto, & terra eorum esset supposita ecclesiastico interdicto: verum quidam non attendentes mentem istius constitutionis, seu verba; ac pœnas ejusdem astuta calliditate evitare volentes, contra illos quos dicta constitutio diffidari prohibet guerram absque diffidamento faciunt, seu eos homines, loca vel bona eorum per mo-

modum guerræ, seu hostiliter, aut alias A cum turba, seu hominibus coadunatis, ex proposito damnificant & invadunt; quamquam contra personas ecclesiasticas, vel homines loca, aut bona eorum guerra fieri non possit: Nos igitur JOANNES miseratione divina sanctæ Alexandrinæ sedis patriarcha, & administrator in spiritualibus & temporalibus a sede apostolica deputatus, sacri approbatione concilii, attendentes eos, qui talia agunt, non minus & plus delinquere quam simpliciter diffidantes; eamdem constitutionem quæ ad hoc facta extitit, ne damna ecclesiis, clericis, seu personis ecclesiasticis inferrentur, locum habere decernimus quantum ad omnia ejus capitula, etiam contra illos, qui absque diffidamento prædicta faciunt, vel aliquid prædictorum, & qui in hoc dederint consilium vel favorem. Adjicientes dictam constitutionem locum habere etiam contra eos, qui prædictos diffidantes, guerrificantes, seu malefactores in locis suis receptaverint, sive defensaverint publice vel occulte: quam quidem pœnam C locum habere decernimus contra omnes personas, quæ in dictis criminibus seu delictis persistunt, nisi infra duos menses a tempore hujus constitutionis continue computandos satisfecerint de eisdem. Statuentes quod præsentem constitutionem & alias contra raptores, & invasores personarum ecclesiasticarum, rerum & bonorum, ac hominum eorumdem diffidatores, malefactores, damnificantes, receptatores, ac fautores, & defensores prædictos editas nos patriarcha administrator prædictus, & archiepiscopi Terraconæ qui pro tempore fuerint, per quemcumque fuerimus requisiti, & etiam sine requisitione & officio, pro nobis & ecclesiæ Terraconæ ac canonicis ejusdem & familiaribus nostris possimus libere per totam provinciam Terraconensem observari facere, & secundum earum formam procedere; ac procedi facere super eis, & super his subditi suffraganeorum nostrorum teneantur nobis, & dictis archiepiscopis obedire: nedum pro committendis in futurum contra constitutiones prædictas, immo pro his quæ contra eas jam sunt etiam commissa.

II. Ut denunciatos, & publice in ecclesiis excommunicatos per constitutiones contra invasores editas, nullus in suis domibus seu hospitiis admittat; & quod officiales episcoporum pro causæ cognitione super dictis constitutionibus nihil recipiant; & quod censuram ecclesiasticam aggravaverit contra tales.

Pia consideratione prædecessores nostri excommunicantes invasores, raptores, & deprædatores hominum, ecclesiarum & ecclesiasticarum rerum ac locorum religiosorum, nec non fautores aut receptatores eorum, provide statuerunt quamdiu principales malefactores hujusmodi in aliqua villa vel civitate existant, ecclesias penitus cessare a divinis: prohibentes tales ab excommunicatione absolvi, donec de præmissis satisfecerint competenter. Consideraverunt quod malefactores hujusmodi a civitatibus & villis, ad quas eos venire contingeret, expulsi, rubore suffusi, ad humilitatis & debitæ satisfactionis ac reconciliationis facilius inclinarentur affectum. Sed, proh dolor! quod interdum constitutiones super his editæ debite non servantur, hujusmodi excommunicatio, quę contra formam dictarum constitutionum faciliter relaxatur in animarum periculum deducitur in contemtum. Nam vix aliquis participalium talium excommunicatos evitat, nullus etiam de suis civitatibus vel villis eos expellit, & ex hoc sequitur, quod ipsis excommunicatis in civitatibus & villis remanentibus, D cum cessent ecclesiæ a divinis, participantes divinorum multis insumtibus subjiciuntur, divinum officium intermittitur, ac juri ecclesiarum in proventibus & obventionibus debitis detrahitur & honori, & quod horrendum est dicere, dictis excommunicatis interdum propter munera eis oblata de civitatibus & villis ad horam & tempus modicum exeuntibus, quod in eorum pœnam specialem statutum est, in præmium seu lucrum eorum vertitur temporale; & sic E quod ad defensionis præsidium est, nutrientium ad iniquitatis dispendium retorquetur. Cupientes igitur constitutiones prædictas debitum sortiri effectum ac prędictam excommunicationem deduci nullatenus in contemtum, hoc statuto perpetuo sacro approbante concilio, excommunicamus omnes qui scienter hujusmodi malefactores excommunicatos, postquam in ecclesia parochiali per tres dies dominicos vel festivos denuntiati fue-

fuerint publice excommunicati in ipsa parochia, in sui ad babitaodum vel hospitandum arce petierint, vel receptos sustinuerint domibus vel hospitiis, aot eos per alios recipi mandaverint, vel fecerint: quos statim ex suo officio etiam absque requisitiooe cujusquam episcopi, & eorum officiales principales, & alii pro episcopis jurisdictione utentes, excommuoicatos dennncient usque ad satisfactionem condignam. Præcipimus insuper omnibus episcopis Terraconæ provinciæ ac vicariis vel officialibus earumdem, quod circa observatiooem istius & aliarum constitutionum se exhibeant promptos, favorabiles, & benignos; & ut liberius ad observationem constitutionum hujusmodi procedatur, prohibemus vicariis ac officialibus episcoporum principalibus, & aliis pro episcopis jurisdictione utentibus, ne pro causæ commissione vel processu faciendo contra malefactores hujusmodi aliquam pecuniam prætextu salarii vel laboris exigaot, vel etiam recipiant: ne prætextu hujusmodi pecuniæ babendæ, vel eo quod salarium non habebunt, differant scienter procedere cum fuerit procedendum: alioquin eo ipso suspensi sint ab officio & diviois. Probibemus etiam episcopis, ac vicariis, & officialibus eorumdem, oe ad commissionem vel processum hujusmodi faciendum, aliquem vel aliquos debeant delegare: cum hominis hujusmodi causa eis incumbere dignoscatur. Postquam autem contra aliquem vel aliquos ipsas constitutiones duxerint publicandas, easque ut excommunicatus fecerit evitari, cootra eos, exigente cootumacia, requisiti procedaot: videlicet contra suos subditos puro & mero officio censuram ecclesiasticam aggravaodo: nec tales malefactores vel receptatores eorum absolvant, donec de damnis & iojuriis propterea irrogatis satisfactum fuerit competenter. Imponant insuper absolotis sub debito præstiti jurameoti talem pœnitentiam pro commissis, quod pœna doceote cognoscant quantum excesserint, cessatiooum hujusmodi obsequia exbibendo; quam pœnam si forte peragere contemserint, in pristioam excommunicationem eos io hoc casu reincidere, denuotieot ipsos recidisse. Qui vero aliter eos duxerit absolvendos, ad interesse illis qui taliter damoificati fuerint teoeatur, & divinæ subjaceat ultioni, ac jndicio concilii subsequentis. Nos antem patriarcha & admioistrator ecclesiæ Terracooę prædictus, & successores oostri qui pro

A tempore fuerint archiepiscopi Terraconę in oobis & officialibus nostris hane coostitutionem & alias supradictas per omnia observabimus & observari etiam faciemus.

III. *Quod elericus beneficiatus non advocet contra ecelesiam pro laico.*

Cum ecclesia nna sit, nnum Deum prædicet atque colat, & omoia quæ ipsa ecclesia habet nnum sit patrimoninm Crucifixi, quilibet clericus beneficiatus, B qui de ipso patrimonio vivit, ipsam non impugnare, immo defendere teneatur: & aliqui clerici beneficiati de patrimonio supradicto contra eam in causis non dubiteot laicis patrocinium impertiri. Idcirco constitutione præsenti statuimus perpetuo valitura, quod nullus beneficiatus in aliqua causa, quam clericus aliquis cootra laicum aliquem ratione sui beneficii habeat, agendo vel defendendo io judicio ecclesiastico seu etiam sæculari laico contra clericum, nisi in C casibus, io quibus permissum est, clericos coram sæculari judice postulare, impendat patrocinium judicio, vel extra publice vel occulte advocati seu procuratoris officium exercendo: io facientes contrarium excommunicationis sententiam proferentes.

IV. *Quod servitores elericorum, nisi promissum eis vel petitum in vita fuerit, non possint exigere salarium ab eisdem.*

D Statuimus, quod hi qui cum prælatis & personis ecclesiasticis pro domesticis & familiaribus morantur vel morabuntur, post mortem dominorum noo possint petere salarium, seu solidatam, nisi probaverint quod eis promissum fuerit salarium vel solidata, seu super remuneratione habenda pro servitio dominos convenerint viventes in judicio, saltem citatiooe sequuta.

E

V. *Contra dominos impedientes quod personæ ecclesiasticæ in eorum locis domos, granaria vel borrea babere non possint pro eorum redditibus congregandis.*

In nonoullis partibus provinciæ Tersaconæ locorum domini ecclesiasticis otilitatibus invideotes, non permittunt quod personæ ecclesiasticæ, quæ inibi decimas percipiunt, emant seu articulo acquirant & habeant domos seu horrea vel cellaria, in quibus decimales redditus

ANNO CHRISTI 1331.

tus congregentur, aut etiam conserven-A tur, prohibent etiam subditis suis, & diversis modis eos retrahunt, ne dictis personis ecclesiasticis ac ementibus ab eisdem domos, horrea aut vasa ad hoc locent, commodent, vel concedant: quod quidem facere moliuntur, ut personæ prædictæ dictos redditus eisdem dominis vendere pro minimo compellantur. Nos igitur indemnitati ecclesiarum providere volentes, & abusum hujusmodi in divinæ legis offensam præsumtum penitus de ipsa provincia extirpare, sacro approbante concilio, locorum ordinariis præcipiendo mandamus, quatenus si locorum domini & rectores, postquam pro parte personarum ecclesiasticarum inde requisiti fuerint, deliquerint in prædictis vel aliquo prædictorum, sententiam excommunicationis, quam obsequia hujusmodi subtrahentes incurrere dignoscuntur, contra ipsos dominos vel rectores studeant publicare, ac eorum exigente contumacia censuram ecclesiasticam aggravare.

CONCILIUM BENEVENTANUM

Habitum anno 1331. a Monaldo Archiepiscopo.

Hujus Concilii fragmentum MS. habemus in metropolitano Archivo in pervetusto Codice, incipiente a Capite XIII. usque ad Cap. LXXIII. quod est ultimum: priores namque paginæ, duodecim alia capita continentes, desiderantur. Quæ itaquè reperimus, fideliter exscripta, sunt, quæ sequuntur.

CAP. XIII.

Pro Beneficiorum collatione, nihil vel detur, vel accipiatur a quocumque. Collationis litteræ penes præsentatum extent.

Ex Card. Ursini synodico Benev.

ITem, ut error simoniacæ pravitatis, & labes ejus funditus extirpetur, sub excommunicationis pœna monemus, & ordinamus, atque statuimus, quod nullus de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana pro aliquo beneficio D obtinendo aliquid spirituale ex pacto, vel juramento, vel aliquid temporale, pecuniam, vel alia bona promittat, seu donet alicui Domino Episcopo, Abbati, vel alteri Domino spirituali; necnon Comiti, Baroni, aliisque personis sæcularibus cujuscumque existant præeminentiæ, seu patronis Ecclesiarum quarumcumque vel suæ familiæ, vel etiam alicui alteri mediatori, vel procuratori, quocumque quæsito colore, vel propter E aliquam transactionem alicujus beneficii Ecclesiastici, seu permutationem, nisi in quantum jura permittunt. Supradicti autem sint excommunicati. Simoniam committentes, tam dantes, quam recipientes, quam etiam mediatores, quam etiam promittentes, & jurantes, sint B beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtinent, ipso facto privati: & nihilominus sententiam excommunicationis incurrant. Adjicientes nihilominus, & mandantes, quod nullus patronus Ecclesiæ Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ prædictarum cujuscumque status, præeminentiæ, aut dignitatis existat, litterram collationis Ecclesiæ, seu institutionis præsentati ad dictam Ecclesiam, seu in posterum præsentandi penes se habeat, sen retineat C quoquo modo: immo ipsas esse volumus penes institutum prædictum, donec vixerit. Et quod nullus patronus Ecclesiæ cujuscumque prædictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ quocumque quæsito colore, vel via recipiat, nec recipere possit aliquem fructum, seu redditum ipsius Ecclesiæ ab instituto pacto, nec aliquid aliud ab hujusmodi præsentato, seu præsentando per eum. Contrarium vero facientes tam dantes, quam recipientes pœnas easdem incurrere volumus ipso facto.

CAP. XIV.

Beneficiorum collatio favore alicujus, aut timore facta, nulla sit.

ITem, quod nonnulli ambitionis vitio irretiti viam rectam oberrantes, ut cæci, & ovile per ostium non intrantes, dum beneficia vacant, Dominos temporales, & alios Magnates, & Potentes adeunt, ab eisque ad Prælatos, & alios, ad quos spectat collatio, & institutio beneficiorum, ipsorum preces, & nostras exigunt, & obtinent opportunas. Unde contingit, quod Prælati ipsi

ANNO CHRISTI 1331.

ipsi Dominos temporales, & eorum indignationes verentes, sæpe indignis beneficia conferunt, vel si non conferunt tali, prout supra nominato, ipsorum Dominorum, & Potentium odium, & indignationem incurrunt. Ex quo, prout sæpe experientia docuit, Prælatorum Ecclesiasticorum non modicum sequitur detrimentum. Nos volentes huic morbo, qui sine simoniæ vitio vix accidit, illam, quam possumus adhibere medelam, præsenti Constitutione in nostris Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventanis perpetuo valitura, sancimus, ut quicumque Clericus Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ prædictarum preces, vel litteras a Domino potenti hujusmodi pro aliquo beneficio obtinendo impetraverit, vel obtinuerit per se, vel per alium, directe, vel indirecte, quocumque colore quæsito, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat; & nihilominus si Ordinarius vi, vel timore compulsus beneficia ipsa conferat, vel eos in eis instituat, declaramus auctoritate præsentis Constitutionis collationem, seu institutionem hujusmodi non valere. Institutum modo præmisso tamquam indignum fore penitus amovendum, ipsumque restitutioni fructuum perceptorum. *

Forsan deest * tenere.

CAP. XV.

Testamentorum exequutores infra annum Testatorum voluntatem exequantur.

ITem præsenti constitutione sub excommunicationis pœna monemus omnes, & singulos Clericos, & Laicos cujuscumque ordinis, status, & dignitatis existant, Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, qui exequutiones debent facere testamentorum, & ultimarum voluntatum, vel in futurum debebunt, & tam hæredes, quam quoscumque successores, & possessores bonorum decedentium prædictorum, condentium testamentum, ut exequutionem hujusmodi perficiant infra annum, a die mortis, vel conditi testamenti computandum, decernentes hujusmodi ex nunc pro tunc excommunicatos. Elapso anno, vel conditione adveniente, prout jura volunt, ad nos, & nostram Curiam, seu Suffraganeos nostros, & eorum Curias fore legitime devolutas pro præsenti etiam. *

Forsan deest * sancimus.

Iterum de exequutione quorumcumque male ablatorum incertorum quovis quæsito colore. Contrarium vero facientes ipso facto excommunicationis sententia innodamus, absolutione eorum nobis, & nostris Suffraganeis, prout ad Nos, & ipsos spectat, ac nostris, & eorum Vicariis tantummodo reservata.

CAP. XVI.

Nemo testamentorum exequutiones impediat sub anathematis pœna.

ITem monemus sub excommunicationis pœna, ut supra, quod nullus impediat directe, vel indirecte, publice, vel occulte quocumque quæsito colore, quominus exequutiones prædictæ perficiantur in terminis supradictis; alioquin dictam excommunicationis sententiam incurrat ipso facto.

CAP. XVII.

Testatorum, hæredum, testamentoriumque exequutorum nomina infra mensem Episcopo, vel ejus Vicario notificentur a Notariis.

ITem monemus sub excommunicationis pœna omnes, & singulos Notarios, Presbyteros, & Clericos Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, qui testamentis, seu ultimis voluntatibus quibuscumque jam factis, vel ex nunc in antea faciendis pro Notario, seu Scriptore: & ubi testamenta ipsi non scriberent, pro testibus intervenerint in futurum, quod infra mensem unum post mortem illorum, quorum scripserunt testamenta, vel alias quascumque ultimas voluntates, seu * præmittitur, in testamentis non scriptis pro testibus interfuerint, debeant nobis, vel Vicario nostro, vel alteri, cui mandaverimus, aut nostris Suffraganeis, vel eorum Vicariis, seu aliis quibuscumque mandaverint, nomina testamentorum decedentium, hæredum, & exequutorum testamentorum ipsorum assignare in scriptis.

Forsan deest * ut.

CAP. XVIII.

Archipresbyteri, Ecclesiarum Rectores, Capellani, & Clerici testatores ne instruant in fraudem canonicæ portionis ad Ecclesiam, ecclesiasticasve personas pertinentis.

ITem monemus, ut supra, omnes, & singulos Archipresbyteros, Rectores Ecclesiarum, Capellanos, aliosque Clericos cujuscumque ordinis, vel conditionis existant, necnon omnes, & singulos

ANNO CHRISTI 1331.

los Notarios, Judices, & Scriptores, & A alios quoscumque tam mares, quam mulieres Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, qui ex nunc intererunt, seu stabunt in confectione testamentorum maris, vel mulieris Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ supradictarum, quatenus nullo quæsito colore verbo, signo, vel facto impediant, seu turbent, vel alias fraudulenter instruant, vel doceant, facientes, seu condentes testamentum, seu testamenta, vel ipsi testatores in eorum testamentis aliquam clausulam, B seu verbum apponant, vel aliis apponi faciant distincte, vel indistincte per quamcumque formam verborum, vel taciturnitate, seu alias modo quocumque, per quem nos, & nostra Curia, vel aliæ Curiæ, Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ nostrarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ defraudaremur portione canonica, & aliis juribus nobis, & eis competentibus, prout jura volunt, & mandant. Contrarium vero facientes excommunicationis sententiæ subjacere volumus ipso facto.

CAP. XIX.

Regulares testamentis nullo modo se ingerant; nec eorum exequutores existant, nisi præstita Episcopo cautione de fideliter exequendo.

ITem præsenti constitutione statuimus, ac etiam ordinamus, quod nulla persona cujuscumque ordinis, vel conditionis existat, quæ in Civitate, Diœcesi, D & Provincia Beneventana in testamentis, seu ultimis voluntatibus pro exequutore, aut distributore testamentario, aut alias quocumque nomine nuncupentur, per testatores vel decedentes fuerit ordinata, de exequutione testamentorum ipsorum, aut ultimarum voluntatum se audeat intromittere, vel præsumat: aut bona quæcumque eorumdem ad suas manus recipere, vel de ipsis disponere quoquo modo, nisi prius coram Nobis, & Suffraganeis nostris, aut nostro, vel eorum Vicariis dederit E idoneam cautionem usque ad valorem bonorum distribuendorum de dicta exequutione fideliter facienda: maxime quia plerique bona ipsa sibi appropriant, aut de locis, in quibus est exequutio facienda, se transferunt ad remota; unde voluntates decedentium defraudantur. Contra vero facientes excommunicationis vinculo innodamus.

CAP. XX.

ANNO CHRISTI 1331.

Male ablatorum incertorum dispositio ad Episcopum spectat, licet a testatore ad certos usus fuerint deputata. Eorum notitia infra duos menses ad Episcopos deferatur.

ITem, cum licet quædam aliquorum Doctorum juris canonici sint opiniones diversæ, quod dispositio male ablatorum incertorum spectet ad Diœcesanum, vel ad exequutores testamentorum defunctorum; Nos opinionem illam, tamquam juri consonam Doctorum plurimorum in hoc concordantium amplectentes, videlicet, quod dispositio male ablatorum incertorum ad Ordinarium, ac Diœcesanum, & Episcopum loci spectat tantum, & non ad exequutores testamentorum prædictorum, hac perpetua constitutione statuimus, ac etiam ordinamus, quod ipsorum male ablatorum incertorum dispositio, & ex- C equutio sub quacumque forma verborum dimissorum, etiamsi per ipsos testatores prædicta male ablata incerta ad certos, & determinatos usus deputata sint, vel in posterum deputentur; (quas deputationes ex nunc decernimus irritas, & inanes;) & nihilominus etiam supradictorum exequutorum per testatores ipsos super dispositionem eamdem industria eligatur; & ad Nos, & Successores nostros, ac Suffraganeos nostros, prout ad quemlibet eorum pertinet, spectare debeat, atque spectet; monentes omnes, & singulos exequutores, & hæredes quorumcumque testatorum, qui decesserunt, & in posterum decedent Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ una canonica monitione pro omnibus, & peremptorie, ut de malis ablatis incertis qualitercumque dimissis, vel dimittendis in posterum, infra menses duos computandos a die obitus decedentium eorumdem, Nobis, vel Suffraganeis nostris, aut nostris, vel eorum Officialibus ad hoc deputatis satisfaciant cum effectu disponendi, & exequendi per Nos, vel ipsos Suffraganeos, prout Nobis, & ipsis pro salute animarum testatorum ipsorum salubrius visum fuerit expedire. Contrarium vero facientes dicta monitione præmissa ipso facto excommunicationis sententiæ decernimus subjacere.

CAP.

ANNO CHRISTI 1331.

CAP. XXI.

Canonica portio infra annum Episcopis, seu Ecclesiis persolvatur.

ITem monemus, ut supra, omnes, & singulos exequutores, & hæredes, seu successores bonorum defunctorum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, quod si infra annum a die conditi testamenti quartam, seu canonicam portionem Nobis, vel ipsis Suffraganeis, & nostræ, ac eorum Ecclesiis prædictis Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ de jure debitam non solverent, quartam ipsam nobis, & nostris Suffraganeis, Clericis, & Ecclesiis aliis, quibus eamdem debent, integraliter debeant assignare. Alioquin in contrarium facientes, canonica monitinne præmissa, sententiam excommunicationis proferimus in his scriptis.

CAP. XXII.

Pecuniam, bonaque alia Metropolitanæ Ecclesiæ, S. Bartholomæi, aut aliis Civitatis, & Provinciæ legata, aut debita retinentes, aut occupantes, excommunicantur.

ITem statuentes monemus una monitione pro tribus, & peremptorie, ac etiam excommunicamus, & excommunicatos in his scriptis denunciamus omnes illos cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, qui pecuniam, & bona alia legata, dimissa, & quocumque modo debita, seu relicta in ultimis voluntatibus, & testamentis Nobis, & operi fabricæ majoris Ecclesiæ Beneventanæ, & Ecclesiæ S. Bartholomæi Apostoli, & aliarum Ecclesiarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, ac Prælatis, Clericis, & Capellanis earumdem occupaverint, seu occupata tenuerint, ut solvendo illa infra annum ipsis Ecclesiis, Prælatis, Clericis, & Capellanis ipsis Legatariis satisfaciant iidem integraliter cum effectu.

CAP. XXIII.

Ecclesiasticorum bonorum detentores, occupatores, & non revelantes, anathematis pœna compelluntur.

ITem, quia sunt nonnulli, prout multorum habet assertio, qui terras, prata, pascua, molendina, silvas, nemora, domus, census, instrumenta, acta, registra, privilegia, & alia bona jura ad Nos, & Beneventi ecclesiam, & ejus capitulum, & alias ecclesias Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ pleno jure spectantia detinent occupata, seu alias indebito quovis modo, & ea solvere, & restituere negligunt in ipsorum animarum periculum, prædictarumque ecclesiarum præjudicium, & jacturam: Nos indemnitati earumdem ecclesiarum, ex cura suscepti regiminis providere volentes, requirimus, & monemus omnes, & singulos occupatores, & detemptores hujusmodi, eorumque participes institutos, ut infra unum mensem a die publicatæ præsentis computandum, quem eis pro monitione canonica, & termino peremptorio assignamus, sub excommunicationis pœna, quam in detemptores, eorumque participes, & scientes, si secus fecerint, ex nunc prout ex tunc similiter ferimus in his scriptis, prædicta resignare, persolvere, & restituere prædictis ecclesiis vel eis, ad quos earum gubernatio spectare dignoscitur, ac participes, & scientes debeant revelare.

CAP. XXIV.

In bonorum, juriumque ecclesiasticorum turbatores excommunicatio fertur.

ITem excommunicamus similiter in his scriptis omnes, & singulos indebite turbatores, & molestatores possessionum, bonorum majoris ecclesiæ Beneventanæ, & ejus Capituli, & aliarum ecclesiarum, Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, tam mobilium, quam stabilium, necnon jurium, redditUum, censuum, & aliorum proventuum dictæ ecclesiæ Beneventanæ, & Capituli supradicti, & aliarum ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis, & Provinciæ supradictæ, scientes, eorumque participes, quique ad prædicta dederint auxilium, consilium, vel favorem.

CAP. XXV.

Ecclesiasticis personis collectas imponentes, eorumque fautores excommunicantur. Si Universitates in hoc culpabiles fuerint, interdicto supponuntur.

ITem præsenti Constitutione monemus una pro omnibus, & peremptorie omnes, & singulos cujuscumque præeminentiæ, conditionis, vel status existant,

stant, qui Prælatis, ecclesiis, personis- A que ecclesiasticis, regularibus, & sæcularibus imponunt, & imposuerint in futurum onera gravia, ipsosque talliant, & eis, vel ipsorum alicui collectas imponunt, & suorum proventuum dimidiam decimam, vicesimam, vel quamvis aliam portionem, aut quotam exigunt, & extorquent, ipsosque moliuntur multifarie subjacere servituti, suæque submittere jurisdictioni, & qui talia imposuerint, vel exegerint, Clericis, & personis ecclesiasticis, & ipsis invitis, aut B apud ædes sacras deposita, seu alia bona ecclesiastica, & ecclesiasticarum personarum ubilibet in Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana arrestaverint, sanciverint, aut occupaverint, vel arrestari, sanciri, aut occupari mandaverint, occupata, sancita, vel arrestata receperint, necnon omnes, & singulos, qui scienter in prædictis auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte præstiterint, ut ad præmissa, & præmissorum quodlibet infra quindecim dierum terminum resipiscant: quem terminum eis C pro ultimo, & peremptorio termino assignamus. Omnes, & singulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc ipso elapso termino excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Universitates quoque, quæ in ipsis culpabiles fuerint ex nunc prout ex tunc ecclesiastico supponimus interdicto.

CAP. XXVI.

Temporales Domini subditis mandantes, ne ecclesiasticis personis obsequia præstent, D excommunicationi subjiciuntur.

ITem denunciamus, & decernimus eo ipso excommunicationis sententiæ subjacere omnes, & singulos temporale dominium obtinentes, qui in Terris eorum suis subditis præcipiunt, atque mandant, ne Prælatis, aut Clericis, vel personis ecclesiasticis quibuscumque vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis granum, vel bladam molant, coquant panem, & alia obsequia eis præstent, E & exhibeant, inducunt, & prohibent: cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur.

CAP. XXVII.

Acta ad Episcopales Curias pertinentia, ne subtrahantur.

ITem statuimus, & præsenti Constitutione sancimus, quod si quis ausu sacrilego præsumpserit aliqua instrumenta, vel scripturas, & specialiter de actis, quæ in nostra Curia, ac Suffraganeorum nostrorum, & aliorum Ordinariorum Provinciæ Beneventanæ ventilantur, furtive, vel malitiose subtraxerit, vel doloso modo rapuerit, tanquam sacrilegus ecclesiæ rerum subtractor eo ipso sit excommunicationis vinculo innodatus.

CAP. XXVIII.

Episcopalis jurisdictio ne lædatur sub excommunicationis interminatione.

ITem statuentes monemus in his scriptis pro primo, secundo, & tertio, ac peremptorio termino, seu monitionis edicto, & una monitione pro tribus omnes, & singulos tam Clericos quam laicos cujuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis existant, impedientes, vel impedire in posterum præsumentes, vel fieri facientes, vel mandantes, impedientibus dantes auxilium, consilium, vel favorem, officium nostrum, & nostræ Curiæ, & Suffraganeorum nostrorum, & aliorum Ordinariorum Provinciæ Beneventanæ jurisdictionem, & auctoritatem Nobis, & nostris, & eorum ecclesiis debitam de jure, publice, vel occulte impedire volentes, directe, vel indirecte, quod a prædictis sine mora vel difficultate qualibet debeant abstinere; & si contra fecerint, & a prædictis non cessaverint, ex nunc, prout ex tunc contra facientes excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis.

CAP. XXIX.

Beneficia conferre, de caussis ad Episcopum pertinentibus cognoscere nemo præsumat. Si quis in eis jus habeat, infra duos menses Episcopum informet. Pœna in contrarium facientes fertur: acta robore vacuantur.

ITem quia sicut ab aliquorum relatione percepimus, sunt nonnulli de prædictis Civitate, Diœcesi, & Provincia, qui contra debitum rationis, & præjudi-

dicium nostræ Beneventanæ ecclesiæ, & Suffraganeorum nostrorum prædictorum conferre beneficia, de caussis quibuscumque cognoscere, & alia exercere, quæ ad jurisdictionem nostram, nostrorumque Suffraganeorum supradictorum legitime pertinere noscuntur, ausu temerario non verentur; volentes igitur super his de opportuno remedio providere, hac Constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod nullus de Civitate, Diœcesi, & Provincia supradictis, cujuscumque status, præeminentiæ, conditionis, ordinis, seu dignitatis existat, in prædictis Civitate, Diœcesi, & Provincia talia quomodolibet acceptare præsumat, nisi prædicta sibi a jure, seu a speciali privilegio, vel aliqua caussa legitima pertinere noscantur, de quibus Nobis, aut dictis Suffraganeis nostris in duorum mensium spatium fidem sufficienter dare procurent, & plenarie informate. Contrarium vero facientes, quia excessus, & enormitas hoc requirit, excommunicationis sententiam, ac beneficii cujuscumque, quod obtinuerit, privationem incurrere volumus ipso facto. Collationes autem quorumcumque beneficiorum, seu caussarum cognitiones, & processus, ac acta quæcumque, per quas, seu quæ nostra jurisdictio, seu Suffraganeorum nostrorum valeat impediri, seu lædatur in aliquo, per ipsos hactenus facta, vel in posterum facienda omni robore vacuamus, & nullius esse volumus firmitatis.

CAP. XXX.

Ecclesiasticam dignitatem absque canonica institutione nemo detineat, aut ecclesiarum administrationi se ingerat. De ecclesiastica dignitate provisus, collationis litteras secum deferat.

Item statuimus, & præsenti Constitutione monemus una monitione pro tribus, & peremptorie omnes, & singulos Clericos, & Laicos Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, vel dignitatis existant, quod nullus præsumat accipere, occupare, vel invadere, vel detinere dignitatem, vel personatum ecclesiæ, seu aliud quodcumque beneficium ecclesiasticum auctoritate propria per se, vel per alium, aut possessiones, fructus, redditus, & proventus eorumdem absque institutione canonica, seu collatione Prælati, ad quem dignoscitur pertinere, aut de administratione Abbatiarum, & ecclesiarum ipsarum se

A aliquatenus intromittat, vel de juribus earum aliquid recipiat, vel pertractet absque voluntate, & mandato Rectorum ecclesiarum ipsarum, quibus Rectoribus eorumdem dignitates, personatus, vel officia concessa fuerint per Prælatos eosdem, etiamsi jus aliquod patronatus, præsentationis, vel electionis habeant in eisdem. Alioquin in omnes, & singulos supradictos, qui post mensem unum ex nunc in antea numerandum prædicta, vel aliquid prædictorum accipere,
B occupare, aut invadere præsumpserint, vel occupata, seu subtracta olim tenuetint, vel teneant absque collatione, aut licentia speciali, ut est dictum, & Cappellanos servientes in divinis officiis post mensem unum in antea numerandum in prædictis Dignitatibus, Personatibus, ecclesiis, & beneficiis nomine prædictorum occupatorum, vel detentorum quorumlibet sine licentia speciali, in his scriptis excommunicationis sententiæ vinculo innodamus. Præsenti quoque Constitutione adjicientes, quod quicumque
C per Nos, aut Suffraganeos nostros, seu alium, ad quem spectat in Abbatem, Archipresbyterum, vel Rectorem confirmatus, seu institutus fuerit, antequam prædictarum Abbatiæ, Archipresbyteratus, Rectoriæ, vel alterius beneficii cujuscumque possessionem adipiscatur, litteras nostras, vel illorum, ad quos spectabit, secum deferat in testimonium confirmationis, institutionis, aut collationis nostræ, vel illorum, qui ipsum beneficium conferent nostro, vel eorum sigillo sigillatas. Quod si aliquis eorum contra-
D tium fecerit, confirmationes, institutiones, & collationes ipsæ sint irritæ ipso jure, & omni jure per ipsos confirmatos, institutos, & beneficiatos propterea acquisito en ipso priv.ntur. Nullusque interim tanquam Abbatibus, Archipresbyteris, aut Rectoribus obediat, vel intendat.

CAP. XXXI.

Beneficia commendata detinere absque justo titulo prohibetur. Beneficium curatum habens, aliud simile ne quærat.

E Item quia nonnulli in Civitate, Diœcesi, & Provincia supradictis beneficia, seu beneficium commendata detinere dicuntur, quæ ad collationem nostram, aut Suffraganeorum nostrorum, vel aliorum Ordinariorum noscuntur jure ordinario pertinere, excommunicamus similiter in his scriptis tenentes recommendata taliter, seu aliter dicta beneficia, vel ipsorum aliquod absque justo titulo,

vel tenentes unum beneficium curatum, & aljud præsumentes recipere habens curam eamdem, non resignantes Nobis, aut illis, ad quos spectant, eadem beneficia, & scientes, & non revelantes Nobis, & illis intra mensem unum a die publicationis præsentium computandum, quem eis pro termino peremptorio, & monitione canonica assignamus: addentes Constitutioni prædictæ, quod nihilominus recipientes beneficium cum cura, habendo aliud simile beneficium sine dispensatione legitima, privati sint ipsis beneficiis ipso facto.

C A P. XXXII.

Dignitatem obtinentes, Archidiaconus saltem Diaconatus ordinem, cæteri Presbyteratus infra annum suscipiant: vigintiquinque ætatis annos hi habeant, & de legitimo matrimonio sint procreati.

ITem præsenti Constitutione monemus omnes, & singulos de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventanis Decanatum, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Abbatiam, Prioratum, vel Præposituram, aut Personatum, vel Dignitatem curam animarum habentem annexam, aut Parochialis ecclesiæ regimen obtinentes, & qui in posterum obtinebunt, quod infra annum ex nunc, & a tempore, quo in antea hujusmodi Dignitatum, Personatuum, & beneficiorum possessionem habuerint, si Archidiaconatus saltem in Diaconum; supradicti vero alii ad Presbyteratus ordinem se faciant promoveri; & nullus promoveatur ad aliquem prædictorum ordinum, vel jam promotus detineat, nisi 25. annum ætatis suæ attigerit, vel habuerit, & de legitimo matrimonio procreatus, moribus, & scientia commendandus existat. Alioquin contrafacientes decernimus, denunciamus, & declaramus dictis ecclesiis, Personatibus, Dignitatibus, & beneficiis supradictis esse ipso facto privatos.

C A P. XXXIII.

Absentes infra tres menses ad Ecclesiarum servitium redeant, ni Cathedrali deserviant. Parochi substitutum per Episcopum approbandum, & infra mensem præsentandum, suis Ecclesiis præficiant.

ITem quicumque in Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana habet, vel tenet ecclesiam aliquam, curam animarum habentem, seu ecclesiam Parochialem limitatam, si sit absens a Civitate, vel loco, ubi ecclesia ipsa consistit, teneatur infra trium mensium spatium post publicationem præsentium ad ipsam Civitatem, vel locum redire. Alias si non redierit, vel post reditum cessaverit per mensem in ipsa ecclesia in divinis officiis serviendo personaliter residere, decernimus ipsum eo ipso dicta ecclesia fore privatum, nisi habens præfatam ecclesiam, in majori Beneventana ecclesia, vel aliis Cathedralibus nostræ Provinciæ ecclesiis in dictis officiis serviendo residentiam faciat personalem; quo casu in Parochiali ecclesia, ut hactenus est consuetum, ne faciat deserviri, nisi de nostro, seu Suffraganeorum, & aliorum Ordinariorum, & Superiorum suorum mandato, & licentia speciali. Quo casu volumus, quod ille, qui dictæ ecclesiæ deserviet, per Nos, & nostram Curiam, aut Suffraganeos nostros, & eorum Curias approbetur, ne cura animarum committatur personis non idoneis, & indignis. Et quod dictus substitutus, seu deserviens Nobis, aut nostræ Curię, vel ipsorum Suffraganeorum infra unum mensem a publicatione præsentis præsentetur, per Nos, vel eos approbandus, alioqnin dicto beneficio sit ipso jure privatus.

C A P. XXXIV.

Dispensationes a residendo Beneficiatis revocantur, exceptis, qui in Pontificis, Cardinalium, aut Archiepiscopi servitio reperiuntur.

ITem considerantes, quod propter absentiam Beneficiatorum nostræ Diœcesis, & propter licentias, & dispensationes per Nos, & Prædecessores nostros, seu per Vicarios nostros, & dictorum Prædecessorum de non residendo in eisdem beneficiis divinus cultus minuitur, cura negligitur, eleemosyna, & hospitalitas pereunt, ædificia desolantur, & corruunt, jura, & bona eorumdem beneficiorum indebite usurpantur, & remanent indefensa, & multa alia mala, & damna sequuntur, prout nos docet experientia, & evidentia facti monstrat; idcirco omnes licentias, & dispensationes prædictas, tam per Nos, quam per Prædecessores nostros, vel Vicarios prædictos, seu alios quoscumque auctoritate nostra, vel prædictorum Prædecessorum nostrorum ex quibuscumque caussis, & sub quacumque forma, vel expressione verborum hactenus concessas, factas, vel do-

donatas in hac nostra præsenti Synodo revocamus omnino, & pro revocatis, & nullis de cetero habemus, & haberi volumus, nisi sint concessæ residentibus, in servitio D. N. Papæ, vel DD. Cardinalium, vel in nostro.

CAP. XXXV.

Canonici, & Curati Rogationum litaniis, & processionibus a jure, vel a superioribus indictis, intersint.

ITem hac perpetua, & inrefrangibili constitutione sancimus, quatenus singuli Canonici nostræ Beneventanæ ecclesiæ, ac alii Presbyteri curam animarum habentes, in Civitate Beneventana degentes ad præsens, & qui ibidem in posterum morabuntur; neenon & singuli Cannnici Suffraganearum ecclesiarum nostrarum, & Presbytori alii curam animarum habentes, degentes in Civitatibus, in quibus sunt nostræ præfatæ Suffraganeæ, & Cathedrales ecclesiæ situatæ, & qui ibidem in posterum morabuntur (Nobis tamen, & ecclesiæ nostræ subjecti) singulis diebns, quibus solemnes rogationes, litaniæ, sive processiones a jure, vel a Nnbis, aut nnstris Suffraganeis supradictis quomodolibet indicuntur, vel etiam indicentur, induti superpelliceis ad sonum Campanæ dictæ nostræ majoris ecclesiæ, seu ecclesiarum Cathedralium Suffraganeorum nnstrorum in dicta nostra ecclesia, vel in aliis Cathedralibus supradictis, vel alibi, si aliud duxerimus, vel duxerint dicti nostri Suffraganei mandandum, convenire personaliter teneantur, ituri ad locum, & audituri litanias, seu processiones, si & prout Canoniei dictæ nostræ Beneventanæ ecclesiæ, seu aliarum ecclesiarum prædictarum duxerint faciendum. Contrarium vero facientes pro quolibet pœna trium tarenorum nostræ, seu Suffraganeorum nostrorum prædictorum Curiis applicanda tenore præsentium decernimus fore plectendos.

CAP. XXVI.

Absque ecclesiæ utilitate, & juris solemnitatibus, ecclesiastica bona ne vendantur, aut locentur.

ITem statuimns, & ordinamus, quod nullus Archipresbyter, vel Prælatus, seu Rector alicujus ecclesiæ, vel quivis alius Clericus Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ possessiones, & bona suæ ecclesiæ vendere, vel alienare alicui audeat, vel locare, nisi manifesta utilitas ecclesiæ inde appareat, & proveniat in hujusmodi contractibus, juris solemnitatibus observatis. Alias in contrarium facientes tam in dantes, quam in recipientes excommunicationis sententiam proferimus in his scriptis, & ipsa locatio, venditio, & alienatio sit, & sint nulla, & nullæ ipso jure, irrita, & cassa, & ipsas ex nunc suis viribus vacuamus.

CAP. XXXVII.

Ecclesiæ bona a sæcularibus, aut regularibus neque ad emphiteusim concedantur, neque, vel ad quinquennium locentur sine episcopi licentia. Pecuniæ nonnisi, quæ singulis annis juste debentur, pro locatione recipiantur.

ITem quod nonnu'li Abbates tam regulares, quam sæculares, tam Capellæ, quam Collegia, Archipresbyteri, ecclesiarum Rectores, et alii Cleriei, ecclesiasticæque persnnæ Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ jurisdictinni nnstræ subjecti Abbatias, vel ecclesias, seu beneficia ecclesiastica obtinentes, cupiditatis vitio laborantes, domns, hortns, vineas, et alia ecclesiastica immobilia ad longum tempus locare, in emphiteusim concedere, et alienare absque legitima caussa præsumunt, in ipsius contractus initio recipientes aliquam pecuniæ quantitatem, et postmodum annis singulis recipiunt lnnge minnrem quantitatem sub nomine pensionis, vel census, quam ipsnrum bonorum, seu possessionum fructus valere noscuntur, propter quæ ecclesiis maximum præjudicium generatur: unde ecclesiarum indemnitati, et statui providere volentes, quamvis super hoc sit satis a jure provisum, hac consultissima Constitutione apertius ordinamus, et declaramus, qnod Abbates, tam regulares, quam sæculares, Archipresbyteri, ecclesiarum Rectores, et alii Clerici, ecclesiasticæque personæ Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ, seu ipsorum aliquis domos, apothecas, hortos, vel vineas, seu alia ecclesiastica bona immobilia locare etiam ad quinquennium, vel in emphiteusim concedere, permutare, vel alias qnalitercumque alienare, etiam in casibus a jure permissis, absque speciali licentia nostra et consensu expresso, vel Suffraganeorum nostrorum, ut spectat ad Nos, et eos, nullo modo præsumant: ex qua quinquennali locatione, vel in emphiteusim concessione, vel prolissione quinquenni, vel no-

nostra licentia, vel consensus accedat, pecuniam nullam recipiant, nisi, sicut tanguntur anni singuli locationis prædictæ. Contrarium facientes in aliquo prædictorum, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant & nihilominus pœnam pecuniariam pro nostro, vel ipsorum Suffraganeorum arbitrio infligendam non evadant: ac locatio, permutatio, in emphiteusim concessio, vel alius quicumque contractus, quæ, vel qui aliter celebrabitur super bonis ecclesiasticis supradictis nulla, et nullus ipso jure existat, et nullam obtineat roboris firmitatem, nec pœnæ adjectio, vel juramentum, seu alia obligatio, vel promissio interveniens in præmissis teneat, vel valeat, et penitus nullius existat momenti, non intendentes propterea aliis juris sollemnitatibus, quæ intervenire debent in ecclesiasticarum rerum alienatione aliquatenus derogare.

CAP. XXXVIII.

Ignoti presbyteri ad divina non sunt admittendi, si licentia carent.

ITem sæpe contigit, quod nonnulli vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, vel irregulares, seu criminosi, & Sacramentorum participatione indigni suam patriam, in qua de eis haberur notitia, fugientes, se in Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana improbe ingerunt celebrationi missarum, & Populo præsumunt, non sine gravi offensa Dei, ministrare ecclesiastica Sacramenta. Nos igitur animarum ipsorum periculis obviare, & Christifidelibus, ne decipiantur, succurrere, ex officio debite cupientes, statuimus, quod nullus notorie ignotus, vel forensis, aut alterius Civitatis, vel Diœcesis oriundus (quod de quolibet præsumatur, nisi saltem per famam ipsius origo bona, vel competentibus indiciis approbetur) audeat, vel præsumat in Civitate, Diœcesi, & Provincia supradictis missam, vel missas, celebrare, nec alicui ministrare ecclesiastica Sacramenta sine nostra, vel Vicariorum nostrorum, aut Suffraganeorum nostrorum, vel Vicariorum suorum, prout ad eorum quemlibet pertinebit, licentia speciali. In contrarium facientes excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis. Judicamus autem dictam licentiam nullatenus esse de gratia concedendam, nisi de vita, ordinibus, & moribus plenarie fides fiat.

CAP. XXXIX.

Beneficia, ultra septem missarum numerum in hebdomada requirentia, infra quindecim dies resignentur. Qui talia possident, episcopo in scriptis revelent.

ITem quia, prout ad nostrum pervenit auditum, plerique Canonici, & Sacerdotes Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, non quæ Jesu Christi sunt quærentes, lucris temporalibus inhiantes in Civitate, Diœcesi, & Provincia supradictis, specialiter in nostra majori Beneventana ecclesia ultra septem missas in hebdomada in beneficium assequuntur; qui non valentes personaliter servire, eisdem per substitutos minus legitime serviunt; quinimmo deserviunt contra sacrorum Canonum instituta; volentes, prout officii debitum nos compellit de salubri remedio providere, monemus omnes, & singulos Canonicos, & Sacerdotes Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, & in eis commorantes una monitione pro omnibus, quatenus infra quindecim dies a die publicationis præsentium computandos, missas ultra septem numero supradictas, & ipsarum beneficia in manibus nostris, vel eorum, ad quos spectat collatio, & præsentatio eorumdem, debeant resignare, & in futurum ultra prædictum numerum non debeant acceptare. Alioquin ex nunc, prout ex tunc missis omnibus supradictis omnino infra numerum numeratum, & stipendiis earumdem privamus, & privatos esse volumus, & decernimus in his scriptis. Mandantes nihilominus sub pœna prædicta omnibus, & singulis Clericis nostrarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ hujusmodi missas, seu beneficium obtinentibus, quod infra supradictum terminum, numerum dictarum missarum eis in beneficium concessarum, Nobis, aut nostro Vicario, qui pro tempore fuerit, & Suffragancis nostris, & eorum Vicariis in scriptis notificent, & revelent.

CAP. XL.

Plures quam septem Missæ in hebdomada ne tribuantur.

ITem monemus omnes, & singulos Clericos, et laicos Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ prædictarum, ad quos Capellarum, et missarum prædictarum præsentatio, seu institutio pertinet, tam in nostra Beneventana majori ecclesia, quam aliis ecclesiis prædictarum Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ, ut de cetero sol-

sollicite advertant, ne Canonicis, & Sacerdotibus habentibus missas plures in hebdomada, quam superius sit expressum, conferant. Et si contra monitionem nostram fecerint, præsentationem, seu institutionem ipsam nullam decernimus ipso facto.

CAP. XLI.

Si pro missarum celebratione possessiones legatæ fuerint, infra mensem celebranti Presbytero assignentur.

ITem advertentes propensius, ne defunctorum intentio defraudetur, declarando decernimus, quod non liceat exequutori alicui testamentario, vel alteri, qui ex dispositione, seu commissione habeat aliquas missas facere celebrari, domos, terras, vel alias possessiones ad hoc specialiter deputatas, tenere, etiam dando pecuniam missas celebrantibus supradictas; sed domos, & possessiones prædictas in unius mensis spatium, a die publicationis præsentis Constitutionis in antea computandi, celebrantibus dictas missas assignet, nisi per testatorem aliud fuerit ordinatum; de qua ordinatione infra mensem prædictum coram nobis, vel aliis Ordinariis, aut nostræ, vel eorum Curiis exequutores, & hæredes prædicti fidem facere teneantur. In omnes autem, & singulos contrarium facientes in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus.

CAP. XLII.

A casibus reservatis, qui hic recensentur, nemo absque speciali facultate absolvat.

ITem monemus omnes, & singulos Abbates, Archipresbyteros, & Religiosos quoscumque & Rectores ecclesiarum, ac Clericos Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, cujuscumque Ordinis, Religionis, status, conditionis existant, quod nullus in subscriptis casibus Archiepiscopis, & episcopis a jure specialiter reservatis, videlicet de hæreticis, sodomitis, adulteris publicis, maleficis, divinatoribus, falsariis, falsis testibus, & perjuris, incestuosis, sacrilegis, & Monialium corruptoribus, & aliarum virginum violatoribus, aut de Monialibus egredientibus extra sua Monasteria contra Decretalem D. Bonifacii P. VIII. & ingredientibus in Monasteria earumdem, nisi ex causa legitima, & rationabili, de blasphematoribus Dei, B. Virginis, & San-

A ctorum, sortilegis, permutationibus votorum quorumlibet, de excommunicatis majori excommunicatione, de dispensatoribus male ablatorum incertorum, de matrimoniis clandestinis, vel contra interdictum ecclesiæ factis, de suffocatoribus, & oppressoribus filiorum ex proposito, vel casualiter, de incendiariis, & invasoribus, & detentoribus bonorum ecclesiarum, & muliere, quæ in adulterio concepit infantem, quem maritus credit esse suum, propter quem hæredes legiti-
B mi hæreditate fraudantur, & de mulieribus, & aliis procurantibus abortum. Item de illis, qui contractis sponsalibus cum Sacramento, & non dissolutis contrahunt cum aliis, & de peccato luxuriæ commisso inter mulierem, & Confessorem suum, vel proprium Sacerdotem, vel cum compatre suo, & aliis criminibus publicis, qui casus a jure sunt Nobis, & ipsis episcopis reservati, absolvere delinquentem præsumat, vel se de talibus intromittat; (sed ipsos ad Nos, aut suos Ordinarios absolvendos remittat) absque
C nostro, vel ipsorum Ordinariorum speciali mandato, nisi in articulo mortis, & tunc si copia Ordinarii commode haberi non possit; & prædicti delinquentes satisfecerint primo, ubi teneantur, vel de satisfaciendo præstaverint idoneam cautionem. Et nihilominus adjungendo constitutioni prædictæ, statuimus, & ordinamus, quod nullus Religiosus, prætextu exemptionis, vel alias alterius personæ Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ audire confessionem præsumat, aut eam absolvere, vel ligare, nisi Nobis, & nostris
D suffraganeis, prout ad Nos, & eos spectar, fuerit præsentatus, ut constitutio Bonifacii VIII. super hoc edita, & per Clementem V. confirmata, mandat expresse. Omnes autem Religiosos extra eorum Monasteria, & loca infra dictas Civitatem, Diœcesim, & Provinciam nostras confessionem audientes, & contrarium facientes, tanquam delinquentes in loco nostræ jurisdictionis, & Suffraganeorum nostrorum pœnam a jure statutam incurrere nunciamus, adjicientes constitutioni
E prædictæ, quod nullus vigore, seu auctoritate cujuscumque commissionis per Nos, vel Suffraganeos nostros, aut nostrum, vel eorum Vicarios factæ forsitan, vel fiendæ de audiendis confessionibus, & de potestate absolvendi a prædictis casibus, aut aliis Nobis, & eisdem nostris Suffraganeis de jure, vel de consuetudine reservatis, se aliquatenus intromittat, nisi super hoc litteras nostras, aut Suffraganeorum nostrorum, seu nostræ vel eorum Curiæ habeat,

ANNO CHRISTI 1331.

habeat, in quibus casus, qui committerentur eisdem, distincte, & particulariter sint expressi. Alioquin commissionem prædictam decernimus non valere; litteras autem, & licentias, quæ super hujusmodi per prædecessores nostros hactenus emanaverunt, tenore præsentium revocamus.

CAP. XLIII.

Decimarum solutio pro Decembri mense præcipitur. Præsens Constitutio Populo publicetur.

ITem præsenti constitutione monemus sub excommunicationis pœna, quam, si secus fecerint, incurrere volumus ipso facto, omnes, & singulos Cives Beneventanos, & quoslibet Parochianos ecclesiarum Parochialium Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, qui decimas tam prædiales, quam personales ecclesiis, quarum sunt Parochiani, jure divino debitas, solvant ipsarum ecclesiarum Rectoribus annis singulis per totum mensem Decembris, & de non solutis, ut teneantur, satisfaciant competenter. Mandantes nihilominus sub pœna prædicta omnibus, & singulis Archipresbyteris, ecclesiarum Rectoribus, & Curatis prædictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ, quod singulis diebus Dominicis in eorum ecclesiis divina officia celebrantes præsentem Constitutionem ibi adstantibus debeant publicare.

CAP. XLIV.

In decimas manus extendere, aut quomodolibet occupare nemo præsumat: Religiosi quoque eas solvant; si quod exemptionis privilegium habeant, ostendant.

ITem præsenti Constitutione monemus pro primo, secundo, & tertio, & peremptorio termino omnes, & singulos, tam mares, quam mulieres, & Religiosos quoscumque cujuscumque ordinis, status, & conditionis existant Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, vel domicilium, Castra, Terras, & loca in dictis Civitate, Diœcesi, & Provincia habentes, vel habitantes, aut moram trahentes in ipsis, quod ad decimas Clericis, & Ecclesiis dictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ jure divino debitas, manus non extendant per se, vel alios quoquo modo, nec decimas ipsas occupare, invadere, & accipere præsumant directe, vel indirecte, publice, vel occulte. Et si quas occupaverint, vel acceperint, illas infra duos menses a die publicationis Constitutionis hujusmodi in antea computandos, restituant Rectoribus, & Clericis Ecclesiarum, quibus debentur decimæ supradictæ, dictique Religiosi de possessionibus eorum, & de fructibus ex ipsis obvenientibus, decimas persolvant Rectoribus Ecclesiarum, in quorum Parochiis loca ipsorum Religiosorum, & possessiones ipsæ sint situatæ, nisi super hoc privilegium exemptionis haberent, de quo infra duos menses, ab hodie in antea computandos, fidem facere teneantur, alias in singulos contrarium facientes ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam proferimus in his scriptis, & vigore præsentis Constitutionis excommunicationis sint vinculo innodati.

CAP. XLV.

Solutionem quartæ partis decimarum, mortuariorum, & oblationum Episcopis debitam singulis annis, ultra Octobrem, aut Novembrem mensem differentes excommunicantur.

ITem statuentes, ut supra, monemus Abbates, Archipresbyteros, Rectores, & Cappellanos Ecclesiarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ, quatenus quartiliam decimarum, mortuariorum, & oblationum nobis, & dictæ Beneventanæ Ecclesiæ, & aliis Episcopis Ordinariis eorum debitam integraliter solvant & satisfaciant annis singulis Nobis, vel Procuratoribus nostris, aut dictis Episcopis, vel suis Procuratoribus per totum mensem Octobris, vel ad tardius usque & per totum mensem Novembris anni cujuslibet sub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes proferimus in his scriptis.

CAP. XLVI.

Clericis taxillis ludere, arma deferre, caputua indecore gestare inhibetur.

ITem, ut Clericorum actus, et mores, quorum vita aliis debet esse magistra, in melius reformentur, omnes, et singulos Canonicos, Sacerdotes, et Clericos Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ, et commorantes in eis, ludentes ad taxillos in augustale unum, aut aliquod genus armorum peditos portando per Civitatem, Diœcesim, et Provinciam supradictas, nisi itinerando, pœna quindecim carlenorum argenti nostræ, et ipsorum suffraganeorum

rum Cameræ persolvendorum, puniendos decernimus vice qualibet io his scriptis, oisi io casibus a jure permissis: jubeotes nihilomious sub pœna prædicta omnibus, & siogulis Clericis in sacris ordioibus constitutis prædictarum Civitatis, Diœcesis & Provinciæ, quod non deferant, oec deferre præsumant capputua buctuoata, seu cum buctonis, sed alias suta, ut deeet, & hooeste.

CAP. XLVII.

Clericorum habitus præscribitur.

ITem præsenti Coostitutiooe sub excommunicationis pœna mandamus, & monemus omoes, & singulos Presbyteros, Arehipresbyteros, Clericos cujuscumque status, ordinis, gradus, seu conditionis, & digoitatis existant de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beoeveotana, quod vestes decentes, & congruas portare, & deferre contioue debeant, noo apertas, ooo buctunatas ex parte aoteriori, vel cum geronibus pluribus circumdatas, vel breves, cum tales vestes more sæcularibus competant, & noo personis ecclesiasticis in sacris ordinibus constitutis.

CAP. XLVIII.

Caupona Clericis interdicuntur.

ITem, sicut percepimus testimonio satis digno, sunt plerique Canonici Sacerdotes, & Clerici, qui potius luxuriæ, et relaxationis habenis, quam freno honestatis hortati, more laicorum per tabernas continue discurrere oon verentur, denigrando modestiam ordinis clericalis. Volentes euræ pastoralis officio de salubri remedio providere, omoes, et singulos Caoonicos, Saeerdotes, et Clericos bibentes, et comedentes in aliqua taberna, vel ante ipsam in Civitate, vel suburbiis earum, nisi iterando, aut in Castris, in quibus habitant, in floreno uno auri vice qualibet dictæ Cameræ nostræ, vel Suffraganeorum nostrorum applicando, puniendos decernimus in his scriptis.

CAP. XLIX.

Ab alieno Episcopo, proprio inconsulto, ordines ne recipiantur; neque chrismatis, aut cathecumenorum, infirmorumve oleum. Ad alios Episcopos pro ordinibus dimissi, de eorum susceptione testimonium litteras afferant.

ITem verentes hactenus, quod noonulli Clerici de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana, & commorantes io eis ab alienis Episcopis minus legitime ad sacros ordines se faciuot promoveri, excommunicamus similiter in his scriptis omnes, & singulos de Civitate, Diœcesi, & Proviocia supradictis, qui subreptitie præter oostram, vel Vicariorum nostrorum, aut Episcoporum Suffraganeorum nostrorum, aut Vicariorum suorum conscientiam in prædictis licentia ooo obtenta, ab aliquo Prælato se fecerint ad aliquem ordinem promoveri; & omnes illos, etiam qui recipiunt sacrum Chrisma, oleom sanctum, & oleum infirmorum ab alieois Episcopis, liceotia ooo obtenta. Injungentes nihilominus omoibus, & singulis Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ prædictarum, ut oullus absque nostra, seu Vicariorum nostrorum, aut Suffraganeorum oostrorum, vel Vicariorum suorum licentia, vel aliorum, quibus duxerimus, aut duxerint committere, primam tonsuram, aut alios minores ordines recipere præsumat, oisi quam primo fidem faciat de susceptis, & prædicta licentia, & suscipiendis litteras testimoniales penes se habere procuret; alioquin cootrarium facientes ad dictam tonsuram, & cæteros ordines admitti prohibemus, & dictam excommunicationis sententiam iocurrere volumus ipso facto.

CAP. L.

Illicitæ negotiationes, & cauponis munus Clericis prohibita.

ITem quia iosinuatiooe frequeoti nostris est auribus iotimatum, quod nonnulli Caoooici Sacerdotes, & alii Clerici Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beoeventanæ, commorantes in eis, in sacris ordinibus constituti, mercantias, taberoas, & alia mercimooia exercere in opprobrium ordiois clericalis, atque mali exempli Provioeiæ noo verentur, monemus omnes, & siogulos Canooicos, Sacerdotes, & Clericos su-pra-

praedictos, quatenus tabernam retinere, A psis sponsalibus, sive nuptiis, diebus, et mercantias, & alia mercimonia exercere ulterius non praesumant. Contrarium praesumentes, vel facientes in unciam unam carlenorum argenti, ut supra, dictae Camerae nostrae, vel Suffraganeorum nostrorum applicandam decernimus, puniendos. Declaramus autem non includi in Constitutione praedicta vendentes vinum, vel graecum, seu fructus tabernariis, vel aliis mercatoribus, licet dicti tabernarii, vel mercatores dictum graecum, vel vinum vendant, seu faciant B vendi ad minutum, & locatores suarum domorum, quoque conductores ipsarum tabernas in eisdem voluerint adnecti, dummodo in dictae Constitutionis fraudem nihil fiat.

CAP. LI.

Tempus, in quo nuptias celebrare illicitum est, ostenditur.

Item statuimus, & mandamus, quod nullus de Civitate, Dioecesi, et Pro- C vincia, ordinis cujuscumque, status, et conditionis existat, nuptias celebret, seu solemnitatem nuptiarum temporibus prohibitis exequatur, videlicet a Dominica Adventus Domini usque post octavam Epiphaniae, et a Dominica Septuagesimae usque ad octavam Resurrectionis Dominicae a tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini usque ad octavam diem Pentecostes inclusive, prout jure canonico constat esse prohibitum. Contrarium vero facientes excommunicationis sententiam incurrere D volumus ipso facto.

CAP. LII.

Nuptiarum temporis ad plebanos indicatio praecipitur.

Item statuimus, & mandamus Abbatibus, Archipresbyteris, Prioribus, Decanis, Rectoribus, Presbyteris, Cappellanis, ac Vicariis Ecclesiarum Dioecesis, et Provinciae Beneventanae, ad quos cura ipsarum Ecclesiarum spectat sub poena praedicta, quod saepius moneant publice Populum sibi commissum, E dum missarum solemnia celebrantur in Ecclesiis eorumdem, quod nullus celebret nuptias temporibus prohibitis supradictis, et alias, ut jure est, et more, permittantur; nec ipsi Presbyteri, seu Rectores, vel Cappellani, et alii supradicti celebrent, vel faciant celebrari missas, vel benedictionem solemnem in i- psis sponsalibus, sive nuptiis, diebus, et temporibus prohibitis, et memoratis.

CAP. LIII.

Clericos ordinare, chrisma ministrare, & benedicere aliena in Dioecesi, Episcopo vetitum est.

Item quia, sicuti nos manifesta experientia docuit, nonnulli Episcoporum nostrae Beneventanae Provinciae, Suffraganei nostri, falcem in messem alienam mittere non verentes, in Castris, & locis nostrae Beneventanae Dioecesis, & Provinciae subditos nostros, nostrae jurisdictioni, seu aliorum Episcoporum suffraganeorum nostrorum subjectos, chrismare, & benedicere praesumunt, seu praesumpserunt; ideo statuimus, quod nullus Episcopus suffraganeus, seu quivis alius audeat sine speciali nostra licentia, aut illius Episcopi, ad quem pertinebit, ordinare Clericos Terrarum nostrae Dioecesis, aut alterius; nec chrismare, seu confirmare pueros utriusque sexus; nec signare, vel aliquid exercere in Civitate, Dioecesi, seu Provincia nostra praedictis de iis, quae ad ordinem, & jurisdictionem nostram, aut aliorum Episcoporum suffraganeorum nostrorum in Terris, & locis praedictis pertineant, atque spectent. Quod si contrarium fecerint in praemissis, vel aliquo praemissorum, praeter poenam a jure statutam, vice qualibet, & actu transgressionis praedictae, solvant in contrarium facientes nostrae Curiae, seu dictorum Episcoporum suffraganeorum nostrorum uncias decem convertendas in utilitatem nostrae Curiae, seu Ecclesiae Beneventanę, aut illi Ecclesiae, cui erit injuria irrogata.

Nec credent aliqui se habere licentiam a Nobis, aut aliis Coepiscopis suffraganeis nostris, nisi litteras sigillatas sigillo nostro vel Curiae nostrae, aut dictorum Coepiscoporum suffraganeorum nostrorum patentes ostendant. His vero, qui praedicta exequendi in Civitate Beneventana licentiam habuerint, sufficiat solo verbo a nobis, vel Vicario nostro licentiam habuisse.

CAP. LIV.

Pauperes Parochorum expensis sepeliri debent. Horum notitiam Canonici, & electi Parochis afferant.

Item quia multorum insinuatione clamosa didicimus, quod nonnulli pauperes, & egeni degentes in Civitate, Dioecesi, & Provincia Beneventana propter eorum inopiam pluribus diebus carent

ANNO CHRISTI 1331.

rent ecclesiastica sepultura, volentes ex nostri officii debito de salubri remedio providere, præsentium tenore requirimus, & monemus omnes, & singulos Rectores Ecclesiarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ parochialem funeralem habentes, quatenus sub excommunicationis pœna, & unius unciæ, quamprimum ad ipsos notitia pervenerit de morte degentium prædictorum, sublato more præpridio, statim ad eorum expensas, ut convenit, sepeliri faciant corpora defunctorum in cœmeteriis Ecclesiarum ipsarum, & Canonici, ac cæteri electi dictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ, quoties ad ipsorum notitiam devenerit, notificare debeant Rectoribus supradictis.

CAP. LV.

Suspectas mulieres Clerici domi ne retineant. Detinentes abjiciant. Inobedientes Episcopis deferantur.

ITem statuimus, & ordinamus, quod nullus Clericus beneficiatus mulierem habeat in domo suspectam; monentes ex nunc quoscumque habentes, ut a se abjiciant infra 15. dies, alioquin præter pœnas juris inobediens in uncia una danda nostræ Curiæ, & Suffraganeorum nostrorum in piis usibus vertenda, puniatur: Præcipientes sub pena prædicta omnibus, & singulis Abbatibus, Archipresbyteris, & Ecclesiarum Rectoribus Diœcesis, & Provinciæ prædictæ, ut dictos Sacerdotes, & Clericos taliter mulieres habentes, a se abjicientes, eosdem Nobis, & Suffraganeis nostris infra decem dies revelent; & in scriptis tradant, sive assignent omnia eorumdem.

CAP. LVI.

Concubinas domi, vel alibi Clerici non habeant: qui habent infra decem dies expellant. In contrafacientes pro ordinis gradu pœna statuitur.

ITem statuimus, et ordinamus, quod nullus Clericus in quocumque ordine constitutus, vel ecclesiastica persona Civitatis, Diœcesis, vel Provinciæ Beneventanæ, seu aliunde existens, et trahens moram in Civitate, Diœcesi, aut Provincia supradictis publice concubinam in domo sua propria, vel aliena expensis * audeat retinere, ne pollutis manibus supradicti, quæ sancta sunt, administrent. Immo si quis eorum huc usque eas tenuerit, seu retinet, infra decem dierum spatium a tempore publicatæ Constitutionis debeat a se ipsas abjicere, et removere eas, vel alias deinceps nullatenus admissurus. Quod si prædicti Clerici contra fecerint, Sacerdos, Ecclesiæ Rector, seu Prælatus, qui majori præeminet dignitate, et ejus exemplo facilius alii tam Clerici, quam laici possent ad similia provocari, quatuor uncias nobis, et nostræ Curiæ, seu Suffraganeis nostris, et eorum Curiis applicandas: Diaconus vero trium unciarum: Subdiaconus vero duarum unciarum: alii vero inferioris ordinis unius unciæ pœnas incurrant, convertendas, et erogandas, ac expeodendas in pios usus, prout Nobis, et dictis Suffraganeis nostris visum fuerit expedire.

* *fuis.*

CAP. LVII.

Conjugatis uti concubinis prohibetur; excommunicatio fertur in utentes post monitionem.

ITem statuimus præsenti Constitutione, ac una monitione pro tribus, et peremptorie monemus, quod nullus de Civitate, Diœcesi, et Provincia Beneventana cujuscumque status, et conditionis existat, habens uxorem propriam, recipere, ac retinere habeat concubinam: nec mulieres maritum habentes debeant aliquibus concubinaliter adhærere. Alias in contrarium facientes post mensem unum in antea computandum, dicta canonica monitione præmissa, et dicto termino elapso excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, ipsosque per singulos Archipresbyteros, Abbates, Curatos, et aliarum Ecclesiarum Rectores, tamquam excommunicatos vitari præcipimus a divinis, quousque a Nobis, aut Suffraganeis nostris, Vicariis nostris, vel eorumdem absolutionis beneficium meruerint obtinere.

CAP. LVIII.

Excommunicantur ingredientes Monasteria Monialium sine caussa, & licentia: necnon Cappellani, & Procuratores, qui ea fictis coloribus frequentant.

ITem monemus omnes, et singulos Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ, et eis sub excommunicationis pœna mandamus, (in quam contrarium facientes incurrere volumus ipso facto) quatenus nullus mas, aut femina audeat ingredi Monasterium Monialium

lium cujuscumque status, ordinis, et conditionis existant, nisi ex caussa legitima, et rationabili, et cum licentia nostra, seu Vicarii nostri, Suffraganeorum nostrorum, vel Vicariorum suorum super hoc prius habita, & obtenta, quam pœnam omnes Capellanos, & Procuratores, & alios talia loca fictis coloribus frequentantes sine licentia supradicta petita, & obtenta, incurrere volumus ipso facto.

CAP. LIX.

Moniales extra Monasterium ne comedant; nullus ad id eas domum recipiat. Comestio, & potus aliorum intra Monasterium anathemate proscribitur.

ITem statuimus, quod Moniales non comedant extra loca Monasteriorum, nisi de licentia Superiorum suarum, nec aliquis de locis, ubi degunt, ad comedendum, & bibendum easdem admittat in domo sua sub pœna unius unciæ, nostræ Curiæ, vel Suffraganeorum nostrorum applicandæ.

Item, quod nullus comedat infra dicta septa, aut bibat sub excommunicationis pœna, quam incurrat ipso facto, nisi licentia nostra, aut Vicarii nostri, ac Suffraganeorum nostrorum, & eorum Vicariorum prius petita, & obtenta.

CAP. LX.

Dolosæ Compaternitates ne contrahantur, inhibentur Clericis, exceptis consanguineis, & affinibus usque ad tertium gradum absque Episcopi licentia. Unus sit in baptismo, sive confirmatione patrinus.

ITem, quod nonnulli, sicut nobis attulit plurimorum relatio, nescientes a vetitis penitus abstinere, prætextu liciti, inhonesta, & illicita committere quærentes, exquisitis, et conceptis in corde fraudibus compaternitatem cum nonnullis contrahere satagunt, et cum velata excusatione cogitant eadem inhonesta illicita exercere, sub cujus prætextu, et ficta occasione ad concubinas, seu focarias eorum, quas in occulto detinent, seu detinere proponunt, facilior, et excusabilior ipsis materia, et via frequentius accedendi. Nos subditis nostris, et maxime Presbyteris, et Clericis Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ, quorum gestus, actus, et mores honestos esse cupimus, et irreprehensibiles, fornicandi, et delinquendi materiam auferre volentes, et dictis fraudibus, et nequitiis, quantum cum Deo, et justitia possumus, obviare, hac præsenti Constitutione statuimus, et ordinamus, et sub excommunicationis pœna mandamus, quod nullus Clericus, seu laicus Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ cum fraude, et occasione prædictis compaternitatem cum aliquibus de cetero contrahat: et ut omnis penitus nequitiæ via eisdem Clericis precludatur, inhibemus hujusmodi Constitutionis serie Presbyteris, et Clericis Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ prædictarum, ut deinceps compaternitatem modo aliquo cum aliquibus contrahant, seu contrahere præsumant, nisi cum consanguineis, & affinibus ipsorum usque ad tertium gradum inclusive absque nostra, seu nostri Vicarii, aut Suffraganeorum nostrorum, vel Vicariorum suorum licentia speciali; nisi cum exercere voluerint officium debitum baptizandi. Statuentes nihilominus, & ordinantes, ut, cum multitudine, & pluralitate compaternitates contrahentium plura matrimonia solverint impediri, & multa enormia, & inconvenientia occulte, & publice perpetrari, fraude, & occasione prædictis cessantibus, in dictæ compaternitatis contractibus inter quoscumque fiendis, sive in baptismo, sive in confirmatione unus tantummodo patrinus intercedat.

CAP. LXI.

Matrimonium denunciationes præcedant.

ITem cum clandestinæ copulæ conjogalis contractus sit a sacris Canonibus reprobatus, statuimus, et hac præsenti Constitutione ordinamus, et monemus sub excommunicationis pœna omnes, & singulos Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ, quod nullus deinceps matrimonium contrahat, nec contrahere præsumat, nisi publice, & quod per Parochialis Ecclesiæ Presbyterum banna, et edicta publice proponantur, ut si quis voluerit, seu sciverit, et poterit aliquod canonicum, et legitimum impedimentum opponere, illud opponat, et dicat coram Nobis, seu Vicario nostro, aut Suffraganeis nostris, seu eorum Vicariis infra competentem terminum per dictum presbyterum statuendum,

CAP.

ANNO CHRISTI 1114.

CAP. LXII.

Ecclesiarum Rectores in propria Ecclesia celebrent die Dominico, & plebes salubriter moneant.

ITem statuimus, et ordinamus, ac etiam mandamus, quod qnilibet Ecclesiarum Rector, sive Capellanus Civitatis, Diœcesis, et Provinciæ Beneventanæ Ecclesiæ Parochiali in propria persnna deserviens, teneatur singulis diebus B Dominicis missarum solemnia in Ecclesia, cui deserviet, celebrare sub pœna per nos, aut nnstros Suffraganeus eidem nostro, vel eorum arbitrio infligenda; præcipientes, sub pœna unius augustalis nostræ Curiæ, seu Suffraganeorum nostrorum prædictorum applicandi, eisdem, ut dictis diebus Dominicis singulis Populo edicant, et proponant nomina salubria, monita, et mandata, ne pro ignorantia populus ad illicita prorumpat committenda,

CAP. LXIII.

Singulis Dominicis diebus jejunia, & festa, ut hic, colenda populo indicentur.

ITem præcipimus, et sub dicta pœna mandamus, quod dictis diebus Dominicis dicti Abbates, Archipresbyteri, Ecclesiarum Rectores, et cuncti Curati singulis diebus Dominicis in missa publice populo festa colenda, et jejunia observanda debeant nunciare, festa vero colenda sunt hæc scilicet Dies Natalis Do- D mini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ Innocentum, S. Silvestri, Circumcisinnis Domini, Epiphaniæ, S. Antonii Abbatis, Conversionis S. Pauli, S. Blasii Episcopi, et Martyris, Cathedra S. Petri, festum omnium SS. Apostolorum, et Evangelistarum, quatuor festa B. MARIÆ Virginis: scilicet Purificatio, Annunciatio, Assumptio, et Nativitas: S. Benedicti, dies Jovis Cœnæ Domini, dies Veneris sanctæ passionis Domini, festum Resurrectinnis Domini cum duobus die- E bus sequentibus, festum S. Crucis, festum S. Joannis ante portam Latinam, festum Ascensinnis Domini, festum Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, festum Corporis Christi, Nativitas S. Joannis Baptistæ, S. Mariæ Magdalenæ, vincula S. Petri, Transfiguratio Domini, sive S. Salvatoris, S. Laurentii, Decollatio S. Joannis Baptistæ, Exaltatio S. Crucis, Dedicatio S. Michaelis, om- A nium Sanctorum, S. Martini, S. Catharinæ Virginis, festum cujuslibet Sancti, & Sanctæ patroni, seu patronæ parochialis Ecclesiæ in Parochia illa, si, & prout alias est ibi fieri consuetum.

Item alia festa, quæ in Civitate, Diœcesi, & Provincia consueverunt ab antiquo percoli, & per quemlibet observari dicta festa colenda absque mercantiis, & alio servili npere cum devotione, & reverentia præcipimus observari: in aliis vero festis * *curatas precipia* abstinere, nisi prout est hactenus consuetum.

ANNO CHRISTI 1114.

Sic in codice, at forsan * *curatus ne precipiat.*

CAP. LXIV.

Excommunicati, si scienter quindecim diebus in excommunicatione permanserint, ne absolvantur, donec de pœnitentia adimplenda cautionem dederint. Alia in eos pœna feruntur.

ITem quia nonnulli excommunicatinnis vinculo innodati claves Ecclesiæ contemnentes in excommunicatione ipsa per- C sistere non verentur, & etiam indurato animo sustinere, quod grave est, & perniciosum exemplo; ne ipsorum contemptus transeat impunitus, præsenti Constitutione statuimus, ac etiam ordinamus, quod quicumque de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana fuerit sententia excommunicationis adstrictus, & in excommunicatione ipsa scienter per quindecim dies duxerit permanendum, nisi in mortis articulo, nullatenus absolvatur, donec idnnee, seu legitime caveat de adimplendo pœnitentiam per nos, seu Suffraganeos nostros, aut de nostro, vel eorum mandato sibi nostro, vel eorum arbitrio imponendam, & alias in floreno unn, si per 15. dies tantum in excommunicatione ipsa perstiterit; si vero in uno mense in excommunicatione ipsa animo indurato duxerit persistendum, ipsum in florenis duobus, et sic per consequens duplicando, decernimus puniendum, ad alias res, si opus est, vel fuerit, processuri, quæ scilicet cedant ad pœnam, & aliis ad terrorem.

CAP. LXV.

Nullus novam sectam, a Romano Pontifice non approbatam, amplectatur.

ITem quia multoties Angelns Satan in lucis Angelum se transformat, & mentes fidelium simplicium prætextu licito consuevit ad illicita, & nefaria retorquere, præsenti Constitutione in perpetuum

tuum valitura, monemus, statuimus, et mandamus, quod de cetero nullus dictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ cujuscumque status, ordinis, vel conditionis existat, quocumque quæsito colore, vel causa aliquam novam regulam, aggregationem, observantiam, sive sectam, nisi illam, seu illas, quæ per Sanctam Romanam Ecclesiam, quæ est mater omnium fidelium, & magistra, expresse fuerint approbatæ, aliquatenus tenere, vel venire, nec etiam observare præsumat; in omnes autem, & singulos contrarium facientes, excommunicationis sententiam ex nunc, prout ex tunc ferimus in his scriptis; & nihilominus contra eos ad pœnas alias procedemus, & per suffraganeos nostros procedi mandamus, juxta qualitatem culpæ, & personæ, quæ in hoc delinquens fuerit.

CAP. LXVI.

Peccatorum confessio semel saltem in anno fiat proprio Sacerdoti ab discretionis annos habentibus. Saltem in Paschate Eucharistia sumatur. Id Parochi diligenter curent.

Item præcipimus, statuimus, ac etiam ordinamus, quod omnes dictarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Parochiales Presbyteri frequenter moneant plebes suas juxta statuta Concilii generalis, ut omnis utriusque sexus fidelis clericus, vel laicus, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia peccata sua confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ab hujusmodi receptione duxerit abstinendum. Alioquin contra faciens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens careat christiana sepultura, districte in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, & præcipientes dictis Parochialibus Presbyteris, ut hanc præsentem Constitutionem nostram in corpore juris clausam studeant pro viribus adimplere. Alioquin procedetur durissime contra ipsos per nos, & dictos suffraganeos nostros.

CAP. LXVII.

Parochi semel saltem in anno confitentium, & Eucharistiam sumentium nomina Episcopis scripto referant.

Item dictis Parochialibus Presbyteris nostrarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ statuendo præcipimus, & mandamus, quod nomina omnium suorum Parochianorum eis in anno confitentium, & quibus in Pascha ad minus, vel alio tempore sanctum Eucharistiæ Sacramentum dederint, in scriptis redigant, & nobis semel saltem in anno, & quoties poterunt, aut Vicario nostro, seu suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis in scriptis dare procurent. Alioquin non observantes hanc nostram Constitutionem pœnam unius augustalis (*a*) applicandam Curiæ nostræ, seu dictorum suffraganeorum nostrorum incurrere volumus ipso facto.

CAP. LXVIII.

Propria in Parœcia divinis officiis interessendum festis diebus: Parochi Parochianos non suos ad divina officia festis diebus non admittant.

Item, quia sicut ab experto didicimus, plurimi Parochiani utriusque sexus suas Parochiales Ecclesias contemnentes ad easdem diebus Dominicis, & festivis accedere non curant ad audiendum Divina officia, sicut tenentur: quinimmo, vel in domibus propriis remanent, ut brutales, aut ad alienas confluunt Ecclesias, in quibus per Sacerdotes Parochiales sustinentur contempto proprio Presbytero, missas auditurі; attendentes talia a juris ordine deviare, mandamus, statuimus, & ordinamus, quod de cetero talia facere non attentent, præcipientes omnibus, et singulis Presbyteris, quod antequam in suis Ecclesiis Missam celebrent, publicent, et interrogent, si alterius Parochianus in Ecclesia sit; quod si invenerint, aut sciverint, statim ab Ecclesia abjiciant, seu cessent a divinis, donec ibi fuerit, vel fuerint. Quod si exire contemserint, Nobis, aut Vicario nostro, seu suffraganeis nostris, aut eorum Vicariis denunciare cum primum potuerint, procurent, de inobedientia justitiam nostro, seu dictorum suffraganeorum judicio recepturi: dicti autem Presbyteri, si contrarium fecerint, nostro arbitrio, sive dictorum nostrorum suffraganeorum severiter puniantur.

CAP.

CAP. LXIX.

Excommunicatorum nomina a Parochis annotentur, populoque indicantur Dominicis diebus. Absoluti e libro abradantur. Heretici, Concubinarii, publici Usurarii, decimarum detentores singulis Dominicis diebus denuncientur.

ITem statuimus auctoritate præsentis Concilii, & Metropolitani ordinamus, quod omnes Sacerdotes Parochiales, & eorum locatenentes in suis Ecclesiis habeant chartularium quilibet suum, in quo scribant omnia nomina excommunicatorum suæ Parochiæ, in quo etiam annotetur ad quorum instantiam sunt excommunicati, & eos excommunicatos diebus Dominicis in eorum Ecclesiis denunciare procurent. Et qui fuerint absoluti, de cartulariis abradantur. In principio autem dicti chartularii ponatur, & omnibus diebus Dominicis per Capellanos publicetur hoc quod sequitur: *denunciamus excommunicatos hereticos, & fautores eorum, item concubinarios, & usurarios manifestos, item detinentes decimas injuste*. Si quis vero nostri statuti contemptor exstiterit, nostro, seu dictorum suffraganeorum arbitrio puniatur.

CAP. LXX.

Anniversariæ Concilii celebrationi singuli adsint mense Augusto die ante festum S. Bartholomæi. Dubia in Synodo referantur.

ITem quia tam sanctorum Patrum, quam etiam Apostolicæ Sanctitatis scriptis, & mandatis instruimur, & sollicitamur de Conciliis celebrandis, in quibus de reformatione, statu, & regimine Ecclesiarum, & ecclesiasticarum Personarum, sollicitudine pervigili tractemus, ac etiam intendamus, de consensu, & expressa voluntate nostri Capituli, ac Reverendorum in Christo PP. DD. Episcoporum, & Abbatum suffraganeorum, & subditorum nostrorum hac Constitutione in posterum perpetuo valitura statuimus, ac etiam ordinamus, quod omnes, & singuli tam Episcopi, quam Abbates suffraganei, et subditi nostri prædicti, quam etiam Archipresbyteri Prælati Diœcesis nostræ Beneventanæ annis singulis uno die ante festum S. Bartholomæi de mense Augusti ad Civitatem Beneventanam se conferre, et in eadem permanere personaliter teneantur ad Concilium celebrandum sub pœna pecuniaria nostro arbitrio moderanda provisuri, certioraturi, relaturi, prospecturi, et ordinaturi, divina coadjuvante gratia, ea, quæ reformationem, statum, augmentum, et gubernationem Ecclesiarum, ecclesiasticarumque personarum respiciant una nobiscum, et Capitulo nostro præfato in vigilia festi prædicti; et quod quilibet ipsorum, si quæ forte dubia habuerit, seu infra annum occurrerint, tangentia sacrum mysterium, vel regimen Ecclesiæ, seu plebis sibi commissæ, ipsa debeat in dicta Synodo in scriptis referre, et super eis Nos, vel nostrum Vicarium teneantur consulere, ut exinde possit maturius veritas declarari.

CAP. LXXI.

Constitutionum interpretatio, declaratio, correctio, additio, diminutio, & dispensatio ad Archiepiscopum, & Successores spectant.

ITem statuimus, volumus, et ordinamus, quod Nos, et successores nostri Beneventani Archiepiscopi de voluntate nostra, & Capituli supradicti præscriptas Constitutiones possimus interpretari, declarare vel intellectum dare, corrigere, addere, & minuere, & super eis dispensare, si quoties, & quando secundum juris ostensa nobis, & eis videbitur expedire.

CAP. LXXII.

Constitutionum Codicem omnes habeant, & quotannis ad Synodum deferant. Episcopi semel in Diœcesana Synodo, Ecclesiarum Rectores diebus Natalis, & Pentecostes eas publicent.

ITem quia introduxit laudanda juris auctoritas, leges, & Constitutiones ab omnibus observari, ne præscriptarum nostrarum Constitutionum aliquis prætendere valeat ignorantiam, & quod ad eum non pervenerint, se quomodolibet excusare, requirimus, & monemus omnes, & singulos Suffraganeos nostros, & Rectores Ecclesiarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Beneventanæ Ecclesiam Parochialem habentes, quatenus, sub excommunicationis pœna, ac etiam quatuor unciarum infra unius spatium mensis a die publicationis præsentis computandi, copiam præscriptarum Constitutionum scriptam, v 3. manu Notariorum Curiæ nostræ, aut alicujus alius, cui duxerimus committendum, penes se habere debeant pro sui vel aliorum magi-

ANNO CHRISTI 1332.

magisterio, testimonio, & cautela, & quod quilibet ipsorum Constitutiooes ipsas, cum ad prædictum Conеilium celebrandum in dicto festo B. Bartholomæi venerit, secum portare debeat, & exhibere, & demonstrare etiam in dicto Concilio coram nobis; mandantes, & præcipientes eisdem sub pœois prędictis, pro quibus Suffraganeus noster in ejus Synodo, semel in anno, prædicti vero Archipresbyteri, Abbates, & Ecelesiatum Rectores, & Curati prædictæ Civitatis, & Provinciæ præsentes nostras Constitutiones in eorum Ecclesiis Parochialibus coogregato populo ad divina in die Nativitatis Domini, & in Peotecoste debeant publicare.

C A P. LXXIII.

Ante denunciationes matrimonia ne contrahantur. Parochus impedimenta attente perquirat. Ante matrimonium in facie Ecclesiæ contractum sponsi inter se commercia vitent.

ITem, quia matrimonia clandestina, ex quibus scandala soleot, & mala plurima evenire, sunt a jure prohibita, & non fuot per Ecclesiam toleranda; nos volentes propterea hujusmodi matrimoniis clandestinis, in qoantum de jure tenemur, & possumus, obviare, antequam veniant, & pravam consuetudinem tollere, quia non consuetudo, sed corruptela, & abusus potius dici potest, habito prius super hoc Conveoerabilium D A Fratrum Episcoporum suffraganeorum nostrorum, venerabilisque Capituli nostræ Beneventanæ majoris Ecclesiæ in nostro Provinciali Concilio consilio pariter, & assensu, præsenti Coostitutione statuimus, monemus, & etiam ordinamus, ac etiam sub excommunicationis pœoa præcipimus, & mandamus, quod nullus de Civitate, Diœcesi, & Provincia Beneventana, cujuscumque status, aot cooditionis existat, cum aliqua per verba de præsenti matrimonium contrahat, nec in contractu ipso Judex, & B Notarius intervenire debeant, sive testes, oisi primo io Ecclesia, loco, seu Parochia, ubi est matrimooium contrahendum, per Presbyterum dicti loci, seu Parochiæ publice proponatur, seu banniatur cum competeoti termino ad hoc per ipsum Presbyterum præfigendo, ut infra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat; ipseque Presbyter nihilominus debeat C cum diligentia indagare, uttum aliquod impedimentum existat. Quodque nullus de Civitate, Diœcesi, & Provincia prædictis aliquam, cum qua promiserat per verba contrahere de præsenti, in domum suam introducere audeat, aut alibi cum ea ipsum matrimonium carnaliter consummare præsumat, nisi prius in facie Ecclesiæ, juxta eanonicas sanctiooes, matrimonium ipsum solemnizaverit cum eadem, aut sioe nostra, vel nostri Vicarii, vel suffraganeorum, eorumque Vicariorum in eorum Diœcesibus licentia speciali. Amen.

CONCILIUM MAGHFELDENSE

Ex codice MS. edidit collector Anglicanus Tomo II.

Constitutio venerabilis patris, domini Simonis Mepham, deelarans omnia festa, quæ per annum a cunctis Christi fidelibus dedicari debent, & ab omoi opere sæculari revereoter observari: edita apud Maghfeld XVI. Kal. Augusti, aono Dom. M.CCCXXXII.

SImon, permissione Divina, Cantuariensis archiepiscopus, totius Aogliæ primas, & apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro Roberto, Dei gratia, Sarum episcopo, salutem, & fraternam io Domino caritatem. Ex scripturis sacris didicimus, vitia sæpe ingerere, & virtutes esse mentiri: dum videlicet sub figmento sanctitatis ad execranda proceditur, & sub specie cultus Divini, ad abominabilem Deo victimam properatur. Ab exordio nempe conditionis humanæ, die dumtaxat septimo hebdomadæ, statuit omoiom conditor ab operibus abstinenduio: sed succedente tempore gratiæ, militans adjecit ecclesia dies plurimos ab omnibus catholicis feriaodos. Et qoilibet[a] postmodum usus hominum, tolerante ecclesia, propter operandi oecessitatem, nonnullos a feriandi ritu subtraxit: & quosdam in E diversis catholicorum partibus festivis superaddit localiter ad observandos, qui quasi a primordiis, ob venerationem sanctorum, in festivandi consuetudinem introducti fuerunt. Inconstantia tameo humana, ut plerumque io deteriora labeote, quod in electorum Dei receptum erat honorem, conversum est io blasphemiam & abominationem: dum videlicet conveoticulæ oegotiationis, & alia exercitia illicita, diebus hujusmodi potissime ingeruntur: quod vero ad devotionis parabatur compeodium, in dissolutionis exigitur cumulum, dum in ipsis festivitatibus taberna potius, quam ecclesia, co-

mes-

[a] a *Lege* quantumlibet. H.

ANNO CHRISTI 1332.

messationes & ebrietates uberius abundant, quam lacrymæ & orationes; lasciviis insistitur & contumeliis, magis quam otio contemplationis: & qood prætermittendum non est, mercenarii sunt, quorum operibus res publicæ Regi non poterit sub colore licito sic ab operibus mechanicis; diebus etiam, quos festivos constituunt, a sanctorum vigiliis abstinent, licet non minus per bebdomadam aapientes. Propterea, de salario, per quod reipublicæ graviter ratardatur, quin potius impeditor, nea propter Dei honorem, sicut deceret, sabarizant; sed etiam, juxta præmissa, Dominum ipsum, & sanctam ecclesiam in diebus hujusmodi, [a] abominstiones suas pessimas scandalizant, tanquam solemnitates ipsæ ad profanationis, & perversitatis exercitium gratis fuerant institutæ: quæ quanto magis protenduntur in uno, tanto abundaoiius cultores abusionum hujusmodi io suis excessibus insolescunt.

Totum hoc mendosum est.

[a] *Lege*, per abominationes. H.

Ut igitur tam superstitiosis adinventionibus, & atiam fraudulentis mercenariorum hujosmodi conjecturis occurratur, & eorum attanuetur occasio: memoriæ sanctorum seriaodæ, juxta primam ecclesiæ iostitutionem debita habeantur veneratione, reservata facultata viris ecclesiasticis, aliisque majoribus, aa sibi ipsis sufficientibur, quorumcumqua sestorum, prout eis [b] placuerint, ad Dei honorem, in suis eccleiiis, & capellis solemniter venerandi: de fratrum nostrorum consilio, dies festos præsentibus inserere duximus; quibus, videlicet ab universis populorum operibus, etiam reipublicæ utilibus, per nostram Cantuariensem provinciam, fuerit regulariter abstinendum.

[b] *Lege* placuerit. H.

Inprimis, sacrom diem Dominicum, ab hora diei Sabbati vespertina inchoando, non antea præveniendo, ne Judaicæ professionis participes videantur. Quod etiam in festis, quæ suas habent vigilias, observatur. Item festa, Nativitatis Domini; sanctorum Stephani, Joaonis, Innocentium, Thomæ martyris; Circumcisionis, Epiphaniæ Domini, Purificationis beatæ Mariæ, S. Matthæi Apostoli, Annunciation. B. Mariæ, Paschæ cum tribus diebus sequentibus; S. Marci Evangelistæ, apostolorum Philippi & Jacobi, Inveni. sanctæ Crucis, Ascensionis Domini, Pentecostes cum tribus diebus sequentibus, Joannis Baptistæ; apostolorum Petri & Pauli, Translationis S. Thomæ; S. Mariæ Magdalenæ, S. Jacobi Apostoli, Assumptionis beatæ Mariæ, S. Laurentii, S. Bartholomęi, Nativitatis S. Marię, Exaltat. sanctæ Crucis; Matthæi Apostoli, S. Michaelis, S. Lucę evangelistę, apostolorum Simonis & Judæ, Omnium Sanctorum, S. Aodreę apostoli, S. Nicolai, Conceptionis beatæ Mariæ, S. Thomæ apostoli; solemnes dedicationes ecclesiarum parochialium, & sanctorum, in quorum honora ecclesiæ parochiales dedicantur. Alia festa, quę in singulis dictæ provincię diœcesibur, per locorum ordinarios, ex certa scientia, peculiariter indicuntur.

Vobis igitur mandamus, quatenus præmissa omnia & singula ad subditorum nostrorum notitiam deducentes, eos moneatis, & efficaciter inducatis, ut festa superius connumerata, prout suis acciderint temporibus, summo opere observantor, & debito venerentur honora, & ad parochiales earum ecclesias reverenter diebus ipsis accedant, Missarum & aliorum Divinorum officiorum complementum expectent, pro ipsorum, cæterorumque fideliom, vivorum & defunctorum, salute; & Deum devota, & sinceris mentibus oratori, sic festorum ipsorum decurrendo solemnia, ut ipsi & alii catholici, pro qnibus oraverint, sanctos, quorum festa celebravarint, intercessores mereantur habere assiduos apud Deum. Intimetis etiam subditis vestris hujusmodi, quod reliquis sanctorum festivitatibus, impune poterunt ad opera procedere consueta. Si vero aliqui operarii conductitii occurrerint, qui festis peculiaribus, non, ut præfertur, [c] inductis, a consuetis operibus cessare pręsumpserint, ut sic, secundum pręmissa, eos defraudent, qnorum ministerio se astrinxerint: ipsos a superstitionibus hujusmodi canonice compescatis, & faciatis per alios compesci per ecclesiasticas censuras; & quid feceritis in præmissis, nos, citra festivitatem beatæ Marię virginis, proximo nunc futuram, certificetis per vestras litteras patentes, harum seriem continentes.

[c] *Forte*, indictis. H.

Datum apud Maghfeld XVI. Kal. Augusti, anno Domini MCCCXXXII. & nostrę consecrationis anno XIII.

Alia ejusdem statuta duo.

I. *Presbyteri stipendiarii non recipient oblationes, neque denarios pro requisitione triennali, sive legitima, & jurent rectoribus, vel vicariis, in quorum celebrant ecclesiis; debent etiam interesse cancellis, Missis, & horis canonicis, induti superpelliciis propriis.*

Presbyteri, necnon alii Sacerdotes stipendiarii, propriis sumptibus, vel per annos sustentati, Divina celebrantes, in archiepiscopatu nostro non recipiam oblationes, portiones, denarios pro requisitis, tricennalia, vel aliquam partem certam quotam; prǽsertim oblationes pro corporibus mortuorum prǽsentibus, non obtanta licentia a rectoribus, vel vicariis ecclesiarum, in quibus celebraverunt, nullo modo; nec asportent, in præjudicium rectorum val vicariorum ecclesiarum prędictarum, vel eorum vicem gerentium, nec sententiam majoris excommunicationis, in hac parta latam incurrant, [d] immiscendo, ut prius, in Divinis. Prædicti vero presbyteri, die Dominica val festiva, post admissionem suam, jurabunt coram rectoribus, vel vicariis, seu eorum vicem gerentibus, si nulli vicarii fuerint ibidem; alioquin coram ipsis vicariis parochianis, vel locorum, inter Missarum solemnia, aperte coram ipsis, sacrosanctis evangeliis inspectis & tactis: quod ecclesiis parochialibus, & capellis, in quibus Divina celebrantur, eorumqua rectoribus, vel vicariis, seu eorum loca tenentibus, vel quorum interest, nullum omnino inferent præjudicium circa oblationes, portiones, obventiones, denarios pro requisitis, tricennalia, & jura, quocumque nomine censeantur: immo, quatenus de jure est, eosdem observabunt indemnes in præmissis, & singulis præmissorum.

[d] *Forte*, se immiscendo. H.

Jurent etiam specialitar dicti sacerdotes, quod odia, scandala, rixas, aut contentiones, inter rectorem & parochianos, nullo modo sustineant, aut aliquo modo foveant: sed, quatenus in eis est, concordiam nutriant & servent inter eosdem. Et in dicto archiepiscopatu nostro, non celebrent Divina, sed eis interdicatur expressa, donec prædicta præstiterint ju-

ANNO CHRISTI 1331.

juramenta, vel saltem, non stet per ipsos, quo minus præstent. Et si celebrent in loco sic interdicto, irregularitatem incurrant præter alias pœnas, quas canones inducunt contrarium facientibus. Et si fuerint commoniti coram episcopo, vel archidiacono, seu officiali ejus, se infirmasse prædictum juramentum, vel si fuerint diffamati, & se purgare nequeunt: amovebuntur omnino, & tanquam perjuri, interdicatur eis prædicta celebratio in dicto archiepiscopatu nostro, donec fuerit super hoc canonice dispensatum. Item, non audiant confessiones parochianorum, vel ecclesiasticarum capellarum, in quibus Divina ministraverint, nisi in casibus a jure permissis, nec oblationes hujusmodi ecclesiæ sibi appropriabunt: & si sic, crimen sacrilegii incurrant, nisi de licentia præsidentium petita & obtenta. Item, debent interesse cancello, matutinis, vesperis, & aliis Divinis officiis, debitis horis, induti superpelliciis, quæ sub propriis expensis providebunt; & non in navi ecclesiæ, cœmeteriis, nec in campis erunt. Sed si fuerint requisiti, etiam commoniti super his per præsidentes, non reddant se elatos, nec erigant verticem contra præsidentem, nec propter hoc excitabunt aliquos, qui foveant & protegant; & quod ad interessendum prædictis horis, & magnis Missis, debet eis injungi in virtute obedientiæ, quod sint præsentes, canentes, legentes, & psalmodizantes. Dicti vero presbyteri, dictis diebus Dominicis & festivis, vel si corpus adest præsens, suas Missas, post lectum evangelium majoris Missæ, incipiant, ut compleant, & non prius, nisi de licentia rectoris vel vicarii specialiter obtenta. Item, presbyteri non detrahant rectoribus vel vicariis ecclesiarum, vel capellarum, ubi celebraverunt, sed humiliter præbebunt & facient debitam reverentiam. Item, non exercebunt tabernas, nec spectacula, nec cellas meretricum, nec ludos noxios prohibitos. Dicti vero rectores, vel vicarii, vel eorum loca tenentes, debent benigne recipere juramentum prædictum, & habebunt copiam in ecclesiis de prædictis.

II. *Ut decimæ fideliter dentur Deo & ecclesiæ, de omnibus bonis, quæ innovantur per annum, sicut inferius in specie declaratur.*

SAncta ecclesia constituit & ordinavit, quod prælati & ordinarii ecclesiarum, hæreticos, & in fide dubios, ut ad fidem ecclesiæ revocentur, & revocatos compellant in ea, qua vocati sunt, fide permanere. Intelleximus, quod nonnulli parochiani nostri, hæresi, errore, & diffidentia jam pervertant, * articulos fidei catholicæ relinquentes, & libertatibus ecclesiasticis obviantes, ecclesias, ausu temerario,

* *f.* perverlantur.

A suo juro penitus spoliando; decimas ecclesiæ suæ de jure debitas, & alia jura retinendo ecclesiastica. Et qui alios, cum poterit, ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat. Cum igitur ecclesia & ecclesiarum rectores tales filios non cogunt, ut reddant, illos ac seipsos perdunt. Nos igitur volentes & cupientes statuta nostrorum superiorum, ut tenemur, servare, & mandatis ecclesiæ obedire, obviando maleficiis; & medelam ecclesiasticam tribuere. Cum igitur, sacro eloquio jubente, de omnibus, quæ innovantur per annum, & nullo tempore excludi, fideliter decimæ sint, cum

B omnibus integritatibus, absque diminutione solvendæ: licet unicuique capellano parochiali, parochianos suos, per censuram ecclesiasticam, ad solutionem decimarum compellere. Unde, propter tales quotidianos defectus, & hominum malitias, omnibus & singulis mandamus, in virtute sanctæ obedientiæ, firmiter injungendo, quatenus diligenter moneatis, & efficaciter inducatis, ac quilibet vestrum induci faciat in parochia sua, quod dicti parochiani omnes & singuli per se integre, & sine diminutione, decimas inferius annotatas suis ecclesiis persol-

C vant: scilicet, decimam lactis, a proximo tempore suæ monitionis, tam in mense Augusti, quam in aliis mensibus.

Et dicit constit. dom. Roberti Winchelse, Cantuariensis archiepiscopi, capitulo; *Quoniam propter diversas*: in quadam particula, quæ sic incipit: De lacte autem volumus quod decima solvatur, videlicet de caseo, tempore suo, & de lacte, in autumno & hieme; nisi parochiani competentem pro talibus decimis voluerint facere redemptionem, & hoc ad commodum ecclesiæ &c. Etiam persolvant decimam vivariorum, piscariorum, fluviorum, stagnorum, pecorum, columbarum, fructuum, & bestiarum, de proventibus boscorum, pannagii,

Vide sup. ad ann. 1300. in Concil. Merciensi cap. 1.

D silvarum, warenarum, aucupationum, hortorum, curtilagiorum, lanæ, lini, vini, & grani; turbariorum, in locis ubi fodiuntur & fabricantur, cuniculorum, cygnorum, pavonum, aucarum & anatum, ovorum, chevicium, ...giorum, apum, mellis, & ceræ, molendinorum, falconum, artificiorum, & negotiationum; necnon pullorum equinorum, agnorum, vitulorum, secundum verum valorem, & omnium provenientium rerum aliarum, de cætero satisfaciant competenter ecclesiis, quibus de jure tenentur: nullis expensis, ratione præstationis decimarum, deductis, decimis retinendis, seu deducendis, nisi tantum præstatione artificiorum, & negotiationum.

E Quod si monitionibus nostris parere contempserint, per sententias suspensionis, excommunicationis, & interdicti, ad præstationem dictarum decimarum compellatis.

CON-

CONCILIUM COMPLUTENSE

Præside D. Eximeno (alias Simone) de Luna Archiepiscopo Toletano, anno Domini 1333.

Ex Card. de Aguirre Conc. Hisp. to. 3. p. 584.

ANno Domini 1333. celebratum est Concilium apud Complutum a D. Eximeno (alias Simone) de Luna, archiepiscopo olim Tarraconensi: adsidentibus ipsi Episcopis Seguntino, Palentino, Oxomense, Viennensi, Segobiensi, & Conchensi. Scopus ejus Synodi, ut initio præmittitur, fuit ut consuleretur decori Ecclesiæ, & Clerici ab iniquorum pressuris defensi, Ecclesiastica potirentur libertate. Acta vero illius non extant, neque in MS. Toletano, neque in Mondexarensi, sed duntaxat initium, quod hujusmodi est.

Nos Eximinius miseratione divina Toletanus Archiepiscopus, Hispaniarum Primas, ac regni Castellæ Cancellarius, pastorali præeminentiæ Toletanæ Ecclesiæ (quam imperscrutabilis divina providentia amplis sublimavit dotibus) licet immeriti, præsidentes, etiam excitamur innumeris, ut juxta ejusdem decorem, quæ ipsius sunt, ab iniquorum pressuris protegantur, & Ecclesiastica gaudeant libertate. In Provinciali itaque Concilio, quod apud Alcalam nostræ diœcesis Toletanæ, die & anno infrascriptis, præsidentibus Venerabili fratre nostro Alphonso Episcopo Seguntino, et Palentino, Oxomensi, Giennensi, Segobiensi, Conchensi Episcopis, et nostri, ac suorum capitulorum procuratoribus, celebravimus, constitutionem edidimus subsequentem, quam in civitate ac diœcesi, ac provincia Toletana volumus inviolabiliter observari, et publicari in Synodis. Divinis exemplis * * *

PARISIENSIS CONVENTUS

In causa celebris controversiæ de visione Dei clara animabus expiatis statim concedenda,

Anno 1333. habitus.

Ex Mansi sup. to. III. Sag. 433.

ANno 1333. in aula summi Pontificis Joannis XXII. agitari cœpit quæstio, num animæ justorum a corporum nexu solutæ & culpa criminum expiatæ, statim plena & absoluta Dei visione donarentur. Negantem sententiam præferebat non ambiguo studio Pontifex, qui & in Minoritam quemdam assertorem hujus visionis carcere animadvertendum censuit. Pervenit opinionis pontificiæ fama ad aures Philippi V. Galliæ regis, dignamque rem censuit, quæ in solemni ecclesiasticorum consessu discuteretur. Quid in eo actum sit, narrant litteræ a Patribus illis de rebus a se definitis ad Pontificem transmissæ, legendæ apud Hermannum Cornerum ordinis Prædicatorum scriptorem historiæ, quam sub ejus nomine vulgavit Eccardus in corpor. Hist. tom. II. num. 3. & ex eo hic dantur.

Sanctissimo Patri & domino domino Johan. Dei providentia sacrosanctæ Roman. ac universalis ecclesiæ summo Pontifici.

Vestri devotissimi filii & servi ejusdem miseratione, Petrus de Palude patriarcha Jerosolymitanus, Petrus Rogerii archiepiscopus Rothomagensis, Wilhelmus Bernhardi cancellarius Parisiensis, Johannes de Bolenciaco archiepiscopus (archiepiscopus) Vulcassini in ecclesia Rothomagensi, Nicolaus de Lyra ordinis minorum, Johannes de Metheno ordinis S. Benedicti, Matthæus de Archis, Petrus de Palma prior provincialis ordinis fratrum prædicatorum provinciæ Franciæ, Johannes de Caricampo ordinis Cisterciensis, Petrus de Casa prior Generalis fratrum B. Mariæ de Carmelo, Simon de Mariis, Wilhelmus de Castro Reynaldi, Wilhelmus de Brema ordinis minorum, Wilhelmus Kalathoc ordinis prædicatorum, Olyanus Salahadioi, Gerardus de Paganis ordinis eremitarum S. Augustini, Petrus de Verbena ordinis Vallis scholarum, Nicolaus de Alexandria ordinis eremitarum S. Augustini, Petrus Horie, Nicolaus Boneti ordinis minorum, & Durandus de Aureliaco ordinis prædicatorum, sacræ theologiæ magistri, cum humillima sui recommendatione pedum oscula beatorum.

Ad vestræ deducimus notitiam sanctitatis, quod Serenissimus Princeps ac dominus noster, dominus Philippus Dei gratia rex Francorum illustris, Dominica IV. Adventus in suo regali manerio, sito in nemore Vicinarum, nos fecit ad sui præsentiam vocari, assistentibus sibi excellentibus principibus, ducibus & comitibus, & reverendis patribus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus & his & illis quam plurimis, & aliorum tam clericorum & baronum ac militum consiliariorum suorum, Religiosorumque & sæcularium multitudine copiosa, nosque ore proprio requisivit, quod vellemus corporale juramentum præstare super petendis de statu animarum sanctarum a corporibus exutarum, illud, quod sentiebamus, fideliter & absque palliationis cujuscumque velamine diceremus, causas

ANNO CHRISTI 1333.

ſas aliquas exponendo, quæ ad hoc petendum A ſuum animum inducebant, ſpecialiter, quia audierat, aliquos in ſcholis ſine rationibus aliqua circa illam materiam protuliſſe, propter quæ multorum tam clericorum quam laicorum fuerant corda non mediocriter concitata, & ex quibus, ut dicebat, ſimplices trahi poterant in errorem. Nos autem, pater beatiſſime, attendentes, quod præfatum ſereniſſimum principem & dominum noſtrum fundatorem ſtudii Pariſienſis regemque excellentem revereri tenemur, & juſſionibus ejus obedire, quodque ipſum ibidem dicentem audivimus, quod in hac materia non quærebat, quod in aliquo veſtram tangere poſſet ſanctitatem; quinimmo ſicut filius veſter devotiſſimus veſtrum in omnibus zelabat ferventius honorem, & perſonam veſtram ſanctiſſimam ibidem magnis laudum præconiis extollebat; conſiderantesque, quod juxta principis Apoſtolorum doctrinam de ea, quæ in nobis eſt, fide & ſpe parati debemus eſſe omni poſcenti nos reddere rationem; petitum a nobis præſtavimus juramentum. Quo præſtito, fuerunt nobis propoſitæ duæ quæſtiones: prima: *Utrum animæ ſanctorum in cælis exiſtentes videant divinam eſſentiam facie ad faciem ante reſumtionem corporum, & ante generalem judicium*. Secunda: *Utrum viſio, quam de divina eſſentia nunc habent, evacuabitur in die extremi judicii, alia ſuccedente*. C Ad quas, ſicut eramus juramento aſtricti reſpondimus, quod ſentiebamus. Singuli & ſigillatim in hac ſententia omnes convenimus, quod a tempore mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem pretium redemptionis generis humani extitit perſolutum, omnes animæ SS. Patrum, quas ibidem Salvator noſter deſcendens ad inferos eduxit de limbo, cæterorumque fidelium, quæ de corporibus exierunt, non habentes purgabile, vel quæ jam in purgatorio ſunt purgatæ, ad viſionem nudam, claram & beatificam intuitivam & immediatam eſſentiæ divinæ & beatiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quam Apoſtolus 1. ad Corinth. D XIII. viſionem *facie ad faciem* nominat, ſunt aſſumptæ, ipſaque Deitate beata perfecte fruuntur; etiam quod crediderunt, videntes; quod ſperaverunt, tenentes, non in ſpe, ſed in re ſunt beatæ. Quodque dicta viſio, quam nunc habent, minime evacuabitur, reſumptis corporibus, alia ſuccedente; ſed ipſamet in eis, cum ſit vita æterna, perpetuo remanebit. Et pro firmo, pater ſanctiſſime, omnes Doctores, qui nos in Pariſienſi ſtudio præceſſerunt, quorum ſcripta legimus, hanc ſententiam tenuerunt, docuerunt, & in ſcriptis ſuis tenendam reliquerunt. Quare veſtræ beatitudini omni, qua poſſumus, humilitate & reverentia intis præcordiis ſupplicamus, quatenus prædictæ quæſtioni, in qua pro una parte veſtra ſanctitas pulcherrime & ſubtiliſſime allegavit, & quam plures auctoritates adduxit, immo tot, quod non recordamur nos legiſſe doctorem aliquem, qui ad unum propoſitum adduxerit tot & tantas, ſemper tamen recitando & non determinando, nec aſſerendo ſeu opinando, ſicut audivimus, dignetur ſanctitas veſtra finem dare, partem illam, in qua nutrita eſt devotio totius Chriſtiani populi veſtro regimini crediti, veram eſſe determinatione apoſtolica confirmando. Sanctiſſimam perſonam veſtram eccleſiæ ſuæ ſanctæ regimini conſervare dignetur Altiſſimus ſanam & incolumem per tempora longiora; quæ nos habere dignetur in ſui gratia de benignitate ſolita commendatos. Datum ſub ſigillis noſtris Pariſius in congregatione magiſtrorum in Theolgia generali regentium, ſecundo die Januarii.

Addit poſt hæc Hiſtor. Rex quoque Franc. Papæ litteram ſimilem ſcripſit, D. etiam Durandus de ſancto Portiano Magiſter in Theologia ordinis Prædicat., epiſcop. Meldenſis, fecit tractatum acutum valde contra papam in eadem materia, qui licet ad curiam citaretur, tamen defenſus per regem Francorum non venit, nec comparuit. Papa autem Johannes, lectis litteris regis pariter & univerſitatis, & percepta eorum ſerie, formidans totius curiæ tumultum & inſurrectionem contra ipſum, publice in ſermone ſuo prædictum errorem ſuum revocavit & retraxit, & ſupra dictum Fratrem Magiſtrum Thomam Walloys Anglicum de carcere cum ſolemnitate eripuit, & ipſum pro injuriis ſuis impie ſibi illatis, ſolemnibus promotionibus honorare & remunerare promiſit. Sed ipſe magiſter in recompenſationem injuriarum illarum nihil recipere voluit honoris aut promotionis temporalis: potius apud Deum remunerari cupiens, qui corona æterna pro fide paſſos præmiare ſolitus eſt.

VITA

VITA

ET EPISTOLÆ

BENEDICTI P. XI.

VULGO XII.

Confule quæ fupra funt dicta in Benedicto X.

BEnedictus XI. qui nomine priftino dictus erat Jacobus Tolofanus, ex ordinis Cifterciensis cardinale, die poft obitum Joannis decimofexto ad pontificatum evectus eft, decimo tertio Kalendas Jannarii, anno MCCCXXXIV. regnante Ludovico IV. imperatore. Initio fedis fuæ, cenfuras contra eumdem Ludovicum Bavarum a prædeceffore latas non tantum confirmavit, verum etiam imperialem dignitatem tamquam vacantem, & ad fe velut ad Chrifti vicarium devolutam, eidem abftulit. Interim ne Italia externo hofti pateret, multos proceres Italiæ in urbibus, quas poffidebant, fedis apoftolicæ vicarios creavit. Romanis per legatum perfuafit, ut fenatoriam dignitatem, quam diu regio nomine gefferant, fuis tandem & ecclefiæ aufpiciis adminiftrarent. Sanctorum animas a peccatis fuis fufficienter expiatas, ante diem judicii beatas effe, Deique clara vifione frui definivit. Unica ordinatione fex cardinales, viros virtutibus ornatiffimos, creavit. Omnibus modis regem Franciæ cum Anglo conciliare ftuduit; fed fruftra. In rebus honeftis & juftis conftantiffimus perftitit; bonos amore complexus, improborum voluntati & conatibus, quantum fieri potuit, repugnavit. Septem annis, tribus menfibus, & feptemdecim diebus, pontificatu functus, obiit Avenione feptimo Kalendas Maji, anno Domini 1342. Ejus mors gravem animi dolorem omnibus inflixit. Ejus tempore Petrarcha lauro coronatus eft.

EPISTOLA I.

BENEDICTI PAPÆ XI.

Definit, animas fufficienter purgaras, clara Dei vifione frui.

Benedictus fervus fervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

(1) BEnedictus Deus in donis fuis, & fanctus in omnibus operibus fuis, qui facrofanctam Romanam, catholicam & apoftolicam ecclefiam (quam ut vineam plantavit dextera fua, quamque ut præcipuam in ecclefiarum omnium caput erexit, & victricem, dicente Domino ad Petrum: *Tu es Petrus, & fuper* Matth. 16. *hanc petram ædificabo ecclefiam meam.*) fua miferatione non deferit, fed per beatos apoftolos fuos, præcipue Petrum & Paulum, fingulares ejufdem ecclefiæ defenfores pia benignitate & continua pietate cuftodit, quatenus eifdem rectoribus gubernata, in fe ftabilis maneat, fundata fuper firmam petram, omnefque Chriftia- A næ fidei cultores, illi obediant, illi pareant, illi intendant, fub illius magifterio degant, fub ejus difciplina & correctione confiftant.

Et paulo poft: Sane dudum tempore felicie recordationis Joannis vicefimi fecundi prædeceſforis noftri, inter nonnullos etiam theologiæ facultatis magiftros, fuper vifione animarum juftorum hominum poft mortem fuam, in quibus nihil erat purgabile, cum de hoc fæculo deceffernnt; vel fi fuerat, jam purgatum fuerat ex toto; an Divinam effentiam videant ante corporum fuorum refumptionem ac judicium generale, & fuper nonnullis aliis orta materia B quæftionis: ipforum aliqui negativam, aliqui affirmitivam, alii vero fecundum fuas imaginationes, de vifione Divinæ effentiæ ab animabus hujufmodi, diverfa & diverfimode oftendere nitebantur, prout ex dictis & fcriptis eorum nofcitur apparere: fuper rejectis fuis vero concertationibus, quas hic caufa brevitatis omittimus, quia ita ex noftris etiam determinationibus inter fe decidebant. Cumque idem prædeceffor nofter, ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad decifionem concertationum hujufmodi fe pararet, in fuo confiftorio C publico, tam fratribus fuis fanctæ Romanæ ecclefiæ cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quam prælatis & magiftris in theologia, qui multi aderant præfentes, injungendo diftrictius & mandando, ut fuper materia de vifione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberate unufquifque diceret quod fentiret: tamen morte præventus, ficut Domino placuit, perficere nequivit. Defuncto itaque prædeceffore præfato, nos Divina dignatione ad apicem fummi apoftolatus affumpti, diligentius attendentes, quanta ex præmiffis eorum concertationibus non folum, animarum imminent pericula, D quanta exinde poffunt fcandala fuboriri, ut ipforum varietas pereat, & veritatis foliditas innotefcat, habita prius fuper prædictis follicita examinatione & diligenti deliberatione cum fratribus noftris dictæ Romanæ ecclefiæ cardinalibus, de ipforum fratrum confilio, hac in perpetuum valitura conftitutione, auctoritate apoftolica definimus: quod fecundum communem Dei ordinationem, animæ fanctorum omnium, qui de hoc mundo ante Domini noftri Jefu Chrifti paffionem deceffernnt, necnon fanctorum apoftolorum, martyrum, confefforum, virginum, ut aliorum fidelium defunctorum, poft E facramentum baptifmi ab eis fufceptum, in quibus nihil purgabile fuit quando deceffernnt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel fi tunc erit aliquid purgabile in eifdem, tamen poft mortem fuam purgabunt, atque animæ

(1) Ex Bzovio in Annalibus ad an. 1336. n. 9. Affervabatur hæc bulla cum figillo plumbeo pendente ex fericis funiculis Romæ apud Card. Cafanata. *Harduinus*.

mæ puerorum eodem Christi baptismate renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante usum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam & purgationem præfatam in illis qui purgatione hujusmodi indigebant, etiam ante resumptionem suorum corporum & judicium generale, post ascensionem Domini nostri Jesu Christi in cælum, fuerunt, sunt, & erunt in cælo, cælorum regno, & paradiso cælesti, cum Christo, sanctorum angelorum consortio aggregatæ, ac post Christi Jesu passionem & mortem viderunt & vident & videbunt Divinam essentiam immediate, se bene & clare & aperte illis ostendentem; quodque sic videntes, eadem Divina essentia perfruuntur: necnon quod tali visione & fruitione, eorum animæ qui jam decesserant, sunt vere beatæ, & habent vitam æternam & requiem.

II. Constitutio de moderandis procurationibus visitantium.

Extat tomo II. collectionis Anglicanæ: sed ea MS. nostro emendatiorem damus.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

VAs electionis Paulus apostolus, egregius prædicator, se & eos qui secum erant, propriis manibus exhibebat, ut pseudo ...... & subdolis operariis, sub prædicationis specie lucra sectantibus, locum præcluderet; & aliis, quos ipse pascebat pabulo verbi Dei, non existeret onerosus. Sane licet circa modestiam in exigendis procurationibus observandam, a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus salubria manaverint instituta: quia tamen, sicut experientia docet, nonnulli prælatorum sic se reddiderunt & reddunt in dictarum procurationum exactionibus onerosos, ut oppressi subditi, hujusmodi nequeant onera supportare, & victum longi temporis brevis hora consumat: nos attendentes, quod parentes debent thesaurizare filiis, non fastuosis deliciis eorum substantiam absorbere; ac cupientes pro diversitate conditionum visitantium prælatorum, & provinciarum, ac ecclesiasticarum etiam facultatum, certum modum sufficientem visitantibus, & supportabilem visitatis, in præmissis fore de cetero observandum: de fratrum nostrorum consilio, præsentis constitutionis edicto, statuimus, quod cum in Franciæ, Navarræ, ac Majoritacum regnis ac terris, provinciis, & partibus adjacentibus, & vicinis eisdem, necnon in Delphinatu, ac Burgundiæ, Sabaudiæ, provinciæ, & Forcalcarii comitatibus, archiepiscopi & episcopi, aliique prælati & personæ ecclesiasticæ, quibus id de jure competit vel consuetudine, suos subditos personaliter visitabunt, iidem archiepiscopi a suis vel suffraganeorum suorum cathedralibus ecclesiis, procuratione unius diei, sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra CCC. a monasteriis vero, ac aliis ecclesiis vel prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium vel conventum XII. vel plurium personarum, ultra CCL. ab habentibus vero pauciorum personarum collegium vel conventum, & quibusvis aliis ecclesiis & prioratibus, & locis ultra CC. episcopi etiam
A ab ecclesiis cathedralibus ultra CC. a monasteriis vero, & ecclesiis aliis prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra CLX. ab habentibus vero collegium duodecim pauciorum, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra CXL. abbates quoque a monasteriis, vel prioratibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra centum; ab aliis vero habentibus minus collegium, ac ecclesiis, prioratibus, & locis quibuscumque, ultra LXXX. archidiaconi quoque ultra XXXV. archipresbyteri vero ultra VIII. Turonensium argenti valorem recipere non præsumant. Si vero præfati archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac per-
B sonæ ecclesiasticæ, ex privilegio apostolico per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: iidem archiepiscopi a suis & aliis ecclesiis cathedralibus, ac prioratibus sæcularibus & regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra CXX. a monasteriis vero, & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus & regularibus habentibus collegium XII. vel plurium personarum ultra C. ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra LXXX. episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus, atque locis, ultra LXXX. abbates ultra LX. archidiaconi ultra XXX. Turonensium argenti valorem non reci-
C piant quovis modo.

In Alemanniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Boemiæ, Poloniæ, Norwegiæ, Daciæ, Sentiæ & Sueciæ regnis ac terris, provinciis & partibus eisdem adjacentibus, archiepiscopi, episcopi, aliique prælati, & personæ ecclesiasticæ, cum ut præmittitur personaliter visitabunt: iidem archiepiscopi, etiamsi primates existant, a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, & personis eorum, pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra CCCXX. a monasteriis vero, & ecclesiis aliis, & prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra CCLX. ab aliis
D vero monasteriis, ecclesiis, seu prioratibus, minus collegium habentibus, aliisque ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra CCXX. Episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis, ultra CCXX. a monasteriis vero aliisque ecclesiis, & prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra CLXXX. ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet ecclesiis aliis, prioratibus, & locis, ultra CL. abbates insuper a monasteriis, prioratibus, seu ecclesiis habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra C. ab habentibus vero minus collegium, ac ecclesiis, prioratibus & locis aliis quibuslibet, ultra LXXX.
E archidiaconi vero ultra XL. archipresbyteri etiam ultra X. Turonensium argenti valorem recipere non præsumant. Si vero iidem archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ, ex privilegio apostolico, per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti archiepiscopi, etiamsi primates existant, ab hujusmodi ecclesiis, prioratibus, monasteriis, atque locis, ultra C. episcopi ultra LXXX. abbates ultra LX. archidiaconi ultra XXX. Turonensium argenti valorem, pro procuratione qualibet unius diei, recipere non præsumant.

In Castellæ quoque, Legionis, Arragoniæ, & Por-

& Portugsllię regnis & dominiis, terris & provinciis vegum Castellæ, Arragoniæ, & Portugalliæ, ac partibus adjacentibus, & viciniis eisdem, excepto Sardiniæ & Corsicæ regno, archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac personæ ecclesiasticæ, eum, ut præmittitur, personaliter visitabunt: iidem archiepiscopi, a suis & suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia, ultra CL. a monasteriis vero & ecclesiis aliis, ac prioratibus, sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra CXX. ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra C. episcopi etiam a cathedralibus ultra C. a monasteriis vero ac prioratibus, sæcularibus vel regularibus habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra LXXX. ab habentibus vero minus collegium, aliisque ecclesiis, prioratibus, & locis, ultra LX. abbates etiam a monasteriis vel prioratibus habentibus collegium XII. vel plusium personarum, ultra L. ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus, & locis, oltra LX. Archidiaconi vero ultra XXV. Archipresbyteri autem ultra V. Turonensium argenti valorem recipere non præsumant. Si vero proximo nominati archiepiscopi, episcopi, & prælati, ac aliæ personæ ecclesiasticæ, ex privilegio apostolico, alios visitare, & procurationes recipere possint in pecunia numerata: iidem archiepiscopi, ab eisdem, suis vel suffraganeorum suorum eccl. ultra LXXX. a monasteriis vero, & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra LX. ab habentibus vero minus collegium, ac quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus, sive locis, ultra L. episcopi etiam ab eisdem ecclesiis, monasteriis, prioratibus, sive locis, ultra XL. abbates vero ab eisdem monasteriis, prioratibus, ecclesiis, sive locis, ultra XXX. archidiaconi vero, ultra XX. Turonensium argenti valorem recipere non attenient.

In Appuliæ vero, Calabriæ, Terræ laboris, Siciliæ, Longobardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, ac cæteris aliis Italiæ partibus, necnon Sclavoniæ, Archajæ, Cypri, ac cæteris regnis, insulis, & aliis provinciis, & partibus omnibus ultramontanis, etiam transmarinis: patriarchæ, archiepiscopi, & episcopi, ac prælati aliæque personæ ecclesiasticæ consistentes, eum, ut præmittitur, personaliter visitabunt, iidem patriarchæ & archiepiscopi, a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia numerata, ultra LX. a monasteriis vero, & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regular. habentibus collegium XII. vel plurium personarum ultra L. ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus atque locis, ultra XL. Episcopi etiam a cathedralibus ecclesiis, ultra L. a monasteriis vero aliisque ecclesiis ac prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum ultra XL. ab habentibus vero minus collegium, & ecclesiis aliis, seu prioratibus vel locis quibuslibet, ultra XXX. abbates vero a suis monasteriis vel prioratibus, simile collegium vel majus habentibus, ultra XX. ab habentibus vero minus collegium, & quibuslibet aliis ecclesiis, prioratibus, atque locis, ultra XVI. archidiaconi ultra X. Turonensium argenti valorem non audeant recipere quovis modo. Si vero præfati patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & prælati, & personæ ecclesiasticæ, proxime nominatæ, ex privilegio apostolico, per alios visitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata dicti patriarchæ, seu archiepiscopi, ab eisdem suis & suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus, ultra XL. a monasteriis quoque, & ecclesiis aliis, ac prioratibus sæcularibus vel regularibus, habentibus collegium XII. vel plurium personarum, ultra XXX. ab habentibus vero minus collegium, & aliis ecclesiis, prioratibus, sive locis et subditis quibuscumque, ultra XXVIII. episcopi quoque a suis cathedralibus, et quibuslibet monasteriis, et ecclesiis, prioratibus, atque locis, ultra XX. abbates etiam ultra X. necnon archidiaconi ultra V. Turonensium argenti valorem recipere non præsumant.

Istæque expensæ seu sumptus universi, seu taxatio pecuniaria unius procurationis, totius videlicet diei, in pecunia, vel victualibus, et necessariis aliis, prædictam summam vel valorem aliquatenus non excedant; nec ultra dictas summas, vel taxationes, seu valores earum, prætextu cujusvis consuetudinis, vel aliter, ipsis prælatis vel familiis eorumdem, quidquam exigere liceat vel recipere, etiam a nolente. Illud quoque, quod archidiaconis superius duximus ordinandum, locum habere volumus in decanis præpositis, aliisque personis ecclesiasticis superius non expressis, quibus visitationis officium et procurationis receptio ex privilegio apostolicæ sedis, vel de jure, seu de consuetudine, competere dignoscitur: decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantur; circa quos, in receptione hujusmodi procurationis, id quod statutum est de aliis archipresbyteris, volumus observari.

Nostræ tamen intentionis existit, quod si ex conventione, vel consuetudine, ecclesiæ tam cathedrales, quam collegiatæ, et aliæ quælibet sæculares vel regulares, ac etiam monasteria, prioratus conventuales, et loca alia quævis ecclesiastica, eorumque capitula, collegia, seu conventus, rectores etiam, et personæ prælatia quibusvis visitantibus, ut præfertur, minus debeant vel consueverint solvere, quam per nos superius est statutum, ad solvendum ultra conventionem hujusmodi nullatenus astringantur; sed super his circa eos conventio et consuetudo hujusmodi observentur. Hujusmodi etiam moderationes et taxationes, ad prælatos quoslibet, qui prætextu cujusvis consuetudinis, in monasteriis, vel locis aliis ecclesiasticis, gratis recipiuntur ad pabulum caritatis extendimus, & etiam prorogamus proviso nihilominus, quod in locis quibuslibet, secundum quod major vel minor eorum copia fuerit in eisdem, necnon juxta majorem vel minorem personarum et erectionum numerum hujusmodi visitantium, expensarum majorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen, quod majores expensæ non excedant summam superius limitatam.

Insuper prædictis omnibus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, et aliis superius nominatis visitantibus, ne ultra conventionem vel consuetudinem hujusmodi circa personas

nas et loca ubi fuerint nec ultra moderationes et taxationes prædictas, quicquam præsumant recipere, districtius inhibemus. Volentes etiam constitutionem prçsentem, pœnç adjectione, juvari: statuimus, quod si dicti visitantes, per se, vel, si ex privilegio eis competat, per alios visitationis officium exercuerint, et procurationes receperint, ut prçfertur, ipsi vel familiares eorum, ultra moderationes et taxationes prçdictas, aliquid scienter exegerint seu receperint, etiam a volentibus duplum ejus, quod iidem prçlati, vel eis scientibus, aut ratum habentibus, eorum familia taliter exegerint seu receperint, infra duos menses post receptionem seu scientiam hujusmodi, ecclesiis, monasteriis, et locis aliis, a quibus illa receperint, restituere teneantur. Si vero dictis prælatis per alios visitantibus, ii qui pro eis visitationis officium exercebunt, per se vel alios, ultra moderationes vel taxationes prædictas, quicquam exegerint seu receperint, etiam a volente; duplum ejus, quod ultra receperint, ecclesiis, monasteriis, vel locis aliis, a quibus id receptum fuerit, infra præfatum terminum, reddere teneantur. Alioquin extunc dicti prælati quod ultra moderationes, & taxationes prædictas, seu conventionem, vel consuetudinem hujusmodi, receperint in pecunia numerata: duplum ipsum eisdem ecclesiis, monasteriis, sive locis, ultra dictum tempus reddere differentes, ingressum ecclesiæ sibi noverint interdictum. Ii vero pro prædictis prælatis visitationem hujusmodi, ut præmittitur, exercentes, ab officio & beneficio noverint se suspensos: quousque gravatis ecclesiis, & monasteriis, sive locis, de hujusmodi duplo plenariam satisfactionem impendant.

Adjicientes constitutioni præsenti, quod si quis de familia prælati personaliter visitantis, aliquid, ultra moderationes & taxationes præfatas, per se vel alios, prælato ignorante, nec ratum habente, receperit ab ecclesiis, monasteriis, & locis aliis visitatis: duplum ejus quod ultra receperit, de suo proprio, infra duos menses post receptionem hujusmodi, ecclesiis, monasteriis, & locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur. Alioquin extunc taliter recipiens, si clericus fuerit, tamdiu ab officio & beneficio sit eo ipso suspensus. Si vero laicus, tamdiu ingressum ecclesiæ sibi noverit interdictum, & a communione eucharistiæ ipso facto sentiat se suspensum: donec de duplo, hujusmodi gravatis ecclesiis, monasteriis sive locis, satisfecerit cum effectu; nulla eisdem, ultra moderationes & taxationes prædictas recipientibus, in his donantium remissione liberalitate seu gratia, valitura.

Cæterum moderationes & taxationes hujusmodi, in illis locis volumus observari, in quibus id fieri poterit secundum ecclesiæ, monasterii, vel loci alicujus facultates. In aliis autem tantam præcipimus modestiam adhiberi: quod per hoc, quæ ad exonerationem locorum ecclesiasticorum statuenda providimus, non valeant se gravari: nec per hoc dicti prælati, exigendi amplius quam ipsi subditi pati possunt, indultam sibi existiment potestatem.

Præmissis quoque adjiciendo statutum, quod si dicti prælati, vel aliquis eorumdem, ex apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu de jure, petant sibi ab ecclesiis, monasteriis, sive locis aliis ecclesiasticis, eorumque capitulis, collegiis, vel conventibus, rectoribus, seu personis, moderatum seu caritativum subsidium exhiberi: non possint a singulis ecclesiis, monasteriis, sive locis, pro subsidio hujusmodi, ultra petere vel recipere etiam a volentibus, nisi quantum ascenderent singulæ procurationes in pecunia per nos superius moderatæ, quas iidem prælati reciperent, quando ex privilegio per alium visitarent.

Porro Turonenses prædictos, tales fore intelligimus, quod duodecim ipsorum valeant unum Florenum boni & puri auri legalis, ponderis & conii Florentini.

Per constitutionem autem hujusmodi, nolumus, quod dicti prælati, vel alii, quibus, visitationis officium, & procurationum receptio, ex privilegio sedis apostolicæ, vel aliter de consuetudine, vel de jure, competere minime dinoscuntur, jus visitandi, vel procurationes percipiendi, sibi valeant vendicare: nec constitutionibus super præmissis, per prædecessores nostros dudum editis, quoad alia contenta, id eis aliquatenus derogetur.

Insuper abbates Cisterciensis ordinis, sua monasteria visitantes, sub præsenti constitutione nostra nolumus comprehendi: cum super eis per aliam ordinationem nostram, duxerimus specialiter providendum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, intentionis, inhibitionis, adjectionis, & præcepti, ac voluntatis infringere, vel etiam ausu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinione xv. Kalendas Januarii, Pontificatus nostri, anno secundo.

ANNO CHRISTI 1336.

III. (1) Constitutiones super reformatione canonicorum regularium ordinis S. Augustini Avinione editæ, Id. Maji anno Domini M. CCC. XXXIX.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD decorem ecclesiæ sponsæ Dei, & sanctarum religionum fundatarum in ea: quæ licet diversis distinctæ sunt gradibus, in unius tamen veræ fidei propositum coeuntes, eamdem ecclesiam venustant variis floribus meritorum. Pro injunctæ nobis apostolicæ servitutis officio, summis vigiliis & indefessis studiis intendentes ad ea, quæ, pro Divini nominis laude, personarum religionum * ipsarum mentium puritatem, honestatem morum, regularis observantiæ disciplinam, & sacrarum peritiam scripturarum respiciunt: labores nostros libenter impendimus, & opportunæ sollicitudinis diligen-

(1) Abrogatas fuisse a Clemente VI. Benedicti hujus XII. successore has Constitutiones ajunt nonnulli, in Bulla authentica, quæ Cæsaraugustę asservatur. Citari tamen dicuntur a Bonifacio IX. anno 1401., & a Martino V. Vide Dennotum lib. 1. pag. 475. *Harduinus*.

ligentiam adhibemus. Ideoque inter religiones alias in agro ejusdem plantatas ecclesiæ, ad religionem canonicorum regularium, ordinis S. Augustini, ab eodem glorioso doctore in primitiva ecclesia sacris institutionibus stabilitam, gerentes præcipuæ caritatis affectum; ac nolentes, quæ in eadem religione reformanda cognovimus, absque reformationis remedio præterire: omnia quæ in religione prædicta, tam in prima institutione ipsius, quam a sacris canonibus sunt salubriter instituta, omnino immota, in sua firmitate manere censentes, nonnulla quæ experientia deesse probavit, & supplenda dictæ religioni utilitas....... necessitas persuadet, statuenda providimus in ea, perpetuis futuris temporibus observanda.

De creatione canonicorum.

I. Statuimus igitur, ut quando in ecclesia cathedrali, monasterio, seu loco alio religionis ejusdem, canonicorum creatio fuerit facienda, nullus recipiatur vel induatur in canonicum, nisi persona idonea, vel de cujus idoneitate spes verisimilis habeatur, & talis, qui inibi in Divinis, vel aliis, Deo possit & velit debite impendere obsequia opportuna: & quod hujusmodi creatio & habitus traditio fiant publice * infra ecclesiam, monasterium, seu locum alium conventualem religionis ejusdem, nisi causa rationabilis eas alibi fieri suaderet: nullisque promissionibus seu obligationibus cum juramento, vel sine, cuiquam faciendis: quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur: quodque hujusmodi creatio seu habitus traditio, non nisi personæ seu personis religionis ejusdem, quæ tunc etiam in ecclesia, monasterio, seu loco prædictis fieri debeant, aliquatenus committatur. Ii vero qui creati fuerint in canonicos, infra probationis tempus, in loco, in quo saltem septem canonici resideant, necesse habeant residere: eisque idoneus & fidelis deputetur Instructor, qui eos instruere valeat in Divinis officiis, & observantia regulari. Cæterum, si canonicorum creatio fuerit facienda, eaque pertineat ad prælatum: una cum capitulo, vel conventu, fieri debeat eorumdem. Si capitulum, seu conventus, vel eorum major pars, pure ad eam procedere, vel creationi faciendæ sine causa rationabili renuerint consentire: prælatus, ex quo sibi evidenter expediens vel necessarium apparebit, hujusmodi canonicorum creationem fieri debere, * vel prælatum, vel capitulum, seu conventum, aut illum seu illos, ad quem seu quos pertinuerit, concorditer deliberatum & definitum fuerit fore creationem hujusmodi faciendam: tunc prælatus moneat capitulum seu conventum, & in virtute obedientiæ eis injungat, ut pure, ac secundum Dominum, infra unius mensis spatium, ad dictam creationem cum eo in primo casu procedant, vel in secundo, creationi faciendæ suum præstent consensum. Quod si prælati, capitulum, seu conventus, monitioni vel injunctioni hujusmodi parere neglexerint, vel recusaverint: creatio ipsa, ea vice libera pertineat ad prælatum, dummodo per eum nil in præmissis factum fuerit fraudulenter. In casu autem devolutionis hujusmodi, prælatus faciendi eamdem creationem, cum consilio seniorum eorumdem capituli, vel conventus; de personis idoneis liberam habeat facultatem; ita tamen, quod tunc per dictum prælatum, tot & non plures, creentur, quot, attentis facultatibus, ac statu antiquo & debito locorum, rationabiliter creandi, seu creati fuissent, si prælatus & capitu-

* *Lege* infra. H.

* *Lege*, per prælatum. H.

A lum, seu conventus, in creatione hujusmodi concorditer convenissent. Rursus eorum arbitrium, qui ad privata suorum commoda recurvantes affectum, creationi faciendæ canonicorum hujusmodi nolunt aliter consentire, nisi concedatur eisdem, quod unus vel plures, quos maluerint seu nominaverint, in canonicos creentur, penitus detestantes: hoc deinceps omnino fieri prohibemus. Decernentes, concessiones hujusmodi, si quæ eis factæ fuerint, fore nullas: quodque nulli ex receptione seu creatione ex ea vel ob eam secuta, jus aliquid in loco, in quo, seu ad quem factæ fuerint, aliquatenus acquiratur. Insuper præmissis adjicimus, quod capitulum, vel conventus religionis ejusdem, in novitate sui prælati nequeant eidem prælato, vel alteri occasione ipsius, facere gratiam, super receptionem vel creationem canonicorum plurium, quam duorum: nec ad hujusmodi pro duobus gratiam faciendam, nisi de libera eorum voluntate processerit, intendimus obligare.

De professione canonicorum.

II. Præsenti quoque statuimus sanctione, quod singuli canonici religionis ejusdem, professionem expressam faciant, non clandestine, sed patenter: & si commode fieri poterit, in ecclesia, & cum Missa. Quod si forte prælatus, ad quem spectabit, professionem ipsam recipere, tempore probationis elapso, per canonicum profiteri volentem, congruo loco & tempore, humiliter requisitus, professionem eamdem recipere sine rationabili causa renuerit, vel ultra debitum forte distulerit; dictus canonicus ex tunc in sua ecclesia, vel monasterio, ac membris ipsius, ad omnia idoneus censeatur, * si foret expresse professus * teneatur, cum ad hoc opportunitas se obtulerit, expresse nihilominus profiteri: alioquin, extunc ad præmissa, donec expresse professus fuerit, minus idoneus habeatur: ac nihilominus possit per proprium prælatum ad profitendum expresse compelli. Prælatus quoque, qui professionem ab eo recipere renuerit, aut distulerit, ut præfertur, ad ipsius professionem admittendam expresse, per suum immediatum superiorem religionis ejusdem, seu eum ad quem pertinuerit, compellatur.

* *f.* ac si f. c. pr.

* *f.* sed teneatur.

De prohibitis præbendis.

III. Prohibemus insuper, ne in ecclesia cathedrali, seu monasterio, vel loco alio religionis ejusdem, quivis clericus sæcularis, vel laicus, recipiatur ad præbendam seu etiam portionem, nisi eidem ecclesiæ, seu monasterio, vel loco, dederit primitus se & sua: nec hujusmodi præbenda seu portio, ad vitam, vel ad tempus vendatur, detur, seu alias concedatur eidem. Quicquid autem contra prohibitionem hujusmodi attentatum fuerit, omnino decernimus irritum & inane: ac nihilo minus recipientes, vendentes, dantes, & concedentes hujusmodi, ultra pœnas a jure statutas, superiorum suorum arbitrio puniantur. Per præmissa vero non intendimus circa officia vel ministeria, aut alia obsequia opportuna, inibi consueta per sæculares clericos vel laicos exerceri, aliquid immutari.

De priore claustrali.

IV. Ut autem dicta religio salubriter in omnibus dirigatur, in ecclesia, seu monasterio, locove alio collegiato, seu conventuali religionis ejusdem, superiorem dictæ religionis non habente; ac etiam in quolibet collegiato, seu conventuali loco, XII. vel majorem numerum canonicorum habente, etiamsi superiorem in ipsa religione habeat; necnon in loco alio

atiam minorem duodenario numerum habente, in quo prior claustralis esse consueverit: constituatur hujusmodi prior claustralis. Dicti quoque prioris constitutio fiat per illum, seu illos, ad quem, vel ad quos pertinuerit, cum consilio aliquorum seniorum illius loci, in quo constituetur: attentius providendo, quod persona quæ zelum religionis ordinatum habeat, quæve existat idonea ad exercendum prioris claustralis officium, in loco, in quo constituta fuerit, assumatur. Dictus vero prior, cum eum abesse, vel sic inpediri contigerit, quod incumbens sibi officium per se nequeat exercere, teneatur aliquem ex canonicis dicti loci, ad hoc idoneum, deputare; qui, hujusmodi absentia vel impedimento durante, vices ipsius gerat, nisi alicui ex privilegio, seu statuto, vel consuetudine, ratione dignitatis, personatus, vel alterius beneficii, præmissis casibus gerere vices hujusmodi competere nosceretur; vel nisi dicti prioris superior aliquem ad hoc pro ipso priora duxerit deputandum. In loco autem, in quo, secundum præmissa, prior claustralis fuerit statuendus, præsidens tali loco, eum ipso impediri, vel abesse contigerit, ut de priore claustrali præmittitur, teneatur aliquem in loco sui, quoad officium prioris claustralis pertinet, ª ad eaque deputare. Per hoc autem, quod volumus constitutionem dicti prioris, de consilio seniorum fieri: non intendimus, circa ᵇ amotionem ipsius, de pristina observantia, aliquid immutare.

a *Hæ voces*, ad eaque, *videntur redundare, nec sunt apud Pennottum*. H.

b *Pennottus legit*, admonitionem. H.

De capitulis quotidianis.

* *Corr.* locove.

V. Pro regulari disciplina attentius observanda, in ecclesia cathedrali, seu monasterio, loco * vel alio conventuali religionis ejusdem, diebus singulis; in aliis vero locis, in quibus quatuor, aut plures canonici fuerint deputati, saltem semel in septimana, ac etiam sæpius in eisdem, si in ipsis sæpius, ac in quibusvis locis aliis non convantualibus, toties & quando in eis fieri consuetum, regulare capitulum teneatur; in quo, antequam ad tractanda alia procedatur, canonicorum excessus, transgressiones, & negligentiæ corrigantur, ac de disciplina & reformatione regulari tractetur salubriter & agatur: nullo ibidem proterve aut clamose seu irreverenter se habere, quomodolibet præsumente.

De capitulis annalibus.

VI. In singulis quoque ecclesiis cathedralibus, monasteriis, atque locis collegiatis seu conventualibus religionis præfatæ principalibus, non ab aliis dependentibus, etiamsi in eis alias non fuerit consuetum, & in singulis aliis locis religionis ejusdem, habentibus membra sibi subiecta, si ibi solitum est capitulum celebrari, annis singulis capitulum celebretur, die videlicet ad hoc statuto, vel per ipsum capitulum annis singulis statuendo: in loco scilicet principali, & non alibi, nisi evidens necessitas suaderet hujusmodi capitulum alibi celebrandum. Prælatus autem loci principalis, in loco in quo celebrabitur ipsum capitulum, eidem capitulo studeat omnino personaliter interesse, cui etiam præesse debebit. Quod si eum tunc ab eodem capitulo abesse contigerit, teneatur alicui idoneo, loci & religionis ejusdem, committere vices suas, qui intersit, & præsit capitulo memorato, nisi ex privilegio, statuto, vel consuetudine, alteri hoc competere nosceretur.

Ad hujusmodi autem capitulum * affectus, præpositi, priores, & administratores eidem loco principali immediata subjecti; necnon, ubi fuerit consuetum, etiam canonici administrationem non habentes, extra ecclesias, monasteria, & loca prædicta morantes, personaliter convenire, impedimento cessante legitimo; aut impedimento hujusmodi subsistente, abbates, præpositi, priores, & administratores præfati, procuratorem idoneum sufficienter instructum, cum mandato legitimo, causam, seu causas impedimenti hujusmodi, & expresse potestatem jurandi in animas ipsorum constituentium causas hujusmodi fore veras, & reddendi rationem infrascriptam, et alia faciendi, quæ facere possent, si essent præsentes, potestatem continente, ad ipsum capitulum dirigere teneantur. Is vero, qui tunc præerit dicto capitulo, cum quatuor senioribus, per ipsum capitulum aut majorem partem ipsius eligendis, an causæ hujusmodi sufficientes fuerint arbitrati, vel eis non venientibus, aut nullum talem procuratorem mittentibus, vel causas minus sufficientes prætendentibus, de pœna condigna ob hoc talibus infligenda, habeat æstimare, quam ipse solus præsidens, infligendi, et alias contra ipsos absentes, si opus fuerit, auctoritate apostolica, prout justitia et regularia instituta suaserint, procedendi habeat facultatem.

* *Lege*, abbates, *ut recte Pennottus habet*. H.

Convenientes autem ad dictum capitulum, vitam ducant communem, et faciant proportionaliter simul omnes expensas: nisi forte ex consuetudine, vel statuto, aut alia ordinatione rationabili, incumbat alii, seu aliis, onus expensarum hujusmodi faciendi. Quos tamen, si ex hoc, quod singulis annis fieri volumus capitulum memoratum, vel ex aliis supra vel infra statutis, ampliores expensas fieri contigerit, nolumus in expensis plus solito onerari: sed tunc, hujusmodi ampliores expensæ fiant per omnes simul proportionaliter, ut præfertur. Quod si forsan aliquis ex locis prædictis, in quibus, ut præfertur, debet dictum capitulum celebrari, membra habeat adeo sibi remota, quod administratores principales dictorum membrorum nequeant annis singulis ad ipsum capitulum, absque notabili dispendio, conveniri: tunc dictum capitulum teneatur ordinare, quando dicti administratores ad capitulum hujusmodi debeant conveniri.

In hujusmodi autem capitulo, tractetur præcipue de reformatione morum, & observantia regulari: ac corrigantur, & reformentur in eo, quæ super spiritualibus, & temporalibus religionis ejusdem, corrigenda fuerint, & etiam reformanda. Ipsoque capitulo perdurante, abbates, priores, præpositi, & archidiaconi, cæterique administrationem in religione prædicta habentes, quovis nomine censeantur, de suis administrationibus eidem capitulo teneantur offerre, & in scriptis tradere rationem, declarando videlicet, si administrationes ipsæ aliquibus, & quantis, & ex quibus causis, quibusve personis, & quibuslibet obligationibus, & an sub usuris sint debitis obligatæ; & an ipsa debita possint de rebus extantibus mobilibus persolvi, aliaque onera sibi suis administrationibus incumbentia supportari, sine debitorum augmento: & generaliter, an administrationes ipsæ in casu desolationis, & qua re, vel in statu prosperitatis existant. Hujusmodi autem rationum scripturæ, continentes administrationum ipsarum tam onera, quam augmenta, in loco principali, cujus tenetur capitulum, sub fida custodia fideliter conserventur, eorum, a qui-

quibus reddita fuerit, propriis subscriptionibus communitæ.

Volumus autem, quod in casu, ubi abbatibus, prioribus, præpositis, archidiaconis, & aliis administrationem habentibus, minime videtur expediens, sed periculosum esset, revelare in dicto capitulo commoda seu augmenta, quæ de administratione hujusmodi superessent: quatuor eligendis de dicto capitulo, duobus per ipsum abbatem, seu priorem, vel præpositum, seu archidiaconum, vel quemvis alium administrationem habentem, & duobus aliis per capitulum, vel majorem partem ipsius (qui quatuor hujusmodi officium in virtute obedientiæ recipere teneantur) revelare prædicta, quæ supersunt, in quibuscumque rebus consistunt, fideliter teneantur: eisdem quatuor sic electis juramentum in præsentia dicti capituli præstituris, quod non revelabunt prædicta, nisi cedentibus vel decedentibus iis, qui reddiderint rationem, vel alia causa rationabili exigente; & tunc etiam, de licentia superioris sui, vel illius, qui dictam reddidit rationem.

De capitulis provincialibus.

VII. Constitutionem insuper concilii generalis, de communi capitulo abbatum, atque priorum abbates proprios non habentium, in singulis regnis sive provinciis faciendo, volentes exacta diligentia observari: statuimus, quod in religione prædicta, in singulis provinciis per nos designatis inferius & distinctis fiat in loco, qui ad hoc fuerit deputatus, de quadriennio in quadriennium, salvo jure diœcesani, commune seu provinciale capitulum abbatum, præpositorum, priorum, cæterorumque prælatorum abbates, seu alios prælatos superiores ejusdem religionis non habentium; necnon præpositorum, priorum, vel aliorum majorum in ecclesiis cathedralibus post antistites existentium, ac post ipsos antistites regularem curam canonicorum habentium, quocumque nomine nuncupentur; sive prænominati, exempti, sive non exempti existant; ad quod universi conveniant, impedimentum canonicum non habentes, dictam constitutionem juxta præfatum provinciale concilium, & alia in ea, tam provide, quam salubriter instituta, & in religione præfata, irrefragabiliter observantes. Qui vero ad præfatum capitulum personaliter venire nequiverint, legitime impediti, ad allegandam causam impedimenti hujusmodi, * etiam probandam, necnon ad recipiendum ordinationes, seu statuta, atque mandata in dicto capitulo facienda, ac si idem taliter impeditus, personaliter præsens esset, canonicum suum ecclesiæ ejusdem, monasterii, sive loci, si commode fieri possit, alioquin aliam personam idoneam, cum sufficienti mandato, causam impedimenti hujusmodi continente, & etiam potestatem in animam constituentis eumdem jurandi, causam hujusmodi esse veram, ad dictum capitulum mittere teneatur. Personæ vero, quæ præfuerint hujusmodi provincialibus capitulis celebrandis, quarum potestatem de uno provinciali ad aliud provinciale capitulum volumus perdurare, arbitrentur, & discernant, an excusationum causæ dictorum non venientium ad capitulum, veræ & sufficientes, vel insufficientes existant: a quarum arbitrio, seu decreto, super hoc nulli appellare liceat, vel etiam reclamare.

* Pennacus & probandam. H.

Non venientes autem ad dictum capitulum, legitimo impedimento cessante, aut cum subest impedimentum, procuratorem ad illud, cum sufficienti mandato, ut præmittitur, non mittentes: teneantur expensas, quas fuerant in veniendo ad dictum capitulum, morando, & redeundo facturi, juxta præsidentium dicto capitulo, seu majoris partis eorum, arbitrium æstimandas, in termino per ipsos præsidentes statuendo, de bonis suæ administrationis persolvere, in utilitatem ipsius provincialis capituli convertendas: super quibus, nulli in totum, vel in partem, gratia fieri valeat, a vel remissio indulgeri possit. Etiam prædicti * eorumdem, ad earum solutionem, per censuram ecclesiasticam, auctoritate apostolica, coercere suosque processus & sententias publicare, seu facere publicari, in locis dictæ religionis, provinciæ tamen ejusdem. Et nihilo minus alias contra non venientes præfatos, maxime si, ut correctionem evitent, sive ut nesciatur status ecclesiæ vel monasterii eorumdem, vel alias malitiose, se subtrahant, prout dictis præsidentibus seu majori parti ipsorum visum fuerit, procedatur.

a Lege cum Pennoto, vel remissio indulgeri. Possint etiam dicti præsidentes eosdem ad eorum solutionem &c. H.

Circa presidentes vero ac visitatores in eisdem capitulis deputandos, & alia quecumque in eis exequenda, illa serventur, que in ejusdem generalis concilii, & felicis recordationis Honorii pape III. predecessoris nostri, constitutionibus expressius continentur, prout statui & religioni congruit eorumdem: servatis tamen statutis, ordinationibus, & adjectionibus nostris, supra & etiam infra scriptis.

Ad hec, decrevimus, abbates, priores, & majores prefatos, capitula, conventus, cunctosque canonicos ecclesiarum, ac monasteriorum ejusdem religionis, etiamsi in ipsis ecclesiis, vel monasteriis, sive extra ea, ubicumque prioratus, officia, vel administrationes habuerint, seu moram traxerint, tam exemptos quam non exemptos, dictorum capitulorum provincialium distributionibus, correctionibus, & ordinationibus subjici, & ipsis astringi, eosque ad observationem illarum fore per præsidentes, seu alios ad quos pertinuerit, compellendos. Decernimus etiam, quoscumque dictarum ecclesiarum, & monasteriorum, vel aliorum locorum religionis ejusdem canonicos, beneficia obtinentes, ad contribuendum, in expensis moderatis & rationabilibus, per capitulum annuale religionis ejusdem immediate præcedens taxandis, secundum eorum exigentiam facultatum, quas dicti convenientes facient, ad ipsa capitula eundo, morando, & redeundo (imposita tamen dictis convenientibus secundum suarum exigentiam facultatum de dictis expensis congrua portione) fore per eosdem convenientes, auctoritate apostolica, per remedia opportuna, sublato appellationis obstaculo, compellendos. Ordinariis locorum, exemptis & non exemptis, districtius injungentes, quod nullum prædictis impedimentum apponant, vel apponi permittant: sed legitime requisiti, ea faciant executioni mandari, & inviolabiliter observari. Quod si forte tempore, quo imminebit provinciale capitulum celebrandum, contigerit ecclesias cathedrales religionis ejusdem, carere majoribus prælatis, vel monasteria seu loca religionis ejusdem, suis vacare seu carere pastoribus; qui, si adessent, astricti forent ad conveniendum in provinciali capitulo memorato: capitula ecclesiarum, seu conventus monasteriorum, aliorumque locorum conventualium prædictorum, teneantur personam sufficientem de gremio eorumdem, si commode fieri possit, alioquin aliun-

liunde, transmittere ad hujusmodi capitulum celebrandum, ad faciendum & adimplendum omnia, juxta arbitrium præsidentium, quæ facere possent & tenerentur prælati, seu majores præfati, si venirent ad dictum capitulum, & in eo personaliter interessent.

Quod autem præmittitur de provinciali capitulo, de quadriennio in quadriennium celebrando, ad cujuslibet hæsitationis scropulum amputandum, ad sanum referri volumus intellectum: ut scilicet cum uno anno provinciale capitulum fuerit celebratum, duobus futuris annis proximis, ab illo valeat abstineri, eo in alio anno immediate sequenti omnimode celebrando. Hujusmodi vero commune seu provinciale capitulum, apud unum de monasteriis religionis ejusdem ad hoc aptum, si in eadem existat provincia, debeat celebrari: alioquin, celebretur in loco alio congruo & securo, de quo, ac die primi capituli hujusmodi celebrandi, & aliis ad hoc facientibus, opportune providebunt illi, qui super hoc per sedem apostolicam deputati fuerint prima vice. Et ut super eodem capitulo, & per illud extunc in posterum rationabilis ordinatio habeatur: in dicto capitulo primitus celebrando, & in aliis etiam per successiones temporum similiter celebrandis, præsidentes eisdem, seu pars major eorum, provideant & ordinare procurent, per quem, in sequenti capitulo, sermo fieri, Missaque debeat celebrari. Eligant quoque tam locum, in quo alia vice proxima hujusmodi capitulum fuerit celebrandum, quam eos, qui prędidentes esse debeant in eodem.

Providcatur etiam, qui abbates, quive præpositi, seu alii ex eis, qui ad ipsum capitulum venire tenentur, quæ, & quot, & quoties, ecclesias cathedrales, monasteria, & loca alia religionis ejusdem, debeant, usque ad aliud proximum sequens provinciale capitulum, visitare. Cæterum prohibemus, ne venientes ad provincialia seu annalia capitula, secum ducant, vel duci faciant, seu permittant evectiones, seu familiares numero superfluos, seu quomodolibet excessivos, aut tales, de quibus præsumi valeat, quod alicui ad ipsa capitula venienti, aut in eis moranti, vel de illis redeunti, aut ecclesiis, monasteriis, prioratibus, vel aliis eorum, inferant, per se, vel alios, in personis vel rebus, injuriam, offensam, vel qui in aliquo de dictis capitulis, aut in ecclesia, vel monasterio, seu loco, quibus illa contigerit celebrari, scandalum suscitare, vel turbationem facere, seu discordiam vel contentionem movere, verisimiliter præsumatur: sed numero evectionum, & familiarium, statui cujuslibet eorum coagruo, sint contenti. Si quis autem eorum scienter, & ex proposito, duxerit vel tenuerit aliquem, vel aliquos, ad inferendum injuriam vel offensam hujusmodi, ut turbetur, vel impediatur imminens capitulum, vel aliquem seu aliquos ad hoc convocaverit, & ob hoc turbatio vel impedimentum secuta fuerit vel secutum; necnon quicumque alius de personis religionis ejusdem consentiens in præmissis extiterit, pręstando auxilium, vel favorem, scienter & ex proposito, ut pręmissum est, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Eamdem quoque excommunicationis sententiam, quicumque religionis præfatæ per se vel alium impedierit malitiose, scienter & ex proposito, quo minus dicta capitula, provinciale videlicet & annale, & eorum quodlibet valeat celebrari; aut propterea præsumpserit euntes ad illa, vel aliquos eorumdem, vel in eis morantes, seu de ipsis redeuntes, capere, seu capi facere, seu captos detinere, aut impedire, vel eis, aut eorum familiaribus, in personis vel rebus inferre damna, injurias, vel offensas; necnon, quicumque ipsius religionis, qui, ad hoc ne fiat, aut impediatur visitatio, malitiose & ex proposito, prædicta, vel eorum aliquid, per se vel alium commiserit in præmissis, * abbatum, priorum, vel aliorum proprios subjectos visitantium, vel in personas visitatorum, qui in provincialibus capitulis, aut per abbates, seu prelatos alios fuerint deputati, vel familiarium eorumdem, aut in bonis eorum; dum tamen propter hoc visitatio hujusmodi fuerit impedita: ipso facto excommunicationis sententiam incurrant. Prędidentes autem provincialibus & annalibus capitulis prelibatis, & eorum quilibet, postquam simpliciter & de plano eis constiterit, aliquem ex prædictis, præfatam excommunicationis sententiam incurrisse: ipsum excommunicatum, per omnia ejusdem religionis loca vicina, de quibus eis videbitur, tamdiu solemniter publicent & faciant ab aliis, auctoritate apostolica, publicari, eos ad hoc, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo: donec excommunicatus hujusmodi condignam super hoc satisfactionem impenderit, & absolutionis beneficium meruerit obtinere. Possint autem ab hujusmodi excommunicationis sententia, congrua satisfactione præmissa, absolvi per præsidentes dictis provincialibus capitulis, & quemlibet eorumdem, quorum offensa conservet * eorum provinciale capitulum, aut per visitatores deputatos ab eo. Illi vero, quorum offensa respiciet annale capitulum, per prælatos, qui hujusmodi annali, seu annalibus capitulis præfuerint, aut per ipsos prælatos visitantes, seu per visitatores deputatos ab eis, congrua satisfactione præmissa, absolvi valeant: nisi forsan offensa adeo gravis existeret, quod super ea sedes apostolica foret merito consulenda.

Ut autem professores religionis ejusdem quietius & liberius valeant Domino famulari: districte præcipimus, tam diœcesanis, quam personis, qui provincialibus capitulis præsidebunt, ut advocatos, patronos, magnates, rectores, vicedominos, consules, milites, & quoscumque alios, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant; ne cathedrales ecclesias, monasteria, & loca alia religionis ejusdem præsumant offendere, in personis, aut rebus eorum; eosque, si forte eisdem offensas intulerint, ad satisfaciendum eis compellere non omittant.

Ut autem de provinciis, in quibus dicta capitula provincialia fuerint celebranda, distincta limitatio habeatur, nec de ipsis in posterum hæsitetur: quamlibet provinciam, quoad hujusmodi provincialia tenenda & celebranda capitula, prout sequitur, limitamus. In primis, urbs Romana cum episcopatibus nobis immediate subjectis, in nostra speciali provincia constitutis, cum toto regno Siciliæ, pro una provincia computentur: provincię Thebarum, Cretensis, Atheniensis, Patracensis, Corinthia, & Neopactensis, cum toto patriarchatu Constantinopolitano, pro una; regnum Cypri, pro una; regnum Corsicæ, & Sardiniæ, pro una; provinciæ Pisanensis, Januensis, Mediola-

* f. in personas.

* f. concernat.

lanensis, & Ravennas cum episcopatibus Placent. Ferrar. & Arimin. pro una; Aquilejensis, ac Gradensis, cum provinciis Iadrensi, Spaiatensi, & Raguf. & Antibar. pro una: Strigoniensis, Colossensis & * Gueniensis, cum episcopatu Canuensi, pro una: Rigonens. pro una: Salzeburgensis, Magdeburgensis, & Bremensis, pro una; Coloniensis, Moguriensis, & Trevirensis, cum episcopatu * Lambargensi, pro una; Ebredunensis, Viennensis, & Aquensis, & .... pro una; Lugdunensis, Tarantasiensis, & Bisinieiensis, * pro una; Remensis, & Senonensis, pro una; Rotomagensis, & Turonensis, pro una; Burdegalensis, & Bituricensis, cum episcopatu Aniciensi, pro una; Narbonensis, Tolosan. & Anxitan. pro una; Terraconensis, & Cæsaraugustanensis, cum episcopatu Majoricarum, pro una; Toletana, Hispalensis, Compostellan. ac Bracarensis, pro una; Cantuariensis & Eboracensis, pro una; tota Hibernia, pro una; totum regnum Scotiæ, pro una; regna Deciæ, Norvegiæ, & Sweciæ, pro una provincia computentur. Si qui vero episcopatus, vel monasteria, aut loca ulia, dictæ religionia existant, quæ in aliqua dictarum provinciarum minime includantur: quoad dicta capitula provincialia, intelliguntur esse de illa provincia, cui viciniora existere dignoscuntur.

* *Penultus legit*, Guesnensis cum Episcopatu Caminensi pro una; Rigiensis &c. H.

* *Lege*, Bambergensi. H.

* *Corr.* Bisuntinensis.

De visitatoribus.

VIII. Visitatores siquidem, qui, secundum constitutionem dicti generalis concilii, fuerint in provincialibus capitulis deputati, sint solliciti circa hujusmodi visitationis officium exequendum; & quantum statui & religioni eorum convenit, observare studeant, quod in dictis constitutionibus præfatorum concilii, & Honorii, super * statuta. Quod si omiserint illa exequi diligenter, a præsidentibus provincialibus capitulis, cum eis hujusmodi negligentia nota fuerit, graviter arguantur; & per eos, prout qualitas culpæ ipsorum exegerit, puniantur. Ut autem dictorum visitatorum officium cum sinceritate procedat, districtius inhibemus, ne quis visitatoris sibi deputati, eodem anno, valeat * visitator. Dicti autem visitatores, familiares eorum, in ecclesia cathedrali, seu monasterio, vel alio loco ipsius religionis, ad quæ visitationis causa duxerint declarandum, * ultra duos dies nequaquam remaneant, nisi evidens necessitas foret, vel magna utilitas ecclesiæ, vel monasterii, sive loci hujusmodi, ampliorem moram visitatorum, vel familiarium exigeret eorumdem: quo casu possint ulterius remanere, ita tamen, quod id faciant de consilio seniorum dictæ ecclesiæ, seu monasterii, sive loci. Dicti quoque visitatores, vel familiares eorum, ecclesiæ, monasterio, sive loco, cui officium visitationis impendunt, onerosi nequaquam existant, nec sumptuosas epulas quærant: sed, cum gratiarum actione recipiant, quod honeste & competenter eis fuerit ministratum.

* *f.* super his statutum est.

* *Dersi forte*.

* *Corr.* declinandum.

Caveant insuper, ne quisquam ipsorum, aut familiares eorum, per se, vel per interpositam personam, aliquam pecuniam hujusmodi, vel alia occasione quacumque, nisi pro expensis dumtaxat, & tunc, secundum infrascriptum modum, exigant, aut etiam a nolente recipiant: neque aliquid munus, quodcumque sit, vel qualitercumque offeratur, præsumant recipere a quocumque; ut non quæ sua sunt videantur quærere, sed quæ Christi: quod si fuerit contra præsumptum, duplum ejus, quod receperint, ecclesiæ, monasterio, sive loco, a qua, vel quo id receptum fuerit, infra mensem reddere teneantur. Alioquin duplum ipsum eis ultra dictum tempus restituere differentes, tamdiu sint ab officio beneficioque suspensi, quousque gravatis ecclesiis, monasteriis, sive locis, de hujusmodi duplo, plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium liberalitate, remissione, vel gratia valitura. Et nihilominus iidem visitatores, si opus fuerit, per præsidentes dictis capitulis provincialibus, & eorum quemlibet, ad restitutionem præfati dupli, auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna remedia compellantur.

Concedimus tamen, ut præsidentes dictis capitulis, vel pars major eorum, ordinare possint, prout, & quando eis visum fuerit expedire, quod dicti visitatores expensas recipiant in pecunia, & eo casu, quo hoc duxerint ordinandum, dictas expensas, omni odio & favore remotis, moderari habeant, & taxare. Proviso tamen, quod in summa constitutione, quam super moderatione procurationum edidimus, quæ incipit, *Vas electionis*, nullatenus excedatur. Isti etiam præsidentes discretu provideant, ut cum inter loca visitata & visitanda magna fuerit distantia, quantum quilibet eorumdem locorum, visitatus scilicet & etiam visitandus, solvere habeant visitatori, pro suis sumptibus moderatis. Si tamen monasteria visitanda in facultatibus sint collapsa, tunc de expensis, quas dicti visitatores facturi erunt, occasione visitationis locorum hujusmodi collapsorum, provideatur eisdem, de communi contributione, in provinciali capitulo facienda. Ut autem via scandalis præcludatur, inhibemus visitatoribus memoratis, ne illos, seu eorum nomina, qui eis aliqua secreta in visitationibus reveiaverint, præsumant aliis revelare, sed tunc demum, dicti visitatores procedant super dictis revelatis, sic, & prout secundum * canonica decreta instituta fuerit procedendum. Quod si dicti visitatores contra inhibitionem hujusmodi revelantes, * seu eorum nomina detexerint, prout facti qualitas exiget, per præsidentes, vel eorum quemlibet puniantur.

Vide supra proxime.

* *Penultus*. canonica & regularia instituta. H.

* *Corr.* revelaverint.

De subventionibus.

IX. Cum, in provinciali & annuali capitulis, & aliis negotiis, expensæ necessariæ requirantur: ut onus divisum in partes levius supportetur, statuimus, quod in eisdem capitulis, cujusquam contradictione vel absentia non obstante, pro communibus libertatibus defendendis, necnon necessitatibus, utilitatibus, & aliis plerumque occurentibus necessariarum oneribus expensarum, auctoritate apostolica, imponantur collectæ, subventioner, seu contributiones; videlicet in capitulo provinciali pro tangentibus ipsum capitulum, secundum arbitrium ipsius provincialis capituli, vel majoris partis ejusdem. In annali vero capitulo, pro tangentibus ipsum annale capitulum, vel locum principalem, ubi debet ipsum capitulum celebrari, secundum arbitrium prælati præsidentis ipsi annali capitulo, & diffinitorum, ubi diffinitores fuerint; & ubi non fuerint, secundum arbitrium ipsius capituli, seu majoris partis ejusdem. Volumus tamen, quod libertatea, necessitates, seu utilitates, & alia, pro quibus hujusmodi collectæ, subventiones, seu contributiones fuerint imponendæ, in eisdem capitulis provincialibus & annalibus, clare & explicite

expo-

exponantur: & aliter, quam ot permittitur, imponi non possint. Et si secus actum fuerit, impositio & processus, ac sententiæ occasione hujusmodi impositionis, factæ & latæ, omni careant roboris firmitate: ac nihilo minus restituatur eisdem, quicquid, occasione hujusmodi, ab ipsis exactum fuerit & receptum. De dictis autem subventionibus, & contributionibus, seu collectis, possit membris necessitatem patientibus subveniri: prout expositis prius dictis necessitatibus annali capitulo prædictis, quorum arbitrio subventiones, contributiones, seu collectæ hujusmodi imponi habuerint, in ipso annali capitulo fuerint arbitrati: proviso tamen, quod administratores dictorum membrorum necessitatem patientium, expendere habeant, pro dictis necessitatibus, quantum membra ipsa poterunt sustinere.

Ut autem in conservatione collectarum, subventionum, seu contributionum hujusmodi, adhibeatur cautela diligens, & etiam opportuna: præcipimus, ut illæ, quæ impositæ fuerint in capitulo provinciali, per tres bonos & fideles de illis, qui ad ipsum * capitulum pervenire tenentur in aliqua ecclesia, monasterio, seu alio loco convenienti & securo; quæ vero impositæ fueriot in annali, per tres fideles canonicos loci, in quo imponentur (quorum unum ponat ille qui præfuerit ipsi capitulo annali; alium vero, priores & administratores; & tertium, capitulum ecclesiæ, seu conventus monasterii, seu loci hujusmodi * annale capitulum fieri debet) in una arca serata, tribus diversificatis seris & clavibus fideliter custodiantur, & in usus dumtaxat, pro quibus impositæ fuerint, convertantur. Pro iis autem collectis, & subventionibus, seu contributionibus fideliter conservandis, &, ut præmittitur, expendendis, dicti tres, qui ad hoc fuerint in provinciali capitulo deputati, præstent in præsidentium ipsius capituli; & alii præfati tres canonici, in prælati, præsidentis, & capituli, seu conventus loci principalis, cujus annale capitulum celebratur, præsentia, corporaliter juramentum: nec imponi valeat alia contributio, quamdiu aliquid de prima contributione, quod sufficiat, contigerit superesse.

* Pennotus, capitulum provinciale venire. H.

* Deest for. ubi.

Habeant autem dicti præsidentes, & eorum quilibet, quoad hujusmodi provincialia capitula; similiter quoque prælati, seu alii qui præerunt dictis annalibus, quoad ipsa capitula annalia, auctoritate apostolica supradicta, exigendi, colligendi, & levandi collectas, subventiones, & contributiones prædictas, & contradictores & rebelles quoslibet, eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam, vel alia juris & ipsius religionis remedia, semoto cujuslibet appellationis remedio, compellendi, & publicandi, & exequendi libere processus suos, ac sententias super præmissis habitos, & prolatas, in ecclesiis cathedralibus, monasteriis, aliisve locis religionis ejusdem, quando & quoties visum fuerit expedire, necnon & absolvendi, congrua tamen satisfactione præmissa a dictis sententiis, & relaxandi ac tollendi omnes processus & sententias eorumdem, & cum eis, qui dictis legati sententiis, per simplicitatem, & juris ignorantiam, non tamen in contemptum clavium, celebrando Divina, vel se iogerendo eisdem, irregularitatem incurrerunt, super enim irregularitate hujusmodi, dispensandi liberam potestatem.

De studentibus in ecclesiis, & monasteriis.

X. Quoniam, per exercitium lectionis, studentes litterarum scientiis imbuuntur: nos cupientes, ut viri religionis ejusdem, in primitivis, & deinde in * Divinis, & canonici juris scientiis instruantur: statuimus, quod in qualibet ecclesia cathedrali, monasterio, locove alio conventuali seu collegiato dictæ religionis, cui ad hoc suppetent facultates, habeatur magister, qui canonicos doceat, infra septa locorum, in scientiis primitivis; videlicet in grammatica, logica, & philosophia: proviso attentius, ut sæculares instruendi, cum ipsis canonicis docendis, in eisdem monasteriis, sive locis, nullatenus admittantur. In ecclesiis tamen cathedralibus religionis ejusdem, jura super hoc edita observentur. Provideatur autem quotidie præfato magistro, si alius quam canonicus ejusdem loci fuerit, sufficienter in pane & vino, & pitantia, per illos, qui talia tenentur in eadem ecclesia, monasterio, sive loco, canonicis ministrare. Eidem quoque magistro, pro vestimentis, ac calciamentis, ac salario suis, congrua pensio assignetur annua, summam viginti librarum Turonensium parvorum nequaquam excedens. Quæ * infrascripta communi contributione solvatur, donec pro ea certi perpetui redditus fuerint assignati.

* Lege, divini. H.

* Lege, & infrascripta H.

Si vero in locis prædictis fuerit canonicus ad hujusmodi instructionem idoneus, ipse per superiorem suum, ad quem hoc pertinuerit, deputetur instructor, & ad hoc, si necesse fuerit, compellatur. Cui siquidem instructori canonico, ultra victum & vestitum, pro libris emendis, & aliis necessitatibus suis, juxta dispositionem superioris sui, decem libræ parvorum Turonensium assignentur. Prælati vero, seu alii ad quos spectaverit, canonicos instruendos dociles, tam de capite, quam de membris, cum consilio seniorum eligere, & de ipsorum certo numero, ac de locis & temporibus, quibus lectionibus, quibusve Divinis officiis, seu obsequiis aliis opportunis intendant, ordinare pure & provide teneantur. Si tamen dicti canonici instruendi, teneri & instrui commode in loco principali nequiverint, & propter hoc fuerit hactenus consuetum, ipsos instruendos in aliquo de membris illius loci teneri, atque instrui: non intendimus circa hoc, dummodo ibidem vigeat observantia regularis, aliquid immutare. Possint autem præfatus magister, seu instructor, * etiam instituendi, cum consilio seniorum, prout expediens visum fuerit eis ad quos pertinuerit, removeri, et per eos, loco eorum qui remoti fuerint, alii subrogari.

* Lege cum Pennotto, & instruendi. H.

Præcipimus insuper cunctis visitatoribus, in provincialibus capitulis deputatis, quod ea, quæ sunt de magistro, seu instructore, et personis instruendis, et aliis, circa hæc superius ordinata, faciant auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, et alia opportuna remedia, appellatione remota, firmiter observari. Et nihilo minus ea, quæ super prædictis fecerint et invenerint, præsentibus capitulo provinciali referant, qui etiam, auctoritate Apostolica, si eis vel majori parti ipsorum visum fuerit, contra negligentes vel rebelles in præmissis procedant, sicut viderint expedire.

De mittendis ad studia.

XI. Quia vero expedire dinoscitur, ut iidem canonici, postquam in scientiis primitivis fuerint eruditi, ad sacræ Theologiæ vel canonum transeant facultates: statuimus, ut ecclesia cathedralis, monasterium, prioratus, locusve alius religionis ejusdem, cum membris suis inferius declarandis, de quolibet vicenario numero canonicorum, unum canonicum aptum pro hujus-

modi

modi scientiis acquirendis, ad generalia seu solemnia studia mittere, et cuilibet mittendorum ipsorum teneantur de infrascripta annua pensione providere. Hujusmodi autem vicenarium numerum sic volumus computari: ut videlicet illi duntaxat canonici numerum ipsum efficiant in hoc casu, qui fuerint in ecclesia, monasterio, vel loco alio ei subjecto habente octo vel plures canonicos, præter priorem seu administratorem loci subjecti, & ipsorum * canonicis ipsius ecclesiæ seu monasterii, & loci alterius principalis, in computatione, ac missione hujusmodi conjungantur. Quod si forsan, ultra dictum numerum vicenarium, aliqui superessent, qui tamen vicenarium alium non complerent: non propter hoc arctentur * aliquid mittere ad studia prælibata. Ubi autem hujusmodi ecclesia, monasterium, sive locus, * admittendi plures ad prædicta studia, quam præmittitur, astringeretur, de consuetudine, vel ordinatione alia, seu statuto: non intendimus consuetudinis, ordinationi, seu statuto hujusmodi, per præmissa aliquatenus derogare. Si vero in hujusmodi ecclesia, monasterio, vel loco alio principali, vicenarius canonicorum numerus existat *: numerus tamen major senario ibidem sit: teneantur visitatores per provinciale capitulum deputati, cum in ea, vel eo, visitationis officium exercebunt, inquirere de facultatibus, & oneribus hujusmodi ecclesiæ, monasterii, sive loci: & si hujusmodi oneribus supportatis * invenerint facultates sufficere, pro uno, vel pluribus canonicis ad dicta studia destinandis, relationem de hoc faciant in provinciali concilio subsequenti, in quo præsidentes, cum consilio & assensu minoris partis capituli, ordinent auctoritate apostolica, juxta hujusmodi suppetentiam facultatum, de uno, vel pluribus canonicis ad eadem studia destinandis. Eligantur autem ipsi canonici ad eadem studia destinandi. Eligantur autem ipsi canonici mittendi, prout ad scientias Theologiæ, vel juris canonici, seu magis ad unam quam alteram, aptiores poterunt inveniri; sic tamen, quod si tot apti recipiantur pro ipsius Theologiæ studiu, ad minus medietas mittendorum pro ipso Theologiæ studio destinetur, & qui electus fuerit ad unam de iis scientiis, ad altam proprio arbitrio nequeat se transferre: quod si fecerit, de studio revocetur.

* Leg. & ipsorum canonici, videlicet ipsorum subjectorum, canonicis ipsius eccl. &c.

* Lege, aliquem. H.

* Lege, ad mittendum. H.

* f. non existat.

* f. supportandis

Ut autem ad electionem canonicorum, ad prædicta studia mittendorum, sincere & cum celeritate congrua procedatur, capitulum ecclesiæ cathedralis religionis prædictæ, septem, abbas vero, prior, & quivis alius prælatus monasterii, seu prioratus, & loci conventualis religionis ejusdem, habentis vicenarium, aut majorem numerum canonicorum, quinque; habentis vero numerum minorem, tres canonicos seniores (qui dictam electionem facere habeant, infra quinque dies, post festum beatæ Mariæ Magdalenæ, quod primitus a publicatione hujusmodi nostræ constitutionis, in eorum capitulis annalibus facta, occurrerit, & deinde, singulis annis, in perpetuum, quoties electio de canonicis, ut premittitur, mittendis extiterit facienda) infra idem tempus eligere teneantur. Seniores autem ipsi, antequam ad hujusmodi electionem procedant, juramentum præstent (ad quod præstandum per superiores suos, si opus fuerit, eos volumus coarctari) quod timore, amore, odio, precio, seu favore rejectis, illos ex canonicis in scientiis primitivis, & regularibus observantiis informatis, ac vita & moribus commendandis, eligant ad studia supradicta, quos magis dociles & aptiores esse crediderint, * alterutram ex theologiæ & juris canonici scientiis, ad quas fuerint destinandi. Cum vero dicti seniores præstiterint hujusmodi juramentum, teneantur tres dies cum consilio instructorum, * si canonicus extiterit, juramento simili adstringendi, eligere coram ecclesiæ cathedralis capitulo, vel abbate, seu priore, vel alio prælato, mittendos * præfatis eligere. Electione autem hujusmodi facta, per seniores eosdem, vel majorem partem numeri eorumdem, cum consilio, ut præmittitur, institutoris: is, ad quem pertinuerit, licentiam eundi ad studia supradicta, infra sex dies post habitam de dicta electione notitiam, eis concedere sit adstrictus. Iidem electi mittendi ad Parisiense studium, illuc in Exaltationis sanctæ Crucis; alii vero ad alia studia destinandi, illuc in S. Lucæ festis, vel citra, adesse procurent. Quod si forsan dictum capitulum, infra prædictos quinque dies, præfatos septem seniores non elegerit; aut si ipsis septem ab eodem capitulo, vel dictis quinque, seu tribus senioribus, a præfato abbate, seu priore, vel alio prælato, ut præfertur, electis, iidem seniores, vel eorum major pars, in casu quolibet prædictorum, infra dictos tres dies, hujusmodi canonicos mittendos non duxerint eligendos: ex tunc in ecclesia cathedrali, ad illum qui præest in regularibus disciplinis, post antistitem; in monasterio vero seu prioratu, locove alio, ad abbatem, seu priorem, vel alium prælatum quemcumque eo ipso hujusmodi electio devolvatur. Ille vero, ad quem ipsa electio fuerit devoluta, electionem dictorum mittendorum, infra triduum post notitiam devolutionis hujusmodi, cum consilio quatuor canonicorum discretiorum suæ ecclesiæ, seu monasterii, aut prioratus, vel loci hujusmodi, quos ad hoc elegerit, & simili astrinxerit juramento, facere teneatur. Qui vero in præmissis repertus fuerit deliquisse, prout delicti qualitas exegerit, puniatur: nihilo minus iis, quæ circa hæc negligenter omissa, vel dolose commissa fuerint, suppleudis quantocius, & etiam reformandis.

* Corr. ad alterutram.

* Corr. instructoris

* Corr. præfatis, mitt. el.

XII. Quoniam insistentes litterarum studiis, diversa subire oportet onera expensarum, prædictis canonicis, qui mittentur ad studia generalia, magistris & * bacallariis legentibus, ac scholaribus studentibus, in subsequentibus quantitatibus, pro expensis hujusmodi, fore decrevimus pensiones, annis singulis ministrandas: videlicet in theologia * sexaginta, bacallario quadraginta, ac scholari similiter quadraginta; in jure vero canonico, doctori quadraginta, bacallario ac scholari vero, cuilibet eorum, videlicet triginta quinque libras Turonensium parvorum, vel eorum valorem in alia moneta, tam pro victualibus, vestimentis, ac calciamentis, quam pro libris & quibuscumque necessitatibus aliis eorumdem. Si vero in aliqua ecclesia, monasterio, sive loco, est taxatum sive ordinatum, quid, & quantum assignari debeat canonico, in studio existenti: illud detur & assignetur loco pensionis predictæ, etiamsi eamdem excedat, ei qui, ut premissum est, ad studium transmittetur. Ubi vero hujusmodi taxatio, vel ordinatio non est facta: volumus, quod ii qui tenentur canonicis residentibus in suis ecclesiis, monsteriis, sive locis, de victualibus & vestiariis providere, * provisionem integraliter fa-

De pensionibus studentium.

* al. Bacchalarriis. H.

* f. deest, doctori.

* Lege ex Pennotto, provisionem hujusmodi iis, qui mittentur &c. H.

facere teneantur iis, qui mittentur ad hujusmodi studia, etiamsi taxationem dictarum pensionum excedat, loco pensionum hujusmodi, integraliter facere teneantur. Quod si hujusmodi taxatio, ordinatio, sive provisio, ad summam dictarum non ascenderet pensionum: de infrascripta communi contributione, id quod ei defuerit, suppleatur. Et si forte taxatio, ordinatio, sive provisio prefate, non in pecunia, sed in aliis rebus, ipsis canonicis consueverint assignari: ne super * exterminatione earum possit altereatio suboriri, in primo annali capitulo ecclesiæ, monasterii, sive loci eorum, qui mittentur ad studia, tres probi viri per ipsum capitulum, vel majorem partem ipsius deputentur, qui in pecunia valorem provisionis ejusdem computando, ea quæ computanda fuerant, de bono & æquo, & compensando unum annum cum alio, debeant estimare. Quæ quidem pensiones, provisiones, seu alia, que loco earum fuerint assignanda per eos, qui ad eorum solutionem tenebuntur, festo Assumptionis beate Mariæ, anno quolibet, collectoribus ad eorum * deputatis integraliter persolvantur: & per eos illis videlicet qui ad studium Parisiense, in festo Exaltationis sanctæ Crucis, vel circa illud; eis vero, qui ad alia studia generalia, vel solemnia fuerint deputati, in festo beati Lucæ, vel circa, singulis annis, infallibiliter transmittantur.

* Pennottus habet. alienatione. H.

* Adde ex Pennotto, collectionem H.

Si quis vero abbas, præpositus, prior, vel administrator, vel quicumque alius, qui ad prædicta solvenda tenebuntur, illud, quod ipsorum * quilibet, pro rata contingente, in termino ad hoc statuto, solvere dictis collectoribus non curarent, teneantur extunc ultra quantitatem, ad quam erunt, ut præmittitur, obligati, quintam partem ejusdem quantitatis, nomine pœnæ, solvere dictis collectoribus, infra mensem. Quod si non fecerint, sit eis eo ipso tamdiu ecclesiæ interdictus ingressus, donec tam principalem quantitatem, quam hujusmodi quintam partem, duxerint persolvendas. Et si extunc, per quatuor menses, pertinaciter hujusmodi sustinuerint interdictum: sint ipso facto tamdiu a Divinis suspensi, donec utrumque duxerint persolvendum, nulla sibi * remissione præmissorum quomodolibet profutura. Quantitas autem hujusmodi, pœnæ nomine, ut præmittitur, exsolvenda, in acquisitionem librorum utilium, & profectus alios dictorum studentium, juxta superioris eorum arbitrium, convertatur. Quod si priores, præpositi, vel alii administratores quicumque, qui non præsunt collegio, nec habent electionem assumi, abbatibus tamen, seu prælatis aliis ejusdem religionis subjecti, hujusmodi summas solvere contempserint, & prænominatas pœnas, per alios quatuor menses immediate sequentes, sustinuerint animis induratis: excommunicationis incurrant sententiam eo ipso, a qua, satisfactione præmissa possint absolvi, tam per diœcesanos locorum, quam præsidentes deputatos in capitulis provincialibus ejusdem provinciæ, cujus erunt, vel alterum eorumdem. Quod si hujusmodi sententiam, per annum, animis pertinacibus sustinuerint: eo ipso quibuscumque obtentis beneficiis sint privati per illos, ad quorum collationem vel aliam dispositionem pertinuerint, libere personis aliis conferendis.

* Pennottus quemlibet. H.

* Pennottus permissione. H.

Nullus autem, cujuscumque fuerit præeminentiæ, conditionis, dignitatis, aut status, sive collector pensionum hujusmodi, seu reddituum

A assignandorum pro ipsis, aliquid sibi, vel alteri, seu usui cuicumque de præfatis pensionibus, vel fructibus, redditibus, seu proventibus, qui assignabuntur pro pensionibus ipsis, quomodolibet applicare, vel alienare præsumant, in diminutionem pensionum, seu præjudicium studentium prædictorum. Si quis autem collector, vel quivis alius, adversus hæc aliquid applicaverit, vel alienaverit; necnon collector, qui dictas pensiones in supradictis terminis eisdem studentibus mittere non curaverit: prout culpæ qualitas exegerit, per illos, ad quos pertinuerit, puniatur: & nihilominus, si solvendo fuerit, de damnis & interesse satisfacere compellatur.

Per quos pensiones illæ solvendæ.

Ut autem onus pensionum hujusmodi levius B supportetur, contributiones, quæ pro pensionibus studentium, & instructorum prædictorum, fuerint faciendæ solvantur per capitulum ecclesiæ cathedralis, & per abbatem, priorem, & præpositum, seu conventum, & quemvis alium administratorem monasterii, prioratus, locive alterius, religionis ejusdem, necnon per beneficiatos, quorumlibet beneficiorum canonicalium, ad ecclesiam, monasterium, vel locum alium pertinentium, vel dependentium ab eodem, juxta divisionem inter eos omnes, secundum taxationem vel æstimationem decimæ in taxatis; in non taxatis vero beneficiis, secundum taxationem proportionabiliter & rationabiliter, juxta valorem ipsorum, in primo cujuslibet eccle- C siæ cathedralis, monasterii, seu prioratus, vel alterius loci ipsius religionis, annali capitulo faciendam, per illum, qui eidem capitulo præerit, & per ipsum capitulum, seu majorem partem ipsius. Quam si forte, in hujusmodi annali capitulo, facere neglexerint, vel noluerint: tunc præsidentes provinciali capitulo illius provinciæ, & quilibet ipsorum præsidentium, ac visitatores per dictum provinciale capitulum deputati, & eorum quilibet, ipsos auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna remedia, ad illam faciendam, appellatione cessante, compellere teneantur; donec ea, quæ per communem contributionem, in sup- D plementum hujusmodi, dari debent studentibus, & instructoribus præfatis, in certis & perpetuis redditibus, de novo pro iis acquisitis, fuerint assignata. Si qui vero ex predictis beneficiatis proventus habeant adeo tenues & exiles, quod secundum communem estimationem, non sufficiant, supportatis ejus necessariis oneribus, ad ratam contributionis hujusmodi: ad eamdem contributionem minime teneantur.

Ad hec, prohibemus, ne ulli canonico quodcumque beneficium, quantumcumque modicum, vel alias pensionem habenti, nisi illo vel illa omnino dimisso, vel dimissa, aliqua de dictis pensionibus studentium assignetur: quod si secus actum fuerit, nullius penitus sit momenti. Si E vero ipsi canonico hujusmodi pensionem studentium obtinenti beneficium aliquod, quantumcumque modicum, conferatur: volumus, quod, adepta pacifica possessione ipsius, cesset dicta pensio ipso facto, eaque privatus existat, studenti alteri assignanda, ut non desit studens de numero instituto. Nec per literas a sede apostolica, vel legatis ipsius, super provisione canonicorum, aut quorumlibet aliorum, obtentas, de pensione aliqua studentium predictorum cuiquam valeat provideri, nec possit alicui alteri, nisi fuerit de studentibus supradictis, ipsa pensio per aliquem assignari: alias nulla fiat assignatio hujusmodi ipso jure: & tam assignans,

quam

quam recipiens, ad restitutionem omnium, quę inde recepta fuerint, teneantur; quę in libris, vel aliis necessitatibus dictorum studentium convertantur. Alienationem quoque librorum, qui dictis studentibus fuerint deputati, seu distractionem, vel etiam obligationem ipsorum, per eos fieri districtius prohibemus: nisi studens hujusmodi utiliores libros emat, & etiam id faciat, licentia sui immediati superioris obtenta: volentes, quod libri prędicti, defunctis eisdem studentibus, ad ecclesias, monasteria, & loca alia, ad quę pertinuerint, libere revertantur.

Distributio librorum inter conventus.

Volumus etiam, quod si in ecclesia, monasterio, & loco alio religionis ejusdem, libri multiplicati fuerint, libris necessariis in ecclesiis, monasteriis, & locis aliis remanentibus, cæterorum librorum, per antistitem, abbatem, seu aliquem, ad quem pertinuerit, de consilio sui capituli, seu conventus, vel majoris partis ipsorum, fiat conveniens distributio inter studentes eosdem, fiatque prius de personis studentium, quibus dicti libri tradentur, & librorum nominibus prædictorum, memorialis scriptura, quæ in ecclesia, monasterio, seu loco hujusmodi conservetur. Proviso tamen, quod pulcriores & utiliores, in eisdem ecclesia, monasterio, sive loco alio, debeant remanere. Si quis vero de studentibus ipsis, per se vel alium, librum seu libros hujusmodi, qui sic pervenerint ad eumdem, contra hæc distraxerit aut obligaverit: eo ipso sit inhabilis, per biennium, ad quodcumque beneficium obtinendum; & nihilominus, de studio revocetur, & loco sui alius subrogetur, & etiam per suum superiorem, prout facti qualitas exegerit, puniatur. Possit tamen dictus superior super inhabilitate hujusmodi dispensare, si sibi visum fuerit expedire. Ubi autem erit aliquis de ipsis studentibus, qui sit vitæ laudabilis, & alias idoneus, & discretus, & ad bacallariatum & magisterium dispositus, vel propinquus, vel de cujus fructu scientiæ adquirendæ possit verisimilis spes haberi: prior dictorum studentium, qui erit pro tempore, cum consilio aliquorum studentium eorumdem proborum, scribat præsidentibus antedictis, ut proprio prælato ipsius mandent, & ordinent cum eodem, quod talem de studio non revocet; sed eum in scientia proficere, & ad statum bacallariatus, & honorem magisterii pervenire, lecturamque continuare permittat, ipsumque; & alios similes, quos in scientia laudabiliter proficere noverit, dignis attollat honoribus, & promotionibus offerat opportunis.

De regimine canonicorum studentium.

Provideant quoque præsidentes, & alii prælati convenientes in ipso capitulo provinciali, quod canonici ad dicta studia transmittendi, prout convenientius & commodius fieri poterit, insimul commorentur, quatuor vel quinque ad minus; & quatuor vel quinque hujusmodi, duobus servitoribus sint contenti. Præcavere nempe volentes, & etiam providere, ut dictis scholaribus, in dictis studiis pro tempore morantibus, regularis non desit salubre gubernaculum disciplinæ: ordinamus, quod in capitulis provincialium, in quibus erunt hujusmodi studia, præsidentes, unum de iis qui debent ad provinciale capitulum venire, vicinum loco ubi studium erit, quem, quoties eis placuerit, ponere valeant, & mutare, deputent & assignent, qui ex dictis studentibus unum inibi priorem studentium constituat, per annum solummodo duraturum: quem tamen priorem, tam ipse, quam etiam præsidentes, & quilibet eorumdem, mutare valeant, infra annum, & quoties eis videbitur expedire. Constituatur autem ipse prior talis, qui sit potens in opere & sermone; ut canonicos studentes, pensionarios, & alias etiam beneficiatos, in bono instituat, & a malo studeat revocare: ipsosque, quoties sibi videbitur expedire, convocet ad aliquem locum competentem, eisque quoad regularem præsideat disciplinam; & potestatem habeat illos corrigendi, puniendi, & absolvendi, & eum eis dispensandi, quamdiu in ipsis studiis moram traxerint, ab omnibus a quibus, & super quibus, & prout posset superior post antistitem, vel abbas, seu alius prælatus eorum proprius in ecclesia, monasterio, vel alio loco, unde claustrales existunt; ipsosque informandi, & instruendi, & tenendi sub regularibus disciplinis, & illos etiam coercendi, ne vagentur, vel actibus seu operibus vacent illicitis, sed studeant, & proficiant, sicut decet, [a] juventque laudabiliter & honeste.

[a] Lege ex Pennotto, vivamque. H.

Providcat insuper idem prior studentium, quod dicti canonici pensionarii studentes, expensas faciant moderatas, non superfluas, nec aliquatenus excessivas; eosque cogat ad reddendum de receptis & expensis, in fine mensis cujuslibet, vel prout alias sibi videbitur, rationem illi, vel illis providis & discretis, quos idem prior ad id duxerit deputandos. Et quando ipsorum studentium conditio, seu demerita suaserint, eos a studio revocandos: idem prior teneatur id, consulte tamen & caute, antistiti, abbati, vel alii prælato eorum proprio, per suas literas intimare. Idemque antistes, abbas, seu prælatus proprius, eos revocare debeat, & in locis eorum canonicos totidem subrogare, per modum suprascriptum, appellatione, contradictione, vel reclamatione rejectis. Concedimus quoque prædicto priori, canonicos studentes pensionarios, & alios etiam beneficiatos, quamdiu in ipsis studiis fuerint, ab excommunicationum, suspensionum, & interdictorum sententiis, per statuta provincialia, seu cujusvis ecclesiæ, monasterii, sive loci dictæ religionis, vel diœcesanum, contra studentes in locis, ubi erunt studia, generaliter promulgatis, congrua satisfactione præmissa, juxta formam ecclesiæ, auctoritate apostolica, absolvendi; & cum eis, super irregularitate, quam sic ligati, celebrando Divina, seu alias ingerendo, per simplicitatem, & juris ignorantiam, non tamen in contemptu clavium, incurrerint, dispensandi, auctoritate prædicta, liberam potestatem.

Præsidentium munus quoad canonicos studentes.

Per hoc vero, dictos canonicos studentes, a potestate antistitis, vel aliorum ordinariorum suorum, vel alterius prælati sui, nolumus aliquatenus eximere, vel etiam liberare. Quilibet autem dictorum canonicorum religionis ejusdem, hujusmodi studiis insistens, pensionarius, & alius etiam beneficiatus, præfato eorum priori de quinque solidis Turonensium parvorum, vel eorum valore in alia moneta, providere, annis singulis, teneatur: ad quorum solutionem, idem prior possit eosdem, per censuram ecclesiasticam, & alia ipsius religionis remedia, auctoritate apostolica, remoto appellationis obstaculo, coercere. Idem tamen prior sumptus nunciorum subeat, quos, pro præmissis, duxerit transmittendos. Dicti quoque præsidentes, in singulis eorum provincialibus capitulis, deputent aliquem de illis, qui debent ad dictum provinciale capitulum convenire, idoneum ac vici-

vicinum studio, in quo studentes hujusmodi morabuntur: & tam hujusmodi deputatus, quam etiam visitatores in provinciali capitulo ordinati, diligenter & fideliter se informent, an ea, quæ per nos de studentibus, & eorum pensionibus, & aliis, circa hæc statuta & ordinata existunt, fuerint effectui mancipata: & si qua invenerint non completa, eorum plenam relationem, & etiam informationem, qualiter compleri possint, faciant in proximo provinciali capitulo eorumdem, in quo ordinari debeat, quod efficaciter compleantur.

Habeant insuper præsidentes præfati, & quilibet eorumdem, faciendi compleri, & inviolabiliter observari, auctoritate apostolica, omnia & singula supradicta; necnon contradictores, & rebelles, per censuram ecclesiasticam, & per alia juris, seu ipsius ordinis remedia, sublato appellationis obstaculo, compellendi; & processus & sententias eorum in locis religionis ejusdem solemniter publicandi; & illos * a illorum incurrerint congrua satisfactione præmissa, juxta formam ecclesiæ, absolvendi, & cum illis, ex eis qui hujusmodi ligati sententiis, per simplicitatem & juris ignorantiam, non tamen in contemptum clavium, Divina celebrarint officia, vel ingesserint se eisdem, super irregularitate per eos exinde contracta, auctoritate prædicta dispensandi, liberam facultatem.

** f. illos qui eas inc.*

a Lege ex Pennotto, qui sententias ipsorum. H.

Quæ per assumendos ad gradus servari debeant.

Rursus statuimus, & etiam ordinamus, quod nullus religionis ejusdem, ad recipiendum magistratus seu doctoratus honorem, de cætero assumatur, nisi præstito per eum primitus juramento, in præsentia dicti prioris studentium, ac sex proborum & discretorum ex studentibus antedictis, quod in assumptione ipsius honoris, vel ante, seu post, ejus occasione, circa cibos, vestes, vel alia non expendat, per se vel alium, undecumque habuerit, vel fuerit sibi datum, nec quantum in eo fuerit, a quibusvis aliis expendi permittat, ultra valorem duorum millium Turonensium argenti. Illi, qui etiam ad bacallariatum fuerint assumendi, juramentum similiter præstare teneantur in præsentia prioris studentium, & quatuor proborum & discretorum de studentibus memoratis, quod hujusmodi sui bacallariatus prætextu, ipsa die qua bacallarii erunt, vel ante, seu post, nullum festum seu convivium facient per se, vel alios, aut, quantum in eis fuerit, fieri permittent a quibuscumque aliis, etiam eorum consanguineis, vel amicis.

** Pennottus in aliis. H.*

Ad hæc, statuimus & etiam ordinamus, quod quilibet ipsius religionis, qui in dicto Parisiensi, vel in aliquo alio generali studio, per sex annos in theologia studerint, * in illis primitivis scientiis prius sufficienter instructi, & alias sufficientes ad hoc idonei fuerint, possint in ipso Parisiensi studio, cursus bibliæ facere consuetos. Qui vero, per octo annos in theologia studuerint, librum sententiarum legere valeant, si ad hoc sufficientes fuerint, in Parisiensi studio prælibato. Et quod in eodem Parisiensi, & alio quocumque studio, in quo ad magisterium in theologia licentia dari poterit, seu consueverit, cum digni reperti ad hoc extiterint, ad magisterium ac doctoratum in theologia libere admittantur. Illi vero religionis ejusdem, qui in ipso Parisiensi, vel quovis alio studio generali, audiverint jura canonica, per sex annos, de quibus, per tres annos ad minus, decretum audiverint, dummodo sufficientes, & idonei fuerint: possint ad bacallariatum, & lecturam juris canonici, sive decretorum, in eodem Parisiensi & quolibet alio studio in cappa sive * religioni congruenti assumi. Qui vero, per quinque annos in Parisiensi, vel alio generali studio, jura canonica, ut bacallarii, legerint, & de hoc primo fidem fecerint, per eorum proprium juramentum, se credere eos verum jurasse, possint, si voluerint, in cappa similiter eorum religioni congruenti, ad magisterium in decretis, vel ad lecturam decretorum, in eodem Parisiensi & quolibet alio studio generali, dilatione, & difficultate malitiosa, & impedimento quibuscumque sublatis, sicut ibidem consueverunt assumi cæteri clerici sæculares, assumi, & per cancellarium ecclesiæ Parisiensis, in Parisiensi vel in alio quolibet studio generali, per illum ad quem pertinuerit, ad hujusmodi magisterium, seu doctoratus honorem, promoveantur libere, & etiam admittantur. Non obstantibus quibuscumque consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum religionis ejusdem, necnon Parisiensis, & aliorum locorum, atque studiorum, contrariis juramentis, confirmationibus apostolicis, ac quibusvis firmitatibus aliis roboratis; & illis præsertim, quibus in eodem Parisiensi studio caveri dicitur, quod nullus possit legere cursum bibliæ, nisi studuerit inibi VII. annis; nec permittatur sententias legere, nisi ibidem studuerit decem annis; quodque nullus canonicus, vel religiosus alius legat ibidem jura canonica, vel ad bacallariatus statum, aut magisterii honorem, in jure canonico permittatur assumi, seu quod nullus sine rubea cappa decretum legat, seu legere permittatur ibidem, aut quod nullus ibi legere valeat jura canonica, vel ad bacallariatum assumi, seu ut bacallarius legere decretales, aut ad magisterium ascendere in decretis, sive doctor fieri decretorum, aut ad lecturam in decretis assumi, seu ipsam continuare, nisi ibidem, vel in aliquo studio generali, audiverit jura canonica per quinque, vel alibi jura civilia, per tres annos, aut alibi jura civilia, per quinque, & ibi vel in alio generali studio jura canonica per tres annos, prout sic, vel aliter, in statutis ipsius Parisiensis studii dicitur contineri, vel de consuetudine observari; & aliis consuetudinibus, vel statutis Parisiensis studii, vel quibuscumque, sub quacumque forma vel expressione verborum, in contrarium editis vel edendis; necnon quibuslibet privilegiis, vel indulgentiis generalibus, aut specialibus, aut litteris apostolicis contrariis ordinibus, ecclesiis, monasteriis, locis, & studiis quibuscumque, sive universitatibus magistrorum, vel scholarium eorumdem, seu personis ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus, exemptis & non exemptis, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis conditionis, aut status, sub quavis forma vel expressione verborum concessis: per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus hujusmodi statutorum, & ordinationum, & singulorum contentorum in eisdem præsentibus impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, oporteat in illis vel aliis nostris litteris fieri mentionem: quibus non intendimus, quoad alia, in aliquo derogari.

** Corr. sua religioni*

XIII. Ut cultus augeatur Divinus, & religionis * vacandi materia præcludatur: statuimus, quod canonicis religionis ejusdem, extra ecclesias, monasteria, sive loca alia principalia, obtinen-

De [illegible] ad beneficia

** Corr. religiosis vagandi.*

tinentes pioratus, seu quęvis alia beneficia, quibus ad hoc suppetent facultates, in ipsis beneficiis residere, & socium, vel socios sui ordinis secum habere, juxta ipsarum facultatum suppetentism teneantur, statutis & consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque, quos socium vel socios hujusmodi, prælatus, seu is ad quem hoc pertinuerit, prout locis congruere noverit & personis, & consilio & assensu sui capituli seu conventus, vocatis iis, qui dicta beneficia obtinebunt hujusmodi, suppetentiam arbitrando, assignet eisdem. Quod si hujusmodi priores, seu administratores, quibus fuerint canonici in socios assignati, cessante causa rationabili, * relinquendo arbitrium assignantis, recusent admittere sibi assignatos, vel eis sufficienter & decenter in necessariis providere: cogantur ad hæc per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia opportuna; & nihilominus de hujusmodi inobedientia puniantur.

* Forte, relinquenda arbitrio. H.

Qui autem in ecclesiis cathedralibus, seu monasteriis, dignitates, personatus, officia, seu administrationes alias habuerint, & in eisdem ecclesiis, seu monasteriis, consueverint residere: cogantur officium incumbens eis, tam in Divinis, quam in aliis, debite exercere; familiam quoque excessivam, præsertim infra claustra, non teneant; aut talem, per quam verisimiliter præsumatur, in ecclesiis, seu monasteriis scandalum generari. Et quia, secundum præmissa, nonnulli de canonicis regularibus, qui in ecclesiis, seu monasteriis consueverant residere, habebunt extra in suis prioratibus, seu beneficiis aliis, residentiam facere: in capitulo annali cujuslibet ecclesię, & monasterii, per pręlatum & capitulum, vel majorem partem ipsius, scito & cognito diligenter quot mittentur extra, pro residentia in dictis prioratibus & beneficiis facienda; proinde ordinentur, quot loco eorum, qui extra mittentur, in ipsis ecclesiis seu monasteriis fuerint subrogandi. Obtinentes autem beneficia simplicia, quibus cura non imminet animarum, quorum ad tenendum socium non sufficiunt facultates: si propinqua sint ecclesiis, vel monasteriis, a quibus illa dependent, ut dictis ecclesiis, vel monasteriis; victualia canonicis ministrare * tenentur, dummodo ad hoc redditus beneficii hujusmodi obtinentis sufficere dinoscantur. Quod si hujusmodi beneficia longe distant ab ecclesiis, seu monasteriis, quibus subsunt, ac prioratibus vel administrationibus, ubi canonici residere consueverint, sint propinqua: modo præmisso, & cum satisfactione simili expensarum, obtinentes hujusmodi beneficia, seu administratores eorum, ad residendum in dictis prioratibus seu administrationibus deputentur, nisi per fundatores hujusmodi beneficiorum aliter fuerit ordinatum: cui ordinationi per hoc non intendimus derogare. Super distantia vero, seu propinquitate beneficiorum hujusmodi, stetur arbitrio annalis capituli, ejusque in hoc deliberatio observetur. Quod si dicta beneficia simplicia, tam ab ecclesiis vel monasteriis, quam ab eorum prioratibus, seu administratoribus sint remota, per dictum annale capitulum ordinetur, nisi tales debeant residere: proviso tamen, quod Divinus cultus exerceatur debite in beneficiis memoratis. Canonici autem in hujusmodi prioratibus, seu administrationibus commorantes, in ecclesia, horis congruis, cum dictis prioribus, seu administratoribus, simul intersint, canonicas horas dicant, in Missis celebrandis suas hebdo-

* Pannottus, tenerentur: forte, teneantur. H.

Canonici quid circa officia celebranda servare debeant.

A madas ordinate teneant, & in locis ubi tres fuerint, vel plures, una per eos Missa ad minus cum nota, die qualibet celebretur, & horę etiam canonicę cum nota dicantur.

Dicti quoque canonici, socii priorum & administratorum prædictorum, in una domo communi regulariter jaceant, camerulis, & cellulis eis penitus interdictis, in una etiam domo vescantur. Prior insuper, & administrator, & canonici (nisi infirmitas, vel alia evidens ratio interdum aliud suaserit faciendum) in vestitu etiam & tonsura, a communi ecclesiæ, monasterii, sive loci * fuerint, cui institutione, vel debita observantia non recedant, ac suo priori vel administratori, juxta ordinationem pręlati B sui, vel superioris, obediant humiliter & devote. Et si aliquando dictos canonicos in prioratibus seu administrationibus mori, aut fugitivos fieri forsan continget: priores, seu administratores prædicti, diem mortis, aut fugę, seu recessus ipsorum, pręlatis eorum superioribus, ut in ecclesiis, seu monasteriis eorum principalibus, pro defunctis consueta fiant suffragia, seu fugitivos revocare, vel in prioratibus seu administrationibus alios loco eorum subrogare valeant, quam cito commode poterunt, intimare per suas litteras, teneantur. Quod si priores, seu administratores prædicti, diem obitus, aut fugæ, sive recessus hujusmodi, prælatis suis superioribus significare distulerint: tertiam partem C illorum, quæ canonicus expendisset, si non fuisset mortuus, vel in fuga, pro pitantia capituli, vel conventus ecclesiæ, monasterii, vel loci principalis, solvere teneantur.

* f. cujus fuerint, institi. Pannottus, cui subjiciuntur, institutione.

Insuper, canonici prædicti, non soli, sed honeste associati, & cum habitu decenti incedant; nec in villis, in quibus prioratus seu administrationes hujusmodi fuerint, comedere, vel bibere, aut ingredi domos præsumant, nisi cum honestis personis, & tunc de sui prioris, seu administratoris licentia speciali: qui vero contrarium fecerint, regulari subjaceant disciplinæ. Ut hæc efficacius observentur, antistites, abbates, & cæteri eorumdem canonicorum superiores, nec non alii qui ad visitandum per eos D fuerint deputati, cum prioratus & administrationes hujusmodi visitabunt, circa illa observanda, & non observata etiam corrigenda, curam habeant diligentem.

XIV. Præcipimus, quod canonici religionis præfatæ, qualiacumque in ipsa religione auctoritate sedis apostolicæ, vel legatorum ipsius, beneficia obtinentes, obediant superioribus suis religionis ejusdem, ipsorumque subsint correctionibus, ordinationibus, punitionibus, & statutis; & beneficiis hujusmodi, ex causis rationabilibus privari, & ab illis amoveri possint, quemadmodum possent, si foret per superiores suos de ipsis beneficiis eis provisum.

De obtinentibus beneficia a sede apostolica.

E XV. Cum expediat infirmis de domo, seu loco congruo provideri: statuimus, quod in ecclesiis, monasteriis, & locis aliis conventualibus religionis ejusdem, in quibus certa domus, seu locus deputatus non fuerit pro infirmis, ii ad quos id pertinuerit, quibus ad hoc suppetent facultates, domum, seu locum hujusmodi, sufficientes, juxta statum & facultates locorum, quantotius commode fieri poterit, deputare seu construere teneantur, eisdem infirmis sufficienter delictis * victualibus, servitoribus, medicis, & rebus medicinalibus, & aliis quibuslibet necessariis providendo. Ad quæ peragenda & complenda, per superiores suos immediatos, & per præ-

De firmariis.

* Corr. delectis.

præsidentes, ac visitatores, & eorum quemlibet, auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna remedia compellantur. Ubi autem administratores eorum, qui ad præmissa tenentur, sufficientes ad ea peragenda non habuerint facultates; in capitulo annali, per ipsum capitulum, vel majorem partem ipsius, auctoritate apostolica ordinetur, quod administrationes hujusmodi, sufficientes ad hoc reddantur per assignationes pensionum, prout infra in alio casu, sub rubrica de victualibus, & aliis ministrandis, noscitur esse provisum.

Quod antiquus canonicorum numerus teneatur.

XVI. Cum sit consonum rationi, ut obtinentes beneficia, ipsorum onera debeant supportare: statuimus, quod in monasteriis, prioratibus, & aliis beneficiis quibuscumque religionis ejusdem personis quibuslibet extra præfatam religionem, cujuscumque sint dignitatis, gradus vel præeminentiæ, etiamsi fuerint sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, collatis vel commendatis, seu de cætero conferendis vel commendandis, tot canonici teneantur, quot in eis tenerentur, si per canonicos regulares monasteria, prioratus, & beneficia hujusmodi regerentur: & quod nihilo minus canonico in eisdem monasteriis, prioratibus, & beneficiis committatur, id quod supra vel circa alios canonicos inibi residentes haberet exercere administrator canonicus, si præesset eisdem, quantum ad ea, quæ pertinent ad regulam, seu disciplinam, vel observantiam regularem. Et quod quilibet prædictorum, hujusmodi monasteria, prioratus, & beneficia quomolibet obtinentes, ad procurationes, & alia quælibet onera, ipsis monasteriis, prioratibus, & beneficiis incumbentia, supportanda, persolvenda, & reddenda integre sint astricti; quodque ad hæc, & alia supradicta, auctoritate apostolica, per censuram ecclesiasticam, & alias, compelli valeant per capitulorum provincialium præsidentes, & quemlibet eorumdem, prout per superiores suos possent & deberent compelli canonici regulares, si præessent monasteriis, prioratibus, & beneficiis memoratis: nisi fuerint sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, quos nolumus talium compulsionibus subjacere.

De personis sæcularibus & animalibus tenendis vel non, in ecclesiis, vel monasteriis.

* Corr. nove

XVII. Prohibemus, ne canonici regulares, in ecclesiis cathedralibus, monasteriis seu locis aliis collegiatis seu conventualibus religionis ejusdem, teneant, aut nutriant equos, seu alias evectiones, novæ * familiares seu servitores habeant sæculares, nisi ratione dignitatum, officiorum, vel administrationum suarum, quæ gesserint, id eis permissum fore noscatur. In infirmitorio tamen, & coquina monasterii, seu prioratus, & aliis officiis, atque servitiis aliis communibus, possint tenere sæculares servitores honestos, & prout in ecclesiis, seu monasteriis, & aliis locis prædictis fuerit hactenus rationabiliter observatum, non in excessivo, sed moderato numero, juxta arbitrium prælati immediati. Servitores autem sæculares hujusmodi, quanto minus fieri poterit, cum canonicis conversentur, nec cum eis in communi comedant, nec bibant, etiamsi presbyteri fuerint, vel clerici sæculares: nisi forte tales fuerint presbyteri, vel alii in sacris ordinibus constituti, qui essent inibi perpetui, & cum canonicis etiam in refectorio comedere assueti: & tunc a canonicis sedeant segregati, cum habitu consueto, & etiam honesto se eisdem canonicis in silentio, & observantiis aliis honestis, quamdiu cum eis fuerint, commorantes, quibus provideatur, juxta morem inibi rationabiliter observatum. Et si presbyteri, seu sæculares clerici perpetui prædicti, infra ecclesiarum seu monasteriorum septa, deliquerint seu excesserint in levibus: per ademptionem [a] participantiæ, seu portionis quam suissent alias percepturi, per immediatum prælatum regularem loci, unde sumunt prædicta, vel per illum qui inibi præerit, regularibus disciplinis possint corrigi & puniri. Caveant igitur abbates, præpositi, priores, & cæteri quicumque ipsius religionis, ne lautis conviviis & comessationibus occupentur, nec in iis sumptus immoderatos faciant, vel alias etiam excessivos: a familiarium quoque servitorum, aut sequacium, nec non [b] raubarum, seu vestium multitudine indecenti, & excessiva, ubique diligenter studeant abstinere, & honeste ac laudabiliter conversari. Dicti quoque abbates, necnon præpositi, priores, cæterique administratores, & professores alii religionis ejusdem, extra loca sua proficiscentes, associati incedant, prout ipsorum congruit honestati: & ubi canonicorum numerus sufficiens affuerit, & ad hæc etiam suppetant facultates, abbates, & alii prælati, saltem religionis suæ duos socios secum ducant. Præsidentes autem capitulis provincialibus, ac visitatores per ipsa capitula deputati, necnon prælati alii religionis ejusdem, quoad suos subditos, attente provideant, quod præmissa diligentius observentur, transgressores arguendo, & prout expediens fuerit, puniendo.

[a] Lege ex Pennotto: participantiæ. H.

[b] Pennottus, a rerum seu vestium. H.

De ætate & qualitate ad ordines & beneficia promovendorum.

* Deest attigerint.

XVIII. Præsentium auctoritate statuimus, quod canonici beneficia simplicia obtinentes, & alii non beneficiati religionis ejusdem, ad mandatum prælati sui, infra terminum per eum præfigendum, eisdem, se faciant ad ordines quoslibet promoveri: nisi eos causa rationabilis, quam ipsi prælato infra dictum terminum exponere habeant, excusaret. Quod si non fecerint, beneficiati eo ipso ab obtentis beneficiis sint suspensi; non beneficiati vero, ad beneficia obtinenda sint & remaneant inhabiles, donec promoti fuerint ad ordines supradictos. Quodque prioratus curam animarum habentes, & alia beneficia curata, quorum prioratuum & beneficiorum cura per perpetuos vicarios exercetur, committi nequeant vel conferri, nisi eis, qui vicesimum annum * suæ ætatis: qui autem hujusmodi prioratus, seu beneficia habuerint, infra annum computandum a tempore collationis, seu commissionis sibi factæ de eis, & possessionis adeptæ, vel infra vicesimum quintum ætatis suæ annum, si ante annum ipsum, prioratus, seu beneficia hujusmodi eis collata fuerint, seu commissa, se faciant ad sacerdotium promoveri. Prioratus quoque conventuales dignitates, personatus, officia, seu administrationes, videlicet sacristia, thesauraria, eleemosynaria, operaria, cameraria, & similia, quæ in ecclesiis, monasteriis, & aliis locis conventualibus seu collegiatis dictæ religionis, officia, seu administrationes, & beneficia fuerint, etiamsi eisdem officiis, seu administrationibus, animarum cura nullatenus sit annexa, alicui, nisi vicesimum quintum annum attigerit, conferri nequeant, aut committi. Et qui prioratus dignitates, personatus, officia, seu administrationes hujusmodi obtinuerint, infra annum a tempore collationis seu commissionis eis factæ de ipsis, & adeptæ possessionis eorum se faciant ad sacerdotium promoveri: vel saltem ad ordinem, quem dignitates personatus, officia, vel administrationes obtenta requirent, de ju-

jure, consuetudine, seu statuto: nec contra hóc a quoquam valeant dispensari. Nos insuper commissiones, seu collationes factas contra præmissa, decrevimus fore irritas & inanes. Ii quoque, qui juxta præmissa, cessante causa rationabili, ad ordines promoti non fueriot, sint prioratibus, dignitatibus personatibus, officiia, administrationibus & beneficiis prædictis, eo ipso privati, quæ ipsis iterum ea vice nullatenus conferantur. Nostræ vero intentionis existit, quod præsens constitutio, * quantum.... de recipiendis ordinibus per priores & alios beneficiatos præmisimus: illos etiam, post duos menses a tempore publicationis præsentium constitutionum, in eorum annali capitulo facere constringat, qui etiam in præsenti talia beneficia obtinent, vel dictæ publicationis tempore obtinebunt, dummodo ætatis legitimæ sint effecti: alias, cum ad ætatem legitimam pervenerint, ad recipiendum, secundum præmissa, dictos ordines sint astricti, nisi foret aliud canonicum, quod eos ab hujusmodi susceptione ordinum excusaret.

* *Lege ex Pennotto*, quantum ad ea quæ de &c.

De forma & honestare habitus & vestimentorum.

XIX. Dignum fore censentes, ut canonici religionis præfatæ, non solum morum & vitæ, sed etiam habitus & vestimentorum refulgeant honestate: districtius inhibemus, ne dicti canonici, extra septa ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum suorum, proficiscentes, portent alias vestes super habitum, quam cappas, seu mantellos honestos, vel redontellos *, seu clochias talares vel circa usum & consuetudinem laudabilem ecclesiarum, monasteriorum, & locorum suorum: usum, seu verius abusum manticarum, seu tabardorum, necnon redondellorum, vel clocbiarum notabilem habentium bravitatem, eisdem canonicis penitus prohibentes. Præcipimus quoque, quod in ecclesiis, monasteriis, & aliis locis religionis præfatæ, in quibus canonici cappas a parte anteriori apertas de panno laneo, consuevere deferre, quæ in quibusdam locis cappæ de choro vulgariter nuncupantur, ipsas honestas, non nimia longitudine, vel brevitate notandas, portare debeant, locis & temporibus consuetis. Deferant etiam cappas hujusmodi, a festo Omnium Sanctorum, usque ad festum Paschæ, infra septa quarumcumque cathedralium ecclesiarum religionis ejusdem, ac monasteriorum, & aliorum locorum, mediatos superiores ipsius religionis non habentium, in quibus monasteriis, sive locis, fuerit duodenarius canonicorum numerus, licet hactenus ipsas ibidem non consueverint deportare. Sane infra ecclesias, claustrum, capitulum, refectorium, ac dormitorium, non capuciis, sed almuciis honestis utantur. Capucia vero, si ea per ipsos extra loca prædicta deferri contigerit, sint honesta: & illa, quæ cum cappis & mantellis, clochiis seu rodondellis, portaverint, unius cum eis & ejusdem coloris existant: nisi ex privilegio aut institutione laudabili, capucia certi coloris aut formæ, essent assueti portare. Almuciæ autem, si de panno fuerint, illius, cujus cappæ esse debent, coloris existant. Per hoc autem non liceat portare capucia, vel redondellos, seu clochias, eis quibus alias portare licitum non existit.

* *Infra vocat rodontellos, & rodondellos. Nempe rotundos. Vocat & clochias forte quia vestes illæ, ima parte rotunda latioresque sunt ad clochiæ, sive cloccæ hoc est campanæ, formam. Vide hic a522. B.*

Prohibemus etiam, ne dicti canonici de cætero ferant forraturas, de ventribus Variorum aut Squirolorum, etiam cum dorsis permixtis. * Præcipimus etiam, quod canonici dictæ religionis, infra ecclesias & claustra locorum cathedralium, aliorumque conventualium seu col-

* *Pennotus addit*, sed sint de civilibus, simplicibus, vel albis, vel nigris, aut grisеis. *H.*

A legiatorum ipsius religionis, & alibi conventualiter incedentes, portent superpellicia magna & ampla, juxta cujoslibet ecclesiæ consuetudinem rationabilem, quæ in longitudine manicarum ultra manum, quatuor digitis transversalibus, vel circa, in sua longitudine protendantur. Extra ecclesias vero, claustra, & loca prædicta, & ubique, sub cappis, rodondellis, seu clochiis, vel mantellis, in locis debitis, uti possint superpelliciis, quorum manicæ usque ad cubitum in latitudine, vel circa, & eorum longitudo usque ad mediam tibiam, vel circa, protendantur. Per hoc autem nolumus derogare consuetudini quorumdam locorum, quæ ab antiquo, vel ab institutione, habent usum super-B pelliciorum, ad formam roquetorum, seu camisiarum Romanarum: proviso tamen, quod minoris longitudinis superpellicia non existant, & adeo manicas longas habeant, quod ex eis brachia usque ad pugnum valeant cooperiri: per formas autem hujusmodi superpelliciorum ᵃ & habituum ᵃ non intendimus prohibere, nec circa eas aliquid innovare.

a *Adde ex Pennotto*, alias formas longiores & honestas superpelliciorum. *H.*

Statuimus insuper, quod canonici dictæ religionis, vestibus albi, bruni, nigri, seu quasi nigri coloris duntaxat utantur: quodque illi, qui altero tantum de dictis coloribus uti consueverunt, seu tenentur, non possunt ad alium portandum seu assumendum aliquatenus se transferre, nisi ad album dumtaxat. Vestis quoque C superior, habitui proxima, sit rotunda per circuitum, & non fissa, nec longitudine nimia, aut brevitate, notanda. Ab eisdem quoque canonicis, in eorum vestibus, lignatæ * manicæ non portentur, nec in apparenti consutitiæ, vel quomodolibet botonatæ. In cathedralibus autem ecclesiis, antistites, seu præpositi, priores, seu alii non habentes superiores religionis ejusdem, sic alias formam honestam vestium & calceamentorum ordinent & disponant, quod sit omnibus canonicis ejusdem ecclesiæ, seu monasterii, tam intrinsecis, quam extrinsecis, uniformis: ipsamque tam abbates, quam præpositi, priores & administratores, ac cæteri quicumque canonici, & alii, per proprios eo-D rum antistites, vel abbates, seu prælatos alios; abbates vero, & cæteri prælati superiores proprios ejusdem religionis non habentes, per præsidentes provincialibus capitulis, seu per quemlibet eorum, ac per visitatores in ipsis capitulis deputandos, tenere & servare cogantur. Qui vero vestem, vel habitum, contra ordinationem præsentis constitutionis, deferre præsumpserit, per dictos superiores, vel præsidentes, sive per visitatores, seu eorum quemlibet, sic debite puniatur, quod cæteri a similibus arceantur; & nihilo minus, ab eo auferatur vestis prohibita, pauperibus eroganda: & si infra spatium quindecim dierum, a tempore monitionis seu præcepti sibi facti computandum, vestem, vel ha-E bitum hujusmodi non dimiserit cum effectu, vel ablationi prædictæ restiterit, si beneficiatus fuerit, per quatuor mensium spatium ab administratione temporalium sit suspensus; non beneficiatus vero, dicto tempore sit inhabilis ad ecclesiasticum quodcumque beneficium obtinendum. Qui autem exhibens se ᵇ in publico habitu, sub superiunicali, vel cotardia, vel guarnacia, vel alias temere occultaverit ᵇ sino, intus emendare noluerit, juxta præmissam personarum distinctionem, dictas suspensionis & inhabilitatis pœnas per idem tempus incurrat. Injungimus insuper præsidentibus, visitatoribus, & præ-

* *f.* ligatæ.

b *Lege ex Pennotto*, in publico, habitum, superindumenta scilicet lineа, temere occultaverit; si monitus emendare noluerit. *H.*

& prælatis aliis religionis prædictæ, ut contra transgressores eorum, quæ circa honestatem vestium & habitus superius sunt statuta, prout ad eos & eorum quemlibet pertinuerit, monitionem prædictam, cum transgressio ejus nota fuerit, facere non omittant. Et nihilo minus, præsidentes, & visitatores prædicti, monere teneantur abbates, præpositos, & alios ad quos id pertinuerit, religionis prædictæ, ut præmissa, quæ, ut prædictum est, circa honestatem vestium & habitus sunt statuta, servent & faciant a suis subditis diligentius observari.

De petenda licentia a volentibus extra ecclesiam, vel monasterium progredi, & exire.

XX. Ut in religione prædicta vitetur dissolutio, & obedientia teneatur; districtius inhibemus, ne quivis canonicus dictæ religionis, de ecclesia, monasterio, vel loco suo conventuali exeat, nisi primitus obtenta licentia ab illo, qui eam valeat impertiri, quavis consuetudine contraria non obstante; quodque causam exitus veraciter & absque fictione exponat ei, a quo erit licentia obtinenda. Qui vero hujusmodi licentiam concesserit canonicis claustralibus, nullam administrationem vel beneficium obtinentibus, terminum redeundi, quanto convenientius poterit, breviorem assignet eisdem. Sane administratoribus & beneficiatis, qui habent residere in claustro, possit dari licentia, sine præfixione termini, si hoc concedenti visum fuerit expedire. Si quis autem exiverit ecclesiam, monasterium, seu locum alium conventualem, sine licentia; vel in termino assignato, justa causa cessante, non redierit: pœna, quæ in tali casu per statuta vel consuetudines ejusdem monasterii, seu alterius loci, infligenda fuerit, infligatur eisdem. Et si super hoc, statutum, vel consuetudo aliqua non existat, pœna, quæ sequitur, infligatur: videlicet quod illi, qui infra novem dies, post exitum terminum prædictum, redierint, ultimi stent sub choro, ac secunda, & quarta, & sexta feriis ejusdem septimanæ, in pane & aqua jejunent. Illis vero, qui infra hujusmodi novem dies non redierint, pœna, quæ sequitur, imponatur: videlicet quod a porta regulari, parlatorio, seu alio loco decenti, per claustrum, cum magistro novitiorum, vel alio ad hoc deputato, ad capitulum veniat, camisiam, femoralia, & caligas tantum habens, superpellicium in brachiis, ac ferulam seu virgam in manibus suis ferens, cum quibus in dicto capitulo, venia prius recepta, & recognita culpa sua, coram omnibus verberetur: & nihilo minus, alia pœnitentia, sive pœna, pro qualitate demeriti, imponatur eidem, secundum arbitrium imponentis. Quod si, sine scandalo, hujusmodi pœna imponi non posset: in pœnam aliam, secundum sui prælati arbitrium, de proborum & seniorum consilio conventus commutetur, quam in dicti conventus præsentia facere teneatur: proviso attentius, quod mensuram peccati, correctionis inflictio non excedat. Simili quoque, vel alia condigna pœna puniantur canonici in prioratibus, seu administrationibus alias * exterius assignati, qui sine licentia priorum seu administratorum eorumdem, de ipsis prioratibus seu administrationibus recedentes, fuerint evagati, vel in termino non redierint assignato. Si autem de dictis prioratibus seu administrationibus, ad claustrum, seu ad prælatum suum, a suis prioribus seu administratoribus licentia non petita & non obtenta, venerint: eidem prælato, seu superiori suo, causam sui adventus statim exponant: qui prælatus, seu superior, an causa hujusmodi rationabilis & vera fuerit, arbitretur; & si causam minus rationabilem, seu falsam esse repererit, vel si hujusmodi venientes nullam causam ei exposuerint, aut licentiam non petierint: per prælatum, aut superiorem eorum, prout eis visum fuerit expediens, puniantur. Nullus quoque canonicus pernoctaturus extra ecclesiam, monasterium, vel alium locum suum, abire sine breviario permittatur: in quo pensum servitutis suæ, dicendo horas canonicas, possit solvere Creatori.

** Penmotus, exterius. H.*

De prohibita alienatione.

XXI. Perpetuo prohibemus edicto, ne civitas, castrum, villa, vel feodum notabile, aut jurisdictio alicujus ipsorum, vel grangia, seu latum territorium, sive magnus possessionum sive terrarum numerus, vendi, vel etiam principaliter, specialiter, & expresse obligari, seu monasterium, vel prioratus, aut ecclesia religionis præfatæ, alio transferri valeant per quoscumque, etiam in casu alias a jure concesso, absque licentia sedis apostolicæ speciali: omnem venditionem, obligationem, & translationem de præmissis, contra hæc factam, irritam decernendo. Ac nihilo minus, quilibet capitulis provincialibus præsidentium, ac visitatorum, alienationes hujusmodi, & facientes easdem, ac consentientes eisdem, sedi apostolicæ, si exempti fuerint; alioquin ordinariis, seu diœcesano ipsorum, intimare per censuram authenticam, vel litteras eorum sigillis munitas, quam cito commode poterunt, teneantur.

De fictis & dolosis contractibus.

XXII. Multis fraudibus atque dolis, quæ per nonnullos religionis ejusdem, in damnum & præjudicium ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, & aliorum locorum, prout experientia docuit, committuntur, opportunis obviare remediis, quantum cum Deo possumus, salubriter cupientes: hoc consultissimo prohibemus edicto, ne abbates, præpositi, ac priores, vel quivis administratores, & alii præpositi, seu conversi religionis ejusdem, prætextu administrationum, vel negotiorum quæ gerunt, fraudulentos vel dolosos aut simulatos vel fictos contractus inire, vel mutua simulata vel ficta suscipere, sive proprio, sive fidejussorio, vel quovis alio nomine alieno, neve etiam confiteri instrumentis publicis, vel authenticis, aliisve scripturis, se a patre, fratre, nepote vel consanguineo, seu quolibet alio conjuncto, affine, vel familiari servitore, amico, seu mercatore, recepisse mutuo, vel alias, pecuniam, panes, bladum, vinum, equos, boves, sive animalia alia, vel res seu alia bona, eaque in utilitatem locorum, quibus præsident, vel administrationum, quas gerunt, fuisse conversa (cum tamen nec pro se, seu locis eorum, neque pro administrationibus suis, ipsa receperint) quoquo modo præsumant. Similiter etiam prohibemus, ne fingant, seu ponant, vel scribant, se fore principales debitores, neve ut tales se obligent: ubi re vera non principales, seu fidejussores existunt, neve in talibus contractibus, ut præfertur, simulate conceptis, se, ac alios suo nomine, * loca, quod jura, possessiones, redditus, proventus, bona & jura locorum ipsorum obligent, vel submittant, neque in fraudem seu dolose confiteantur, vel alios præsertim debitores eorum faciant confiteri, seu etiam obligari, vel super iis instrumenta, vel authenticas seu alias scripturas, in fraudem confici, continentia, quod jura, redditus, possessiones, animalia, blada, pecuniam, seu alia bona, ad ipsos, vel monasteria, seu quævis a-

lia

** Penmortur, locaque ipsa, possessiones, &c. H.*

lia loca ipsius religionis, pertinentia, seu debita fuerint, sont, vel esse debent patris, matris, seu fratris eorum, vel aliarum personarum prædictarum, & ad ipsas personas pertinere, vel debita ejus fore, vel alios quoscumque contractus similes fraudulenter & dolose confingi faciant, fierive procurent, per quos ecclesiæ, monasteria, & alia loca religionis ipsius, quibus præsunt, ac jura, redditus, possessiones, seu alia bona ipsorum, damnificari, gravari, obligari, vel alias impediri, seu deperire valeant quovis modo. Nos autem, omnes prænominatos, in grave & enorme præjudicium administrationum suarum talia committentes, vel fieri facientes, aut eis consentientes, præter alias pœnas juris, nisi infra duorum mensium spatium, a tempore contractus seu commissi hujusmodi numerandum, ea, quantum eis possibile fuerit, tolli fecerint, & cessare, & ecclesias, monasteria, prioratus, administrationes, loca prædicta, seu reddi fecerint indemnia, seu a talibus dispendiis liberaverint, excommunicationis sententiæ, eo ipso decrevimus subjacere. Quod si forte præmissa effectualiter non potuerint revocare: teneantur, infra alios duos menses, illos duos immediate sequentes, ea suis superioribus revelare. Quod si non fecerint, sententiam excommunicationis incurrant: & alias pro dictis excessibus debite puniantur taliter, quod cedat cæteris in exemplum. Possint autem præsidentes, ac visitatores in provincialibus capitulis deputati, & eorum quilibet, abbates, & alios quoscumque prælatos, ac administratores non habentes superiores religionis ejusdem, qui hujusmodi sententiam excommunicationis incurrent, satisfactione præmissa absolvere, & cum eis, super irregularitate, si per simplicitatem & juris ignorantiam, non tamen in contemptu clavium, Divina celebraverint, vel se ingesserint eisdem, inde contracta misericorditer dispensare; cæteros vero consimiliter absolvere, & cum eis in similibus casibus dispensare valeant immediati superiores eorum.

De mutuis.

XXIII. Monasteriorum, & locorum religionis ejusdem dispendiis, quæ ex mutuorum contractu plerumque proveniunt precatio, consultius intendentes: statuimus, quod abbas, præpositus, prior, seu quivis alius administrator dictæ religionis, cum per ipsum fuerit mutuum suscipiendum, ultra summam communi providentia, per annale capitulum, seu majorem partem ipsius, taxandam, infrascriptam solemnitatem observet: videlicet, ut quilibet de prædictis superiorem ejusdem religionis non habens, qui habebit recipere mutuum supradictum, tractatum ad minus duorum dierum, non continuatorum, sed interpolatorum, cum capitulo seu conventu suo diligentem habeat & maturum: & nihilominus, de consensu sui capituli, vel conventus, mutuum hujusmodi recipiatur ab eo. In monasterio vero, prioratu, & administratione conventuali, vel non conventuali, superiorem immediatum in eadem religione habente: in conventuali videlicet, cum conventu ipsius; in non conventuali, cum conventu superioris ecclesiæ, monasterii, sive loci, tractatus hujusmodi habeatur. Et nihilo minus in utroque licentia seu auctoritas interveniat dicti superioris, quocumque nomine censeatur: eo plene certificato, in quantum commode fieri poterit, de omnibus, quæ intervenire debent in tractatu præfato. In quo quidem agatur, & clare liqueat, ob quam causam, cujusve summæ, & si fieri potest, a quibus creditoribus, & sub quibus conditionibus, & obbligationibus, quibusve terminis, solvendum suscipiatur mutuum sæpe dictum. De iis nihilo minus authentica conficienda scriptura, in qua ea omnia, ac nomina illorum, qui interfuerint in tractatu, ac etiam consentientium, recipientium, & auctorizantium, exprimantur; & ipsorum auctorizantium sigilla, scripturæ hujusmodi apponantur.

Prohibemus insuper, ne, prætextu alicujus procuratorii generalis (etiamsi contineatur in eo, quod procurator mutuum possit recipere, aut obligare ecclesiam, monasterium, vel alium locum) mutuum recipi valeat, ecclesia, monasterium, seu locus alius obligari: nisi prius prædicta omnia fuerint observata. Volumus autem, quod pecunia, quæ taliter, ut præmittitur, mutuo recipietur, non remaneat in solius antistitis, seu abbatis, vel prioris, vel administratoris hujusmodi contractum ineuntis principaliter potestate; sed, si commode fieri poterit, tradatur tribus, seu pluribus, aut paucioribus viris, prout expediens videbitur, providis & discretis, qui dictum mutuum ad illas utilitates seu necessitates convertant, ob quas noscitur fuisse contractum, qui super hoc fideliter exequendo, juramenti vinculo astringantur; districtius inhibentes, ne eorum, quæ debentur ecclesiis, monasteriis, seu locis aliis religionis ejusdem, remissio fraudulosa, & notabiliter damnosa, a quoquam valeat attentari. Permittimus tamen, quod si antistes, vel abbas, vel alii quicumque administratores religionis ejusdem, a locis quibus præfuerint; aut loca ipsa, a locis aliis dictæ religionis, quibus subsunt, sint multum remota, & casus aliquis evidenter utilis seu necessarius occurrat, cui succurri non valeat, nisi ultra dictam summam communi providentia taxatam mutuum contrahatur: licitum sit eisdem absque solemnitate hujusmodi, & pœnis infrascriptis, ut tali casu valeat provideri, tantam, absque fraude qualibet, summam recipere mutuo, quanta necessaria fuerit pro casu præfato, sive ut sibi provideant pro eodem. Recipientes autem mutuum in casu hujusmodi, si superiores ejusdem religionis non habuerint, conventibus propriis; si verò superiores tales habuerint, eisdem superioribus (pro nihilo minus suis conventibus, si conventum habeant) infra octo dies, postquam eorum præsentiam habere commode potuerit, id exponere, & de iis, quæ in ipso tractatu intervenerint, eos certiores reddere teneantur; & conficiatur inde scriptura, si ipsis superioribus vel conventibus visum fuerit expedire. Prælatus autem, seu quivis administrator, qui semel receperit, sive particulariter, sive simul, summam prædictam, communi providentia, ut præmittitur, prætaxatam: quodcumque mutuum recipiat ultra eam, nisi esset modicum, quod tamen quartam partem ejusdem summæ non excedat, teneatur, sub infrascriptis pœnis, solemnitatem suprascriptam plenarie observare. Quod si abbas, præpositus, prior, vel administrator alius dictæ religionis, quocumque nomine censeatur, contra præmissa faciens, mutuum ultra prædictam summam communi providentia taxatam, absque dicta solemnitate recipiendo, locum sibi commissum, aut jura, redditus, seu possessiones ipsius expresse obligaverit, vel literas, vel instrumenta concessionis, vel recognitionis, super hoc concesserit, seu alias sub-

submiserit: nisi infra sex menses immediate sequentes, obligationes & submissiones hujusmodi cessare fecerit, sit ei extunc, donec ea compleverit, ecclesiæ interdictus ingressus. Et insuper præpositi, priores, & alii administratores, superiorem ejusdem religionis, non tamen conventum habentes, si præfatum interdictum, per alios sex menses præfatos sex immediate sequentes, pertinaciter sustinuerint: sint extunc a suis administrationibus suspensi, donec obligationes prædictæ tollantur, & eorum administrationes redditæ fuerint indemnes. Suspensione aut hujusmodi durante, superiores immediati taliter suspensorum, administrationes eorum recipiant, easque per se vel alios fideliter gerere, & indemnes, pro posse, reddere studeant: ac nihilo minus, suspensos eosdem aliter punire, prout culpæ qualitas exegerit, non ommittant. Si quis autem taliter suspensorum, superioribus ipsis in prædictis de facto contradicere præsumpserit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto: quam si sustinuerit pertinaci animo per sex menses, a dignitate, officio, administratione, seu beneficio, per eum obtenta vel obtento, privetur.

De locis tradendis ad firmam, vel non.

XXIV. Quoniam ex minus provida locatione locorum religionis ejusdem, seu concessione ipsorum ad firmam, seu proventuum locorum ipsorum, plurima pertulit hactenus dicta religio detrimenta: salubri prohibemus edicto, ne abbates, priores, præpositi, aut cæteri administratores religionis ipsius, sine causa necessaria vel utili, loca suæ administrationi commissa, vel proventus ipsorum locorum, ad firmam tradere seu locare præsumant. Quod si ex causa hujusmodi id facere voluerint, & capitulum seu conventum habuerint, non tamen superiorem religionis ejusdem: debeant enim eodem capitulo seu conventu præmittere tractatum, de causa hujusmodi & de quantitate precii, & sub quibus obligationibus, & de persona illius, cui firma seu obligatio hujusmodi fuerit facienda, ipsamque facere cum consilio ipsius capituli, seu conventus, vel majoris partis ejusdem. Si vero capitulum, seu conventum proprium, & nihilo minus superiorem ejusdem religionis habuerint: non solum cum ipso capitulo, seu conventu, sed etiam cum eodem superiore, dictum tractatum præhabeant: & cum consilio capituli, seu conventus ipsorum, vel majoris partis ejusdem, ac de dicti superioris licentia, & non aliter, ad eas procedant. Si autem priores, vel præpositi, aut alii administratores extiterint, non habentes conventum, sed antistitem, abbatem, vel superiorem religionis ejusdem: tractatum prædictum cum eodem superiore præmittant, & cum ipsius licentia, & non aliter, faciant firmam, seu locationem præfatam. Per hoc autem non intendimus prohibere, quo minus redditus, proventus administrationum suarum locare, seu vendere valeant, absque solemnitate præmissa, ad tempus modicum, juxta morem in regione, qua erunt, solitum observari: statutis ecclesiarum, monasteriorum, vel aliorum locorum religionis ejusdem, si qua super hoc fuerint, rationabilibus observatis. Si tamen ex hujusmodi locatione, seu venditione proventuum, ad tempus modicum, ut præmittitur, faciendis, contingeret infra annum recipi pecuniam, vel aliud quod precium proventuum rei locatæ unius anni excederet: tunc solemnitates præmissas volumus observari.

Simili modo etiam prohibemus, ne aliquo casu firmæ, sive locationes, seu venditiones hujusmodi, fiant per eosdem personis suspectis; neve quibusvis firmariis, seu conductoribus, sive emptoribus, liber originalis censuum, aut instrumenta, seu munimenta originalia, super juribus ecclesiarum vel administrationum confecta, tradantur; neve jurisdictiones per se, aut cum universitate, seu civitates, vel villæ, vel insignia loca, seu castra, vel fortalitia locentur, seu ad firmam tradantur, sive sub locatione, vel firma includantur: redditus tamen, seu proventus civitatum, villarum, locorum, castrorum, & fortalitiorum hujusmodi, prout præmittitur, vendi valeant seu locari. Ubi autem, occasione firmarum, aut locationum, seu venditionum hujusmodi, continget personas vel bona ecclesiastica ipsius religionis obligari, vel submitti: obligationes & submissiones hujusmodi fieri volumus ecclesiasticæ jurisdictioni & coertioni duntaxat, & per ecclesiasticam jurisdictionem & coertionem executioni mandari. Firmas autem, sive locationes, seu venditiones prædictas, locorumque traditiones, contra præmissa factas, instrumenta quoque, & alia quælibet documenta super eis confecta, viribus carere decrevimus, & nullius existere firmitatis. Et nihilo minus, abbates, priores, præpositi, & cæteri administratores, superiorem religionis ejusdem non habentes, qui contra fecerint: per præsidentes capitulis, vel per visitatores deputandos in eis, corrigantur. Cæteri vero per antistites, seu alios immediatos superiores eorum, si eis visum fuerit, in quinta parte precii locationis seu firmæ, fabricæ, seu ornamentis ecclesiæ, monasterii, seu loci, cui immediate suberunt, applicanda, & alias debite puniantur.

De registris & inventariis.

XXV. Ut ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum religionis ejusdem, bona & jura salubriter conserventur: statuimus, quod præsidentes ecclesiis cathedralibus, monasteriis, prioratibus, & administrationibus aliis quibuscumque dictæ religionis, quamprimum commode poterunt, conficiant, seu confici faciant registra, in quibus possessiones, census, jura, & cætera bona immobilia, quæcumque & qualiacumque fuerint, ad eorum administrationes spectantia, singillatim & specifice describantur. Fiant etiam per eosdem registra de ornamentis ecclesiasticis, vasis, lectis, animalibus, & aliis rebus mobilibus, & se moventibus, pro agricultura, & alia instructione locorum, necessariis vel utilibus: & hujusmodi registra, in locis subjectis aliis locis superioribus religionis ejusdem, duplicentur, quorum unum in loco superiori, & reliquum in subjecto serventur. Visitatores quoque in provincialibus capitulis deputati, cum visitabunt loca suæ visitationi commissa, prælati, & etiam alii superiores, cum fuerit opportunum, diligenter inquirant, an res & bona prædicta necessaria pro instructione locorum, teneantur in locis eisdem: & provideant, quod perpetuo teneantur in eis; & defectus, si quos in iis repererint, faciant emendari, & secundum quod culpa exegerit, puniant delinquentes.

Insuper, præsidentes præfati, cum possessiones administrationum suarum fuerint assecuti, inventoria de bonis mobilibus, & semoventibus, repertis in administrationibus ipsis, conficiant: ii vero, qui habent superiores religionis ejusdem, hujusmodi inventoria faciant duplicata,

ta, quorum unum in loco subjecto, & superiori reliquum assignetur: ut per ea, in quo statu administrationes ipsas receperint, valeat apparere. Fiant autem hujusmodi inventoria & registra per tabellionem, vel saltem in aliarum publicarum præsentia personarum. Adjicimus etiam, quod præsidentes ecclesiis cathedralibus, monasteriis, & locis aliis dictæ religionis, qui bona mobilia prioratuum, administrationum, & beneficiorum quorumlibet religionis ejusdem, sibi subjectorum, vacantium in eisdem, tempore hujusmodi inventa, seu illa durante obvenientia, ex privilegio, vel consuetudine, seu alia causa rationabili, ad se asserunt pertinere; vasa, vestimenta, seu alia ornamenta Divino cultui deputata; animalia etiam tam pro agricultura, quam pro aliis ipsorum locorum necessitatibus, teneri inibi consueta; vasa vinaria, & coquinæ; lectos etiam, & alia supellectilia necessaria, seu vasa, nisi forte aurea vel argentea fuerint, nullatenus occupare, vel exinde asportare, aut sibi appropriare præsumant. In apprehendendis quoque bonis aliis, constitutionem felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, super hoc editam, quæ incipit, *Præsenti*, diligenter observent. Qui vero secus fecerint, juxta qualitatem delinquentium personarum, pœnas incurrant, quæ per constitutionem eamdem ejus transgressoribus infliguntur.

De offic. ordin. in 6.

De solvendis census & redditibus pro alimentis constitutis.

XXVI. Cum sit rationi consonum, illos non debere onera recusare, qui rerum commoda complectuntur; statuimus, quod antistites, abbates, præpositi, archidiaconi, priores, & administratores cæteri religionis præfatæ, qui census, redditus, pensiones, seu quicumque similia debent, vel debebunt in posterum, pro alimentis quotidianis, vel pro vestiariis, cathedralibus ecclesiis, monasteriis, præposituris, prioratibus, officiis, administrationibus, seu locis aliis religionis ejusdem, sive in blado, vino, carnibus, oleo, piscibus, seu rebus aliis quibuscumque consistant, illa eis in terminis consuetis, vel præfixis, seu in antea præfigendis, integre solvere non omittant. Quod si præpositi, priores, archidiaconi, ac cæteri administratores ejusdem religionis, ea in ipsis terminis, vel saltem post, infra mensem, non solverint requisiti: quantum ascendit quarta pars illius debiti, ultra ipsum debitum nomine pœnæ solvere teneantur. Et si infra alium mensem immediate sequentem, non solverint, tam pœnam, quam etiam ipsum debitum principale: eo ipso sint, donec de prædictis fuerit integraliter satisfactum, a temporalium administratione suspensi. Et prælatus, durante suspensione prædicta, ministret per alium temporalia beneficii illius, qui suspensionem incurrit supradictam, & satisfaciat de prædictis. Antistites vero, si post lapsum terminum requisiti, infra duorum mensium spatium a die requisitionis hujusmodi computandum, satisfacere contempserint: pœnam tertiæ partis debiti incurrant irremissibiliter eo ipso. Abbates autem, & alii prælati religionis ejusdem, si post requisitionem consimilem, infra mensem satisfacere contempserint, incurrant pœnam consimilem ipso facto. Et si abbates, & alii prælati hujusmodi, per alium mensem sequentem, solvere non curaverint: a stallo chori, & loco capituli deputatis eisdem, sint ipso facto & tamdiu maneant suspensi, donec integraliter de debito & pœna satisfecerint memoratis; nulla remissione profutura eisdem. In prædictis tamen casibus, de principali debito satisfacto, antistites, abbates, & alii prælati prædicti, libere; inferiores vero, de suorum licentia prælatorum, remittere valeant pœnas præfatas, ab aliis, quam a præfatis antistitibus, abbatibus, & prælatis, sibi debitas pro prædictis.

Institutionibus regularibus inhærentes: statuimus, ut canonici in ecclesiis cathedralibus, monasteriis, sive locis aliis, collegiatis seu conventualibus dictæ religionis, constituti, consuetudine, seu usu [a],.... abusu contrario obstante, in refectorio comedant in communi, nisi in casibus, in quibus & prout eisdem licitum est, seu permissum, extra refectorium comedere, secundum regularia & canonica instituta: proviso, quod illi, quibus incumbit onus providendi, de victu canonicis eisdem provideant, & decenter, non in pecunia, sed in victualibus, prout cuilibet opus erit, de qua sufficientia & decentia victualium tractetur, & si expedierit, ordinetur in capitulo annali: decernentes, quod si redditus, vel pensiones, alicui ex canonicis singulariter hactenus, pro victualibus, fuerint assignati, nullatenus dimittantur eidem. Nos enim assignationes hujusmodi revocamus, & pro revocatis haberi volumus, & eas deinceps fieri prohibemus. Illi quoque, quibus incumbit onus de vestiariis, calciamentis, & aliis corporis indumentis necessariis, dictis canonicis providendi, eisdem provideant sufficienter & decenter, a tempore congruo, juxta suppetentiam facultatum, & conditionem, seu qualitatem regionis: & illud quod dandum erit singulis canonicis, pro vestiario, & aliis prædictis, ordinetur & taxetur, si opus fuerit, in annali capitulo memorato. Ad hoc subjungimus, quod illi, qui prædicta ministrare tenentur, ad ea, omni excusatione cessante, ut præmittitur, ministranda, per superiores suos, aut in defectum eorum, per visitatores, vel præsidentes, in capitulo provinciali deputatos, & eorum quemlibet, compellantur: nec audiantur, si dicant privilegium, statutum, ordinationem, vel consuetudinem, contraria se habere; aut pro suis personis, eorumque statu, juxta personarum & officiorum decentiam, sustentandis, se asserant indigere. Nulla quoque super hæc appellatio, nullave suppositio eis prosit: sed si tertio moniti, per aliqua dierum competentia intervalla, monentis arbitrio relinquenda, præmissis efficaciter parere contempserint, removeantur a suis administrationibus, vel officiis, ipsaque aliis personis idoneis, prædicta complere volentibus, committantur. Abbates vero, præpositi, priores, [b] ac cæteri non * superiores religionis ejusdem, vel habentes, si præsint collegiis, seu conventibus, qui de prædictis providere tenentur: non habentes siquidem superiores, a præsidentibus, ac visitatoribus, & eorum quolibet; cæteri vero, tam ab eisdem, quam & a dictis suis superioribus, per censuram ecclesiasticam, aliis remediis ad hoc congruentibus, ad id omnino cogantur: eisdem superioribus, nisi suos subditos; necnon dictis præsidentibus, ac visitatoribus, nisi abbates, priores, præpositos, & alios supradictos, efficaciter ad præmissa compulerint, graviter arguendis, & taliter corrigendis, quod cedat cæteris in exemplum. Cæterum, si redditus & proventus dignitatum, officiorum, seu administrationum, quibus onus prædictum incumbit, aut dicta victualia, vestiaria, seu alia

a *Lege ex Pennotto*, quia immo abusu contrario non obstant H.

b *Lege ex Pennotto*, ac ceteri, etiam sedis apostolicæ notarii, non habentes superiores. H.

* *Deest*, habentes.

pro victu seu vestitu necessaria, canonicis ministranda non suffecerint: possit prælatus in suo annali capitulo, cum consilio & assensu ejusdem capituli, vel majoris partis ipsius, auctoritate apostolica, prioratibus, administrationibus, & aliis beneficiis per canonicos dictæ religionis solitis gubernari, quibus, eorum supportatis oneribus, ad hoc suffecerint facultates (vocatis tamen ad hoc prioribus, vel administratoribus, & aliis beneficiatis, qui eisdem præfuerint) pensiones perpetuas imponere, pro sufficienti supplemento defectus victualium, & vestimentorum, & aliorum necessariorum, pro habitu corporis duntaxat. Quas quidem pensiones extunc, tam illi qui eisdem prioratibus, administrationibus, & beneficiis aliis, tempore hujusmodi impositionis, præfuerint, quam successores eorum, solvere teneantur.

De abstinentia carnium.

XXVII. Ut salutis auctori purius serviatur, statuimus, quod universi canonici religionis præfatæ, ab esu carnium diebus sabbati, & per totum adventum Domini, studeant abstinere: non obstantibus statutis, vel consuetudinibus contrariis quibuscumque. Super abstinentia vero hujusmodi ab esu carnium in quarta feria, & septuagesima, prælati, sive alii ad quos spectaverit, consuetudines & statuta antiqua, & nova, honesta & rationabilia, suorum locorum servent, & faciant observari. Illis tamen, qui ad majorem abstinentiam sunt astricti, per hæc esum carnium non intendimus indulgere.

*De cellis sive * tenendis in dormitorio.*
** Corr. multitudo.*

XXVIII. Rursus præcipimus, quod canonici religionis ejusdem, residentes in claustris, omnes simul, vel si similitudo * eorum non sinit, saltem quanto plures ex ipsis commode poterunt, in una domo dormiant & quiescant, juxta regularia & canonica instituta, non habentes separatas cameras, sive cellas: exceptis illis, qui propter senectutem, vel invaletudines corporales, aut propter administrationes, seu officia quæ gesserint, vel ex aliis causis, juxta depositionem sui superioris, rationabiliter excusantur. Statuimus etiam, quod in dormitoriis cellas non habentibus, cellæ de cætero nullæ fiant. Permittimus tamen, quod in eis, ubi sunt cellæ jam factæ, remaneant: sed a parte anteriori debeant aperiri, ita quod a transeuntibus, ii qui intra fuerint, conspici valeant, & videri; & quod per prælatos locorum, intra sex menses a tempore quo præsentes constitutiones fuerint multiplicatæ *, vel ipsis negligentibus, seu non valentibus, per visitatores in provincialibus capitulis deputatos, in prima visitatione quam impenderint, omnes tales cellæ ab anteriori parte valeant aperiri. Et si super hoc fuerint aliqui resistentes, vel impedimentum præstantes, seu præstari procurantes, vel dantes auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte, vel hujusmodi cellas de novo facere præsumentes: excommunicationis incurrant sententiam, ipso facto: quos etiam ipsi prælati, & visitatores præfati, per alia juris & ipsius religionis remedia, valeant super his, auctoritate apostolica, coercere. Ab hujusmodi autem excommunicatione, si ipsam incurrerint, possint absolvi per visitatores præfatos, vel per prælatos immediatos eorum, & cum eis, super irregularitate, si quam forsan contraxerint per simplicitatem, & juris ignorantiam, non tamen in contemptum clavium, celebrando, vel se ingerendo eisdem, per eosdem valeat dispensari.

** Corr. publicatæ.*

De privilegiis, & rebus aliis non tenendis extra loca administrationum.

XXIX. Religionis ejusdem consulere commodis, & præcavere dispendiis cupientes: statuimus, ut si quis ecclesiæ cathedrali, monasterio, prioratui, præpositurnæ, seu administrationi cuivis dictæ religionis præsidens, aut simplex canonicus, seu conversus religionis ejusdem, privilegia, litteras, vel instrumenta concessa seu confecta super libertatibus, possessionibus, rebus aut juribus eorumdem, aut vasa aurea, seu argentea, Divino cultui dedicata, necnon reliquias, ornamenta ecclesiastica, libros, aut res alias notabiles vel pretiosas ipsorum, extra ecclesiam, monasterium, prioratum seu administrationes hujusmodi, in damnum ipsorum, apud suos consanguineos, vel propinquos, seu quoscumque alios, fraudulenter transportare, seu tenere præsumpserit, nisi ea, infra duorum mensium spatium, prout possibile ei fuerit, ad loca ipsa reduxerit, vel eadem loca, seu administrationes, infra idem spatium indemnia reddiderit; extunc præsidens ipse, tamdiu donec prædicta, ut præfertur, emendaverit, ab administratione temporalium sit suspensus; simplex vero canonicus, vel conversus, ad beneficia seu officia quælibet religionis ipsius obtinenda, sit eo ipso tamdiu inhabilis, quousque per immediatum superiorem ipsius, satisfactione præmissa, cum eo fuerit misericorditer dispensatum. Et si præsidentis ejusdem, qui tamen antistes non fuerit, culpa extiterit manifesta: per præsidentes in provinciali capitulo, seu visitatores per idem capitulum deputatos, pœnæ graviori subdatur.

De celebratione Missarum, confessione, & communione.

XXX. Hortamur præpositos, priores & administratores, singulosque canonicos dictæ religionis constitutos, in ecclesiis, monasteriis, & aliis eorum locis conventualibus residentes, ut si non frequentius, saltem bis in septimana; residentes autem in prioratibus, vel aliis locis non conventualibus, saltem semel in hebdomada; in scholis vero, vel alibi commorantes, infra quindecim dies saltem semel, salva honestate, & debita devotione, Missas studeant celebrare: alii vero canonici, non sacerdotes, ubilibet constituti, in qualibet quindena saltem semel confiteantur, & qualibet mense, reverenter eucharistiæ suscipiant sacramentum, nisi forte de proprii confessoris consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus, ab ejus perceptione, eorum aliquis duxerit abstinendum. Per hoc autem statutis, consuetudinibus, ordinationibus, seu observantiis ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum prædictorum, per quæ frequentius, pro certis diebus, confiteri, communicare, vel celebrare habeant, vel sæpius celebrando, locorum onera supportare, in aliquo non intendimus derogare. Adjicientes, quod abbates, præpositi, seu priores, & cæteri locis conventualibus præsidentes, die qualibet, rationabili causa cessante, Missam celebrent, vel audiant: & nihilominus, in solemnibus festis, in suis monasteriis, sive locis, Missas solemnes studeant celebrare. Hortamur, quod in ecclesiis, monasteriis, sive locis aliis conventualibus, cum modestia, humiliter, & devote, horis nocturnis & diurnis, ad Divina officia universi & singuli canonici studeant convenire, ipsamque non trascurrendo, aut syncopando, sed tractim & distincte psallant & celebrent, ac devote. Sane in ecclesiis cathedralibus, monasteriis, & locis aliis conventualibus religionis ejusdem Missa major per canonicum celebretur: & si inibi magnus, & ad hoc sufficiens

ficiens fuerit canonicorum numerus, in officiis diaconatus aut ſubdiaconatus, miniſtrent hujuſmodi celebranti. Et qui hebdomadarius fuerit Miſſæ majoris, ceſſante impedimento legitimo, horas canonicas incipiat, & collectas & orationes dicat. Tranſgreſſores vero præmiſſorum, debitæ ſubjaceant diſciplinæ.

De reliquiis, & cuſtodia ornamentorum, & proviſione librorum.

XXXI. Denique, ſolliciti ſint antiſtites & abbates, præpoſiti, priores, ſacriſtæ, & adminiſtratores alii religionis præſatæ, quocumque nomine cenſeantur, quibus hæc incumbunt, eccleſias, oratoria, altaria, reliquias, vaſa, corporalia, veſtimenta, & alia ornamenta eccleſiaſtica, munda & nitida conſervare, & facere ab aliis conſervari. * De......mariis quoque miſſalibus aliis libris, & veſtimentis, & ornamentis quibuslibet neceſſariis, juxta facultates, & exigentiam locorum ſuorum, eccleſiis & locis eiſdem omnino provideant, ſeu faciant provideri. Quod ſi præmiſſa, pro poſſe, adimplere neglexerint, ad ea complenda competentibus remediis compellantur: & ſi opus fuerit, pars proventuum beneficiorum eorum, qui ſuperiores habent in ipſa religione, pro præmiſſis neceſſaria, per ſuperiores recipiatur eoſdem, & in prædictorum proviſionem per aliquem idoneum convertatur.

* *Lege ex Pennotto.* De breviariis quoque, miſſalibus &c.

De criminalibus cauſis canonicorum, ubi agitentur.

XXXII. In favorem religionis præſatæ, prohibemus, ne antiſtites & alii eccleſiaſtici judices, trahant profeſſores religionis ejuſdem, in cauſis criminalibus, ad eorum conſiſtorium ſeu judiciale tribunal, ubi cauſæ communiter audiuntur, ſed alibi audiant dictas cauſas: niſi forte criminis manifeſti enormitas aliud ſuaſerit faciendum.

De venatoribus, & armis.

XXXIII. Porro a venationibus & aucupationibus canonici dictæ religionis abſtineant, nec eis intereſſe, aut canes ad opus venandi, vel aves venaticas, per ſe vel alios tenere præſumant, nec a familiaribus ſecum morantibus teneri permittant: niſi ſaltus, vivaria, vel garenas, propria; vel jus venandi in alienis haberent: quo caſu hoc eis permittitur, dum tamen infra monaſterium, ſeu domos quas inhabitant, aut eorum clauſuras, venaticos canes non teneant, nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem. Si qui vero eorum venationi, aut aucupationi, clamoſe, vel alias cum canibus vel avibus, ex propoſito, interfuerint: ſi quidem abbas fuerit, vel prior, ſeu præpoſitus, aut alius adminiſtrator quicumque, non habens ſuperiorem ejuſdem religionis, per annum ſe noverit a beneficiorum collatione ſuſpenſum: quo caſu jus collationis hujuſmodi, eo modo quo ſibi competebat, ad priorem clauſtralem, cum conſilio & aſſenſu conventus, vel majoris partis ipſius, durante ſuſpenſione hujuſmodi, devolvatur. Si vero alius fuerit, ab adminiſtratione, ſi quam obtinet, ſit per annum ſuſpenſus: quod ſi nullam adminiſtrationem habeat, eo ipſo, per annum reddatur inhabilis ad adminiſtrationem, ſeu aliud eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Dicti quoque canonici infra ſepta ſuarum eccleſiarum, ſeu monaſteriorum, arma nullatenus teneant, ſine ſuorum licentia prælatorum: tenentes vero abſque dicta licentia, per ſuperiorem ſuum taliter puniantur, quod ipſorum pœna cedat aliis in exemplum. Super inhabilitate tamen & ſuſpenſione prædictis, præſidentes, & eorum quilibet, cum prælatis, & prælati cum eorum ſubditis, poſſint, ſi eis expediens viſum fuerit, diſpenſare, injuncta tranſgreſſoribus pœnitentia ſalutari.

De delatoribus.

XXXIV. Quia nonnulli canonici dictæ religionis, contra prælatos vel ſuperiores frequenter multa proponunt; non ut omnia per eos propoſita probent, quod tunc forte poſſent, ſed ut infament de omnibus, & probatis forſan illorum aliquibus, finem conſequantur optatum: diſtrictius inhibemus, ne quivis canonicus religionis ejuſdem, contra ſuum prælatum, vel ſuperiorem, ſuper crimine vel criminibus, deinceps quomodolibet admittatur; niſi prius ſe obligaverit ad pœnam congruam, ſi in probatione propoſitorum, vel alicujus eorum, defecerit, per eum irremiſſibiliter ſubeundam.

De collapſis eccleſiis & monaſteriis in religione.

XXXV. Si aliqua eccleſia cathedralis, monaſterium, ſeu alius locus religionis ejuſdem, in religione, vel regulari obſervantia adeo ſint collapſa, quod per antiſtitem, abbatem, vel alium prælatum, ſeu adminiſtratorem, vel canonicos proprios, veriſimiliter nequeant reparari: ſtatuimus, quod per præſidentes provinciali capitulo, & quemlibet eorumdem, ad requiſitionem ſeu relationem viſitatorum; prout eidem capitulo ſuper hoc conſulendo videbitur expedire, vel ſine conſultatione hujuſmodi, ſi ex dilatione conſulendi dictum capitulum * immineret, auctoritate apoſtolica de alia eccleſia, monaſterio, ſeu loco, in qua, vel quo, ejuſdem religionis noſcatur obſervantia reflorere, canonici aſſumantur idonei, & ad dictam eccleſiam, monaſterium, ſive locum, collapſam ſeu collapſum, mittantur, ibidem, quamdiu expediens fuerit, moraturi; per quos eccleſia, monaſterium, ſeu locus hujuſmodi reparetur. Illi vero canonici, ob quorum culpam, ejuſdem eccleſiæ, monaſterii, ſive loci hujuſmodi, lapſus ſeu deformatio noſcitur contigiſſe, in eccleſia, ſeu monaſterio, vel loco, de quo vel aſſumpti fuerint ii, qui ad eccleſiam, monaſterium, ſeu locum, collapſam vel collapſum, ut præmittitur, tranſmittentur, vel loco alio, in quo eadem religio vigeat, per præſidentes eoſdem, & eorum quemlibet, prout expediens fuerit, auctoritate apoſtolica, collocentur, ubi eorum mores valeant reformari: diſtrictius inhibentes, ne monaſteria, ſeu loca alia collegiata, ſeu conventualia, religionis ejuſdem eccleſiis, monaſteriis, ſive locis, religioſorum quorumcumque alterius habitus, uniantur, vel etiam ſubmittantur, ſine licentia ſedis apoſtolicæ ſpeciali: ſi ſecus actum fuerit, decernentes irritum & inane.

* *Deeſt* periculum.

De canonicis, & converſis, proprietariis, & negotiatoribus.

XXXVI. Licet contra religioſos proprietarios ſit proviſum per canonicas ſanctiones: tamen ſpecialius providere volentes contra illos canonicos & converſos dictæ religionis, qui ſuæ ſalutis obliti, contra regulares & canonicas inſtitutiones, pecuniam congregant, jura, poſſeſſiones, redditus, ſeu cenſus annuos, & alia bona emunt, ſeu emi faciunt, aliquando proprio, & ſæpe nomine alieno, multis ſuper his figmentis adhibitis, aliis tradunt animalia nutrienda, & cum augmento vel lucro ſibi aut alteri reddenda, eorum nomine ſeu pro ipſis; & alios multos contractus diverſimode tamquam negotiatores exercent, necnon appetentes & ſectantes lucra turpia, peculium occultant, & illicite detinent, in ſuarum periculum animarum: decernimus omnia præmiſſa, quæ tamen reſtitutioni non ſubjaceant aliorum, nedum poſt obitum, ſed etiam in vita ipſorum canonicorum * converſorum, fore adminiſtrationi, ad quam pertinuerint, applicanda, quacumque conſuetudine contraria non obſtante; quodque nul-

* *Adde*, &

nulli canonico, vel converso, talia faciendi licentia a quoquam valeat indulgeri; & quod præfati canonici & conversi prædicta committentes, seu quicumque religionis ejusdem, supradicta retineant, sibi ipsis appropriantes, vel applicationi hujusmodi resistentes, vel impedimentum publice aut occulte ecclesiæ præstantes, seu præstari procurantes, vel dictum peculium habentes, & non revelantes prælatis propriis: si per eosdem prælatos specialiter & nominatim moniti, infra mensem post monitionem hujusmodi immediate sequentem, a prædictis non destiterint, vel peculium non revelaverint, & restituerint, si restituendi habuerint facultatem sint eo ipso inhabiles ad prioratus, officia, administrationes, & beneficia quælibet, in religione hujusmodi obtinenda. Concedimus tamen, quod cum talibus canonicis, seu conversis, antistites, abbates, præpositi, & alii prælati eorum immediati, possint super inhabilitate hujusmodi dispensare, quando eis videbitur expedire: dummodo a prædictis destiterint, & peculium & alia supradicta revelaverint, & restituerint, ut præfertur. Teneantur insuper prælati & superiores præfati, in suis annalibus capitulis monere generaliter annuatim omnes proprietarios, ut ab omnibus supradictis desistant excessibus, & peculium, si quod habent, revelent, & restituere non postponant.

De conspirationibus.

XXXVII. Cum ex conspirationis & conjurationis crimine, si forte transeat impunitum, multa mala & scandala possint exoriri: statuimus, quod conspiratores, & conjuratores, si qui religionis ejusdem de crimine hujusmodi legitime convicti fuerint, vel confessi, præter alias pœnas talibus a jure vel alio quovis modo inflictas, eo ipso beneficiis & administrationibus quibuslibet, quæ obtinuerint, sint privati; si vero beneficiati non fuerint, eo ipso reddantur inhabiles ad quævis beneficia, seu administrationes ecclesiasticas, quomodolibet obtinenda. Contra conspiratores autem, & conjuratores occultos, quorum notitia non habetur, per superiorem, aut visitatores, etiam pœnæ aliæ, prout expedire videbitur, generaliter statuantur. Si vero aliquis de prædictis ad cor reductus, illis, qui tanguntur ex eis, ipsas patefecerit tali tempore, quod possint hujusmodi factionibus obviare: dignus absolutione & venia habeatur.

De fugitivis & ejectis.

XXXVIII. Ne canonici religionis præfatæ, vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant: statuimus, ut præsidentes provincialibus capitulis, necnon abbates, præpositi, priores & alii ad quod id pertinuerit, fugitivos, & ejectos de ordine suo requirant sollicite annuatim: qui, si in ecclesiis seu monasteriis recipi poterunt secundum ordinem regularem, recipiant * in eis, salva ordinis disciplina. Quod si disciplinati, incorrigibiles apparuerint: auctoritate nostra provideant præsidentes, & alii prædicti, ut apud easdem ecclesias, seu monasteria, in locis competentibus, a communi fratrum consortio segregati, ponantur ad agendam pœnitentiam: ibique vitæ necessaria ministrentur eisdem, nec pateat aliis fratribus, aut cuiquam alteri, accessus ad eos, nisi prius a superiore petita super hoc licentia, & obtenta. Si vero hujusmodi fugitivos & ejectos, inobedientes invenerint, eos excommunicent: & tamdiu faciant ab ecclesiarum prælatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

* Corr. recipiantur.

Insuper statuimus, quod prælati, & alii ad quos pertinuerit in ipsa religione correctiones facere regulares, quoties & quando adeo pro gravioribus culpis habebunt pœnitentias injungere, faciant cum aliquorum proborum consilio, & tractatu præhabito cum eisdem. Per præmissa vero jurisdictioni ordinariorum non intendimus derogare. Ut autem statuta hujusmodi, quæ religionis ejusdem salutem sapiunt, & profectum, ad cunctorum professorum ejusdem ordinis notitiam reducantur, ac inviolabiliter & fideliter observentur ab eis: apostolica auctoritate, præsentium tenore, præcipimus, quod statuta prædicta in primis provincialibus eorumdem, a principio usque ad finem, publice legantur, & solemniter publicentur, eorum singulæ copiæ singulis ecclesiis, monasteriis, atque locis religionis ejusdem, habentibus capitula, collegia, seu conventus, per præsidentes dictis capitulis, eorum sigillata sigillis tradantur, & etiam assignentur; expensis tamen capitulorum, seu conventuum, quibus hujusmodi dandæ fuerint copiæ, conscribenda: quodque in singulis ecclesiis, monasteriis, atque locis dicti ordinis, statuta præfata bis in anno legantur; statutis aliis & consuetudinibus dicti ordinis, & privilegiis quibuscumque, si qua forsan hujusmodi statutis per nos editis obviarent, omni, quoad hæc, deinceps robore carentibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, voluntatum, inhibitionum, concessionum, & mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinioni, Id. Maji, pontificatus nostri anno quinto.

Benedicti Papæ XII. declaratio super certis capitulis contentis in constitutione edita super statu ordinis monachorum nigrorum.

Ex Baluz. Miscel. to. 7. p. 141.

An. 1340.

BEnedictus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dudum pro bono & salubri statu religionis seu ordinis Monachorum nigrorum nonnulla statuta & ordinationes certis distincta capitulis, adhibitis nobis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & pluribus Prælatis ejusdem ordinis Decretorum Doctoribus, consulta deliberatione in religione ipsa vigilanter edidimus, in nonnullis ipsorum capitulorum adjicientes pœnas, quas transgressores seu contemptores vel non observatores ipsorum incurrere voluimus ipso facto; ex quibus apud provincialia capitula secundum dicta statuta postmodum celebrata & conventus quamplurium monasteriorum insignes difficultates & infrascripta dubia sunt exorta. Quibus ad audientiam nostram deductis, nos ad eorumdem supplicationis instantiam quædam ex eis moderanda & mitiganda, aliqua vero mutanda & declaranda duximus, sicut suadente æquitate & pro consideratione fragilitatis humanæ & multorum supplicum, qui in culpas interdum per juris ignorantiam faciliter prolabuntur, cognovimus expedire.

De visitatoribus.

IN primis siquidem, quia in capitulo posito sub rubrica *De visitatoribus*, circa ipsius capi-

pituli principium continetur, quod si visitatores ea quæ in generalis Concilii & Honorii Papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus statuta existere dinoscuntur, exequio miserint negligenter, illas pœnas ipso facto incurrant, quas incurrunt ii, qui non veniunt ad capitulum provinciale præpeditionem canonicam non habentes, nos ex rationabilibus causis inducti, eos dumtaxat puniri volumus in expensis, quas receperint a locis visitatis per eos, in quibus secundum arbitrium provincialis capituli se habuerint negligenter, præfato capitulo applicandis.

De capitulis generalibus.

RUrsus statuto posito sub rubrica *De capitulis generalibus celebrandis*, ubi circa ejus principium dicitur, quod in singulis Ecclesiis cathedralibus & monasteriis annis singulis generale capitulum celebretur, in quo cum prælatis eorum alii Abbates, Priores, Prælati, & administratores eisdem immediate subjecti studeant convenire, adjiciendum fore providimus, ut si forsan aliquis ex locis prædictis, in quibus debet dictum capitulum celebrari, membra habeat adeo sibi remota, quod administratores principales dictorum membrorum nequeant annis singulis ad dictum capitulum absque notabili dispendio convenire, tunc teneatur dictum capitulum ordinare, quando administratores hujusmodi sic distantes convenire ad dictum capitulum teneantur. Illud vero quod in dicto statuto subnectitur, quod illi qui venire tenentur ad provinciale capitulum de triennio in triennium & ad cujuslibet Ecclesiæ vel monasterii capitula annuatim, vivant cum aliis ipsius loci monachis in communi, & familiaribus suis clericis & laicis & etiam evectionibus extra Ecclesias & monasteria & loca ipsa de suis propriis redditibus providere in necessariis teneantur, quavis constitutione vel consuetudine contrariis non obstantibus, suadentibus rationabilibus causis per modum intelligi volumus infra scriptum; ut si forte ex consuetudine vel statuto aut alia ordinatione rationabili incumberet alii seu aliis onus expensarum hujusmodi faciendi, consuetudini, statuto, seu ordinationi hujusmodi per dictas constitutiones seu ordinationes nostras nullatenus derogetur. Eos tamen quibus hujusmodi expensarum onus incumbit, si ex hoc illis annis, quibus fieri volumus capitulum memoratum, vel ex aliis supra vel infra statutis ipsos ampliores expensas facere contigerit, nolumus in expensis plus solito prægravari; sed tunc hujusmodi expensæ, in quantum ultra solitum fuerint ampliores, fiant per omnes simul proportionaliter, ut præfertur.

Super eo vero quod in eodem statuto dicitur, quod convenientes ad dicta capitula vitam ducant communem, & faciant proportionaliter simul omnes expensas, id intelligi volumus, quoad provincialia capitula, si hoc commode fieri possit.

De studentibus ad generalia studia mittendis.

CÆterum illud quod in capitulo posito sub rubrica *De studentibus ad generalia studia transmittendis* circa ejus principium continetur, videlicet, quod loca habentia octo monachos, aliis principalibus locis subjecta, in computatione vicenarii numeri ac missione cum eisdem A locis principalibus quibus subsunt conjungantur, intelligi volumus de locis subjectis, in quibus fuerint octo monachi, etiam illo qui præest eisdem in hujusmodi numero computato. Adjicimus etiam, quod si hujusmodi loca subjecta viginti monachos vel plures habuerint, per se faciant hujusmodi studentium missionem, nec quantum ad hoc cum locis principalibus conjungantur. Quinimmo si alia loca eis subjecta octo monachos habuerint, cum immediatis superioribus quantum ad missionem hujusmodi conjungantur. Si vero fuerit Ecclesia, monasterium, vel alius locus principalis, in quo vicenarius monachorum numerus non existat, si tamen ibi numerus major senario, teneantur B visitatores per provinciale capitulum deputati, cum in eis visitationis officium exercebunt, inquirere de facultatibus & oneribus eorumdem. Et si hujusmodi oneribus supportatis invenerint facultates sufficere pro uno vel pluribus monachis ad dicta studia destinandis, relationem de hoc faciant in provinciali capitulo subsequenti; in quo præsidentes cum consilio & assensu majoris partis capituli ordinent auctoritate apostolica, juxta hujusmodi suppetentiam facultatum, de uno vel pluribus monachis ad eadem studia destinandis. Volumus insuper, quod in quocumque loco, a quo de consuetudine vel ordinatione seu statuto, quæ decrevimus inviolabiliter observanda, plures ad hujusmodi studia mittendi C fuerint, quam sit in constitutionibus nostris hujusmodi ordinatum, serventur deinceps circa nominandas, eligendas, & licentiandas personas hujusmodi mittendorum ea, quæ per nos circa alios mittendos ad studia in eisdem constitutionibus continentur.

De pensionibus studentium.

PRæterea illud quod in capitulo posito sub rubrica *De pensionibus studentium* continetur, videlicet, quod nullus aliquid de hujusmodi pensionibus, seu fructibus, redditibus, vel proventibus, quæ vel qui assignabuntur pro pensionibus ipsis, dare seu commutare aut quomodolibet D alienare præsumat, intelligimus & intelligi volumus in diminutionem scilicet pensionum seu præjudicium studentium prædictorum. Volumus tamen, quod in casu in quo fieret hujusmodi commutatio, ad hoc ut studentibus præjudicium nullum fiat, fructus, redditus, & proventus, seu loca quæ fuerint subrogata seu successerint in locum priorum, sicut illa pro dictis pensionibus perpetuo remaneant obligata. Inter alia etiam ordinavimus in eodem capitulo, quod pensiones studentium de communi contributione inter caput & membra ad ipsum caput pertinentia facienda solverentur, quousque certi perpetui redditus pro ipsis pensionibus existerent assignati. Pro prædictis quoque pensionibus be- E neficiorum uniones & pensionum impositiones sub certa forma fieri volumus, prout in eodem capitulo continetur. Cum autem, sicut ex quorumdam relatione percepimus, ex unionibus & impositionibus hujusmodi difficultates & nonnulla dispendia sint secuta, & plura & majora sequi in posterum formidentur, nos in hac parte & mederi præteritis & præcavere futuris dispendiis cupientes, uniones & pensionum impositiones quascumque auctoritate nostra propterea jam factas omnino cassantes, & potestatem super iis per nos quibuscumque concessam totaliter revocantes, per modum qui sequitur cir-

circa pensiones dictorum studentium providimus. Videlicet quod ubi mittendi ad studia fuerint in Ecclesia, monasterio, sive loco unde mittentur, tantum vel amplius in victualibus & vestiario percepturi quantum summæ pretaxatarum pensionum ascendunt, valorem eorum habeant in pecunia pro hujusmodi pensione in studio residendo. Valorem autem hujusmodi solvere teneantur temporibus pro pensionibus solvendis statutis ii qui victualia & vestiarium ministrabunt. Et in primo capitulo generali per tres bonos viros per ipsum capitulum vel majorem partem ipsius deputandos fiat æstimatio prædictorum in pecunia fideliter, unum annum cum alio compensando, ac illa in æstimatione hujusmodi computando, quæ ex bono & æquo viderint computanda. Si vero ea quæ recepturi forent, seu valor eorum ad summam dictarum pensionum forsitan non ascendant, de communi contributione facienda per modum in eodem capitulo *De pensionibus studentium* positum id quod defuerit suppleatur, donec de perpetuis & certis redditibus pro iis de novo acquisitis fieri valeat hujusmodi supplementum. Si autem in aliqua Ecclesia, monasterio, sive loco religionis ejusdem taxatum seu ordinatum existit quid & quantum pro victu & vestitu monacho in studio existenti oporteret in pecunia vel rebus aliis assignari, illud detur & assignetur loco victus & vestitus per eos qui ad eorum solutionem tenebuntur ei qui, ut præmissum est, ad studia transmittetur. Et in eo casu quo non pecunia, sed res aliæ consueverunt ipsis studentibus assignari, fiat earum rerum æstimatio per deputatos prædictos. Et si hujusmodi pecunia vel res summas dictarum pensionum studentium prædictorum excedant, id quod plus recipi consuevit non diminuatur. Si vero ad summas hujusmodi non ascendant, id quod deerit, de communi contributione, ut præmittitur, suppleatur, quousque ea quæ per communem contributionem hujusmodi in supplementum prædictum dari debent studentibus & instructoribus prælibatis, in certis & perpetuis redditibus pro iis de novo acquisitis fuerint assignata. Illud quoque quod in eodem capitulo continetur, videlicet ne de studentium pensione aliqua prædictorum cuiquam valeat provideri, nisi ipse electus & licentiatus fuerit, prout est in dicto capitulo ordinatum, alias nulla sit assignatio hujusmodi ipso jure, nec per eam jus alicui aquiratur, & tam assignans quam accipiens teneantur ad restitutionem omnium, quæ exinde recepta fuerint faciendam, & nihilominus pœnis subjaceant superius in eodem capitulo designatis, id intelligi volumus cum scienter peccatum fuerit in modo vel forma electionis vel nominationis prædictæ. Quia vero in eodem capitulo continetur, quod præsidentes & alii convenientes ad provinciale capitulum provideant ut monachi ad dicta studia transmittendi insimul commorentur saltem deni ad minus, concedimus quod dicti præsidentes possint in provinciali capitulo, si eis expediens visum fuerit, ordinare quod monachi numero pauciores usque ad senarium numerum simul morari valeant in studiis supradictis. Quod autem in dicto capitulo, in paragrapho *Rursus statuimus &c.* inter alia continetur, quod illi qui ad baccalaureatum & ad legendum Decretales in Parisiensi studio assumi voluerint, & in ipso Parisiensi vel quovis alio generali studio audiverint jura canonica per sex annos, de quibus per tres annos ad minus audierit Decretum, necnon illi, qui ad magisterium in Decretis vel ad lecturam Decretorum assumi voluerint in præfato Parisiensi studio, & ibi vel in alio generali studio jura canonica ut Baccalaurei legerent per quinque annos, & de hoc primo fidem fecerint per eorum proprium & duorum aliorum juramentum, intelligi volumus, quod duo præfati, addito eis tertio solum, jurare debeant se credere hujusmodi ad baccalaureatum assumendos vel magistrandos, seu etiam ad lecturam Decretorum assumendos, verum jurasse.

De mutuis.

VErba autem illa, quæ in capitulo posito sub rubrica *De mutuis*, in paragrapho *Volentes itaque*, continentur, scilicet *obligando seu submittendo &c.* ad omnem ambiguitatem tollendam intelligi volumus de obligatione & submissione speciali & expressa.

De forma juramenti a Prælatis præstandi.

RUrsus illud, quod in capitulo posito sub rubrica *De forma juramenti a Prælatis præstandi*, in paragrapho qui incipit, *Decernimus*, continetur, videlicet *quod cum civitas, castrum, &c. vendenda vel obliganda extiterint*, quoad obligationem hujusmodi intelligi volumus, si obligatio ipsa fiat principaliter, specialiter, & expresse.

De locis non tradendis ad firmam.

POrro ad capitulum positum sub rubrica *De locis non tradendis ad firmam* adjicimus, quod per contenta in eo non intendimus prohibere quominus Antistites, Abbates, Priores, & administratores alii redditus & proventus administrationum suarum locare seu vendere valeant absque solemnitate in capitulo ipso apposita ad tempus modicum, quod triennium non excedat, juxta morem in regione in qua existunt solitum observari, statutis etiam rationabilibus Ecclesiarum vel monasteriorum vel aliorum locorum religionis ejusdem, si qua super hoc fuerint, observatis. Si vero talis traditio vel concessio ad firmam tempus triennii forsan excedat, volumus, quod omnes solemnitates in ipso capitulo positæ debeant observari. Volumus etiam, quod decimæ & primitiæ nonnisi usque ad annum tradi possint ad firmam, & quod per hoc in casibus aliis non præjudicetur contentis in ordinationibus prælibatis. Si tamen ex hujusmodi locatione seu venditione proventuum ad tempus modicum, ut præmittitur, facienda contingeret infra unum annum recipi pecuniam vel aliud quod pretium proventuum unius anni rei venditæ seu locatæ excederet, tunc servari volumus solemnitates contentas in capitulo memorato.

Ne mulieres habitent in locis monachorum.

QUod autem in capitulo posito sub rubrica *Ne mulieres habitent in locis monachorum* prohibetur expresse, ne Antistites, Abbates, Priores, & cæteri administratores in Ecclesiis, monasteriis, seu locis aliis ordinis & religionis ejusdem aut infra septa ipsorum mulieres tenere præsumant, declaramus de illis domibus,

lo-

locis, & ſeptis religionis ejuſdem debere intelligi, in quibus debent monachi reſidere.

De creatione monachorum.

ILlud ſiquidem quod in capitulo poſito ſub rubrica *De creatione monachorum* circa ejus principium continetur, videlicet, quod induantur monachi cum proborum conſilio Eccleſiæ, monaſterii, prioratus, decanatus, aut loci, cui ii ad quos pertinet creatio eorumdem præfuerint, intelligi volumus in locis duntaxat, in quibus vel conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto requiri habet proborum conſilium prædictorum.

De licentiis eundi extra monaſteria.

CÆterum illud quod continetur in capitulo poſito ſub rubrica *De licentiis eundi extra monaſteria vel alia loca*, in verſiculo qui incipit *Si quis vero monachus contrarium fecerit*, intelligi volumus cum monachus de monaſterio & loco conventuali, a ſuperiore ſuo non petita licentia nec obtenta, exire præſumpſerit, vel cum obtenta dicta licentia exiverit & ceſſante impedimento legitimo in præfixo ſibi termino non duxerit redeundum.

Denique quia in eiſdem conſtitutionibus nonnulla capitula continentur, per quæ pœnæ ſeu ſententiæ excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, ac etiam inhabilitatis in perſonas dictæ religionis interdum ſine aliqua moderatione temporis proferuntur, quas ſiquidem pœnas ſeu ſententias nonnullæ earum per inadvertentiam, ſimplicitatem, ſeu ignorantiam, ſeu etiam prop- A ter ambiguitatem dictorum capitulorum forſitan incurrerunt, nos ad eorum ſupplicationis inſtantiam, pro animarum ipſorum ſalute, præfatis perſonis dictæ religionis, cujuſcumque ſtatus ſeu conditionis exiſtant, quæ dictas pœnas ſeu ſententias incurrerint, providere ſalubriter intendentes, volumus & tenore præſentium concedimus hac vice, quod perſonæ in dicta religione ſuperiores non habentes, qui prædictas pœnas ſeu ſententias incurrerint, ab aliquo præſidentium, cæteræ vero perſonæ per ſuos immediate ſuperiores poſſint, ſi humiliter petierint, a prædictis ſententiis juxta Eccleſiæ formam ab- B ſolvi & ab eis tam ſuper irregularitate, ſi quam forſan prædictis ligatæ ſententiis celebrando divina vel ſe ingerendo eiſdem contraxerunt, quam ſuper inhabilitate præmiſſorum occaſione contracta, diſpenſationis & habilitationis gratiam obtinere, injunctis eis ſuper iis quæ de jure fuerint injungenda. Pœnas vero temporales, quas per conſtitutiones eaſdem perſonæ prædictæ forſan incurrerunt, de quibus per eas nondum extitit ſatisfactum, volentes hac vice miſericorditer agere cum eiſdem, apoſtolica auctoritate remittimus de gratia ſpeciali. Nulli C ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatum, adjectionum, conſtitutionum, caſſationum, revocationis, declarationis, & remiſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avinioni Nonis Decembris, pontificatus noſtri anno ſexto.

ANNO CHRISTI 1335.

CONCILIUM ROTOMAGENSE

ANNO CHRISTI 1335.

A Petro archiepiſcopo cum ſuffraganeis habitum in monaſterio * B. Mariæ de Prato prope Rotomagum, anno Dom. MCCCXXXV. menſe Septembri.

* Noſtre Dame de Bonne-Nouvelle.

Ex MS. V. Cl. Emerici Bigotii.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De divinis officiis religioſe celebrandis.*
2. *De vita & honeſtate clericorum.*
3. *De vita & honeſtate monachorum.*
4. *Ut capellani in beneficiis deſervire compellantur.*
5. *Ut patroni ad beneficia non præſentent pro pecunia.*
6. *Ut non impediantur eccleſiaſtici decimas colligere.*
7. *Ut prælati negligentes non ſint in promovendo paſſagio ultramarino.*
8. *De inſtauratione fabricæ, librorum, & ornamentorum.*
9. *De parochis inſtitutis per alios, quam diœceſanos.*
10. *Ut caſus, in quibus incurritur excommunicatio, prima Dominica menſis in eccleſiis publicentur.*

D

11. *Ut publice exponantur caſus ſedi apoſtolicæ & diœceſanis reſervati.*
12. *Ut rectores eccleſiarum ſint favorabiles ordinibus Mendicantium.*
13. *Ut hæc & alia provincialia ſtatuta publicentur.*

PRÆFATIO.

(1) AScendens ad patrem paſtor æternus, Dei filius, gregem proprii ſanguinis E effuſione comparatum, per ſanctos apoſtolos, quorum in locum ſuccedunt & vice funguntur pontifices, voluit & decrevit protectione continua cuſtodiri: ut Chriſtianus populus iiſdem rectoribus gubernetur, & obſervetur a noxiis, & ad ſalutaria dirigatur. Et quamvis ſancti patres multa ſtatuerint ſalubria, quæ pro reformatione morum in populo, & in clero, ſuis in temporibus videbantur poſſe ſufficere: dierum

ta-

(1) Cœnobii Beccenſis MS. e quo hoc concilium edidit P. Beſſin in Concilium Rotomagenſe Proverbio pag. 176. legit, *Aſcenſurus*.

ANNO CHRISTI 1335.

tamen crescente malitia, (1) nulla viris sanctis ad humanæ naturæ (2) varietatem & ejus machinationem inopinabilis, sufficit ad elucidandum ambiguitatem, vel attingit. Hac itaque consideratione, nos Petrus miseratione Divina Rotomagensis archiepiscopus, ac eadem gratia Joannes Abrincensis, & G. Sagiensis, personaliter; necnon G. Bajocensis, Guido Lexoviensis, Gaufridus Ebroicensis, & Guillelmus Constantiensis, episcopi, per procuratores (3) idoneos constitutos, in provinciali concilio, in prioratu beatæ Mariæ de Prato juxta Rotomagum convocati, & (4) insimul congregati; vocatis etiam ad dictum concilium, tam ecclesiarum cathedralium capitulis, quam abbatibus, (5) conventualibusque prioribus, ordinum quorumcumque, necnon sæcularium aliquorum collegiatorum provinciæ Rotomagensis capitulis, per se, & per procuratores idoneos, præsentibus in concilio memorato: ipso toto approbante concilio, pro reformandis moribus præsertim in clero, & pro relevandis, in quantum est nobis possibile, ab oppressionibus, ecclesiis, salva tamen in omnibus sedis apostolicæ auctoritate, infra scripta duximus statuenda.

CAPITULA.

I. *De divinis officiis religiose celebrandis.*

Primo, quia plerumque cathedralium ecclesiarum, & collegiatarum, sæcularium & regularium ecclesiarum, personæ (quæ in puritate conscientiæ & animi devotione, sacrificium laudis Altissimo, cujus, utpote peculiaris populus, sunt mancipati obsequiis, jugiter offerre deberent) sacra Missarum solemnia, aliasque horas canonicas, transcurrendo, & syncopando, variaque & otiosa, interdum inhonesta intermiscendo colloquia, & multipliciter alias indevote psallere non verentur; tarde quoque ad ecclesias conveniunt & ad chorum, & inde absque causa rationabili, sed currendo potius (6) post suas voluntates illicitas, non expletis Divinis officiis, discedendo: ideo statuit præsens concilium, quod constitutio super his edita in generali concilio Viennensi, quæ sic incipit: *Gravi nimirum* &c. (item, *Concilium præcipit*) inviolabiliter (7) observetur, & singula contenta in ea frequenter in synodis, capitulis, Kalendis seu (8) convocationibus, decantur; & insuper in cathedralium & collegiatarum, tam sæcularium, quam regularium ecclesiarum capitulis recitentur, & intelligibiliter exponantur; & transgressores ipsius, per ordinarium & alios superiores, sic rigide, mediante justitia, puniantur, quod, etsi non amore virtutis, saltem pœnæ formidine, inducantur ad impendendum cordis & labiorum suorum Altissimo gratum fructum.

ANNO CHRISTI 1335. Clement. de celebratione Missarum.

II. *De vita & honestate clericorum.*

Rursus quia personæ ecclesiasticæ, præsertim curam animarum habentes, (quæ sicut aliis præsunt, sic præ illis exemplari (9) vita præfulgere deberent operibus virtutis) in multis hujus provinciæ partibus, quod dolenter referimus, in statu, gestu, & habitu, sic dissolute & inhoneste incedunt, quod non solum in clericali, sed potius sæculari (10) videntur malitia mancipari (11) plerique: quæ procul dubio Majestatem Divinam non mediocriter offendunt, (12) qui sic vitam inhonestam ducunt, & ultra modum dissolutam, (13) quo immaculata Dei sancta mater ecclesia contemptibilis redditur, (14) qui tales illo pernicioso exemplo multos pertrahunt ad ruinam: ideo statuit præsens concilium, quod (15) constitutio super his, in provinciali concilio, in eodem prioratu de Prato, necnon & omnes aliæ constitutiones in dicto provinciali concilio (16) editæ, quæ incipiunt: *Non debent irreprehensibiliter judicari*: quas omnes & singulas præsens concilium approbavit, & etiam innovavit; (& quæ) in synodis, capitulis, convocationibus decanatuum, fre-

(1) MS. Bigot. cum quo idem Concilium contulit dictus P. Bessin: *nulla juris sanctio ad humana . . . . . sufficit, nec ad elucidandam ambiguitatem attingit*.
(2) Harduin. *fragilitatem*. MS. Becc. *varietates & ejus machinationes inopinabiles*.
(3) MS. Becc. *idonei*. (4) Hard. *insuper*.
(5) MS. Bigot. *conventibus, prioribus, nec non Ecclesiarum aliarum Collegiatarum provinciæ Rotomagensis capitulis, & per se seu per procuratores idoneos præsentibus in Concilio pro reformando mores, & pro revelando . . . . Ecclesias* &c.
(6) MS. Bigot. *post indomitas voluntates*.
(7) MS. Bigot. *quam idem Concilium . . . . observari*.
(8) MS. Bigot. *convocationibus decanorum*. (9) MS. Bigot. *vita & moribus virtuosis fulgere deberent*.
(10) MS. B. *videantur malitia mancipati*.
(11) Id. MS. *Clerici quoque, quod procaldubio . . . . offendit*.
(12) MS. Id. *omisso qui sic vitam inhonestam ducunt*.
(13) Id MS. *quod et immaculata semper virgo mater Ecclesia* &c.
(14) MS. *Et suo pernicioso exemplo multos post se pertrahunt* &c.
(15) MS. *super hoc Edita in provinciali concilio*. Idest anno 1313. *Non debet reprehensibile judicari*.
(16) Scilicet anno 1299. c. 1. Exciderunt laudatæ illæ constitutiones, neque ex Provinciali illo concilio aliud nobis superest præter ea, quæ ex Statutis Synodalibus Lexoviensis Ecclesiæ excerpta dedimus ad annum 1323.

frequenter recitentur, & intelligibiliter exponantur; & transgressores ipsarum, per locorum diœcesanos & alios superiores, sic rigide, mediante justitia, (1) puniantur, quod cedat cæteris in exemplum; &, si se reddant incorrigibiles in præmissis, quod a corpore cleri, tanquam membra inutilia, abscindantur, prout ordo (2) poscit rationis, loco eorum viris idoneis & Deum timentibus subrogatis.

III. *De vita & honestate monachorum.*

Quia etiam in præsenti concilio relatum est, quod in plerisque hujusmodi provinciæ partibus constitutio generalis concilii Viennensis, quæ incipit, *Ne in agro Dominico*, (3) contemnitur; monachi etiam dissolute & inhoneste per patriam pervagantur, publice arma portantes, cum habitu (4) nimirum * breviato, nodato, stricto, & alias quamplurimum indecenter ornato: ideo statuit præsens concilium, quod dicta constitutio generalis concilii, & omnia contenta in ea, cum diligentia observentur; & (5) transgressores omnes, per illos, ad quos pertinebit, rigide puniantur; & abbas ac priores, in his quæ ad eorum pertinebunt officium, illos quos repererint incorrigibiles in præmissis, diœcesanis, aut eorum vicariis, habeant denotare, ut per eorum (6) providentiam malo occurratur.

IV. *Ut capellani in beneficiis deservire compellantur.*

Præsenti quoque concilio reprobatum est, (7) quod si qui instituantur in capellaniis perpetuis fundatis per testatores & alios Christi fideles, plerumque in illis non deserviunt, nec faciunt (8) deservire; atque perceptis, & frequenter in malis usibus consumptis fructibus & proventibus, eorumdem libros & ornamenta distrahunt, & consumunt illos, & eorum domos pro derelictis dimittunt; ex quibus inter cætera, illa sequuntur inconvenientia, quod & eorum fundatores suo fraudantur desiderio, & alii Christi fideles a fundatione consimiliter retrahuntur. Et ideo statuit præsens concilium, quod locorum ordinarii, & alii ad quos pertinebit, ad corrigendum hæc & similia diligenter intendant; & ad impendendum debitum, (9) per subministrationem beneficiorum hujusmodi, & aliis juris remediis, ipsos compellere non postponant.

V. *Ut patroni ad beneficia non præsentent pro pecunia.*

Cæterum quia plerumque ecclesiarum patroni ad ecclesias & alia (10) bona ecclesiastica præsentant pro pecunia, & pro alio illicito commodo vel emolumento, odibile Deo crimen simoniæ committendo: ideo præsens concilium, constitutionem synodalem, in quibusdam partibus provinciæ præsentis super his editam, ad totam provinciam extendendo, statuit, quod hoc de cætero prohibeatur fieri; & qui de cætero contrarium fecerit, tam dans, quam permittens, aut recipiens, sub quovis colore quæsito, post monitionem etiam generalem, excommunicationis incurrent sententiam ipso facto: a qua non poterunt absolvi, præterquam in mortis articulo, nisi per diœcesanos, seu illos, quibus specialiter id duxerint committendum, & insuper plenaria restitutione facta de eo omni, (11) quod occasione eorum fuerit ante receptum, quod per manus diœcesanorum in pios usus decrevit præsens concilium convertendum.

VI. *Ut non impediantur ecclesiastici decimas colligere.*

Ex frequentibus quoque personarum ecclesiasticarum querelis significatum est præsenti concilio, quod plerique, qui nomen Domini in vanum recipere non verentur, viris sæpe ecclesiasticis multas inferunt molestias, ipsos contra sacrorum canonum præcepta impediendo, (12) ac minis & coloribus quæsitis multipliciter perturbando, quo minus decimas, quas percipere consuevimus, possint per se vel per alios colligere, & ubi voluerint cum quadrigis, seu ani-
ma-

(1) MS. Bigot. *puniantur & corrigantur.* (2) MSS. *exposcerit.*
(3) MSS. *non bene servatur: quinimo Monachi dissolute* &c.
(4) MS. Bigot. *nimia brevitate notato, stricto, & scisso ab anteriori parte, & alias multipliciter indecente.*
(5) *Et transgressores ipsius per illos* &c. (6) MSS. *providentiam, eis occurratur.*
(7) Al. *ii qui instituuntur.* (8) MSS. *deserviri, sed perceptis.*
(9) MSS. *subtractionem* (10) MSS. mel. *Et alia beneficia Ecclesiastica.* Edit. male, *bona.*
(11) Ad fidem MSS. restitue: *quod hac occasione datum fuerit aut receptum.*
(12) MS. Big. *ac viis & coloribus.*

ANNO CHRISTI 1333.

malibus, aut aliis, deportare. Ideo præ-A sens concilium talia de cætero fieri prohibuit, statuendo, ut talia facientes, & fieri facientes, nisi requisiti (1) desistant, & omne impedimentum sine difficultate amoveant, post monitionem etiam generalem, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto: a qua non absolvantur, nisi prout superius de aliis est expressum. Et idem etiam statuit de decimis novalium, quæ ad ipsos pertinent, seu imposterum pertinebunt. B

VII. *Ut prælati negligentes non sint in promovendo passagio ultramarino.*

Item quod ecclesiarum prælati, capitula, & ecclesiarum rectores, in promotione instantis sancti ultramarini passagii, quod dominus rex (2) Francorum assumpsit, (3) se reddant plerique modo negligentes, non celebrando Missas pro persecutione sancti ejusdem passagii, per sedem apostolicam septimanis singulis ad celebrandum deputa-C tas, neque populum ad orandum & subveniendum, prout per apostolicas litteras injunctum est, exhortando: ideo præcipit (4) distincte idem concilium, quod in præmissis diligenter de cætero curam adhibeant, si Dei & ipsius sedis apostolicæ effugere voluerint ultionem, exponendo pœnas & indulgentias concessas ipsi sancto passagio, & super hoc sæpius prædicando, per se vel per alios, & ad subveniendum salutaribus monitis exhortando. Legata quoque donata, & D alia emolumenta, quæ ex ordinatione apostolica debent dicto sancto passagio applicari, sollicite, fideliter, & curiose exigere non postponant, alia omnia dictum passagium (5) continentia, juxta litterarum apostolicarum super his directarum continentiam & tenorem (6)

VIII. *De instauratione fabricæ, librorum, & ornamentorum.*

Constitutionem super reparatione can-E cellorum & librorum ecclesiasticorum, alias in provinciali (7) synodo editam (quæ incipit: „ Statuimus quod „ abbates, & priores, & aliæ personæ „ ecclesiasticæ, quæ percipiunt majores „ decimas in ecclesiis parochialibus, „ compellantur ad restaurandum fabri„ cam, libros, & ornamenta, pro rata, „ pro qua percipiuntur in eisdem, juxta „ tamen consuetudinem & usum hactenus „ observatum) declarando: statuit præsens concilium, quod quoties alicujus cancelli imminebit reparatio facienda, si sit pecunia vel thesaurus penes thesaurarios ecclesiæ, vel quoscumque alios, ante omnia in reparatione hujusmodi expendantur. Si autem non sit thesaurus, & super hos sit aliqua consuetudo introducta, servetur; dummodo debite & legitime introducta sit. Si non sit pecunia vel thesaurus, vel consuetudo legitime introducta: ii qui recipiunt grossas decimas, pro partibus quibus recipiunt, ad reparationem hujusmodi teneantur. Et quia causæ hujusmodi celeritatem desiderant, procedatur summarie & de plano, ac sine strepitu, & judicii figura. Nihilo minus statuentes, quod quando cito de cætero imminebit reparatio facienda, ad manus diœcesanorum ponantur, arrestentur, & teneantur; & quicumque de cætero, post hujusmodi arrestum, scienter dictas decimas capere, seu de loco ad locum transferre præsumpserint, seu capi & arrestari mandaverint, aut procuraverint, nisi intra quindecim dierum spatium bona hujusmodi fuerint restituta, vel satisfactio pro eis impensa, post monitionem generalem, excommunicationis sententiam incurrent ipso facto: a qua non poterunt absolvi, nisi prout de aliis expressum est superius, restitutioneque prius facta de ablatis.

IX. *De parochis institutis per alios quam per diœcesanos.*

Porro quia aliqui plerumque in parochialibus ecclesiis instituuntur per alios, quam per diœcesanos, (8) sine auctoritate ipsorum: statuit idem concilium, quod quoties aliquem sic de cætero continget institui, idem institutus, infra quadraginta dies a tempore corporaliter adeptæ possessionis, (9) coram diœcesano seu ejus vicario comparere * personaliter, fidem facturus de-bi-

* *Deest*, debeat

(1) MSS. *destiterint,......amoverint.*
(2) Scil. Philippus VI. in Palæstinam. Verum cum Massiliam usque progressus fuisset, inde regressus est, ut Eduardo Anglorum regi bellum adversus ipsum paranti obsisteret.
(3) MS. Big. *se reddiderint plerumque negligentes.*
(4) MS. Becc. *districte.*
(5) Forte, *contingentia*, vel *concernentia.*
(6) Adde ex MSS. *exequantur.*
(7) An. 1279. can. 8.
(8) MS. Beccen. *seu auctoritatem.*
(9) MSS. *coram diœcesanis seu eorum vicariis comparere personaliter teneatur.*

ANNO CHRISTI 1335.

bitam de titulo, si quem habet in beneficio sic adepto, ac præstiturus diœcesano de & super obedientia, fidelitate, & residentia, & aliis consuetis, debitum & solitum juramentum: & ad hoc per locorum decanos, statim elapsis dictis quadraginta diebus, per captionem & detentionem fructuum & proventuum ecclesiæ, compellatur.

X. *Ut casus, in quibus incurritur excommunicatio, prima Dominica mensis in ecclesiis publicentur.*

Quia vero in multis articulis, variisque de causis, excommunicationis sententiæ, tam sacrorum cannnum, quam provincialium & synodalium constitutionum auctoritate, prolatæ sunt, quas plerumque laici & ignari incurrunt, ob hoc qnia constitutinnes hujusmodi minime publicantur, nnn sine multis periculis animarum: statuit præsens concilium, quod quilibet diœcesanus in sua synodo casus, de quibus ipsis videbitur; per quos quis generalium, provincialium, seu synodalium constitutionum auctoritate, potest excommunicatinnis sententiam incurrere, quovis modo diligenter exponat, & inter (1) consuetudines synodales inseri faciat & conscribi: & provincialibus * presbyteris injungat, ut recepta earumdem copia, hanc diligenter & intelligibiliter lingua materna exponant in suis ecclesiis prima Dominica cujuslibet mensis, ne populus subditus, (2) in causam crassæ ignorantiæ & supinæ, (3) in suarum animarum periculum, prolabatur.

* Corr. parochialibus.

XI. *Ut publice exponantur casus sedi apostolicæ & diœcesanis reservati.*

Quia etiam plerique religiosi, excommunicatos a canone, præterquam in casibus a jure permissis; aliqui etiam sæculares, sicut fide digna tenet assertio, a peccatis, quæ sibi in foro pœnitentiæ aperiuntur, frequenter absnlvunt, etiam in casibns sedi apostolicæ & diœcesanis specialiter reservatis, in hoc graviter delinquendo, & confitentes hujusmodi decipiendo, qui se, cum tamen non sint, reputant (4) a dictis omnibus absolutos; necnon religiosi aliqui excommunicatos a canone (præterquam in casibus a jure permissis, vel per privilegia eisdem concessa) vel a sententiis (5) quæ per statuta provincialia aut synodalia promulgantur, aut a pœna & culpa absolvunt, (6) excommunicationis, auctoritate constitutionis generalis concilii Viennensis, incurrendo sententiam ipso factn, seque & populum decipiendo catholicum, non sine gravibus periculis animarum. Ideo statuit præsens concilium, quod singuli diœcesani in suis synodis, & decani in suis capitulis, seu Kalendis, exponant casus dictæ sedi apostolicæ & diœcesanis specialiter reservatos, populum instruendo, quod de præmissis absnlvi non possunt, nisi per diœcesanos aut eorum pœnitentiarios, vel illns, quibus hoc specialiter dicti diœcesani duxerint concedendum. Et si qui religiosi vel sæculares asserant, sibi potestatem in dictis casibus per diœcesanum fuisse concessam: de ipsa, antequam ea utantur in aliqua parochia, teneantur curato illius parochiæ, per litteras potestatem hujusmodi continentes, facere prnmptam fidem: quas litteras præcipimus gratis eis exhiberi.

XII. *Ut rectores ecclesiarum sint favorabiles ordinibus medicantium.*

Eosdem tamen parochialium ecclesiarum rectores, aliasque personas ecclesiasticas provinciæ memoratæ, in Domino exhortamur, ut fratres Prædicatores, Minores, & aliorum mendicantium ordinum, cum ad eorum loca & monasteria accesserint, ipsis se exhibeant favorabiles & benignos.

XIII. *Ut hæc & alia provincialia statuta publicentur.*

Præcipit quoque, quod omnes diœcesani copiam hujusmodi constitutionum, & aliorum provincialium conciliorum recipiant, & in suis synodis frequenter publicare prncurent, & ea in suis civitatibus & diœcesibus faciant firmiter observari.

Actum in prnvinciali concilio, loco prædicto, die Lunæ post Nativitatem beatæ Mariæ virginis, cum continuatione dierum aliorum, anno Domini MCCCXXXV.

CON-

(1) MS. Beccen. *constitutiones*.
(2) MS. Bec. *causa crassæ ignorantiæ* &c. Bigot. *prætextu crassæ* &c. (3) MS. Bigot. *in devii periculum prolabatur*.
(4) MS. Big. *a dictis criminibus absolutos*. (5) Id MS. *per statuta promulgatis*.
(6) Id MS. *excommunicatos*.

CONCILIUM SALMANTICENSE

Celebratum Salmanticæ in ecclesia cathedrali, anno Christi MCCCXXXV. Præside D. Joanne archiepiscopo Compostellano.

Ex MS. sanctæ Ecclesiæ Toletanæ primum edidit Cardinalis de Aguirre.

TITULI DECRETORUM.

1. *De officio vicarii.*
2. *De appellationibus.*
3. *De vita & honestate clericorum.*
4. *De institutionibus.*
5. *De decimis.*
6. *De reliquiis & veneratione Sanctorum.*
7. *De observantia jejuniorum.*
8. *De immunitate Ecclesiarum.*
9. *De clandestino matrimonio.*
10. *De sanguinitate & affinitate.*
11. *De secundis nuptiis.*
12. *De Judæis & Sarracenis.*
13. *De raptoribus.*
14. *De usuris.*
15. *De sortilegis.*
16. *De pœnitentiis & remissionibus.*
17. *De sententia excommunicationis.*

PRÆFATIO.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

1. PAstores gregibus præponuntur, qui noctis observando vigilias super eos, a lupinæ mordacitatis rabie liberatos, in unius ovilis eosdem conservare studeant indissolubili unitate: ne dispersæ oves, in suis pestiferis pascuis voluptatum repentini morbi corruptela gravatæ, jacturæ subjaceant, & [a] visæ luporum edacitati voraci, iccirco se liberius exponendo, quantum se subtraxerint a pastoris studio vigilantis.

2. Ideo nos Joannes Dei & Apostolicæ sedis gratia sanctæ Compostellanæ ecclesiæ archiepiscopus, ac regni Legionis [a] Cancellarius, una cum reverendis in Christo patribus & dominis Sanctio Abulensi, Roderico Zamorensi, Laurentio Salmaticensi, Alphonso Cauriensi, Joanne Civitatensi, Bartholomæo Egitaniensi, Benedicto Palentinensi, & fratre Salvato Lamecensi, ecclesiarum episcopis, sanctæ Compostellanæ ecclesiæ suffraganeis, & nonnullis aliis procuratoribus, tam dominorum Ulixbonen. & Eboren. episcoporum ecclesiarum, [b] quorumdam aliorum capitulorum cathedralium ecclesiarum provinciæ Compostellanæ, in sancto provinciali concilio in ecclesia cathedrali Salmantina, disponente Domino, celebrato, ad laudem Dei & totius curiæ supernorum, nec non ad reformationem nostrorum, & correctionem debitam subditorum, & manutenendam ecclesiasticam libertatem, hæc unanimiter statuenda duximus quæ sequuntur.

3. Per spiritum Dominus Jesus Christus spirituales ad capiendos homines faciens [c] pastores, qui de lacu miseriæ, & de luto fæcis eductos, in divinorum conclusos retibus mandatorum, illi obedire faciant, cui servire est regnare: & qui in medio congregatorum, juxta præceptum evangelicum, consistentes ipsos, juxta statuta canonum ad concilium convenire, in quibus possint mitti retia capturæ, ad educendum hujusmodi multitudinem de hujusmodi voragine [d] curiosa Redemptoris hominum liberam servitutem. Eapropter cum ad expeditionem utilitatis publicæ, & ob eamdem ad concilium venientes plena debeant securitate gaudere; statuimus, ut si aliquis vel aliqui archiepiscopo, seu archidiaconis, vel abbatibus, aut aliis quibuscumque personis ecclesiasticis, vel eorum familiaribus, ad provinciale concilium vel synodos venientes, in veniendo, stando, vel redeundo, in personis aut in rebus injuriati fuerint, vel damna notabiliter intulerint, sint ipso facto excommunicationis sententia irretiti, & excommunicati, cum suis fautoribus, auxiliatoribus, & consiliariis; & per singulorum prælatorum diœceses tamdiu nuncientur, donec satisfactione præmissa, a suis diœcesanis meruerint absolutionis beneficium obtinere.

I. *De officio vicarii.*

4. Consentaneum rationi non putamus, quod in concilio pridie nobis relatum exstitit per nonnullos ecclesiasticorum, quod episcopi, prælati, decani, archidiaconi, & alii inferiores, de jure vel de consuetudine, vel statuto, jurisdictionem aliquam exercentes, vicarios seu aliquos officiales, vel alias personas, quæ debent eorum vices supplere, cognoscere, vel caussas ecclesiasticas terminare, constituunt peregrinas: beneficiatos in ecclesiis, quorum sunt episcopi, vel noscuntur dignitatem ratione aliqua obtinere, inhumaniter postponentes, in gravem totius diœcesis & ecclesiæ læsionem. Ideo sacro approbante concilio statuimus, ut episcopi, decani, archidiaconi, vel alii dignitates, vel personatus habentes, jurisdictionem ordinariam obtinentes, viros providos de gremio ecclesiæ cathedralis litterarum scientia præditos, si reperire potuerint, ad exercendum eorum vices, eligere teneantur. Qui cum ipsi fuerint absentes, vel præsentes, & sua jurisdictione uti non valuerint, istæ personæ sic electæ vices suas possint in omnibus exercere. Si vero extraneas personas, & non de gremio ecclesiæ, poterunt invenire, decernimus tales non esse ulterius admittendos.

5. Ceterum quia nonnulli vicarii seu officiales in petenda & exigenda cancellaria rationis metas excedere non verentur; sub pœna excommunicationis, ratione contumaciæ, decem; pro littera cum participantibus, quindecim; pro littera absolutionis, xx. denarios recipere valeant, & non plures. Pro litteris vero collationis, seu præsentationum beneficiorum, quilibet episcopus taliter [e] ordiri faciat in sua diœ-

[a] *sic.*

[b] *Deest*, quam.

[c] *Pro*, piscatores.

[d] *Tota hæc sententia mutila est & deformis, inquit Card. de Aguirre.*

[e] *Forte* ordinari.

diœcesi in prima synodo, quod vitetur vitimn simoniæ, & clerici ecclesiæ non graventur.

II. *De appellationibus*.

6. Congregato ad civitatem Salmantinam concilio, considentium relarionibus est probatum, quod nonnulli ecclesiarum prælati, episcopi, vel eorum vicarii, & alii inferiores jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, appellationibus legitimis minime deferentes, contra appellantes procedunt indebite, eorum personas capiendo, vel suis rebus exspoliando, vel aliter contra eos nequiter procedendo; eapropter volentes hujusmodi excessus remediis debitis obviare, ut pœnæ saltem surmidine deinceps a similibus arceantur: præsenti constitutione providendum inviolabiliter statuentes, quod si quis in judicio, vel extra, a sententia vel gravamine duxerit appellandum ex caussa probabili, quæ si vera esset, deberet legitima reputari; & episcopus pendente hujusmodi appellatione, appellantem ceperit vel capi mandaverit, seu bonis suis spoliaverit: sit ab ingressu ecclesiæ penitus interdictus. Et si inferior episcopo, qui dictum appellantem ceperit, vel capi mandaverit, seu spoliaverit, ut est dictum, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto.

7. Præcipimus etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, universis & singulis sanctæ Compostellanæ ecclesię suffraganeis, & eorum vicariis & officialibus, quibus appellationibus ad Compostellanam ecclesiam intimatis ex caussis probabilibus, quæ si verę essent, deberent legitimę reputari, deferant reverenter.

III. *De vita & honestate clericorum*.

8. Ut verbera patris, & ubera matris habens mater ecclesia, sic corripit filios delinquentes, ut correctos consolationis reficiat ubertate: [a] virgæ passim parceretur, filios videntur odisse; cum eos propriæ relinquentes libertati, curam negligunt eorumdem. Quia Dominus tunc vehementius est iratus, cum delinquentes monita respuunt præsidentis. Quia quos diligit, corripit & castigat, ut castigatos uberiori gratia prosequatur.

9. Idenque attendentes (quamquam per dominum fratrem Berengarium fuerit non tam provide quam salubriter constitutum, quod clerici publici concubinarii certas incurrant privationes & pœnas, juxta tenorem constitutionis quæ incipit: *Quamvis contra clericos publicos concubinarios multa hactenus emanaverint constituta: & non fuerint plenarie observata*;) statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus universis & singulis prælatis provinciæ Compostellanæ, ut supradictam constitutionem in supradictos hujusmodi clericos publicos concubinarios, & eorum publicas concubinas, faciant exsecutioni debitæ demandari: adjicientes, ut quicumque ecclesiarum Pastores concubinas publicas clericorum elapsis monitionibus in prædicta constitutione contentis, in eorum ecclesiis faciendis, ecclesiasticæ tradiderint sepulturæ, in excommunicationis sententiam incidant ipso facto.

10. Omnes quoque, cujuscumque sexus, conditionis, aut status exstiterint, qui tali nefandæ sepulturæ interessa præsumpserint, excommunicationis sententiæ decernimus subjacera; & tales supradictos per loca diœcesis minime absolvendos, donec quinquaginta morapetinos usualis monetæ persolverint, cathedrali ecclesię applicandos.

IV. *De institutionibus*.

11. Quoniam indissolubilem veritatem ecclesiæ per incisum vestimentum Domini salubriter designatam illi cognoscantur incidere, qui adversus suæ matris ecclesiæ ubera recalcitrantes nequiter ecclesias de laicorum manibus, contra sacrorum instituta canonum, recipere moliuntur; sacro approbante concilio, decernimus clericos quoscumque, ecclesias seu ecclesiastica beneficia, aut claves earum, vel domos ipsarum, temeritate propria recipientes de manu laicorum, ipso facto [b] excommunicationis competebat; ac reddantur inhabiles ea vice eadem beneficia obtinendi [c] & sic a patronis eorumdem beneficiorum, seu aliorum concorditer præsententur.

V. *De decimis*.

12. Cum [d] parate ministrorum Dei, turba æmula laicorum, quæ ecclesiæ sæpius inquiescit, timorem ante oculos suos non proponens, cônsecrata Domino exsecrabilibus conatibus sibi in prædam detrahant & rapinam; suis reverendis patribus & ministris pro dilectione odium & injurias [e] tam frenetica reddens pro ministerio salutari: ut tantis injuriis obsequia resistatur, quia valde iniquum & ingens sacrilegium est quidquid vel pro remedio peccatorum, vel pro salute aut requie animarum unusquisque...... ecclesiæ contulerit, aut reliquerit, ab his, a quibus maxime servari convenit, Christianis, in alios transferri vel converti; non sine gravi turbatione referimus, quod nonnulli iniquitatis filii decimas, oblationes, & alia bona ecclesiarum pręsumunt auctoritate propria damnabiliter occupare. Idcirco statuimus, ut quicumque decimas, oblationes, & alia bona ecclesiarum auctoritate propria capere, confiscare, invadere, seu quomodolibet indebite occupare pręsumpserit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, a qua nisi satisfactione pręmissa, minime absolvatur. Mandantes insuper quod prelati constitutionem felicis recordationis [f] Fe. Papę V. quę incipit, *Religiosi*, faciant publicari diebus Dominicis, & festivis.

13. Quoniam nonnulli laici avaritię nexibus exempti, in solutione decimarum se exhibent, in suarum animarum periculum, negligentes, variasque fraudes in proprię salutis damnatione reciprocas &.... cautelas contra jura, in non modicum ecclesiarum dispendium, conficere moliuntur, ut decimas integre non persolvant: non advertentes quod scriptum est: Quia non mihi reddidistis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria vos maledicti estis, & pro decimis & primitiis quę petierunt ut a vobis darentur, ubertatem pagorum vestrorum, & omnem frugum abundantiam perdidistis.

14. Quapropter statuimus, ut decimarum solutionem possit ab eodem exigere, cum in sancta Dei evangelia [g] exigitur juramentum. Quodque idem suspectus omni excusatione postposita, eum exactum fuerit, teneatur, quod de omnibus, de quibus Deus omnipotens, in signum

a Forte deest, quia parentes, si.
b Forte excommunicationi subjaceant.
c Pro, etsi.
d Forte, partem.
e Forte, gens phrenetica.
f Pro, Clem.
Malach. 3. 9.
g Locus corruptus.

ANNO CHRISTI 1335.

gnum sui universalis dominii, dari decimam ordinavit, vel jura ipsum ad dandum adstringunt, decimam persolvat integre absque fraude. Quod si juramentum hujusmodi subire noluerit (ut pręmittitur) requisitus, tamdiu excommunicatus publice nuncietur per ecclesiarum rectores, quousque dictum subeat juramentum, vel solvat decimam integre.

15. Intelleximus fide dignorum relatione, quod nonnulli pręedia excolentes in certis parochiis, constitutam ecclesiam parochialem, ad quam decimę prędiorum exspectare de jure noscuntur, enormiter lędunt, per subtractionem debitarum decimarum, alterius parochię se contra constitutionem Cardinalis legati parochianos faciendi, interdum quorumdam locorum vicinos, in quibus locis (ut asseritur) de consuetudine reproba observatur, quod vicini illorum locorum duas partes decimę ecclesię illi solvant, cujus sunt noviter facti parochiani; quamquam prędia ex quibus decimę proveniunt, in alia parochia, cujus parochiani prius erant, situati noscantur.

16. Cum ergo decimę ecclesię debeantur illi, in cujus parochia prędia excoluntur, nisi ab alia ecclesia per prescriptionem debitam sint subtractæ, præsenti decreto sancimus, quod qui semel alicujus ecclesiæ parochianus fuerit, alterius fieri non possit, nisi domicilium totaliter in alterius parochiam transferendo: & tunc personales decimas illi solvere teneatur ecclesiæ, in qua receperit ecclesiastica sacramenta; prædiales vero solvat illi, in cujus parochia sunt prædia situata: nisi aliud de consuetudine præscripta legitime observetur.

VI. *De Reliquiis & veneratione sanctorum.*

17. Cum deceat domum Domini sanctitudo, & expediat ornamenta ecclesiastica munda esse, statuimus, ut prælati & ceteri, quibus visitationis officium competit, de consuetudine vel de jure, in visitando adhibeant diligentiam, ad quam de jure tenentur. Specialiter quod clerici ecclesiarum rectores mundas teneant ecclesias & ecclesiastica ornamenta: & quod sanctissimum Corpus Christi, crisma, sanctum oleum catechumenorum & infirmorum, aras, corporalia, cruces, calices, & patenas faciant sub fideli custodia observari. Quod si ecclesiarum rectores hæc facere negligenter omiserint, per suos visitatores pœna arbitraria castigentur.

18. Præsenti etiam constitutione sancimus, quod universi & singuli rectores provinciæ Compostellanæ a suis diœcesanis annis singulis recipiant novum chrisma, vel ab aliis, qui illud ex officio tenentur distribuere, postulent & requirant: & utantur eo, prius veteri concremato: alioquin utentes veteri chrismate in baptismo, ipso facto per sex menses a perceptione beneficii, negligentes vero in petendo per tres menses, ab officio fiant suspensi.

19. Cum inter cetera sacramentum Eucharistiæ sit a cunctis fidelibus præcipue venerandum; & ad nos relatione pervenerit fide digna, quod in multis partibus provinciæ Compostellanæ, quando aliquis infirmatur, & petit sibi sacramentum Eucharistiæ ministrari, quod rector, sive sacerdos, qui portat sanctissimum Christi Corpus, in portando debitam devotionem & reverentiam non observat: ideirco statuimus, quod quandocumque contigerit hujusmodi sacramentum alicui ministrari, quod sacerdos indutus saltem superpellicio mundo, & ad collum orarium deferendo, velamine etiam mundo supra calicem posito honorifice, ante pectus deferat cum omni reverentia, & cum cruce, lumine præcedente, alteroque campanę sonitum faciente, ut ex hoc apud fideles major devotio augeatur. Quod si secus facere pręsumpserit, condemnamus ipsum ex nunc, quod solvat pro fabrica cathedralis ecclesiæ sexaginta solidos usualis monetæ. Ceterum, ut hujusmodi debita reverentia cum devotione & affectione assidua observetur, universis & singulis Christi fidelibus associantibus sanctum Christi Corpus cum ducitur ad infirmos, quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis in Domino relaxamus.

20. Alma mater ecclesia, gloriosissimi Domini nostri Jesu Christi in suis Sanctis, & in majestate admirabili sacra vestigia prosequens, & exemplo ducta laudabili, egregios doctores quatuor duxit venerabiliter honorandos, & eorum festivitates sub officio duplici per universas orbis ecclesias [a] celebrandos. Nos igitur ejusdem matris vestigiis inhærentes, attendentes quod egregius doctor beatus Isidorus, de Hispania oriundus, & Hispalensis archiepiscopus, ipsam matrem ecclesiam multipliciter suis sacris scripturis & eloquiis decoravit, & quod ejus sacrum corpus in partibus Hispaniæ, scilicet in civitate Legionis, reconditum [b] observatur, prout ejus merita totam Hispaniam, specialiter terras domini Regis Castellæ & Legionis, credimus multifarie liberari; statuimus & ordinamus, ut festivitatem ipsius beati Isidori confessoris & doctoris per universas ecclesias nostræ provincię annis singulis perpetuis futuris temporibus similiter celebretur: & hoc idem de beatissimo Ildephonso Toletano archiepiscopo pręcipimus observari.

VII. *De observantia jejuniorum.*

21. Cum Quadragesimę sacrum jejunium sit quasi totius anni decima dierum, & omnipotenti Deo decimas omnium bonorum nostrorum * jubemur: & quorumdam ingluvies ad tantum in sacro tempore prosiluit, quod non solum jejunare non novit, verum etiam a carnibus non cessare non erubuit: ea propter hæc præsenti approbatione concilii duximus statuendum, quod nulla utriusque sexus persona, postquam ad annos discretionis pervenerit, carnes comedat, nisi sit ægritudinis necessitate vel famis inedia constituta: alioquin scienter, vel negligentia * sapienti, vel crassa, constitutionis hujusmodi transgressores sententiam excommunicationis incurrant.

22. Hoc idem de Quatuor temporibus ducimus statuendum. Vendentes vero vel ementes publice carnes temporibus supradictis, sint ipso facto sententia excommunicationis irretiti. Præsentem nempe constitutionem in conciliis synodalibus annuatim episcopis & rectoribus ecclesiarum in suis ecclesiis, quater saltem in anno, jubemus in virtute sanctæ obedientiæ publicare.

VIII. *De immunitate ecclesiarum.*

23. Pervenit ad nos, quod multi viri, tam ecclesiastici quam etiam sæculares, immunitatem ecclesiasticam violantes, confugientes ad ecclesias vel cœmeteria ibidem capere & ligare

vin-

a *Forte*, celebrando.

b *Forte*, asservatur, perque ejus.

* *Deest*, offerre, *vel* solvere.

* *Forte*, supina.

ANNO CHRISTI 1335.

vinculis non verentur: non attendentes, quod sancta mater ecclesia camdem confugientibus immunitatem præstat, nisi publicus latro fuerit, vel notocius depopulator agrorum, vel immunitas ecclesiæ fuerit fracta.

24. Et propterea præsenti concilio duximus statuendum, quod nulla clericalis vel sæcularis persona ad ecclesiam confugientem inde extrahere studeat, aut ibidem captum detinere, vel aliter, inclusum, nisi in casibus supradictis * de quibus prius fidem, ecclesiastico judici, loci Ordinario, vel ejus vicario, omnino jubemus. Alioquin tam capientes, retinentes, custodientes, & mandantes in aliquo istorum casuum sententiam excommunicationis incurrant: a qua eos absolvi nequaquam volumus, nisi prius ecclesiæ vel personæ de sacrilegio & injuriis satisfaciant competenter.

* Deest, fecerit.

25. Ne ad arboris radicem securis nostri judicii posita, permittat nociva & pestifera * subcrescere, germinaque per præcipitem & audacem tenacitatem multorum in aliorum innocentium damna & scandala contra libertatem ecclesiasticam crescunt, sublimius & damnosius dilatantur: hine est, quod nonnulli pestiferi palmites libertatem ecclesiasticam, nunc ipsarum ecclesiarum violatione, nuoc vero earum detestabili incendio, infringere moliuntur. Proinde tales criminatores volentes persequi, ut tenemur, eorum horrendam malitiam detestantes, statuimus, ut prælati & ecclesiarum rectores, hujusmodi incendiarios, vel violatores ecclesiarum, moneant, ut ecclesiis & personis, quibus incendia & damna hujusmodi intulerunt, plene satisfaciant, corrigant, & emendent, ut absolutionem excommunicationis, quam ipso facto incurrerunt, obtineant, ut tenentur. Quod si moniti facere neglexerint, eos quos eisdem constiterit fore propter prædictum excommunicationis vinculum, mandantes faciant excommunicatos publice nunciari, ac etiam evitari; donec congrue satisfaciant, ut est dictum, & cum litteris suorum diœcesanorum rei veritatem continentibus applicasse conspectum ræpræsentent.

* Forte, subcrescere germina, quæ per.

Hic deest aliquid.

26. Relatum est sacro provinciali concilio per nonnullos, quod aliqui judices, & alii tenentes in Compostellana provincia dominium temporale, clericos capiunt, vel capi faciunt tonsuratos in casibus a jure eisdem non concessis, eos suis oppressionibus, catenis, seu carceribus mancipantes: nonnulli commendatarii seu carcerarii ab eisdem clericis sic carceratis extorquent pecunias & alias res temporales indebite & injuste, in derogationem non modicam ecclesiasticæ libertatis.

27. Ideoque præsenti constitutione sancimus, ut nullus judex, seu quævis alia sæcularis persona, clericum capiat deferentem tonsuram & habitum clericalem, nisi in facinore repertum, ut non fugiat, & tunc ipsum curiæ ecclesiasticæ tradere teneatur; ita quod carceribus seu prisionibus sæcularibus minime mancipetur. Alioquin capientes, mandantes, & ab eisdem clericis aliquid ratione carceris exigentes, tamdiu excommunicati publice nuncientur & evitentur, quousque sic captum curiæ ecclesiasticæ restituerint, & ablata.

28. Sedula nostræ speculationis obsequia, & fidelia constantiæ merita, quæ sancta mater ecclesia procellosis pressa turbinibus sibi sentire debet adesse pro recipiendo robore pacifico sui status, cum contra ipsam nunc fortius inardescat dolosa calliditas plurimorum, tanto spirituali potentiæ indefessum contra . . . . hujusmodi dolosas machinantes debent ferventius excitari, ut sibi tam patenter quam viriliter assistamus, quanto ipsam persecutorum vehementius infestant jacula & perturbant. Sane in sancto provinciali concilio per quamplurimos est perlatum, quorumdam horrenda malitia & abominabilis nefanda superbia, qui Dei timore postposito, non solum personas privilegio ecclesiastico decoratas invadere non formidant; verum & jurisdictionem ecclesiasticam spiritualem & temporalem, vel earum alteram, vel ecclesiæ dominium temporale, in Compostellana provincia occupare & perturbare modis plurimis moliuntur.

29. Verum quia * commoventibus oculis hoc sine animarum periculo non possumus præterire, quia facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi; & ideo quos Dei timor a malo non revocat, spiritualis saltem pœna a peccato debet cohibere; præsenti constitutione sancimus, ut quicumque jurisdictionem ecclesiasticam, spiritualem seu temporalem, vel dominium ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, a jure, consuetudine, vel privilegio speciali, eisdem, vel eorum cuilibet competentia, occupare, impedire, vel perturbare præsumpserint, seu aliter quomodolibet mandare consilium vel auxilium facientibus dederint, si personæ fuerint singulares, eo ipso sententiam excommunicationis; si vero collegium vel universitas, civitates, castra seu loci alterius cujuscumque, ipsa civitas, castrum, vel locus, interdicti incurrant sententiam ipso facto.

* Forte, conniventibus.

30. Ceterum, quoniam una sancta est mater ecclesia Christi sponsa, & iden excommunicatus in una ecclesia in omnibus aliis excommunicatus debet censeri; & qui partem lædit, totum corpus lædere videtur; ideo statuimus; ut quicumque Episcoporum Compostellanæ provinciæ fuerit per alterum requisitus, ut tales occupatores seu violatores ecclesiasticæ jurisdictionis excommunicatos vel interdictos faciat publice denunciari. Et si non fecerit post biduum a requisitionis tempore, post unum mensem continuum ab officio sacerdotali sit penitus interdictus.

IX. *De clandestino matrimonio*.

31. Quoniam clandestina matrimonia sunt a jure & SS. Patrum constitutionibus reprobata; & multi hoc non obstante, sequentes potius voluntatem quam judicium rationis, in gradibus constitutione canonica interdictis contrahere non verentur; præsenti constitutione duximus statuendum, ut contrahentes clandestina scienter in gradu prohibito, præter excommunicationem, quam incurrunt ipso jure, & presbyter ac etiam testes, qui tali clandestino matrimonio suam præsentiam exhibent, centum morapetinos usualis monetæ episcopo loci solvere teneantur. Vannia autem in Jure contenta fieri volumus isto modo: quod contrahentes vel veniant ad ecclesiam, vel * ecclesiam foris ipsius, videlicet in Missa, aut debita hora missæ ibidem populo congregato, prædicta vannia, ut est juris, per presbyterum publicentur.

* Locus corruptus.

X. *De consanguinitate & affinitate*.

32. Cum felicis recordationis Papa Clemens V. provide decrevisset in concilio Viennensi, eos

ANNO CHRISTI 1331.

eos qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus matrimonialiter contrahere non verentur; necnon religiosos & moniales, aut clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, subjacere excommunicationis sententiæ ipso facto: & prælati circa ejusdem constitutionis publicationem fuerint hactenus negligentes: statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, ut in cathedralibus & parochialibus ecclesiis, in quatuor anni festivitatibus præcipuis, & diebus Dominicis totius Quadragesimæ, dictam generalia concilii constitutionem faciant publicari.

XI. *De secundis nuptiis.*

33. Inter cetera quæ officio prælatorum incumbunt, hoc præcipue desideratur & quæritur, ut subditorum, maxime ecclesiarum rectorum, ignorantia, quæ mater cunctorum errorum esse dignoscitur, eorum vigilantia propellatur. Sane quia certo didicimus, quod plerique simplices clerici & rectores quandoque per Juris ignorantiam secundas nuptias benedicunt; non attendentes, quod sacramentum hujusmodi iterari non licet, & sic de facili corruunt in errorem; proinde statuimus, quod prælati in suis diœcesibus, in virtute sanctæ obedientiæ, capitula *De secundis nuptiis minime benedicendis*, quæ incipiunt: *Capitularium*, &: *Capitulum autem*, super hoc sanctis a patribus edita, faciant publicari.

XII. *De Judæis & Sarracenis.*

34. Quia imprævisis jaculis homo sæpe percutitur, quæ si fuissent prævisa, vel potuissent vitari vel levius sustineri; quibus expedit in processibus initiis opportunis remediis subveniri, ne amplius cum multorum scandalo in suarum animarum periculum damnosius invalescant: ea propter detestabilem quorumdam Christianorum abusum, qui Hebræos & Sarracenos in firmitatibus suis, & nonnumquam in convalescentia, pro suorum corporum cura advocant, & ab eisdem medicinas recipiunt; non attendentes ipsorum malitiam, quæ sub velamine chirurgiæ & medicinæ callide insidiantur, & nocent populo Christiano volentes pro viribus exstirpare; statuimus, ut nullus Christianus, clericus vel laicus, in infirmitatibus, vel etiam convalescentia, aliquando Sarracenum seu Hebræum vocet, ut ab eis medicinam recipiat.

35. Qui vero contra præmissa, seu præmissorum aliquid attentare præsumpserit, per diœcesanum, vel ejus vicarium, ab introitu ecclesiæ & communione fidelium arceatur: & si infidelis fidelis filium nutriverit, seu lactaverit, vel fidelis infideli ut mancipium famuletur, seu * familiariter scripserit, in excommunicationis sententiam ipso facto incidant.

* Forte, famulariter servierit.

36. Quoniam Moyses legislator, prout sacra narrat historia, innocentes jussit, ne appropinquarent tabernaculis peccatorum; ex quo profecto monstratur, quod illis infidelibus mentis & corporis non debemus appropinquare * concessu, quia Deum in suis fidelibus provocare multipliciter injuriis non verentur. Sane ex fide digna fideli insinuatione percepimus, quod Judæis, sive Sarracenis, non sine gravi divinæ majestatis offensa, & Christianorum scandalo scrupoloso, domos, ad habitandum continue circa ecclesias, ipsarumque cœmeteria indecenter conducuntur. Et propter hoc volentes circa præmissa salubre remedium adhibere; statuimus, quod nullus de cetero Hebræus vel Sarracenus, vel quicumque alius a fide catholica alienus, in domibus seu hospitiis ecclesiæ ipsius, aut cœmeteriis contiguis inhabitare præsumat aliqua ratione; nec Christiani eisdem infidelibus dictas domos conducant, seu conduci faciant ullo modo. Alioquin hujusmodi conducentes supradictis infidelibus domos contiguas ecclesiis vel cœmeteriis, ut est dictum, incurrant excommunicationis sententiam ipso facto.

* Forte, consessu.

XIII. *De raptoribus.*

37. Secundum utriusque Juris statuta, animalia quibus aratur terra, & semina portantur ad agrum, congrua debent securitate lætari. Idcirco statuimus, ut laici injuste auctoritate propria prædia, animalia, seu alia quæcumque ad hujusmodi, seu alia ruralia officia deputata, pignorare, deprædare, seu intervadere injuste præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, donec satisfactione præmissa, absolutionis beneficium assequi mereantur.

XIV. *De usuris.*

38. Quoniam nonnulli avaritiæ caussa turpia lucra sectantes, obliti divini præcepti, quo dictum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, impelli publice in usurarum voraginem non verentur, non attendentes, quoniam usurarum crimen utriusque Testamenti pagina detestatur; statuit hoc sanctum concilium, omnes & singulos qui de cetero manifeste usuras exercuerint, ipso facto excommunicationis sententiæ subjacere. Ac sub obtestatione divini judicii prælatos teneri ad faciendum eosdem usurarios manifestos publice nunciari excommunicatos per suas diœceses diebus Dominicis & festis.

XV. *De sortilegiis.*

39. Firmitate ineffabili est tenendum, juxta canonica instituta, quod omnis inquisitio & omnis conjuratio, quæ a divinis & magicis, vel ipsorum dæmonibus, in idolorum cultum expetitur, mors dicenda potius, quam * & qui eam sectantur, si se non correxerint, ad æternam damnationem tendunt. Ideo præsenti constitutione firmiter inhibemus, ne aliqui ad sortilegos, maleficos, incantatores, divinatores, ab eis super suis, vel aliorum actibus consilium petere, vel eamdem ignominiosam artem quomodolibet exercere præsumant: alioquin contra facientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Prælati vero, prædicatores verbi Dei, in suis sermonibus auguria dissuadeant omnibus Christianis.

* Hic aliquid deesse videtur.

XVI. *De pœnitentiis & remissionibus.*

40. Cum ad necessitatem salutis pertineat sacramentorum perceptio, ubi potest recipi, & contemptus mortem ingerat animarum; præsenti constitutione sancimus, quod rectores ecclesiarum parvulos natos baptizare non negligant, quam cito commode fieri poterit, & infirmis petentibus Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Unctionis sacramenta præstare. Alioquin

ANNO CHRISTI 1335.

quin si per eorum culpam vel negligentiam supradicti decesserint sacramentis hujusmodi non receptis, eo ipso presbyter officio perpetuo & beneficio sit privatus.

41. Ceterum parochiales presbyteri quater in anno in suis ecclesiis notificare publice sint adstricti, quod omnes fideles Christi tenentur peccata sua omnia confiteri, & suscipere reverenter, saltem in Pascha, Eucharistiæ sacramentum: ad hoc faciendum crebris admonitionibus eos inducant. Quod si non fecerint impedimento cessante, viventes sine scandalo * fieri poterit, ad ecclesiam non admittant, & morientibus denegent ecclesiasticam sepulturam. Sane parochialibus, qui de plebis cura tenentur episcopis rationem reddere, inhibemus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, ut omnium parochianorum suorum nomina in uno libro scribere teneantur: ut saltem visitationis tempore possint suo episcopo intimare illos, qui sacramenta recipere noluerint, ut per ipsum episcopum arctius puniantur. Volumus insuper & mandamus, ut quicumque parochianus alias fuerit infirmatus, mox a proprio visitetur rectore, & invitetur ab eo ad confessionem & pœnitentiam, & ad perceptionem Corporis Christi, & recipiendam ultimam Unctionem, & ad confectionem testamenti, si viderit expedire.

* Forte, si fieri.

42. Cum non solum pœnitentia verbalis, & præcedente contritione legitima, sit necessaria ad salutem animarum, verum & exterior satisfactio, si fieri potest, est necessario adhibenda; sane per indulgentias quæ fiunt per episcopos vere pœnitentibus & confessis, pœnitentia quampluriter enervatur, & humana fragilitas ad peccandum semper prona facile labitur ad delicta, cum & justus septies cadat in die; idcirco remedia aliqua sunt adhibenda, quibus mediantibus animæ * non pereant, sed a morte convalescant: de communi consilio & assensu omnium in sancto provinciali concilio præsentium, præsenti decreto duximus statuendum, ut metropolitani ecclesiæ Compostellanæ, quoties viderint expedire, suis propriis, & suorum suffraganeorum subditis, duodecim quadragenas Indulgentiarum possint confessis * vere petentibus indulgere. Et hoc idem per omnia in quolibet Compostellanæ ecclesiæ suffraganeo volumus observari.

* Forte, non pereant.

* Forte, vere pœnitentibus

XVII. *De sententia excommunicationis.*

ANNO CHRISTI 1335.

43. Cum medicinalis excommunicationis sagitta sanatorum adhibeatur vulneribus, ac in peccatis plaga pia persecutione sanetur; ut post remedia salutis obtenta illi admittantur intra maternæ viscera pietatis, qui exigentibus suis culpis ab eisdem fuerant longius separati; sane non sine mentis turbatione referimus, quod iniquitatis filii, & Beelzebub, * charitate instigni, excommunicationis, suspensionis, seu interdicti, seu anathematis sententias, quæ pro corrigendis excessibus a prælatis ecclesiarum contra rebelles, & inobedientes, vel aliter incorrigibiles promulgantur, per se vel per alios impediunt ne prodeant in publicum: quare crimina impunita remanent, dum censuræ ecclesiasticæ non paretur. Qua propter præsenti decernimus sanctione, omnes & singulos utriusque sexus, qui potenter & malitiose sententias prælatorum provinciæ Compostellanæ contra suos subditos latas, per se vel per alium ne publicentur impedierint, excommunicationis sententiæ subjacere.

* Forte, concitare.

44. Nimiam caussam ignorantiæ præcidere volentes, statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quod episcopi sanctæ Compostellanæ ecclesiæ suffraganei supradictas constitutiones infra unius mensis spatium sub sigillo nostro habeant illas; quas in prima sequenti synodo, & deinde in suis synodis annuatim, faciant publicari.

45. Lectæ & publicatæ fuerunt supradictæ constitutiones in ecclesia cathedrali civitatis Salmanticæ XXIV. die mensis Maji, anno Domini millesimo trecentesimo [a] quinto, præsentibus sic supradicto reverendo patre & Domino D. Joanne archiepiscopo Compostellano, ac etiam dominis Laurentio Salmantino, [b] reverendo sanctæ Lamecen. ecclesiarum episcopis. Ac etiam Petro Didaci de Frastamara ..... de Regina, Joanne Sancii de Cerrato, Didaeo Lupi de Ledesma, Sancio Lupi de Majarcho, & Belasco [c] major procurator domini episcopi [d] Elbren. & multis aliis, tam clericis quam laicis, probis viris.

46. Et ego Ferdinandus Gundisalvi de Caldas, portionarius Compostellanus [e] publicus ecclesiæ, Apostolica auctoritate lectioni & publicationi supradictarum constitutionum præsens fui; & scribi feci, & mandato suprascriptorum dominorum archiepiscopi & episcoporum me subscripsi cum solito signo meo. Et ad majorem certitudinem mandavit dictus dominus archiepiscopus dictas constitutiones sigilli sui munimine roborari.

a *Deest*, tricesimo.

b *Hic desunt aliorum episcoporum nomina.*

c *Pro*, majore procuratore.

d *Pro*, Eboren.

e *Forte deest*, notarius.

Ex Cossartii Append. t. 11.

CONCILIUM BITURICENSE

A Fulcrando archiepiscopo, cum suffragaoeis celebratum, 16. Kal. Novemb. anno Dom. MCCCXXXVI.

TITULI STATUTORUM.

1. *Ut religiosi servent decretales, quæ ipsos spectant.*
2. *De clericis conjugatis dimittentibus habitum & tonsuram.*
3. *Ut sacerdotes bis aut ter in mense celebrent.*
4. *Ut religiosi & alii ecclesiastici abstineant a mercimoniis.*
5. *Ut servetur cap.* Statutum *in 6. de rescriptis.*
6. *Ut moniales non comedant aut bibant extra monasteria.*
7. *Ut clerici & religiosi in curiis sæcularibus non advocent ecclesiasticos.*
8. *De religiosis extra religionem morantibus.*
9. *De litteris* derogamus, *aut* in juris subsidium.
10. *Ne religiosi & clerici teneant focarias.*
11. *Ne ecclesiastici ecclesiasticos ad judicium evocent sæculare.*
12. *Contra violantes ecclesiasticam jurisdictionem & libertatem.*
13. *A quibus absolvi possint turbatores libertatis & jurisdictionis ecclesiasticæ.*
14. *Ut hæc statuta publicentur, & sacerdotes curati eorum copiam habeant.*

PRÆFATIO.

NOS Fulcrandus Dei gratia Bituricensis archiepiscopus una cum venerabilibus fratribus & suffraganeis nostris R. Lemovicansi, B. Caturcensi, A. Tutalansi, gratia ajusdam episcopis, Bituricensa concilium provinciale tenentes, & prædecessorum nostrorum Bituricensium archiepiscoporum vastigia prosequentes, constitutiones & statuta per ipsos prædecessores nostros retroactis temporibus in suis provincialibus conciliis edita & salubriter ordinata, ne quis prætextu tardæ publicationis eorum, forte aredecat aa in consuetudinem * abiissa, & ne qui prætextu ignorantiæ, observantiæ ipsorum se valeat excusare, una cum dictis nostris suffraganeis, de voluntata totius concilii pariter & assensu, innovamus, approbamus, & ea perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter observari volumus & mandamus; quædam alia statuta, ad utilitatem, pacem, & tranquillitatam totius provinaiæ, da novo salubriter ordinamus.

* Corr. desuetudinem.

STATUTA.

I. *Ut religiosi servent decretales, quæ ipsos spectant.*

IN primis statuimus, præcipimus, & ordinamus, quod religiosi, cujuscumque status fuerint, capitulum *Ne in agro*, & alias decretales editas super regularibus institutis, & constitutiooes, inviolabiliter custodiant & observeot: vel A contra eos procedemus taliter, quod cæteris cedet in exemplum. Circa quorum statutum & reformationem aliter procederemus: sed quia iotelleximus per nonnullos dignos fide, quod sufficieoter per sanctissimum patrem & domioum nostrum, dominum papam Benedictum XII. ordinatum est, supersedimus quantum est de præsenti.

Clem. de statu monac.

B II. *De clericis conjugatis dimittentibus habitum & tonsuram.*

Cæterum ordinamus de clericis conjugatis dimitteotibus in fraudem habitum & tonsuram, quod taliter puniantur per suos ordinarios, quod in posterum talia non committaot.

III. *Ut sacerdotes bis aut ter in mense celebrent.*

C Porro sacerdotes curam habentes animarum, bis aut semel ad minus Missas celebrent in mense quolibet, ubicumque fuerint, sin autem, superiorum arbitrio graviter puniantur, nisi per causam necessariam excusentur.

IV. *Ut religiosi & alii ecclesiastici abstineant a mercimoniis.*

D Rursus religiosi, sacerdotes, & alii in sacris ordinibus coostituti, præsertim sufficieoter beneficiati, a mercimoniis, & mercaturis, & aliis sæcularibus negotiis abstioeant, sub pœna excommunicatioois.

V. *Ut servetur cap.* Statutum *in 6. de rescriptis.*

E Insuper prohibemus, ne conventus, collegia, vel quæcumque persooæ singulares, litteris apostolicis abutantur: potissime ne adversarios suos in ecclesiam trahant quoquo modo, quocumque colore, contra tenorem illius constitutionis, *Statutum*, libro sexto, titulo de rescriptis. Si qui vero contra fecerint: tum * in partes, si sint collegia vel conventus, suspensioois, in siogulares ve-

ANNO CHRISTI 1336. vero personas, judices, & consiliarios, A si scienter & malitiose fecerint, excommunicationis sententiam proferimus in his scriptis, pœnis in dicto capitulo contentis, in suo robore valituris.

VI. *Ut moniales non comedant aut bibant extra monasteria.*

Præterea ordinamus, quod moniales non comedant nec bibant extra septa monasteriorum seu prioratum suorum, sive sint civitates, villæ, burgi, suburbia: nisi necessitas immineat, aut de B licentia superioris: alias contra ipsas, & earum majores seu superiores, durissime procedemus.

VII. *Ut clerici & religiosi in curiis secularibus non advocent contra ecclesiasticos.*

Sane quod promoti in sacris, & alii beneficiati, & religiosi, in curiis sæcularibus non advocent publice vel occulte contra ecclesiam aliquam, aut perso- C nam ecclesiasticam, nisi pro ecclesia aut alia persona ecclesiastica, seu aliis casibus a jure permissis; si vero contra fecerint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.

VIII. *De religiosis extra religionem morantibus.*

Item declaramus, prælatos, religiosos & religiosas recipientes actu expresse, quod post receptionem morentur, usque D ad certum tempus extra religionem sumptibus amicorum, fore simoniacos, & tamquam simoniacos puniendos.

IX. *De litteris* derogamus, *aut* in juris subsidium.

Siquidem præcipimus, quod unus officialis alterius, litteras *derogamus*, aut *in juris subsidium*, tam in civilibus, quam in criminalibus casibus, recipiat & exequatur. Quod si scienter aut maliotiose denegaverit, ingressum ecclesiæ E per mensem sibi noverit interdictum. Per abusionem vero vel falsitatem litteras, *derogamus*, aut, *in juris subsidium*, per se aut per alium impetrantes, si usi fuerint hujus concilii auctoritate, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.

X. *Ne religiosi & clerici teneant focarias.* ANNO CHRISTI 1336.

Item excommunicamus omnes sacerdotes, religiosos & clericos quoscumque, qui focarias vel alias mulieres, de quibus mala suspicio possit oriri, in domibus propriis vel alibi, unde populus & ecclesia scandalizentur, duxerit retinendas.

XI. *Ne ecclesiastici ecclesiasticos ad judicium evocent saculare.*

Præsertim juribus statutis antiquis inhærere volentes, prohibemus, ne persona ecclesiastica aliam personam ecclesiasticam clericaliter viventem, pro aliquo crimine ad judicium evocet sæculare, vel evocari procuret clam vel palam. Quod si secus fecerit: in capitula, vel conventus, suspensionis; & in singulares personas super hoc culpabiles, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis.

XII. *Contra violantes ecclesiasticam jurisdictionem & libertatem.*

Cæterum quia nonnulli temporale dominium obtinentes, vel sæcularis judiciariæ potestatis gerentes officium, jurisdictionem, libertatem, immunitatem sanctæ matris ecclesiæ subvertere nituntur, vel lædere fraudulenter, & astutiis variis exquisitis violare, maxime in casibus, qui sequuntur; videlicet, quod in suis territoriis aliquotiens palam & publice, aliquotiens seorsum ad partem, proclamaverunt & inhibuerunt, in judicio & extra, seu proclamari & inhiberi fecerunt & faciunt quotidie, vel * aliquis subjectorum suorum alter alterum ad forum vetitum ecclesiasticum reputantes trahere quoquo modo præsument seu præsumant, seu quod ad illud judicium præter suum, alter alterum non præsumant, & super causis super quibus ipsi possint cognoscere, sic indirecte nitentes impedire volentes recurrere ad forum ecclesiasticum desuper casibus & causis, super quibus ad forum ecclesiasticum spectat cognitio, tam de consuetudine & privilegio, quam de jure; & a causis inchoatis & inceptis in curia ecclesiastica, litigantes, ad desistendum compulerunt pluries & compellunt; ac etiam proclamari & inhiberi fecerunt & faciunt modo simili, ne ipsi subditi, aliquive ipsorum, super recipiendis contractibus ab eis de cætero inhibendis, ad

* f. ne aliquis

Mendosa hic multa.

ANNO CHRISTI 1336.

ad juratos ſeu notarios curiæ eccleſiaſticæ recurrerent, nec recurſum baberent; & quod ipſi jurati ſeu nntarii, contractus ipſos ex tunc recipere nullateous eſſent auſi, cum gravium temporalium adjectiooe pœnarum in contrarium facientes; & inſuper creditores, ad quorum inſtantiam debitnres excommunicati ſunt auctoritate dictæ curiæ eccleſiaſticæ, nnnc per preces armatas, nune aliter & aliter, directe & aliquatenus indirecte, compellunt ad conſentiendum abſolutionibus debitorum; & litteras excommunicatorias ſeu originales, aut alias ſibi ab invitis creditoribus faciunt exhiberi, & exbibitas quandoque lacerant, & faciunt lacerari, aliquando ipſas per ſe aut alinm retineot contra voluntatem hujoſmodi creditorum; aliqoando acta, maxime citationes, ponunt carceribus, & eas ibidem cuſtodiunt, donec dies aſſignata io eiſdem, ſit elapſa, aſſerentes, quod perſonas portantes non capiunt, ſed litteras, & quod deteſtabilius eſt, portitores ipſos interdum capinnt, verberant, et compellunt comedere litteras et ſigilla; ut qoamplures ex ipſis ereditoribus hac de cauſa, videlicet, quod ſibi fecerunt debitores ſuos ſub ſigillo dictæ curiæ eccleſiaſticæ obligari ad emendam, traxerint, et nirunrur trahere nmni die. Et qnod deterius eſt cenſendum, ſacerdotes, clericos, et perſnnas eccleſiaſticas, quam plories, * que ipſnrum uxores, parentes et amicos, fraudulenter retroactis temporibus ceperunt, arreſtaverunt, incarcerarunt, capique, arreſtari, et incarcerari fecerunt, mandaverunt, et procuraverunt, ac bona etiam eorumdem. Item impediunt et impedire conantur, ne in ipſorum diſtrictu extra loca ſacra judicia eccleſiaſtica exerceantur, quod eſt cootra jura expreſſe, cum io quolibet loco ſuæ diœceſis non exemplo valeat exerceri. Rurſus conantur impedire in curia eccleſiaſtica, nt citationes fieri non valeant viva voce. Præterea nolunt, quod ſigillom curiæ eccleſiaſticæ, quamvis ſit authenticum, plenam fidem faciat coram ipſis. Necnon cum ceperunt et ioearceraverunt perſonás eccleſiaſticas, licet moneantur, nolunt reſtituere: ſed quandoqne de loco in locum extra diœceſim transferunt, ut perſnnas afficiant et affligant. Quandoque ab ipſis pecuniam exigunt: et ſic abire permittuntur. Et quod pejus eſt, fovent ipſos poſtmodum, et ſuſtinent ne puniri poſſiot de ſnis delictis per ſuum judicem, maxime committentes in curia eccleſiaſtica falſitatem. Cæterum ſi perſonæ eccleſiaſticæ, vel quarum punitio et correctio ad jodicem eccleſiaſticum noſcitur pertioere pro ſuis * favoribus, a ſuis judicibus capiantur, ſi ad forum ſæculare provocent, aut appellaot, cogunt ſæculares judices eccleſiaſticos quod ſibi reſtituantur occaſione appellationis frivnlæ & interjectæ; & nibiln minus compellunt judices eccleſiaſticos ad ſatisfaciendum ſibi de cuſtodia, carcerario, caſtellagio, ſeu geolagin, & expenſis ſuperfluis factis occaſione perſnnarum prædictarum, rurſuſqne quando reſtituunt, ipſns vituperoſe remittunt, bonaque mobilia cum eiſdem capta retinent, & reſtituere contradicunt, ac nonnumquam clericos per ipſos eaptos cum habitu clericali, & tonſora, in carceribus ſuis tradi faciunt, & iodui veſtibus radiatis, compellentes eoſdem & fraudulenter inducentes ad cognoſcendum, ſe non eſſe clericos, et ad negandom de facto privilegium clericale. Item perſonas eccleſiaſticas per bonorum ſuorum captionem, & quandoque arreſtum corporum et careerem, ſi ſub eorum ſigillis per arreſta corporum vel alias fuerint obligatæ, ſuis creditoribus ſatisfacere compellunt. Et ſi in caſu aliquo tales perſooas per arreſta corporum obligatas ad eccleſiaſticos remittunt judices: niſi judex ipſas io carcere vel arreſto detineat, judicem ipſum, per captionem temporalis * principalis debitoris recuſantis interdum, et etiam perſnnas eccleſiaſticas compellunt ad contribuendum talliis. Et nihiln minus ipſarum eccleſiaſticarum perſnnarum domorum hnſtia aperta ad parietem ſeu murum in fraodem ſigillant, aut filum ex tranſverſo hoſtii ipſarum, cum ſigillo in utroque fili capite, apponunt, ne domos valeant intrare, ut ſic fatigati, reſpoodeant coram ipſis judicibus ſæcularibus, in actionibus perſnnalibus, et aliis, in quibus ad ipſos ſæculares judices non ſpectat cognitio * reſpondere recuſaot, ipſas de facto ponunt in contumaciam, et defectum. Et deinde compellunt eaſdem præmiſſis modis et aliis ad ſolvendum emendas occaſione prædicti defectus. Et inſoper cum prædicti judices ſæculares requiruntur per eccleſiam imminente neceſſitate, auxilinm ſuum denegant. Sunt etiam nonnulli laici & clerici, qui impediunt & perturbaot, qnandoque per ſe, quandoque per alium, ſeo alias perſooas et viles et ignotas, collationem & ordinationem domorum Dei & ſancti Lazari, in quibus de jure et cooſue-

* Forte, facinoribus. H.

* Forte, atque. H.

Locus mendoſus.

* f. Quod ſi reſp. rec.

suetudine aut privilegio nullum jus pertinet eisdem. Admittunt siquidem judices sæculares coram se judicialiter excommunicatos, ad agendum, testificandum & patrocinandum, licet ut tales repellant legitime requirantur: ac exercent jurisdictionem in ecclesiis, seu in earum porticu, & forum seu mercatum tenent in eisdem. Item pilorium seu postellum in cœmeteriis et locis sacris affigunt et apponunt. Clericos quidem, et super criminibus per judicem ecclesiasticum absolutos vel punitos, interdum coram se, super & de eisdem criminibus respondere faciunt & compellunt. Et ipsos clericos et personas ecclesiasticas, coram ipsis securitatem et assecuramentum præstare compellunt. Quin et incarceratos clericos in carceribus sui ecclesiastici judicis saysiunt, et manum suam apponunt, et processum suum canonice finire non sinunt. Insuper & personas ecclesiasticas in criminalibus et personalibus actionibus coram se respondere compellunt, et quod gravius est, punire, bannire, et relegare præsumunt. Cumque indicitur cessatio per judicem ecclesiasticum in aliquo loco, ideo quia persona ecclesiastica per judicem sæcularem detinetur: ponitur temporalitas ecclesiæ ad manum sæcularem, et sic posita detinetur cum saysina viva, quousque dicta cessatio sit amota. Item personas ecclesiasticas, seu earum bona mobilia, per judices ecclesiasticos capi, cum casus exigit, in suis territoriis seu jurisdictionibus non permittunt, nec ibidem arma portari per servientes ecclesiasticorum judicum, cum illuc accedunt pro jurisdictione ecclesiastica exercenda. Præterea judicem ecclesiasticum impediunt in cognitione novalium et vacantium decimarum. Denique non solum modis prædictis, sed etiam pluribus aliis, ubi fuerunt, nituntur quotidie jurisdictionem, libertatem, et immunitatem ecclesiasticam turbare et impedire, et etiam impediunt et perturbant adeo, quod judices ecclesiastici jurisdictione sibi notorie competenti, tam de antiqua, et pacifice observata consuetudine, quam de jure, uti non possunt sicut prius. Quapropter jurisdictionem et libertatem ecclesiasticam nolentes negligere, sed in sui juris plenitudine quantum cum Deo possumus conservare: statuentes, talia vel similia de cætero fieri prohibemus. Si qui vero, quod absit, contrarium fecerint, aut in futurum facient, in præmissis aut aliquo præmissorum, per se aut alium, palam

A vel occulte, directe vel indirecte, mandaverint, consilium, auxilium præbuerint vel favorem: licet in multis præmissorum casibus excommunicationis sententia a canonibus lata damnabiliter sint ligati: omnes tamen tales et similes et singulos, auctoritate hujus sacri concilii, excommunicamus in his scriptis, eorumque familiam, seu conductum, ecclesiastico supponimus interdicto. Quibus omnibus ecclesiastica sepultura denegatur. Quos omnes et singulos postquam de
B præmissis constiterit, aut altero eorumdem, nominatim & expresse, sin autem tacitis nominibus, in generali et vulgari, per curatos totius provinciæ omnibus diebus Dominicis in Missa excommunicatos denunciari sub pœna excommunicationis præcipimus alta voce.

XIII. *A quibus absolvi possint turbatores libertatis & jurisdictionis ecclesiasticæ.*

Et quamvis a prædictis omnibus &
C singulis sententiis volumus quemlibet suffraganeum posse suum subditum, per se vel per alium absolvere: turbatores tamen libertatis & jurisdictionis ecclesiasticæ præfatos & similes, per se dumtaxat possit absolvere, aut per ejus officialem vel commissarium super hoc specialem: ita tamen & non alias, si tam judici, cujus cognitio fuerit impedita vel jurisdictio usurpata, quam parti læsæ in sui juris prosecutione turbatæ de injuriis, damnis, expensis, & interesse prius integraliter fuerit satisfa-
D ctum: nulla sibi per absolventem libertate, remissione, seu gratia, quantum ad jus partis, valitura. Verum ne supradicti jurisdictionis ecclesiasticæ turbatores, in suis malitiis inveniant defensores: prohibemus, ne quis clericus, vel persona ecclesiastica, dictis turbatoribus super turbatione hujusmodi ad judicium ecclesiasticum evocatis, quos culpabiles crediderint verisimiliter, patrocinium præstare præsumant, vel consilium seu favorem. Quod si fecerint,
E in ipsos excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis.

XIV. *Ut hæc statuta publicentur, & sacerdotes curati eorum copiam habeant.*

Item volumus et ordinamus, quod omnia et singula statuta præmissa, quilibet suffraganeorum nostrorum in suis diœcesibus faciant in prima vel secunda

ANNO CHRISTI 1336.

da synodo publicari: ne ex tunc prætextu ignorantiæ aliquis se valeat excusare. Item volumus, quod in synodis prædictis præcipiatur sacerdotibus curatis, quod eorum quilibet penes se tam in vulgari, quam in Latino, præsertim de statuto edito contra jurisdictionis et libertatis ecclesiasticæ turbatores, copiam habeant, ut sibi injuncta fidelius exequantur. Hæc siquidem quæ superius præmittuntur inviolabiliter volumus observari: statutis antiquis in suo robore nihilo minus duraturis.

Ad præmissorum autem omnium fidem & majoris roboris firmitatem habendam his statutis & ordinationibus per totum concilium fa-

A ctis: nos dictus archiepiscopus Bituricensis, in provinciali concilio prædicto constituti, sigillum nostrum una cum sigillis dictorum nostrorum suffraganeorum apponi fecimus & appendi. Nos vero præfati R. Lemovicensis, B. Caturcensis, A. Tutelensis, episcopi, sigilla nostra, una cum sigillo reverendi patris domini Fulcrandi Dei gratia Bituricensis archiepiscopi, concilio prædicto præsidentis, præsentibus duximus apponendum.

Actum & datum in provinciali Bituricen. concilio, die Jovis ante festum beati Lucæ evangelistæ, continuata die Lunæ præcedenti, prima die concilii supradicti. Anno Domini M.CCC.XXXVI. Indictione v. Pontificatus sanB ctissimi patris & domini nostri, prædicti domini Benedicti, Divina providentia Papæ XII. anno secundo. Sit nomen domini nostri Jesu Christi benedictum. Amen.

AD BITURICENSE CONCILIUM

Anno 1336. habitum.

ADDITIO.

Ex Mart. Anec. t. IV. p. 771. Mansi Sup. t. III. p. 485.

IN eo Codice MS. monasterii S. Severini Neapolitani, in quo extabant statuta Synodalia ecclesiæ Ruthenensis; hæc pariter additamenta ad Bituricense Concilium provinciale anni 1336. nactus est P. Martene, ex quo hæc ad concilium jam ante vulgatum supplendum exhibemus.

Post canonem XI. hæc addit Codex.

Ex statuto antiquo in præsenti ecclesia edito & diutius observato vendentes & emcotes in diebus dominicis sunt excommunicati.

Post ultimum vero editum canonem in MS. habentur sequentes in editis prætermissi.

Et quamvis a prædictis omnibus & singulis sententiis volumus quemlibet suffraganeum posse suum subditum per se vel per alium absolvere; turbatores tamen libertatis, & jurisdictionis ecclesiasticæ præfatos & civiles per se dumtaxat possit absolvere, aut per ejus officialem, vel commissarium super hoc specialem: ita tamen, & non aliter, si tam judici, cujus cognitio fuerit impedita, vel jurisdictio usurpata, quam parti læsæ in sui juris persecutione turbatæ de injuria, damnis, & expensis, & interesse prius integraliter fuerit satisfactum, nulla sibi per absolventem in hoc libertate, remissione seu gratia quam ad hujus partis valitura. Verum ne supradicti jurisdictionis ecclesiasticæ turbatores in malitiis inveniant defensores, prohibemus ne quis clericus, vel persona ecclesiastica dictis turbatoribus, super turbatione hujusmodi ad judicium ecclesiasticum evocatis, quos culpabiles crediderunt, vel similiter patrocinium dare præsumant, vel consilium seu favorem. Quod si fecerint, in ipsos excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis.

Item, volumus & ordinamus, quod omnia singula statuta præmissa quilibet suffraganeorum nostrorum in suis diœcesibus faciat in prima vel secunda synodo publicare, ne ex tunc in antea prætextu ignorantiæ aliquis se valeat excusare.

Item, volumus, quod in dictis synodis præcipiatur sacerdotibus curatis suis, quod eorum C quilibet penes se tam in vulgari, quam in Latino præsertim de statuto edito contra jurisdictionis & libertatis ecclesiæ turbatores, copiam habeant, ut sibi injuncta fidelius exequantur. Hoc siquidem firmiter, permanentur & inviolabiliter volumus observari, statutis antiquis in suo robore nihilominus duraturis.

Ad præmissorum autem omnium fidem & majoris roboris firmitatem habendam his sic statutis & ordinationibus per totum concilium factis, nos dictus archiepiscopus Bituricensis etiam in provinciali concilio prædicto constituti sigillum nostrum, una cum sigillis dictorum nostrorum suffraganeorum apponi fecimus in pendenti. Nos vero præfati Rogerius LemoviD censis, Bertrandus Caducensis & Arnaldus Tutelensis episcopi, sigilla nostra una cum sigillo dicti reverendi patris domini Fulcrandi Dei gratia Bituricensis archiepiscopi ipsi concillo præsidentis præsentibus duximus apponenda. Actum & datum in provinciali Bituricensi concilio die Jovis ante festum beati Lucæ evangelistæ continuata a die lunæ præcedenti prima die concilii supradicti. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione 5. pontificatus sanctissimi patris & domini nostri prædicti domini Benedicti papæ XII. anno secundo. Et de suffraganeis dicti domini archiepiscopi Bituricensis IX. reverendis patribus dominis episcopis Ruthenensi, Vabrensi, E S. Flori, Claromontensis, Aniciensi, Mimatensi, Cadurcensi, Sarlatensi, Montis Albani, Lemovicensi, Tutelensi; & Deus & beata virgo Maria dirigat ingressus eorum & aliorum presbyterorum, sanctæ sedis apostolicæ obediendorum. Amen.

CON-

CONCILIUM APUD CASTRUM GONTERII,

A Petro Turonensi archiepiscopo & suffraganeis celebratum anno Dom. MCCCXXXVI.

Ex MS. collegii Parif. Soc. JESU.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

AD decus & decorem totius ecclesiæ provinciæ Turonensis, cujus lactis dulcedine alimur, sanctitate decoramur, naturaliter cogimur, & totis cordis visceribus compellimur, injurias repellere, & jura ipsius, prout nobis possibile est, conservare intacta: nos Petrus permissione Divina archiepiscopus Turonensis, nostrorum prædecessorum vestigiis inhærentes, nonnulla quæ pro honestate & utilitate ecclesiæ a sanctis retro patribus sunt statuta, summarie recitantes, Dei Christi nomine primitus invocato, vocatis suffraganeis nostris, abbatibus, & capitulis, & aliis qui fuerant evocandi, & præsentibus qui voluerunt & potuerunt interesse, nostrum provinciale concilium apud Castrum Gonterii, Andegavensis diœcesis, duximus celebrandum. In quo de consilio & consensu dictorum suffraganeorum nostrorum, abbatum, & aliorum vocatorum, & deliberatione totius præsentis sacrosancti concilii, capitula, quę sequuntur, duximus statuenda, promulganda, seu etiam innovanda.

CAPITULA.

I. *Ut injuria non fiat litigantibus in foro ecclesiastico & propinquis eorum.*

EXigit perversorum improbitas, ut qui pœnarum timore impositarum, libertates, & jurisdictiones ecclesiasticas usurpare, impedire, diminuere, seu turbare non verentur, pœnarum aliarum adjectione terreantur. Cum igitur in concilio Salmurensi, quod incipit, *In nomine Domini, Amen. Nos Gaufridus*, anno 1315. c. 2. §. *Præterea*. contra impedientes jurisdictionem ecclesiasticam declaratæ salubriter, & statutæ fuerint certæ pœnæ: nos declarando decernimus, & decernendo declaramus, quod banna in .... & quæscumque damnificationes, ipsis litigantibus, vel litigare volentibus in curia ecclesiastica, vel propinquis eorum, clam vel palam, directe vel indirecte, & alias quomodolibet inferendas, & generaliter omnes alios modos, quibus jurisdictionem ecclesiasticam contigerit impediri, sub fine in verbis variis coloribus quæ sont *, in dicto concilio intelligimus comprehendi. Quæ verba ita debere accipi & declarari promulgamus. Cujus concilii pœnas, ad infringentes & violantes consuetudines antiquas & libertates ecclesiarum & personarum provinciæ Turonensis, duximus extendendas.

* Corr. quæsito.

II. *De usurpantibus jurisdictionem spiritualem.*

Item cum pridem recolendæ memoriæ dominus Simon, quondam legatus in Francia, in suo concilio Bituris celebrato provide duxerit statuendum, anno 1276. c. 7. quod si quis temporalem jurisdictionem exercens, de excommonicationis, suspensionis, vel interdicti sententiis, videlicet an juste vel injuste latæ essent, aut aliis mere ecclesiasticis seu spiritualibus caosia, decisionem seu cognitionem præsumeret usurpare, per diœcesanos locorum, auctoritate dicti concilii, desistere moneretur: & nisi competenter monitus desisteret, ad hoc eum per censuram ecclesiasticam compellerent ordinarii memorati. Nos statutum hujusmodi, quod male fuit hactenus observatum, volentes juris executione supplere: omnes & singulos, qui jurisdictionem temporalem exercent, & in posterum exercebunt, præsentis concilii auctoritate monemus, ut quidquid usurpare præsumpserint hactenos de prædictis, id studeant effectualiter revocare, & a talibus abstineant in futurum. Omnes

nes autem illos ex eisdem, qui post A mensem, a publicatione præsentis concilii numerandum, prædictorum cognitionem, & decisionem præsumpserint usurpare, auctoritate præsentis concilii excommunicationis sententiam incurrere statuimus ipso facto.

III. *De pedagiis non exigendis a clericis.*

Porro cum juris sit provisione statutum, quod pro rebus ecclesiasticarum personarum pedagia nullatenus exigantur; & in provinciali concilio Nannetis B pridem celebrato provide fuerit prohibitum, ne pro rebus clericorum aut quarumcumque ecclesiasticarum personarum, quas non mercimonii causa per terram duci faciunt, vel per aquam, quisquam pedagia exigat, vel coustumas aut exactiones alias, quocumque nomine censeantur; statutumque fuerit in eodem, quod si aliquis, a locorum ordinariis in generali canonica monitione præmissa, ut a prædictis desistat, contra hoc attentare præsumeret, ex- C communicationis sententiam incurreret ipso facto: contra quod concilium multas fraudes cognovimus hactenus esse commissas. Nos volentes prohibitionem & statutum dicti concilii perpetuis temporibus observari; dictum concilium, prohibitiones, & statuta hujusmodi, auctoritate præsentis concilii innovamus: clericos quoque, & personas ecclesiasticas, qui vina, blada, & alias res de suis rebus patrimonialibus hereditariis, seu beneficiis, collecta, habita, & percepta, causa vendendi, ut pecuniam in- D de habitam in suos usus convertant, per terram duci faciunt vel per aquam, intelligimus, & debere intelligi declaramus, hoc non facere mercimonii causa, taleque commercium esse clericis & personis ecclesiasticis licitum, & liberum a pedagiorum, coustumarum, & exactione quacumque. Ut omnis fraus in prædictis, quatenus fieri poterit, evitetur: præhabita statuta, pœnas, & sententias præfati concilii, illos qui a vectoribus & ductoribus rerum prædicta- E rum, quas dicti clerici & personæ ecclesiasticæ taliter duci faciunt per terram, vel per aquam, pro ipsis rebus & ductione, vel vectatione earumdem, exigunt pedagia vel coustumas, præsentis auctoritate concilii comprehendere declaramus; non obstante consuetudine & usu contrariis, si quis fuit; qui dicendus est potius abusus, & etiam corruptela.

anno 1264. c. 7.

IV. *De cessione, & de vexatione per privilegiatos.*

Item prohibemus districte, ne (sicut alias nostram provinciam visitantes comperimus pluries esse factum) aliquis aliquos adversarios suos, maxime illum seu illos qui circa ipsum vel suos familiares, consanguineos, vel affines, in foro ecclesiastico suas justitias prosequuntur per aliquem seu aliquos privilegiatos, qui contra eos nihil habeant quæstionis, malitiose seu vexationis causa, virtute privilegiorum privilegiatorum prædictorum, maxime ad remota, seu diversa loca deinceps citari, aut vexari faciat indebite quovis modo, vel * procuretur; & ne talibus privilegiis contra personas hujusmodi, fraudulentas seu fictas vexationis causa deinceps faciat cessiones. In omnes autem & singulos, qui post mensem a tempore publicationis præsentis concilii, prædicta aut eorum aliqua malitiose & fraudulenter de cætero præsumpserint attentare, auctoritate præsentis concilii excommunicationis sententiam promulgamus.

* Forte, procuret. H.

V. *De injicientibus manus in superiores.*

Item cum in provinciali concilio * Redonis celebrato statutum extiterit, quod si aliquis in hoc genus sacrilegii inciderit, quod in episcopum, abbatem, vel abbatissam, manus injecerit, vel in domos ipsorum ignem immiserit; si clericus fuerit, omni beneficio ecclesiastico, tam obtento, quam obtinendo, ipso facto sine spe restitutionis sit privatus; si vero laicus prædicta attentaverit, vel aliquid de prædictis, ejus liberi usque in gradum tertium, a susceptione primæ tonsuræ, & omnium ordinum, ac quolibet beneficio ecclesiastico, habeantur per totam provinciam Turonensem penitus alieni. Cujusmodi concilium a nonnullis in hac parte male fuit sæpius intellectum. Nos ad omnem ambiguitatem tollendam, quantum ad pœnas prædictas incurrendas, in casu in quo clericus sæcularis, vel alius episcopi subditus in episcopum, religiosus in abbatem, monialis in abbatissam, proprios, vel domos eorumdem attentaverint, prædicta non aliter intelligimus, & debere intelligi declaramus.

* anno 1273. c. 1.

VI. *De*

ANNO CHRISTI 1336.

VI. *De invadentibus & detinentibus bona ecclesiastica.*

* anno 1268. c. 2.

Sane cum dudum in concilio * Castri Gonterii fuerit provida deliberatinne statutum, quod barones, & milites, & baillivi, potestates, personæve aliæ sæculares, si post monitiones & inhibitiones legitimas, generaliter per locorum ordinarios, vel de eorum mandato eis factas, ecclesias, domos, prinratusve, aut possessiones, vel res alias ecclesiasticas, indebite occuparent, seu invaderent, aut in religiosis domibus ponerent comestores, ipso facto essent excommunicatioois sententiæ vinculn innodati: & in alio provinciali concilio postmodum * Redonis celebrato, statutum hujusmodi fuerit innovatum, adjecto, ut loca ad quæ bona taliter occupata deferrentur, & in qnibus detinerentur, supponeret diœcesanus episcopus, prout & quando videret expedire, ecclesiastico interdicto, declarato etiam in concilio memorato, bona ecclesiastica intelligenda in boc casu, non solum bona propria clericorum, verum etiam deposita, commodata, & ab iis conducta, & precario concessa, & qunrum eædem personæ habeot possessionem vel deteotionem quamcumque, & quæ in ipsorum servitin caperentur; necnon si personarum eccleliasticarum occasione, & in ipsorum præjudicium vel contemptum, hnmines eorum; & bona ipsnrum hominum qui sub jurisdictione temporali consisterent ecclesiæ, caperentur, vel invaderentur, hac appellatione voluit dictum concilium contineri; & quia facientes & consentientes par pœna constringit, receptatores & defensores, invasores, raptores, & malefactores bujusmodi, de quibus superius fit mentio, eisdem pœnis, quibus & maleficos ipsos, eo ipso quod eosdem reciperent vel defenderent, volnit & præcepit dictum concilium subjacere: nos statuta conciliorum hnjusmodi, sacri præsentis approbatione concilii innovamus. Et quoniam rerum & negotiorum experientia nos instruxit, quod personæ sæculares superius declaratæ, hujusmodi abusibus non contentæ, ad captiones & incarcerationes clericorum & ecclesiasticarum personarum, quod pejus est, damnabiliter manus laxant: statuimus & etiam ordinamus, quod si qua potestas sæcularis cujuscumque præeminentiæ, conditionis aut status existat, aut per se vel per submissam personam booa hujusmodi recepérit, vel occupaverit, captave & occupata detinuerit, personasve ecclesiasticas incarcerare & imprisiooare præsumpserit, vel incarceratas seu imprisionatas detinere: dnminus temporalis, sub cujus districtu & dominio temporali delicta & excessus hujusmodi commissi fuerint, & etiam perpetrati, & locorum ad quæ hujusmodi personas ecclesiasticas & bona transferri continget, si præsens fuerit in diœcesi, ubi delictum hujusmodi fuerit perpetratum, & tute & commode possit adiri; vel si absens fuerit, baillivus ejus, sen senescallus, aut locum tenens ipsorum, vel alterius eorumdem; vel si commode & tute nequeant inveniri, publice & in generali, in ecclesia cathedrali, ex parte ordinarii loci sub quo delicta bujusmodi fuerint perpetrata, snper præmissis restitutio requiratur; & nisi infra octo dies, a tempore requisitionis hnjusmodi numerandos, personas ecclesiasticas sic captas & detentas restituant ordinariis eorumdem, bonaque superius declarata, sic capta & occupata & invasa, plene reddant & restituant, & super hoc emendationem faciant ecclesiæ & læsis competenter: eivitatem, castellaniam, castrum, villam, in qnibus delicta hujusmodi fuerint perpetrata & commissa, & ad quas personæ ecclesiasticæ vel bona hujusmodi translata fuerint (quamdiu detinebuntur ibidem, & donec personas ecclesiasticas & bona sic capta & detenta restituant, & super hoc emendam faciant competenter) ex tunc ecclesiastico supponimus interdicto, pœnis, tam in conciliis supra dictis, quam aliis juribus, appositis cootra tales, io suo robore duraturis.

VII. *De immunitate ecclesiæ.*

Quia vero scandalosnm est, & quamplurimum contrarium rationi, ut in Dei ecclesia, ad quam pro securitate homines consueverunt recurrere, & in qna devotæ sunt orationes faciendæ, alicui injuria inferatur, aut a snis malevolis diffidetur, tumultus vel impetus excitetur: omnes et singulos in Dei ecclesia seu cœmeterio existentes * injuriose percutientur, aut animn malevolo diffidentur, tumultumve seu impetum ex quibus oriatur scandalum aut Divinum officium perturbetur, facientes, et in ipsis, vel eorum aliqud facientes, ejusdem auctoritate concilii, sententia excommunicationis percellimus.

* Locus corruptus.

VIII. *De impedientibus oblationes ecclesiæ.*

Cæterum quia ex plurimorum quæstione didicimus, quod nonnulli contra rectores ecclesiarum rancore concepto, quibusdam cogitatis machinationibus et conspirationibus, pro juribus ecclesiæ minuendis, quandoque clam, nonnumquam palam et publice, parochianis ecclesiarum, et aliis ad ecclesias causa peregrinationis et devotionis accedentibus, inhibent, ne oblationes debitas et consuetas reddant; et quandoque, ut alibi eas faciant, quam ubi consueverunt et tenentur offerre, seu ex devotione ordinaverunt, per minas et alias machinationes inducunt: nos talibus machinationibus illicitis et prohibitionibus, ut tenemur, obviare volentes: præsentis auctoritate concilii, inhibentes malitiose ne oblationes debitæ, vel alias ex devotione fidelium faciendæ, ubi ab antiquo fieri consueverunt, vel alias ex devotione fidelium fuerint ordinatæ, auferantur: et fraudulenter inducentes, ut alibi et ad alia opera fiant, quam hactenus consueverunt fieri, et, ut prædicitur, ex devotione fidelium fuerat ordinatum; eorumque complices et consortes, et ad hoc sollicitantes clam vel palam eosdem, sententiam excommunicationis incurrere volumus ipso facto.

IX. *De statutis hujus concilii publicandis populo certis diebus.*

Præterea ne quis super pœnis in præsenti concilio statutis, prætextu ignorantiæ se valeat excusare; statuimus et etiam ordinamus, quod rectores ecclesiarum quarumcumque provinciæ Turonensis, statuta in præsenti concilio ordinata, perpetuo, anno quolibet, prima die Dominica in Adventu Domini Dominica post festum Epiphaniæ Domini, prima die Dominica in Quadragesima, Dominica in Passione Domini, Dominica post Pentecosten, Dominica post festum Assumptionis beatæ Mariæ virginis, per se, vel per alios, in suis ecclesiis publicent populo congregato, et lingua materna sufficienter exponant, dum ibi Divina contigerit celebrari: pœna, si defecerint in præmissis, contra eos arbitrio ordinariorum imponenda.

X. *De certis diebus, quibus Missam celebrare non licet in domibus sive capellis.*

Item auctoritate præsentis concilii statuimus, et etiam ordinamus, quod quotiescumque per aliquem episcopum, alicui nobili, aut alii personæ sæculari, celebrandi Divina officia in domibus suis seu capellis, licentiam contigerit impertiri, quod illi sex dies, scilicet prima dies Dominica in Adventu Domini, Dominica post festum Epiphaniæ, prima dies Dominica in Quadragesima, Dominica in Passione, Dominica post Pentecosten, Dominica post festum Assumptionis beatæ Mariæ virginis, ab ista generali concessione sint excepti: in quibus sex diebus per nullum poterit in dictis domibus seu capellis celebrari, nisi per rectorem parochialis ecclesiæ, vel ejus capellanum, vel alium de mandato rectoris ejusdem: qui in ipsorum nobilium vel aliorum præsentia prædicta capitula tenebuntur publicare, dum Divina dictis diebus inibi celebrabunt: ne velamento alicujus ignorantiæ super hoc se valeant excusare, & concessæ ad præsens indulgentiæ, quantum ad hos sex dies, restringantur.

XI. *De publicandis priorum conciliorum certis quibusdam statutis.*

Item ordinamus, & districte præcipimus, quod singuli episcopi provinciæ Turonensis, ea de conciliis provincialibus, & a prædecessoribus nostris hactenus editis, quæ pro subditorum securitate viderint publicanda, maxime pœnalia, & specialiter capitulum, *Item præcipimus potestates*, &c. dudum editum in concilio Turonensi, in * capitulo, *Ad honorem*, in singulis ecclesiis parochialibus suarum civitatum & diœcesum, & alibi, ubi & quando viderint opportunum, faciant sine moræ dispendio publicari, & lingua materna exponi, ne laici, & alii simplices homines, pœnas in ipsis contentas periculose incurrant: & ne ab hoc se valeant prætextu ignorantiæ excusare.

* ann. 1282. c. 10.

* Corr. incipiente.

XII. *Ut episcopus in sua diœcesi absolvat a casibus hujus concilii.*

In omnibus casibus, in quibus excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias duximus in præsenti concilio promulgandas, cuilibet episcopo in suis

ANNO CHRISTI 1336.

suis civitate & diœcesi, absolvendi hujusmodi excommunicatos & suspensos, & interdicti hujusmodi relaxandi, in forma ecclesiæ, auctoritate præsentis concilii concedimus potestatem.

In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum, una cum sigillis suffraganeorum nostrorum ad hoc præsentium & consentientium, præsentibus duximus apponendum. Datum & actum ut supra, die Mercurii ante festum beati Clementis, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto.

Ex Martene Thes. Anecd. Tom. 4. p. 313.

CONCILIUM TERRACONENSE IV.

Sub Arnaldo archiepiscopo Terraconensi.

Ex MS. ecclesiæ Avenionensis.

I. *De non recipiendis malefactoribus & bannitis.*

Cum summum bonum sit in terris justitiam colere, cujus cultus ex sustentatione malefactorum & bannitorum multipliciter impeditur, & datur multis audacia delinquendi, statuimus, sacro concilio approbante, quod nulla persona ecclesiastica sustineat malefactores vel bannitos in locis suis, in quibus jurisdictionem obtinet temporalem, nisi forsan ille, qui tales sibi remitti peteret, in locis suis malefactores seu bannitos ejusdem personæ ecclesiasticæ sustineret.

II. *Quibus conferatur tonsura, & quomodo episcopi ac eorum officiales se habeant in puniendis excessibus.*

Prima tonsura nemini conferatur, de quo non sit verisimile, quod intendat ad sacros ordines promoveri. Episcopi vero & eorum officiales taliter studeant punire clericos criminosos, ne aliquis prætextu impunitatis alleget privilegium clericale.

III. *Quales vestes debeant portare clerici, & de valore panni eorumdem, & de sellis & frænis.*

Nullus clericus vestes rubeas vel virides publice deferat, quovis abusu contrario non obstante; nec aliquis clericus se ipsum nec nos etiam archiepiscopus, aut alii prælati, vel personæ ecclesiasticæ, socios nostros induamus de panno, cujus communis pecia ultra viginti quinque libras: nec alios clericos vel scutiferos de panno, cujus communis pecia ultra octodecim libras: nec alios officiales inferiores vel scolares de panno, cujus communis pecia ultra duodecim aut alios servitores pedites de panno, cujus communis pecia ultra octo libras monetæ Barchinonensis constet. Nec aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus portet pelles varias in mantello. Canonici insuper & clerici de capitulo cathedralis vel collegiatarum ecclesiarum & alii in sacris ordinibus constituti manicas supertunicalium rotundas & largas habeant competenter: nec in circumferentiam manicarum vel grammatiarum & aliarum vestium portent circumferentias pellium additarum: nec portent sotulares albos, vel cum corona patenti, nec in galero sorraturam alicujus coloris, de quo eos indui non licet; nec canonici, vel alii clerici de capitulo cathedralis ecclesiæ portent in capuciis capparum de choro, quæ nigræ esse solent, sorraturam, nisi de variis grisiis, vel pellibus nigris, vel de aliquo panno nigro: nec easdem cappas faciant ita longas, quod ultra palmum trahant per terram. Pretium autem ipsarum capparum, quæ causa honestatis fiunt & portantur, sic temperent, quod non posset in his denotari excessus. Alii vero clerici in capuciis dictarum capparum non portent aliquam sorraturam; nec eas ità longas, quod trahant per terram, sed sufficiat quod cooperiant pedes suos: nec aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus, induat se de nigro seu vestibus lugubribus per mortem alicujus, nisi fuerit pater, vel mater, frater, aut dominus, qua in ecclesia ultra duos menses portare non possit. Sella vero cujuscumque clerici sit honesta, nec cum fræno & pectorali ultra tres libras constare possit. Quicumque in prædictis, vel aliquo prædictorum excesserit, vestes seu sellam, in quibus excesserit, teneatur dare panperibus infra mensem: alioquin per suum epi-

episcopum compellatur. Vestibus tamen A nestæ quilibet uti possit. & sellis jam factis quæ alias sunt ho-

Ex eodem Martene loco cit. p. 304.

DUBIA ET EORUM RESPONSIONES,

seu determinationes circa constitutiones *de invasoribus* in conciliis Terraconæ ordinata, in quinto concilio per Dominum ARNALDUM archiepiscopum Terracone celebrato, quæ pro constitutionibus habentur seu servari mandantur.

B

Sequitur ergo primum dubium.

IN constitutione *Item cum quidam* dicitur, quod invasores & raptores rerum ecclesiasticarum sint excommunicati, & quod ipsis præsentibus cessetur a divinis. Et in constitutione *Olim* declaratoria ipsius dicitur, quod illi tantum sint excommunicati, qui ex proposito cum armis vel sine armis violenter invaserint, vel destruxerint loca ecclesiarum; & ceperint homines ipsorum locorum, & res eorumdem, in hoc graviter delinquentes. Nunc vero dubitatur utrum solum tales sint excommunicati propter verbum ecclesiarum, & utrum prædicta omnia requirantur, cum copulative ponatur; vel ge- C neraliter sint excommunicati omnes malefactores ecclesiarum.

Sequitur determinatio primi dubii præcedentis.

Videtur, & ita interpretata est consuetudo, quod invasores, raptores & deprædatores clericorum, hominum, ecclesiarum, ecclesiasticarum rerum, & locorum religiosorum, sint excommunicati: eo quod verba in constitutione *Olim* posita intelligi debeant diffinitive.

Sequitur secundum dubium.

Item in dicta constitutione, *Item quia quidam* dicitur, quod fautores & receptores talium sint excommunicati; & in dicta constitutione *Olim* dicitur, quod excommunicentur.

Determinatio dubii præcedentis.

Videtur, quod fautores & receptores sint excommunicati per constitutionem, *Item cum quidam*. Et per constitutionem *Olim*, quæ dicit excommunicentur; debeant denuntiari & publicari excommunicati.

Sequitur tertium dubium.

Item in dicta constitutione, *Item cum quidam* dicitur, quod præsentibus prædictis principalibus invasoribus in aliqua civitate, &c. cessetur penitus a divinis: & in dicta constitutione *Olim*, quod solum loca, in quibus præda violenter accepta fuerit, cessent a divinis. Et per constitutionem quæ incipit *Declarando*, debet cessari præsentibus invasoribus ecclesiæ. Et sic remanet primum dubium, videlicet qui in hoc casu dicantur esse invasores & excommunicati: cum dicta constitutione *Declarando*, non sint excommunicati. E

Determinatio dubii præcedentis.

Videtur idem respondendum, quod ad primum dubium, & quod cessetur ubicumque fuerint principales malefactores. Sed in locis, in quibus præda recepta fuit, cessetur quamdiu ibi præda fuerit, vel ubi fuerit vendita, aut aliter alienata, seu etiam consumta.

Sequitur quartum dubium.

Item cum in dicta constitutione *Declarando* dicatur quod cessetur a divinis quamdiu prædicti fuerint in locis vel intra terminos locorum; dubitatur quomodo intelliguntur termini locorum. Et si dicatur quod ponuntur ibi pro terminis parochiarum: quæ erit, cum in una civitate vel loco sunt multæ parochiæ?

Determinatio dubii præcedentis.

Videtur, quod in ecclesia vel ecclesiis civitatis, villæ, castri, & loci, ubi malefactores præsentes fuerint, vel præda detenta, aut vendita, vel alienata, vel consumta fuit, cessetur a divinis: & in suburbiis & continentibus ædificiis eorumdem æstimandis ad arbitrium diœcesani episcopi vel ejus officialis: taliter quod nervus non contemnatur ecclesiasticæ discipli- D næ. Sed si ecclesia parochialis extra castrum, villam, vel populationem fuerit; cessetur ibi quamdiu malefactor in parochia fuerit, & qualiter..... non curetur de terminis locorum vel parochiarum.

Sequitur quintum dubium.

Item cum in dictis constitutionibus *Item cum quedam* & *Olim* dicatur, quod loca, in quibus præda recepta fuerit, cessent a divinis: utrum intelligantur scienter vel ignoranter, & quorum scientia requiratur.

Determinatio dubii præcedentis.

Videtur, quod scientia hominis loci requiratur, & quod pro scientia habeatur, si publica sit fama in loco quod præda est ibi.

Sequitur sextum dubium.

Item cum in constitutione *Cum quidam* dicatur, quod tales non evitentur, nisi facti evidentia vel confessione propria hæc constarent; dubitatur si tunc rector ecclesiæ possit eos vitare & ipsis præsentibus cessare. Ut faciat, ad hoc constitutio *Item statuimus*; ubi dicitur, quod

ANNO CHRISTI ....

quod rectores ad mandatum episcopi vel ejus officialis dictas constitutiones servent.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod nullus adstringatur, quoad observantiam cessationis, donec cessatio per episcopum, vel ejus officialem, vel vices fungentem episcopi sit indicta.

Sequitur septimum dubium.

Item cum ibi dicatur *Officiat* & in constitutione *Sollicitat*, dicatur, tum per episcopum vel ejus officialem seu ejus vices gerentea, videtur intelligendum de principali officiali: præsertim eum in cessationibus requiratur magna solemnitas, nec judex possit delegatus terram interdicere, nisi sibi specialiter sit constitutum.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod nedum episcopi, & eorum officiales principales, sed etiam foranei, seu decani, qui habent cognitionem universitatis causarum criminalium possint processus facere, quos fieri desiderant constitutiones prædictæ: citra tamen moderationem, quam faciant episcopi, vel vicarii generales, aut officiales principales eorum. Pro liberatione vero personarum ecclesiasticarum, decani cessationem, cum locus fuerit indicere non vetantur.

Sequitur octavum dubium.

Item, si constitutio habet locum, ubi homines ecclesiæ damnum inter se inferunt.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod si homines alicujus loci ecclesiæ inter se guerrificando, vel aliter, damnum dederint; non sit locus constitutioni. Si vero homines unius loci ecclesiæ, ex proposito invaserint, rapuerint, vel deprædati fuerint homines alterius loci ecclesiæ, locus est constitutioni.

Sequitur nonum dubium.

Item, si constat quod dicta constitutio habet locum, si potest episcopus vel officialis eam si non servare, & de jure communi procedere, cum pœna legis non sit in arbitrio judicantia.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod si episcopus, vel officialis ejus requiratur servare constitutionem, cum locus constitutioni fuerit; teneatur servare eam & judicem..... cessationem ejusdem auctoritatem, nisi aliud pars requirens duxerit tolerandum. Ubi vero prælatus ex suo tantum procedit officio in sua remaneat libera potestate, utrum in totum vel in partem servet eamdem.

Sequitur decimum dubium.

Item, si facta restitutione debet cessari, donec excommunicatus fuerit absolutus.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod facta restitutione rapinæ, vel liberatione personæ retentæ, debeat tolli cessatio.

Sequitur undecimum dubium.

Item, si propter invasorem vel raptorem captum sit cessandum cum recedere non possit.

Determinatio dubii precedentis.

Videtur, quod propter illum, qui captus sit fraude teneatur, non debeat cessari.

Sequitur duodecimum dubium.

Item, cum in constitutione *Pia* dicatur, quod episcopi & eorum officiales non per delegatos, sed per se ipsos, faciant constitutionis processum: dubitatur utrum possint delegare in receptionem testium producendorum ad instructionem negotii: & utrum talibus delegatis liceat absque pœna dictæ constitutionis *Pia*, recipere salarium pro labore.

Determinatio dubii praecedentis.

Videtur, quod absque dubio hujusmodi delegationes fieri possint; sed caveant sibi officiales, quod non participent in salario delegatorum, quia alias prædictam pœnam non evitabunt.

ANNO CHRISTI 1337.

CONCILIUM TREVIRENSE PROVINCIALE

Ann. Chr. MCCCXXXVII.

Nos Baldovinus Dei gratia, sanctæ Trevirensis Ecclesiæ archiepiscopus.

P. Harthzeim Conc. Germ. t. IV. pag. 605.

I. STatuimus & ordinamus ut clerici quicumque nostræ civitatis & diœcesis Treverensis, decenter incedant in habitu, calceis, caligis, corona & tonsura clericali, & ne quis canonicus aut beneficiatus, vel etiam quicumque existens in sacris ordinibus post mensem computandum a die pubblicationis præsentium, vestimentis vel capuciis utatur, quibus manicæ vel fimbriæ, vel aliæ extremitates, seu scissuræ vestimentorum, vel capuciorum cum eisdem vestimentis, vel capuciis notabiliter in colore discordent, & specialiter de capuciis, ne auro vel argento, vel aliis quibuscumque appositionibus a panno diversis componantur, vel scindantur, vel Wardecociis cum longis manicis ultra brachium procedentibus utantur. Item prædictis personis Wardecocia seu tunicas superiores nimis breves aut strictas penitus interdicimus. Sed volumus, & eisdem præcipimus, ut de cetero utantur vardecociis & tunicis superio-

ANNO CHRISTI 1337.

rioribus saltem ultra medietatem suræ, seu musculi crucis procedentibus: per hoc tamen eis non interdicimus, quin in equitando vestimentis brevioribus uti possint. Item prohibemus, ne quis de prædictis personis cinctus super vestem superiorem, incedat ullo modo, nisi cum in itinere fuerint, vel se ad iter præparaverint causa proficiscendi: aut capillos capitis sui deferant disjunctos, seu divisos in medio frontis, seu etiam nimis longos. Item dictis canonicis & clericis prohibemus & interdicimus tunicas superiores nodos habentes, a tunicis hujusmodi superiori in colore discrepantes, & maxime ante pectus & in aliis locis clericis inconsuetis.

II. Si quis vero contra præmissa, aut aliquid præmissorum venire præsumpserit, si canonicus fuerit, eo ipso sit suspensus a perceptione distributionum, quæ in choro dividuntur; & si vocem habuerit in capitulo, etiam ipsa voce careat ipso facto, nec ex tunc ad tractatus capitulares admittatur, nec sibi de distributionibus quidquam detur, nisi prius per nos ad præmissa fuerit restitutus. Officiatus vero, qui tali ante nostram restitutionem distributiones chori scienter dare præsumpserit, similiter voce capitulari, si canonicus fuerit, careat ipso facto. Si vero alter beneficiatus fuerit a perceptione fructuum sui beneficii, eo ipso sit suspensus. Verum si pastor, vicepastor, vicarius seu rector alicujus parochialis ecclesiæ, altaris vel capellæ contra præmissa, vel aliquid præmissorum venire præsumpserit, similiter a perceptione fructuum sui beneficii eo ipso sit suspensus; nec se tunc de hujusmodi fructibus intromittant, nisi de nostra licentia speciali. Et si fructus beneficiorum excedentium in præmissis, ob aliquam aliam causam fuerint sequestrati, hujusmodi sequestrum relaxari nolumus, neque tolli, nisi in ipsa relaxationis littera de prædictis, suspensione fructuum, & restitutione nostra ad eosdem specialis mentio habeatur.

III. Item inhibemus omnibus & singulis rectoribus, seu pastoribus parochialium ecclesiarum, ne aliquos præsentent ad vicarias perpetuas suarum ecclesiarum, nisi consensus patronorum earumdem ecclesiarum ad id accedat. Et ne archidiaconi nobis subditi, aut eorum officiales eos admittant ad hujusmodi ecclesias, vel eos instituant in eisdem, nisi eis prius constiterit per patentes litteras ipsorum patronorum de consensu hujusmodi, & quod ipsorum ecclesiarum redditus, & proventus ad quas sic præsentati fuerint, sufficiant ad sustentationem congruam, rectoribus & pastoribus & vicariis supradictis, si fortassis ipsos contigat in hujusmodi beneficiis simul facere residentiam personalem. Alioquin si a quoquam secus actum fuerit, vel attentatum quomodolibet, decernimus irritum & inane.

IV. Præterea quia nonnulli ecclesiarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum patroni, ad vacantes ipsis ecclesias seu beneficia quæ tantum actu sacerdotibus, vel promovendis infra annum conferri debent, nonnumquam minores annis vel alias omnino inhabiles præsentant personas, vel etiam quandoque loco talium minorum, conficto quodam velamine præsentant presbyteros aliquos, seu personas alias idoneas archidiacono seu eorum officiali instituendas in beneficiis memoratis. Nos fraudi hujusmodi cupientes, in quantum possumus remedium adhibere, prædictis archidiaconis & eorum officialibus, ac quibuscumque aliis personis ecclesiasticis, quorum interest, sub pœna suspensionis officii sui, districtius inhibemus, ne aliquos tales ipsos præsentatores admittant, vel instituant inscienter ad beneficia memorata.

V. Et ut fraudibus talium plenius obvietur, statuimus & volumus, quia archidiaconi seu officiales prædicti specialiter a quibuscunque personis ipsis præsentatis, ante admissionem vel institutionem ipsorum, ad beneficia prætacta exigant, & recipiant corporalia ipsorum juramenta, quod ipsi vere & non ficte, ac nulla conditione, pacto, seu promisso interveniente, & sine spe aliqua facta vel facienda cuiquam de beneficiis ipsis resignandis suis patronis successu temporis, ipsis archidiaconis, seu officialibus, sint ad hujusmodi beneficia præsentati: alioquin, si secus actum fuerit, admissiones & institutiones ut sic factas, irritas & inanes esse, dictosque præsentatos suspensos a beneficiis & officiis decernimus ipso facto.

VI. Item ordinamus & districte præcipimus observari in nostra cathedrali ecclesia, & singulis collegiatis ecclesiis nobis subjectis, quod singulis diebus prima decantata, martyrologium lectum fuerit, pronuntietur anniversarium defunctorum, quod sequenti die fuerit peragendum, & summa pecuniæ pro hujusmodi anniversario interessentibus vigiliis & missæ dividenda.

VII. Item statuimus & ordinamus, quod canonici & vicarii ecclesiæ nostræ Treverensis & aliarum ecclesiarum nobis subjectarum ad horas canonicas, vigilias pro defunctis & missas debito tempore secundum statuta & ordinationes suarum ecclesiarum, intrent chorum, & ipsis horis intersint eo tempore, quo distributiones chori fuerint dividendæ: quas nulla ordinatione, statuto sive pacto obstante, tantum inter præsentes ibi tunc canonicos & vicarios, juxta consuetudines ipsarum ecclesiarum in choro et non extra chorum, dividi & dari volumus & præcipimus per officiatos, qui ad hoc fuerint deputati, exceptis illis canonicis & vicariis, quos infirmitas seu justa & rationabilis necessitas corporalis aut evidens ecclesiæ utilitas excusaret. Inhibemus etiam districtius præfatis officiatis, ne aliquas distributiones occasione collectionis redituum, seu censuum ecclesiarum sibi usurpent, dum non interfuerint divinis officiis, in quibus dividendę sunt hujusmodi distributiones, & quia nonnulli plus temporalem solent pœnam, quam spiritualem seu ecclesiasticas sententias, quod dolenter referimus, formidare, & ut sic frequenter ad subditorum noxam tendit, quod ipsis ad remedium est provisum, sententias excommunicationis in aliis statutis nostris super pręmissis & eorum occasione per nos editi prolatas, ne subditi nostri eisdem sententiis, prout hactenus fieri est compertum, damnabiliter se involvant, decernimus revocandas, & præsentibus revocamus. Nolumus tamen illos, qui dictis nostris sententiis, seu canonis, jam ligati noscuntur, per hujusmodi absolutionem esse absolutos, sed quod ab eisdem sententiis per nos vel per nostros in hac parte vices gerentes obtineant specialiter se absolvi.

VIII. Præterea ut præmissa omnia & singula observentur, ne aliquis ab eorum observatione, prætextu ignorantiæ se possit excusare, præcipimus omnibus & singulis Decanis nobis subditis, ut eorum copiam recipiant infra mensem, ab officialibus Treverensibus, sive Confluent. & eam suis subditis publicent, & diligenter faciant observari, si ipsi decani pœnam canonicam, & nostram voluerint evitare. Dat. Trever. an. Dom. 1337. die 20. mensis Maji.

CON-

CONCILIUM AVENIONENSE

A trium provinciarum episcopis in monasterio S. Rufi anno Dom. MCCCXXXVII. celebratum.

Nunc primum prodit ex cod. MS. Illustrissimi archiepiscopi Rem. coadjutoris, Car. Maur. Tellerii.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De Missa B. Mariæ semel in hebdomada celebranda.*
2. *De indulgentia associantibus corpus Christi, cum ad infirmos portatur, concessa.*
3. *De claudendis fontibus baptismalibus.*
4. *De sacramento Eucharistiæ in tempore Paschali parochialibus solum presbyteris ministrando.*
5. *Ut beneficiati, & in sacris ordinibus constituti, in diebus Sabbati a carnibus habeant abstinere.*
6. *Qualiter prælati possint benedicere in diœcesi aliena.*
7. *De sententia excommunicationis ab ordinario lata, exigente excommunicati inobedientia, per prælatos alios publicanda.* B
8. *Ut censura ecclesiastica sic urgente contumacia exerceatur, quod nullus ultra juris terminos abutatur.*
9. *Qualiter contra illos, qui excommunicationis sententiam contemnentes, exemplo perniciosa peragunt, procedatur.*
10. *Ne ecclesiasticæ personæ titulum jurisdictionis, quam pacifice possederunt, sæculari ostendere teneantur.*
11. *Ut persona ecclesiastica per nullum judicem temporalem in criminalibus vel personalibus distringantur.* C
12. *Ut clericus contra clericum, ad judicem sæcularem vel alium laicum, pro facienda justitia vel inferenda violentia, non recurrat.*
13. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiasticarum personarum subtrahunt, diminuunt, dissipant, & invadunt.*
14. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiastica invaserunt, vel quomodolibet occuparunt.*
15. *Ut hi, qui res ab ecclesiis qualitercumque tenent, in alienatione earum, teneantur de jure ecclesiarum expressam facere mentionem.* D
16. *Ne quis in loco suo retineat bona ecclesiarum alibi indebite ablatarum.*
17. *Ut sæcularis potestas clericum per ipsam captum, cito judici suo restituat, nihil exigens ab eodem.*
18. *Ut deferentibus litteras pro jurisdictione ecclesiastica exercenda nulla injuria vel violentia inferatur.*
19. *Prorogatio jurisdictionis in invasores, occupatores ecclesiasticorum bonorum & jurium exercenda,* E
20. *Ut excommunicati ad nullum publicum officium admittantur,*
21. *Ut nullus sine superioris licentia alicui quomodolibet ministret toxicum vel alia venenosa.*

A 22. *De pœnis, toxicum vel herbas mortiferas in mortem alicujus ministrantibus, inferendis.*
23. *Qualiter contra exemptos & privilegiatos, in diversis abutentes suis privilegiis, procedatur.*
24. *Ut testamentis parochianorum intersint presbyteri, & per episcopum distribuantur restitutiones incertæ.*
25. *Quod episcopi in distributionibus legatorum vocentur, prout ad eos pertinet vel de consuetudine vel de jure.*
26. *Ut nullus confessorum, sine diœcesani licentia, quemquam præsumat absolvere in casibus infra scriptis.*
B 27. *De instrumentis debitorum soluto debito restituendis, & si apud debitores remaneant, cancellandis.*
28. *Ut instrumenta debitorum, vel manuscripta, post certum tempus, nullam in foro ecclesiastico ad probationem habeant roboris firmitatem.*
29. *Ut nullus bona ecclesiarum vacantium occupet, nisi si per consuetudinem vel privilegium hoc licuerit.*
30. *Ut nulla persona ecclesiastica cum potestatibus sæcularibus posse habens, det consilium vel juvamen, contra ecclesiasticas libertates.*
C 31. *Ut nullus in sacris ordinibus constitutus, & curam animarum habens, in judiciis sæcularium curiarum gerat officium publicum vel privatum.*
32. *De modo probandi electionem sepulturæ illorum, qui apud religiosos elegisse dicuntur.*
33. *Ut sine novi census impositione vel veteris augmentatione beneficia conferantur.*
34. *Ut monachi in ecclesiis suis infra certum tempus perpetuos vicarios repræsentent.*
35. *Ut nullus beneficium conferat, in quo jus tantum obtinet patronatus.*
D 36. *Ut præsentatus patrono non juret, sine diœcesani licentia, nec ab alio institui se patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.*
37. *Ut ecclesia & ecclesiastica personæ a talliis & exactionibus sæcularium per ordinarios defendantur.*
38. *Ut clerici, macellariorum & tabernariorum officia personaliter exercentes, moneantur ut a prædictis desistant officiis, si gaudere voluerint privilegio clericali.*
39. *Ne questa vel aliæ exactiones per sæculares hospitalibus imponantur.*
40. *Item de eodem.*
E 41. *Ut domini temporales non impediant vel prohibeant, quominus ecclesiarum rectoribus decimæ persolvantur.*
42. *Ne statuta & ordinationes fiant super decimis, funeralibus, oblationibus, & aliis, contra laudabiles consuetudines & ecclesiæ libertates.*
43. *De societatibus, colligationibus, & conjurationibus, quas confratrias appellat, radicitus extirpandis.*

44. Ne

ANNO CHRISTI 1337.

44. *Ne clerici, præter diœcesani licentiam, ecclesias teneant, nec ibi armatos tenere præsumant.*
45. *De clericis arma portantibus, & qualiter puniantur.*
46. *De honestate clericorum circa barbam non nutriendam, & coronam debitam deferendam.*
47. *De honestate canonicorum sæcularium, & dignitates habentium, in vestibus deferendis.*
48. *Ut hi qui voces in capitulis non habent, cum habentibus se non ingerant, nec ad distributiones, quæ dantur capitulantibus admittantur.*
49. *Ut canonici, præsertim dignitates habentes, per duos menses in ecclesiis suis residentiam annis singulis facere personaliter teneantur.*
50. *Ut canonici, prætextu seu colore cujusvis afficii vel servitis, distributiones non recipiant, quas non essent recepturi.*
51. *Ut hi qui dignitates seu personatus habent, seu habituri sunt, intra certum tempus, ad sacros ordines, prout dignitates seu personatus ejusmodi exigunt, se faciant promoveri.*
52. *Ut prælati remissionem delinquentium ad invicem faciant requisiti.*
53. *De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclesiæ per judicem sæcularem & appositionem pœnæ.*
54. *Ne probibeantur prælati jurisdictionem suam exercere.*
55. *Ne probibeantur directe vel indirecte clerici coram suo judice litigare.*
56. *Ut infra domos prælatorum, & in eorum officialium præsentia, injuria nulli fiat.*
57. *De bannis solvendis a clericis, & per quos & qualiter exigantur.*
58. *De contrahentibus matrimonia clandestina in diœcesi aliena.*
59. *De abusoribus litterarum domini Papæ, & legatorum, & qualiter puniantur.*
60. *Ut beneficiati sine diœcesani licentia non componant.*
61. *Ne beneficiati res ecclesiasticas absque diœcesani licentia, præterquam in certis casibus, alienent.*
62. *In quo statu debeant dimitti beneficia, & per successorem teneri.*
63. *De inventario bonorum ecclesiasticorum infra certa tempora faciendo.*
64. *De testamentis per beneficiatos secundum consuetudines laudabiles faciendis.*
65. *De statutis, bannis, & præconizationibus contra consuetudines ecclesiæ editis, probibendis.*
66. *De contributione expensarum, necessaria inter omnes beneficiatas diœcesis, facienda.*
67. *Ut Judæi utriusque sexus, signa deferant, per quæ ab aliis discernantur.*
68. *Tunc sententia interdicti servetur, cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.*
69. *De Judæis pro medicina exhibenda non requirendis, nec, si se ingesserint, admittendis.*
70. *Cum absolutio vel dispensatio in casibus præsentis concilii, superiori non reservatur, per ordinarium, vel per alium ad quem ordinarius remittet, expediri poterit, vel debebit.*

PRÆFATIO.

In nomine Domini, Amen.

ANtiqui patres, sanctitatis gratia præditi, & tam exemplo quam opere, beatitudinis munere affluentes, curam pastoralis sollicitudi-
A nis salubriter exercentes, sua sæpius concilia celebrarunt, in quibus per justitiæ regulam, suis consuluerunt temporibus opportuno regimine ecclesiasticæ disciplinæ, morum gestus induxerunt laudabiles, & subditorum errantium periculis feliciter obviarunt. Ideoque nos permissione Divina Galbertus * Arelatensis, Bertrandus Ebredunensis, & Armandus Aquensis, archiepiscopi, prædictorum patrum antiquorum vestigiis inhærentes, ac subditorum nostrorum saluti, quantum nobis ex alto permittitur, prospicere cupientes: de infra scriptorum episcoporum suffraganeorum, & capitulorum nostrarum provinciarum absentium, consilio & assensu: videlicet nos Galbertus Arelatensis archiepiscopus,
B cum venerabilibus in Christo patribus, dominis eadem gratia, Petro Aurasicensi, Hugone Tricastinensi, Jacobo Tolonensi, Hugone Carpentoracensi, Philippo Cavalliceosi, Joanne Massiliensi, Joanne Avinionensi, & Rocherio Vasionensi; & cum Arelatensis, Anrasicensis, Tricastrinensis, Tolonensis, Carpentoracensis, Cavallicensis, Massiliensis, Avinionensis, & Vasionensis capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus; & nos Bertrandus Ebredunensis archiepiscopus, cum Bertrando Senesiensi, Elziario Diniensi, Jacobo Glandatensi, Arnaldo Venciensi, & Guillelmo Niciensi; & cum discreto viro magistro Joanne Durandi, clerico intitulato in ecclesia..... Grassensis absentis;
C & cum Senesiensis, Glandatensis, Grassensis, Venciensis, & Niciensis, capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus; & nos Armandus Aquensis archiepiscopus, cum Bartholomæo Forojuliensi, Gaufridio Regensi, Rostanno Cistaricensi, & Guillelmo Aptensi, episcopis nostris suffraganeis; ac cum religioso viro fratre Lantelmo Desparrone, priore prioratus de Alamon Vapincensis diœcesis, procuratoro venerabilia patris domini Dragoneri episcopi Vapincensis absentis; ac cum Regensis, Cistaricensis, Aptensis, & Vapincensis, capitulorum procuratoribus sufficienter comparentibus: in loco seu monasterio sancti Rufi, ordinis sancti Augustini, Avinionensis diœcesis, Arela-
D tensis supra dictæ provinciæ, provinciale concilium celebrantes, prorogata primo jurisdictione de locis ad locum; per nos Ebredunensem & Aquensem archiepiscopos, nostrosque suffraganeos præsentes, nobis Galberto Arelatensi archiepiscopo, et Joanne Avinionensi episcopo, et procuratoribus supradictis hac vice consentientibus: ad honorem omnipotentis Dei, et præcelsæ gloriosæ Virginia matris suæ, totiusque cælestis curiæ beatorum, ac morum reformationem, delictorum et excessuum correctionem, ac animarum nostrarum et subditorum nostrorum utilitatem, et statum ecclesiasticum salubrius conservandum: hoc sacro ap-
E probante concilio ad infra scripta statuta edenda, seu aliqua eorum innovanda et declaranda, processimus ut inferius continetur. Protestati tamen fuimus ante omnia, quod per infra scripta statuta, seu aliqua eorumdem, statutis provincialibus, seu synodalibus, seu ecclesiarum cathedralium vel collegiatum, olim rationabiliter editis in nostris provinciis, derogare non intendimus: nisi et in quantum dictis nostris statutis infra scriptis reperirentur per contrarietatem vel aliis obviare.

* *alias Gasbertus vocatur.*

CA-

ANNO CHRISTI 1337.

CAPITULA.

I. *De Missa B. Mariæ semel in hebdomada celebranda.*

Multi & hinc canones descripti in Conc. Vaurensi anni 1368.

In primis statuimus, &c. *ut in conc. Avenion. ann.* 1326. *cap.* 1.

II. *De indulgentia associantibus corpus Christi, cum ad infirmos portatur, concessa.*

Si propter Christum reverentia sanctis ejus impendi, &c. *Ibid. cap.* 2.

III. *De claudendis fontibus baptismalibus.*

Sacri fontes, &c. *Ibid. cap.* 5.

IV. *De sacramento Eucharistiæ in tempore Paschali a parochialibus solum presbyteris ministrando.*

Item desiderantes, illud præceptum generalis concilii, pro animarum salute et catholicæ fidei ...... quod omnis utriusque sexus, postquam ad annos discretionis pervenerit, reverenter recipiat ad minus in Paschate Eucharistiæ C sacramentum, sic a Christi fidelibus sollicitudini nostræ commissis efficaciter observari, quod nulli, quæsitis coloribus, et simulatis devotionibus, vel alias, dum ab aliis quam a propriis sacerdotibus recipere velle se asserunt corpus Christi, fraudem quærentes facere canoni, fraudent potius semetipsos: præsentis deliberatione concilii statuimus inhibendo, quod curati nostrarum civitatum, diœcesum, et provinciarum, nulli parochiano suo, cujuscumque conditionis vel sexus existat in festo Paschæ, D nec in octo diebus immediate præcedentibus, et octo subsequentibus, concedant licentiam recipiendi, nisi ex causa infirmitatis, nec etiam alicui conferendi seu ministrandi sacramentum Eucharistiæ extra ecclesias suas parochiales, vel alias ecclesias, ubi per ipsos curatos ministrari extitit consuetum. Si qui autem curati, hujusmodi statuti fuerint trasgressores: auctoritate præsentis concilii, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Prælati autem E sic præsens statutum diligenter observent, ut alicui, nisi ex causa rationabili, recipiendi sacramentum prædictum illo tempore, alibi quam in parochiali ecclesia, licentiam non concedant.

V. *Ut beneficiati & in sacris ordinibus constituti, in diebus sabbati a carnibus habeant abstinere.*

Item cum deceat viros ecclesiasticos,

A præsertim beneficia ecclesiastica obtinentes, in modo vivendi sic inter homines exemplariter conversari, ut laici eorum informentur exemplo, non autem ex clericorum abusu corruptis moribus deformentur: statuimus, quod clerici beneficiati, aut in sacris ordinibus constituti, ab inde in antea semper in diebus sabbati, pro honore B. Mariæ, carnibus abstineant: nisi ex causa necessitatis; de qua comedentis conscientiæ relinquatur, vel nisi festum Natalis Domini in B die sabbati contigerit evenire. Alioquin contrarium facientes, pro quolibet die Sabbati, quo carnes comedere attentaverint, per unum mensem ipso facto ab ingressu ecclesiæ sint suspensi.

VI. *Qualiter prælati possint benedicere in diœcesi aliena.*

Item statuimus, quod quilibet, &c. *ut in concil. Avenion. anno* 1326. *cap.* 46.

VII. *De sententia excommunicationis ab ordinario lata, exigente excommunicati inobedientia, per prælatos publicanda.*

Item statuimus, quod ex quo per propriam civitatem, &c. *Ibid. cap.* 6.

VIII. *Ut censura ecclesiastica sic, urgente contumacia, exerceatur, quod nullus ultra juris terminos abutatur.*

Item cum censura ecclesiastica sit eo moderamine a viris ecclesiasticis exercenda, quod officium debitum operando, non cogatur ad noxam et scandalum tendere, quæ ad medelam et remedium est inducta; et excommunicationis lata sententia, contra contumaces et in excommunicationis sententia dormientes, possit expressis a jure provisionibus aggravari, quod ad peregrinas adinventiones et multipliciter perniciosas recurrere, sit tam inutile, quam damnosum: statuimus, quod ab inde in antea nullus ecclesiasticam jurisdictionem exercens, contra excommunicatos ab ipsis, quantocumque tempore excommunicationis sententiam animo sustinuerint indurato, procedat ad faciendum projici lapides in domum excommunicationis sententia innodati, vel faciendum venire capellanum indutum veste sacerdotali, ad domum excommunicati prædicti, vel portandum libitinam seu feretrum, vel alia similia, quæ a jure non reperiuntur expressa; sed aliis provisis a jure remediis utantur ad pœnam contumacium aggravandam. Exercentes autem jurisdictionem ecclesiasticam hujusmodi, qui contrarium fecerint: excommunicationis incurrant sen-

ANNO CHRISTI 1337.

ANNO CHRISTI 1337.

sententiam ipso facto, nec subditi nostri, curati vel alii, eisdem teneantur in prædictis aliqualiter [a].

[a] Addit, obedire, ex edit. Baluzii.

IX. *Qualiter contra illos, qui excommunicationis sententiam contemnentes, exemplo pernicioso peragunt, procedatur.*

Cæterum abominabitur, proh dolor, &c. *ut in concil. Avenion. ann.* 1326. *c.* 7

X. *Ne ecclesiasticæ personæ, titulum jurisdictionis, quam pacifice possederunt, sæculari ostendere teneantur.*

Item quod sæculares domini, &c. *Ibid. cap.* 8.

XI. *Ut persona ecclesiastica per nullum judicem temporalem in criminalibus vel personalibus distringatur.*

Item quod nullus dominus, &c. *Ibid. c.* 9.

XII. *Ut clericus contra clericum, ad judicem sæcularem vel alium laicum, pro facienda justitia vel inferenda violentia, non recurrat.*

Item prohibemus statuendo, &c. *Ib. c.* 10.

XIII. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum subtrahunt, diminuunt, dissipant, & invadunt.*

Quoniam aliqui, &c. *Ibid. c.* 11.

XIV. *Provisio contra illos, qui bona & jura ecclesiastica invaserint, vel quomodolibet occuparint.*

Item statuimus & etiam ordinamus, &c. *Ibid. cap.* 12.

XV. *Ut hi qui res ab ecclesiis qualitercumque tenent, in alienatione earum teneantur de jure ecclesiarum expressam facere mentionem.*

Item cum quidam suæ salutis immemores, tenentes ab ecclesiis castra, villas, domos, terras, nemora, prata, seu quasvis alias possessiones, in emphyteosim, vel sub certo feudo, dominio, seignoria, censu, servitio, pensione, vel præstatione quacumque, plerumque illas vel illa vendunt, permutant, vel donant, seu alias ignorante domino distrahunt, nulla de emphyteosi, feudo, dominio, seignoria, censu, servitio, pensione, vel præstatione, quodve ab ecclesia teneatur, habita mentione; quin immo interdum ipsas seu ipsos, tamquam ab omni censu, servitio & pensione, seu quovis alio jure ecclesiis debito liberas, alienant: nos tam saluti talia volentium attentare, quam indemnitati ecclesiarum providere volentes: statuimus, quod quicumque tenens ab ecclesiis nostris, vel nobis subjectis, castra, villas, domos, possessiones, vel alienas res immobiles, seu loca vel jura, cum ad venditionem, donationem, permutationem, seu quamvis aliam alienationem eorum vel earum, duxerit procedendum, de feudo, emphyteosi, & si canon vel pensio propria non solvatur, servitio, censu, dominio vel seignoria, pensione, seu quavis alia præstatione, eisdem ecclesiis debitis (etsi in alienatione de jure vel de consuetudine non sit illius a quo tenetur requirenda scientia vel consensus) expressam debeat facere mentionem. Alias si aliquod prædictorum, ecclesiis prædictis debitorum, in contractu seu alienatione hujusmodi negaverit, vel scienter omiserit: excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Eamdem pœnam incurrat notarius, qui scienter, sine expressione hujusmodi jurium, de contractu fecerit instrumentum.

XVI. *Ne quis in loco suo retineat bona ecclesiarum alibi indebite ablata.*

Item quod loca, &c. *ut in conc. Av. an.* 1326. *c.* 13.

XVII. *Ut sæcularis potestas clericum per ipsam captum, cito judici suo restituat nihil exigens ab eodem.*

Item quod privilegium, &c. *Ibid. cap.* 14.

XVIII. *Ut deferentibus litteras pro jurisdictione ecclesiastica exercenda, nulla injuria vel violentia inferatur.*

Cum justitiæ jus suum cuilibet tribuenti, & ipsius ministris ac reipublicæ, plurimum detrahatur, si processus ipsorum ministrorum justitiæ, iniquorum contingat machinationibus impediri: nos volentes talium justitiæ cultum impedientium, ausus temerarios timore disciplinæ ecclesiasticæ cohibere, provisione præsentis concilii duximus statuendum: quod si quis, cujuscumque status & conditionis existat, nuncios aut executores nostros, & suffraganeorum nostrorum, officialium & vicariorum, seu eorum loca tenentium, vel vices gerentium, aut alias litteras & scripturas judiciales nostras, vel suffraganeorum, vicariorum, & officialium prædictorum deferentes, hac occasione verberare, ca-

Conc. Vaur. an. 1368. cap. 104.

pe-

ANNO CHRISTI 1337.

pere, detinere, occultare, carceri mancipare, vulnerare, interficere, vel mutilare, seu litteras & scripturas prædictas auferre, seu eas rumpere, cancellare vel alias destruere quoquo modo, vel ablata celare, vel deferentes compellere ad frangendum, vel, ut eorum verbis utamur, ad manducandum hujusmodi litteras vel scripturas, aut quod prædicta seu aliqua prædictorum fiant procuraverit, aut facientibus dederit consilium vel favorem: excommunicationis sententiæ, quam ex nunc ferimus, subjaceant ipso facto: a qua, nisi prius judici cujus auctoritatem contempserit, & passo injuriam, & cæteris quorum interrerit, prout excessus exigit atrocitas, satisfecerit, nullatenus absolvatur.

XIX. *Prorogatio jurisdictionis, in invasores, occupatores ecclesiasticorum bonorum & jurium exercendæ.*

Item cum quanto quis passus injuriam in majori statu existit, tanto atrocior injuria judicetur, & idcirco sit cautius & uberius providendum: statuimus, ut si cui nostrum archiepiscoporum, vel episcoporum, vel ecclesiarum nostrarum, vel nostrorum familiarum, in personis vel rebus fuerit injuria vel violentia irrogata, vel possessio, seu quasi, turbata sit: possit quilibet ex nobis archiepiscopis, & episcopis, nostris officialibus, & vicariis, & vices gerentibus, & loca tenentibus eorumdem, procedere de jure, consuetudine, vel statuto, contra injuriatores & turbatores hujusmodi, si in propria diœcesi facta essent: sic etiam possit, si extra propriam diœcesim & provinciam, dum tamen infra nostras provincias sint commissa, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, necnon citare, informationes recipere, inquirere, definire, declarare, et omnem jurisdictionem & censuram ecclesiasticam exercere, ad satisfactionem sufficientem et debitam obtinendam. Per hoc autem non intendimus, quod ordinario præjudicium generetur, quin etiam ex officio possit procedere ad pœnam debitam imponendam, ac etiam ad faciendum satisfieri injuriam passis, si ab eis fuerit requisitus. Et ut prædicta omnia et singula, roboris obtineant firmitatem: nos omnes archiepiscopi, episcopi, et procuratores episcoporum absentium. *Reliqua in concil. Avenion. ann. 1326. cap. 55. in medio, ubi male legitur:* nos et episcopi, archiepiscopi.

XX. *Ut excommunicati, ad nullum publicum officium admittantur.*

Item statuimus, quod excommunicati *&c. Ibid. c. 16.*

XXI. *Ut nullus sine superioris licentia alicui quomodolibet ministret toxicum vel alia venenosa.*

Item statuimus, et sub pœna excommunicationis *&c. Ibid. c. 17.*

XXII. *De pœnis, toxicum vel herbas mortiferas in mortem alicujus ministrantibus, inferendis.*

Item quod quicumque alium toxicare, *&c. Ibid. cap. 18.*

XXIII. *Qualiter contra exemptos & privilegiatos in diversis abutentes suis privilegiis procedatur.*

Item dolentes referimus, *&c. Ib. c. 19.*

XXIV. *Ut testamentis parochianorum intersint presbyteri, & per episcopum distribuantur restitutiones incertæ.*

Item ne relictæ in testamentis, *&c. Ibid. cap. 20.*

XXV. *Quod episcopi in distributionibus legatorum vocentur, prout ad eos pertinet de consuetudine vel de jure.*

Cum in eo, in quo alicujus interesse, *&c. Ibid. cap. 21.*

XXVI. *Ut nullus confessorum, sine diœcesani licentia, quemquam præsumat absolvere in casibus infrascriptis.*

Item ut nullus, cujuscumque religionis, *&c. Ibid. cap. 22.*

XXVII. *De instrumentis debitorum soluto debito restituendis, & si* [a] *apud debitores remaneant, cancellandis.*

[a] Leg. apud creditorem, ut in editione Baluzi

Item cum nulla juris patiatur ratio, quod bis idem debitum exigatur: nos volentes materiam bis exigendi idem debitum, et vexationis indebitæ, quantum possumus, amputare: statuimus, quod nullus creditorum, Christianus aut Judæus, postquam

postquam fuerit ei de integro debito satisfactum, possit, contra voluntatem debitoris, instrumentum vel manuscriptum soluti jam debiti retinere: nisi forsitan creditor, ad aliqualem cautelam, vellet instrumentum prædictum vel manuscriptum in præsentia solventis cancellare, & ruptum penes se conservare. Quod si instrumentum vel manuscriptum, ut præmittitur, cancellatum & ruptum penes se conservare voluerit: a quoquam * si petatur, fidem facere teneatur de soluto. Creditor autem, postquam per debitorem requisitus, restituere vel rumpere & cancellare non curaverit instrumentum vel manuscriptum prædicta: eo ipso, auctoritate præsentis concilii, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, si vero Judæus fuerit, a participatione fidelium sit exclusus.

* f. per apocham, si p.

XXVIII. *Ut instrumenta debitorum, vel manuscripta, post certum tempus nullam in foro ecclesiastico ad probationem habeant roboris firmitatem.*

Item, fraudibus creditorum, qui sibi debitum bis in totum, vel in parte, exigere plerumque nituntur, occurrere cupientes, ac negligentes jus suum persequi ad persecutionis diligentiam invitantes: statuimus, & auctoritate præsentis concilii ordinamus, quod in curiis nostris, & suffraganeorum nostrorum, nullum instrumentum publicum super mutuo, seu deposito, seu venditione & emptione rerum mobilium confectum (post decem annos a tempore contractus & confectionis instrumenti, si dies solutionis vel solutionum non sit appositus ibi, alias a tempore solutionis ultimæ computandos) nullam fidem faciat nec ad probationem debiti aliquid suffragetur. Et hoc * sive instrumentum hujusmodi, ad faciendum probationem contra clericos, sive etiam contra laicos ratione juramenti, vel alias de consuetudine, vel de jure, in curia spirituali conventos, quomodolibet inducatur, nisi intra prædictum decem annorum spatium hujusmodi præscriptio .... sub testimonio instrumenti publici ..... fuisset quodammodo interrupta. Mandamentum autem vulgariter appellatur post tres annos computandos, ut supra in prædictis curiis spiritualibus nullam fidem faciat, nec aliam habeat roboris firmitatem.

* Deest forte manuscriptum.

XXIX. *Ut nullus bona ecclesiarum vacantium occupet, nisi si per consuetudinem vel privilegium hoc liceret.*

Item quod nullus omnino prælatus, abbas, *&c. ut in concil. Avenion. ann.* 326. *cap.* 24.

XXX. *Ut nulla persona ecclesiastica cum potestatibus secularibus posse habens, det consilium vel juvamen contra ecclesiasticas libertates.*

Item, quod quælibet ecclesiasticæ personæ, *&c. Ibid. c.* 25.

XXXI. *Ut nullus in sacris ordinibus constitutus, vel curam animarum habens, in judiciis secularium curiarum gerat officium publicum vel privatum.*

Item, quod nullus clericus, *&c. Ibid. cap.* 26.

XXXII. *De modo probandi electionem sepulturæ illorum, qui apud religiosos elegisse dicuntur.*

Item statuimus, ne quis illorum funera, *&c. Ibid. c.* 27.

XXXIII. *Ut sine novi census impositione, vel veteris augmentatione, beneficia conferantur.*

Item quod prioratus, *&c. Ibid. c.* 28.

XXXIV. *Ut monachi in ecclesiis suis infra certum tempus perpetuos vicarios repræsentent.*

Item statuimus, quod in singulis ecclesiis, *&c. Ibid. c.* 29.

XXXV. *Ut nullus beneficium conferat, in quo jus tantum obtinet patronatus.*

Item statuimus, quod nullus, *&c. Ibid. cap.* 30.

XXXVI. *Ut præsentatus patrono non juret sine diœcesani licentia, nec ab alio institui se patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.*

Item sub pœna excommunicationis *&c. Ibid. c.* 31.

XXXVII. *Ut ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ a talliis & exactionibus secularium per ordinarios defendantur.*

Item quod clerici & hospitalia, *&c. Ibid. cap.* 32.

XXXVIII.

ANNO CHRISTI 1327.

XXXVIII. *Ut clerici, macellariorum & tabernariorum officia personaliter exercentes, moneantur, ut a prædictis desistant officiis, si gaudere voluerint privilegio clericali.*

Item cupientes clericos, sortes * electos, sic professionis viam quam elegerunt modeste servare, quod respicientes retro, negotiationes non exerceant ecclesiastico statui minime congruentes; ac attendentes quod dignum existit, ut qui similem cum sæcularibus vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam: auctoritate præsentis concilii ordinamus, quod nos archiepiscopi & episcopi, per nos vel officiales nostros, infra mensem, sub obtestatione Divini nominis, omnibus curatis nostrarum civitatum & diœcesum districte mandemus, quod ipsi, omnes clericos, solutos & conjugatos, carnificum seu macellariorum aut tabernariorum officium publice personaliter exercentes, sub pœna excommunicationis, infra mensem a tempore mandati nostri hujusmodi certificati in scriptis, specifice debeant nobis seu nostris intimare. Qua intimatione & informatione receptis, nos sine moræ dispendio, per nos aut officiales nostros prædictos, ad monitionem nominatim faciendam, & alia contenta in constitutione Viennensis * concilii super hoc edita, exacta diligentia procedamus.

* *f.* in partem sortis sanctorum electos, ut Coloss. 1. 12.

* Clement. Diœcesanis de vit. & hon. cler.

XXXIX. *Ne questæ vel aliæ exactiones per seculares hospitalibus imponantur.*

Item quod domini sæculares, vel quicumque alicujuscumque, *&c. ut in concil. Avenion. cap.* 33.

XL. *Item de eodem.*

Item cum statuta sæcularium, ecclesias aut personas ecclesiasticas non astringant: statuimus, ut sæculares, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut status fuerint, qui prætextu statuti ne bladum extrahatur de terra, castro, villa, vel quod certo pretio vendatur, invitos clericos vel ecclesiasticas personas astringere (maxime cum ipsi non habeant aliunde forsitan unde vivant) aut super angariis vel parangariis aut aliis quibuscumque, cum in eis, nec in eorum bonis aliquam habeant potestatem, coarctare præsumpserint, excommunicationi subjaceant ipso facto, & locus, ubi hoc per dominum loci, vel universitatem ejus, aut eorum conniventia vel permissu attentatum fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto: nisi moniti, infra mensem emendaverint, & de perpetratis satisfactionem exhibere studuerint competentem.

XLI. *Ut domini temporales non impediant vel prohibeant, quo minus ecclesiarum rectoribus decimæ persolvantur.*

Item quod domini temporales, *&c. ut in concilio Avenion. ann.* 1327. *c.* 35.

XLII. *Ne statuta & ordinationes fiant super decimis, funeralibus, obligationibus, & aliis, contra laudabiles consuetudines & ecclesiæ libertates.*

Item quod laici, *&c. Ibid. cap.* 36.

XLIII. *De societatibus, colligationibus, & conjurationibus, quas confratrias appellant, radicitus extirpandis.*

Item quia in quibusdam nostrarum, *&c. Ibid. cap.* 27.

XLIV. *Ne clerici, præter diœcesani licentiam, ecclesias muniant, nec ibi armatos tenere præsumant.*

Item prohibemus sub pœna, *&c. Ibid. cap.* 38.

XLV. *De clericis arma portantibus, & qualiter puniantur.*

Item statuimus, *&c. Ibid. cap:* 39.

XLVI. *De honestate clericorum circa barbam non nutriendam, & coronam debitam deferendam.*

Insolentias clericorum, quæ tam ex inordinato habitu, quam ex gestu deformi, dissolutiones ridiculas non solum gignunt in clero, sed apud ipsos laicos indevotionem pariunt & exempla scandalosa producunt, compescere cupientes: statuimus, quod omnes clerici, cujuscumque status aut conditionis existant; coronam rotundam deferant, non nimia parvitate notandam, infra octo dies ex quo illam * receperint, a barbis nutriendis, postquam ad tempus rasuræ congruens pervenerint, studeant abstinere. Exinde vero tam barbam, cum ad tempus rasuræ congruens pervenerint, ut præfertur (quam tonsuram, singulis mensibus, nisi ex justa causa id facere studuerint, qua cessante ad hoc illos arctari volumus) radi facere teneantur. Quod

* *f.* ex quo tonsuram receperint

ANNO CHRISTI 1317.

Quod si præmissa non fecerint, beneficia in nostris provinciis seu diœcesibus obtinentes, pœnam centesimæ partis fructuum beneficiorum hujusmodi, quoties defecerint in præmissis (valore tamen ipsorum fructuum juxta taxationem decimæ quoad hæc attinet æstimato) ipso facto incurrant. Quam centesimam si occupaverint, vel sibi appropriaverint: tamdiu sint ab omnium fructuum prædictorum beneficiorum perceptione ipso jure suspensi, donec integram ejusdem centesimæ partis semel B vel pluries commissæ * restitutionem ordinariis suis fecerint. Clerici vero soluti, beneficia non habentes, in clericali statu viventes, quoties contra præmissa fecerint, in pœnam duodecim denariorum monetæ currentis incidant ipso facto, in usus pios ordinariorum arbitrio convertendam.

* Corr. omissa.

XLVII. *De honestate canonicorum secularium & dignitates habentium in vestibus deferendis.*

Item statuimus, quod in nostris provinciis seu diœcesibus, omnes canonici cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, necnon rectores, & perpetui vicarii, & capellani curati parochialium ecclesiarum, præsentes & posteri; inde canonici in dignitatibus seu personatibus constituti in ecclesiis & civitatibus, alii vero canonici in ecclesiis, ac rectores perpetui vicarii & capellani curati in suis ecclesiis & parochiis vestes superiores clausas non nimia brevitate notandas, cum manicis decenter longis pa- D riter & rotundis, ac capitiis seu capsanis vulgariter appellatis, notabiliter non apertis aut magnis: videlicet omnes prælati; canonici, tam dignitates seu personatus habentes, quam etiam non habentes, post medium; & aliæ suprascriptæ personæ, post unum annum a tempore publicationis statuti hujusmodi numerandum, astringantur portare præcise. Quod si præmissa facere neglexerint, vestibus, quas contra præsens statutum portaverint, sint ipso facto privati: quas E si etiam requisiti non tradiderint ordinariis per ipsos in pia opera convertendas, illi, qui distributiones percipiunt, eas, quamdiu dictas vestes tradere distulerint, perdant, perdant etiam ipso facto. Quarum quidem distributionum medietas capitulo, & alia medietas, ordinarii arbitrio, præfatis operibus applicetur. Aliæ vero personæ prædictæ, quæ distributiones non recipiunt; ipso A jure vestes amittant, in usus quoscumque permissos per ordinarios convertendas.

XLVIII. *Ut ii, qui voces in capitulis non habent, cum habentibus se non ingerant, nec ad distributiones, quæ dantur capitulantibus, admittantur.*

Item cum nullus cathedralis vel collegiatæ ecclesiæ canonicus; nisi sit subdiaconus, nec etiam habens dignitatem, personatum, vel officium certum requirens ordinem, nisi in illo sit ordine constitutus, vocem de jure in capitulo habeat, etiamsi ab aliis libere concedatur: statuimus, inhibentes ne prædicti vocem in capitulo non habentes, cum vocem habentibus, quando ipsum tenent capitulum, ullatenus se ingerant, nec per alios admittantur, etiam ex causa videndi, audiendi, vel sciendi, quæ per tenentes capitulum dicentur, tractabuntur, ordinabuntur; vel etiam statuentur; nec de distributionibus seu emolu- C mentis, quas tenentes capitulum pro interessendo capitulo recipiunt de consuetudine vel statuto, quicquam recipiant prædicti vocem in capitulo non habentes. Quod si contra præmissa fecerint, vel aliquid, seu aliqua præmissorum: sint per mensem a perceptione fructuum beneficiorum suorum quæ in illa obtinent ecclesia, & distributionum, ipso facto suspensi. Qui si de his quicquam perceperint, durante suspensione prædicta, duplum capitulo infra sex dies reddere teneantur. Quod si non fecerint, duret dicta suspensio, donec duplum solverint supradictum: quacumque donatione, concessione, remissione, vel gratia, contra hæc nullatenus valitura.

XLIX. *Ut canonici, præsertim dignitates habentes, per duos menses in ecclesiis suis residentiam annis singulis facere personaliter teneantur.*

Item quod omnes canonici & maxime dignitates, personatus, vel officia in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis obtinentes, præsentes & futuri, teneantur singulis annis per duos menses in dictis ecclesiis residentiam facere personalem: quocumque statuto, vel consuetudine contraria non obstante: quam nisi fecerint, extunc omnium fructuum & obventuum suorum beneficiorum totius anni, quæ in ecclesia obtinet, quartam partem secundum taxationem decimæ

ANNO CHRISTI 1337.

cimæ ipso jure amittant. Cujus quartæ medietas capitulo, alia vero medietas fabricæ vel aliæ necessitati ecclesiæ, ad arbitrium episcopi & capituli, applicetur. Quæ pœna nullatenus remitti valeat, etiamsi prælatus & capitulum super hoc convenirent: nec super residentia non facienda in duobus mensibus supradictis valeat idem prælatus, nisi ex causa studii, dispensare. Præmissa autem pœna, longa infirmitate præpeditis, aut existentibus obsequiis domini nostri papæ, vel prælati proprii .... negotia sine fictione aut fraude, aut in his qui dispensationem obtinuerant absentandi ex causa studii, non vendicet sibi locum. Per præmissa vero, circa illos qui de consuetudine vel statuto ecclesiarum ad continuam vel majorem residentiam, per se vel alium sunt astricti, non intendimus aliquid immutare.

L. *Ut canonici, prætextu cujusvis officii vel servitii, distributiones non recipiant, quas non essent recepturi.*

Item cum laborantibus in vinea Domini diurnus denarius debeatur, & negligentibus seminare in benedictionibus, messis etiam temporalis debeat denegari: auctoritate præsentis concilii constituimus, & etiam ordinamus, ut nullus canonicus cathedralis seu collegiatæ ecclesiæ, seu alii clerici perpetui beneficiati in eisdem ecclesiis, cujuscumque dignitatis, status, aut conditionis existant, etiam prætextu alicujus assumpti initi officii, vel etiam servitii colorati, distributiones quotidianas, quæ solis canonicis horis interessentibus dari debent, recipiat: nisi in eisdem horis personaliter intersit, aut occasione dicti officii, & pro negotiis capituli utilibus, omni fraude cessante, fuerit personaliter occupatus: quacumque remissione, donatione vel gratia, contra hæc nullatenus valitura.

LI. *Ut hi qui dignitates seu personatus habent, seu habituri sunt, intra certum tempus ad sacros ordines, prout dignitates seu personatus ejusmodi exigunt, se faciant promoveri.*

Item quia decet illos (& ipsis incumbit) qui ad servitium altaris & ecclesiæ Domini dedicati fore specialiter dignoscuntur, si sua digne & salubriter velint adimplere ministeria, ad sacros ordines promoveri, ne lucra amplecti

A avide, & humeros ab oneribus, præsertim honorabilibus, subducere censeantur: nos attendentes, quod nonnulli canonici cathedralium & collegiatarum ecclesiarum nostrarum provinciarum, civitatum, & diœcesum, in dignitatibus seu personatibus constituti, in propriæ salutis dispendium non curaverunt hactenus quod cum displicentia referimus, neque curant, immo potius in effectu recusant, ad sacros, quos requirunt, dignitates, vel personatus, quos obtinent, B promoveri, quasi sperantes verisimiliter, sed damnabiliter, quod, cum de Christi patrimonio fuerint sublimati, a clericali statu, sicut a multis * esse comperitur, illusis ecclesiis retrocedent; ex quibus minutus est cultus Divinus, & minni amplius abusu excrescente timetur, nisi super hoc provisionis accomodæ remedium apponatur: & idcirco volentes prout nostro incumbit officio, hujusmodi abusum illusivum & illusionem abusivam a nostris subditis abolere, & insuper cultum Divinum non mi- C nui, sed augeri nostris temporibus affectantes: præsentis concilii auctoritate statuimus concorditer, & etiam ordinamus, utilitate & necessitate nostrarum ecclesiarum id summopere poscentibus, ut omnes & singuli canonici, in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis nostrarum provinciarum dignitates seu personatus obtinentes, vel qui in posterum obtinebunt, intra unum annum a die publicati statuti præsentis dignitates seu personatus præsentialiter obtinentes; qui D autem obtinebunt in posterum, a die acceptæ possessionis pacificæ dignitatum seu personatuum hujusmodi in antea continue numerandum, ad sacros ordines, prout dignitates seu personatus hujusmodi exigunt, se faciant promoveri. Alioquin si infra dictum tempus non se fecerint, ut præmittitur, promoveri, a perceptione fructuum & obventionum dignitatis seu personatus hujusmodi, donec ad dictos ordines sint promoti, eo in ipso noverint se suspensos. Et si durante suspensione hujusmodi se ingere- E re præsumpserint: prædictis dignitatibus seu personatibus sint ipso facto privati. Volumus autem quod fructus & proventus dignitatum seu personatuum, qui durante suspensione prædicta de his dignitatibus seu personatibus recipientur, in utilitatem dignitatum seu personatuum prædictorum per ordinarium & ejus capitulum integre convertantur.

* Deest factum.

LII. *Ut*

ANNO CHRISTI 1337.

A

LII. *Ut prælati remissionem delinquentium ad invicem faciant requisiti.*

Item statuimus quod archiepiscopi, *&c. ut in concilio Avenion. ann.* 1326. *cap.* 40.

LIII. *De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclesiæ per judicem sæcularem & appositionem pœnæ.*

Item cum nonnulli claves, *&c. Ibid. cap.* 41.

LIV. *Ne prohibeantur prælati jurisdictionem suam exercere.*

Item cum jure cautum existat, *&c. Ib. cap.* 4.

LV. *Ne prohibeantur directe vel indirecte clerici coram suo judice litigare.*

Item cum nonnulli temporale dominium, *&c. Ib. c.* 43.

LVI. *Ut intra domos prælatorum, & in eorum officialium præsentia, injuria nulli fiat.*

Item cum illos, quos Dei, *&c. Ibid. c.* 44.

LVII. *De bannis solvendis a clericis, & per quos & qualiter exigantur.*

Item statuimus, quod sub pœna excommunicationis, *&c. Ibid. c.* 45.

LVIII. *De contrahentibus matrimonia clandestina in diœcesi aliena.*

Item statuimus, quod quæcumque personæ, *&c. Ibid. c.* 46.

LIX. *De abusoribus litterarum domini Papæ & legatorum, & qualiter puniantur.*

Item quia sunt nonnulli laici & clerici, *&c. Ibid. c.* 49.

LX. *Ut beneficiati sine diœcesani licentia non componant.*

Item sub interminatione anathematis, *&c. Ibid. c.* 50.

ANNO CHRISTI 1337.

LXI. *Ne beneficiati res ecclesiasticas absque diœcesani licentia, præterquam in certis casibus, alienent.*

Item statuimus prohibentes, ne aliquis, *&c. Ib. c.* 51.

LXII. *In quo statu debeant dimitti beneficia & per successorem teneri.*

Item statuimus, quod si contingat

B

aliquem, *&c. Ibid. cap.* 52.

LXIII. *De inventario bonorum ecclesiasticorum infra certa tempora faciendo.*

Item statuimus quod priores ecclesiarum, *&c. ibid. c.* 53.

LXIV. *De testamentis per beneficiatos secundum consuetudines laudabiles faciendis.*

C

Item statuta olim, *&c. Ib. c.* 54.

LXV. *De statutis, bannis, & præconizationibus contra consuetudinem ecclesiæ editis, prohibendis.*

Item statuimus, quod quicumque contra, *&c. Ib. c.* 55.

LXVI. *De contributione expensarum necessaria, inter omnes beneficiatos diœcesis facienda.*

D

Item statuimus, quod si archiepiscopus vel episcopus, *&c. Ibid. c.* 56.

LXVII. *Ut Judæi utriusque sexus signa deferant, per quæ ab aliis discernantur.*

Item decernimus, quod Judæi masculi, *&c. Ibid. c.* 57.

LXVIII. *Tunc sententia interdicti servetur, cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.*

E

In singulis autem casibus supradictis, in quibus lata est sententia interdicti, tunc demum servari eam volumus & mandamus, cum ab ordinario, vel ejus officiali, seu locum tenenti, seu delegato, datum fuerit in mandatis. Mandans autem diligenter attendat, quod tunc demum dictam sententiam mandet servari, quando illius loci dominus

ANNO CHRISTI 1337.

nus . . . . si vero plures fuerint pro indiviso obtinentes, quorum aliquis recusat, alius vero est obedire paratus: tunc demum superior, vel superiores proximi si plures fuerint, officiales ejus, seu eorum officiales requirantur & moneaotur, ut infra unum mensem, a die monitionis in antea numerandum, emendam fieri faciat, & satisfactionem debitam super eis, super quibus dicta sententia est prolata. Quod si non fecerit, extunc per dictum ordinarium, officialem, vel locum tenentem, seu delegatum ejusdem, dictam interdicti sententiam mandet & faciat per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

LXIX. *De Judæis pro medicina exhibenda non requirendis, nec, si se ingesserint, admittendis.*

Conc. Vaur. 1368. c. 124. Item, quia inter Christianos, non sine Catholicæ fidei opprobrio, adeo invaluit perniciosus abusus, ut ii qui Judæorum, utpote nostræ inimicorum fidei, fœtidos actus & opera spernere & abhorrern deberent, ad ipsos Judæos, qui se physicos vel chirurgos asserunt, pro medicamentis, immo verius nocumentis, indifferenter recurrant: propter quod eorumdem Judæorum servilis status ultra metas erigitur, inflatur, & superbit cæcitas, & ipsi fidem catholicam parvi pendunt, & exinde familiaritates & conversationes multiplices, multorum utique incentiva malorum, inter ipsos Christianos & Judæos prodeuntes, pluribus nesandis sceleribus, quæ reperiuntur perpetrata, causas creduntur verisimiliter præbuisse; & darent in posterum aliis sceleribus iis forsitan pejoribus occasionem sive causam, nisi salubris provisio talibus obviaret. Idcirco nos, quibus est cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri, subditosque nostros a noxiis, quantum cum Deo possumus, præservare: statuimus, & etiam ordinamus, ut amodo nullus Christianus nostrarum provinciarum, civitatum, & diæcesum, cujusvis sexus, status, conditionis aut dignitatis existat, in infirmitate sua, vel alias, Judæum quemquam physicum vel chirurgicum, * medicamen sive curam recipiendam ab eodem adeat, requirat, vel requiri faciat: nec etiam ipsius Judæi ad eum sponte vel alias venientis, aut mittentis, percipere audeat per se vel alium, quovis exquisito colore, medicinam, consilium, alias quam facturus fuerat, sive curam, nisi facienti imminerect periculum, & Christiani medici, physici, vel chirurgici, haberi commode in præfato periculo copia non valeret: interdicentes pari modo Judæis utriusque sexus, ut in curandis infirmitatibus Christianorum nullatenus se audeant immiscere. Qui autem hujus statuti extiterit violator: si Judæus fuerit, eidem communio fidelium subtrahatur; Christianus vero, superioris sui arbitrio puniatur.

* Deest, ad

LXX. *Cum absolutio vel dispensatio in casibus præsentis concilii superiori non reservatur, per ordinarium, vel per alium, ad quem ordinarius remittet, expediri poterit vel debebit.*

Item adjicimus, quod in casibus ubi dispensatio vel absolutio non reperiretur in ordinatione præsentis concilii alii reservata, episcopi, pro suæ discretionis arbitrio, juxta qualitatem negotii & personarum conditionem, provideant & dispensent, aut pro reconciliationis & absolutionis seu dispensationis remedio, remittant culpabiles ad suum vel aliquem alium de prædictis metropolitanis, de quo sibi magis expedire videbitur: & sicut illius saluti, de cujus agetur excessu, pensatis tam negotii, quam personæ circumstantiis, magis crediderit opportunum.

In quorum omnium fidem & testimonium nos Galbertus Arelatensis, Bertrandus Ebredunensis, Armandus Aquensis, archiepiscopi supradicti, præsens instrumentum publicum publicari mandavimus per notarium infrascriptum, & sigillorum nostrorum appensione muniri, ad majoris roboria firmitatem & certitudioem pleniorem. Et nos siquidem Bertrandus Senesiensis, Elziarius Diniensis, Jacobus Glandatensis, Arnaldus Veneiensis, & Guillelmus Niciensis, episcopi supradicti, prius prædictorum procuratorum interveniente consensu, omnia & singula in dictis statutis contenta, grata habentes & rata, ideo præsenti instrumento prædicta statuta continenti, ad majus prædictorum testimonium, sigilla nostra fecimus appendi. Actum & datum in prædicto monasterio sancti Rufi, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo, Indictione quinta, die tertia mensis Seprembris, pontificatus sanctissimi patris & domini nostri domini Benedicti Divina providentia Papæ duodecimi anno tertio: præsentibus venetabilibus viris, dominis, Vasconia juris civilia professore, Albiensis; Petro Gervasii, Vivariensis, ecclesiarum canonicis; Durando Mercatoris, rectore de Monteclarano, Caturcensis; Amalrico Saonis clerico, Uticensis, diœcesum, & Ramondo astorgii, jurisperito cive Montisalbaneo, & pluribus aliis testibus ad præmissa.

Ego vero Guillelmus de Rega clericus Agenensis, publicus apostolicus & imperiali auctoritate notarius, prædictorum statutorum edirioni,

ANNO CHRISTI 1338.

oi, ordinationi, & recitationi, una cum supra nominatis dominis archiepiscopis, episcopis, procuratoribus, & testibus præsens fui: eaque ad requisitionem dictorum dominorum archiepiscoporum publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signumque meum ante subscriptionem meam in quinque conglutinationibus superius factis consuetum apposui, in testimonium veritatis.

CONVENTUS FRANCFORDIENSIS

In quo de jure ecclesiæ in electione imperatoris actum est,

Anno 1338. *habitus.*

Ann. 1338. Affert Mansi Sup. to. III. pag. 427.

„ F A Henrico de Hervordia Ordinis prædicatorum, qui circa annum 1455. scribebat, in chronico usque ad annum illum perducto & nondum vulgato debemus synopsim actorum celebris hujus Francfordiensis conventus a Ludovico Bavaro imperatore indicti. Ex eo chronico illam sibi adoptavit F. Hermannus Cornerus, cujus chronicon edidit Eccardus in corp. Hist. to. II. pag. 1052. ex quo hic. Quanquam vero a sæculari principe conventus hic habitus; cum tamen ecclesiasticis præsulibus maxima parte constiterit, & de rebus agat ad ecclesiam pertinentibus, inter ecclesiasticus cœtus locum jure sibi vindicat suum. Ita ergo Cornerus.

Lodovicus Rex Romanorum tenuit curiam solemnem in Frankanford, secundum Henricum de Hervordia. Ad quam curiam venerunt Reges Angliæ & Bohemiæ, & Principes Imperii, & Electores Imperatoris, ac plures alii Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & milites innumeri, Archiepiscopi quoque, Episcopi & abbates plurimi, ac doctores utriusque juris periti, Magistri in Theologia & alii litterati. Insuper & civitatum legati, & hominum aliorum spectabilium multitudo copiosa convenerunt. Horum omnium, quorum interesse poterat, consilio studioso Lodovicus Rex tanquam Imperator plurima statuta, ecclesiæ & Imperio, ut asseruit, utilia & necessaria, instituit, declaravit & promulgavit, de plenitudineque potestatis imperialis vim legum eis dedit, & coram his omnibus, eis etiam acclamantibus & congaudentibus publice & solemniter perpetuis temporibus observanda mandavit. De quibus quædam extrahens, præsentibus inserere curavi. Primo namque statuit, quod ad Principes Electores Imperii clericos & laicos immediate pertinere debeat electio Imperatoris. Secundo, quod electus per Principes concorditer vel in discordia, dummodo a majori parte principum electus sit, efficitur verus Rex Romanorum postea in Imperatorem coronandus. Tertio, quod sic electus potest citra approbationem, assumtionem, nominationem vel confirmationem sedis apostolicæ jura imperii & judicia exercere, & administrare. Quarto, quod post electionem hujusmodi sic electus, & electores debent notificare domino Papæ, quomodo talem catholicum & idoneum elegerint legitime in regem Romanorum, petendo cum humilitate, ut sibi faveat coronationem & unctionem, & quod eas sibi impendat. Quod & facere, & tunc tenetur, nisi eum notorie sciat indignum notabili indignitate, & tunc potest sibi suum officium subtrahere. Et si papa idoneo electo negaret coronationem, & unctionem, tunc recipere posset & poterit ab alio episcopo catholico; & exinde intitulare, & scribere Romanor. imperatorem, licet per antea in esse, ex ipsa electione factus sit verus Imperator. Nam coronationes, inunctiones & benedictiones tales sunt quædam solemnitates adventitiæ per ecclesiam inventæ, solum nomen & non rem impendentes, in signum devotionis, humilitatis & unionis inter ecclesiam & imperium. Quæ ambo a Deo processerunt, & sunt inter se diversa, sicut spirituale & corporale, quæ essentialiter nihil habent commune, sed per accidens unita sunt causa defensionis mutuæ, quia una potestas alteram defendere tenetur, prout jura & Chronicæ docent antiquæ. Et Papa major est imperatore, quia dominus spiritualium & animarum; imperator vero dominus corporum & rerum corporalium. Et ideo Papa corrigere potest Imperatorem de peccato sicut alium christianum. Quinto, quod imperator papæ præstabit & ecclesiæ defensionis, devotionis & humilitatis, non autem homagii vel fidelitatis juramentum, quia temporalitatis nihil sibi tribuit, quæ quantum ad omnes procedunt ab imperatore. Sed ratione delicti ipsum corrigere potest, & hoc juramentum est obsequium Christianitatis & fidei, adeo etiam, quod si principes requisiti hoc obsequium non præstaverint, possint excommunicari, ut patet XXIII. q. V. cap. *Administratores*. Sexto, quod regimen vacantis imperii pertineat ad papam, dixit omnino esse falsum & ab omni veritate alienum, ac contra consuetudines approbatas, nec non contra sacri imperii libertatem & dignitatem, contraque jura & libertates principum electorum. Nam vacante Imperio, comiti Palatino de Rheno de jure & approbata consuetudine imperii, observata hactenus inconcusse, administratio imperii spectat, secundum ordinationem Caroli Magni, qui imperium ad se rapuit a Græcis, & in Teutonicos & Alemannos transtulit, sicut & ecclesiam quasi ad nihilum redactam resuscitavit & ampliavit. Reynoldus comes Gelriæ & Wilhelmus comes Goliaci vel Juliaci, cum gradum Nobilitatis suæ factis quamplurimis insignibus gloriosius adornassent, secundum Chronicam Francorum, uterque in hac curia Frankenfordensi ad statum & gradum nobiliorem per regem Romanorum provectus est, Reynoldus quidem in ducem, & Wilhelmus in Marchionem sublimatus est. De solemnitatibus autem omnibus, quæ secundum Imperii consuetudinem in talibus fieri solent, nihil penitus rex vel potius jam imperator nominandus præter,

ANNO CHRISTI 1338.

termisit, omnia perficiens splendide & jucunde. Et notanter dico, Lodovicum regem amplius nominari debere imperatorem, & hoc virtute constitutionis quartæ immediate supra tactæ, & per curiam regiam de consensu principum electorum & omnium aliorum spiritualium & sæcularium ibidem congregatorum ordinatæ & promulgatæ, quæ in ipso antea completa fuit, & jam ratificata & approbata per principes. Prædictus autem comitatus Gelriæ, nunc vero ducatus factus primo nobilis advocatus Gelriæ nominari consuevit. Sed postea Comitia Sutphaniensi non habente hæredem masculum, sed tantum filiam puellulam, Advocatus Gelrensis duxit eam in uxorem, accepta cum ea Comitia Sutphaniensi, de qua per episcopum Trajectensem infeodatus, amplius comes est nominatus, & tandem cum divitiis & potentia invaluisset, Dux per Imperatorem etiam appellatus est. Comitem etiam Wilhelmum Guliacensem vel Juliacensem eodem modo imperator fecit Marchionem. Et ex hinc in eadem curia Lodovicus imperator nullo cogente vel suadente coram regibus & principibus omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus & aliis universis rationem fidei suæ sonore, distincte & devotissime reddidit, & quod fidelis esset christianus, elate plenissimeque declaravit, singulis articulis fidei per aliquantulum temporis immorando, quemlibet eorum fideliter credere, & cuilibet imperterrite adhærere se protestans. Cumque pervenisset ad articulum, & unam S. Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, illi, paulo plus immorabatur, asserens, se ab illo articulo nec etiam quantulumcumque declinare, aut in eo hæsitare, sed in eo fidelissimum & firmissimum esse velle. Unde dixit: Credimus enim quod catholica ecclesia docet & prædicat. Quare enim reciperemus Evangelium Matthæi, & non Thomæ vel Thaddæi, nisi quia ecclesia docet, illud acceptandum, & non alia, ut in decretis Patrum Orthodoxorum continetur. Et subjunxit: Nec obstat nobis, si de discordia inter nos & Papam aliquid nobis objiciatur. In omnibus enim ad fidem, justitiam, veritatem & bonos mores, ecclesiæ consuetudines antiquas & approbatas pertinentibus, & in aliis quibuscumcumque justis, & sanctis ad fidem qualitercunque necessariis, Papæ & Cardinalibus humiliter, & prompte semper obedivimus, obedimus & obediemus, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, quanquam eorum passiones & adinventiones novitatum periculosarum, ut imperii læsionem, quinimmo destructionem, quæ tandem utique vergunt in extremum malum, reipublicæ humiliationem & dejectionem ecclesiæ, non approbemus. Post hæc omnia protestatus est, se petere & desiderare a Principibus omnibus & christianis quibuscumque, quod Papam, si quo modo possent, ad cor & concordiam revocarent, tum quia fidelibus omnibus hoc expediret, tum quia veritas, quæ Deus est, non nisi in pace consuevit habitare, tum etiam quia dixit, se non esse tam impotentem vel humiliatum, quod vellet extraneis violentiis quibuscumque velut calcaribus perurgeri. Omnibus his peractis, sonore legit & distincte Credo in Deum Patrem omnipotentem, & Orationem Dominicam cum salutatione Angelica, & valedicens Regibus & Principibus omnibus, cum exercitu suo magno regressus est in Monacum, & cæteri Principes ad partes suas reversi sunt.

CONSTITUTIONES PROVINCIALES AQUILEJ.

Bertrandi Patriarchæ anno MCCCXXXIX. nunc primo typis editæ.

SAnctæ Sedis Aquilejensis (1) Dei gratia Patriarcha (2) Bernardus Universis et singulis Ven. Fratribus episcopis suffraganeis Aquilejensis ecclesiæ, ac dilectis in Christo filiis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis et cæteris Ecclesiarum Rectoribus et Prælatis, ac Clero universo nostrarum Civitatum Diœcesis, et Provinciæ Aquilejensis salutem in Domino sempiternam.

(3) Nuper ad Dei laudem, et subditorum commodum, et utilitatem in Provinciali concilio apud Aquilejam congregato, ipso sacro concilio approbante, constitutiones infrascriptas edidimus, quas universis suffraganeis Aquilejensis Ecclesiæ, cunctisque aliis nobis subditis cum aliis constitutionibus tam tempore bonæ memoriæ Raymundi Prædecessoris nostri (4) per Provinciale concilium in Aquileja, quam nostris in nostris Provincialibus conciliis editis, et in hoc sacro concilio publicatis, et lectis, quarum tenor subscribitur, mandamus de cætero inviolabiliter observari; præcipientes nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna 50. librarum (5) parvorum, ut infra duos menses, postquam in publicam formam sub nostro sigillo redactæ fuerint computandos ipsarum recipiant copiam, et usque ad alios duos menses immediate sequentes in suis cleris publicent, et in episcopalibus synodis suis eas publicantes, et legi facientes, ab omnibus suis subditis præcipiant observari.

Quod Festum (6) BB. Martyrum Hermagoræ & Fortunati per totam Aquilejensem Provinciam annuatim solemniter celebretur, & de ipsis singulis diebus in Matutino & Vesperis fiat commemoratio.

Devotione congrua et debitis honoribus gloriosos Christi martyres Hermagoram et Fortunatum Aquilejensis Ecclesiæ Patres, prout et Patronos, a Grege nobis credito venerari, ut eorum apud Dominum patrociniis adjuvetur, cupientes, ipsorum festum per Aquilejensem Civitatem, Diœcesim et Provinciam solemniter a Clero et Populo annue celebrari, ac per ecclesias ejusdem Civitatis, Diœcesis, et (7) Provinciæ universis singulis diebus ferialibus in matutinis et vesperis eorum commemorationem fieri cum antiphona et collecta, et eorum in omni-

ANNO CHRISTI 1339.

omnibus ecclesiis antedictis præcipimus haberi legendam.

Quod officia divina in omnibus ecclesiis celebrentur sollemniter & devote.

Quoniam reverentiæ, et devotionis sinceritas obsequia etiam modica reddit grata, divina officia, ut grata sint Domino, & accepta, reverenter & devote juxta SS. Patrum statuta, & consuetudines in ecclesiis rationabiliter hactenus observatas, statnimus celebrari.

Quod constitutiones bonæ memoriæ Domini Latini Hostiens. Episcopi olim Apostolicæ Sedis legati in omnibus observentur.

In canonicarum sanctionum observationibus clerum nostræ Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ corde dilatato currere delectari, volumus & mandamus, SS. Patrum canones, nec non constitutiones, tam per ipsos, quam per reverendum Patrem, & Dominum Fratrem Latinum (8) Hostiensem & Veletrensem episcopum, tum Apostolicæ Sedis Legatum, super vita & honestate clericorum editas, in Aquilejensi Civitate, & Diœcesi, & Provincia in omnibus observari.

De sacrilegis capientibus, vel captos tenentibus, vel de guerra invadentibus, seu interficientibus Dominum Patriarcham, vel aliquem Episcopum Aquilejensis Provinciæ.

Horribilium scelerum nefanda præsumptio sic fallente diabolo, contra clerum noscitur excrevisse, quod clericalis ordinis dignitas non tam in minoribus, verum etiam in majoribus, prout etiam experientia docente præsertim didicimus, contemptui & morti exponitur. Conservantur velut vasa testea filii Syon inclyti, & sicut oves ad occisionem reputantur a Belial filiis ecclesiæ Filii, & Prælati, in quibus se Dei Filius honorari asserit & contemni, pupillam oculi tangi prohibens in eisdem. Ne ergo magis & magis per impunitatis licentiam crudelium insolescat cervicositas, & impiorum superbia invalescat:

Statuimus & sancimus, quod si contingat (9) Patriarcham Aquilejensem, qui pro tempore fuerit, capi, quod absit, omnes ejus suffraganei, quam cito id ad eorum notitiam pervenerit, Aquilejensi Capitulo nunciante, teneantur apud Aquilejam, si absque personarum periculo potuerint, vel apud locum alium, quem idem (10) Capitulum duxerit statuendum, tractaturi cum effectu de liberatione ipsius, præfixo eis termino, personaliter convenire. Donec autem detentus fuerit, in tota Aquilejensi Civitata, Diœcesi & Provincia divina sint officia interdicta.

Sacrilegi quoque, qui præsumpserint in eum taliter manus extendere, ac eorum complices, & fautores, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, aut status existant, (11) singulis diebus Dominicis & festivis, (12) pulsatis campanis, & candelis accensis per universas tam Cathedrales quam collegiatas, & parochiales ecclesias civitatis, Diœcesis, & Provinciæ memoratæ, statim in genere, & postquam per Aquilejense Capitulum ipsorum nomina scripta suffraganeis fuerint, nominatim excommunicati publice nuncientur; & tam ipsi, quam eorum

A filii, & hæredes (13) usque in quartam generationem omnibus feudis, quos, tam ab Aquilejensi ecclesia, quam ab aliis ecclesiis, sibi & suffraganeis suis subjectis, habuerint, & universis dignitatibus, beneficiis, honoribus, et officiis, quocumque nomine censeantur, tam ecclesiasticis, quam secularibus, quæ tunc in Civitate, Diœcesi, & Provincia obtinuerint supradicta, sine spe restitutionis sint perpetuo ipso facto privati, & inhabiles ad alia obtinenda.

Si vero forte postea de facto, dignitates, beneficia, honores, vel officia quævis ecclesiastica vel sæcularia per collationem, electionem, vel assumptionem fuerint assequuti, collatio, electio, seu assumptio hujusmodi ipso facto

B non valeat, & nihilominus collatores, electores, & assumptores ipsi sint ipso facto excommunicationis sententia, quam in eos nunc ferimus, innodari.

Si autem, quod Deus avertat, Patriarcham Aquilejensem, qui pro tempore fuerit, (14) contingat interfici, vel captum claudere diem extremum in carcere, iidem sacrilegi, & eorum complices & fautores, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, aut status, & ab ipsis descendens posteritas universa, in detestationem tam horrendi sceleris, dignitatibus, beneficiis, honoribus, & officiis omnibus tam ecclesiasticis quam sæcularibus, nec non feudis, allodiis, & (15) bonis aliis universis mobili-

C bus & immobilibus sint privati, & inhabiles perpetuo ad alia obtinenda; & ipsorum bona omnia ad usum & utilitatem Ecclesiæ Aquilejensis confiscentur, ejusque successor cum consilio & auxilio suffraganeorum & Capituli Aquilejensis tam apud Sedem Apostolicam, quam apud Imperatoriam Majestatem hujusmodi injuriam persequi teneatur. Ingrediente autem aliquo eorumdem civitatem aliquam, vel locum dictæ Diœcesis vel Provinciæ, statim quo ad scientes, & usque ad triduum post ejus (16) recessum, ibidem divina officia sint suspensa.

Quia autem sciens ipsum esse sacrilegum sibi aliqua necessaria dederit, vel vendiderit, sive quovis modo præstiterit, aut ipsum hospitio su-

D sceperit, excommunicationis sententiæ, quam in eum proferimus, subjaceat ipso facto. Et insuper loci Diœcesanus, invocato ad hoc si opus fuerit, brachii secularis auxilio, illum seu illos capere toto posse laboret, ipsius Domini Patriarchæ successori postea assignandos.

Cæterum, si contingat Patriarcham Aquilejensem per aliquem laicum invadi de guerra, omnes ejus suffraganei hominibus suarum Civitatum & diœcesium, ne vadant vel mittant in subsidium hujusmodi invasoris, inhibere districtius teneantur. Contra ire vel mittere præsumentes, tam spiritualiter, quam temporaliter, quanto durius poterunt, processuri. Ei autem, qui ire, vel mittere in subsidium ejusdem

E Domini Patriarchæ voluerit, nullum impedimentum præstent.

Si forte, quod absit, aliquem Episcopum Aquilejensis Provinciæ capi contigerit, tam dominus Patriarcha Aquilejensis, quam omnes alii ejusdem Provinciæ coepiscopi, quam cito id ad eorum auditum pervenerit, sacrilegos ipsos ac complices, & fautores eorum, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, aut status extiterint, statim in genere, & postquam ipsi domino Patriarchæ per Capitulum ejusdem episcopi eorum nomina scripta fuerint, nominatim excommunicatos teneantur per universas Eccle-

sias

sias suarum Civitatum & Diœcesium, tam cathedrales, quam collegiatas, & parochiales, pulsatis campanis, & candelis accensis, singulis diebus Dominicis, & festivis denunciare, & facere nunciari. Et quod cito per ipsum Patriarcham, vel per Aquilejense Capitulum, absente domino Patriarcha, vel Aquilejensi sede vacante, fuerint apud Aquilejam vel alium locum vocati, præfixo eis termino, ad tractandum efficaciter de liberatione capti episcopi convenire.

(17) Civitas quoque & Diœcesis ejusdem episcopi, nec non civitas, & Diœcesis in qua captus vel detentus, aut ad quam ductus fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto, donec libertati fuerit restitutus, & de damnis & injuria satisfactionem receperit competentem. Ita tamen, quod, ipso episcopo relaxato, sint suæ civitati & Diœcesi ralaxata divina, nisi forte in ipsa civitate vel alio loco seu parochia illius diœcesis captus vel detentus, aut illuc ductus extiterit: in quo casu civitati, loco, seu parochiæ captionis, ductionis, & detentionis hujusmodi, nisi ipsius competenti satisfactione præstita, divina nullatenus relaxentur. Præfati vero sacrilegi, & eorum complices & fautores, cujuscumque fuerint præeminentiæ, dignitatis aut status, ac eorum filii & hæredes usque in quartam generationem, omnibus feudis quæ tunc ab ipso episcopo, & ejus ecclesia, & ab aliis ecclesiis eidem subjectis habuerint, & universis dignitatibus, beneficiis, honoribus, & officiis, quocumque nomine censeantur, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quos tunc in civitate & Diœcesi obtinuerint memorata, sint privati perpetuo, & inhabiles ad alia obtinenda. Si autem postmodum de facto dignitates, beneficia, honores, vel officia ecclesiastica vel sæcularia fuerint eis collata, vel ipsi ad ea electi fuerint, collatio seu assumptio talis non valeat ipso facto: & nihilominus ipsius collatores, electores, & assumptores scienter ipso facto excommunicationis vinculo sint ligati.

Si quis autem episcoporum dictæ Provinciæ interfici, vel captum in carcere contigerit expirare, sacrilegi hujusmodi, & tota posteritas ab eis descendens, dignitatibus, honoribus, beneficiis, & officiis omnibus, tam ecclesiasticis quam sæcularibus, allodiis, & bonis aliis universis, mobilibus & immobilibus, quæ tunc in civitate & Diœcesi fuerint ejusdem episcopi, & feudis, quæ tunc obtinuerint ab ipso episcopo, & ejus ecclesia, & aliis ecclesiis sibi subjectis, perpetuo sint privati, & inhabiles ad alia obtinenda, eorumque bona ad usum & utilitatem ecclesiæ ipsius episcopi (18) confiscentur; cujus etiam successor cum consilio & auxilio Patriarchæ, suffraganeorum suorum, & capituli Aquilejensis, & apud Sedem Apostolicam, & apud Majestatem Imperatoriam persequi hujusmodi injuriam teneatur.

Si quando vero aliquis dictorum sacrilegorum in civitatem aliquam, vel locum diœcesis vel Provinciæ intraverit, statim quoad scientes sint ibi suspensa divina, donec ibi fuerit, & triduo post ejus discessum. Is quoque qui sciens eum esse sacrilegum, necessaria quævis ei vendiderit vel donaverit, seu quocumque modo præstiterit, aut eum hospitio susceperit, sit ipso facto excommunicationis vinculo innodatus. Loci autem Diœcesanus illum seu illos capere, assignandos successori dicti episcopi, pro viribus elaboret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Ad hæc, si aliquis suffraganeus Aquilejensis ecclesiæ per aliquem laicum fuerit de guerra invasus, tam Dominus Patriarcha Aquilejensis, quam omnes alii suffraganei suarum Civitatum & Diœcesium, hominibus, ne in subsidium dicti Invasoris aliquatenus præsumant ire, vel mittere, districte inhibeant, contra præsumtores hujusmodi, quanto durius poterunt, tam spiritualiter, quam temporaliter procedentes, nullum prepeditionis obstaculum volentibus in subsidium ejusdem suffraganei se conferre, vel mittere, aliqualiter interponant.

Cæterum, si Patriarcha Aquilejensis, qui pro tempore fuerit, vel aliquis suffraganeus ejus in civitate sua, vel castro, burgo, seu quocumque alio loco suo, vel suæ jurisdictionis obsessus fuerit, ita quod egredi, & regredi non valeat pro suæ libito voluntatis; ipsi obsidentes, si personæ singulares fuerint, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, vel status extiterint, & eorum complices & fautores excommunicationis vinculo sint ipso jure ligati: si autem communitas alicujus civitatis vel terræ culpabilis fuerit in hoc facto, præstando auxilium, consilium vel favorem, quacumque machinatione, arte vel dolo, civitas ipsa seu terra ecclesiastico subjaceat interdicto. Si vero Vassalli fuerint, feudis, quæ ab ipso Domino suo obsesso, seu ab ejus ecclesia obtineot, sint ipso facto privati.

Ad hæc, si quem episcopum Provinciæ memoratę pro defensione suæ ecclesiæ, ac libertatis ejusdem, vel pro excommunicatione, seu conservatione constitutionum hujusmodi, ejici de civitate sua forte contigerit; ipsa civitas interdicto ecclesiastico subjaceat; & tam Potestates seu Rectores, quam Officiales, Consules, Consiliarii, & universi, qui ad hæc consilium præstiterint, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, excommunicationis vinculo sint adstricti, per universas ecclesias cathedrales, Collegistas, & Parochiales, Aquilejens. Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ, postquam per ipsum Patriarchæ, & suis suffraganeis ejectis hujusmodi fuerit intimata, usque ad satisfactionem condignam excommunicati, pulsatis campanis, & candelis accensis, quolibet die Dominico & festivo publice nunciandi. Si autem de episcopatu suo ejectus fuerit occasione aliqua prædicta, dictus Dominus Patriarcha cum aliis suffraganeis suis, & clero Aquilejensis civitatis, Diœcesis, & Provincię, sibi cum quatuor equis & quinque Personis ipsius Persona inclusa teneatur in omnibus providere necessariis.

Circa inferiores quoque Prelatos, ut puta Abbates, Priores, Prepositos, Archidiaconos, Decanos, Archipresbyteros, Plebanos, & quoslibet in Presbyteratu vel dignitate constitutos, nec non cathedralium ecclesiarum canonicos, & alios clericos universos Aquilejensis civitatis, Diœcesis & Provincię (19) per nos Patriarcham Bertrandum & nostrum Provinciale Concilium provisum est, prout in nostris ultimis constitutionibus est declaratum. Si vero Decanus vel aliquis canonicus Aquilejens. ecclesię vel Prælatus aut clericus inferior prefatæ Aquilejens. civitatis, Diœcesis & Provinciæ pro defensione jurium ecclesiæ, vel pro harum constitutionum observatione, seu executione fuerit de ecclesia sua ejectus, Diœcesanus ipsius cum

cum suo clero sibi secundum ejus statum providere in necessariis teneatur.

De occupatoribus & invasoribus jurium ecclesiasticorum, & bonorum.

Quia nonnullos sic cœca seducit cupiditas, quod voluntatis libito abstinentiæ ruptis habenis ad illicita relaxato circa invasionem & occupationem bonorum & jurium ecclesiasticorum tanto impudentius delectantur, quanto qui ea eripiunt * rariores inveniuntur objectores. Nos hujusmodi pravorum improbis conatibus resistere cupientes, ne neglecta incendia vires sumant, universos tam Duces, quam Marchiones, Comites, Barones, Potestates, Capitaneos, (20) Valvassores, Communitates ac Universitates Civitatum, Castrorum, Villarum ac quorumcumque locorum, ac Cives, & quascumque personas alias cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, honoris, gradus, conditionis, status, & sexus, qui loca, Castra, jura, jurisdictiones feuda, Decimas, census, pedagia, mutas, argentifodinas, privilegia, instrumenta publica, seu quascumque alias scripturas authenticas, prata, nemora, molendina, pascua, piscarias, Possessiones, montes, Valles, Insulas, paludes, aquas salinas, domos, & alia bona quæcumque ecclesiis, capitulis & Personis ecclesiasticis Aquilejensis Civitatis, Diœcesis & Provinciæ spectantia occupaverint vel in posterum occupabunt, vel quovis modo detinent occupata, vel ecclesias ipsas, capitula seu ecclesiasticas personas impediunt, quominus eis libere pro suæ voluntatis libito uti possint, aut in eis (21) angarias, vel perangarias exercere præsumunt; aut qui prædictarum Civitatum, Diœcesum seu Provinciæ ecclesias aut Capitula seu ecclesiasticas personas impediunt, ne in terris seu possessionibus suis possint uti aquis aquarumque ductibus salinam facere, vel molendina construere, ac illis uti pro suæ libito voluntatis; præsenti constitutione diligentius admonemus eis mandantes, ut infra duos menses a præsentis constitutionis publicatione peremptoriæ, res ipsas & earum possessionem prædictis ecclesiis, capitulis, seu ipsarum Rectoribus aut Prælatis restituant cum effectu: de perceptis etiam, & quæ percipi potuerint, ac de damnis & injuriis illatis satisfaciant competenter, ab exactione angariarum & perangariarum & impedimento ac occupationibus hujusmodi penitus conquiescant, alioquin de voluntate & assensu suffraganeorum nostrorum, & tamquam totius auctoritate præsentis concilii ex nunc pro ut extunc in universos, qui hujus constitutionis tenorem per se vel per alium quacumque machinatione, ingenio, arte, vel dolo violare præsumserint, si duces fuerint, vel Marchiones, Comites, vel Barones, Capitanei, Potestates, Valvassores, Cives, aut quævis aliæ personæ cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, honoris, gradus, conditionis, status, vel sexus existant, excommunicationis sententiam promulgamus: Civitates, terras, & loca eorumdem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Potestatum, Capitaneorum, & Valvassorum, seu aliorum Nobilium interdicto ecclesiastico supponentes: si vero fuerint communitates, sive universitates Civitatum, Castrorum, Villarum, & quorumcumque aliorum locorum, Potestates, Gastaldiones, (22) Maricos, Rectores, Autianos, Consiliarios, & officiales ipsos voluntate, assensu, & auctoritate prædictis ex- A communicationis ex nunc vinculo innodamus, & Civitates, Castra, Villas, & loca ecclesiastico supponimus interdicto; non obstante quod (23) detentores, seu occupatores hujusmodi illicite venditionis, locationis, concessionis, impignorationis, seu infeudationis sibi factarum per Prælatos, seu quaslibet alias personas contra sanctiones canonicas, vel (24) civiles, prætendant sibi titulum, seu allegent; Diœcesanis auctoritatem, & licentiam concedentes, quod excommunicatos occasionibus hujusmodi supradictis possint absolvere vice nostra, & interdictum hujusmodi relaxare, cum ab ipsis delinquentibus satisfactum fuerit competenter.

* minores inveniunt objectores. Cod. Vat. 1158.

B *Quod omnes Sacerdotes Provinciæ Aquilejensis ab omnibus, quorum confessiones audiunt specialiter, teneantur inquirere si decimas, & quartesia integraliter persolvant ecclesiis.*

In tanti erroris devium quidam prolapsi dignoscuntur, qui saluti Animarum temporale commodum præferentes, decimas, quas in signum universalis dominii sibi reservavit Dominus in Ministris, eis subtrahere, seu de ipsis pro avaritia defraudare præsumunt eosdem. Nos considerato prudenter quod Anania, & Saphira pro eo quod agri pretium quem vendiderant defraudaverant, ab Apostolorum Principe terribili fuerunt morte mulctati; ea propter statuimus, quod C omnes Sacerdotes Aquilejensis Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ (25) sub excommunicationis pœna ab omnibus, quorum confessiones audierint, specialiter inquirere teneantur, si ex suis possessionibus, & earum obventionibus, & rebus aliis, ex quibus decimæ, & quartesia solvi debent, decimas & quartesia illis ecclesiis, sive Prælatis, Rectoribus, vel capitulis earumdem, ad quas spectare noscuntur, integre duxerint persolvendas, eis quos decimas, seu quartesia ipsa non plene solvisse repererint, absolutionis beneficium nullatenus impensuri, donec sibi non constiterit illos de subtractis, seu retentis satisfactionem, vel satisdationem plenariam impendisse, ac de solvendo in posterum promisisse. Ad D cujus constitutionis observantiam Fratres Prædicatores, Minores, Eremitas, & alios Religiosos cujuscumque sint ordinis teneri volumus & mandamus.

Quod omnes suffraganei Aquilejensem ecclesiam singulis annis visitent ex debito juramenti.

Fidei, & dilectionis zelus, quo sanctæ Aquilejensis ecclesiæ sponsæ nostræ astringimur, Nos prout nec decet, circa ipsius honoris decorem negligentes esse non sinit. Nolentes ergo sponsam ipsam congruis honoribus defraudari præcipimus, quod omnes nostri suffraganei, prædi- E ctam ecclesiam (26) annis singulis, prout ex debito (27) juramenti tenentur, visitare procurent. Hi vero, a quibus nondum nobis est præstitum debitum juramentum, infra mensem adhuc præstare nobis nullatenus non omittant.

De clericis & Laicis Occupatoribus, vel Invasoribus ecclesiarum, & jurium Ecclesiasticorum.

(28) Præteriti malitia temporis usque adeo in quibusdam partibus nostræ Legationis invaluisse dignoscitur, ut non solum plerique Clerici

ANNO CHRISTI 1339.

rici sine justo, verum etiam sine ullo titulo quamplures Ecclesias, & earum jura occupare præsumant. Nos ergo huic lethali morbo cupientes opportunis remediis medelam apponere, monemus omnes Clericos, & Laicos nostræ Legationis, eisque in virtute obedientiæ sub interminatione divini judicii, qua fungimur auctoritate, districte præcipimus, quatenus clerici, qui Ecclesias quaslibet propria temeritate invadere, occupare, vel absque institutione canonica recipere præsumpserint, & eas taliter occupatas, sive receptas detinere non metuunt; Laici vero, qui quocumque modo Ecclesias detinent, seu earum jura, sive eis per clericos faciant deserviri, sive ipsas teneant debito obsequio defraudatas, Ecclesias ipsas cum omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, ac juribus quoquo modo pertinentibus ad easdem, infra unum mensem a publicatione præsentium in civitate ac districtu Bononiæ, In aliis vero Civitatibus & Diœcesibus infra similem terminum, ex quo in eis præsens constitutio publicata foerit, libere & absolute dimittant, & earum jura ut ipsis Ecclesiis per illos, ad quos de jure in eisdem electio vel collatio, aut præsentatio seu provisio pertinent, de personis idoneis valeant providere, & provisionem hujusmodi ipsi, qui easdem ecclesias tenuerunt, nullo modo publice, vel occulte per se, vel per alios impedire præsumant.

Si qui vero Clerici, aut Laici ex prædictis hoc nostrum salutare præceptum infra prædictum terminum adimplere contempserint, aut provisionem Ecclesiarum hujusmodi quominus infra unum mensem, ex quo ipsi eas dimiserint, libere fieri valeat, quoque modo præsumpserint impedire, Clericos non solum prædictis Ecclesiis, verum omnibus beneficiis ecclesiasticis, quæ infra terminos nostrę legationis obtinent, omnino privamus, & inhabiles reddimus ad alia officia, vel beneficia infra eosdem terminos obtinenda.

Laicos autem, si Potestates, aut Judices, aut Notarii, seu Doctores Legum, aut alio quolibet publico fungantur officio, hujusmodi officiis volumus esse privatos, eosque reddimus inhabiles ad hæc, vel similia deinceps in quolibet exercenda; ipsos insuper excommunicationis vinculo innodamus, a quo nonnisi per Apostolicam Sedem, vel Legatum de latere Domini Papæ missam absolutionis beneficium valeant obtinere; & nisi ante necessitates ultimas sibi de hujusmodi absolutione providerint, quamvis in mortis articulo non sit eis, si pœnituerint, absolutio, & communio deneganda, tamen (29) ecclesiastica careant sepultura, donec Ecclesię occupatæ, aut detentę, & earum jura per eos libere, ut prædictum est, fuerint, & absolute dimissę, ac de fructibus earumdem ad mandatum ordinarii, vel ejus Vicarii sit integre satisfactum; omnesque Religiosos, & clericos, qui tales scienter ad sepulturam receperint, per unum annum ab officio & beneficio decernimus esse suspensos.

Omnibus autem Prælatis, ad quos de jura prædictarum Ecclesiarum collatio, seu provisio pertinet, sub excommunicationis pœna districte præcipimus, ut eisdem, humano timora postposito, de personis idoneis providere non differant invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ad quod exhibendum Potestates, & Rectores aliarum civitatum, aliorumque locorum per censuram Ecclesiasticam compellere studeant, si fuerit opportunum.

ANNO CHRISTI 1338.

Quod omnes Episcopi, & Superiores singula Monasteria sua usque ad sex menses post receptionem hujus constitutionis visitent, & reforment.

Quia pleraque monasteria infra nostrę Legationis terminos in spiritualibus, & temporalibus miserabiliter sunt collapsa, & ad graviores lapsus videntur mala disposita, nisi cadentibus succuratur: omnibus Episcopis & superioribus Pręlatis nostrę Legationis districte præcipimus, ut singula monasteria Monachorum, aliorumque Regularium sibi (30) immediate subjecta infra sex menses, ex quo præsens mandatum nostrum ad ipsos pervenerit, per ipsos, aut si ex causa non possint, per alios viros idoneos studeant visitare, corrigentes, & reformantes in eis tam in capitibus quam in membris, tam sua auctoritate, quam nostra, in quantum cum adjutorio divinę gratiæ facultas affuerit; quę correctione, aut reformatione invenerint indigere. Hanc autem visitationem dicti Prælati infra unum mensem post certam præsentis mandati notitiam inchoare non differant, ut ipsa instantia sedula prosequuturis celeriter inchoanda infra prædictos sex menses hujusmodi visitatio valeat terminari. Si quis autem Episcopus vel Prælatus superior pręsens mandatum, seu quantum ad inchoationem, sive quantum ad prosequutionem implere neglexerit, donec negligentiam suam contraria convenienter emendet, visitationem prædictam inchoando, si non inchoavit, aut prosequendo si neglexerit prosequi, ab executione Pontificalis officii volumus esse suspensos.

Quod clerici publice concubinas tenentes ipso facto sint suis beneficiis privati.

Quamvis concubinarios Clericos sacri canones severitate multiplici prosequantur; quia tamen plerique timore Dei postposito, nihilominus turpitudine vitii non solum occulte, sed etiam publice laborant, eorum impudentiam opportuna districtione confundere, ac reprimere cupientes, monemus clericos omnes nostræ Legationis, qui vel sacrum ordinem, vel ecclesiasticum beneficium sunt adepti, seu adipiscentur in posterum, ut nullus eorum concubinam, seu (31) Focariam publica, ac manifeste, sive in domibus Ecclesiarum sive alibi per duos menses post terminum supradictum non erubuerint retinere, beneficiis ecclesiasticis quæ infra nostræ Legationis terminos obtinent, ipso facto noverint se esse privatos. Episcopis autem & superioribus Prælatis, ad quos beneficiorum, quæ taliter delinquentium fuerant, collatio seu provisio pertinet, conferendi ea, seu providendi de ipsis liberam concedimus potestatem. Aliis etiam, ad quos electio, seu pręsentatio ad beneficia eadem, vel eorum provisio spectare dignoscitur, liceat eligere seu præsentare ad illa, etiam providere de illis, ex quo per Episcopos prædicti clerici pręsentis constitutionis pœnam denunciati fuerint incurrisse; ut sic eos qui damna spiritualia parvipendunt, temporalis saltem jactura coerceat a peccato.

Quod

ANNO CHRISTI 1319.

Quod episcopi & superiores providos Pœnitentiarios habeant, & casus graviores quos sibi retinere voluerint, declarent in suis synodis.

Quia Pœnitantes gravioribus oppressos criminibus, aut excommunicationum sententiis innodatos Inferiores Presbyteri ad superiores Prælatos debent temittere absolvendos: statuimus, ut singuli Episcopi, & superiores Prælati nostre Legationis unum, vel plures (32) Pœnitentiarios habeant Religiosos, vel etiam sæculares, discrete providos, & conversatione probatos, qui pœnitentes, quos interdum ipsi Prælati audire non possunt, eorum vice audiant, & absolvant, vel cum opportunum fuerit, ad Apostolicam sedem remittant. Hujusmodi vero graviores casus, in quibus ad ipsos Prælatos remitti debent pœnitentes, ipsi Prælati determinare in suis synodis studeant, ut eos inferiores Presbyteri non Ignorent.

Quod Prælati in indulgentiis concedendis non excedant formam Concilii generalis, nec in aliena ecclesia, nisi præsentes ibi fuerint, & ad hoc Diœcesani consensus accesserit, indulgentiam aliter concedant.

Cum valde deeest ut dispensator Domini sit fidelis & prudens, mirari cogimur, quod nonnulli Ecclesiarum Prælati in concedendis indulgentiis non tam liberales, quam prodigi, thesaurum dominicum suæ dispensationi commissum non tam distribuunt, quam effundunt. Nam præfixam sibi a sacris canonibus regulam excedentes largiores, quam eis concessum ast, indulgentias largiuntur: & in hæc non solum in suæ jurisdictionis ecclesiis, sed etiam in alienis, non solum præsentes, sed etiam absentes attentant. Hinc sequitur fidelium indigna deceptio, dum se indulgentias consequi existimant, quas aliquando minime consequuntur. Hinc etiam fit, ut indulgentię dispensatorum prudentium provida moderatione concessæ in contemptu veniant ignoranti vulgo. Unde ipsi dispensatores sollicita videant, qualem dispensationis hujusmodi Domino debeant reddere rationem. Nos autem cupientes, & dispensatoribus ipsis, & familiæ Domini providere, Prælatis omnibus nostræ legationis præsenti constitutione præcipimus, quod in concedendis indulgentiis (33) modum determinatum per constitutionem fel. record. Innocentii Papæ III. editam in concilio generali nequaquam excedant: ut videlicet, cum dedicatur Basilica, non extendatur indulgentia (34) ultra annum sive ab uno, sive a pluribus episcopis dedicetur: ac demum in Anniversario dedicationis tempore quadraginta dies Indulgentiæ remissio non excedat. Hunc quoque (35) quadragenarium in indulgentiis, quæ ad ecclesiarum (36) vel Pontium aut piorum operum quaslibet fabricas, seu ex aliis causis quibuslibet per litteras conceduntur, Prælati diligenter observent. Prohibemus autem, ut nullus Patriarcha, vel Archiepiscopus extra suam diœcesim quamlibet indulgentiam dare præsumat, nisi præsens in aliena ecclesia fuerit, & diœcesani episcopi seu Metropolitani consensus accedat. Si quis vero Prælatus supradictum numerum præfatas indulgentias concedendo transcenderit, aut extra territorium suum indulgentiam quamlibet in absentia dederit, eum per unum mensem con-
A cedendi indulgentias potestate privamus.

Quod non plures quam unus in levando de sacro Fonte, vel Chrismatione facienda in fronte deinceps admittantur.

Quod in antiquis canonibus est salubriter institutum adminiculo pœnæ confirmare volentes, prohibemus districte, ne plures (37) quam unus, sive vir fuerit, sive mulier ad suscipiendum infantem de Baptismo, vel ad tenendum ad chrismationem faciendam in fronte præsumant accedere. Si quis vero sacerdos ad suscipiendum, tenendum, vel ad levandum de Fonte contra prædictam prohibitionem plures admiserit (B), vel eum, quem plures tenuerint, baptizaverit, pœnam quinque librarum parvorum incurrat, quæ locorum ordinariis applicetur.

De bannis in Ecclesiam proponendis, antequam Matrimonia contrahantur.

Prohibemus insuper ne de cætero Matrimonia contrahantur (38) Bannis non præmissis in Ecclesia; sed cum fuerint contrahenda, in ecclesia Parochiali publice proponantur per hunc modum. Quod si aliquis sciat impedimentum canonicum, per quod matrimonium de jure non possit contrahi, illud sacerdoti Parochiali denunciet. Quod si forte (39) (C) præmissis hujusmodi bannis, vel denunciato ei impedimento, sacerdos aliquis sic contrahentibus, vel ipsorum alicui benedictionem impenderit, (40) quinque librarum parvorum pœnam incurrat suo ordinario applicandam. Si quis vero repertus fuerit impedimentum calumniose denunciasse, quod ex circumstantiis & conjecturis apertis per Ipsum ordinarium declarari poterit, in quinquaginta libris parvorum sententialiter condemnetur, quarum medietas ipsi ordinario, alia medietas temporali Domino applicetur.

De forma cautionis recipiendæ ab Usurariis.

(D) Usurariam pravitatem, quam utriusque testamenti pagina detestatur, reprimere cupientes statuimus, quod nullus ministret ecclesiastica sacramenta, nec ad ecclesiasticam sepulturam recipiat manifestum Usurarium sine licentia Diœcesani vel ejus Vicarii in spiritualibus, nisi primo restituat, vel de restituendo caveat idonee secundum modum subscriptum sub pœna 25. librarum parvorum, salvis nihilominus aliis pœnis, quæ per jura communia vel statuta synodalia infliguntur. Manifestum autem Usurarium eum declaramus, de cujus crimine constat per notorium facti scelus, per rei evidentiam, ut puta si mensam ad fœnerandum tenuerit paratam, vel per notorium juris, si per sententiam (E), vel confessionem factam in judicio, vel coram Parochiali sacerdote, vel notario publico recipienta cautionem ab ipso de restituendis usuris, vel contra quem probatum fuerit in judicio eum essa talem per legisperitos testes, vel per alias probationes (41) legis perititias. Idem dicimus si per duos testes idoneos, etiam si sint in suis testimoniis (42) singulares, maxime contra eum fama publica laborante.

Prohibemus autem, na quis dictam recipiat cautionem absque licentia Diœcesani vel ejus Vicarii, nisi sit ibi præsens unus de Notariis

Cu-

ANNO CHRISTI 1339.

Curiæ, vel de Officialibus ad hoc per ipsam Curiam deputatis: salvo, quod si tantæ necessitatis articulus immineret, quod ad ipsum Diœcesanum, vel officiales prædictos ante mortis periculum probabiliter recursus haberi non posset, hoc casu per Sacerdotem Parochialem cautio possit recipi. Quam (43) cautionem ipse Parochialis Rector, & quilibet alius ad eam recipiendam deputatus recipere debeat nomine Diœcesani, & ejus Curiæ, & secundum formam juris & hujus Provincialis Concilii, & nihilominus tam ipse Parochialis sacerdos recipiens, quam ipse Notarius, qui rogatus fuerit instrumentum conficere, infra 15. dies, si recepta sit in civitate, & si in Diœcesi infra mensem teneatur Diœcesano vel Officialibus ad hoc deputatis notificare, ipsiusque tenorem cum nominibus propriis, die, & testibus assignare. Quod si non fecerit sacerdos, seu Parochialis Rector pœnam decem librarum parvorum incurrat, ordinario applicandam: Notarius vero eamdem incurrat pœnam, cujus medietas applicetur temporali Domino, si fuerit Laicus, reliqua vero ordinario loci.

Is autem, qui debuerit cautionem recipere per hunc modum procedat. Primo namque ab usurario exigat juramentum de veritate dicenda, & de parendo mandatis Diœcesani sui. Deinde has interrogationes faciat, & responsiones ad eas factas mandet conscribi. Primo interroget, si est usurarius; & quanto tempore fuerit, & ubi usuras exegit; & ad quantum mutuavit, & si ipse, vel per alium, & quantum se credit de usuris extorsisse: & quanto tempore & (44) ad quantam rationem de usuris faciebat; & si habet libros rationum, & quot; vel alia instrumenta, & scripturas, per quas posset fieri ratio de usuris: & si aliqua instrumenta consuevit facere fieri in fraudem usurarum faciendo sibi fieri instrumenta venditionum de rebus sibi pignoratis. Habita vero responsione de prædictis, eidem Usurario præcipiat sub pœna juramenti præstiti, & alia pœna pecuniaria taxanda, quod usuras de cætero non exigat: & si juramenta sibi fuissent præstita de solvendis usuris vel solutis non recipiendis illa (45) relaxet; ac statim sibi libros rationum & scripturas seu instrumenta prædicta, si eas habet in domo, consignet: vel si non essent in domo, infra certum terminum, secundum qualitatem negotii pro ejus arbitrio præfigendum. Super exactis autem pareat sententiæ, declarationi, interpretationi, & mandato Diœcesani vel sui Vicarii, renuntiando amplioribus exceptionibus, & cavillationibus quibuscumque per speciale pactum, & obligando pro prædicta restitutione facienda titulo specialis hypothecæ omnia sua bona mobilia & immobilia præsentia & futura, quæ vigore præsentis constitutionis adeo efficaciter intelligantur obligata, ut cum onere suo transeant ad quemlibet Possessorem, ac si specialiter omnia nominata fuissent; & dein fidejussores ab ususario recipiat, qui pro ipso fide jubeant cum renunciationibus, & clausulis opportunis.

De instrumentis in fraudem Usurariam in aliorum personas confectis, & coram quibus restitutiones usurarum seu absolutiones fieri debeant.

Usurariorum fraudibus, quas eorum cupiditas quotidie novis, & exquisitis figmentis adA invenire conatur, prout possibile est, volentes occurrere, statuimus: Quod omnia instrumenta, quæ invenirentur confecta in personam alicujus familiaris, qui tempore contractus esset familiaris continuus commensalis usurarii manifesti, intelligantur confecta esse in fraudem usurarum, & ex eis contra ipsum usurarium possit agi ac si confecta essent in personam ipsius. Statuimus etiam, quod restitutiones usurarum, & absolutiones, seu quietationes usurariorum fiendæ de cætero fiant in præsentia Diœcesani, vel ejus Vicarii, vel alterius quem voluerit ad hoc deputare, aliter factæ non valeant, nec liberent absolutos.

B *De Fideicommissariis, & executoribus testamentorum, & de Notariis testamenta scribentibus.*

Item statuimus, quod executores, seu Fideicommissarii testamentorum quarumlibet ultimarum voluntatum ad pias causas, maxime qui hactenus fuerint instituti, infra annum a die publicationis præsentis Concilii, qui vero instituentur de cætero infra annum a die mortis ipsius Testatoris computandum, teneantur sine monitione alia integraliter, & bona fide exequi, & complere voluntatem, & dispositionem ipsius Testatoris. Quod si non fecerint ipso facto privati esse intelligantur executionis officio,
C quod in Diœcesanum ipso facto intelligatur esse translatum. Et nihilominus de administratis, & gestis pro eodem tempore rationem reddere teneantur.

Ut autem præsentis constitutionis provisio effectum facilius consequatur, statuimus, & mandamus Tabellionibus, & quibuslibet aliis, qui de prædictis testamentis, & commissariis injunctis rogati fuerint instrumenta conficere, infra spatium unius mensis, si contingat eos in Civitate rogari, vel infra spatium duorum mensium, si extra Civitatem Diœcesanis locorum, vel eorum Vicariis in spiritualibus, vel aliis, quos idem Diœcesanus duxerit deputandos, illa denuncient cum nominibus propriis, die, loco,
D & testibus in instrumento conscriptis sub pœna decem librarum parvorum. Et nihilominus Parochialis sacerdos, si prædictis interfuerit, vel de eis notitiam habuerit, sub eadem pœna facere teneatur.

Quod suffraganei diligenter provideant ut a suis subditis reverenter tractentur, & sub fida custodia conserventur Eucharistia, chrisma, & oleum sanctum, & divina officia devote in ecclesiis celebrentur.

Ne propter sacramentorum irreverentiam ira Dei sæviat in ministros, universis suffraganeis nostris in virtute sanctæ obedientiæ districte
E præcipimus, quatenus in ecclesiis sibi subjectis diligenter, & sufficienter provideant, ut eucharistia, chrisma, & oleum sanctum in loco singulari, & mundo diligenter claudantur, & sub fida custodia sic serventur, ne aut sinistra manus, aut immundum aliquid illa possit attingere. Cum autem de loco ad locum portanda fuerint, non per laicum, sed per sacerdotem vel clericum cum omni decentia, & reverentia deferantur. Providcant insuper, ut in ecclesiis suis earum ministri officia divina tam (46) nocturna, quam diurna studiose celebrent, & devote, omni tumultuoso strepitu, & extranea locu-

locutione seu nugacitate cessantibus. Contra eos, quos continget delinquere notabiliter in præmissis pœnas competentes, pro ut expedire viderint, ordinando.

Quod confessiones mulierum audiantur in tali loco, unde videri possit confessor, & confitens.

Ad sinistræ suspicionis tollendam maculam, constituimus, quod omnes sacerdotes sæculares, & Religiosi confessiones mulierum audiant in tali loco, unde videri possint (47) confessor, & confitens, etiam in infirmitate, si loci qualitas patiatur.

Quod Sacramentum eucharistiæ reverenter, & in vase congruo portetur infirmis.

Universos suffraganeos Aquilejensis ecclesiæ monemus, & hortamur in Domino, ut sacerdotes subditos suos inducant, & sicut expediens eis esse videbitur, remediis opportunis compellant, ut cum sacramentum eucharistiæ portant infirmis, illud cum omni reverentia ferant, & referant in vase congruo, loci, & temporis qualitate pensata.

Quod pro sacramento confirmationis in fronte nihil exigatur.

Episcopos omnes, quos de cætero chrismare continget in Aquilejensi Provincia, monemus attente, ut sacramentum confirmationis in fronte cum debita reverentia conferant, nihil pro ipso penitus exigentes. Qui autem exegerint, noverint se pœnis promulgatis contra simoniacos subjacere.

Quod episcopi alienigenæ non permittantur in Provincia Pontificalia exercere, nisi sufficienter litteras testimoniales habeant.

Nullus episcopus alicujus Civitatis extra Italiam, vel Dalmatiam constitutæ, qui promotus non sit per Apostolicam sedem, permittatur in Aquilejensi Provincia Pontificalia quælibet exercere, nisi fortassis exhibeat litteras testimoniales sigillatas sigillis metropolitani sui, & quinque episcoporum testificantium eum esse episcopum, & civitatis habentis clerum, & populum christianum.

De Apostatis non recipiendis ad officia divina, vel ad ecclesiastica beneficia.

Povideant diligenter episcopi suffraganei Aquilejensis ecclesiæ, ne quis Apostata alicujus ordinis seu religionis, suo habitu temere derelicto, in aliqua intituletur ecclesia, vel ad celebrandum quomodolibet admittatur. Si vero intitulatus fuerit, vel admissus, protinus repellatur; & quod beneficia, quæ invenerint per dictos Apostatas detineri, tamquam vacantia conferant infra tempus a jure statutum: Alioquin dictorum beneficiorum collatio ad Patriarcham ea vice & Aquilejensem ecclesiam devolvatur.

De infantibus non tenendis in lecto.

Universis Prælatis & ecclesiarum rectoribus Aquilejensis Provinciæ districte præcipimus, ut suos Parochianos diligenter admoneant cum interminatione pœnarum, ne parvulos infra biennium constitutos secum in lecto collocent, ne de ipsorum oppressione damnabiles indicentur. Et hanc monitionem faciant omnes suffraganei per suos subditos sæpius iterari.

Modificatio constitutionis (horribilium scelerum) de morte, & captione Prælatorum loquentis.

Ut constitutio bon. mem. Raymundi Patriarchæ Aquilejensis Prædecessoris nostri, quæ incipit: Horribilium scelerum; quæ de morte, & captione loquitur Prælatorum, faciliorem, & certiorem exequutionem in omnibus suis articulis consequatur, addendo statuimus: Quod si aliquis de casibus dictæ constitutionis evenerit, quod Deus avertat, Patriarcha qui pro tempore fuerit auctoritate hujus sacri concilii possit ex officio suo solus per se vel alium, seu alios, eis in quacumque diœcesi Provinciæ, contra quoslibet, etiam contra subditos suffraganeorum suorum, qui de prædictis excessibus culpabiles ducerentur, ad expensas communes totius Provinciæ procedere, & inquirere diligenter, ac dictam injuriam cum concilio, & auxilio suffraganeorum, & capituli Aquilejensis per idoneos Nuncium, seu Nuncios communibus sumptibus totius Provinciæ trasmittendos prosequi fideliter apud sedem Apostolicam, & Imperatoriam Majestatem.

Possit etiam eadem auctoritate quilibet suffraganeus Aquilejensis ecclesiæ de injuria Patriarchæ per captionem, mortem, vel alio modo quocumque illata contra eos, qui ducerentur culpabiles in quocumque loco dictæ Provinciæ, sicut præmissum est, inquirere, & inquisitionis officium terminare.

Liceat insuper cuilibet suffraganeorum prædictorum ejusdem sacri concilii auctoritate ubilibet infra Provinciam de injuriis ecclesiæ suæ, seu ex personarum ecclesiasticarum sibi subjectarum illatis inquirere, & cognoscere, ac fine debito terminare. Si quis autem de prædictis suffraganeis pro negotio mortis, vel captionis Patriarchæ, vel alicujus suffraganeorum suorum, per Patriarcham, qui pro tempore fuerit, seu per capitulum Aquilejensis ecclesiæ, juxta tenorem constitutionis prædictæ, vocatus in termino ei præfixo cum aliis, justo impedimento cessante, venire contempserit, ab executione Pontificalis officii & ingressu ecclesiæ per sex menses sit ipso facto suspensus.

Quod autem circa finem constitutionis prædictæ de captione vel morte inferiorum Prælatorum vel quorumlibet clericorum subjungitur, cum nimis grave fuerit revocantes illud moderando statuimus: Ut efficaciter, & indilate provideant locorum ordinarii super captionibus, interfectionibus & injuriis prædictorum secundum juris remedia prout melius, & utilius viderint expedire.

Moderatio, & Declaratio constitutionis (quia nonnullos) de occupatoribus, & Invasoribus bonorum ecclesiasticorum loquentis.

Constitutionem bonæ mem. Raymundi Patriarchæ Aquilejensis Prædecessoris nostri, quæ incipit, *Quia nonnullos*, contra occupatores, detentores, & Invasores bonorum, & jurium ecclesiasticorum editam, quoad quædam quæ videbantur superflua, brevianies, & quoad quædam

ANNO CHRISTI 1338.

dam quæ minus clara eraot melius declarantes, hujus sacri concilii approbatione: Universos, & singulos, cujuscumque fuerint dignitatis, honoris, & gradus, qui aliqua ecclasiastica bona immobilia, decimas, jurisdictiones, honores, seu jura spiritualia, vel temporalia, vel res quaslibet ad aultum divinum spectantia deinceps occupaverint per sa, vel alium, seu alios, directa, vel indirecta, aut personas acclesiasticas in possessione prædictorum molestaverint, quominus ea, seu redditus & proventus eorum pacifice percipera possint, ipso facto excommuoicationis vinculo innodamus.

Si vero Civitas, communitas, vel universitas, aut ipsarum Dominus temporalis in hoc deliquerint, prædictæ Civitates, terræ, universitates, & tota terra, quam idem Dominus temporalis tenerat in Aquilejensi Provincia ecclesiastico subjaceat interdicto.

Qui autem in prædictis, vel aliquo prædictorum, hactenus deliquerint, oisi omnia taliter occupata par eos infra duorum mensium spatium, postquam hujusmodi nostra constitutio publicata fuerit, ecclesiis, seu Personis ecclesiasticis, restituant integraliter, eos ipso facto prędictis sententiis, & pœnis decernimus subjacere: mandantes, ut Prælati hujusmodi a suis subditis faciant observari, ne ipsi aut subditi sui incurrant pœnam violantium interdictum.

Prædictis autem adjicimus, quod Patriarchæ, qui pro tampora fuerit, liceat auctoritata præseoti s concilii contra quoslibet occupatores, & invasores prædictos atiam subditos suffraganeorum suorum ubilibet iosra Provinciam Aquilejensem procedere, ac eos per juris remedia ad debitam restitutionem compellere.

Quod suffraganei super his, hoc est homicidiis, quæ in sua jurisdictione commissa fuerint, possint delinquentes absolvere a sententiis latis per Concilia Provincialia.

Animarum saluti prospicere, sc ordinariæ Potestati deferre volentes, cuilibet suffraganeo Aquilejensis Ecclesiæ facultatem liberam impertimur, quod super his hoc est homicidiis quæ fuerint in sua Diœcesi, vel jurisdictione commissa, possit ab omni sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quæ per pręsens Concilium, vel alia concilia Provincialia nostra vel prædecessorum nostrorum latæ fuissent, præterquam in casibus constitutionis illius: Horribilium scelerum: delinquentes absolvere, ac ipsas sententias sacundum juris ordinem relaxara.

Quod contra Laicos injuriantes Ecclesiasticis Personis, & bona eorum occupantes ecclesiasticus Judex procedere possit tamquam judex competens.

Quia quamquam per mious peritos revocasur in dubium, an contra Laicos injurias Pręlatis, & Personis ecclesiasticis irrogantes, seu res, & bona ecclesiastica indebita occupantes, ecclesiasticus Judex procedera possit, hoc approbanta Concilio declaramus: Quemlibet suffragaoeum, & ejus Vicarium, quo ad ea quæ aommissa assent in sua Diœcesi, contra prædictos assa Judicem competentem, & ita fuissa in dicta Provincia hactenus (48) observatum.

Quod Provinciale Concilium de biennio in biennium in crastinum S. Marci in Aquilejensi Ecclesia celebretur, & quod Prælati venientes ad Concilium nihil donent Patriarchæ, vel familiaribus suis, & moderatam ducant familiam.

Insuper statuimus, & sacro approbanta Concilio ordinamus, ut deinceps Provinciala Concilium Aquilejensa (49) da biennio in bienoium io crastinum festi B. Marci Evaogelistæ, qui Proviociæ Aquilejensis fundavit Ecclesiam, in eadem Ecclesia celebretur. Mandantes cuilibet suffraganeo, & aliis quibuscumque Prælatis, qui ad ipsum Concilium celebrandum convenieot, in virtuta sanctæ obedientiæ, ne Patriarchæ, vel familiaribus suis aliqua (50) ensenia, seu (51) eulogia deferant, nec superfluam ducant familiam, sed moderatam secundum ecclesiæ facultatem, & quam ducerent per suam Diœcesim, nisi forta ad ducendam majorem necessitate nimia urgerentur. Quod si contra fecerint, duplum date teneantur (52) Leprosis.

De exequiis celebrandis pro anima Patriarchæ, vel alicujus sui suffraganei decedentis.

Item statuimus, & hoc approbanta concilio ordinamus, ut cum Patriarcha, qui nunc ast, & pro tempore fuerit, naturæ dabitum continget persolvere, suffraganei singuli postquam da ipsius Patriarchæ obitum per Aquilejense capitulum sibi fuerit intimatum, solemnes exequias celebrent, & pro ejus anima Missas 60. faciant celebrari. Pro anima vero cujuslibet suffraganei modo simili, postquam ad Domini Patriarchæ & aliorum suffraganeorum de ipsius obitu notitiam perveoerit, exequias, & 30. Missas celebrari volumus pro quolibet prædictorum.

Editæ, promulgatæ, lectæ, & publicatæ fuerunt prædictæ constitutiones in Provinciali Concilio Aquilejensi, in Aquilejensi Ecclesia die Lunæ 25. Mensis Aprilis, & die Martis, ac Mercurii sequentibus celebrato per Reverendissimum in Christo P. & DD. Bertrandum Dei gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcham, venerandosqua Viros Patres ejus suffraganeos infrascriptos, videlicet Dominos Ildebrandinum Paduanum, Garzism (53) Feltrensem, & Bellunensem, Benedictum Cumanum, Guidonem Concordiensem, Blasium Vicentinum, Petrum (54) Trivisinum, Natalem Emoniensem, Joannnem Parentinum, Marcum Justinopolitanum Episcopos, ac Ven. viros Dominos fratres Ludovicum Sextensem, Odoricum Belliensam, Bertoldum da Arnolstayo, Omnebonum S. Mariæ in organis suo, & syndicario oomine (55) Oeconomi capituli Veronensis, Monasteriorum (56) Abbates. Nec non prudentes viros Hermanam de Parma Dominorum Nicolai Tridentini, Fratrem Philippum (57) Fratris Pacis Tergestini, Presbyterum Menarum Sergii Polensis, Franciscum de Bononia (58) Fratris Francisci Cenetensis apiscoporum vicarios & procuratores, ac Gulielmum Præpositum Pisini Yconomum Ecclesiæ Petenensis Sede vacanta. Et atiam per venerandos viros Domioos Gulielmum decanum, & capitu-

ANNO CHRISTI 1339.

lum prædictæ Aquilejensis Ecclesiæ, approbatæ sub anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo tricesimo nono, Indictione septima.

(*Ego Paulus condam Magistri Joannis de Mu-*
(*tina Publicus* (59) *Imperiali* &c.

In præmissum concilium Provinciale Aquilejense Notæ Anonymi Utinensis.

1. *Dei gratia*. De more, quo cœperunt Archiepiscopi se appellare Dei gratia, & sedis Apostolicæ Archiepiscopos, agit Thomasinus vet. Eccl. disc. p. 1. l. 1. c. 62. n. 10. Paganus Decessor Bertrandi morem illum susceperat, ut ex ejus inedito documento constat; quem tamen secutus non est Bertrandus, atque Nicolaus de Luxemburgo successor apud Ughellium.

2. *Bertrandus*. Hic Patriarcha pro tuenda Ecclesiæ suæ libertate, ab iis, qui eidem libertati adversabantur, confossus occubuit an. 1350. cum rediret e concilio Patavino, quo purgandi se caussa a calumniis convenerat. Beati titulo gaudet a quatuor quasi sæculis, communi Populorum consensu & veneratione pro more illius sæculi. Videnda historia vitæ hujus Beati, quæ extat MS. in archivio Capituli Utinensis, & vulgata est inter Acta Sanctorum Bollandi ad diem VI. Junii.

3. *Nuper*. Innuit dies celebrationis Concilii immediate præcedentes ipsi celebrationi; quæ nota temporis clarius signatur in calce constitutionum.

4. *Concilium*. Hic Raymundus a Turre sedebat sæculo 13. circa an. 1272. habuitque hoc concilium Provinciale an. 1282. quod MS. extabat Venetiis in bibliotheca Julii Justiniani Procuratoris S. Marci, prout illud se vidisse testatur clariss. D. Bernardus de Montfaucon in suo diario Italico.

5. *Parvorum*. Parvi vocantur minimi nummi Aquilejenses, vel etiam Veronenses, aut alterius ditionis in Provincia, quorum viginti libram unam constituebant. Prudenter declinat spiritualem pœnam, & potius pecuniariam imponit, ut si forte minus timeatur, facto tamen magis sentiatur, nec inde conscientia patiatur.

6. *Hermagoræ & Fortunati*. Quia hi Sancti fuerunt protomartyres Metropolitanæ Aquilejensis Ecclesiæ, & sunt ejusdem Patroni, jure præscribitur eorum officium celebrandum, & in communibus suffragiis memoria recolenda a singulis suffraganeis Ecclesiis, ut tamquam filiæ per hanc memoriam Matri morem gerant. Has commemorationes, *memorias* appellat Radulphus propos. 14.

7. *Provinciæ*. Sicut festum Titularis & Patroni Ecclesiæ Cathedralis Diœcesis venerantur omnes Ecclesiæ curam illi subjectæ, & singulis ferialibus diebus aut semiduplicibus festis memorias ejusdem Titularis vel Patroni agunt; ita hunc eumdem morem congruum est gerant Ecclesiæ suffraganeæ ejusdem Provinciæ Titulari & Patrono Ecclesiæ Metropolitanæ, quæ caput est illius Provinciæ.

8. *Fr. Latinum*. Hic est Fr. Latinus Malabranca, qui & de Frangipanis & Ursinis agnomine dictus est. Fuit filius sororis Joannis Ursini, tit. sancti Nicolai in carcere Diaconi Cardinalis, qui postea summus Pontifex Nicolaus III. dictus est, & Patris ex gente Malabranca, æqualis nobilitatis conjugum. Alumnus item sacri ordinis Prædicatorum, Episcopus Ostiensis & Velitrensis, atque Apostolicæ Sedis legatus. Constitutiones, quas edidit, in Aquilejensi quoque Provincia mandat observari Bertrandus, easque tamquam proprias adoptat.

9. *Patriarcham*. Cum dominium temporale haberent Patriarchæ, & sæpe bellum aut paterentur, aut inferrent ad rebelles compescendos, eveniebat, quod etiam ipsum Patriarcham Principem suum capere auderent, ut in historiis nostratibus legitur.

10. *Capitulum*. Hic innuitur potestas Capituli Metropolitanæ Sede vacante; vel etiam absente & impedito Metropolitano, quæ se extendit etiam ad Episcopos suffraganeos, qualis viguit etiam post an. Christi millesimum, ut juribus & exemplis probat Thomasin. vet. discip. p. 1. l. 3. c. 10. n. 10. Ne in hoc sicut in aliis, videtur a Concil. Trident. restricta.

11. *Singulis diebus*. Hæc replicata denunciatio & quasi repetita excommunicatio fit ad majorem sceleris detestationem, & majorem excommunicati confusionem, ut in cap. in quorumdam de judic. in sceleribus scilicet gravioribus.

12. *Pulsatis campanis* &c. Hic ritus servatur in delictis enormibus, ad ostendendam eorumdem execrationem; unde hic modus denunciandi præscribitur in Clem. 1. §. & quia de pœnis ex conc. Constantiensi contra eos, qui Episcopos percutere fuerint ausi.

13. *In quartam generationem*. Hic sumto exemplo a lege Divina Deuter. 5. v. 9. punit impietatem Patrum in filios & successores usque ad quartum gradum inclusive.

14. *Contingat interfici*. Huic membro constitutionis occasionem dedisse potuerunt casus, qui jam antea evenerant, ut accidit in Leone, & Friderico II. Patriarchis.

15. *Bonis aliis universis*. &c. Hic fortasse innuitur jurisdictio ecclesiastica illius ævi in laicos, eorumque res etiam temporales, quam *jurisdictionem charitatis legibus, & animarum saluti inservient vocat*, eamque etiam post an. Ch. Millesimum viguisse testatur juribus & exemplis Thomas. vet. discip. eccl. p. 3. l. 3. c. 10. ubi nempe tendit ad correctionem peccati, & magis salutem animarum.

16. *Recessum*. Cur hæc cessatio a divinis præscribitur etiam post recessum ejusmodi excommunicati? Forte in pœnam eorum, qui scientes illum admiserant, vel inde non expulerant.

17. *Civitas quoque* &c. Cur Civitas & Diœcesis Episcopi captivi subjacere debeat interdicto, non apparet; nisi forte participasset *in crimine criminoso*, ut Canonistæ dicunt. Id autem statutum videtur propter negligentiam civium & diœcesanorum, qui talem captivitatem socordes paterentur, quin liberationem sui episcopi procurarent.

18. *Confiscentur*. Hic vides, Episcopum quoque tamquam Principem Ecclesiasticum, sive ejus Ecclesiam habere fiscum, cui reorum pœnæ applicantur, quod probe noverat ex jure Canon. Jurisprudens conditor harum constitutionum, & tradunt Canonistæ post glos. in cap. Quia diversitatem de concess. præben. Covar. l. 1. variarum cap. 9. n. 11. aliique.

19. *Per nos Patriarcham Bertrandum*. Hinc patet, quod Bertrandus noster addidit aliqua præfatæ constitutioni Raymundi Patriarchæ, quam hic denuo publicavit & innovavit, & innuit penultimum Provinciale concilium a se celebratum, in quo etiam clericis inferioris ordinis contra injurias provisum est. Hujusce celebrati a Bertrando Concilii provincialis acta latent.

20. *Valvassores*. Alias & *Vavassores* dicuntur. Hi sunt alii majores, alii minores. Majores Valvassores sunt, qui ab aliqua Potestate, vel Principe feudum tenent; tit. feud. quis dicatur Dux, Marchio &c., & hi dicebantur Regni vel Regis Valvassores, sed hodie capitanei dicuntur tom. p. feud. qui feud. dare pos. Minores Valvassores dicuntur, qui ab ipsis Majoribus Valvassoribus feudum accipiunt. c. r. p.

21. *Angarias* &c. Non una est explicatio hujus barbaræ vocis, nec Doctores consentiunt, ut videre est apud du Fresne in glossario. Placet inter cæteras illa Francisci Hothomani, quod angaria sint operæ publicæ impositæ ob negotium aliquod obortum, cui celeriter providendum sit: quasi subditi improviso cogantur, & ideo quasi angantur. Consentanee vero parangaria etiam impositio contributionis pecuniaria pro ipsis angariis sive loco angariarum: ut alii per alios demererentur. In lege Wisigot. lib. 5. t. 5. §. 3. inquitur: animalia in angariam præstita.

22 *Maricos*. Marici sunt homines principales electi, ut sint quasi capita Villarum vel etiam suburbiorum, qui vulgo *Merighe* vel *Decani* dicuntur.

23 *Detentores*. Vocantur detentores & occupatores, qui tenent res Ecclesiæ quasi domini, etiam ex antecedente titulo cujuslibet alienationis, venditionis, perpetuæ locationis, sive infeudationis sine Pontificis auctoritate factæ etiam per Prælatos Ecclesiarum; quoniam etiam ante extravagantem Pauli II. hujusmodi alienationes rerum Ecclesiæ prohibitæ erant cum clausula irritante, & invalidæ erant jure antiquo ex Concil. Nicæn. II. generali VII. in cap. 12. ex Concil. Lateranensi IV. cap. 44. & Concil. Lugdun. II. cap. 22. quæ duo postrema Concilia habita sunt sæculo 13. & solum Paulus II. post prædictum Lugdun. Concilium pœnam spiritualem ipsis alienantibus imposuit, sed & id antea cautum erat lege Leonis Imp. in l. Jubemus, signanter in § sane C. sacrosan. Eccl.

24 *Vel civiles*. Qualis est c. Lex Jubemus C. Sacros. Eccl. cum concord.

25 *Sub excommunicationis pœna*. Ex hac gravi adjecta pœna patet, grave præceptum & de re gravi imponitur confessariis, ne ex defraudatione decimarum pessum iret ministerium ecclesiasticum laicis ipsis impendendum pro salute Animarum, neve defraudantes decimas conscientias proprias illaquearent.

26 *Annis singulis visitare*. Nulla lege aut canone communi hoc cautum erat, ut Metropolitanam Ecclesiam visitarent Episcopi suffraganei; sed tamen alicubi hic mos usu inductus erat, ut sicut Archiepiscopi & Metropolitæ visitabant limina Apostolorum in signum subjectionis Apostolicæ Sedi, ita Episcopi visitarent Metropolitanam Ecclesiam in signum similis subjectionis. Hanc servitutis speciem e medio tulit Trident. Concil. ses. 24. cap. 2; ubi cautum, ne Episcopi comprovinciales prætextu cujuslibet consuetudinis ad Metropolitanam Ecclesiam accedere in posterum inviti compellantur (visitandum scilicet) ea quidem, ut reor, ratione, quoniam ad limina Apostolorum visitanda cœperunt astringi Episcopi a Papa ut plurimum electi & ordinati, ne duplici onere gravarentur.

27. *Juramenti*. Cum nullo jure firmaretur ea consuetudo, studuerunt Metropolitani religione juramenti eam stabilire, ut Episcopi subjecti, qui aliunde cogi non poterant, vi saltem juramenti cogi possent. Juramentum hoc pridem exigebatur occasione confirmationis & ordinationis Episcopi electi. Sed cum cœpissent ab Apostolica Sede sive ab aliis Episcopis de illius consensu Episcopi ordinari, extra eam occasionem apposito juramentum exigebatur: & quia aliqui Episcopi id forte præstare non curabant, ideo infra præfigitur terminus ad illud præstandum. De hoc juramento præstito a Bartholomæo Scaligero Episcopo Veronensi in manibus Fr.

Bla-

Blasii Episcopi Vicentini Nuncii ad hoc delegati a Bertrando Patriarcha an. 1338. mentionem habet Ughellus in Vicentinis, ubi in Bartholomæo refert acta.

28 *Præteriti maiitia temporis*. Hæc est Constitutio Latini Legati, ut cuique legenti liquere potest.

29 *Ecclesiastica careant sepultura*. Mirum, quomodo carere debeant ecclesiastica sepultura qui fuerant ad communionem recepti, cum, ut fert regula canonica, cui vivo communicavimus, & mortuo communicare debeamus, cap. ex parte de sepult. Idque de excommunicato etiam in extremis absoluto statuat Gregor. IX. in cap. ult. de sepult. Id tamen non est novum in gravioribus & publicis delictis, ut qui per totam vitam fuit contumax, & in extremis tantum resipiscat, absolutio quidem & Synaxis concedatur, sepultura vero denegetur propter defectum satisfactionis, quam cum dare potuit noluit, & in extremis, cum vult, non potest: id quod expresse de raptoribus & incendiariis Ecclesiarum statuit Eugenius III. in cap. super eo 1. de raptoribus.

30 *Immediate subjecta*. Tempore Bertrandi nostri non erant exempta monasteria universa hujus Provinciæ, ex quo vult ea ab Episcopis visitari juxta constitutionem a Latino præcedenti sæculo promulgatam, quam hic tamquam propriam vult Bertrandus observari ad continendos in obedientia & observantia monachos & Regulares.

31 *Focariam*. Focaria proprie est ancilla sive potius famula culinaria, quæ focum curat. Verum focariæ dictæ sunt concubinæ presbyterorum, quasi quæ foco assideant; quoniam sub prætextu familiaris servitii presbyteris cohabitant: & in hoc sensu hoc vocabulum usurpatum fuit circa hoc sæculum in pluribus conciliis, quæ refert du Cange in suo glossario barbaræ latinitatis, ad hoc verbum, *Focaria*; & hoc etiam sensu focariam accepit Concil. Lateranens. III. sub Alex. III. cap. 11. an. 1179. Hic vero sensus non cohæret, videturque ita supplendus: *nullas .... post duos menses audeat retinere: aliat, si post terminum supradictum*, &c.

32 *Pœnitentiarios*. Hujusmodi munus pœnitentiarii, qui loco Episcopi a gravioribus criminibus & censuris absolveret, olim obibant Presbyteri Episcoporum Vicarii. Post annum millesimum invenitur aliis demandatum id operis; & in Concilio Eboracensi anni 1194. is Presbyter vocatur confessor generalis Diœcesanus; ibi can. 41. Ad Episcopum, vel eo absente ad generalem Diœcesis confessorem transmittentur ab eo pœnitentiam suscepturi. In Concil. autem Lateranensi IV. 1215. statutum est: in cathedralibus Ecclesiis viros ordinari, quos Episcopi possint coadjutores & cooperatores habere non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis injungendis; quo aliæ Ecclesiæ conformatæ sunt Romanæ, quæ suos jam ante pœnitentiarios habebat. Ex hoc evincitur in more tunc non fuisse universales confessarios pro tota Diœcesi ab Episcopis ordinari præter pœnitentiarios, sive confessarios diœcesanos, qui ipsorum vices in hac parte fungerentur, & ne quidem Parochos potuisse aliarum, quam suarum ovium confessiones audire, sed solum proprios sacerdotes, quisque suarum.

33 *Modum*. Cum parcissima esset indulgentiarum dispensatio antiquis sæculis, tamen processu temporis post sæculum decimum res eo devenit, ut Concilium Lateranense IV. sæculo decimotertio questum sit, effusiore indulgendi licentia in contemptum venisse Ecclesiæ claves & pene solutam canonicam Ecclesiæ disciplinam. Proinde cap. 62. remedium adhibuit, modumque indulgendi Episcopis posuit: *Quia* inquit, *per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Ecclesiarum Prælati facere non verentur, & claves Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur ... quadraginta dies de injunctis pœnitentiis remissa non excedat ..... cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem habet potestatis, hoc in talibus moderamen consueverit observare*.

34 *Ultra annum*. Hic annus non signat terminum, sive tractum successivum ipsius indulgentiæ, sed quantitatem remissionis pœnæ, per indulgentiam concessæ, nempe remissionem pœnæ canonicæ anno respondentem.

35 *Quadragenarium*. Hoc est indulgentia quadragenaria sive quadraginta dierum, quæ dicta fuit etiam simplicius *quadragena*, & fubenda barbara voce *carena*.

36 *Vel pontium*. Pontium erectio vel refectio ponitur hic inter opera pia, ea sane ratione, quia bono publico & communi usui inserviat (cui alias pauci student) maxime pauperum, qui non haberent quo *pontagium*, sive *pontaticum*, hoc est tributum pro transitu solverent. De hujusmodi indulgentia pro pontibus mentio habetur in cap. 4. de indulg. & remis.

37 *Quam unus*. Constans fuit sacrorum canonum tam juris veteris in can. non plures de consecr. dist. 4., quam novi in cap. Quamvis de cogn. spir. in 6; quod unus tantum debeat esse in baptismo Patrinus; idemque juris & rationis esse de confirmatione docet Pontifex in eod. cap. Quamvis. Quoniam vero, non obstante prohibitione, adhuc plures suscipiebant vel accedebant, & inde vere cognatio contrahebatur, ut in cit. Quamvis, Concilium Trid. indulsit, ut ad summum unus & una adessent & susciperent, alii vero cognationem etiam suscipientes minime contraherent. Eum abusum mulcta pecuniaria tollere Bertrandus conatus est.

A 38 *Bannis*. Hujusmodi banna sunt publicationes matrimonii contrahendi, quæ hodie post Concil. Trid. *denunciationes* dicuntur. Consuetudo faciendi sive præmittendi hujusmodi Publicationes erat jam in aliquibus diœcesibus atque ante concil. Lateranense IV, quod illam in jus commune deduxit cap. 51, & habetur etiam in cap. 3. de clandest. despons.

39 *Forte præmissit*. Legendum *forte non præmissis*, ut sic appareat reatus, cui eo loco pœna imponitur.

40 *Quinque librarum*. In Concil. Lateranensi IV. cap. 51. pœna triennalis suspensionis imponitur reis, qui contrafecerint: quomodo hic commutatur hæc pœna in levem mulctam pecuniariam quinque librarum? Pœna concilii imponitur contra eos, qui contempserint prohibere conjunctiones matrimoniales in gradu prohibitos post allegatum impedimentum, vel etiam præsumpserint assistere. Salva hac juris communis pœna, aliam leviorem addidit Bertrandus contra eos, qui negligenter banna omiserint proponere, aut, iis

B non præmissis, benedictionem matrimonio impendere, etiam non denunciato eis impedimento.

41 *Legisperititias*. Hoc est legitimas, & secundum regulas legisperitorum factas.

42 *Singulares*. In gravioribus aliquibus delictis, in jure tamen expressis, hoc speciale est, ut duo testes probent concludenter, licet sint singulares in sua quisque depositione, hoc est singuli de singulis & diversis factis in eodem tamen genere delinquendi, testificentur.

43 *Cautionem*. Hanc cautionem in jus commune deduxerat Gregor. X. in Concil. Lugd. II. & habentur in cap. 1. de usur. in 6. quam juris communis dispositionem sequitur hic Bertrandus, &, aliqua addendo, formam etiam præscribit.

44 *Ad quantum rationem*. Hoc est habita ratione ad centum, an exigeret usurarius octavam, decimam, duodecimam vel vicesimam partem pro qualibet centenario.

45 *Relaxet*. Hujusmodi juramenta de usuris solvendis vel solutis non repetendis summo jure tenent, quoniam ex parte jurantis non vergunt in detrimentum salutis æternæ, cap.

C cum contingat de jurejur. & cap. quamvis de pactis in 6. sed quia sunt injusta ex parte Usurarii, ideo is debet illa relaxare, & nihilominus usuras restituere. cap. ad nostras de jurejur. & cap. Tuas 13. de usuris.

46 *Nocturna*. Hinc evincitur adhuc tempore B. Bertrandi viguisse morem nocte recitandi divinum officium, eoque sæculo 13. in aliquibus locis etiam postea servatum hunc morem usque ad sæculum 15. ostendit Thomassinus vet. & nova Eccl. discipl. p. p. l. 2. cap. 86.

47 *Confessor*. Idest confessarius in aliis etiam conciliis pro more illorum temporum.

48 *Hactenus observatum*. Ea tamen observantia posterioribus sæculis in consuetudinem abiit.

49 *De biennio in biennium*. Cum Concilium Lateranense V. cap. 6. juxta SS. statuta Patrum edixerit concilia Provincialia annis singulis esse cogenda, mirum, quomodo Bertrandus noster ea reduxerit ad singula biennia. Cum forte sæculo jam transacto a celebratione illius concilii, in desuetudinem abierit ejus dispositio, tentavit noster Patriarcha

D concilia in usum reducere saltem singulis bienniis pro commodo vastæ Provinciæ, sicut postea idem decrevit Toletanum concilium an. 1473. & ante statuerat Coloniense ann. 1414. (sive potius Cardinalis Cusanus Legatus de latere per Alemaniam) unumquodque pro sua Provincia.

50 *Ensenia*. Sic in codice; sed illud vocabulum nec in glossario barbaro invenitur. Legendum vero est, *exenia*. Exenium vero idem est, quod *xenium*, quasi xenium peregrinum & de longinquo missum: quod ab Honorio III. sumitur etiam pro dono, quod ad esculenta pertineat; & sic sensus constat cum sequenti vocabulo.

51 *Eulogia, pro eulogias*. Eulogiæ propriæ sunt panes, qui efferebantur & benedicebantur ad sacrificium conficiendum, ex quibus proinde pars seligebatur ad corpus Christi conficiendum: de quibus Eulogiis agit Germanus CP. Patriarcha in theoria mystica; reliqui porro panes benedicti distribuebantur iis, qui ob aliquod impedimentum non erant parati communicare festis diebus ex decreto Pii Papæ, & ex concil. Nannetensi cap. 9. quibus id erat loco sacramenti & quasi quoddam sacramentum uti appellat D. Aug. de pec-

E catorum remiss. lib. 2. cap. 26. quod nos sacramentale diceremus. Hic panis, inquit ibi Aug. quamvis non sit corpus Christi, sanctus est tamen, & sanctior cibis, quibus alimur. Distribuebantur autem post missam a Sacerdote paulo ante dimissionem, cunctis præsentibus, ut præscribit Leo IV. Papa in cura Pastorali; & ea ratione nonnisi a jejunis sumebantur.

Eulogiæ præterea dictæ quævis munera, quæ non tam ex debito, quam ex convenientia offeruntur; unde in concil. Meldensi an. 845. cap. 45. decet tamen presbyteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos; & Leo IV. ad Episcopos Britanniæ scribens, cap. 3. statuit, non cogendos presbyteros ad sacra concilia eulogias deferre; & Hincmarum Rhemensis in capitulis, quæ ad Archidiaconos scribit, cap. 5. eulogias nisi sponte oblatas a presbyteris accipere vetat.

52. *Leprosis*. Hoc est locis piis pro cura leprosorum institutis, quæ gerontocomia græce dicuntur, in castris vero nostratibus leprosariæ vocantur. Eo sæculo fuerunt in usu ejus-

ejusmodi loca pia in hac Provincia: in Aquilejensi vero Diœcesi jam erant adhuc seculo 16., cum Utini extra mœnia esset unum lerothocomium sub titulo S. Lazari, cujus Ecclesia adhuc extat, sed institutum loci ab aliorum consortio separati, ut lepræ morbus exigit, desiit in usu esse, & bona fuerunt Hospitali pauperum & infirmorum unita.

53. *Feltrensem & Bellunensem*. Garsias iste, qui apud Ughellum corrupte dicitur Gorgias de Luha, utriusque Ecclesiæ tam Feltrensis quam Bellunensis fuit Episcopus: siquidem, cum hæ duæ Ecclesiæ ab initio fuissent distinctæ, & singulæ propriam sedem & proprium Episcopum habuissent usque ad an. 1204. sed inter eos simultates essent eo usque, ut populi se invicem bello peterent; ad tollenda hujusmodi dissidia, & populos pace uniendos, Torrentinus Feltrensis & Anselmus Bellunensis auctoritate Innocentii Papæ III. transegerunt, ut uter illorum superstes alteri esset, utriusque Ecclesiæ Episcopus esset, & fatis primum cedente Anselmo, Torrentinus utriusque Ecclesiæ factus Episcopus Ecclesias & populos conjunxit. Unio perduravit usque ad tempora Pii II. Papæ, qui anno 1462. eas Ecclesias denuo sejunxit, & utrique Ecclesiæ suum Pastorem attribuit. Viden. Ughel. in Feltrensibus in principio.

54. *Trivisinam*. Hoc est, *Trivisanam*; sive & melius *Tarvisinam*.

55. *Oeconomi*. Veronensis Ecclesiæ sedes tunc vacabat per mortem Bartholomæi Scaligeri a Martino Patruo eidem illatam: proinde capitulum elegerat in Oeconomum Martinum Archipresbyterum S. Stephani, & Gulielmum Zolfinum in Vicarium generalem sede vacante. Omnebonus ergo intervenit etiam syndicario nomine, hoc est tamquam syndicus & Procurator Oeconomi in temporalibus, & capituli sive Vicarii capitularis in spiritualibus Ecclesiæ Veronensis.

56. *Abbates*. Abbates interveniunt in conciliis provincialibus non de necessitate, sed convenienter ad decorem, & ad auxilium Episcoporum; qui tamen non decisivam, sed consultivam tantum vocem habent, ut respondit Gregor. XIII. concilio Rothomagensi, quæ responsio habetur tom. 15. conc. collect. Labbè pag. 874. ad calcem ejusd. concilii sub numero 5.

57. *Fratris Pacis*. Hic Pax fuit ex ordine Prædicatorum Lombardiæ Provincialis, & pro Vicario habuit Fr. Philippum Regularem verisimiliter ejusdem ordinis.

58. *Fratris Francisci*. Hic Franciscus fuit celebris Theologus & declamator ex ordine Servorum B. M. V. ad Episcopatum assumtus.

59. *Imperiali &c.* Hoc est. *Imperiali auctoritate Notarius*, qui publicavit suprascriptas constitutiones. Apposita est autem hæc subscriptio, ut indicetur codex transcriptus ex originali subscripto manu ejusdem Notarii. Codex, unde tractum est hoc exemplum, est codex membranaceus optimo charactere scriptus, qui proinde videtur scriptus eodem sæculo decimo quarto, quo fuit celebratum idem concilium, & asservatur in Archivio capituli Utinensis.



CONSTITUTIONES * PADUANÆ

* Ex cod. Vatic. 1339. acceptæ.

Ab Ildebrandino Paduano Episcopo in Synodo anni MCCCXXXIX. conditæ.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, & gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus. Hæ sunt constitutiones Reverendi Patris Domini Ildebrandini, permissione divina Episcopi Patavini.

Quia secundum varietates temporum mutationem recipiunt constitutiones humanæ, congruum est, ut temporum conditione mutata, constitutiones etiam immutentur. Nos itaque Ildebrandinus permissione divina Episcopus Paduanus, recensitis constitutionibus domini Fratris Joannis (super hæc verba ponitur *Ildebrandini*) olim episcopi Paduani antecessoris nostri, quas solas in nostra Paduæ Civitate, & Diœcesi invenimus observari, prospeximus, quod nonnullæ earum modernis temporibus declarationibus, & suppletionibus indigebant; plures autem erant utiles, & salubres. Ea propter superfluas amoventes, utiles approbantes, dubias declarantes, atque supplentes de concilio venerabilium virorum dominorum Gregorii de Janua, Leonardi de Carraria, & Perencani de Carraria canonicorum ecclesię Paduanæ in generali Synodo totius cleri Paduani, specialiter ad hoc congregata præsentibus, ac etiam venerabilis viri domini Barufini de Cremona Canonici Paduani, licet in prædicta Synodo personaliter non existentis, quoniam pro tractandis negociis nostræ cathedralis ecclesiæ Paduanæ, & aliarum ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis Paduanæ, ipsisque auctore Domino utiliter promovendis ad hanc præsentem diem duximus, congregandam; Constitutiones infrascriptas renovamus de novo, constituimus, & ordinamus mandantes eas prout inferius continetur, per nostros subditos inviolabiliter observari. Præcipientesque omnes aliæ constitutiones prædecessorum nostrum vel nostræ, quæ non reperirentur scriptæ in libro præsentium Constitutionum pro vacuis, revocatis, cassis, & irritis habeantur.

De reverentia ad Fidem catholicam.

I. Admonemus omnes tam clericos quam laicos, tam mares, quam feminas nostræ civitatis, & diœcesis, quod fidem sanctam catholicam, & omnia divina statuta revereantur, teneant, & observent, & quod in omnibus, & per omnia libertatem ecclesiasticam studeant defensare.

De trahentibus Clerico ad judicium sæculare.

II. Statuimus, quod nullus clericus, vel sæcularis persona trahat alium clericum, sive ecclesiasticam personam ad judicium sæculare, alioquin nisi in primo præcepto facto in foro sæculari post decem dies destiterit, pro ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

Quia per mutationem status mutare forum nonnulli laici arbitrantur, quidam eorum, dum accusati sunt, seu condemnari de criminibus per judicem sęcularem, ut eorum manus effugiant habitum Religionis assumunt, ex quo graves quęstiones, & scandala non modica oriuntur. Ideoque volentes hujusmodi quęstiones, et scandala amovere, statuimus, ut nullus Abbas, vel Prior, Abbatissa, seu Priorissa alicujus monasterii Diœcesis Paduanę aliquem conditionis prędictę subjectum jurisditioni Civitatis Paduę intra jurisditionem nostram ad professionem recipiat, sive ad habitum regularem. Quod si contrafecerit hac generali monitione pręmissa denuntiamus ipsum nullatenus defendendum. Hoc idem in his, qui debita contraxerunt ante status mutationem volumus observari.

Deu-

ANNO CHRISTI 1339.

De utentibus falsis Probationibus in causis, quæ in curia ecclesiastica ventilantur.

III. Statuentes prohibemus ne aliquis clericus, vel laicus in curia, vel foro judiciali in causis spiritualibus, vel matrimonialibus, aut etiam in aliis causis, litteris, vel instrumentis, testibus, aut aliis probationibus falsis scienter utatur; adjicientes, quod si aliquis contra hoc nostrum salubre statutum venire tentaverint, aut falsum instrumentum fecerit, vel fieri procuraverit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto. Et idem statuimus de advocatis, & subornatoribus testium.

De vita, & honestate clericorum.

IV. In hac generali Synodo monemus solemniter semel, secundo, & tertio omnes & singulos nostræ jurisdictioni subjectos tam hic præsentes, quam absentes, qui hic haberi pro clericis, & gaudere intendunt privilegio clericali, ut de cætero clericaliter vivant; & honeste incedant coronam in capite, & tonsuram in capillis congruentem, patentibus auribus more clericorum, vestes & habitum clericalem continue deferentes, & alia faciant, & observent, quæ in veris clericis requiruntur. Artes, seu mercationes illicitas non exerceant; officia, & stipendia secularia non recipiant. Nullus earum ad consilia, in quibus negotia bellica, vel alia clericali ordini indecentia tractantur, accedat. Officia clerici incompetentia non recipiant. Sed ab his, & aliis, quibus clericalis deformetur honestas, prorsus abstineant. Quicumque vero prædictis, vel alicui eorum contraire vel facere deprehensus fuerit, vel inventus, eum nec habebimus pro clerico, nec etiam defendemus.

Item statuimus, ut nullus Religiosus deponat proprium suæ religionis habitum assumendo habitum sæcularem, ut habitu transformato possit licentius, & liberius nefaria perpetrari; perpetrare volentes, quod omnes tales transgressores ipso facto sententiam excommunicationis incurrant.

Quia peccatis exigentibus incontinentiæ vitium clericos occupavit, quod filii progeniti manifeste restantur; idcirco iniquitates ipsorum volentes quantum possumus cooperire, statuendo præcipimus, ut nullus clericus, cujuscumque status, seu conditionis existat filium ex fornicatione progenitum post se ducat, nec etiam dictis sacerdotibus serviant in divinis, & altaribus eum eisdem administret, ne ipsius incontinentiæ vitium ipso filio attestante omnibus revelent. Quod si quisquam hujusmodi constitutionis nostræ transgressor extiterit, in quadraginta solidorum Venetorum parvorum pro qualibet vice sententialiter condemnamus, medietatem cujus condemnationis concedimus accusanti, seu ad nostram notitiam perducenti.

De Clericis moram trahentibus extra Diœcesim Paduæ.

V. Cum autem nonnulli Presbyteri, & Clerici, qui in nostra diœcesi beneficia obtinent, extra nostram jurisdictionem evagentur, itaque nobis pro certo constare non potest, ubi ipsos requiri, seu citari mandemus. Omnes & singulos, qui taliter se a suis beneficiis absentarunt, primo, secundo, & tertio peremptorie in hac Generali Synodo monemus, & præsenti constitutione statuimus, & mandamus, quatenus infra sex mensium spatium a publicatione præsentis Constitutionis ad sua beneficia redire debeant, deservituri pro se suis beneficiis, prout superius est expressum. Alioquin contra hujusmodi absentes procedemus prout æquitas suadebit, ac utilitati ecclesiarum, & eorum saluti videbimus expedire.

De residentia Clericorum.

Hæc inscriptio posita est alia veteri manu, nec numerum habet adnotatum.

Quia beneficium ecclesiasticum propter officium illum confertur, & satis videtur indignum ut clericus beneficium percipiat, & ecclesiæ, a qua beneficium habet, non serviat, hoc generali edicto monemus solemniter semel, secundo, & tertio omnes, & singulos Clericos jurisditioni nostræ subjectos beneficium ecclesiasticum obtinentes, & sub excommunicationis pœna districte præcipimus, ut quilibet in ecclesiis suis, in quibus beneficiati sunt, debeant residere, ipsis ecclesiis, sicut beneficii onus requirit, servientes debite in divinis, nisi eum eis super hoc dispensatum fuerit, vel a nobis de non residendo licentiam obtinuerint specialem. Quos nihilominus non residentes volumus contribuere, & servire residentibus, & præcipue sacerdotibus juxta suorum beneficiorum facultates, nec ipsæ ecclesiæ divinis obsequiis defraudentur.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

VI. Statuimus, quod nullus vendat, permutet, alienet quocumque alienationis titulo pignori, vel hypotecæ obliget calices, cruces, vasa argenti, libros, paramenta, & quæcumque ornamenta ad ornatum altarium seu ecclesiarum, seu divinum cultum pertinentia in nostra ecclesia cathedrali sine licentia nostra, ac archipresbyteri, & Capituli nostri Paduani; in aliis autem ecclesiis, seu monasteriis Civitatis, Diœcesis Paduanæ sine nostra, vel successorum nostrorum licentia, & auctoritate. Contrarium autem facientes, ac res prædictas vendentes, permutantes, alienantes, pignorantes, seu hypotecantes; necnon prædictarum rerum emptores, ac quocumque de prædictis modis receptores, & super illis pecunia, seu res alias mutuantes, excommunicationis sententiam, quam ex nunc in ipsos in his scriptis proferimus, incurrere volumus ipso facto.

Ex frequentibus querelis quorumdam laicorum didicimus, quod nonnulli clerici, ac personæ ecclesiasticæ tam beneficiati, quam etiam qui non sunt beneficia ecclesiastica assecuti nostræ jurisdictioni subjecti tam principali, quam fidejussorio nomine se obligant apud eos, qui dum in judicio confessi fuerint, vel convicti, ut suis illudant creditoribus, se bonis cedere profitentur, allegantes, quod inanis est actio, quam inopia creditoris excludit. Nos igitur ipsorum fraudi, & malitiæ volentes salubriter obviare, statuimus, ut nullus clericus cujuscumque status & conditionis existat, nec persona ecclesiastica de cætero obliget, se ad quemquam, ultra quam facultatum suarum se vires extendant; quod si fecerint, & in judicio convicti, vel confessi supradictam exceptionem ausi fuerint allegare, in ea perseverando, eo ipso a perceptione fructuum beneficiorum suorum præsentis constitutionis vigore decernimus manere suspensos, & ipsos fructus creditorum utilitatibus applicamus. Qui si du-

ANNO CHRISTI 1339.

duraote hujusmodi suspensione aliquid de fructibus ipsis attigerint, quocumque quæsito colore, vel in ipsa suspensione perseveraverit per sex menses animo indurato, eo ipso excommunicatioois sententiam incurrat, & nihilominus procedemus ad privationem beneficiorum ipsorum, si in ipsa sententia excommunicationis perseveraverint, prout æquitas suadebit. Prædicta autem locum habere volumus non tantum in contrahendis debitis, sed etiam in contractis.

De inventario de bonis Ecclesiarum conficiendo.

VII. Ut bona ecclesiarum conserventur illæsa hac synodali constitutione duximus statuendum, ut quicumque Prælatus, aut rector alicujus ecclesiæ ad Rectoriam, seu dignitatem de cætero assumetur, sub pœna decem librarum parvarum, postquam fuerit adeptus corporalem possessionem, infra spatium unius mensis bonorum omnium mobilium monasterii, Abbatiæ, seu Prioratus, vel ecclesiæ, ad cujus regimen assumetur, inventarium confici faciat per publicum instrumentum; ut per hoc appareat, utrum bona ejus administrationi commissa minuantur, sive etiam augeantur, & infra ipsum mensem ipsius inventarii copiam nobis debeat præsentare.

De Monasteriis Monialium non intrandis.

VIII. Statuimus, quod nullus religiosus, nullus clericus, nullus laicus cujuscumque status, Ordinis, vel conditionis existat, personis, & casibus infrascriptis exceptis, audeat intrare monasterium aliquod Monialium Civitatis, seu Diœcesis Paduanæ, nec in Chorum ecclesiarum, quæ sunt in monasteriis supradictis, neque in Claustra, vel alias clausuras præfatorum monasteriorum. Statuimus etiam, atque præcipimus Abbatissis, Priorissis, & singulis monialibus præfatorum monasteriorum, quod prædictos intrare prohibitos ad ipsa monasteria, & loca prædicta non recipiant, nec admittant, ipsisque non loquantur, nisi in in casibus suprascriptis. Contrarium autem facientes, excommunicationis sententiam, quam ex nunc in omnes prædictos religiosos, clericos, laicos, Abbatissas, Priorissas, & moniales in his scriptis ferimus, incurrere volumus ipso facto. Medicis autem pro curis faciendis, artificibus pro operibus exercendis; advocatis pro consiliis præbendis in causis monasteriorum; notariis pro instrumentis conficiendis & testibus tunc opportunis; visitatoribus, sive generalibus, sive specialibus aliisque sacerdotibus ad hoc specialiter deputatis, seu deputandis, tam pro divinis Officiis celebrandis, quam pro confessionibus audiendis, quam pro sacramentis ecclesiasticis ministrandis, cum casus & necessitas exegerit intrandi ad loca prædicta, licentiam impertimur; ita tamen, quod losi cum aliqua moniali casu confessionis excepto nullatenus converseotur. Et cum audiunt confessiones monialium non infirmarum, audiant eas ad aliquam fenestram ferratam pariete intermedio existente. Et cum audiunt confessiones infirmarum, audiant eas in tali loco, quod duæ saltem moniales ad hæc per Abbatissam deputandæ videre, & non audire valeant utriusque personam. Prædicti autem visitatores, nisi magna necessitas exigat clausuram introire monasteriorum, non intrent; sed cum uno admodum honesto socio in loco non suspecto moniales examinent, & suum officium exerceant.

Inhibemus etiam sub pœna excommunicationis, quod mulieres alias cujuscumque conditionis, illis exceptis quarum honesto & familiari obsequio utuntur pro necessitatibus monasteriorum, & monialium prædictarum infra clausuram præfatorum monasteriorum non admittant.

Concedimus etiam, quod in solemnitatibus Sanctorum, sub quorum nomine Ecclesiæ præfatorum monasteriorum sunt dedicatæ, & in ipsarum ecclesiarum consecrationibus religiosi, clerici, laici, ac mulieres possint intrare ecclesias supradictas, & prima dumtaxat claustra ipsorum monasteriorum; & tunc Abbatissa, & moniales in loco decenti se teneant, ita quod ipsarum honestas illæsa servetur. Concedimus etiam, quod si Abbatissæ, seu moniales suprascriptæ pro aliqua honesta causa, et specialiter utilitate monasteriorum contingente, aliquibus religiosis clericis, seu laicis loqui voluerint, dummodo prædicti eundi ad prædicta monasteria a nobis licentiam obtinuerint, seu a nostro vicario in absentia nostra possint eis loqui, & honesta ac utilia negotia tractare cum eis. Et si Abbatissa loqui voluerit, adhibeat secum duas ad minus honestas, & antiquas moniales, quæ audiant ea quæ loquentur. Si vero monialis loqui voluerit, hoc faciat de licentia Abbatissæ, quæ si licentiam loquendi concesserit, teneatur ei dare duas socias honestas, & antiquas, quæ similiter audire possint ea quæ loqui voluerint. Hujusmodi autem locutio semper fiat per Abbatissas, & moniales ad fenestras ferratas, & aliquo pariete intermedio.

Qualiter confessiones per presbyteros audiri debeant.

IX. Sancimus, quod Sacerdotes regulares, & sæculares in ecclesiis audientes confessiones mulierum, non audiant eas in angulis ecclesiarum, nec in locis occultis, sed in tali parte, quod utriusque personæ videri possint communiter ab his, qui fuerint in ecclesiis præsentes. Et confessiones mulierum non infirmarum alibi quam in ecclesiis non audiant. Qui accedunt ad audiendas confessiones mulierum infirmarum, audiant eas in tali loco, quod socius Sacerdotis, & aliæ personæ in domo mulieris existentes, videant Sacerdotis, & mulieris confitentis, personam, & ita remotæ existant, quod confitentis verba audire non possint. Contrarium autem facientes viginti librarum pœnæ volumus subjacere.

De celebratione Missarum.

X. Ne sacratissima officii Missæ devotio, in qua fidei Christianæ fundamentum consistit, ex quotidiana pluralitate apud Christicolas minuatur, in hac generali Synodo statuimus, & inviolabiliter observari præcipimus, ne aliquis presbyter in civitate, vel diœcesi nostra bis in die Missarum solemnia celebrare præsumat, exceptis casibus a jure permissis. Qui vero contrafecerit quadraginta solidorum parvorum persolvat, cujus pœnæ medietas sit illius, qui eum studet accusare.

De custodia Eucharistiæ, & qualiter ad infirmum deportetur.

XI. Statuimus præterea ne propter incuriam sacerdotum divina indignatio gravius exardescat,

ANNO CHRISTI 1119.

scat, ut a Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo, & clave signato prope altare, seu juxta semper honorifice collocata devote, ac fideliter conservetur, ne ad illam temeraria manus possit extendi. Hoc idem dicimus, & mandamus de custodia adhibenda de chrismate, & oleo cathecumenorum, & etiam infirmorum. Adjicientes, ut cum sacra hostia ad infirmum portatur, sacerdos indutus superpellicio, seu cotta, honorifice ferat; & manifeste superposito velamine mundo, & campanula, & lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides, & devotio augeatur. Prohibentes omnino ac sub pœna excommunicationis mandantes, ne quis ipsum sacrum corpus ad infirmum occulte, seu absconse deferat, sicut a quibusdam audivimus impudenter fieri, portando ipsum sub cappa, vel indumento alio. Si vero in reditu ab infirmo in vase corpus Christi non fuerit, lumen extinguatur, & campanula non pulsetur, ne idolatrare aliqui videantur. Præcipimus etiam, quod sacerdos deferens ad infirmos corpus Christi numquam solus incedat, sed semper secum aliquem socium clericum, & si clericum habere non possit, socium laicum secum ducat.

De Ministrantibus Sacramenta extra suas Parochias.

XII. Ne ab illis videatur peccandi causa, invitatio, materia & exemplum procedere, a quibus peccatorum est venia postulanda, providemus, & statuimus, & irrefragabiliter definimus, quod nullus presbyterorum, capellanorum, vel clericorum Paduæ sit ausus egredi, vel exire parochiam propriam, & aliam ingredi ad audiendum confessiones, dandam Eucharistiam, conferendum baptisma, vel aliquod aliud ecclesiasticum Sacramentum; aut sponsam alicujus parochi in sua Ecclesia recipere, & illius, vel illorum verbo, & licentia sacerdotis, vel sacerdotum, cujus quorumque est verbum, & licentia impetranda. Qui vero contra prædicta, vel aliquid prædictorum venire, vel facere præsumpserit, quidquid obventionis ob hoc percepit proprio sacerdoti resignet, & loco pœnæ viginti solidos parvorum distribuendus prout nobis placuerit in usu pauperum qualibet vice persolvat.

De euntibus ad funera absque invitatione.

XIII. Statuimus, quod nullus presbyterorum, capellanorum & clericorum sit ausus quovis modo ad alienam ecclesiam, monasterium, vel cœnobium, aut alium locum secularem, vel religiosum ire vel accedere ad funus alicujus, vel ad aliud officium funeris, sive nocturnas exequias, vel vigilias, nisi fuerit vocatus e presbytero vel rectore illius ecclesiæ, vel parochiæ, lori vel monasterii, seu pro voluntate hæredum defuncti specialiter invitatus. Qui vero contrafecerit pro pœna quinque solidos parvorum prout nobis videbitur in usus pauperum convertendos solvere teneatur.

De celebratione Festi B. Danielis Mart.

XVI. Festum Beati Danielis Martyris nostri patroni singulis annis in nostra Paduana ecclesia futuris celebrari temporibus in perpetuum debitis devotione ac reverentia cupientes admonemus omnes, & singulus archipresbyteros, & parochiales presbyteros nostræ jurisdictioni subjectos, ac districte in virtute sanctæ obedientiæ sub excommunicationis pœna mandamus, quatenus festum prædicti martyris gloriosi quod celebratur tertia die Dominica Mensis Maji in suis Kalendariis debeant adnotare, ac ipsa die Festi cum populo sibi commisso sicut devote poterit, legitimo impedimento cessante venerandum corpus supradicti Patroni nostri visitare procuret; nec expectet de cætero ad prædictam solemnitatem per alios invitari.

De puerorum baptismo non differendo.

XV. Quia pungunt nos acriter aculeo doloris interius quædam verba, quæ de quibusdam parvulis absque salutifero Baptismatis sacramento ob parentum, ac capellanorum suorum negligentiam culpabilem decedentibus gratia divinæ visionis privatis audivimus; nos tanto periculo animarum, & damno inextimabili providere Deo propitio totis desideriis cupientes; hac generali Synodo monemus solemniter semel, secundo, & tertio omnes & singulos presbyteros, & parochianos nostræ civitatis, & Diœcesis tam præsentes quam absentes, quibus cura imminet animarum, & eis sub pœna excommunicationis quanto districtius possumus præcipimus, & mandamus, quatenus parochianos, & populum sibi commissum utriusque sexus in ecclesiis suis, seu alibi, ubi & quando major convenerit populi multitudo, ex parte & auctoritate nostra moneant solemniter, & sub pœna excommunicationis districte præcipiant, ut quilibet ex ipsis filios suos infra octo dies postquam nati fuerint ad ecclesiam deferri, & per parochiales sacerdotes suos baptizari faciant, & procurent. Volumus insuper, & mandamus, quod præsens monitio, & mandatum quolibet mense in qualibet ecclesia tamquam sacra lectio repetatur. Sacerdotum vero negligentiam, si per eos steterit quominus dicto termino parvuli baptizentur, & qui prædictas monitiones (contra) facere, ac hujusmodi constitutionem nostram singulis mensibus publicare distulerit, gravissime puniemus.

Quod mulieres non teneant pueros in lecto infra biennium.

XVI. Nullæ quoque mulieres lactantes parvulos intra biennium existentes sub pœna excommunicationis, in eodem lecto secum detinere præsumant, ne ipsos opprimant, & perimant dormientes, fiantque actrices funerum, quas nutrices esse convenit filiorum. Mandantes, quod sacerdotes parochiales in festivitatibus Nativitatis, & Resurrectionis Dominicæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Dominæ nostræ, hoc statutum populo annuntiare infra Missarum solemnia teneatur sub pœna solidorum centum, quam incurrat, si hoc neglexerit adimplere.

De Simoniacis, & aliis injuste detinentibus ecclesiastica beneficia.

XVII. Quia simoniaca pravitas inter omnia crimina detestabilior judicatur, ideoque ejus respectu cætera quasi pro nihilo reputantur, ipsam a nostris subditis vigilanti studio intendimus amovere. Ideoque præsenti sanctione duximus statuendum, ut quivis clericus tam subditus quam prælatus cujuscumque seu conditionis e-

Cccc xi-

ANNO CHRISTI 1339.

xiſtat, qui contra Deum & juſtitiam, & bonum conſcientiæ beneficium, ſeu dignitatem, vel rectoriam tenet, vel in futurum tenebit, quod, vel quæ per ſe, vel per alium acquiſitum fuerit, per ſimoniacam pravitatem, ſine mora illud vel illam in noſtris manibus libere reſignet penitus & dimittat. Et ad reſtitutionem omnium fructuum, & proventuum, quos quilibet talis receperit, ipſi eccleſiæ, in cujus præjudicium recepit, integre reſtituere teneatur.

Contra occupatores beneficiorum eccleſiaſticorum.

XVIII. Statuimus, quod nullus clericus, ſeu religioſus dignitatem, perſonatum, officium, ſeu beneficium eccleſiaſticum cum cura, vel ſine cura occupare, ſeu ſe in illis intrudere quovis quæſito colore præſumat. Et ſi quis contra fecerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, niſi occupata dimiſerit, & perceptos fructus reſtituerit, abſolutionis beneficium nullatenus percepturus.

De Conſpiratoribus.

XIX. Cum grave ſit conſpirationem facere contra quemquam, & multa mala ex conſpirationibus oriantur, volentes ſuper hoc malitiis hominum obviare, ſtatuimus, quod nullus clericus, vel regularis perſona de cætero facere hoc attentet. Et ſi quis contra fecerit, canonicæ ultioni ſubjaceat, & pœnæ, quam duxerimus pro qualitate criminis imponendæ.

De Uſurariis.

XX. Ad hæc de uſurariis quantum poſſumus libenter providere volentes, ſtatuimus, & mandamus diſtricte ſub excommunicationis pœna, quam in contrafacientem quemlibet ex nunc prout ex tunc proferimus in ſcriptis. Et ipſo facto contrario incurrere volumus tranſgreſſores, quod nullus poſtquam præſtita fuerit ſecuritas de reſtituendis uſuris extortis, & appellationis beneficio renunciatum fuerit in eadem ſuper aliqua ſententia, ſeu interlocutoria, vel mandato lata, vel facto pro uſuris reſtituendis appellare audeat, vel præſumat; nulluſque advocatorum ſeu procuratorum in cauſa talis appellationis patrocinari, vel agere, procurare, ſeu conſilium impendere quocumque modo vel præſumat. Nos enim quoslibet advocatos, & procuratores officio in noſtra curia ad annum a die tranſgreſſionis præſentis noſtræ conſtitutionis ſuſpendimus, & ſine omni ſpe reſtitutionis ſuſpenſus eſſe volumus ipſo facto.

Utriuſque Teſtamenti pagina uſurarum reprobata vorago ita quorumdam animos cæca cupiditate fuſcavit, ut quæ eos jure prohibente interdicta noſcuntur, quæſitis diverſis fraudibus perpetrare conantur. Nonnulli ſiquidem fœnebrem pecuniam exercentes alienam pecuniam, vel ſuam mutuant, nomine alieno aut ſuam per alios facinos mutuari ot ſic uſurarii minime cenſeantur. Hos autem omnes, & quemlibet ipſorum ad reſtitutionem in ſolidum, & principaliter volumus obligari, & in electione ſit actorum quem eorum maluerit judicio convenire; ita quod per conventionem unius non excludatur quin poſſit reliquum convenire, ſi a primo quod petierit non potuerit obtinere. Inſtrumenta quoque facta in filiis, nepotibus, aut uxoribus uſurariorum manifeſtorum, ſeu per ipſos ſub nomine depoſiti, vel mutui, vel ſub aliqua quacumque forma verborum præſumptione violenta contractus uſurarios eſſe cenſemus, & in fraudem uſurarum eſſe confectos. Statuentes, quod tam in vita, quam poſt mortem ipſorum uſurariorum, cum agetur de uſuris hujuſmodi repetendis cognoſcatur, ac ſi in perſona ipſorum uſurariorum contractus eſſent hujuſmodi celebrati.

Quia plures uſurarii eorum ex uſuris, quas extorquent, ut plurimum non inſtrumenta conficiunt, ſed codices rationum, propter quod contingit, quod apud illos, qui uſuras ſolverunt nulla remanent documenta, quibus probare poſſint uſuras extortas, & ſic ipſi remanent in gravi damno, & hæredes in periculo animarum, cum ſæpe dictarum rationum ſeu librorum copia denegatur; nos volentes tam indemnitati eorum, qui recipere debent, quam ſaluti decedentium, & ipſorum hæredum ſaluti providere ſynodali conſtitutione duximus ſtatuendum, ut quamquam ſupradicti uſurarii modo expreſſo mandent ſatisfieri de uſuris, nihilominus ante aſſignationem librorum dictarum rationum omni fraude remota parochialis ſacerdos talibus deneget eccleſiaſtica ſacramenta. Quod ſi ſecus fecerit, ſententiam excommunicationis incurrat. Et ſi ante aſſignationem dictorum librorum deceſſerit; non admittantur ad eccleſiaſticam ſepulturam; nec eis proſit quod dicant libros ipſorum rationum ſe non habere, etiam ſi proteſtentur velle firmare proprio ſacramento, cum non ſit veriſimile, & ſi eos non habere dolo deſierint poſſidere, niſi forte habito reſpectu ad perſonas potentium, & quantitates petendas ſecundum arbitrium judicantis ſecuritatem præſtent de reſtituendis uſuris, credo petentium ſimplici juramento.

Uſurariorum manifeſtorum ſaluti volentes latius providere, monemus omnes notarios, & eis ſub excommunicationis pœna mandamus, quam eorum quemlibet, ſi ſecus fecerint, incurrere volumus ipſo facto, quatenus nullus eorum ſecuritatem recipiat in civitate ab aliquo uſurario manifeſto ſine noſtra, ſeu noſtri Vicarii licentia ſpeciali, niſi forte tanta neceſſitas inſtaret, quod ad nos vel ad noſtrum Vicarium abſque more periculo recurſus convenienter non poſſit haberi. Semper autem recipiatur ſecuritas ſecundum formam noſtræ Curiæ conſuetam, & conſtitutiones Domini Patriarchæ ſuper hoc promulgatas, quas ſub pœna, prædicta in libro noſtræ Curiæ per manum publicam ipſorum notariorum expenſis hæredum infra decem dies poſt mortem Teſtatoris volumus regiſtrari, ut quilibet ipſius copiam poſſit habere abſque diſpendio expenſarum. Et quia in forma ſecuritatis cavetur expreſſe ut coram nobis, aut noſtro Vicario fiant quietationes uſurarum, & reſtitutio earumdem, ut omnis dolus, & fraus ceſſet, qui conſuevit exerceri in talibus, ſicut rerum experientia manifeſta docet; idcirco inſtrumenta reſtitutionum uſurarum hujuſmodi alibi facta, quam in ſecuritate cavetur, quia ſuſpicione non carent, decernimus non valere. Notariis autem exiſtentibus in Diœceſi propter locorum diſtantiam indulgemus, ut poſſint ſecuritates hujuſmodi recipere abſque noſtra, ſeu vicarii noſtri ſpeciali licentia, præſente tamen noſtro confeſſore, volumus nihilominus ut intra quindecim dierum ſpatium poſt mortem teſtatoris ſub pœna prædicta ſecurita-

tes

ANNO CHRISTI 1339.

tes antedictas in libris curiæ registrare debeant, prout superius est expressum.

De sortilegis, & eorum pœna.

XXI. Præcipimus, & statuimus sub excommunicationis pœna, quod nullus ad sortilegos, & sortilegas pro sortibus exercendis audeat habere recursum.

Item inhibemus, atque præcipimus, quod nullus sacramento Eucharistiæ, chrismate, oleo sancto, aqua benedicta abutatur, præsertim pro maleficiis exercendis. Nullus insuper dęmones audeat invocare, nec ad invocantes habere recursum pro Invocatione hujusmodi exercenda; nullus insuper ossibus mortuorum, seu aliqua parte humani corporis hominis mortui, vel viventis uti valeat ad maleficia facienda. Si quis autem contrarium fecerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et si sacerdos, vel alii clerici seu laici prædicta administraverint, adversus prædictos similiter excommunicationis sententiam ipso facto incurrant.

De Clericis lusoribus.

XXII. Hac Synodo Generali statuimus, quod nullus clericorum Paduæ in civitate, vel villis Diœcesis nostræ ludere audeat ad ludum aliquem, cum taxillis, vel alias inhonestum ubi denarii amittantur, sub pœna solidorum viginti, & quilibet sit accusator, & teneatur accusare quoscumque viderit sic ludentes, & habeat medietatem banni.

De pœna Clericorum portantium arma.

XXIII. Quia clericorum arma debent esse orationes, & non ferrum, statuimus, ordinamus, atque præcipimus inviolabiliter observari, quod nullus clericorum Civitatis Paduæ, & Diœcesis audeat, vel præsumat alicujus generis arma portare per Civitatem vel villas Diœcesis Paduæ. Quicumque vero contra fecerit, & inventus fuerit cum armis persolvat, & persolvere teneatur illa banna, & pecuniæ quantitates, quæ contra laicos Institutis Communis Paduæ continentur, ad quas eas ex nunc prout ex tunc scriptis præsentibus condemnamus. Verum quia supradicti clerici prætextu inimicitiarum capitalium, seu propter viarum discrimina, quæ allegant, prædictas pœnas effugiunt, declaramus, & pronunciamus, quod ad prædicta probanda nullatenus admittuntur, nisi ante inventionem armorum de prædictis inimicitiis fides facta fuerit coram nobis, vel nostro Vicario, & notorium sit, ipsos per suspecta loca debere transire, & inventi fuerint tamquam viatores in itinere constituti.

Contra concubinarios manifestos.

XXIV. Contra concubinarios manifestos non intendimus ad præsens aliquid novum statuere, sed constitutionem bonæ memoriæ Domini Latini quondam Legati Sedis Apostolicæ in partibus istis, in qua dicitur quod omnes concubinarii manifesti ipso facto suis beneficiis sint privati; proponimus executioni debitæ demandare.

De Sacrilegis.

XXV. Excommunicamus, & anathematizamus in scriptis ex parte Dei omnipotentis, & nostra omnes effractores, violatores, incendiarios ecclesiarum, & occupatores violentos bonorum mobilium ecclesiasticorum. Nec non eos, qui violenter occupant, vel furto subtrahunt calices, cruces, libros, ornamenta, seu paramenta quęcumque ad ecclesias, & maxime ad ornatum altaris pertinentia.

De pœna impedientium collationes ecclesiarum factas per episcopum.

XXVI. Quorumdam Clericorum, & personarum sæcularium abusum, quæ ad ea quæ sibi a jure noverint interdicta, ausu temerario manus extendunt, refrenare coercitione debita cupientes, hac synodali constitutione sancimus, monentes pro primo, secundo, & tertio perentorio, ut in ecclesiis quæ ad nostram ordinationem seu provisionem immediate pertinere noscuntur nullus postquam aliqua ipsarum vacare contigerit, nostram provisionem, seu ordinationem per se, vel per alium quoquo modo impedire præsumat, quominus nostra provisio, seu ordinatio debitum consequatur effectum. Alioquin quemlibet impedientem nostram provisionem, seu ordinationem, cujuscumque status, ordinis, vel dignitatis existat, nisi infra quindecim dierum spatium destiterit a præmissis, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.

Quod quilibet Prælatus habeat has Constitutiones.

XXVII. Mandamus, & præcipimus omnibus Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Præpositis, ac omnibus Prælatis ecclesias collegiatas habentibus, quatenus prædictas Constitutiones integraliter sub pœna quadraginta solidorum parvorum usque ad quatuor menses in suis ecclesiis pictas habeant, & easdem studeant eorum subditis publicare.

Actum Paduæ in nostra Cathedrali Ecclesia in Generali Synodo totius Cleri Civitatis, & Diœcesis Paduanæ ibidem congregata anno Domini 1339. Indictione VII. die Mercurii septimo mensis Aprilis, præsentibus venerabilibus viris Dominicis Georgio de Janua, Leonardo de Carraria, & Perencano de Carraria; Canonicis prædictę nostræ Cathedralis Ecclesiæ Paduanæ, ac providis, & discretis viris dominis presbyteris Bartholoto Rectore Ecclesiæ S. Clementis de Padua Primicerio Capellanorum Civitatis Paduæ, Presbytero Paduano, Presbytero Oliverio, & Presbytero Jacobo de Limignano mansionarii prædictæ nostræ ecclesiæ Paduę, Bartholomæo de Valle Mortonis Archipresbytero de monte Silice, Bonaventura de Pulveraria, Archipresbytero de Triberano, Presbytero Andrea Plebano S. Eufemiæ, de Burgo Rico, Presbytero Paulo, & Presbytero Guillelmo Rectoribus ecclesiæ de titulo Plebium, & Ecclesiarum Diœcesis Paduanæ, Presbytero Bartholomæo S. Nicolai, Presbytero Thomasino S. Martini, Presbytero Joanne S. Thomæ, Presbytero Luchesio S. Petri, & Presbytero Antonio S. Thomasii ecclesiarum Civitatis Paduæ Rectoribus, & Dominis Matthæo Laurentio quondam Domini Jacobi de Padua, Mar-

☞ Martino quoodam Othonis de Marostica Jurisperitis, Magistro Jacobo quondam Conradi de Barbarano, ... Notario quondam Geraldini, Bartholomæo Notario qoondam Jacobi Porcellæ, Bencivenne Notario dicto Cenne quondam Petri, Vivano Notario Filio Lazarii, & Oliverio Notario qoondam Ottonelli de Sermedula omnibus officialibus Episcopalis Curiæ Paduanæ testibus, & aliis pluribus.

Ego Ubertus filius Bartholomæi Porcellę Notarius, Imperiali auctoritate Notarius publicus, Civis Paduanus, & Officialis Curiæ Paduanæ publicationi supradictarum Constitutionum io præfata Synodo una cum præfatis testibus pręsens fui, ipsasque de mandato ejusdem Doi: Episcopi Paduæ scripsi, & in hanc publicam formam redegi, meoque solito signo, & nomine roboravi rogatus io fide, (sic) & testimonium omnium præmissorum.

CONCILIUM TOLETANUM

Auctoritate Ægidii Toletani archiepiscopi, ad reformandos mores ecclesiæ celebratum anno Domini MCCCXXXIX. tempore Benedicti papæ XI.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

Ægidius miseratione Divina archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas & regni Castellæ cancellarius, venerabilibus in Christo fratribus Dei gratia episcopis, suffraganeis nostris, & aliis civitatis & diœcesis ac provinciæ Toletanæ prælatis, ac eorum capitulis, salutem in Christo salutis auctore.

OFficii nostri debitum exposcit, ut sollicitudinis studium, & indesessas operationes, prout possibilitati nostræ permittitur, adhibeamus, ac cautela nostra custodiat, ne in his quæ venerabilium sunt ecclesiarum, aliquid invastabile invalescat, quod quietem impediat earumdem: utque sint in ecclesia Dei viri litterati, qui jura ipsius tueantur, & in eorum nitore Altissimus delectetur, ad cujus laudem & gloriam, & felicem statum ac revelationem ecclesiarum, quæ ad præmissa pertinent, salubriter ordinentur. Igitur ad editarum constitutionum observationem potius, quam ad earum multiplicationem, summopere intendentes, præsentibus venerabilibus io Christo fratribus nostris Petro Segobiensi, fratre Alphonso Seguntinensi & Joanne Giennensi, episcopis suffraganeis nostris, & Palentinensis, Oxomensis, Cordubeosis, & Conchensis episcoporum & cathedralium ecclesiarum proviociæ Toletanę procuratoribus, in concilio congregatis, has edidimus constiiutiones, quas jubemus in synodis io nostra provincia proxime celebrandis publicari & inviolabiliter observari.

CAPITULA.

I. *De non alienando ecclesiæ dominio.*

DIspendia ecclesiarum, tamquam nostris molesta visceribus, inferunt nobis doloris acerbi puncturas: nec illa dissimulare possumus, cum ea conspicimus & sentimus. Proinde quia experientia docente vassallos ecclesiarum novimus enormibus collidi jacturis, & ecclesias ipsas in suis juribus defraudari, cum in ipsarum ecclesiarum locis per eos, qui non sunt ecclesiæ vassalli, possessiones acquiri contingat, vestigiis prædecessorum nostrorum archiepiscoporum Toletanorum inhærentes, sacro approbante concilio, statuimus, ne quivis, cujuscumque status aut conditionis existat, possessiones in locis, in quibus ecclesia dominium obtinet temporale, consistentes, eis qui ejusdem ecclesiæ vassalli tunc non sint, vendere, aut quovis alio titulo in eos transferrę præsumat: alioquin tam vendentes, aut alias transferentes, quam ementes, & alias ipsas possessiones recipientes, excommunicationis sententiæ ipso facto volumus subjacere, & venditiones, & emptiones, & alienationes ipsas cassamus, & cassas & irritas nunciamus, ac decernimus nullius prorsus existere firmitatis: et nihilo minus possessiones sic alienatæ ipso facto loci domino applicentur. Per hanc tamen constitutionem non intendimus prohiberę, quin personæ, canonici, et alii cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, quarum dominium est temporale, beneficiati ac clerici, in locis ipsis ecclesiæ commorantes, possint possessiones ipsas emere, et quovis alio titulo acquirere, easque ec-

ANNO CHRISTI 1339.

ecclesiis cathedralibus, collegiatis et parochialibus suæ diœcesis, aut vassallis ecclesiæ tantum, in vita vendere, et in morte donare, relinquere, seu legare. Absolutio excommunicationis hujusmodi constitutionis, post satisfactionem condignam hujus constitutionis, cuilibet episcopo in sua diœcesi sit commissa.

II. *Ut nullus, nisi litteratus, ad clericatum promoveatur.*

Sup. ad ann. 1311. Quia in constitutione recolendæ memoriæ domini fratris Gullielmi quondam episcopi Sabinensis, in Castellæ et Legionensibus partibus apostolicæ sedis legati, quæ incipit, *Cum in personis*, continetur, quod in personis ecclesiasticis ad sacros ordines et beneficia curam animarum habentia promovendis, idoneitas major requiritur, et amplior desideratur peritia litterarum; sitque ibi salubriter statutum, quod nullus clericus ad sacros ordines promoveatur, nisi saltem litteraliter sciat loqui: pari ratione sacro approbante concilio statuimus, quod quamdiu inveniatur clericus, qui litterate sciat loqui, vel promotus ad sacerdotium, qui possit et velit in beneficio, cui cura imminet animarum, instituti, episcopis dispensandi, ut is promoveatur ad sacros ordines et ad beneficium cum cura, qui litteraliter nesciat loqui, et illud eidem conferendi facultas, præterquam circa beneficiatos in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, sit penitus interdicta. Quod si secus factum fuerit, sit irritum et inane. Insuper volumus, et districte præcipiendo mandamus, quod quilibet episcopus quotiescumque ordines habeat celebrare *, tunc omnia promovendis coram se vocatis, constitutionem dicti domini legati, quæ incipit *Detestandam prælatorum avaritiam*, in latino et vulgari faciat publicari.

* *f.* ante omnia.

III. *Ut ex qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia saltem unus ex decem clericis assumatur, qui ad studia theologiæ & juris canonici accedere compellatur.*

In alia etiam constitutione ejusdem legati, quæ incipit, *Cathedrali ecclesiæ*, statutum est, ut in qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia, aliqui clerici ex * beneficiis apti et docibiles, judicio episcopi vel prælati et capituli, saltem unus ex decem de residentibus assumatur, qui ad studia generalia, theologię, et juris canonici, ac liberalium artium accedere compellatur. Quia nonnulli in executione hujusmodi constitutionis sunt remissi; volentes eorum negligentiam juris executione suppleri, sacro approbante concilio statuimus, ut si infra sex mensium spatium, juxta constitutionem ipsam ad studia litterarum mittere distulerint, extunc ea vice potestas eligendi et mittendi, ad nos et successores nostros totaliter devolvatur, consuetudinis vel statuti illius ecclesiæ obstaculo non obstante.

* *f.* beneficiatis.

IV. *De procuratoribus episcoporum ad concilium mittendis.*

Cum vero in constitutione domini Joannis quondam archiepiscopi Toletani prædecessoris nostri, quæ incipit, *Episcoporum negligentiæ*, contineatur, quod episcopi in casu, in quo fuerint legitime impediti, & cathedralium ecclesiarum capitula, mittant ad concilium procuratores idoneos, de statu propriarum ecclesiarum & diœcesum informatos: statuimus, quod episcopi taliter impediti, procuratores alios ab illis qui per eorum capitula fuerint constituti, mittere teneantur. Quod si secus actum fuerit, contra eos perinde procedatur, ac si neminem transmisissent.

V. *Ut rectores ecclesiarum nomina suorum parochianorum annuatim in scriptis redigant.*

Cum nonnulli rectores ecclesiarum, & eorum vicarii, in observando constitutionem generalis concilii, quæ incipit, *Omnis utriusque sexus*, inveniantur hactenus negligentes plurimum & remissi; ideoque universis & singulis ecclesiarum rectoribus, eorum vicariis, sub pœna excommunicationis præcipiendo mandamus, quatenus dictam constitutionem diligenter observent, & nihilo minus quilibet eorum in sua parochia nomina suorum parochianorum, qui ad annos discretionis pervenerint, annuatim in scriptis redigant: & illos qui sibi vel alteri potestatem habenti, de quo constet ei, confessi fuerint, consignet, eosque ad recipiendum eucharistiam excitet. Quod si eam non receperint, nisi de consilio proprii sacerdotis abstineant, necnon & reliqui non confessi, post lapsum anni ab ecclesia, donec confessi fuerint, expellantur, & si sic decesserint, ecclesiastica careant sepultura.

Da-

ANNO CHRISTI 1339.

Datum in ecclesia Toletana XIV. Kalendas Junii anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, Indictione septima, pontificatus sancti patris & domini nostri, domini Benedicti Divina providentia papæ XII. anno V. quo dictum concilium extitit terminatum, sub sigilli nostri appensione, præsentibus Blasio Eximini archidiacono de Talavera, & Gonsalvo Roderici thesaurario, & Joanne Martini canonico ecclesiæ Toletanæ, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Martinus Nuncai portionarius in ecclesia Toletana, publicus in civitate & diœcesi Toletana archiepiscopali auctoritate notarius, dictarum constitutionum publicationi & aliis omnibus & singulis supradictis, una cum dictis testibus, rogatus præsens fui, easque de mandato prædicti concilii publicavi, meoque sigillo signavi.

Ex Card. de Aguirre concil. Hisp. to. 3. p. 613.

CONCILIUM BARCINONENSE

Præside Card. Rhodensi Apostolicæ sedis Legato, celebratum anno Domini 1339.

ANno Christi 1339. Julio mense Barcinone Concilium celebratum est, præside Cardinali Rhodensi, apostolicæ sedis in Hispaniis Legato, assidentibus autem Archiepiscopo Tarraconensi, & omnibus ejus provinciæ Episcopis. Scopus ejus synodi fuit, ut de subsidiis Ecclesiasticis Regni Aragonum conferendis deliberarent. Adfuerunt etiam Rex, & Regina Aragonum & Balearium, Petrus, & Raymundus Berengarius, Regis patrui, Jacobus Urgelitanus Comes, & Ferdinandus Balearici regis frater germanus. *Vide Suritam in Indic. rer. Aragon.*

ANNO CHRISTI 1341.

CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

In quo Palamica hæresis confirmata, anno Dom. MCCCXLI.

INter Gregorii Palamæ, monachi primum ac deinde Thessalonicensis episcopi, errores, quibus hodieque infecta est Græca omnis ecclesia, hi fuerunt duo; alter quod distinctam esse naturam Divinam diceret ab ejus ἐνέργεια, hoc est actu, quo nomine Dei proprietates sive attributa intelligebat, ut ex Demetrio Cydonio constat, & manifeste Petavius noster ostendit Teologic. dogm. lib. I. c. XIII. alter, lumen illud aspectabile, quo in Thabore monte circumfusus est Christus, minime creatum fuisse, sed æternum ac Divinum, ipsumque quo Deus induitur. Gregorium cum oppugnarent Barlaamus monachus, ejusque adjutor Acindynus, sedandæ controversiæ causa coacta est Constantinopoli synodus in templo S. Sophiæ, in qua, præsente Andronico imperatore, qui Gregorio Palamæ favebat, Barlaami & Acindyni catholica doctrina, & duobus illis Palamicæ hæreseos capitibus contraria, (1) damnata est. Quam pseudosynodum, tres aliæ consecutæ sunt, eidem hæresi suffragantes, quas ibidem Petavius explicat. Sed quia instituti nostri non est, illa Græculorum conciliabula, quæ post eorum a Romana ecclesia discessionem, infinita coacta sunt, persequi; & ne hoc quidem attigissem, nisi maximi esset supra cætera nominis: aliis uberius enarrandis supersedeo. Hujus epitomen refero ex Nili schismatici synopsi conciliorum: cujus cum partes cæteræ, suum quemque locum superius habuerint, hanc desiderari non patiar: ne qua desit ex eo libello particula, quam hinc abesse conqueri merito quivis possit.

EX NILI SYNOPSI.

SAncta & œcumenica synodus nona, imperante beatæ memoriæ, & celebri imperatore D. Andronico Palæologo, & Joanne ejus filio, adversus Barlaamum & Acyndynum habita est. Docebant enim isti, modo nullam esse distinctionem inter Divinę naturę substantiam, & ejus actum, sed unum idemque esse: modo, distinctionem aliquam esse dicebant; verum ita, ut substantiam, increatam; substantiales vero atque naturales ejus actus, concederent

ΕΚ ΤΗΣ ΝΕΙΛΟΥ ΣΥΝΟΨΕΩΣ.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐνάτη, γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μακαρίτου καὶ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατὰ Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου. ἐδογμάτισαν γὰρ οὗτοι, νῦν μὲν οὐδεμίαν διάκρισιν εἶναι ἐπὶ τῆς θείας φύσεως οὐσίας, καὶ ἐνεργείας, ἀλλὰ ταυτὸν εἶναι καὶ ἀδιάφορον· νῦν δὲ διάκρισιν μὲν εἶναι ἔλεγον· πλὴν τὴν μὲν οὐσίαν ἄκτιστον, τὰς δὲ αὐτῆς οὐσιώδεις ἐνεργείας καὶ φυσικὰς συγχωροῦντες ἑτέρας εἶναι,

(1) In hoc Concilio de dogmate actum non esse, neque definitum docet Allatius de Cons. Eccl. l. 2. c. 17. sect. 2. Paucis post diebus, Imperatore jam mortuo, Joannes Patriarcha alterum Concilium Ep. convocavit, cui Magnus Domesticus interfuit, in quo de iisdem quæstionibus inter Gregorium Acyndinum Barlaami discipulum, & Palamam acriter dimicatum est. Palamæ tandem victoria cessit. Vide Jo. Cantacuzeni Hist. l. 2. c. 40. & Gretserum in Annot. *ibid.* qui tomum in hac synodo confectum in Cod. MS. Bibliothecæ Augustanæ vidisse, ac perlegisse testatur.

ANNO CHRISTI 1341.

γαι, πλὴν οὐκ ἀκτίστους, ἀλλὰ κτιστάς, καὶ ἔτι τὸ ἐν τῷ Θαβωρίῳ ἐκλάμψαν θεῖον ἐκεῖνο φῶς, φάσμα ἁπλῶς καὶ κτίσμα, γινόμενον καὶ ἀπογινόμενον· ἀλλ' οὔτε θείας φύσεως φυσικὴν αἴγλην, καὶ θεότητα, καὶ φῶς ἀπρόσιτον καὶ ὂν, καὶ λεγόμενον. κατὰ τούτων οὖν οὕτω λεγόντων συνήχθη ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, ἐλέγξασα τούτους ἀνοηταίνοντας καὶ ψευδομένους κατὰ πᾶν εἶδος λόγου, καὶ ἀσεβοῦντας μᾶλλον τῶν ἄλλων αἱρετικῶν. παρῆσαν δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ Ἰσίδωρος Κωνσταντινουπόλεως, Λάζαρος Ἱεροσολύμων, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας διὰ τοποτηρητῶν, Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς, Φιλόθεος ὁ Κόκκινος, καὶ ἕτεροι μοναχοὶ ἐνάρετοι καὶ λογάδες, οἳ καὶ αὐτοὺς ἀνεθεμάτισαν.

A diversos esse, non tamen increatos, sed creatos. Præterea Divinum illud lumen, quod in Thaborio monte refulsit, omnino phantasma & creaturam fuisse, orientem ac intercidentem, dicebant; at neque Divinę naturę naturalem splendorem, & Divinitatem, & lumen, quod est et vocatur inaccessum. Adversus hos igitur ista docentes, congregata est hęc sancta synodus, quę convincit eos insaniæ, omnigenique mendacii, atque impietatis, qua ceteros hereticos superarent. Interfuerunt huic synodo Isidorus Constantinopolitanus, Lazarus B Hierosolymitanus, tum Alexandrinus ac Antiochenus per legatos, Gregorius Palamas, Philotheus Coccinus, et alii monachi multi virtute insignes ac selecti: qui etiam hos anathemate percusserunt.

* Corr. θεὸς * Corr. θεότης * Corr. ἐνέργειαν.

Παρελάβομεν, ὅτι θεὸν * ἐνεργοῦντα δηλοῖ, θεότητος * δὲ ἐνέργειαν· οὐδὲν δὲ τῶν τριῶν ἐνέργεια. *

Traditione accepimus, Dei nomine, significari operantem; Divinitatis, operationem; nullo vero nomine, trium actum significari.

Παρελάβομεν, ὅτι τὸ μηδεμίαν δύναμιν ἢ ἐνέργειαν ἔχον, οὔτε τί ἐστιν· οὐδὲ ἔστιν αὐτοῦ θέσις ἢ ἀφαίρεσις· τὸ δὲ ἔχον, ἕτερόν ἐστι πάντως οὗ ἔχει.

Traditione accepimus, quod nullam virtutem aut operationem habet, nec aliquid esset; neque poni tollive posse. C Quod autem habet, omnino ab eo quod habet, esse diversum.

G. C. De his vocibus θεὸς & θεότης, & quomodo altera operantem, actum altera significet, deque Palamitarum super ea re doctrina, vide Petavium Theolog. dogmat. lib. 1. cap. XII.

CONCILIUM ANGLICANUM

PROVINCIÆ CANTUARIENSIS

Contra procurantes sibi beneficia antequam vacent, anno Domini circiter M.CCC.XLI. celebratum.

Edidit collector Anglicanus, nulla temporis apposita nota: nisi quod Joannis Stetfordio Cantuariensi archiepiscopo tribuit: illudque proxime collocat, post ejusdem diœcesana statuta anni MCCCXLI.

ESurientis avaritiæ cultus sic cupide sitim conatur reficere voluntatis, ut tramite rationis abjecto, clerici quidam, ecclesiastica beneficia patronatus archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, & aliarum, tam ecclesiasticarum, quam sæcularium personarum, de possessoribus suis plena, inhumaniter ambientes, ea, * quæ temporibus longe retroactis, figmentis variis prætendentes vacasse, dum temporalium cathedralium vel conventualium ecclesiarum, ratione vacationis earum, vel terrarum aliarum custodia fuerat penes regem: se ad ipsa præsentari, vel sibi per eum conferri procurant, licet post prætensas vacationes hujusmodi, a diversis tantis temporibus possessa fuerint, quod vix aut nulla sit alicujus memoria causæ vacationis deductæ: quæ * etiam aliquoties minus vera, & quæ nunquam subsint, allegantur. Quarum occasione præsentationum seu collationum, si per locorum ordinarios præsentati vel collatarii non admittantur hujusmodi, sicut non possunt, possessoribus canonice non amotis: ipsi extunc episcopos in foro sæculari implacitant, D vel implacitari procurant: vacationum causas, non juris & facti, sed juris tantum, in dicto foro sæculari discuti facientes; quo, beneficiorum hujusmodi possessores non fiunt, nec admittuntur partes, ad litem taliter agitatam; nec ordinariorum hujusmodi, de & super institutione, vel collatione, ac inductione, factis in beneficiis hujusmodi fides adhibetur in curia sæculari. Unde accidit * episcopis & aliis, quos litem * hujusmodi non afficit, nec auget * periculum, lites ipsas nullo modo vel segniter defendentibus, pro præsentante & præsentatis, collatore seu collatariis, in foro sæculari jus evincitur patronatus: timoreque vano executionis talis judicii, cum a curia sæculari episcopis E scribitur, quod præsentatos, seu collatarios admittat hujusmodi, quandoque per se, quandoque per alios juris ignaros, quibus aliquotiens vices suas committunt, taliter præsentatos, vel hujusmodi collatarios, admittunt, & in locum viventis possessoris per sententiam ecclesiasticam non amoti, de facto instituunt; & in beneficiorum re vera non vacantium possessionem indu-

* Corr. eaque. * for. quamquam. * Deest quod * Corr. litium * Corr. nec auget

ANNO CHRISTI 1348.

ducunt, quin verius intrudunt, & vitiosos constituunt detentores, in animarum deceptionem multiplicem, & possessorum justorum læsionem enormem.

Nos igitur, adversus excessus hujusmodi, præsentis provisione concilii cupientes occurrere: statuimus, quod quicumque clerici, ad dignitates, personatus, vel officia, seu præbendas, aut alia beneficia ecclesiastica quæcumque, plena & occupata, de facto se præsentari, seu ea sibi conferri de cætero in nostra provincia procurantes, si directe vel indirecte, contra episcopos seu alios, in curia sæculari effectualiter prosequantur, nisi prius de causis vacationum prætensarum, ad ordinariorum mandata inquiri, & possessores, per judices ecclesiasticos competentes canonice faciant amoveri, majoris excommunicationis sententiam incurrant ipso facto: & tamquam sic excommunicati, prout sunt, ad beneficia talia nullatenus admittantur, sed inhabiles ad ea hoc ipso perpetuo censeantur. Si vero quisquam contra hæc in occupato per alium beneficio instituatur, vel admittatur de facto, institutio seu admissio hujusmodi, eo ipso, nullius penitus sit momenti, & si episcopus fuerit sic instituens vel admittens, a collatione beneficiorum per duos menses; inferior vero episcopo, ab officio & beneficio, donec resarciatur priori possessori omne damnum, quod occasione institutionis vel admissionis & inductionis hujusmodi noscitur incurrisse, præsentis auctoritate concilii noverint se suspensos. Et institutus taliter, vel admissus, si se, vel alium suo nomine, in beneficio per aliquem occupato contra hæc patiatur induci, ipso facto censeatur intrusor, & pœnas intrusionis in constitutione Othoboni contentas, necnon alias a canonibus & sanctis inflictas patribus, eo ipso incurrat.

Per præmissa autem vel infrascripta, dignitati regiæ vel coronæ, in iis quæ ad eas pertinent, non intendimus derogare, sed ambitionem insatiabilem clericorum supradicta illicite procurantium & prosequentium, ut præmittitur cohibere; nec ordinariorum potestati, qua, beneficia ad episcoporum collationem spectantia quovis modo occupata, de facto, illicite non de jure conferre poterunt, volumus derogare, nec eorum collationes beneficiorum admittentes hujusmodi coarctare. Cæterum, ne in foro regis evincenti jus patronatus adversus alium, sua victoria sit inutilis, si scribatur ordinario, quod admittat præsentatum, ab illo qui jus patronatus evicit, ad beneficium hujusmodi, si de jure vacaverit, & de facto non obsistat jus canonicum: admittatur libere hujusmodi præsentatus. Sed si beneficium prædictum non vacaverit, illud domino regi vel justitiariis suis intimet ordinarius; excusando se, quod quia beneficium tale non vacat ad præsens, nequit mandatum regium adimplere præsentatus; quia per evincentem in foro sæculari contra ordinarium, ultra prosequens, spreta forma prosecutionis in foro ecclesiæ, ut præmittitur, facienda, supradictas excommunicationis, inhabilitatis, & alias pœnas juris & constitutionum editas in hac parte, ipso facto incurrat. Jus vero patronatus evincenti licebit præsentare, si voluerit, ad beneficium hujusmodi, possessorem, ut suum jus in posterum habeat declaratum.

ANNO CHRISTI 1342.

VITA
ET EPISTOLÆ
CLEMENTIS PAPÆ VI.

Clemens VI. Lemovicensis, Petrus antea vocatus, ex monastica vita assumptus archiepiscopus Rotomagensis, vir doctissimus & eloquentissimus, post Benedictum undecimum pontifex electus est Avenione anno Domini 1342. ipsis Nonis Maji, decimo quarto Kalendas Junii coronatus. Post, sequentibus quatuor temporibus decem cardinales creavit: anno vero evoluto duos alios ordinavit, inter quos duo erant ejus nepotes, tertius frater germanus, quartus ei affinitate conjunctus. A Romanis rogatus, jubilæum, quod centum annorum spatio constitutum erat, ad quinquaginta revocavit. Mandavit, ait Trithemius in chronico Hirsaugiensi anno 1346. principibus, ut infra certum terminum, quem iis præfixerat, nisi jus electionis vellent amittere, in locum Ludovici (jam ante ob raptum alienæ uxoris „per sententiam „ depositi) alium eligant imperatorem, qui „ mandatis ecclesiæ, ut filium decet, pareat: „ alioquin se necessario curam, ut supremum caput, de imperio habiturum. Convenientes „ itaque in Reyns infra Bopardiam juxta Rhenum, undecimo die mensis Julii, Baldevinus „ archiepiscopus Trevirensis, Walramus archiepiscopus Coloniensis, Gerlacus, cui papa de „ Moguntina ecclesia providerat, Joannes rex „ Bohemiæ, & dux Saxoniæ, Carolum Joannis supradicti Bohemiæ regis primogenitum, „ in regem Romanorum unanimiter præsentem „ elegerunt, & Bonnæ per Coloniensem inunxerunt“. Carolus rex memor accepti beneficii, Nicolaum Rentii, qui Romæ tyrannidem exercebat, Avenionem vinctum ad pontificem misit. Quem dum Clemens compedibus constrinxisset, ad Urbem duos cardinales destinavit, qui perturbatum reipublicæ statum in meliorem formam revocarent. Avenionem urbem Galliæ a Joanna regina filia Roberti regis Siciliæ emit, & Tarentinum ejusdem maritum, Neapolitanum regem declaratum, cum Hungariæ rege reconciliavit. Vicecomites cum Florentinis necessitudinis fœdere revinxit, ut ea ratione ruinam, quam Ludovicus Bavarus Italiæ minabatur, facilius propulsaret. Quin etiam pacem, licet frustra, inter Franciæ & Angliæ reges componere maxime studuit. Hujus indultu Colonienses & Trevirenses, propter Turcicam expeditionem contributione pecuniarum promotam, impetrarunt, quod per totam diœcesim quibuslibet jejuniis extra quadragesimam ovis & lacticiniis licite vescantur. Creatis aliquot cardinalibus, Ivoneque Britanno in sanctorum numerum relato, mortuus est Avenione VIII. Idus Decembris

bris anno 1352. cum pontificatum annis decem, mensibus sex & diebus 28. administrasset.

EPISTOLA
CLEMENTIS PAPÆ VI.

AD OMNES ARCHIEPISCOPOS eorumque suffraganeos.

De Flagellantium hæreticorum condemnatione.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopo Moguntinensi, ejusque suffraganeis, salutem & apostolicam benedictionem.

INter sollicitudines innumeras & immensas, quibus ultra vires ex apostolicæ servitutis debito perurgemur, illud cordi nostro potissime insidet, & ad hoc attentius studia nostra convertimus & conatus, ut apud omnes Christi nominis professores orthodoxa fides fulgeat, & sic catholicæ & apostolicæ ecclesiæ norma sine quocumque fictionis, simulationis, seu velaminis pallio, pure & laudabiliter observetur, quod ut vinea Domini sabaoth, cujus cura nobis licet immerito est commissa, vepres & urticæ, tam periculose, quam damnabiliter succrescentes, evellantur radicitus, & vulpeculæ, quæ ipsa demoliri nituntur, per apostolicæ sedis providentiam abigantur. Sane molesta nobis, licet fide digna, magnorum relatio, & multorum assertio, nostrum & fratrum nostrorum non mediocriter turbavit auditum, quod in partibus regni Alemanniæ, & eius convicinis, quædam, sub prætextu devotionis * agendæ pœnitentiæ, vana religio & superstitiosa adinventio, procurante satore malorum insurrexit, per quam multitudo simplicium hominum, qui se Flagellatores appellant (decepta verbis fictis & mendacibus malignorum, asserentium salvatorem nostrum in Hierosolymis patriarchæ Hierosolymitano apparuisse, cum tamen a longis temporibus nullus ibidem præsentialiter fuerit patriarcha, & sibi aliqua dixisse, quæ colorem non habentia nec saporem, in quibusdam sanctæ scripturæ obviare noscuntur) in illam cordis vesaniam & in magnæ damnationis præcipitium est deducta, & de die in diem suggestione hostis antiqui, se, ut Dominicum gregem devoret, transferentis in angelum lucis, nimium succrescendo deduci, cortina trahente cortinam, periculosius formidatur, quod per societates & conventicula, licet caudas invicem habeant colligatas, * dividentes, diversas circumeunt patrias, cæterorum vitam & statum contemnendo se justificant, & claves ecclesiæ vilipendunt, ac in contemptum disciplinæ ecclesiasticæ, crucem Domini ante se, & habitum certum nigrum, videlicet ante & retro, ipsius vivificæ crucis (*a*) impressum habent signaculo, sine superioris licentia deferentes, sub nomine pœnitentiæ vitam gerunt insolitam, congregationes, conventicula, & coadunationes, quæ a jure sunt prohibitæ, faciunt, & ad alios actus prosiliunt a vita & moribus communibus & observantia fidelium alienos, ordinationes & statuta quibus utuntur, immo verius abutuntur, propria temeritate fecerunt (*b*) errores * suspicione & vacua & judicio carentia rationis. Sed ex eo tamquam Deo & hominibus amplius odioso turbamur acerbius, & durius anxiamur, quod quidam religiosi, præsertim de ordine mendicantium, qui alios ab invio revocare debuerunt, & ad viam reducere veritatis, ab utero matris ecclesiæ velut maledictionis filii nequiter aberrantes, linguas suas, ut alios pertrahant in errorem, acuunt, quibus corda debilia vulnerant infirmorum, & ignorantes Dei justitiam, & suæ prudentiæ innitentes, (*c*) dum legem Dei voluntate * subjecti, alios, in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis prædicando, & dogmatizando contra ecclesiasticam libertatem & fidei catholicæ puritatem, ab ipsa fidei veritate subducere moliuntur, & ut efficacius efficiant, & conceptum virus latenter effudant, blandis prius sermonibus auditores, quasi bonum vinum ponendo, satagunt irretire, ut cum inebriati fuerint, illud quod est deterius ingerentes, cum ipsis in perditionis laqueum incidant, & in profundum malorum (*d*) demergantur. Nos igitur pernicioso & periculoso principio, per quod ultra Divinæ majestatis offensam, magnum reipublicæ paratur periculum, & apud fideles scandalum generatur, ne deteriores pariter processus & successus subsequantur, obviare volentes; considerantes quod (cum plerique ex ipsis seu adhærentibus eisdem, sub colore pietatis ad iniquitatis opera laxantes, crudeliter manus suas in Judæos, quos pietas Christiana recipit & sustinet, injicientes, eos aliqualiter non permittentes; & frequenter Christianorum sanguinem effundere, & opportunitate captata, bona clericorum arripere & suis usibus applicare, ac superiorem jurisdictionem usurpare, & ad multa alia illicita prorumpere minime vereantur) timendum est, quod tam præsumptuosa temeritas & temeraria præsumptio, nisi eis per salubre antidotum occurratur, pariturae sunt non levem perniciem, & aliquorum morbus lethali * conjugio serpens apud plurimos, sero recipiat medicinam: attendentes insuper, quod error, cui non resistitur, quodammodo approbari videtur, & quod ex officio nobis injuncto compellimur, ut, quos per iter devium errando currere, & plures in præcipitium secum trahere perspicimus, ac in dispersione multarum gentium ambulare; revocemus a devio, & ut in viam veritatis & justitiæ gressus suos dirigant, providere per opportuna remedia studeamus: fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus, & districte præcipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis civitatibus vestris & diœcesibus, per vos vel alium seu alios, adinventiones (quas una cum societatibus, conventiculis & congregationibus ac statutis & ordinationibus, a supradictis, qui se, ut præmittitur, flagellatores appellant, temerarie attentatos, de eorumdem fratrum nostrorum consilio perpetuæ prohibitioni subjicimus, & tamquam illicita reprobamus) auctoritate nostra repro-

* Add. &

* Add. se

* Corr. contagio.

(*a*) *Lege ex Odorico Raynaldo*: appensum habentem signaculum: H.
(*b*) *Lege ex Eodem Raynaldo*: erroris suspicione non vacua. H.
(*c*) *Corrige ex eodem Raynaldo*: dum legi Dei nolunt esse subjecti. H.
(*d*) *Lege ex Eodem Raynaldo*: pariter demergantur. Nos igitur tam pernicioso &c. H.

probas & illicitas publice nuncietis, ac omnes tam clericos, quas laicos, sæculares & regulares, de prædicta superstitiosa secta seu societate, quocumque appellentur nomine, existentes, vel eam sectantes, auctoritate prædicta monere & inducere studeatis, ut ab hujusmodi observantia, secta & vana religione desistere & resilire procurent, quodque nullus deinceps prędictam sectam, seu conventiculum præsumat intrare, ac ritus & statuta societatum hujusmodi observare: contrarium facientes per censuram ecclesiasticam compescendo: nec non & eos, in quos temporalem jurisdictionem habetis, & * pœnas temporales, de quibus expedire [a] videtis, appellatione postposita compellatis. Sane ut religiosi & alii errorum magistri, qui de dogmatizando simplices decipiunt, & cæci ducatum cæcis præbentes, ipsos in foveam secum trahunt, etsi non divino amore, saltem humana confusione a tam iniquo proposito revocentur: omnes & singulos, cujuscumque sint ordinis, religionis, dignitatis, præeminentiæ sive status, quos in prædictis nobis constiterit deliquisse, capi, non obstante quocumque privilegio vel indulto, quod in hoc eis suffragari nolumus, faciatis, & tam diu captos detineatis, donec aliud a nobis receperitis in mandatis: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Per prædicta tamen nequaquam intendimus prohibere, quin Christi fideles impositam sibi canonice pœnitentiam, vel etiam non impositam, dummodo recta intentione & pura devotione ad illam peragendam procedant, in suis hospitiis vel alibi, absque superstitionibus, congregationibus, societatibus, & conventiculis supradictis, possint facere, & se in bonis operibus exercendo virtutum, Domino, prout inspiraverit, in humilitatis spiritu deservire. Ceterum quia patentes litteræ nequeunt singulis vestrum propter viarum discrimina commode portari: volumus, quod per te, frater archiepiscope, earum transcriptum publica manu scriptum & tuo communitum sigillo, vobis * suffraganeis transmittatis, * cui adhiberi volumus plenam fidem.

* Corr. per pœnas
a Corr. videntis.
* Corr. transmittatur Au-Ch. 1349.

Datum Avenione 13. Kalendas Novembris pontificatus nostri anno octavo.

Ex Baluz. Miscel. to. 7. p. 192.

Declaratio Clementis Papæ VI. super statutis Benedicti XII. erga monachos nigros.

CLemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancta Romana ecclesia de cunctorum fidelium cura sollicita circa animarum salutem sedulo vigilat & interdicit ac libenter obviat periculis eorumdem, & super iis, ex quibus ipsa pericula prospicit provenire, opportunis remediis studet salubriter & utiliter providere. Dudum siquidem felicis recordationis Benedictus Papa XII. prędecessor noster pro statu & reformatione religionis monachorum nigrorum nonnulla statuta & ordinationes edidit, quæ mandavit & voluit in eadem religione perpetuis futuris temporibus observari, in transgressores eorum diversas sententias variasque pœnas spirituales & temporales nihilominus promulgando. Verum quia, sicut habet multorum prelatorum & aliorum professorum fide dignorum & proborum virorum religionis ejusdem zelantium statum ejus prosperum & tranquillum expositio facta nobis & experientia facti docet, hujusmodi pœnę & sententię fore periculosæ nimium dinoscuntur, & frequenter preparant laqueum animabus, cum multi prælati & eorum subditi religionis ejusdem asserantur excommunicationum, suspensionum, & interdictorum sententias necnon inhabilitatum & irregularitatum maculas aliasque pœnas per transgressiones statutorum & ordinationum hujusmodi incurrisse, prædicti & nonnulli Abbates, & quamplures alii ejusdem religionis professores in nostri præsentia personaliter propterea constituti nobis humiliter supplicarunt, ut suo & aliarum personarum dictę religionis, cujus etiam nos alumni & professores existimus, animarum saluti affectu paterno consulere & earum obviare periculis in futurum, salubriter intendentes, considerantes etiam, quod nedum exaggeratione pœnarum, quinimmo in mansuetudine & dulcedine lenitatis, subditi, in viam rectitudinis & justitiæ diriguntur, omnes & singulas pœnas & sententias spirituales & temporales in ordinationibus & statutis prædictis contenta apostolica auctoritate præsentium tenore suspendimus, omnesque temporales pœnas, quas prælati & personę prædicti per ordinationes & statuta hujusmodi vel occasione ipsorum quomodolibet incurrerunt auctoritate prædicta remittimus de gratia speciali, ac prædictos Abbates, prælatos, & personas alias religionis ejusdem coram nobis, ut præmittitur, personaliter constitutos ac petentes a nobis ab eisdem sententiis, si quas occasione transgressionis statutorum & ordinationum hujusmodi quomodolibet incurrerunt, humiliter se absolvi, a sententiis absolvimus memoratis, cum prælatis & personis prædictis præsentibus, ut præmittitur, coram nobis super irregularitatis macula & inhabilitate, si quam pro eo, quia sic ligati prędictis sententiis præsumpserunt celebrare divina vel se immiscere eisdem, seu quam alias occasione transgressionis statutorum ipsorum quomodolibet incurrerunt, misericorditer dispensantes. Et nihilominus confessoribus, quos Abbates & prælati absentes religionis ejusdem, qui pœnas & sententias statutorum & ordinationum hujusmodi per transgressionem eorum incurrerunt, elegerint in hac parte, ipsos Abbates & prelatos a pœnis & sententiis hujusmodi auctoritate apostolica juxta formam Ecclesiæ absolvendi & cum eis super irregularitate & inhabilitatibus præmissorum occasione contractis auctoritate prædicta dispensandi, & tam eisdem ligatis prædictis sententiis atque pœnis post absolutionem hujusmodi, quam aliis Abbatibus & prelatis dictæ religionis præfatis pœnis & sententiis non ligatis, ex nunc universos & singulos eorum subditos ab omnibus pœnis & sententiis, quas per constitutiones & statuta hujusmodi incurrisse noscuntur auctoritate prędicta absolvendi, & cum ipsis subditis super irregularitate & inhabilitatibus, si quas ex præmissis vel eorum occasione forsitan contraxerunt, auctoritate prædicta modo simili dispensandi, injunctis eis salutari pœnitentia & aliis, quæ viderint expedire, plenam & liberam tenore præsentium concedimus potestatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, remissionis, absolutionis, dispensationis, & concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avinioni Kal. Junii, pontificatus nostri anno primo.

CON-

CONCILIUM LONDINENSE

Ex MS. primum editum tomo II. collectionis Anglicanæ.

Constitutiones venerabilis patris domini Joannis Stretford, Cantuariensis archiepiscopi, editæ Londini, in concilio provinciali, die x. mensis Octobris, anno Domini MCCCXLII.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ne in privatis oratoriis, Missarum solemnia, sine licentia episcopi, de cætero celebrentur.*
2. *Ne instituti in beneficiis, vel ad sacros ordines promoti, indebite pro suis litteris prægraventur.*
3. *Archidiaconi, ad mandatum episcoporum, tenentur inducere institutos, sumptibus moderatis.*
4. *De eleemosynis faciendis ecclesiarum appropiatarum parochianis.*
5. *De reparatione ecclesiarum, & clausurarum cœmeteriorum, & qui facere debent.*
6. *Quantum pro insinuatione testamentorum quorumcumque, & calculi, seu compoti administrationis in bonis, acquietanciis litteris pro labore recipi debeat, per quemcumque judicem ecclesiasticum.*
7. *De visitatione, & procuratione archidiaconorum, & aliorum ordinariorum.*
8. *De consistoriis episcoporum, & capitulis archidiaconorum, & aliorum ordinariorum, in certis locis celebrandis.*
9. *De apparitoribus.*
10. *Ne pro peccato notorio, in recidivo continuato secunda vice recipiatur pecunia, & de pœna recipientis.*
11. *Ne aliquis fatigetur, ad purgandum se de peccato sibi objecto, extra decanatum in quo moratur.*
12. *De iis, qui beneficia ecclesiastica possessa per alios obtinere nituntur, possessoribus canonice non amotis.*

CAPITULA.

I. *Ne in privatis oratoriis, Missarum solemnia, sine licentia episcopi, de cætero celebrentur.*

QUam sit inhonestum & reverentiæ Divinæ contrarium, in privatis oratoriis, vel capellis, aut domibus minime consecratis, sacrarum Missarum celebrare mysteria, non tantum veteris testamenti pagina, & sanctiones canonicæ, verum etiam traditiones principum sæcularium, considerationis judicio prospexerunt. Quas sacerdotes sæculares nequiter contemnentes, nulla necessitate cogente, Divina celebrantes in eis, varia discrimina pariunt animabus: dum ecclesiarum parochiani a suis ex hoc se retrahentes parochialibus ecclesiis, ac si informationibus sæcularibus, quæ in eis solent fieri, frequenter carentes, nonnullis presbyteris, & communioni quorundam, illicite & temerarie se ingerunt; ac contra doctrinam, qua præcipitur, iniquam conditionem alteri per alterum non afferri, plurimis ex hoc malis emergentibus, parochialium ecclesiarum detrahitur honori, & commodo consueto. Nos de fratrum nostrorum concilii assensu & consilio, decernimus, quemquam in oratorio, vel capellis, aut domibus hujusmodi, seu in loco minime dedicato (seu delibato) Missarum solemnia, diœcesani non obtenta licentia, contra canonum prohibitionem, de cætero celebrantem, suspensionem a Divinorum celebratione per mensem incurrere ipso facto. Licentiam autem ab episcopis nostræ provinciæ, Missas in locis hujusmodi non consecratis, celebrandi concessam, & in posterum concedendam personis aliis, quam magnatibus, seu nobilibus, moram facientibus in locis ab ecclesiis parochialibus notabiliter distantibus, aut notorie debilibus, vel infirmis, irritam decernimus, & inanem. Per hoc tamen, ecclesiarum prælatis, & rectoribus, & ecclesiarum canonicis cathedralium, vel religiosis, non intendimus derogare, quominus ipsi, in oratoriis suis, ab antiquo constructis, Missas possint licite celebrare, seu facere celebrari, sicut fieri consuevit. Sacerdotes insuper, quos in oratoriis, seu capellis regum, seu reginarum Angliæ, aut liberorum suorum, erectis, vel erigendis, Missa celebrare contigerit, pœna prædicta nolumus coarctari.

II. *Ne instituti in beneficiis, vel ad sacros ordines promoti, indebite pro suis litteris prægraventur.*

Nova & insatiabilis cupiditas adinvenit, ut pro litteris, in testimonium clericorum ad beneficia ecclesiastica admissorum, & ordinatorum litteris, pro scripturarum labore, ac sigillis, fiant multoties exactiones immensæ, id reprobante canone, dicente: quod, sicut non decet episcopum manus impositionem vendere; ita nec ministrum, nec notarium, ministerium eorumdem, nec calamum vennmdare. Archidiaconorum, & suorum officialium, nec non aliorum talium certificatariorum, litteras inquisitionum, super beneficiis vacantibus, tradere factas renuunt præsentatis, nisi prius nimis excessivam summam pecuniæ habeant pro scriptura. Nos hunc abusum abolere volentes, præsentis deliberatione concilii duximus ordinandum, quod pro scriptura litterarum, inquisitionum, institutionum, & collationum, vel commissionum ad inducendum, vel certificatoriæ ipsarum in beneficiis, ultra XII. denarios, & pro litteris vero cujuslibet sacri ordinis, VI. denarios, dicti clerici, per se, vel alios, ultro non recipiant quovis modo. Cæterique ordinarii, suis tenentur ministris stipendia constituere, quibus debent merito contentari, pro sigillatione litterarum, hoc * aut marescallis, pro introitu, seu janitoribus, hostiariis, vel barbitonsoribus episcoporum, a clericis minoribus vel majoribus ordinibus decoratis, nil omnino exigi volumus, vel persolvi, ne cujusvis speciei velamine, solutio, pro sigillis litterarum, vel introitu supradictis, in quæstum damnabilem convertatur. Et ne temeritas, provisa remedia violans,

* Hic aliquid deest.

ANNO CHRISTI 1342.

lans, prætereat impunita, * sed, contra præmissa, quicquam recipiatur ab aliquo: duplum sic recepti reddi præcipimus, infra mensem; alioquin, extunc clerici beneficiati, receptorum per ipsos iniquorum duplum restituere differentes, ab officio & beneficio noverint se suspensos. Clerici vero non beneficiati, & laici, ingressum ecclesiæ sibi noverint interdici, quousque de duplo satisfactionem impenderint solventibus competentem.

* Lege, si contra. H.

III. *Archidiaconi, ad mandatum episcoporum, tenentur inducere institutos, sumptibus moderatis.*

Item archidiaconi, & eorum officiales, aliique ministri ecclesiastici nostræ provinciæ, post collationem beneficiorum ecclesiasticorum, vel institutionem factam, in ipsis promotis, in illis beneficiis, ad superioris mandata, inducere, ac inductionis certificatorias litteras facere, vel concedere differunt, nisi prius eis de immoderata summa pecuniæ satisfaciant. Sacro approbante concilio statuimus, quod ii sic promoti, ad mandatum superioris, tenentur inducere, pro inductione hujusmodi facienda, sumptibus moderatis; videlicet si archidiaconus inducat xl. denar. ac suus officialis inducens, 11. solid. perceptione, pro singulis suis, & suorum expensis, pro dieta, penitus sit contentus. Ipsi tamen inducendo, ut præmittitur, optione servata ante ..... pecuniæ quantitate, seu in aliis necessariis ipsum inductorem, & suos voluerit procurare. Si quid vero ultra hoc ab inductoribus, occasione præmissorum, recipiatur, vel recipiant, quidquam amplius propter inductionem faciendam per ipsos, vel inductionum certificatorias litteras facere, & inductis tradere, acquisitis coloribus, deferre illos contingat indebite; culpabiles in hac parte, suspensionem ab officio & ingressu ecclesiæ, tam diu eos volumus incurrere ipso facto, donec hæc contra * recepta solventibus restituant, & læso sua culpa satisfaciant in præmissis.

* f. contra jus, aut aliquid simile. * f. permissa sit fac

IV. *De eleemosynis faciendis ecclesiarum appropriatarum parochianis.*

Ne de decimis, & ecclesiarum rebus ceteris dispensandi, viris ecclesiasticis, permissa sibi * facultas, hujusmodi rerum compendio, pauperes ne defraudentur. Sed religiosi nostræ provinciæ approbatas * obtinentes sibi ecclesias, fructus, & redditus, & proventus earum sic suis cupide nituntur usibus applicare, quod dispensandi .... parochianis sic appropriatarum ecclesiarum regeneratis filiis, * quatenus indigentibus, quibus, tanquam suis domesticis naturalibus, instructus * exemplo, quam extraneis, plus tenentur, in nullo exhibent, nec inter eos exercere curant quævis opera caritatis. Unde sic nimis agentes avari, decimarum & ecclesiasticorum jurium debitores, nedum indevotos efficiunt, sed eorum perversos invasores, & consumptores, turbatoresque nefandos occasionaliter constituunt, in suarum propriarum, & ipsorum, grave periculum animarum, & scandalum plurimorum. Unde sacri hujusmodi approbatione concilii statuimus, quod religiosi prædicti, beneficia appropriata obtinentes ecclesiastica, secundum beneficiorum hujusmodi facultates, annis singulis, pauperibus parochianis, circa eleemosynæ quantitatem * ipsorum locorum moderandam arbitrio, per ipsos episcopis distribue-

* appropriatas

* Forte, quamvis. H. Locus corruptus.

* Add. ordinariorum.

re compellantur, sub pœna sequestrationis, & subaractionis fructuum proventuum beneficiorum hujusmodi, donec in præmissis paruerint competenter.

ANNO CHRISTI 1342.

V. *De reparatione ecclesiarum, & clausurarum cœmeteriorum, & qui facere debent.*

Licet parochiani ecclesiarum parochialium suarum, tam naves & tectum ecclesiarum, intus & exterius, quam campanile, altaria, & imagines, fenestras quoque vitreas in dictis navibus existentes, & cœmeteriorum clausuras, de laudabili consuetudine in nostra provincia diutius obtenta, facere, * ac quoties fuerit, reparari suis sumptibus teneantur: tamen religiosi, & alii, possessiones, aut prædia, seu redditus, infra fines & limites ecclesiarum hujus nostræ provinciæ Cantuariensis, obtinentes, potissime degentes extra parochiam ecclesiarum, fabricæ earumdem, aut cœmeteriorum clausuris, & ceteris incumbentibus oneribus a parochianis supportandis, de consuetudine, & de jure, cum iis contribuere (quamvis utplurimum onera hujusmodi, secundum prædiorum ac possessionum quantitatem in parochiis existentium, limitentur, & taxentur) recusant injuste. Sed religiosi in locis variis nostræ provinciæ, possessiones & prædia diversa in parochiis hujusmodi ecclesiarum, per acquisitiones novas, necnon & alii extra parochiam degentes, occupant & obtinent his diebus, adeo ut earum reliqui parochiani, in ipsarum ecclesiarum degentes parochiis, onera, circa refectionem seu reparationem præmissorum, eisdem incumbentia, per se nequeant supportare: unde domorum Dei publicus deformatur aspectus; & eorum ex his dehonestatis sequuntur alia incommoda manifesta. Nos igitur, præsentis approbatione concilii, duximus statuendum, quod tam religiosi, quam alii, possessiones, aut prædia, seu redditus, quę de gleba reficiendarum ecclesiarum, seu dote non existunt, in quibuscumque parochiis nostræ provinciæ obtinentes, seu in posterum habituri, in ipsis degentes, vel alibi, ad quævis onera parochianis prædictis in iis incumbentia, de consuetudine, vel de jure, quæ, consideratis possessionum & redditum quantitatibus, invenit, * vel imponentur eisdem cum ceteris parochianis ecclesiarum hujusmodi, quoties opus fuerit ....., ad quod, cum necesse fuerit, censuris ecclesiasticis, per locorum ordinarios, compellantur.

* Forte, quoties opus fuerit H.

* f. convenienter imponentur.

VI. *Quantum pro insinuatione testamentorum quorumcumque, & calculi, seu compoti administrationis in bonis, acquietanciis litteris, pro labore recipi debeat, per quemcumque judicem ecclesiasticum.*

Adeo quorumdam animos, temporibus nostris, sæva cupiditas occupavit, quod quæstum reputantes pietatem, non curant quibus studiis cupiditatis sitim reficiant, dum venale aliquid exhibent nefandum ..... gratis impendere quod deberent. Sane, licet bonæ memoriæ Simon, archiepiscopus Cantuariensis, prædecessor noster, provincialis concilii deliberatione statuerat, quod pro insinuatione testamenti cujusvis defuncti, cujus bonorum inventarium centum solidorum summam non excedit; nihil penitus exigatur: quia tamen circa testamentorum insinuationes defunctorum, quorum inventarium bo-

bonorum dictam summam excedit, seu circa id quod pro acquietanciis calculorum, vel compotorum administrationis bonorum concernentium hujusmodi testamentum, quid determinate debeat recipi, minime providetur; locorum ordinarii, tam pro insinuationibus, quam acquietanciarum litteris, in hac parte, sic immoderate & excessive pecuniam exigunt, quod defunctorum exhaustis & consumptis facultatibus, per extorsiones illicitas in premissis, decedentium voluntates ultimæ, etiam in iis quæ relinquuntur in usus pauperum, vel aliis pias causas, de residuo nequeant adimpleri: quorum occasione, laici contra dictos ordinarios veluti consumentes, vel usurpantes, quæ tueri tenentur, exasperantur non modicum, necnon ad fraudes, & superstitiosas inventiones periculose quotidie provocantur. Ut igitur tantæ usurpationis contumelia depellatur; statuimus, quod pro probatione, vel approbatione, seu insinuatione testamentorum quorumcumque, nihil per episcopos, seu ordinarios alios recipiatur omnino. Per clericos tamen scribentes insinuationes hujusmodi, sex denarios dumtaxat recipi permittimus pro labore. Quod si aliquod inventarium bonorum cujuscumque defuncti in compoto xxx. solidorum summam reperiatur excedere, quod ad centum solidos minime extendatur: pro compoto, & agendis omnibus circa ipsum, acquictantiarumque litteris, seu aliis quibuscumque, episcopi, aut ordinarii, seu deputati ab eis ad audiendum compotum, vel ministri alii compotum hujusmodi intendentes, ultra XII. denarios recipere non presumant. Si vero centum solidorum summam, aut ultra, minus tamen xx. librarum hujusmodi contineat inventarium: perceptione trium solidorum penitus sint contenti. Sed si xx. aut ultra, citra tamen lx. librarum summam habeat; ultra quinque solidos pro laboribus, litteris, & scripturis, & aliis non admittant. Quod si lx. librarum vel ultra, minus tamen c. libris, summam attingat hujusmodi inventarium, x. solidos pro præmissis recipiant, & non ultra. Si vero hujusmodi inventarium c. librarum, vel amplius, minus tamen c. & lx. libris summam contineat: ultra xx. solidos pro predictis recipere non presumant. Sed si clx. librarum summam, vel ampliorem contineat, pro singulis l. libris, quas ultra c. libras, contineri contigerit in eisdem, ordinarii, pro prædictis singulis x. solidos, cum prædictis xx. solidis recipere valeant, & non ultra. Clericos tamen, pro singulis acquietanciarum litteris, quas in hac parte scribunt, ultra præmissa, VI. denarios recipere permittimus pro labore. Si vero quemquam, in aliquo casuum prædictorum, ultra summam prætaxatam, quavis cautela, in pecunia numerata, seu rebus aliis, contingat recipere: duplum, quod ultra recipit, fabricæ ecclesiæ cathedralis loci, infra mensem, reddere teneatur: alioquin, extunc episcopi duplum ipsum, ultra prædictum tempus restituere differentes, esse ecclesiæ ingressum sibi interdictum, inferiores utique a beneficio & officio noverint se suspensos, quousque, de duplo hujusmodi, prædictis ecclesiis cathedralibus, plenariam satisfactionem impendant, in ipsa probatione, seu insinuatione testamentorum quocumque * vel ante administrationis & computorum redditiones fideliter, acquietanicarum litteræ testamentorum executoribus nullatenus concedantur, sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, per VI. menses, quam contrafacientes incurrere volumus, ipso facto.

* Locus corruptus.

VII. *De visitatione, & procuratione archidiaconorum, & aliorum ordinariorum.*

Quamvis lex naturæ fructum laboris tribuat operanti, sic tamen æqu...... ut non laborantem potissime circa ea, quibus vacare tenetur, ex debito non mandare præcipiat negligentem. Sane nonnulli archidiaconi, & alii superiores, & inferiores ordinarii nostræ provinciæ, lucris temporalibus inhiantes, & quæ Dei sunt projicientes a tergo, suarum visitationum progressibus, venationi, & aliis vacantibus insolentiis, ad loca visitanda multotiens tales mittunt, quorum exhortatione, seu informatione, clerus & populus non instruitur ab ecclesiis, quas die visitationis non ingrediuntur, nec inspiciunt, & a quibusdam, per se, vel alios, nullatenus visitatis, necnon & a pluribus, quas perfunctorie visitare faciunt, immo quarum quælibet, ad procurationem unius diei consuetam, pro ipsis archidiaconis, & suis ordinatis famulis competenter sufficeret, a singulis ecclesiis, rectoribus, seu vicariis earumdem, procurationes solidas, & pecuniam, contra sanctiones, exigere non formidant, excogitata & superstitiosa quadam fraude sæpius visitaturi, dies visitationum hujusmodi faciendarum prævenientes, in noctibus ipsos dies præcedentibus, rectorum, seu vicariorum ad eorum sumptus, cum excessivis & onerosis famulis, & vecturis, morantur, ac in crastino, visitatione impensa, procurationem plenam, & solidam extorquent in pecunia, pro dieta, tanquam in victualibus minime procurati, etiam licet cum talibus dicto die prandeat visitans. Nos, in præmissis, tam subditorum quieti, quam excedentium saluti, cupientes occurrere, districtius inhibemus, præsentis auctoritate concilii, ne quis procurationem, ratione visitationis solvendam, ab aliqua præsumat recipere ecclesia, nisi visitationis officium eidem diligens impenderit, scrutatis personaliter & inspectis per ipsum cum effectu, quæ fuerint indaganda.

Si quis vero plures visitare voluerit ecclesias uno die, procuratione unica, in victualibus, vel pecunia, ad quam omnes & singulas, sic die unico visitatas, proportionaliter faciat contribuere, prout tradunt canones, sit contentus; & si nocte præcedente suam visitationem, in quavis ecclesia faciendam, ad sumptus rectoris, seu vicarii visitandi, seu die visitationis, in prandio steterit cum eisdem, veram æstimationem hujusmodi sumptuum in procurationem, si eam in pecunia visitans licite duxerit exigendam, computare seu allocare, vel pro eo in toto studeat compensare: ita quod non ultra sumptus hujusmodi, solidam procurationem in pecunia, nec amplius, quam deductis eisdem sumptibus, de procuratione in pecunia exsolvenda superfuerit, præsumat recipere, vel exigere quovis modo. Si quis autem aliter fecerit, donec indebite percepta restituerit, ab ingressu ecclesiæ noverit se suspensum. Verum quia plures archidiaconi, & alii ordinarii, honoris prærogativa, vel nobilitate generis decorati, in suis visitationibus incedentes, familiarium & vecturarum statutum in canonibus numerum excedunt, sic quod procurantes eosdem in victualibus, excessive & indebite onerantur, ultra æstimationem procurationis, quæ in pecu-

cunia solet solvi: nos visitatis hujusmodi, an in pecunia quantitatis solitæ, vel in victualibus, visitantes eosdem voluerint procurare, optionem reservamus. Si visitatas insuper capellas habuerit dependentes ab ea: statuimus, quod pro ecclesiæ, capellarumque suarum hujusmodi visitatione, procuratione, ut pro una ecclesia præstari solet in diœcesi, cujus est ecclesia, visitantes archidiaconi, & alii ordinarii sint contenti, sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, quam ipso facto incurrant, donec duplum illius, quod ultra procurationem hujusmodi unicam receperunt, suæ ecclesiæ solverint cathedrali. Item, visitantes archidiaconi, & alii ordinarii, tam in ecclesiis, quam ornamentis earum, & cœmeteriorum clausuris, mansorum domibus, reparantes defectus ipsos, sub pecuniariis pœnis, præcipiunt reparari, & a non parentibus censuris extorquent pœnas hujusmodi, quibus dicti defectus poterunt debite emendare, inde suas bursas, cum jactura pauperum iia diebus oppressurum, insolite nequiter impugnantes. Cum igitur, ne propter tales exactiones pœnales adversus archidiaconos, & alios ordinarios, & eorum ministros, detur legalis occasio malignandi, nec ecclesiasticos viros deceat quæstibus inhonestis, & pœnalibus anhelari, vel ditari: statuimus, quod pœna hujusmodi concives * arctæ fuerint, in reparationem convertantur hujusmodi defectuum repertorum, sub pœna suspensionis ab officio, quam contra præmissa sibi ipsis pœnas hujusmodi applicantes, donec sic recepta ad reparationem dictorum defectuum cum effectu assignent, incurre decrevimus ipso facto.

Locus mendosus

VIII. *De consistoriis episcoporum, & capitulis archidiaconorum, & aliorum ordinariorum, in certis locis celebrandis.*

Excussis subditorum oneribus, in eorum quiete superiores quiescunt * sua intros, & foventur in pace. Sane considerantes ex eo, quod quidam episcoporum, archidiaconorum, & aliorum ordinariorum officiales, sua consistoria, sessiones, & capitula, de tribus in tres, vel de quatuor in quatuor septimanas, annis singulis celebrantes, per varia loca suarum jurisdictionum, & decanatuum nostræ provinciæ, illuc frequenter, quo vitæ necessaria venalia, difficultate obtineant, declinantes, rectores, & vicarios ecclesiarum, in locis, quibus hujusmodi sua celebrant consistoria, sessiones, seu capitula, vel vicinis, similibus sumptibus onerant excessive, ac scandali, & calumniæ materiam suscitant gravaminis.

* Forte suaviter.

Quod si rectores & vicarios ecclesiarum hujusmodi, diebus illis, splendide non procurentur ad votum, ipsos laboribus vexantes, quæsitis coloribus, & causis confictis, infestant graviter & molestant. Propter quæ, & alias justas causas, præsentia statuimus deliberatione concilii, quod hujusmodi consistoria singula, sessiones, & capitula, in locis jurisdictionum & decanatuum prædictorum..... insignibus, vel altem, in quibus victualia communiter valeant inveniri venalia, de cætero celebrentur: quodque officiales, & cæteri ordinariorum ministri, suorum sumptibus dominorum, tam in hujusmodi celebratione consistoriorum, sessionum, & capitulorum, quam in aliis actibus, quos pro suis exercent dominis, faciant quæ incumbunt. Citationes autem ad consistoria, sessiones, aut capitula hujusmodi, in locis aliis, quam superius expressis, celebranda, & processus, quos in eis contigerit in posterum fieri, ipso jure, decrevimus fore nullos, ac officiales prædictos, pro suorum dominorum expediendis negotiis, sumptus exigentes, seu ipsos, occasione non præstiti sumptus hujusmodi, infestantes, eo ipso ab officio, & ingressu ecclesiæ suspensos volumus remanere.

Item, quia episcopi, archidiaconi, & eorum officiales, & alii ordinarii, eorumque commissarii, citationes primarias, pro correctionibus delinquentium, fieri per rectores, vicarios, seu parochiales sacerdotes demandant, ipsis frequenter imponitur, quod super iis, quibus fit citatio, confessiones citatorum occultas, in foro ecclesiæ eis perverse revelant; quapropter in ipsos scandalizatur turpiter, & illis extunc parochiani peccatum renuunt profiteri: statuimus, quod hujusmodi citationes primariæ, dictorum ordinariorum auctoritate, fiendæ per rectores, aut alios prædictos, de cætero non mandentur, sed fiant per officiales, decanos, apparitores, & ministros alios eorumdem. Si vero citationes hujusmodi primariæ, rectoribus, aut vicariis, vel presbyteris demandentur, ipsis super iis parere minime teneantur; sed citationes ipsæ primariæ, factæ per eos, ac exinde subsecutæ censuræ, vel processus, sint ipso jure irritæ & innanes.

IX. *De apparitoribus.*

Cum apparitorum onerosa multitudine, qui nihil habent honesti, subditis excessiva gravamina cumulentur, dum archidiaconi locorum, in archidiaconatuum suorum singulis decanatibus, apparitores equites, qui in decanatibus hujusmodi sub se habentes alios apparitores pedites, cum garcionibus, ad malum naturaliter deditis incedentes, ad sumptus rectorum, & vicariorum hujusmodi, ad quos nimis frequenter declinant cum ipsis diutine morantur, quibus etiam non contenti apparitores prædicti, pecuniarum collectas, in quatuor anni capitulis generalibus, faciunt inter eos; agnos, lanam, & garbas suis temporibus colligendo, & non conferentes eisdem, per fas vel nefas, infestari procurant, & malitiose vexari. Unde præsentis approbatione concilii statuimus, quod singuli nostri suffraganei unum apparitorem equitem habeant dumtaxat, pro diœcesibus eorumdem. Locorum vero archidiaconi nostræ provinciæ, pro suorum archidiaconatuum singulis decanatibus, unum apparitorem, non equitem, sed peditem habeant tantummodo incedentem, qui cum rectoribus, aut ecclesiarum vicariis, ultra noctem & diem unicam, singulis quarteriis in anno, sumptibus non morentur, nisi per eosdem invitati fuerint ad morandum specialiter, nec in capitulis generalibus, collectas in pecunia, seu alias de lanis, agnis, vel rebus aliis faciant aliquales, gratis cum eis data fuerint, cum gratiarum recipere valeant actione. Quod si plures contra hoc fuerint deputati, vel eorum aliqui præmissa temere violaverint: deputantes eosdem, tamdiu ipso facto ab officio & beneficio sint suspensi, donec hujusmodi amoverint deputatos, quos etiam ab apparitorum officio perpetuo suspendimus ipso facto.

X. *Ne*

ANNO CHRISTI 1341.

X. *Ne pro peccato notorio, in recidivo continuato, secunda vice recipiatur pecunia, & de pœna recipientis.*

Quoniam reus culpam non timescit aliquam, cujus pœnam minimis existimat redimendam, nec pro hujusmodi .... noxius subtrahitur appetitus, nostræque provinciæ archidiaconi, & eorum officiales, ac eorum superiores quidam alii cum eorum peccant subditi, tam clerici, quam laici, adulterando, fornicando, seu alias notorie excedendo recidivationes, & incorrigibiliter corporalem & manifestam, in aliorum terrorem pœnam debitam subeundam, pro pecunia indifferenter remittunt, adeo quod delinquentes hujusmodi dicuntur a multis, ac suorum criminum conductores, pecuniamque recipientes & imbursantes hujusmodi, eam in usus pauperum, vel pias causas alias, non convertunt. Unde tam inter populares, quam inter judices ecclesiasticos, suscitatur grave scandalum, & malum provocatur exemplum. Statuimus idcirco, quod pro delicto notorio in recidivo continuato diutius, secunda vice non recipiatur pecunia quovis modo, sub pœna restitutionis dupli pecuniæ contra hoc receptæ, infra mensem post receptionem ejusdem, fabricæ cathedralis ecclesiæ applicandæ, & suspensionis ab officio, quam, taliter recipientes pecuniam, ejus duplum infra mensem non restituentes, incurrere volumus ipso facto. In commutationibus pœnitentiarum corporalium pro pecunia, quam absque magna & urgente causa fieri prohibemus, locorum ordinarii taliter moderentur, quod delinquentibus pœnitentias corporales graves, & pœnitentias imponunt adeo excessivas, ut causative & per obliquum, cogantur suas redimere pœnitentias pecuniaria gravi summa. Sed commutationes hujusmodi, cum faciendæ in posterum videantur, sic fiant modeste, quod rapax non judicetur accipiens, & dans ipse nimium non gravetur, sub pœnis prædictis superius annotatis.

XI. *Ne aliquis fatigetur, ad purgandum se de peccato sibi objecto, extra decanatum in quo moratur.*

Item, licet quis purgari debet, ubi noscitur infamatus, cum nostræ provinciæ episcoporum archidiaconorum, & aliorum ordinariorum, & ministri officiales, quadam, ut apparet, excogitata malitia, tam clericis, quam laicis se purgaturos offerentibus de impositis, extra locum jurisdictionum suarum, in quibus eos * deliquisse, seu jurisdictionis loca remotiora & ruralia, ubi non reperiuntur victualia, & vitæ necessaria venalia, difficultate ad se purgandum, cum comporgatorum excessivo numero statuunt, seu præfigunt, & sicut propter fatigationem expensarum, ac producendorum compurgatorum, ad tam remota loca difficultatem, redemptionem pecuniariam cogant facere innocentes, adeo quod aliqui eorum magis eligunt crimen, quod nunquam commiserant, confiteri, & pœnitentiam, quam non meruerint, subire, quam se & compurgatores suos tot laboribus & sumptibus fatigare. Propterea statuimus, quod de cætero, diffamati de criminibus, seu excessibus, & de eis se purgare volentes, de uno decanatu in alium, seu ad alia loca, quæ insignia superius ordinata nullatenus protrahantur. Indicenda vero purgatione diffamatis hujusmodi, episcopi, archidiaconi, & cæteri ordinarii, aut eorum officiales, ultra VI. manus, pro fornicatione, seu simili crimine, pro graviore siquidem, ut pro adulterio, vel majori, ultra XII. manus compurgatorum numerum non imponant, sub pœna suspensionis ab officio, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto. Illum insuper archidiaconorum, & suorum officialium, aliorumque ordinariorum detestantes abusum, quo a sacerdotibus, in suis jurisdictionibus, celebraturis Divina, priusquam id faciant, certam & excessivam quantitate pecuniæ exigunt liberalitatem, quæ sacerdotes hujusmodi clericos sua nomina inserentes in matriculis de uno denario solebat respicere, * & exactionem censualem VI. denariorum, vel circiter, illicite convertentes. Statuimus, quod de cætero, a dictis sacerdotibus, ultra denarium unicum, pro quo nostrorum nomina registrentur, in primis admissionibus eorum; ad celebranda Divina dicti archidiaconi, cæterique ordinarii, quibus super eorum ministri recipere non audeant quovis modo, sub pœna suspensionis a celebratione Divinorum, & ingressus ecclesiæ, quam contrafacientes incurrant quousque duplum perceptorum hujusmodi fabricæ ecclesiæ cathedralis locorum persolvant.

* Forte, constat deliquisse. H.

* Lege In exactionem H.

XII. *De iis, qui beneficia ecclesiastica possessa per alios obtinere nituntur, possessoribus non canonice amotis.*

Esurientia avaritiæ cultus sic cupide sitim conatur reficere voluptatis, ut abjecto rationis tramite, clerici quidam fas & nefas improbe permiscentes, ecclesiastica beneficia patronatus archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, & aliarum tam ecclesiasticarum quam sæcularium personarum de possessoribus suis plena, inhumaniter ambientes, ea quæ temporibus longe retroactis, figmentis variis prætendentes vacasse, dum cathedralium, vel conventualium ecclesiarum, ratione vacationis earum, vel terrarum aliarum custodia fuerat penes regem, ad ipsa præsentari, vel sibi per ipsum conferri procurant, licet post prætensas vacationes hujusmodi a diversis tantis temporibus possessa fuerint, quod vix aut nulla sit alicujus memoria causæ vacationis deductæ; quæ etiam, quamquam falsissimam, & quæ nunquam suffuit, allegatur, præsentationem, seu collationem, si per locorum ordinarios, vel collatarii non admittantur, hujusmodi breve regium, *Quare non admisit*, nuncupatum, impetrant contra episcopos, & eos implacitant, vacationem, non formam juris, & facti, sed jurisdictionem tamen, quarum convictionem sæcularis potestatis abusus usurpat indebite, in foro conantes distincte sæculari beneficiorum hujusmodi possessores non facientes vel admittentes patres litem taliter agitatam, nec ordinariorum litteris, institutione, vel collatione, ac inductione factis, in beneficiis hujusmodi fides adhibetur in curia sæculari. Unde accidit, quod episcopis, & aliis, quos litem hujusmodi non afficit, nec auget periculum lites ipsas nullo modo, vel segniter defendentibus, per præsentantes, & præsentatos, collatore, seu collatariis, in foro sæculari jus evincitur patronatus, timoreque vano executionis inducto, cum a foro sæculari scribitur episcopis, quod præsentantes ac collatarios admittant hujusmodi, quandoque

per

Hoc capitulum prius descriptum est iisdem pene verbis ad ann. 1341. Ex quo emendationes multæ peti possunt. Nam hic est inquinatissimum.

ANNO CHRISTI 1341.

per se, quandoqua per alios juris ignaros, qoibus aliquotiens vices suas committunt taliter præsentatos vel collatarios admittunt, & in iocum viventis possessoris per sententiam non amoti, de facto instituunt; & in beneficiorum revera non vacantium possessionibus inducunt, quin vetius intrudunt, & vitiosos constituunt detentores, in animarum deceptionem multiplicem, & possessorum justorum læsionem enosmem. Nos adversus tantæ temeritatis excessus, præsentis concilii provisione antidota, cupieotes occurrere: statuimus, quod quicumque cleriei ad dignitates, personatus, officia, vel præbendas, aut alia beneficia ecclesiastica quæcumque, plena & occupata; de facto, se præsentari seu ea sibi conferri, per quoscumque de cætero B procuraotes, directe vel indirecte, virtute brevium, *Quare non admisit*, vel, *quare impedit*, &c. aut similium, tacite inductis brevibus, beneficiorum possessoribus, & eis vacat site non amotis, qua episcopos, seu alios in sæculari curia prosequantur, nisi de causis vacationum prætensarum, ad ordinatiorum mandata, inquiri faciant, & possessores per judices ecclesiasticos competentes faciant canonice primitos amoveti, majoris excommuoicationis sententiam incurrant, ipso facto, & tamquam sic excommuoieati ad beneficia talia nullatenus admittantur, sed inhabiles ad ea perpetuo censeantur. Si vero contra hæc quisquam in occupato beneficio instituatur, vel admittatur, de facto C institutio seu admissio hujusmodi omni juris effectu careat: & qoicumque sit instituens, vel admittens, jure proprio, vel delegato, taliter præsentatum, vel collatasium, in obtento per A alium beneficio, ipsius possessoris sufficienti auctoritate, in foro ecclesiæ sententialiter, primitus non amoto a beneficio & officio, tamdiu noverit se suspensum, donec beneficii possessori priori resarciatur, ut convenit, omne damnum. Et institutus taliter, vel admissus, si se in occupato per alium beneficin, contra hoc patiatur induci, ceoseatur intrusor, & pœnas intrusionis, in constitutione Othoboni quæ incipit, *Amoris proprii*, contantas, necnon alias a canonibus, & sanctis patribus inflictas, ipso facto, incurrant. Per præmissa tamen non intendimus ordinasiorum potestati, qua beneficia ad ipsorum collationem spectantia, quovis modo, de facto occupata, non da jure conferri poterunt, derogare, nec eorum collationes beneficiorum admittentes hujusmodi coarctare. Cæterum, ne in foro regio evincenti, jus patronatus advessus alium, sua victoria sit inutilis, si scribatur ordinario, quod admittat præsentatum ab illo, qui jus patronatus evicit, ad beneficium hujusmodi, si da jure vacaverit, & de facto non obsistat canonicum, admittatur libere hujusmodi præsentatus: si beneficium prædictum non vacaverit, illud domino regi, & justitiatiis intimet ordinarius, excusando se, quod, quia tala beneficium non vacat, ad præsens nequit regium mandatum adimplere, præsentatusque per evincentem in foro sæculari contra ordinarium prosequens, ultra in foro ecclesiæ, ut præmittitur, facienda, supradictas sententias, & alias pœnas, ipso facto, incurrant. Jus patronatus vero evincenti licebit præsentare, si voluerit, ad beneficium hujusmodi possessorem, ut suum jus in posterum habeat declaratum.

ANNO CHRISTI 1342.

CONCILIUM LONDINENSE

Anno Domini MCCCXLII. celebratum.

Secundum hoc provinciale concilium hoc anno Londini habitum profert Anglicanus collector. In quo, quamquam errorem suspicor, tamen, quia nihil nobis ex quo emendemus suppetit, utrumque concilium ejus fide ad hunc annum edimus.

Constitutiones venerabilis patris, Joannis de Stretford, Cantuariensis archiepiscopi, editæ anno Dom. MCCCXLII. die Mercurii proximo post festum sancti Edvvardi regis & martyris, in ecclesia S. Pauli Londinensi, in præsentia* comprovincialium episcoporum, videlicet dominorum Radulphi Londoniensis, Rogeri Coventriensis & Litchfeldensis, Joannis Exoniensis, Roberti Saresburiensis, Roberti Cicestrensis, Thomæ Herefordensis, Radulphi Bathoniensis, Simonis Eliensis, Thomæ Lincolniensis, VVlstani VVigorniensis, David Bangorensis, & procuratorum cæterorum episcoporum absentium sufficienter comparentium tunc ibidem.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De pace ecclesiæ & regni Angliæ observanda, & de denunciatione facienda.*

D 2. *De habitu & honestate clericorum, in tonsura & vestibus.*
3. *De dimissionibus beneficiorum ecclesiasticorum ad firmam.*
4. *De decimis & oblationibus, & impedientium pœnis.*
5. *De silva cædua decimanda.*
6. *Contra oblationes auferentes.*
7. *De debitis intestatorum solvendis, &c.*
8. *De testamentis, & bonis testatorum, sive intestatorum.*
9. *De languidis in extremis sua bona in fraudem alienantibus, & procurantibus.*
10. *Ne in vigiliis mortuorum fiant inhonesta.*
E 11. *De celebrantibus clandestina matrimonia in ecclesiis, oratoriis, vel capellis.*
12. *De laicis impedientibus executionem juris ecclesiastici fieri.*
13. *De excommunicatis incarceratis, sine prælata ecclesiæ, nullo modo liberandis.*
14. *De herbis & arboribus in cœmeteriis crescentibus.*
15. *De violatione sequestri.*
16. *De impetrantibus, & dolose prosequentibus breve regium, contra adversarios, in alienis comitatibus.*
17. *De publicatione constitutionum facienda.*

PRÆ-

ANNO CHRISTI 1342.

PRÆFATIO.

SPonsam Christi sacrosanctam ecclesiam, privilegio libertatis cælitus decoratam, quorumdam ambitiones illicite infestarunt. Unde sanctæ Romanæ ecclesiæ summi pontifices, & principes sæculares, & specialiter reges Angliæ catholici & illustres, intra memoriam revolventes, quot plagis Ægyptii fuere percussi, eo quod populum Dei, filios Israel, typum gerentes ministrorum altaris, servituti indebitæ subjicere præsumpserunt, quodque oppressiones & gravamina, quibus in Anglia libertas ecclesiastica depressa extitit & calcata, oppressionum auctoribus non præsumant *, sed ipsis inde non modicum suæ prodiit salutis periculum, & notorium decrimentum: ecclesiam Anglicanam quam plurimis libertatum, privilegiorum, & immunitatum prærogativis munire salubriter curaverunt: quia, cum ab adolescentia flexibili ad malum, humana sensualitas adeo morum subversio- C nem in clero & populo suscitavit, quod non sufficiunt provisa remedia, ut cohibeant noxios appetitus, & jura ecclesiæ Dei sanctæ, ac libertates ipsius conservent illæsa. Nos Joannes, permissione divina, Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas & sedis apostolicæ legatus, invocata Spiritus sancti gratia, utile fore prævidimus, auctoritate concilii præsentis, de fratrum suffraganeorum nostrorum coepiscoporum nostræ Cantuariensis provinciæ consilio & as- D sensu, circa remedia perversis opponenda conatibus, ad vitia extirpanda, ac deformata in ecclesia, clero, & populo, reformanda, utiliter ordinare in ipsa nostra Cantuariensi provincia, futuris temporibus observanda.

* *f.* non prosunt.

CAPITULA.

I. *De pace ecclesiæ & regni Angliæ observanda, et de denuntiatione facienda.*

SUperius Dei munere reformatus, rex Anglorum Edvvardus, pacem Anglicanæ ecclesiæ ac regni cupiens firmiter observari, nos, & cæteros coepiscopos dicti regni olim litteris E suis rogavit, ut communes malefactores, & pacis ecclesiæ sanctæ atque suæ turbatores, & violatores, felones, necnon feloniarum manutentores, conspiratores, falsos juratores in assisis & juratis, coram justitiariis regis, deferentes scienter, falsarum querelarum assumptores, manutentores, & fautores earum, per quos turbationem, & pacis violationem, libertatis ac jurium ecclesiæ, atque regni, in ipso regno non ambigitur procurari, in singulis dioe-

A cesibus, ecclesiastica compescerentur censura: proprios desiderans, pro suis gravibus in his excessibus, majoris excommunicationis sententia innodari, seu excommunicatos publice nunciari. Unde nos, piæ mentis dicti regis imitatione laudabili excitati, audaciam perfidorum hujusmodi compescere cupientes, omnes malefactores prædictos, taliter in posterum, in nostra Cantuariensi provincia delinquentes scienter, præsentis auctoritate concili, majoris excommunicationis sententiam volumus & pronunciamus incurrere ipso facto: quorum absolutionem locorum ordinariis, seu, sedibus ecclesiarum cathedralium vacantibus, iis, qui jurisdictionem episcopalem exercebunt ibidem, præterquam in B mortis articulo, reservamus. Cæterum, ut hujusmodi delinquentium facinora eo amplius evitentur, quo ipsi delinquentes excommunicati solemnius fuerint denunciati: hoc provinciali concilio approbante præcipimus, quod omnes & singuli malefactores prædicti, in singulis cathedralibus, collegiatis, & parochialibus ecclesiis nostræ provinciæ antedictæ, prima Dominica Quadragesimæ, ac in festo corporis Christi, & aliis diebus festivis & solemnibus, annuatim, excommunicati publice nuncientur in genere, cum intimatione reservationis prædictæ.

ANNO CHRISTI 1342.

II. *De habitu, et honestate clericorum, in* C *tonsura, et vestibus.*

Exterior habitus, mores, & conditiones intrinsecas personarum frequenter ostendit. Et licet clericorum gestus exemplum esse debet, & informatio laicorum: tamen clericorum abusus, qui plus solito invaluit his diebus, in tonsuris, vestibus, & ornamentis equorum, ac aliis, abominabile scandalum modo populo generavit, dum ecclesiasticas dignitates, personatus, præbendas honorabiles, & beneficia curata obtinentes, in sacris etiam ordinibus constituti, coronamque * regni cælestis & perfectionis esse indicium distrare contemnunt, & omnium extensorum quasi ad scapulas utentes discrimi- D ne, velut, effeminati, militari potius, quam clericali habitu induti superiori, scilicet brevi, stricto notabiliter, cum excessive latis, vel longis manicis, cubitos non tangentibus, sed pendulis, furrata, vel sendalo revolutis, & ut vulgariter dicitur, reversaris, ac capucii cum tipettis, miræ longitudinis, barbisque prolixis incedere, & suis digitis annulos indifferenter portare publice, ac zonis stipatis preciosis miræ magnitudinis supercingi, bursis, cum imaginibus variis sculptis, annellatis, & deauratis, & ad ipsas patenter cum cultellis, ad modum gladiorum pendentibus, caligis etiam rubeis, etiam scaccatis, viridibus sotularibus, etiam rostratis, & incisis multimode, ac propriis ad sellas, cornibus ad colla pendentibus, epitogiis, ac clocis * furratis, uti pateoter ad oram, E contra sanctiones canonicas temere non verentur, adeo quod a laicis vix aut nulla patet distinctio clericorum; unde professionis & ordinis suorum prærogativa suis reddunt demeritis se indignos.

* *Corr.* coronam, quæ reg. cæl. & perf. est indic. deferre contemnunt, & crinium.

* *Vide supra*, pag. 1181.

Nos igitur hujusmodi erroribus, quibus ut plurimum clericorum gestus, tam in magistrorum, & scholarium universitatibus, nostræ provinciæ dehonestis, contra exnunc obviare volentes: hoc sacro approbante concilio, statuimus & præcipimus, quod quicumque ecclesia-

siasti-

ANNO CHRISTI 1342.

siastica obtinentes beneficia nostræ provinciæ, in ordinibus sacris potissime constituti, vestes & tonsuram clericales deferant, suo statui competentes. Si qui autem clerici nostræ provinciȩ publice incedentes in ea veste superiori, brevi, vel stricta notabiliter, aut ea cum longis, vel latis excessive manicis, cubitos intonsis, barbisve prolixis, aut annulis suis utantur digitis publice: alii quoque, quibus dignitatis ratione & honoris, hoc congruit, sed in premissis, vel aliquibus premissorum superius expressis, excesserint, nisi, infra sex mensium spatium a tempore commissi excessus hujusmodi, moniti se correxerint, & effectualiter dictos dimittant excessus, ecclesiastica habentes beneficia, post prædictorum lapsum sex mensium, ipso facto ab officio suspensionem incurrant, in qua si per tres menses sequentes steterint, suis extunc beneficiis, nulla requisita monitione alia, sint ipso jure suspensi, nec extunc per suos diœcesanos, quibus eorum absolutionem, præsentis auctoritate concilii, reservatis, prius ab hujusmodi absolvantur, quam quintam partem unius anni suorum beneficiorum ecclesiasticorum persolvant, per diœcesanos eorum, in quorum diœcesibus hujusmodi beneficia obtinent, pauperibus in locis beneficiorum ipsorum degentibus, infra tres menses postea, fideliter erogandam: & si suspensionibus durantibus hujusmodi, Divinis, seu administrationi dictorum beneficiorum se ingesserint, & immiscuerint, sicut prius, extunc dictis beneficiis sint eo ipso privati. Non beneficiati vero clerici, publice & communiter pro clericis se gerentes, si in iis excesserint, nisi moniti, infra sex mensium spatium, se correxerint cum effectu, eo ipso sint inhabiles per quatuor menses, ad beneficium ecclesiasticum obtinendum: & præter hoc, in universitatibus prædictis, studio litterarum vacantes, & pro clericis se gerentes, si se a præmissis effectualiter non abstineant, ad quoscumque gradus ecclesiasticos & honores, in ipsis universitatibus, ipso facto reddantur inhabiles, donec suis moribus atque gestu maturitatem exhibeant honestatis scholaribus competentem, salvis pœnis aliis editis quæ * hujusmodi delinquentes. Præsenti tamen constitutione nolumus prohibere, quin clerici apertis & patentibus super tunicis, aliter mensibus nuncupatis, cum manicis, competentibus locis, & temporibus oportunis; ac etiam nominantes pro eo dumtaxat tempore, in quo per patriam iter faciunt, breves & strictas vestes sibi assumere, & illis uti valeant prout eis videbitur expedire. Verum cum fronte libera cæteros arguere nequeant episcopi, si seipsos & domesticos propriores non corrigant in hac parte: statuimus, quod episcopi nostræ provinciæ, honestatem, & tonsuram in vestibus & supradictis cęteris observent, & a suis clericis commensalibus faciant observari. Ad hæc, quia parum valeret jura condere, nisi essent, qui ea executioni debitæ demandarent: dicti præcipimus auctoritate concilii, ut locorum ordinarii, quibus de subditorum excessibus spectat inquirere, in locis suæ jurisdictioni subjectis, per se vel per alios, super his annuatim inquirant, & contra reos in hac parte constitutionem præsentem observent, & diligenti cautela faciant observari.

* Corr. edictis contra hujusmodi.

III. *De dimissionibus beneficiorum ecclesiasticorum ad firmam.*

Licet bonæ memoriæ Othobonus, & Otho, quondam sedis apostolicæ in Anglia legati, suis prohibere constitutionibus curavissent, ne ecclesiȩ laicis, vel clericis, ultra quinquennium, tradantur ad firmam: quidam tamen, excogitato fraudis machinamento, noviter contra eas, ac etiam constitutiones illas suas, ecclesias laicis, & quandoque mulieribus, aut clericis, non obtenta diœcesanorum licentia, dimittunt ad firmam. Et ut figmentis fucata veritas obumbretur in ministris * super traditione hujusmodi ecclesiarum laicis ad firmam, confectis, nomen clerici cum nomine laici contrahentis inseri faciunt, licet clericus nominaliter adjectus contrahens non existat: præfati vero laici, prætextu firmarum hujusmodi, in ecclesiarum sic admissarum mansis & domibus, cum uxoribus, pueris, & familia sua morantur, tabernas in eis publicas facientes, & inhonesta alia exercentes; unde scandala pullulant, & subtrahitur parochianorum devotio, ac ecclesiis hujusmodi circa sua jura plurimum derogantur. Quapropter, hoc provinciali concilio approbante, constitutionibus adjiciendo prędictis, statuimus, quod quotiescumque beneficium ecclesiasticum nostræ provinciæ, clerico & laico ad firmam extunc dimissum fuerit, vel in ministris * super firmarum hujusmodi dimissione confectis, nomen laici, cum clerici nomine, amodo inseratur, ut clericus fingatur fore firmarius, cum non sit; seu si laici, fructus, & proventus, & redditus dimissorum beneficiorum ad firmam, nomine suo colligant, & eos directe in usus suos convertant; hujusmodi contractus non teneant, nec ex eis aliquid alteri obligetur, sed sic ex tunc hujusmodi beneficia tradentes, & recipientes ad firmam, tertiæ partis proventuum beneficii sic dimissi, vel ęstimationis ipsius, si ambo sint solvendo, pœna plecti volumus, apponere * nomine clerici non obstante. Et quia religiosi, & alii ecclesiastica beneficia nostræ provinciæ in proprios usus tenentes, se constitutionibus prædictis asserunt ligari; pręsentis concilii approbatione statuimus, quod si ipsi beneficia hujusmodi, vel suas, quas virtute appropriationum hujusmodi in eis decimarum & proventuum percipiunt, portiones, ad firmam tradiderint clericis, non obtenta diœcesanorum licentia, vel laicis quovis modo, seu aliter qualitercumque, præsentis aut dictarum constitutionum tenorem excesserint; pœna prædicta de cætero percellantur.

* Corr. instrumentis.

* Corr. instrumentis.

* Corr. apposito nom.

IV. *De decimis & oblationibus, & impedientium pœnis.*

Erroris damnabilis devio execati, suarum animarum excidia non devitant: dum frugum suarum decimam solventes, pro labore, metentibus, ea minime computata, non absque errore calculi, pro decima undecimam solvunt garbam: contendentes, se mercenariis de frugibus non decimatis, posse pro autumnali labore potissimi *, solvere autem decimationem, mercedem novi testamenti & veteris imperium, contemnentes. Quorumdam etiam laicorum superstitiosa malitia noviter adinvenit, quod cum garbas aliquas decimales, non tamen signatas, pro decimis in suis terris dimittunt, in

* Hic aliquid deest.

ANNO CHRISTI 1342.

in servientes virorum ecclesiasticorum, garbas aut res alias pro decimis sic dimissas, nomine decimæ abducentes, & asportantes, ut in sceleratos exclamant, eosque arrestari, vel attachiari faciunt, sicut fures, ac ipsos, & eorum dominos, propter asportationem, & abductionem decimarum hujusmodi infestant, & multipliciter inquietant. Ipsorum etiam alii, pro eo quo garbarum & fœni seu rerum aliarum decimæ per solum ducuntur eorum, viros ecclesiasticos, & eorum ministros in foro sæculari implicant, & gravibus * fatibus, laboribus, & expensis. Alii præterea vias & itinera in prædia, & a prædiis, per quæ decimas asportent, seu ipsæ consueverunt abduci, difficilia, & per longos circuitus remota exhibent, & per ea tantum decimas ducentes sinunt transire, seu duci vehicula difficulter, contra ecclesiasticam libertatem. Quidam insuper garbas expositas, & signatas pro decima, non permittunt a suis terris abduci, quamdiu quicquam in illis de bladis remanet eorumdem, sed ipsas scienter tolerant a suis, & aliorum animalibus conteri & consumi, ac circa decimarum præstationem, collationem, & abductionem earum, impedimenta multimoda inferunt, & inferri faciunt, & procurant, in libertatum & jurium ecclesiasticorum violationem, & præjudicium manifestum, suarumque grave dispendium animarum. Nos igitur perversorum hujusmodi conatibus, & ausibus damnabilibus, salutari remedio cupientes occurrere, omnes & singulos exnunc in præmissis, vel eorum aliquo, in nostra provincia excedentes, ac illicita supradicta, vel illorum aliquid fieri mandantes, seu etiam procurantes, nomineve suo facta, rata & accepta habentes, quorum nefandis machinationibus, juri, seu juribus, & consuetudini approbatæ, ac libertati ecclesiasticæ quicquam subtrahitur, seu alquid injuriæ, damni, vel molestiæ infertur contra ecclesiasticam libertatem, * concilii, pronunciamus vinculo majoris excommunicationis involvi, eorumque absolutionem diœcesanis locorum, præterquam in mortis articulo, specialiter reservamus.

* *f.* gravantibus.

* *leg.* auctoritate præsentis concilii.

V. *De sylva cædua decimanda.*

Quamquam exsolventibus bene decimas Deus frugum omnium abundantiam, & possessionum promisserit libertatem: tamen dolentes referimus, quod nonnulli nostræ provinciæ, qui testamenti veteris atque novi decimam de suis silvis cæduis, & lignis arborum cæduarum excisis in eis, circa quæ minus, quam circa fructus agrorum, impendunt laboris, decimas Deo & ecclesiis, quibus debentur notorie, propter hoc quod ipsas in præteritum non dederunt, solvere contradicunt; quia æstimant idcirco licere, quia legem moris de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, in dubium etiam revocantes quę silva cędua sit dicenda. Nos igitur advertentes, quod si sua portione sit ecclesia defraudata diutine, crimen propterea non minuitur, sed augetur, ac fames, & penuriæ, omniumque rerum egestas opprimunt hujusmodi decimas non solventes: hujusmodi declaramus provisione concilii, silvam cæduam illam fore, quod cujuscumque existens generis arborum * in hoc habet, & quæ etiam succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur: ac ex ea decimam, utpote realem, & prædialem, vel parochialibus, vel matricibus ecclesiis per- A solvendam; nec non silvarum possessores hujusmodi ad præstationem decimarum, cum censura ecclesiastica, fore canonice compellendos.

* Hic deest aliquid.

ANNO CHRISTI 1342.

VI. *Contra oblationes auferentes.*

Immoderatę temeritatis præsumptio, dum non solum alienum concupiscit indebite, sed manum extendit impudenter ad vetita, judicii rationem subvertit, & Divinam vindictam vehementius provocat, quo ausu sacrilego, a laicis irreverenter ecclesiasticis deputata usibus contrectantur. In multis autem partibus nostrę provinciæ consuetudo, quam verius * jam excrevit pessima corruptela, dum oblationes factæ B in ecclesiis, capellis, aut in cujusvis earum particularibus cœmeteriis, ad altaria, cruces, imagines, seu reliquias exeuntes * in eis, per laicos occupantur illicite, ac in usus varios suo arbitrio convertuntur: quamvis prohibitione veteris legis, panes oblatos filiis Israel, nisi Aaron & filiis suis, comedere non liceret; & longe amplius in ecclesia, quæ sub Spiritus sancti gratia, non sub legis umbra coruscat lucidius, Divinove intuitu in locis prædicta oblata laici non contingent. Unde, presentis deliberatione concilii, quoscumque laicos, oblationes in ecclesiis, capellis, aut cujusvis earum porticu, vel cœmeteriis, seu quocumque alio loco Divino intuitu factas, vel faciendas in C nostra provincia, occupantes, auferentes, seu disponentes quovis modo, de ipsius prætextu, * etiam cum sui operis, consuetudinis, aliove colore, nisi de consensu ecclesiasticarum personarum, ad quas oblationum hujusmodi perceptio pertinet, & ex causa sufficienti, & licentia per episcopum loci primitus approbanda, eo ipso majoris excommunicationis sententiæ decrevimus subjacere.

* Hic deest aliquid.

* *Corr.* existentes.

* Locus mendosus.

VII. *De debitis intestatorum solvendis, & de testamentis non impediendis.*

Statutum bonæ memoriæ Bonifacii, quondam Cantuariensis archiepiscopi, prædecessoris D nostri, circa bona testatorum & ascriptitiorum, aliorumque servilis conditionis hominum ultimas voluntates, quod incipit, *Cæterum contingit interdum* &c. a multis in dubium revocatum, noviter recensentes, quibusdam ad id additis, & aliis ab eo subtractis, seu * verbis infrascriptis, decrevimus sic in posterum firmiter observandum.

Vide sup. ad ann. 1262.

* *f.* sub

Cæterum contingit interdum, quod clericis, aut laicis Divino judicio decedentibus intestatis, domini feodorum non permittunt debita defunctorum solvi de bonis mobilibus eorumdem, nec in usus uxorum suarum, liberorum suorum, & parentum, vel alias, pro dispositione ordinariorum, bona prędicta, pro ea porE tione, quę secundum consuetudinem patrię, defunctos contingit, permittunt distribui pro eisdem. Alii siquidem ascriptitiorum, & aliorum servilis conditionis hominum, necnon solutarum, & conjugatarum mulierum, ac suarum propriarum uxorum, vel etiam aliorum, * impediunt, vel impedire procurant factionem liberi testamenti, & ipsius executiones, & dictorum testantium voluntatem ultimam, tam contra jura, quam consuetudines ecclesiæ Anglicanæ hactenus approbatas, in Divinæ majestatis offensam, & læsionem juris ecclesiastici evidentem. Unde nos præsentis deliberatione con-

* *Forte addendum*, nominibus. H.

ANNO CHRISTI 1340.

concilii, omnes & singulos in his, vel eorum aliquo, de cætero delinquentes, majoris excommunicationis sententia fore decrevimus innodatos. Testamentis etiam coram ordinariis locorum, ad quos pertinet probare, approbatis, hujusmodi testamentorum probatio, & approbatio nisi positione laicalis feudi, si id in testamento aliquo legari contingat, nullatenus a laicis requiratur; vel impediant clerici vel laici, aut cujusvis conditionis homines, seu impediri procurent, quo minus testamenta, voluntates ultimæ defunctorum procedant, & consequantur effectum in his, quæ legari possunt de consuetudine, vel de jure. Si qui vero contra hoc scienter venire præsumpserint in futurum, sciant se, præsentis auctoritate concilii, majori excommunicationis sententia esse involutos: ac contra eos, & alios in præmissis nequiter excedentes, tamquam contra violatores, & perturbatores ecclesiasticarum libertatum, gladium spiritualem decernimus extendendum.

Inhibemus etiam, ne cuiquam executori testamenti cujusquam administrare permittatur de bonis alicujus testatoris, nisi prius fiat de dictis bonis fidele inventarium, sumptibus funeris, & circa confectionem inventarii hujusmodi * apponendum, dumtaxat exceptis. Inventarium vero hujusmodi, locorum ordinariis tradi volumus, infra tempus eorum arbitrio moderandum. Et postquam coram ordinariis, juxta morem, probatum fuerit testamentum, non comittatur aliquibus in bonis hujusmodi executio, seu administratio a talibus, qui debitum administrationis suæ, possint, & si oporteat sufficienter caveant, ac fideliter promittant, reddere rationem, cum super hoc per locorum ordinarios fuerint congrue requisiti.

* Locus mendosus.

Item statuimus præsentis auctoritate concilii, ne aliqui religiosi, cujuscumque professionis existant, sint executores testamentorum, nisi hoc de ordinariorum voluntate & licentia concedatur: & hoc quod de probatione contingente defunctum, in parochiali ecclesia jus percipiat consuetum.

Statuimus preterea, quod nullus executor aliquid sibi applicet, vel appropriet de bonis defuncti, cujus testamentum exequitur, titulo emptionis, vel aliter, nisi quod fuerit sibi donatum a testatore inter vivos, vel in suo testamento vel ultima voluntate relictum, aut pro ipsius executoris labore, ordinarii arbitrio, fuit ordinatum, vel si quod fuerit debitum a defuncto, aut pro moderatis suę administrationis expensis, sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesię, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto: cujus absolutionem non obtineant, donec applicata, vel appropriata sibi sic indebite restituerint, & ecclesię cathedralis fabricę, cujus defunctus erat subditus, duplum sic appropriatorum vel applicatorum sibi ipsis, solverint de propriis suis bonis. Omnia vero & singula supradicta mandamus, per singulas ecclesias Cantuariensis provinciæ, bina vice annuatim solemniter publicari.

VIII. *De testamentis, & bonis testatorum, sive intestatorum.*

Ita ecclesiasticorum quorumdam judicum nostræ Cantuariensis provinciæ, interiores oculos damnatæ ambitionis improbitas excæcavit, quod executores testamentorum clericorum beneficiatorum, & aliorum cujuscumque conditionis hominum decedentium, de bonis ad hujusmodi testamenta spectantibus, juxta testantium arbitrium, prout legalis & canonica sanxit auctoritas, disponere non permittunt: sed sic testantium, & ab intestato decedentium, bona mobilia in suis jurisdictionibus habentium tempore suæ mortis, quæ post solutionem debitorum, in pias causas de jure converti debent, usurpant indebite; ubi ipsis, & creditoribus exclusis, ea quandoque distribuunt, sicut volunt. Quæ plurimum intuentes, dum ægritudinibus fatigantur, in ecclesiarum fraudem, vel damnum suorum creditorum, liberorum, & suarum uxorum, qui & quæ, tam de jure, quam consuetudine, certam quotam dictorum bonorum habere deberent, sua mobilia, dum adhuc vivunt, multoties alienant. Si creditores, & alii supradicti, debitis sibi carent, non absque gravibus periculis animarum. Propter quæ statuimus, quod episcopi, & alii inferiores ecclesiastici judices nostrę provincię, de bonis clericorum beneficiatorum, quos testari posse constat, de consuetudine regni Anglię, seu aliorum testantium quorumcumque, pręterquam in casibus expresse permissis, quovis quęsito colore, nullatenus intromittant: sed executores testamentorum ipsorum permittant libere de eisdem disponere, necnon ab intestato decedentium, solutis debitis eorumdem, bona, quæ superfuerunt, in pias causas personis decedentium consanguineis servitoribus & propinquis, seu alias pro defunctorum animarum salute, distribuant, & convertant, nihil inde sibi retento: nisi forsan aliquod rationabile pro ipsorum ordinariorum labore, fuerit retinendum, sub pœna suspensionis ab ingressu ecclesiæ, contra ecclesiasticos judices facientes contrarium, * incurrere volumus ipso facto, donec de præmissis satisfecerint competenter.

* Deest quam eos.

IX. *De languidis in extremis sua bona in fraudem alienantibus, & procurantibus.*

Cordis dolore concutimur, intuentes, quod in nostra provincia malitia, hominum excrescente pessima corruptela, dum ecclesiarum prælati & beneficiati clerici, aliique nonnulli laici, mortis vicinæ conjecturam verisimilem obtinentes, universa bona sua, seu quotam eorum notabilem, donare inter vivos, seu aliter alienare possint, adeo quod nedum ecclesiæ, ad quarum, seu cancellorum, librorum, vel ornamentorum earum reparationem, dum vivebant, * fuerant, suis excluduntur remediis, sed rex & creditores alii, quibus sic alienantes efficaciter tenebantur, suis juribus, uxoresque & liberi conjugatorum, suis portionibus, de jure vel de consuetudine ipsis debitis, irrecuperabiliter fraudantur. Nonnulli assistentes languentibus in extremis, hujusmodi alienationes, sive * consuluerunt, & temere procurarunt, ipsosque languentes consiliis & persuasionibus perversis a voluntate testandi nequiter averterunt: ex quibus impediri testamenti liberam factionem, & ecclesias, ac cæteros supradictos suo jure non ambigitur malitiose privari. Unde, præsentis deliberatione concilii, omnes & singulos in nostra provincia donantes seu alienantes taliter bona sua malitiose, seu fraudulenter, ac hujusmodi malitiæ sive fraudis conscios, recipientes sic alienata in eos, & ad hoc dantes consilium, auxilium, vel favorem, majoris excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso fa-

* leg. obligati fuerant, vel simile aliquid

* f. sive donationes.

ANNO CHRISTI 1347.

facto. Donantes insuper, & sua bona in ipsa A provincia taliter alienantes, propter sui gravitatem excessus, non obstante quacumque absolutione impensa a prędicta sententia, ecclesiastica careant sepultura. Cęterum ne probatione fraudis vel malitię in hac parte, difficultas provisionem præsentem reddat inutilem: quoties aliqui bona sua omnia, inter vivos, quovis titulo alienant, seu in quantitate tam notabili, quod apparet de residuo, ecclesiis vel creditoribus aliis de suis debitis, uxoribus & liberis de portionibus supradictis, non posse satisfieri, sicut decet: alienatio hujusmodi per malitiam sive fraudem eo ipso fieri censeatur malitiæ sive fraudis probatione minime requisita.

X. *Ne in vigiliis mortuorum fiant inhonesta.*

Quia sæpe, quod credebat conjectura prodesse, experimento inutile reperitur: idcirco quod credit observantia generalis opinione probabili, utile reputans, & postea tendit ad noxam, rationabilem * imitationem admittit. Sane servare fidelium devotio consuevit, ut obeuntibus hominibus, vel mulieribus, ante corporum sepulturam nocturnæ agerentur vigiliæ, in privatis quandoque domibus, pro defunctis, ut illuc convenientes & vigilantes fideles, devotis precibus Deo fusis, intercederent pro eisdem. Inimici tamen satellitis insidiis, quod salubiter custodivit antiquitas, superstitioso errore, adeo in C scurrilitatem nequiter est conversum, ut in vigiliis mortuorum hujusmodi, neglectis orationibus, illuc conventiculæ ineantur illicitæ atque fœdæ, unde adulteria, fornicationes, & furta sequuntur, & alia perpetrantur casualiter multa mala. Quia siquidem morbus iste, quasi communis invaluit, eidem adhibendam medelam statuimus, quod in nostra provincia, peractis a viris ecclesiasticis mortuorum memoriis, * inhibent in privatis domibus, in quibus mortuorum corpora usque ad sepulturam requiescunt, frequenter de cætero non receptentur * ad consuetos populares, nocturnas vigilias peragendum defunctorum (propinquis amicis, & iis qui psalteria forsan dicere pro defunctis voluerint, dum- D taxat exceptis) sub pœna excommunicationis majoris, quam, totam præmissam vigiliam facientes hujusmodi, & receptores taliter vigilantium, non immerito poterunt formidare.

* *Corrige*, *irritationem*, *vel mutationem*. *H.*

* *Forte*, *inhibeant ne*. *H.*

* *Forte*, *consueti populares*, *ad nocturnas vigilias peragendum*. *H.*

XI. *De celebrantibus clandestina matrimonia in ecclesiis, oratoriis, vel capellis.*

Humana concupiscentia, semper ad malum procliva, quod est prohibitum, frequenter id ardentius appetit, quam quod licet. Unde personæ variæ, quæ propter consanguinitatem, vel affinitatem, seu alia impedimenta legitima, matrimonialiter ad invicem de jure nequeunt copulari, multoties desiderant id de facto, ut E sub matrimonii consueti velamine, possint carius * operam perniciosam & illicitam liberius adimplere. Qui sua scientes impedimenta nota fore in parochiis, in quibus degunt, quia parochiales presbyteros, propter hujusmodi impedimenta notoria, seu famam impedimenti vehementem, ad solemnizationem matrimonii inter tales, paratos non inveniunt ad loca remota, & præcipue civitates, & municipia populosa, in quibus præmissorum non habetur notitia, transferunt se ad tempus, & illuc quandoque, bannis non editis publice, nec horis, nec temporibus opportunis, aliquoties in ecclesiis, aliquoties in cappellis, seu oratoriis, matrimonia inter ipsos de facto solemnizari procurant, & ibidem morantes, vel ad proprias partes postea redeuntes, & ad invicem cohabitantes, ut conjuges, quia locorum ordinarii, & populares alii, pro timore vexationum & sumptuum, ipsos super illicita copula nolunt vel non audent impetere, seu eorum denunciando crimina propalare, illicite remanent copulati, in suarum interitum animarum. Nos igitur hoc tam frequens vitium extirpare volentes, præsentis concilii auctoritate statuimus, quod exnunc matrimonia contrahentes, & inter se solemnizari facientes, hujusmodi impedimenta scientes, aut B suspicionem habentes verisimilem eorumdem; sacerdotesque, solemnizationes matrimoniorum prohibitorum hujusmodi, seu etiam laicorum, inter tamen alios, quam suos parochianos, in posterum facientes, diœcesanorum & curatorum contrahentium super hoc licentia non petita; clandestinorum etiam matrimoniorum in ecclesiis, oratoriis, vel capellis, solemnizationi interessentes, conscii præmissorum, majoris excommunicationis sententiam incurrant ipso facto; & quod quater, annis singulis, in genere excomunicati publice nuncientur, pœnisque aliis contra celebrantes matrimonia bannis non editis, vel alias clandestine statutis, a jure nihilo minus arceantur. Sive * quia constitutio bonæ C memoriæ Simonis, quondam Cantuariensis archiepiscopi, prædecessoris nostri proximi, quæ incipit, *Item quia ex contractibus &c.* juxta suorum verborum corticem, opinione multorum, in sui fine videtur dubia, seu obscura: ipsam constitutionem reddere pro futuro cupientes indubiam esse, sic intelligendam fore, hoc approbante concilio, declaramus, quod quivis sacerdos sæcularis, qui solemnizationi matrimonii, extra parochialem ecclesiam, vel cappellam habentem jura parochialia sibi competentia ab antiquo, interesse præsumpserit, pœnam in ea latam subeat ipso facto.

* *Corr. carnis*

* *f. Sane*

Conc. Lond. ann. 1328. c. 8.

XII. *De laicis impedientibus executionem juris ecclesiastici fieri.*

D Accidit novitate perversa, quod cum ecclesiarum prælati, de morum disciplina, peccatis, & excessibus subditorum nituntur inquirere, magnates, & potestates aliæ sæculares, officia impedire molientes eorum, inhibent laicis ipsorum tenentibus, aut nativis, ne ad ordinariorum citationes, pro suorum criminum vel excessuum correctionibus canonice subeundis, quorum correctio & punitio ad ipsos ordinarios noscitur pertinere, de consuetudine, vel de jure, aut pro testamentorum approbationibus, insinuationibus, aut calculis de bonis defunctorum administratis, per eos, seu compotis, & E aliis testamentariis juribus, extra locum sui dominii, veniant, aut compareant coram eis. Et ne in locis sui dominii per prælatos exerceantur, præmissi impediunt, & procurant nequiter impediri, sibique super his jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, & suis subditis, pro eorum culpis & excessibus, pœnitentias corporales seu pecuniarias imponentes, ac ipsos facere cogentes easdem, sicut ordinariis ipsis licet, aut pro pœnitentiis corporalibus, juxta modum excessuum suis impositis, redemptiones pecuniarias, prout juste poterunt, admittentes, de & super extorsionibus excessivis, indictantur, sicque

ANNO CHRISTI 1347.

ANNO CHRISTI 1342.

que indictatos attachiant, & incarcerant, aut super his in foro sæculari eos sibi respondere compellunt, quibus mulctas pecuniarias, ea occasione, in dicto foro sæculari imponi procurant & faciunt iodebite, pro libito voluntatis frequenter; & multi cum turmis & strepitu ad judicia concurrunt ecclesiastica, ac judices litigantesque, seu habentes ibidem alia expedire, graviter sic exterrent, quod ecclesiastica confunditur jurisdictio, & opprobriose officium prælatorum suspenditur, & nequiter impeditur, ac in culpam facile homines corruentes, dum pœna non reprimit transgressores, impunitatem sibi prænalem nutriunt, & antiqui hostis insidiis levem aditum præparant, & freqnentem.

Alii siquidem multos, pro eo quod causas, & negotia in foro ecclesiastico de jure vel consuetudine pertractanda, ibidem contra adversarios suos manent *, necnon advocatos postulantes pro eis, & procurantes; alios quoque ministros ecclesiasticos & judices cognoscentes, super his indictari, & attachiari, carceriqoe mancipari, & alias in foro sæculari multipliciter fatigari faciunt, & procurant; suisque tenentibus & aliis ad forum ecclesiasticum, seu pro causis, seu pro negotiis in ipso de consuetudine & de jure tractandis, recurrentibus, si non desistant, & in foro sæculari super iis litigent, imponunt sæpissime graves mulctas, ipsosque affligunt, & vexant injuste, multimodis laboribus & expensis. Alii vero episcopos, & alios vero quocumque ordinariam habentes jurisdictionem suam in civitatibus, vel locis aliis eis subjectis, debite exercere volentes, vi, & super iis, quæ spectant notorie ad eosdem seu pro executione jurisdictionis ecclesiasticæ, mandata sua licita & canonica destinantes, executionesque eorum debite exercendo, impediunt, vel impediri procurant injuste, ac nuncios mandata hujusmodi deferentes, & facere debite justas executiones volentes, capere, verberare, & male pertractare injuriose præsumunt. Quidam etiam domini temporales, & eorum baillivi, bona decedentium ab intestato in suis districtibus ad ipsos dominos prætendentes fore, quamvis erronee, devoluta, ne per ordinarios bona hujusmodi, pro solutione debitorum sic decedentium, ac in alios pios usus, pro animarum ipsarum salute, convertantur utiliter, consensu regio, & magnatum regni Angliæ, tamquam pro jure ecclesiasticaque libertate ab olim extitit ordinatum, impediunt, in derogationem ecclesiasticæ libertatis, jurisque, & jurisdictionis ecclesiasticorum impedimentum, & læsionem enormem. Nos igitur, præsenti deliberatione concilii, omnes & singulos, in præmissis vel eorum aliquibus delinquentes, seu præmissa, vel eorum aliqua facientibus consensum ad ea dantes consilium, auxilium, vel favorem, aut ea, vel eorum aliqua in suis facta negotiis, nominibus eorumdem, rata, vel accepta habentes, hoc sacro approbante concilio, pronunciamus majoris excommunicationis sententia innodari, quorum absolutionem diœcesanis locorum specialiter reservamus, & delinquentes hujusmodi quater, annis singulis, in cunctis ecclesiis parochialibus nostræ provinciæ Cantuariensis, excommunicatos in genere præcipimus publice nunciari.

* Corr. moverunt.

XIII. *De excommunicatis incarceratis, sine prælato ecclesiæ, nullo modo liberandis.*

Sæculi principes potestatem recipientes a Deo, quod ecclesiæ sacerdotes superborum cervicibus imponere nequeunt, solent ab ipsis terrore disciplinæ, suæ potestatis gladio extorquere. Unde veneranda tradit antiquitas, quod si excommunicati, humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum, animo indurato arroganter abjiciunt, invocata regia potestas in auxilium, tenetur ex debito rigore severitatis rebelles hujusmodi compescere custodia carcerali. Si * contingit interdum, quod excommunicatis, etiam pro manifestis offensis, ad signationem prælatorum, prout consuetudo regni Angliæ obtinet, captis, & carceri mancipatis, per breve regium demandatur episcopis, quod si capti, de stando & parendo juri cautionem accipiant, exhibeant ipsos, & quibus detinentur carceribus, faciant liberari. Alioquin si episcopi hoc non fecerint, sicut ante debitam satisfactionem, nec possint, * de jure tenentur; vicecomitibus aliud breve dirigitur, quod cautione hujusmodi ab incarceratis accepta, ipsos liberent indilate. Suggesto insuper regiæ curiæ, licet minus veraciter, pro tali excommunicato incarcerato, quod ipse paratus est mandatis ecclesiæ obedire: mandatur vicecomitibus, ut incarceratum hujusmodi excommunicatum, vel partium, ad quarum instantiam excommunicantur, non habita mentione, a carcere liberent & dimittant: ac quandoque, ut prius, suggesto, quod incarcerati excommunicati fuerint, ipsos curent celeriter liberare, nec processibus judicum ecclesiasticorum, super causa excommunicationis hujusmodi, fides aliqua adhibeatur; sed sic excommunicati, in supradictis casibus, ad mandata & præcepta hujusmodi, indebite * liberentur. Propter quæ ecclesiasticorum judicum confunditur officium, dum laici clave potestatis & scientia penitus destituti, quos sic tenet obsequendi necessitas, quod de his, quæ ad jurisdictionem ecclesiasticam pertinent, ipsius cognoscendi, vel imperandi prohibetur auctoritas, falcem in messem nituntur mittere alienam, excommunicatorumque sic liberatorum indebite communione nefanda, tam vicecomites, & baillvi liberantes eosdem, quam cæteri populares, variique fideles communicantes cum libertatis excommunicatis hujusmodi, pestifere maculantur, & animarum gravia inde pericula cumulantur. Contra quæ providere zelantes, statuimus, quod excommunicati capti in nostra provincia, sic exeuntes a carcere, contra consuetudines & libertates ecclesiæ Angliæ, ad eorum majorem confusionem & ruborem, solemniter in locis insignibus, pulsatis campanis, candelis accensis, excommunicati publice nuncientur, ac ipsis commercium, ad eorum commodum, & fidelium communio inhibeatur omnino, communicantesque cum eisdem illicite, censura ecclesiastica tamen deleta, acriter puniantur.

* Corr. Sed cont.

Hic aliquid deest.

* f. indilate, ut prius.

XIV. *De herbis & arboribus in cœmeteriis crescentibus.*

Quia diutius sæcularibus legibus prohibetur, ne de rebus ecclesiarum disponendi laicis sit facultas, usurpationis illius contumelia longe noscitur depellenda. Quia quidam nostræ provinciæ ecclesiarum parochiani, suæ potestatis ignorantes

ANNO CHRISTI 1342.

tes terminos limitatos, seu arroganter potius non servantes, arbores ac herbas, in ecclesiarum & capellarum nostræ provinciæ cœmeteriis crescentes, suæ voluntatis arbitrio prosternentes, ac evellentes, seu metentes, præter & contra voluntatem rectorum, & vicariorum ecclesiarum & capellarum hujusmodi, seu custodum deputatorum per ipsos, eas suis, aut ecclesiarum, vel aliorum usibus, ausu sacrilego applicare noscuntur; unde animarum pericula, contentiones, & scandala, graviter inter ecclesiarum prælatos, & parochianos eorum quasi quotidie suscitantur: præsentis auctoritate concilii declaramus, temerarios hujusmodi contemptores, majorum excommunicationum sententiis latis tam in constitutiona Othoboni, apostolicæ sedis in Angliam legati, quam in concilio Oxoniensi, contra violatores ecclesiasticæ libertatis, existere involutos, quos, post usurpationem io his de cætero factam illicite, excommunicatos fore præcipimus rite & canonice, publice nunciari per rectores, aut vicarios, qui ecclesias suas offensas senserint ex præmissis; ac usurpatores prædictos, in eorum confusionem & ruborem, a communione fidelium decernimus repellendos, donec de præmissis effectualem emendam offerant, & fecerint competenter.

XV. *De violatione sequestri.*

Frequens perversorum audacia, erigans rebellionis cervicem, episcoporum, vel vicariorum suorum generalium principalium sequestra, ex causis justis & veris, in bonis ecclasiasticis, vel aliis in casibus a jure permissis, interposita legitime, calcata reverentia, injuste violare præsumunt: adeo quod eorum præcepta canonica illicite contemnuntur. Ut igitur taliter delinquentes a suis excessibus arceantur: præsentis statuimus deliberatione concilii, quod in dicta provincia nostra, violatores hujusmodi sequestrorum, post & contra publicationem eorum palam factam, in locis, quibus bona sic sequestrata consistunt majoris excommunicationis sententiam incurrant, ipso facto. Si tamen sequestrum fuerit appellatum, & sequestratio hujusmodi legitime prosecuta: ea pendente, posses-A sores bonorum sequestratorum, & alii, libere & impune utantur eisdem.

XVI. *De impetrantibus, & dolose prosequentibus breve regium, contra adversarios, in alienis comitatibus.*

Dierum invalescens malitia, qua mundus in deteriora jugiter labitur, hominum mentes in apertam facit malitiam prosilire. Unde nostræ provinciæ nonnulli, aliis malignari conantes, brevia regia de compoto, seu transgressione, & alia, contra illos, quibus nocere desiderant, B ad extraneos comitatus, in quibus sui numquam adversarii, fuerint, contraxerint, vel deliquerint ibidem, bonave administrarint inibi cujuscumque, fraudulenter & malitiose impetrare præsumunt; & adeo contra eos ignorantes clam prosequuntur, ut illis, * quoniam ut lagantur, * vel forisbanniuntur a regno. Unde cum processus & sententiæ, contra ignorantes taliter indefensos habiti, a jure merito reprobentur, nec sit malitiis hominum indulgendum: statuimus, quod quicumque clerici, vel laici, in nostra provincia, talia subreptitie, fraudulenter, & C malitiose de cætero, ut præmittitur, impetrantes, & prosequentes, facientes, procurantes, seu ad ea impendentes scienter consilium, auxilium, vel favorem, aut ea rata habentes nomine suo acta, sententiam majoris excommunicationis incurrant, ipso facto.

* Hic aliquid deest.

* Hoc est, proscribuntur. Vox Saxonica.

XVII. *De publicatione constitutionum facienda.*

Hujus autem concilii constitutiones, & provisa remedia, præcipimus in nostra Cantuariensi provincia, futuris temporibus inviolabiter servari: mandantes coepiscopis & suffraganeis universis, ut ipsas constitutiones per se, & alios, ut jus exigit, publicent & faciant publicari, D ac in publicam notitiam deduci ad utilitatem communem; laudem, & gloriam nominis Jesu Christi, qui extirpet vitia, & plantet virtutes Ecclesiæ, atque Regni Angliæ gubernacula dirigat, pacem tribuat, & concordiam foveat, Amen.

☞ *Archiepiscopi Cantuariensis ordinatio super honestate clericorum in apparatu & etiam super salario sacerdotum.*

Affert Wilk. t. 1. p. 29. Mansi supp. t. 1. p. 440.

SImon, &c. discretis viris commissario nostro Cant. generali, officiali archidiaconi nostri Cant. ac omnibus decanis peculiarium jurisdictionem, salutem, gratiam, & benedictionem. Dudum in provinciali concilio per bonæ memoriæ dominum Johannem prædecessorem nostrum, London. celebrato, contra clericos tam beneficiatos, quam non beneficiatos, breves vestes & excessiva longas manicas in suis supertunicis obtinentes, ac quædam alia illicite committentes, ordinatum fuisse salubriter meminimus sub hac forma: exterior habitus, &c. — Verum quia humana fragilitas semper ad vetita libentius se inclinat, & ea damnabiliter committere audaciori fronte præsumit, quo sub perniciosæ dissimulationis velamine transivit diutius incorrecta; ea propter dictam constitutionem ad subditorum nostrorum memoriam revocare, & eam plene exequi, eidemque quasdam declarationes & adjectiones facere propter quasdam adinventiones inhonestas, valde noviter exortas, quantum nobis immediate subditos con-E cernere poterit, sub forma decrevimus infrascripta; ipsam namque constitutionem honestam nimium & salubrem specialiter approbantes, ipsam in qualibet sui parte volumus vim habere, & subditos nostros prædictos efficaciter coarctare. Et quia de sacerdotibus non beneficiatis, diac. aut subdiaconis non est in eadem constitutione expressa mentio, licet sub clericorum non beneficiatorum nomine possint in genere comprehendi; nec eosdem sacerdotes, diaconos, & subdiaconos, propter gradum eminentiorem, quem obtinent cum clericis aliis inferioris gradus, quorum non est concors confessio, neque status, si contra contenta in eadem constitotione deliquerint, simili pœna convenit cohiberi, dictam constitutionem declarando, & eidem adjiciendo salubriter de consilio peritorum nobis assistentium, ordinamus, volumus & statuimus; quod singuli sacerdotes non beneficiati, diaconi etiam & subdiaconi, in nostra diœc. seu jurisdictionibus nostris immediatis, etiamsi extra diœc. nostram fuerint ubilibet existentes, contra

ANNO CHRISTI 1353.

tra præmissorum aliquid, post monitionem infrascript. exnunc quomodolibet delinquentes, nisi infra tres menses se correxerint, ipso facto ab ingressu ecclesiæ sint suspensi, nec ab ipsa suspensione absolvi valeant, quousque unam marcam in pios usus, secundum nostrum arbitrium convertendam, rectori vel vicar. ecclesiæ, in qua celebraverint, sive degunt, persolvant; rectores autem & vicarii hujusmodi pœnam recipientes infra 12. dies infra dioec. nostram, alias si extra dioec. nostram, & cum infra provinciam nostram fuerimus, nos infra mensem, de nominibus delinquentium & culparum circumstantiis, quantum ad eorum notitiam pervenerit, necnon de quantitate hujusmodi pœnæ sic per eos receptæ, a die receptionis hujusmodi numerand. teneantur reddere certiores, ut sic disponere valeamus, in quos usus summa hujusmodi utilius convertatur. In clericis vero aliis inferioris gradus teneat prædicta constitutio robur suum. Et quamquam dicta constitutio clericis omnibus cujuscumque gradus itinerantibus indistincte brevibus uti vestibus toleret & permittat; ordinamus tamen & declaramus, & volumus, quod vestes hujusmodi non sint nimis strictæ, nec etiam per medium botonatæ; sed sint clausæ desuper & inferius similiter, vel saltem absque botonis scissę seu apertæ, prout placuerit facienti, & sicut olim fuerant, & statui convenit sacerdotis: alioquin quicumque clericus in sacris ordinibus constitutus utens publice veste hujusmodi botonata per medium in toto vel in parte, duplum ejus, quod pro eo solverit rectori vel vicario suo post monitionem hujusmodi, & lapsum trium mensium immediate sequentium, in pios usus, secundum discretionem nostram similiter erogand. solvere teneatur; quod si infra mensem, a tempore, quo hujusmodi veste botonata publice usus fuerit, dictam pecuniam solvere non curaverit, ab ingressu ecclesiæ vigore præsentium. Et quoniam dudum super salario sacerdotum ordinationem quamdam fecimus, quæ hactenus tamen propter sacerdotum avaritiam tam propter caristiam & temporis malitiam, nullatenus servabatur; tamen jam per Dei gratiam tempora in melius commutantur, & bladorum, ac aliorum victualium major abundantia supervenlet, ut speratur: propterea dictam ordinationem exequi plenius cupientes, volumus & ordinamus, quod omnes & singuli sacerdotes stipendiarii, qualitercumq. & ubicumq. infra nostram dioec. seu aliquam jurisdictionem nostram immediatam celebrantes pro anno jam præsenti, in quo speratur ubertas amplior, & sic deinceps de salario suo per modum, qui sequitur, conveniant, ordinent & disponant, ulterius ab aliquo sub colore quocumque nullatenus recepturi: sacerdos enim animarum curæ præpositus, & intendens, ultra septem marcas nullo modo convenlat seu percipiat quovismodo; nisi alicujus parochiæ tanta fuerit amplitudo, quod ejus labor de tanta summa non possit rationabiliter compensari, & super excessu nostra prævenerit licentia specialis; sed dicta summa, vel minori, juxta medietatem parochiæ contentetur. Stipendiarius vero alius quilibet quinque marcis ad plus pro suo salario sit contentus, ordinatione nostra prædicta in cæteris in suo robore permansura. Contra vero eam seu hanc nostram declarationem in aliquo venientes ipso facto ab ingressu ecclesiæ auctoritate præsentium sint suspensi, & nos contra eosdem, cum nobis delati fuerint, si in aliquo contemptores fuerint, aut rebelles, rigidius procedere intendimus; ut avaritia eorum illicita refrenetur, & vos offic. & decani jurisdictionum nostrarum immediatarum similiter in capitulis vestris de hoc specialiter inquirentes, & delinquentes hujusmodi, secundum delicti quantitatem ulterius, si res exegerit, punire efficaciter non tardetis. Quocirca vobis in virtute obedientiæ & sub pœna excommunicationis majoris, quam si in executione mandati præsentis negligentes fueritis vel remissi, trina monitione nostra canonica præcedente, in personas vestras proferimus, districtius injungimus & mandamus, quatenus constitutionem & ordinationem prædict. una cum dictis nostris declarationibus & adjectionibus in singulis ecclesiis, tam nostræ dioec. quam jurisdictionum nostrarum prædictarum vobis subditarum, tribus dominicis, seu alias festivis, necnon trina vice in tribus capitulis, per vos, offic. vel decanos prædictos in quolibet decanatu exnunc circa instans festum natalis Domini celebraod. publicetis palam, publice, & distincte; cuilibet rectori ac vicario dictam constitutionem non habenti, veram ejusdem constitutionis nostratumque ordinationis prædictæ & præsentis declarationis copiam facientes infra sex dies, a die requisitionis vobis faciendæ continue numerand. Moneatis insuper trina vice in singulis capitulis & ecclesiis prædictis, ut singuli tam beneficiati, quam non beneficiati omnibus & singulis, tam in dicta constitutione, quàm in præsenti declaratione nostra expressis, quantum eos concernit, humiliter pareant, & ea devote adimpleant infra terminos eis in hac parte limitatos, sub pœnis & censuris in eisdem constitutione, ordinatione, & declaratione plenius designatis; monitionem autem vestram, cum modo, quo præmittitur, publice & generaliter facta fuerit, singulos nobis subditos sic efficaciter arctare volumus, ac si facta foret ipsorum cuilibet nominatim. Et quid feceritis in præmissis, nos infra quindenam a tempore publicationis hujusmodi, una cum præsenti mandato curetis distincte & aperta reddere certiores. Dat. apud Maydestan. 3. calend. Nov. anno 1353. & consecrat. nostr. * quarto.

* Rectius quinto.

CON-



CONCILIUM ARMENORUM

In quo objecti Armenis in libello errores condemnantur, eorumque fides amplius declaratur,

Anno 1342. celebratum.

Ex MS. codice bibliotheca regia.

OBSERVATIO PRÆVIA P. MARTENE.

Ampl. Mart. ex MS. c. bibl. reg. Vet. Mon. t. 7. p. 310. Mansi ibid. p. 119.

CUm Leo rex Armenorum, missis ad Benedictum papam XII. legatis, auxilium ab eo postulasset adversus Sarracenos, a quibus gravissimas clades acceperat; respondit pontifex nullam ab ecclesia Romana opem esse sperandam, nisi prius Armenoram populi, quibus infecti erant, errores penitus omnes ejurarent. Nam fide dignorum acceperat relatione, non pauca apud eos prævaluisse prava dogmata, quæ quidem ante omnia erant præcidenda. Facta quippe diligenti inquisitione, interrogatisque Armenis nonnullis, atque aliis viris probis, qui aliquandiu in Armenia erant conversati, errorum libellum collegit amplissimum, quo ad regem et patriarcham missa, mandavit, ut generali totius regni congregato concilio, objectos errores emendarent. Libellum illum, qui articulis decem et septem supra centum constat, ad annum 1341. edidit Odericus Rainaldus, ubi observat Leonem regem graviter tulisse regnum suum ea fœditate inquinatum; et Armenos ut hæreticos apud sedem apostolicam fuisse traductos, Danielemque monachum ejus jussu ad excusandos Armenos commentarium edidisse, atque ad Benedictum papam transmisisse. Jussit præterea Leo generale sui regni coadunari concilium, in quo objecti suis errores damnarentur, et fidei ratia publico testimonio redderetur.

Acta concilii illius, seu responsiones ad singula objectorum errorum capitula, ex ms. c. bibl. reg. hic exhibemus, in quibus etsi purgare se Armeni tentaverunt, non omnino tamen apparet illorum fides in omnibus illibata. Quapropter qui Benedicto XII. successerat Clemens Papa VI. novos ad eos anno 1346. direxit nuncias, qui singulos fidei Christianæ articulos credendos, atque traditiones ecclesiæ Romanæ deferrent observandas, ut ex hac discimus epigraphe, quæ ad calcem regii codicis legitur.

Anno Domini MCCCXLVI. de mense aprili scriptum fuit hoc opus per me fratrem Johannem Dei gratia episcopum Sutrinum, quando de mandato Domini nostri papæ debui mitti ad gentem Armenorum, ad portandom eosdem articulos fidei & traditiones Ecclesiæ Romanæ: in quo continentur 1. articuli sanctæ Romanæ ecclesiæ, ad quos tenetur omnis fidelis catholicus, sine quibus non est salus: quos dominus Benedictus XII. disposuit mittere antedictis. 2. Errores Armenorum eum responsionibus eorum ad colorandum falsitates contentas in dictia articulis convocato eorum generali concilio. 3. Impugnationes errorum prædictorum auctoritatibus sacræ scripturæ & rationibus. 4. Errores Græcorum cum impugnationibus eorum. 5. Errores Jacobitarum cum impugnationibus eorum.

Sutrinus tamen episcopus ad Armenos non videtur profectus, sed alios misit Clemens internuncios, scilicet Antonium episcopum Cajetanum, et Joannem electum Coronensem, quos designat in ea, quam ad Catholicon Armenorum scripsit epistola, apud Raynaldum ad Annum 1346. num. 6.

ACTA CONCILII.

IN nomine, in gloria Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Anno Incarnationis Domini MCCCXLII. honorabilissimus pater dominus Benedictus XII. sanctissimus pontifex Romanus misit ad ecclesiam Armenorum libellum unum de erroribus, quos errores dicebat se audivisse ab aliquibus detractoribus ecclesiæ: ideo paterna pietate rogabat Catholicon (a) & regem Armenorum, petendo ab eis, ut cum synodo antistitum ecclesiæ Armenorum suprascriptos errores prædicti libelli audirent, cum examinatione condemnarent tamquam inimicos catholicæ fidei, ut fides orthodoxa cathol. ec. sine quocumque errore teneatur, prædicetur, & colatur, & in partibus Armenorum, sicut A in ecclesia Romana. Ideo ego dominus Mekquitar, quamvis indignus, tamen providentia divina Catholicon omnium Armenorum, de voluntate & consensu gloriosi domini Constantini gratia & electione Dei regis omnium Armenorum, venerabilium principium ejus, & diligentium Christum; etiam cum consilio & adjutorio omnium episcoporum, magistrorum, abbatum monasteriorum, aliquorum aliorum ecclesiasticorum virorum idoneorum qui sunt hi:

Ar-

(a) Quid sit apud Armenos Catholicon explicat Jacobus a Vitriaco in Hist. Hierosol. c. 78. *Habent*, inquit, *prædicti Armeni primatem, quem Catholicon appellant: cui cum summo honore & reverentia, omnes a minimo usque ad maximum, tamquam alteri papæ obediunt.* Unde & a Guillelmo Tyrio l. 23. c. 18. dicitur: *Maximus Armenorum pontifex.*




ANNO CHRISTI 1342.

Archiepiscopi.

Dominus Basilius Sissi.
Dominus Vartan Tarsensis.
Dominus Stephanus Ananarsensis.
Dominus Marchus Cæsareæ Cappadociæ.
Dominus Basilius Iconiensis.
Dominus Simeon Sebastiensis.

Episcopi.

Dominus Basilius de *Partepert*.
Dominus Gregorius Actanensis.
Dominus Johannes de Leace.
Dominus Nerses Campaniensis.
Dominus Johannes de *Mathekar*.
Dominus Gregorius Germanicensis.
Dominus Basilius Anguriensis.
Dominus David Taronensis.
Dominus Daniel de Themesca.
Dominus Stephanus Trapisanensis.
Dominus Paulus Coquanensis.
Dominus David Camando.
Dominus Gregorius *Masgacim*.
Dominus Mesrobus de *Sorcanant*.
Dominus Gregorius *Tartuyn*.

Episcopi vero nullatenses sunt isti.

Dominus Johannes.
Dominus Constantinus.
Et alius Dominus Johannes.
Dominus Stephanus.

Et episcopi de curia Catholicon.

Dominus Sergius.
Dominus Basilius.
Dominus Gregorius.
Et publicus notarius dominus Basilius.

Et magistri ecclesiæ sunt isti.

Dsniel de ordine Minorum lector Sissi.
Bssilius lector de *Mageguar*.
Johannes magister domus catholicon.
Magister Stephanus.
Magister Nerses de *Pesenant*.

Et abbates monasteriorum sunt hi.

Johannes abbas de *Agner*.
Karabet abbas de *Cirorim*.
Thoras habbas de *Moismor*.
Stephanus abbas de *Quessedaa*.
Johannes abbas de *Pelor*.
Constantinus abbas de *Lesernat*.
Herabiet abbas S. Romani.
Johannes abbas de *Kaylcoyn*.
Leon abbas de *Quemerquecon*.
David abbas de Perger.

De ordine sacerdotum idoneorum sunt isti.

Leon archipresbyter palatii regis.

Jacobus archipresbyter Sisi, & alii sacerdotes.

Basilius archipresbyter de Athana, & alii sacerdotes.

Deodatus archipresbyter de Tharso, & alii sacerdotes.

Constantinus sacrista, etiam sacristæ majorum ecclesiarum.

A Constantinus de sancta Sophia, & canonici ejusdem ecclesiæ.

Johannes de sancta *Ethemacine*, & aliqui canonici ejusdem ecclesiæ.

Congregati insimul legimus & audivimus libellum errorum & falsitatum, quem in omni parte sua examinavimus, & separavimus veritates orthodoxæ fidei & sacramentorum sanctæ ecclesiæ a falsis & variis erroribus, quos nobis imposuerunt, sicut quemlibet in articulis errorum ubi memorantur, manifestamus piissimo & sacratissimo patri nostro domino Clementi papæ Romano, successori præmemorati domini Benedicti & apostolicæ sedi ejus. Scilicet fidem & sacramenta sancta, secundum ritum & mo- B dum, secundum quem habuit ecclesia Armenorum, & nunc habet & confitetur. Et errores aliquorum Armenorum, quæ quandoque demanaverunt, tamen a nobis non recipiuntur, sed spernimus semper & condemnamus errores hæreticorum alienigenarum, quos non tenuimus, nec habemus, & quos alias non audivimus, quos false nobis imposuerunt, condemnavimus omnes cum anathemate, sicut semper apud vos anathematizati sunt. Et hæc patent in præsenti libello malorum, in cujus principio dicit hoc.

Et primo, quod aliqui antiqui magistri Armenorum dixerunt & prædicaverunt, quod Spiritus sanctus procedit a Filio, sicut & a Patre.

RESPONSIO. Verum est hoc, quod quamvis valde parum habeamus super ista materia, C tamen in aliquibus locis invenitur in libris nostris processio Spiritus a Filio sicut a Patre, sicut in oratione Pentecosten, quæ omni anno communiter legitur in tota ecclesia Armenorum, & oratio dicit sic: *Qui es, Domine, Dominus virtutum, & Deus verus, fons luminis, & in te procedens inscrutabiliter ex Patre & Filio, mirabilia operans Spiritus sanctus*. Et S. Cyrillus dicit: *Necesse est Spiritum Filii confiteri esse essentiæ, quia sicut ab ipso est secundum essentiam, ad creaturas ab eo missus renovationem operatur*; & similia. Sequitur.

Sed a sexcentis & duodecim annis citra, magistri & prælati, & alii Armeni de majori Armenia, dimiserunt prædicare & dicere, quod Spi- D *ritus-sanctus procedat a Filio sicut a Patre, quia in dicto tempore factum fuit concilium apud Armenos, ubi fuerunt Catholicon, episcopi & magistri Armenorum & patriarcha Assyriorum, et ibi determinaverunt, quod de cetero non diceretur apud eos, quod Spiritus-sanctus procederet a Filio sicut et a Patre, et condemnaverunt antiquos doctores Armenorum, qui fuerant ante dictum concilium, eo quod dixerant et docuerant quod Spiritus sanctus procedit a Filio, sicut a Patre; persecuti sunt incarcerando eos et in vinculis ponenda; et sic apud Armenos nullus audet hoc dicere vel docere, nisi soli illi, qui reuniti sunt sanctæ Romanæ ecclesiæ.*

RESPONSIO. Hæc omnia sunt verba con- E fusionis noviter inventa, & absque veritate, quoniam si tale quid inter Armenos fuisset factum de processione Spiritus, tunc vel per libros, vel per successionem pervenisset ad nos, quod tamen numquam audivimus, & quod supradicta non sunt vera duplici ratione manifestamus. Primo, quia dicitur in primo articulo. Et sic apud Armenos nullus audet hoc dicere vel docere; sed nos ostendimus in prima parte hujusmodi articuli in oratione Spiritus sancti, quod per totam ecclesiam Armenorum Spiritus-sanctus præ-

ANNO CHRISTI 1342.

prædicatur, ut dicitur, procedere a Filio sicut & a Patre. Secundo, quia dicit, quod in concilio illo erat patriarcha Assyriorum; & in tertio articulo dicit, quod in dicto concilio condemnaverunt concilium Calcedonense; sed concilium ubi invenitur fuisse patriarcha Assyriosum & contra concilium Calcedonense, illud est concilium Manasgardense, & ibi non fit metio de processione Spiritus. Ergo falsum est quod dicunt. Item, sciendum est, quod quando processio Spiritus-sancti determinata fuit a Filiu sicut a Patre per ecclesiam Romanam, quamvis Græci contrarii fuerint, tamen magistri Armenorum cum synodo receperunt, sicut invenitur apud nos in historiis, quæ sunt in majori Armenia; sed nomen papæ qui misit, manifeste non habemus; & in minori Armenia, tempore regis magni HECON, & catholicon dom. CONSTANTINI, GREGORIUS papa misit legatum, & mandavit per epistolam dicere & confiteri Spiritum-sanctum procedere a Filio sicut a Patre, & ipsi cum concilio receperunt, & confirmaverunt, & miserunt in Oriente, & illi etiam receperunt & consenserunt; sed post tempora unionis nostræ cum ecclesia Romana, magis declaratum fuit & dispersum in tempore ESIN regis & domini CONSTANTINI catholicon. Illud vero quod dicunt, quod de novo uniti ecclesiæ Romanæ dicunt processionem a Filio sicut & a Patre, verum est. Sequitur.

Et si quandoque invenitur in libris eorum, quod Spiritus-sanctus procedit a Filio, hanc processionem Spiritus-sancti intelligunt de ejus processione temporali ad sanctificandam creaturam, non de processione ejus æterna, qua processit æternaliter a Patre & Filio in esse personali.

RESPONSIO. Et hoc etiam non est verum, quoniam ubi in libris nostris invenitur Spiritus-sanctus procedere a Patre & Filio, vel spiritualiter, vel una persona, ubi verba non aspiciunt, nec dirigunt ad creaturas, sed ad personas Patris & Filii, tunc illam pro æterna processione intelligimus, sicut in oratione superius; sed quando datur vel mittitur Spiritus-sanctus a Filio ad creaturas renovationem operari & sanctificare, tunc illam intelligimus pro temporali ejus processione: ideo non bene dicunt:

Item, quod Armeni articulum fidei in symbolo positum de Spiritu-sancto sic pronuntiant: Credo in Spiritum-sanctum, increatum & perfectum, qui locutus est in lege, & prophetis, & in evangeliis, & descendit in Jordane, & prædicavit in apostolis, & habitat in sanctis. *Nullam mentionem facientes, quod Spiritus-sanctus procedat a Patre, vel a Patre & Filio.*

RESPONSIO. Sciendum est, quod *increatum & perfectum* addiderunt sancti patres contra hereticos, qui creatum & imperfectum Spiritum dicebant. Et illud quod dicit, quod nullam mentionem faciunt in simbolo, quod Spiritus-sanctus procedat a Patre, nec a Patre & Filio, quamvis in aliquibus locis ex defectu scriptorum & ex negligentia prælatorum invenitur, sicut dicunt supra; communiter tamen invenitur in libris, & sic dicitur in ecclesia Armenorum, *& in Spiritum sanctum, qui a Patre emanat.* Et postquam ecclesia Armenorum unita fuit cum ecclesia Romana, dicimus manifeste & docemus Spiritum sanctum procedere a Filio sicut a Patre. Sequitur.

Quando tamen legunt evangelium Johannis, ubi dicitur, quod Paraclitus procedit a Patre, hoc dicunt & confitentur.

RESPONSIO. Verum est hoc. Sequitur.

Sed multi ex eis negant quod Spiritus-sanctus procedat a Filio. Et si aliqui hoc credant, tamen non audent hoc manifeste dicere.

RESPONSIO. Numquam invenimus, quod ecclesia Armenorum contraria fuit processioni Spiritus-sancti a Filio, vel quod non ausa fuerit confidenter predicare, maxime nunc; quia unita est ecclesiæ vestræ, licet membra Christi non fuerint sine aliquibus adversariis. Sequitur.

Licet in concilio Calcedonensi non fuit determinatum expresse, quod Spiritus-sanctus procederet a Filio sicut & a Patre, sed hoc fuerat determinatum in conciliis Constantinopolitano & Ephesino; quod tamen concilium Calcedonense approbavit determinationem in dictis conciliis prioribus, ideo reprobando dictum concilium Calcedonense, dicti Armeni reprobaverunt dicta concilia, quæ per dictum concilium approbata fuerunt, inter quæ erat, quod Spiritus-sanctus procedit a Filio sicut & a Patre.

RESPONSIO. Conciliom Calcedonense aliqui de Armenis non propter hoc reprobaverunt, quia recipit Constantinopolitanum & Ephesinum concilia, etiam determinata in eis quæ Armeni universaliter recipiunt sancta & orthodoxa cum omnibus determinationibus suis, & festivant omni anno in memoriam eorum, qui non reprobaverunt concilium Calcedonense; propter hoc fuit, quia ab aliquibus malis & falsis seminantibus turbationem in ecclesia, quos abhorret Spiritus-sanctus, diffamatum fuit apud Armenos, quod sanctum & gloriosum concilium Calcedonense recepit hæreses Nestorii; ideo crediderunt aliqui Armeni ignoranter errantes, & reprobaverunt sanctum concilium, & nefandum judicaverunt. Et causa non recipiendi Leonem papam fuit duplex. Primo, quia in quatuordecim capitulis epistolæ suæ, quam misit ad synodum Calcedonensem, invenitur hoc verbum: *Verbum caro factum est, & tabernaculavit in nobis*, sicut in lingua nostra est translatum: apud vos vero quomodo invenitur ignoramus. Et hoc reprobant Armeni. Secunda est, quia erat caput & celebratur concilii Calcedonensis; sed aliqui perversi, qui diffamaverunt concilium Calcedonense, dixerunt ipsum habere errorem Nestorii; similiter & caput concilii, B. Leonem, quem nos sanctum reputamus simul cum concilio, & docemus ignorantes.

Item, quod in dicto concilio condemnaverunt concilium Calcedonense, ex eo principaliter, quod in dicto concilio Calcedonensi erat determinatum, quod in Domino JESU CHRISTO erant duæ naturæ, humana scilicet & divina, & unica persona subsistens in duabus naturis; & in dicto concilio determinaverunt, quod sicut in Domino JESU CHRISTO erat una persona, ita erat una natura divina, & una voluntas & una operatio; & anathematizaverunt dicentes contrarium, & illos qui contrarium dicebant persecuti sunt, eos incarcerando, vinculando, & morti tradendo; in dicto etiam concilio condemnaverunt B. Leonem papam & epistolas ejus, quas miserat ad concilium Calcedonense & ad Flavianum patriarcham Constantinopolitanum, in quibus B. Leo scripserat, quod in Domino JESU CHRISTO erant duæ naturæ, & una persona, duæ voluntates & duæ operationes.

RESPONSIO. Sciendum est, quod concilium

ANNO CHRISTI 1342.

um Manasgardense factum fuit contra Armenos illos, qui a tempore ESDRAS catholicon usque tunc receperant concilium Calcedonense & determinationes ejus, ut manifeste invenimus & causam condemnationis Calcedonensis concilii posuimus in secundo articulo, quod Armeni illi, qui reprobaverunt concilium Calcedonense, propter hoc fuit, quod divulgatum fuit, quod recepit hæreses Nestorii. Sed post hoc fuerunt duo concilia facta, unum in Sisio per dominum GREGORIUM, secundum in Adana per dominum CONSTANTINUM, contra dictum concilium Manasgardense, quæ sine comparatione erant solemniora, quam Manasgardense concilium. Et in conciliis Sisii & Adanæ determinatum fuit contra determinationes Manasgardensis concilii, scilicet recipere concilium Calcedonense & determinata in eo per sanctos patres, qui propter duas naturas, voluntates & operationes Christi Domini determinaverunt taliter sicut fuerunt in Christo propter perfectam humanitatem & divinitatem ejus, sicut nunc habet universalis ecclesia Romana, & nos eadem confirmando facimus, & docemus, sicut prænominati prædecessores nostri determinaverunt. Sequitur.

Et in dicto etiam concilio Dioscorum condemnatum per dictum concilium Calcedonense canonizaverunt, & pro sancto haberi voluerunt, & adhuc ter in anno faciunt festum de eo, sicut de sancto, & eum laudant ut sanctum, & maledicunt B. Leonem & concilium Calcedonense, qui condemnaverunt dictum Dioscorum. Dicunt etiam, quod illi qui consenserunt determinatis in dicto concilio Calcedonensi, Christum negaverunt.

RESPONSIO. Sciendum est, quod Dioscorum ideo aliqui tamquam sanctum receperunt, quia audierant, sicut scriptum est, quod concilium Calcedonense recepit hæreses Nestorii, & dictus Dioscorus contrarius fuit concilio Calcedonensi, quasi zelator veritatis. Ideo excommunicaverunt concilium Calcedonense & papam Leonem, quasi divisores veritatis ecclesiæ, & cum canticis semel in anno laudant ipsum Dioscorum sicut testem veritatis. Et hoc tunc faciebant, quando ignorabant veritatem; sed postea scientes veritatem, cessaverunt a quinquaginta annis citra in Cilicia & in Armenia majori, qui obediunt nobis, & dictum canticum extraxerunt de libris, & novum canticum composuerunt pro sancta synodo Calcedonensi. Et est hoc: *Ex duabus naturis unitis, inconfuse ostendistis unum Filium, unum Deum, unum Christum. Idem Deum Verbum cum corpore indivisum, Verbum incarnatum. Ergo matrem Dei genitricem.* Non in humanatione Verbi confundimus naturam corporis in rem fantasticam, & non duas personas divisas unum, id est Christum, dividimus; & propterea anathematizamus Nestorium, & contra illos, qui reprobant concilium Calcedonense & determinata in eo.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod peccatum primorum parentum personale ipsorum tam grave fuit, quod omnes eorum filii ex semine eorum propagati, usque ad Christi passionem merito dicti peccati personalis ipsorum, damnati fuerunt, & in inferno post mortem detrusi.

RESPONSIO. Mente genita & de novo inventa sunt hæc verba, quia transgressionem mandati Dei a primis parentibus intelligimus personale peccatum eorum, unde ortum fuit peccatum originale in natura, per quod iverunt nati ex eis in infernum, etiam propter actualia peccata sua, sicut de Dathan & Abiron, ut habetur num. x. propter inobedientiam suam, & non propter transgressionem primorum parentum descenderunt *vivi* in infernum, & cooperti sunt terra, & perierunt in medio multitudinis populi. Et Luc. xvi. dicitur: *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno*. Et hæc etiam veritas Dei non propter causam peccati personalis Adæ dicit, sed quia erat homo dives, per quem ostendit abundantiam divitiarum & concupiscentiam oculorum: qui induebatur purpura & bisso, & per hoc designat superbiam & vanam gloriam hujus vitæ; & comedebat quotidie abundanter, & per hoc designat delicias & desideria carnis: quibus de causis hic dives, & alii etiam homines vadunt ad infernum, & non propter peccatum personale Adæ; & alia multa similia, quæ propter brevitatem dimittimus. Sequitur.

Non propter hoc, quod ipsi ex Adam aliquod peccatum originale contraxerint, cum dicat pueros nullum omnino habere peccatum, nec ante Christi passionem, nec post.

RESPONSIO. Sciendum est quod hæresis ista est Pelagiana, & Cælestini, qui Armeni non erant. Nam isti dicebant, quod peccatum primæ transgressionis non originaliter transit ad alios, sed consequenter, scilicet eadem operando; & ideo dicebant, quod in parvulis peccatum non est, & sic dicebant, quod in baptismo parvulorum non fit remissio peccatorum, & contra hæresim istam in Quarqueton fuit concilium, & anathematizati fuerunt a sanctis patribus, qui negant & non confitentur, quod parvuli baptizentur in remissionem peccatorum, vel quod nihil de Adam traxerint de originali peccato, quod necesse est purgari per lavacrum regenerationis. Nos pariter cum dictis sanctis patribus supra scriptam hæresim una cum hæreticis anathematizavimus, & anathema sit adhuc. Amen. Quod autem manifestum sit, quod ecclesia Armenorum in errore isto numquam fuit, ponimus orationes ecclesiæ Armenorum, per quas petit noviter natis remissionem peccatorum in baptismo, & alias gratias. Et sunt hæ. *Misisti apostolos tuos jubens prædicare & baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti omnes gentes. Sed ordinasti verissimo verbo tuo non renatis ex aqua & Spiritu vitam æternam non videre: a quo verbo pertimescens servus tuus, desiderans vitam æternam, venit voluntarie ad baptismum hujus aquæ spiritualis.* Deinde dicit: *Concede aquam istam, in qua nunc baptizatur iste in remissionem peccatorum, & in receptionem Spiritus-sancti, in adoptionem Patris cælestis, in hæreditatem regni cælorum, ut sanctificatus a peccatis, in beneplacito tuo fiet in hac vita, & in futuro bonum indeficiens recipiat cum omnibus sanctis*. Item, alia oratio.

Qui vocasti servum tuum, Domine, in sanctificationem & illuminationem baptismi, rogamus te, Domine, fac hunc dignum magna gratia, & exspolia ab eo antiquitatem peccati, & exspolia ab eo antiquitatem peccati, & cetera. Post vero formam baptismi in oratione, quæ incipit, *Qui illuminasti*, sequitur sic: *Liberasti eum, sanctificasti et justificasti, ei dedisti adoptionis honorem*. Nunc cogitent subtiliter quomodo ecclesia Armenorum parvulis de quo peccato remissionem peccatorum petit, & a quibus peccatis parvulos dicit & credit liberari, sanctificari, & justificari. Igitur

ANNO CHRISTI 1341.

tur uon de actuali, quod non habent. Ergo necesse est dicere & confiteri, quod de originali, & necesse est ipsos confiteri, quod falsum dixerunt. Sequitur.

Sed dicta damnatio ante Christi passionem eos sequebatur ratione gravitatis peccati personalis, quod commiserunt Adam & Eva transgrediendo divinum præceptum eis datum.

RESPONSIO. De hoc superius respondimus quomodo intelligimus in principio hujus capituli. Sequitur.

Sed post Domini passionem, in qua peccatum primorum parentum deletum fuit, pueri qui nascuntur ex filiis Adæ non sunt damnationi subjecti, nec in inferno ratione dicti peccati sunt detrudendi, quia Christus totaliter peccatum primorum parentum delevit in sua passione.

RESPONSIO. Hoc falsum est, quia apostolicæ & evangelicæ doctrinæ, quibus credimus, & etiam ordinationibus ecclesiæ Armeonrum contrarium est; quia quamvis personale peccatum primorum parentum deletum fuit per passionem Christi, tamen originale necesse est per baptismum mundari. Ideo dicit Christus: *Qui non renascitur ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei*. Et Petrus etiam dicit: *Baptizetur quilibet vestrum in nomine JESU CHRISTI in remissionem peccatorum vestrorum, et recipiatis gratiam Spiritus-sancti*. Et secundum fidem & consuetudinem ecclesiæ Armenorum, nullus potest intrare ad vitam, nisi solum illi, qui per regenerationem baptismi sunt mundati a peccatis, sicut superius in oratione manifestavimus. Igitur non est verum, quod dicunt.

Item quidam magister Armenorum vocatus Mechicarim, qui interpretatur Paraclitus, de novo introduxit & docuit, quod anima humana filii propagatur ab anima patris sui, sicut corpus a corpore; & angelus etiam unus ab alio: quia cum anima humana rationalis existens, & angelus existens intellectualis natura, sunt quædam lumina spiritualia, ex seipsis propagant alia lumina spiritualia, & in hoc sequuntur eum quasi omnes de provincia Argiciensi, quæ est magna provincia continens VII. dietas. Alii vero Armeni non dicunt hoc, sed quod Deus omnes animas creat; & Armeni de dicta provincia habent illum Mechitarim pro sancto.

RESPONSIO. Tale quid ab aliquo alio non audivimus de supradicto Mechicarim, & illis qui hoc dixerunt non est dignum nobis credere, quousque certificati fuerimus a fidelibus viris, quia ipsi etiam maxima mala dicunt de Armenis, quæ numquam audivimus. Tamen hic error, quod anima hominis propagatur ab anima patris sui, sicut corpus a corpore, & unus angelus ab alio, semper fuit excommunicatus in ecclesia Armenorum, & maledictus sit, quia dicta ecclesia sicut semper credidit, ita idem credit, quoniam animæ creantur noviter a Deo, & in tempore animandi simul fit creatio animæ de novo a Deo & positio in corpus: animæ vero virorum post quadraginta dies semioia, & mulierum post octuaginta dies, sicut dicit Gregorius Nyssenus. Sicut audivimus supradictus Mcehicarim mortuus est, mittens magistris ut caveant, quod si inveniatur talis error factus, quod non attendant, nec consentiant, & si aliquis libellus ejus remanserit, in quo talem blasphemiam locutus fuerit, tollatur & igni comburatur.

Item, dicunt Armeni, quod animæ puerorum qui nascuntur ex Christianis parentibus, post Christi passionem, si moriantur antequam baptizentur, vadunt ad paradisum terrestrem, in quo fuit Adam ante peccatum. Animæ vero puerorum, qui nascuntur ex parentibus non Christianis, post Christi passionem, & moriuntur sine baptismo, vadunt ad loca, ubi sunt animæ parentum suorum ipsorum.

RESPONSIO. Ecclesia Armenorum inter pueros non baptizatos, sive de Christiania sint nati, sive de infidelibus differentiam non facit, sicut suppoount in articulo; sed eos uniformiter secundum sententiam Domini privat a paradiso cælesti, & quamvis gloriam non habent, nec pœnam sensibilem habebunt, ut dicit Saulius, pueri fidelium qui non baptizantur, & pueri infidelium, nec ad pœnam intrabunt, nec ad regnum, quoniam nec bonum nec malum fecerunt; & locum in quo vadunt non manifeste ostendunt, sed indifferenter dicebant, quod vadunt ubi Deus ordinavit pro eis, & non sicut ipsi dicunt, quod vadunt in paradiso. Postea vero addiscentes a vobis quod vadunt in limbo, qui est super infernum, & de hoc docti sic dicimus, quare reprehenditur falsitas eorum.

Item, dicti Armeni dicunt, quod animæ hominum adultorum, qui mortui sunt vel morientur post Christi passionem, vadant in aere vel in terra, quæ est juxta paradisum terrestrem, vel alibi, ubi Deus ordinat ipsas manere usque ad diem judicii, sive sint Christiani, sive non. Nulla tamen anima ipsorum vadit ad infernum, vel paradisum cælestem vel terrestrem, usque ad dictum tempus judicii.

RESPONSIO. Omnia supradicta sunt falsa, & criminosa dicere communiter esse in ecclesia Armenorum, quia quamvis aliqui de magistris habentes opinionem Græcorum, dicebant quod animæ justorum, quamvis in requie sint, tamen usque ad resurrectionem generalem, quando animæ accepturæ sunt corpora sua, in regnum cælorum non ibunt; tamen ecclesia Armenorum, maxime nos omnes justas animas de quocumque statu sint, cantamus & credimus, quod iverunt & vadunt ad vitam æternam, & non juxta paradisum, & ad alia loca sicut supra dicit. Unde primo cantamus de B. Virgine: *Hodie (in) habitaculum Spiritus-sancti supernæ virtutes transmutantur in cælum, introiens in supernam Jerusalem, in thalamum incorruptibilem, in incredibilem Creatoris..cum Trinitate*, & alia similia multa. De Adam autem dicitur. *Qui fructum vitæ ex te obtulisti mortuo Adæ, cujus cum jejuniis quadraginta dierum gustum fructus purgavit, & in vitam sine fine perduxit eum.* De prophetis: *Qui morte tua, Domine, dolores mortis solvisti, descendens in infernum reduxisti tecum animas justorum prophetarum ad lumen sine umbra*, &c. De apostolis: *Qui recepit ad vitam incorruptibilem sanctos apostolos, & collocavit in lucidis*. Item: *Passi fuerunt pro Christo, & in eum posuerunt spem suam, & sanguinem suum effuderunt in terram, & coronati sunt de immortali rege*. De martyribus: *Cum victoriosa patientia complevistis cursum vestrum, & translati fuistis de terrenis ad cælestia, & recepistis a Christo coronam incorruptibilem*. Item: *Qui de exercitu terrenorum militantes tibi cælesti regno, collocati sunt cum angelis in cælis testes tui veraces*. De confessoribus: *Splendent justi in regno; & anachoriten, in requie martyres coronantur.*

ANNO CHRISTI 1342.

☞ *tur*. Lampades virginum accenduntur, *Domine, cum eis qui te Deum confitentur*. Item: *Qui cursum suum perfecerunt cum beneplacita tuo, Christe, & coronam incorruptibilem receperunt de te*. Iterum: *Martyrizati per angustias contra inimicum, & transmutati sunt in regnum cælorum*. De virginibus: *Ædificia cælestia in terra firmata, & columnæ lucidæ ad cælum erectæ ipsæ ascenderunt, & aliis ostenderunt viam desiderabilem supernæ Jerusalem*. Iterum: *De gloria ad gloriam exaltatæ, gloriantur in honore & gloria triginta septem, quoniam hic est munus beatarum virginum, quæ immarcescibiliter coronatæ fuerunt in æternum sine fine*. Iterum: *Plusquam luminaria in media stellarum splendent in choris angelorum filiæ supernæ Jerusalem*. Generaliter autem pro omnibus defunctis dicimus: *In civitate Domini virtutum, & in civitate regis magni; ubi congregatio sanctorum est in pace ibunt cum spe, & requiescent in choris angelorum, videntes lumen æternum*. De illo autem, quod dicebatur, quod nulla anima ibat ad infernum, Matth. VII. dicitur: *Lata est porta & larga via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam*. Quod audientes, ceedimus quod nunc post passionem Domini, multi secundum verbum Domini per latam portam et largam viam vitiorum inteant infernum. Idem Apocalypsis XX. dicit: *Mors & infernus dederunt mortuos suos & judicati sunt, quilibet secundum opera sua, & mors & infernus traditi sunt in stagno ignis, hæc est mors secunda, & qui non fuit in libro vitæ scriptus, projectus fuit in stagno ignea*. Beatus Johannes, cujus veebis firmiter & sine scrupulo credimus sicut Cheisto, manifestat quod mors, quæ est diabolus & infernus, nunc recipiunt filios perditionis post mortem, & in finali judicio dandi sunt judici omnium, ut unusquisque respondeat de factis suis, & quia filiorum perditionis nulli inveniuntur in libro vitæ, a judice simul cum morte & inferno iterum in lacum igneum mittentur, id est in inferno sæcula sæculorum, qui est mors secunda. Iterum B. Cyrillus a quodam interrogatus: Recordantur ne de nobis animæ recedentes a nobis sicut angeli, aut non? Respondit, animæ sanctorum recordantur omni tempore: tamen peccatorum, qui in inferno sunt, Dei non recordantur. Qualiter ergo nosti? Audi de hoc quid dicit David, *Non est in morte, qui memor sit tui*, aut, *in inferno quis confitebitur tibi?* Iterum: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum*. Ecclesia Armenorum habet & prædicat, quod post passionem Domini peccatores non pœnitentes vadunt ad infernum, & justi ad regnum cum anima, sed post finale judicium ibunt cum anima & corpore, sicut superius menifestavimus, & non sicut in illo mendacio, quod dicitur in articulo, quod nulla anima illorum vadit ad infernum vel regnum: & si sunt aliqui simplices & errantes, qui sunt extra veritatem, qui de regno & inferno aliud dicunt vel scribunt, eos non recipimus, sed habemus ut contrarios veritati & errantes. Sequitur.

Et ut dicunt, animæ puerorum non baptizatorum ad generale judicium veniunt cum corporibus suis, & post judicium ibunt ad paradisum terrestrem, in quo volabunt sicut columbæ de una arbore ad aliam, & sicut angeli de cælo ad terram, & de una parte ad aliam; non tamen habebunt gloriam, nec sustinebunt pœnam aliquam.

RESPONSIO. Hæc omnia sunt falsa et A fantastica verba, et etiam respondimus supra in sexto articulo. Sequitur.

Post generale vero juditium, animæ adulterum ibunt ad loca, quæ eis deputabuntur post dictum generale judicium.

RESPONSIO. Justi ad vitam æternam, et peccatores ad tormenta, sicut superius dictum est, et non aliter.

Item, Armeni dicunt, quod animæ puerorum baptizatorum & animæ multum perfectarum hominum, post generale judicium intrabunt in regnum cælorum, ubi carebunt omni mala pœnali hujus vitæ, quia nec esurient, neque sitient, nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælis, nec peccare poterunt, nec cadere a statu, B *in quo erunt*.

RESPONSIO. Hæc omnia vera sunt non solum pro valde perfectis hominibus, sed et pro omnibus animabus justorum, quæ nunc sine corpore inteant in vitam, et post generale judicium cum anima et corpore simul. Sequitur.

Non tamen videbunt Dei essentiam, quia nulla creatura eam videre potest; sed videbunt claritatem Dei, quæ ab ejus essentia emanat, sicut lux solis emanat a sole, & tamen non est sol.

RESPONSIO. Hoc quod dicit, quia non videbunt essentiam Dei, &c. sicut supra, contrarium est evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, quibus credit ecclesia Armenorum, quoniam C eodem modo videbimus Deum sicut & angeli vident. Unde de angelis Matth. XVIII. *Angeli eorum videbunt semper faciem Patris mei, qui in cælis est*. Et quod nos etiam sicut angeli Deum videbimus, ad Cor. XIII. testatur: *videmus nunc per speculum & in ænigmate; tunc facie ad faciem*. Facie ad faciem dicit, quoniam videbimus manifeste essentiam Dei. Item Apostolus comparando visionem illam manifestat, & dicit: *Nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam, sicut & cognitus sum*, id est, sicut Deus videt & cognovit nos tunc, & nos etiam videbimus Deum, secundum mensuram dignitatis & potentiæ nostræ, & non quantum Deus seipsum videt. Et quod videbimus Dei essen- D tiam Johannes testatur: *Scimus, quod quando ille revelabitur, similes ei erimus; quia videbimus eum sicuti est*. Scilicet quia videbimus essentiam, magnitudinem, claritatem, sapientiam & bonitatem ejus, quæ omnia in Deo Deus sunt: tamen non tantum quantum ipse se videt; & scientia Dei est immensa, infinita, incomparabilis, incomprehensibilis, & incircumscriptibilis.

Item, in Canticis nostris cantat ecclesia nostra: *Christe Deus noster, concede nobis cum Petro & filiis Zebedæi esse dignos divinæ visionis tuæ*. Item: *Munda, Domine, peccatorum servorum tuorum sensus, & concede videre te, & audire paternam vocem: Hic est Filius meus dile-* E *ctus*. Vide quoniam hic et in multis aliis locis petimus videre essentiam Dei, tamen si sunt aliqui ignorantes, quos nescimus, qui dicunt vel scribunt sicut superius in articulo, non acceptantur a nobis; sed potius reprobantur et spernuntur. Sequitur.

Et in dicta visione dictæ claritatis erunt diversi gradus, ita quod perfectius dictam claritatem videbunt angeli, quam quicumque homines; & prophetæ, & apostoli, & martyres, & virgines, quam pueri baptizati. Et in hoc dicunt, quod consistit sanctorum perfectorum & puerorum baptizatorum beatitudo.

RE-

ANNO CHRISTI 1341.

RESPONSIO. Quamvis diversos gradus ponimus in visione divinæ essentiæ, tamen non in claritate, quæ non est Deus, ut videtur dicere in articulo; quia claritas Dei & omne quod essentialiter est in Deo Deus est, & differentiam graduum visionis Dei sic dicimus, quoniam essentia Dei videbitur, & diligetur intentius ab uno, quam ab alio; quia quemadmodum virtus intellectualis unius magis erit perfecta lumine gloriæ, quam alterius, tanto magis videbit unum & eumdem Deum; sicut in sensibilibus etiam unus & idem sol a multis plus & minus videtur secundum quantitatem virtutis visivæ, & quod unus plus videbit, quam alter, Paulus testatur ad Corinthios xv. *Sicut stella alia stella est gloriosior, sic & in resurrectione.*

Item, de pueris non baptizatis & de non perfecte justis hominibus, qui simul non pervenerunt ad perfectionem apostolorum, martyrum, confessorum & virginum, Armeni dicunt, quod post generale judicium ibunt ad paradisum terrestrem & non cælestem, ubi carebunt omni molestia corporali, & delectabuntur inter ligna paradisi; non tamen comedent nec bibent, nec nubentur, & ita perpetuo ibi remanebunt, & in hoc consistet eorum beatitudo.

RESPONSIO. De pueris non baptizatis numquam audivimus, & falsitas hujus dicti per se patet, quia animæ puerorum non baptizatorum & imperfecte justorum hominum in unam requiem ire valde est inconveniens propter tres causas. Primo, quia parvulus opera bona non habet. Secundo, quoniam cum originali peccato decessit. Tertio, quia ad gratiam baptismi non pervenit: tamen imperfecte justorum animæ istorum trium contrarium habent. Primo, quia purgati sunt ab originali peccato. Secundo, quia habent gratiam baptismi. Tertio, quia operati sunt opera bona. Ergo inconveniens esset istos in unam requiem ire. Sequitur.

Differentia tamen erit inter pueros non baptizatos Christianorum filios, & adultos non perfecte justos; quia adulti non perfecte justi habebunt coronam de lumine ignis, quo terra comburetur ante judicium, videbunt etiam claritatem ligni crucis Christi: quæ claritas tunc maxima erit, quia omnes claritates quæ sunt in hoc mundo, adjungentur claritati Christi; & dicti adulti, secundum quod magis vel minus perfecti erunt, dictas coronas luminis differentes habebunt, & dictam claritatem crucis Christi differenter videbunt, secundum eorum merita: dictas tamen coronas luminis non habebunt pueri non baptizati, nec videbunt claritatem crucis Christi, & in hoc erit differentia inter illos.

RESPONSIO. Quamvis igitur Armeni dicant, quod in adventu secundo Christi sancta crux glorificata apparebit ante eum, & de hoc docti per evangelium Matthæi. *Tunc apparebit signum filii hominis in cælo, et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli in virtute et gloria multa.* Unde alias infamias nunquam audivimus, & sunt mendacia mente genita, & ecclesia nostra de supradictis intelligit sicut superius diximus.

Item, dicunt quod mediocriter homines mali Christiani post generale judicium non ibunt ad paradisum cælestem vel terrestrem, sed remanebunt in terra, in qua nunc habitant homines, quæ tota erit plena arboribus, sicut paradisus terrestris; & tamen non comedent nec bibent, & tunc morientur. Et hic locus dabitur eis, ex hoc quod mediocriter mali fuerunt. Vocant autem homines mediocriter malos, homines conjugatos, & alios in sæcula communiter viventes.

RESPONSIO. Quamvis inveniatur in dictis aliquorum simplicium, quod paradisum & terram habitationem animarum dicunt post judicium, non tamen injustorum animarum, ut dicunt in articulo. Apud nos autem sive bonarum sive malarum animarum non est acceptabile, sed est spernibile & reprobabile valde, quoniam nos locum electorum post judicium vitam æternam dicimus, & damnatorum infernum, & non secundum falsitatem suprascriptæ opinionis, paradisum & terram; illud vero quod mediocriter malos vocant conjugatos, & alios qui communiter vivunt in sæculo, falsum est, & anathematizatum, quoniam nos actum legitimum matrimonii malum non invenimus esse, nec dicimus, absit, qui propter multiplicationem hominum, a Deo in natura ordinatus est; sed malum dicimus peccatum, quod est accidentale naturæ.

Item, de multum malis hominibus, sicut sunt generaliter infideles, omnes etiam Christiani malam vitam ducentes, habent duas opiniones, quarum una est, quod tales post generale judicium ponentur in oceanum, quod tunc erit igneum, & ibi graviter cruciabuntur per vermes, qui erunt sicut dracones; & sicut magis vel minus peccaverunt, ita dicti dracones majores vel minores erunt; quia ut dicunt, statim quando homo graviter peccat, dictus draco nascitur in oceano, & crescit, secundum quod plus vel minus homo peccat; & aliqui ex hominibus malis, qui multa peccata & diversa commiserunt, plures dracones ibi habebunt, quorum unus cruciabit eos in oculis, alter in auribus, & sic de aliis membris. Cruciabuntur etiam ibi dæmones, qui ibi cum eis erunt, juxta illud quod Dominus dicturus est malis: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. *Et ita perpetuo ibi mali homines cruciabuntur.*

RESPONSIO. Pœna maris oceani ignei & vermium, qui ex peccatis generantur ibi ad tormenta infidelium & peccatorum Christianorum sunt fabulæ & non acceptabilia in ecclesia Armenorum, & non omnia verba mendosa, quæ inveniuntur in libris stultorum, recipiuntur in ecclesia Armenorum; sicut & apud vos non putamus esse, & excommunicamus dictam opinionem, & si aliquando inveniantur talia in libris stultorum, non approbamus. Sequitur.

Alia vero opinio eorum dicit, quæ magis communis est apud Armenos, quod post generale judicium, nullus infernus erit, nec nunc est, nec fuit postquam Christus ad inferos descendit, & infernum totaliter destruxit; sed unusquisque peccator, peccata quæ commisit cruciabitur, & secundum quod plus vel minus peccaverit, secundum hoc a dictis peccatis cruciabitur, & sic talia peccata dicuntur esse infernus, in quo peccatores post generale judicium cruciabuntur.

RESPONSIO. Licet aliquando inveniebatur in dictis aliquorum suprascripta opinio, tamen non communiter, quia multi multis modis dicebant. Aliqui sicut supra in secunda opinione: aliqui alii dicebant, quod licet Christus animas omnium liberavit, tamen infernum non destruxit, quia dicebant, quod post judicium iterum omnes animæ peccatorum rediture erant ad infernum: & alii dicebant, quod quamvis Christus animas sanctorum, quæ exspectabant libe-

ANNO CHRISTI 1341.

liberationem ejus, liberavit de inferno, non tamen peccatorum animas, quæ damnatæ erant æternaliter in inferno. Et isti varii errores inde proveniebant, quia cum audiebant aliqui, quod Christus infernum destruxit, destructionem hanc intelligebant totaliter, & non secundum partem. Postquam vero novimus ecclesiam Romanam, scivimus hoc quod dicunt, quod post generale judicium nullus infernus erit, nec nunc est, nec fuit postquam Christus ad infernum descendit, & infernum totaliter destruxit, nocivum esse animabus. Ideo abhorremus & anathematizamus talem erroneam opinionem & habentes eam, & confitemur sicut ecclesia Romana, quod in loco suo perfectius dicemus.

Item, prædicti Armeni dicunt, quod omnes mediocriter mali in judicio cum operibus suis ponentur in statera, & si plus ponderaverint eorum mala quam bona, tunc ponentur in oceanum secundum opinionem prædictam, de qua supradictum est, & affligentur ibi secundum quod demeruerunt. Si vero plus ponderaverint eorum bona quam mala, tunc ponentur in ista terra, quæ erit arboribus plena, non tamen ita delectabilis, sicut est paradisus terrestris. Si vero bona eorum & mala æqualiter ponderent, tunc ad preces BEATÆ MARIÆ & aliorum sanctorum, Deus ponet eos in ista terra, in qua nullum malum afflictivum patientur.

RESPONSIO. Sciendum quod supradicta verba sunt fabulæ & mendacia, & tædium auditori. Ideo nolumus credere hæc nos, nec umquam talia audivimus.

Item, licet in ordinario Armenorum contineatur, quod illi qui baptizantur, etiam si pueri sint, quod veniunt ad baptismum de diaboli servitute, tamen dicunt, quod tales pueri nullum peccatum habent, sed omnino innocentes & ab omni peccato etiam originali immunes, nec dicunt, ut baptizentur, ut consequantur remissionem peccatorum; sed ut sint Christiani, & ut post generale judicium intrent cum perfectis sanctis in regnum cælorum, & ad hæc duo valet eis baptismus secundum eos.

RESPONSIO. Sciendum est, quod supradictus articulus omnino falsus est & criminosus, & in quarto articulo ubi actum fuit de originali peccato, sufficienter respondimus; sed hic etiam falsitatem hanc breviter manifestamus, quia in doctrina ecclesiæ Armenorum scilicet Actuum Apostolorum dicitur de Jesu: *Et omnes prophetæ testificantur remissionem peccatorum accipere in nomine ejus*. Et Petrus in secundo idem confirmat: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine* Jesu Christi, &c. Et quia Armeni dicunt & docent & credunt in symbolo: *Credimus unum baptisma in pœnitentiam & propitiationem & remissionem peccatorum*. Ergo Armeni accipiunt remissionem peccatorum veraciter, secundum mandatum apostoli Petri, qui credunt in Jesum & baptizantur in nomine Patris & Filii & Spiritus-sancti, secundum mandatum Christi, & purgantur ab originali peccato. Qui vero hæc mala imposuerunt Armenis, de difficili salvabuntur. Hoc autem, quod dicit: Baptizentur ut sint Christiani, & ut post generale judicium, &c. Verum est, nunc cum anima, & tunc cum anima & corpore, & non solum valet ad ista duo bona, sed etiam ab originali peccato purgat, ut superius dictum est.

Item, quod dicti Armeni dicunt & tenent quod Christus descendit ad inferos.

RESPONSIO. Quod Christus descendit ad inferos cum anima rationali, hoc verum est, ut Petrus dicit Act. 2. *Sicut & vos scitis habent definito consilio & præscientia Dei traditum in manus & affigentes in ligno occidistis, quem Deus suscitavit, solvens dolores mortis, quoniam non erat possibile eum teneri ab ea.* Et idem per prophetam confirmat dicens: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Sequitur.

Prædicavit ibi, & illas animas, quæ ei credere voluerunt, justificavit: illas autem, quæ ei credere noluerunt, in suo peccato dereliquit.

RESPONSIO. Opinionem hanc licet aliqui dixerint: tamen alii contrarium dixerunt communiter; quod post mortem per pœnitentiam non est salus nec credulitas liberandi a peccato, ut dicitur Ecclesiastes XII. *Si ceciderit lignum in austro, sive in aquilone: ubi ceciderit, ibi manebit in æternum*. Nos vero descensum Christi ad inferos ad sanctos patres dicimus, & liberationem eis factam & peccatoribus, qui condemnati erant in æternum. Illos autem una cum opinionibus suis, qui dicunt, quod peccatores, qui damnati erant in æternum, crediderunt in Christum & justificati sunt in inferno, reprobamus & despicimus. Sequitur.

Exiens autem ab inferis destruxit totaliter infernum, & omnes animas, quas ibi invenit, sive essent bonæ sive malæ, inde eduxit; & posuit eas in isto aere & terra, & circa paradisum terrestrem, ubi erunt usque ad finale judicium.

RESPONSIO. Quamvis aliqui dixerint, quod Christus exiens de inferno extraxit omnes animas bonas & malas, & dicebant malas redituras in infernum, opinio ista sicut in XIII. articulo diximus, communis non erat nec acceptabilis, totaliter ablata est; & illi qui dicebant quod omnes animæ exierunt de inferno post mortem Christi, locum proprium non ponebant, sicut in articulo dicitur. Nunc vero qualiter veraciter habemus in VIII. ostendimus. Sequitur.

Interim tamen animæ mediocriter malæ & malæ simpliciter, non patientur aliquam pœnam sensibilem, sed solum patientur timorem: mediocriter tamen malæ, quia timent suum periculum, quod erit in die judicii, ut supra dictum est, quando ponentur in statera: malæ vero simpliciter, quia timent pœnam oceani, ubi ponentur post generale judicium, patientur pœnam timoris, quæ eas multum affligit mentaliter.

RESPONSIO. In X., & XI. respondimus sufficienter de hoc. Sequitur.

Mediocriter vero malas & perfecte bonas posuit in ista terra vel aere circa paradisum terrestrem, &, ut dicunt, tales animæ sunt in magna consolatione, propter spem, quam habent de remuneratione, quam consecuturæ sunt post generale judicium. Et dicunt quod ante dictum generale judicium non erit alia remuneratio operum bonorum vel malorum, inducentes ad hoc dictum Apostoli: Oportet nos præsentari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque, prout in corpore gessit, sive bonum fuerit, sive malum.

RESPONSIO. In sexto articulo diximus de hoc tantum quod sufficit. Sapientiæ vestræ igitur hic manifestamus, quoniam magistri diversimode locuti sunt super hoc. Aliqui secundum opinionem Græcorum usque ad generale judicium retributionem bonorum & malorum, sic dicebant, sicut in articulo supra scriptum est. Alii autem dicebant veritatem, quod justæ animæ

ANNO CHRISTI 1342.

☞ mæ recipiunt retributionem regni, & peccatores retributionem inferni, sed postquam venimus in notitiam ecclesiæ Romanæ, totaliter in ultima opinione confirmati sumus.

Item quod dicti Armeni non dicunt, nec tenent, quod Christus descendens ad inferos prædicaverit dæmonibus, nec quod dæmones eduxerit de inferno.

RESPONSIO. Verum est. Sequitur.

Sed bene dicunt, quod dæmones usque ad generale judicium sunt in isto aere, vel in terra; si tamen ibi existentes aliquam pœnam sensibilem sustinent vel sustinebunt usque ad dictum generale judicium, non exprimunt. Dicunt tamen, quod patiuntur carentiam gloriæ, & quod ipsi qui prias erant clari, effecti sunt nigri, & quod multum B *timent pœnam oceani, in quo ponendi sunt post generale judicium cum malis hominibus.*

RESPONSIO. Usque ad ista tempora de sensibili pœna diaboli nec affirmabant, nec negabant. Nunc autem nos dicimus, quod ipsi puniuntur sensibiliter, & verum est, quod gloriam non habent, nec claritatem primam. Sed timor etiam fabula est, sicut superius diximus; & idem de dæmonibus, sicut de hominibus.

Item inter Armenos sunt duæ opiniones de tempore, quo fuerunt creati angeli, quia eorum aliqui dicunt, quod ante istum mundum sensibilem angeli creati fuerunt, alii vero dicunt, quod cum isto mundo sensibili creati fuerunt, sed cum cælo empireo ante omnem diem. C

RESPONSIO. Opinio Gregorii theologi hęc est, quod angeli fuerunt antequam omnes creaturæ, et dicit sic. Primo cogitabat angelicas et cælestes virtutes, et cogitatio fiebat opus, & Job. XL. *ipse est principium viarum Dei*. Et aliqui alii dicunt, quod postquam cælum, quod est locus eorum, quod tamen ante esse hominis omnes confitemur. Damascenus non putat convenientia dicta Gregorii theologi, dicens, quod decebat primo intelligibilem essentiam ducere ad esse, et deinde sensibilem et ita ex duabus hominem, tamen sanctus Nerses, Glanensis Catholicon Armenorum cælum empireum, et angelos et primam materiam a principio et de nihilo simul de novo creata dicit. D Et istius opinionem recipit ecclesia Armenorum, et omni Dominica die sic dicit cantando *noviter creavit verbum in principio cælum cælorum et cælestes virtutes incorporalium &c.* Sequitur.

Dicunt etiam, quod omnes Angeli boni creati fuerint.

RESPONSIO. Verum est, quia a creatore nullum malum vestigium in se habuerunt, sed boni erant & pro bono creati, sed, ut dicit Damascenus, non potuit comprehendere in se claritatem & honores quos dederat sibi creator; sed ipse per liberum arbitrium conversus fuit de naturali bono extra naturam, & superbivit contrariando Deo creatori suo, & rebel- E lando ei induratus est, & primo divisus a bono remansit in malitia. Quapropter malum nihil est aliud, nisi solum carentia boni, sicut tenebræ carentia luminis, & ideo qui lux creati sunt, & creaturæ & boni fuerunt. *Et vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona*, & ex libero arbitrio tenebræ factæ sunt. Sequitur.

Et in dicta bonitate steterunt, at eorum aliqui dicunt, usque ad quartam diem, quando Deus luminaria fecit. Aliqui vero eorum dicunt quod sexta die, quando Adam creatus fuit, dæmones pec- A *caverunt, & de cælo ceciderunt, per illam partem cæli, quæ apud eos vocatur Artecos * apud nos vero dicitur Galatia, cum quibus etiam per dictum foramen unus bonus angelus cecidit, & multi alii cecidissent, nisi Deus eis dixisset: Pax vobis. Ille vero bonus angelus, qui ceciderat, ad preces B. Basilii in cælo restitutus fuit.*

* *Al.* Arocea

RESPONSIO. Hæc sunt verba derisoria & puerorum, & non magistrorum, quoniam cælum est natura valde simplex, & essentiæ valde subtilis, & incorruptibilitate durabile valde, & angelus est substantia intellectualis & incorporalis, & non sicut corpus habet longitudinem & latitudinem & profunditatem, sed intellectualiter subito ibi sunt & operantur, ubi man- B dat divinæ voluntatis intimatio. Ideo quando angeli de cælo veniunt in terra, foramen non faciunt, sicut in articulo dicunt; quia si sic esset, tunc necesse esset, quod in cælo tot foramina essent, quot angeli mittuntur in ministerium hominis. Sequitur.

Dicunt etiam eorum aliqui, quod feria VI. de mane Adam creatus fuit; sed circa sextam dictæ diei Æva fuit formata, & secundum aliquos eorum eodem die fuit per diabolum tentata, secundum vero alios feria VI. sequentis septimanæ.

RESPONSIO. Versus Glanensis dicit, quod in eodem die in qua creati fuerunt ceciderunt: in tertia hora mens Ævæ per serpentem fuit decepta, & in sexta hora primus homo con- C sentiit verbis ejus, & cecidit; et Christus eadem hora elevatus fuit in cruce ad delendum peccata eorum. Et quando exivit Adam antiquus, Christus latronem posuit in medio paradisi. Illud autem, quod dicit sexta feria alterius sequentis septimanæ omnino falsum est.

Item quod Armeni communiter tenent, quod in alio sæculo non est purgatorium animarum.

RESPONSIO. Hoc verbum per unum modum verum est, & per alium non. Quod si aliquis accipiat solum non purgatorii, tunc verum est, quod Armeni a parvo tempore citra intellexerunt purgatorium; si vero dicant quod animę peccatrices, quæ cum fide, spe, & contritione & confessione exiverint de mundo, non D tamen cum perfecta pœnitentia, in alia vita nullam pœnam sustinebunt pro peccatis non satisfactis in aliquo loco vel aliquo tempore, hoc falsum est. Et per hoc patet, quod Armeni proprie pro uno defuncto & pro multis statim post mortem, & post tempora per seipsos faciunt, & aliis faciunt facere vigilias, eleemosynas & missas, & mediantibus istis bonis, petunt a Deo pro defunctis remissionem peccatorum, & a tormentis liberationem, & hæreditatem regni cælorum, & ista tria ostendimus in canticis defunctorum. Primo pro remissione peccatorum: *Quoniam te laudant principatus cælorum, scilicet rex gloriæ omnipotens et* E *omnia tenens, dimitte peccata defunctorum nostrorum, & acquiescere fac in tabernaculo tuo in regali quiete.* Item: *Qui es creator ignitorum & terrenorum; & semper glorificaris rationabilibus ministris, a te petimus, ut concedas remissionem defunctis nostris.* Item; *Deus qui es dator remissionum, dimitte peccata defunctorum nostrorum omnipotens & fortis & misericos Deus salvator & benefactor.* Secundo liberari a pœnis; *Defeci a generatione mea fatigatus. Dimisi vitam hujus sæculi, & cum vanitate corporis conversus sum in terra, unde creatus fui. Misereamini mei, misericors Deus & Salvator, & allevies dolores animæ meæ. Ecce in pace reversus sum in terra,*

ANNO CHRISTI 1342.

de qua creatus fui, renovator artifex, dator misericordiæ, miserere mei, misericors salvator, & allevies dolores animæ meæ. Tertio propter regnum Dei. *Propterea et nos te rogamus, pater cælestis, colloca defunctos nostros in supernam Jerusalem in congregatione primogenitorum scriptorum in cælis, unanimiter a te petimus Spiritum sanctum vivificantem, intercessione sanctæ Dei genitricis, fac dignos defunctos nostros in cælesti tuo sancto talamo, et cum supernis virtutibus benedicere sanctam Trinitatem*. Sed posteaquam venimus in notitiam magnæ, sanctæ & gloriosæ Romanæ ecclesiæ, recepimus & confirmavimus verba purgatorii, sicut præmemorata ecclesia, & quod nos recepimus, aliis prædicamus & docemus. Sequitur.

Quia, ut dicunt, si Christianus confiteatur peccata sua, omnia peccata ejus et pœna peccatorum ei dimittuntur.

RESPONSIO. Verum est, si pœnituerit: si vero sine satisfactione pœnitentiæ moritur; tunc ecclesia juvat eum jejuniis, orationibus, eleemolynis, & missis: quia Deus nullius mali sine punitione remissionem concedit; sed vel hac vita, vel in futuro punit, secundum Job. *Scio quod non dimittis peccatori*. Sequitur.

Nec etiam Christum orant pro defunctis, ut eis in alio sæculo peccata dimittantur.

RESPONSIO. Quamvis supra contrarium diximus sufficienter, tamen & hic modicum scribamus ad stirpandam hanc falsitatem per cantica defunctorum. *Cum natura nostra quam induisti, in ligno crucis affixus fuisti, solvendo nos a peccati primi patris vinculo, solve et hunc de transgressionibus per sanctam tuam passionem, cum plenis lampadibus introduc in talamum cum sapientibus sanctis virginibus*. Et in oratione defunctorum quæ incipit sic. *Qui regnas ab æterno recipere animam servi tui cum sanctis tuis, qui a principio placuerunt tibi, recipe hunc cum justis tuis, et in tabernacula amicorum tuorum constitue eum, et si aliquid humaniter transgressus est iste, cogitatione, verbo, et opere, tu sicut benefactor et misericors Deus, dona sibi remissionem.*

Item in oratione. *Deus animarum: Qui dixisti omnipotenti et forti verbo tuo:* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, *quiescere facias Domine Deus animam servi tui, et scribe in libro quietis gloriosæ beatitudinis, et concede ei portionem et partem in mansionibus æternis, et si transgressus est per transgressiones hujus sæculi sine fine, verbo tuo concede remissionem sibi, et ab omnibus peccatis et vanis deceptionibus libera animam hujus, et recipe in quiete tua*. Et aliæ multæ tales orationes & supplicationes, quas propter prolixitatem transimus. Sequitur.

Sed generaliter orant pro omnibus defunctis, sicut pro B. Maria, apostolis, martyribus et aliis sanctis, ut in die judicii intrent in regnum cæleste, vel in aliis locis, ut supradictum est, et quod ibi requiescant.

RESPONSIO. Licet in missali inveniatur una oratio, in qua videtur, quod pro sanctis oramus, non tamen illo modo, sicut in articulo dicitur, quod in die judicii sancta Dei genitrix, apostoli, martyres, et alii sancti intrent in regnum cælorum, ac si modo non essent. Et oratio dicit sic: *Per hunc quiescere facias omnes præcedentes defunctos sanctos patres, patriarchas, apostolos, prophetas, martyres, episcopos, sacerdotes; diaconos et totum collegium*

A *ecclesiæ tuæ sanctæ, et omnes de ordine sæculari viros, mulieres, cum fide finientes, cum quibus et nos visites pius et misericors Dominus rogamus*. Sciendum est, quod sicut habemus a domino Merces qui exponit missam, & nos etiam intelligimus, non petimus ibi pro præmemoratis, ut quiescant a pœnis, tribulationibus & laboribus. Absit, quia omnino carent miseria, & habent beatitudinem æternam; sed quia sancti Dei quiescunt & gaudent de salute nostra et honore Dei, sicut angeli gaudent de salute peccatorum. Igitur petendo in missa quietem sanctorum, petimus nobis gratiam, honorare Deum, & salvari, & collocari cum eis. Item quod oratio ista a sancto Athanasio
B dicta, qua intentione dicit, ignoramus. Sequitur.

De animabus paganorum dicunt, quod animæ eorum sunt super sepultura eorum vel in sepulcris, usque ad diem judicii, et frequenter audiuntur in sepulcris Sarracenorum voces et gemitus, et etiam quandoque anima eorum, vel dæmones pro eis videntur circa sepulcra ipsorum in diversis speciebus animalium et hominum, propter quod Sarraceni non libenter stant juxta sepulcra Sarracenorum; et ex hoc etiam quandoque Sarraceni faciunt baptizare filios suos, et innugi in diversis locis, ut post mortem non egrediantur de sepulcris; non tamen eos faciunt baptizari, ut efficiantur Christiani.

RESPONSIO. Armeni credunt & habent, quod animæ Sarracenorum & aliorum infide-
C lium, & fidelium peccatorum ante & post Passionem Christi vadunt cum anima in inferno, et post judicium etiam cum anima & corpore; sed quando Deus dæmones permittit in corpora Sarracenorum mortuorum intrare, & faciunt ea stare et ire, et alia signa quæ fiunt circa sepulcra eorum, sicut supra in articulo dicitur, putamus ex permissione Dei fieri, propter confirmationem fidei Christianorum, et ut error Sarracenorum manifestus sit Christianis, qui vident talia signa, et ex hoc judicent quod a dæmonibus sit operatio illa; et quando aliquando Christianum contingit esse prope, et nominat nomen Christi, et signat signo crucis, subito cadit corpus illud dæmoniacum, et re-
D manet immobile; et illud etiam quod quandoque Sarraceni propter supradictas causas baptizare faciunt filios suos: verum est, at ut etiam non faciant.

Item, quod Armeni credunt et tenent, quod Christus descendit de cælo, et incarnatus fuit propter hominum salutem, non pro eo quod filii propagati ex Adam et ex Eva post peccatum eorum ex eis contrahunt originale peccatum, a quo per Christi incarnationem et mortem solvuntur, cum nullum tale peccatum dicant esse in filiis Adæ; sed dicunt quod Christus propter salutem hominum est mortuus et passus, quia per passionem filii Adam, qui dictam passionem præcesserunt, fuerunt liberati ab inferno, in quo erant, non ra-
E *tione originalis peccati, quod in eis esset; sed ratione gravitatis peccati personalis primorum parentum.*

RESPONSIO. Hoc in quarto articulo respondimus falsum esse, quia secundum fidem et doctrinam Armenorum, Incarnatio et Passio Christi sine sacramento baptismi ab originali peccato non purgat, nec ante Incarnationem, nec post; sed per baptismum purgat, sicut ante per circumcisionem: quara veritas Dei Dicit: *Qui non regeneratur ex aqua et Spiritu, non potest intrare regnum Dei*. Sequitur.

Cre-

ANNO CHRISTI 1342

Credunt etiam, quod Christus propter salutem puerorum, qui nati fuerunt post ejus passionem, incarnatus fuit & passus; quia per suam passionem destruxit totaliter infernum & ita post ejus passionem nullus ex dictis pueris vadit ad infernum.

RESPONSIO. Gratia salutis puerorum Christus dedit baptismum, & mandavit baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus-Sancti, & non destructionem inferni, ut mentitur hic, & quod etiam alias non audivimus. Sequitur.

Credunt etiam, quod propter salutem hominum adultorum Christianorum Christus fuerit incarnatus & passus; quia si tales pœniteant de peccatis suis, post ejus passionem, quando moriuntur, non vadunt ad infernum.

RESPONSIO. Verum est, quia (per) pœnitentiam Christiani post passionem Christi non vadunt ad infernum; sed ad Christum in cælo secundum verbum suum, quod *Ubi ego sum, et minister meus erit.*

Item, quod armeni credunt & tenent, quod primi parentes & tota eorum posteritas, usque ad Christi passionem mortui fuerint in corpore & anima, & ad infernum descenderint.

RESPONSIO. Verum est hoc, quoniam locus ille, ubi etiam primi parentes iverunt, quandoque vocatur in sacris libris Gremium Abrahæ, & quandoque Infernus, etiam & Locus peccatorum, manifestus & est per evangelium, secundum illud: *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.* Sequitur.

Non propter peccatum originale, quod filii Adam contraxerunt ab Adam, sed ratione gravitatis peccati personaliter primorum parentum: propter quod licet eorum filii non peccaverint, tamen propter peccatum primorum parentum passi fuerunt mortem corporalem, & apud inferos punitæ eorum animæ fuerunt, usque ad dictum tempus.

RESPONSIO. Hoc in quarto, & tertio decimo articulis manifestavimus falsum esse. Sequitur.

Credunt etiam & tenent, quod post Christi passionem & ante, usque ad generalem resurrectionem, filii Adam habent concupiscentiam inordinatam carnis, & mortalitatem propter gravitatem peccati primorum parentum, & non propter originale peccatum, quod ex eis contraxerunt, a qua concupiscentia & mortalitate sancti liberabuntur in generali resurrectione per Christum.

RESPONSIO. Licet infirmitas & corruptio concupiscentiæ carnis, & pronitas ad vitia corporalia ex peccato Adæ causata fuerint, & intraverint in naturam carnis, tamen nunc ex corpore corpus corruptionem habens, & infirmitatem concupiscentiæ, & mortalitatem in seipso habendo generat alia corpora vitiosa & infirma, & mediante corruptione corporis, vitiat etiam & animam; & ex hoc manifestum est, quod peccatum originale, & in corpore & in anima sed in corpore originaliter, & in anima formaliter. Sequitur.

Etiam tantum dicunt, quod dicta concupiscentia carnis est peccatum & malum, quod parentes etiam Christiani, quando matrimonialiter concumbunt, committunt peccatum, & propter hoc pœnitentia eis imponitur per sacerdotes, quia actum matrimoniale dicunt esse peccatum, & etiam matrimonium.

RESPONSIO. Responsionem istius Paulus Tarsensis mandat: *Pretiosa est conjugatio, & sancti sunt thori: sed fornicatores & adulteros judicat Deus.* Secundum doctrinam Apostoli nostri matrimonium dicimus pretiosum, & conjugationem propter generationem prolis, & retributionem debiti, & custodiam sui ipsius a fornicatione, secundum causam, si causa conjuctionis non sunt: sed solum pro concupiscentia animalis delectationis, vel extra terminos conjunctionis, tunc sine peccato non sunt; qua de causa pœnitentiam injungimus, non propter actum matrimonialem: quare dicunt falsa de nobis. Sequitur.

Dicant, & credunt, & tenent, quod si Adam & Eva non fuissent transgressi mandatum, non fuisset inter eos carnalis conjunctio, nec per seminum conjunctionem fieret generatio humana; sed homines propagarentur ab hominibus sine carnali conjunctione, sicut lumen a lumine. Dicunt etiam quod Deus præsciens, quod homines transgrederentur ejus præceptum, membra genitalia fecit in eis, per quæ post peccatum fieret hominum propagatio.

RESPONSIO. Zacharias catholicon Armenorum dicit, quod primi parentes per generationem sine vitio crescendi erant & multiplicandi sine animo & numero, si mandatum Dei non fuissent transgressi, sed hanc generationem sine vitio dicunt aliqui, scilicet sine concupiscentia vitii; sed hoc quod dicit, sicut lux propagatur a luce, nunquam audivimus, nec est verum; quia lux a luce deciditur, & per materiam multiplicatur, & non generatur sicut conjunctio a semine & a voluntate carnis, & similem sibi producit.

Item, quod Armeni credunt & tenent, quod æternus Dei Filius natus de substantia Patris, in tempore sibi univit humanam naturam, & factus fuit homo.

RESPONSIO. Verum est hoc & sectum. Sequitur.

Sic tamen quod in ipsa unione humanæ naturæ ad Dei Filium, humana natura conversa fuit in divinam ejus naturam; sic quod post dictam unionem in Christo non est nisi una natura, scilicet divina, non humana, sicut ipse est una persona.

RESPONSIO. Hoc est falsum, quia licet aliqui ante nós unam naturam dixerint propter ineffabilem unionem in Christo, tamen non mutatione nec confusione, sicut dicitur hoc in articulo, quia tale dictum est Indicii, quem ecclesia Armenorum semper anathematizavit, & cum eo sit etiam anathematizata supradicta hæresis simul cum tenentibus eam: sed a tempore illo, a quo appropinquavimus ecclesiæ Græcorum, & postquam uniti fuimus ecclesiæ Romanæ, ita intelleximus & intelligimus de duabus naturis, quod in unione & divinæ & humanæ naturarum in Christo, divina natura non fuit mutata in humanam, nec humana in divinam, nec ex divina & humana fuit una alia natura per corruptionem earum, quia per hoc Christus non esset Patri consubstantialis, quia est natura simplex, nec matri, quia natura matris ex divina & humana natura non est composita, & Christus nec Deus esset, nec homo, sed aliqua alia species; sed nos credimus, quod perfecta Dei natura, & perfecta humana natura unitæ fuerunt, in uno Christo, in uno Filio, in una persona Verbi indivisibiliter & inconfusibiliter, immutabiliter & inalterabiliter, in unum & eumdem Christum. Post unionem credimus & dicimus non factum secundum divinam naturam, sed factum secundum humanam; immortalem secundum divinam,

ANNO CHRISTI 1341.

nam, & mortalem secundum humanam, quod & dominus Nerses Glanensis Catholicon Armenorum, in epistola Mesopotamiæ scribit & dicit sic: Confitendum est, qui pie volunt stare in Christo, quia cum erat unicus Dei Filius Deus & homo, immortalis & mortalis, mortuus est & per mortalitat. non alius mortuus nec alius vivus remanens, sed unus & idem unicus ex duabus, mortuus est secundum humanitatem sicut homo, & sicut ipse voluit, & immortalis remansit, secundum divinitatem, sicut immortalis natura Dei, & quod mortuus est veraciter, & remansit immortalis, certitudinaliter in morte manifestant sancta miracula; similiter expiratio super crucem, involvi pannis, & positio in sepulcro mortem verificat; sed potestative dare spiritum in manu Patris, & duplex emanatio fontium sanguinis & aquæ quasi ex vivo de mortuo corpore, immortalitatem significant, quæ non fuit separata ab eo propter hominem. Et iterum idem dicit: quod confitendum est a nobis post unionem non ipsum hominem solum, nec Deum nudum propter divinitatem; sed Deum & hominem, & non alium Deum & alium hominem secundum Nestorium, & ad invicem adhærentes, sed unum & idem & hominem verum & Deum perfectum, quoniam Deus homo factus, & Verbum caro, non quod essentia in essentia habitavit; sed una essentia illa Verbi Dei, quæ facta est caro, quandoque patiebatur humana sicut homo, quandoque permittebat animam, & corpus humanum pati, quæ sua erant, scilicet famem, sitim, dormitionem, laborem, lacrymas, tristitiam, timorem & alia omnia, & quandoque multiplicia signa & virtutes de essentia Dei manifestabat divina, non alius patiebatur imbecillia signa, & alius ostendebat fortaram * sicut dividunt divisores lacrymari & similia homini, & resuscitare Lazarum, & aliam Verbi Dei; sed qui unitus erat in una persona, operabatur secundum qualitatem suæ naturæ quando volebat humane, ut homo, quia homo erat; & divine, ut Deus, quia Deus erat, & ideo verba evangelistarum & apostolorum magistri ecclesiæ duobus modis loquuntur, quia scripserunt pro divinitate & incarnatione Domini nostri, quoniam humilia narrant, ut dicit: *Pater meus major me est*, & *Spiritus promtus est, caro autem infirma. Non mea voluntas, sed tua fit*; & effusio sudoris ut guttæ sanguinis ex timore, & *Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* & *Ascendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum*; & dicta Pauli: *Deus Dom. nostri J. CHRISTI & Pater gloriæ*; & Jesus fidelis factori suo, & paulo minus humiliatus ab angelis & in diebus carnis suæ orationes & deprecationes offerebat cum magno clamore & suspiriis ad Deum, qui poterat salvare eum, & obedire ei, qui subjecit sibi omnia. Hæc omnia & similia secundum humanitatem dicimus scripta pro eo & quare, ut non quando revelaretur divinitas mundo post resurrectionem & ascensionem in cælo, putarent homines de eo vel non accepisse naturam humanam, vel accepisse & mutasse in naturam divinam, quia si tanta locuti sunt in infirmiora, & adhuc etiam ausi fuerunt hæretici dicere, quod fantastice accepit corpus; sed si semper altiora narrassent, & numquam humiliora, in quo igitur lacu non cecidissent; sed dicta Evangelistæ: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et illud: *Antequam Abraham esset, ego sum.* Et Apostolus, quod *per eum formata sunt omnia, quæ in cælo & in terra, et lux gloriæ et figura essentiæ ejus*; & talia similia proprie de divinitate sunt dicta. Et illud: *Ego et Pater unum sumus.* Et *qui vidit me, vidit et Patrem meum.* Et quod *nullus cognoscit Patrem nisi Filius.* Et quod *tu es Christus Filius Dei.* Hæc & similia his secundum unionem Verbi sunt scripta & specialia divinitatis. Ideo scripserunt quod non putant de Virgine accepisse principium, secundum Paulum Samosatenum; sed quod ante secula & a Patre est genitus, et post unionem indifferenter humanitatis & divinitatis ponunt scripturæ nomina & res propter ineffabilem unionem, quoniam quandoque est quod opera propria dimittantur; divinæ humanitati, & est quod propria humaniter Deitati sicut supra. Et est sciendum, quod hæresis Endici & sequacium suorum similatur supradictæ novæ & falsæ hæresi, quam imponunt Armenis. Et quoniam Endicius unam naturam dixit per confusionem & per alterationem, scilicet quod Verbum Dei figuram & alterationem solum accepit a sancta Virgine, & non veraciter homo factus est, istam hæresim ecclesia Armenorum semper anathematizavit, & cum ea etiam anathematizata sit supradicta hæresis cum habentibus eam, quæ latrat, quod humana natura in Christo, non est nisi una natura, & illa divina & humana. Sequitur.

Et dicti Armeni maledicunt omnes, qui contrarium dicunt, & in tantum detestantur illos, qui dicunt post unionem duas naturas esse in Christo, divinam scilicet & humanam. Quod si aliquis Armenus prius baptizatus secundum ritum eorum hoc diceret, non participarent cum eo, sed haberent eum ac si paganus fuisset; & si vult reverti ad fidem Armenorum, eum iterum baptizant, sic, sicut si semper paganus fuisset, & post secundum baptismum imponunt ei pœnitentiam viginti annorum.

RESPONSIO. Hæc omnino sunt falsa, quia numquam in ecclesia Armenorum hæc alias audivimus, nec vidimus, nec fecimus, quia licet a dicentibus duas naturas, sicut Nestorius & sequaces ejus, quos detestamur & abrenuntiamus, tamen eos non baptizamus, nec tantam pœnitentiam imponimus sicut dicunt.

Item, quod Armeni credunt & tenent, quod secundum eos post unionem naturarum in Christo, natura humana conversa fuit in divinam naturam, ita quod in Christo ex tunc non fuit nisi natura divina.

RESPONSIO. Hoc superius in XIX. articulo manifestamus sufficienter falsum esse, & replicare necesse non est. Sequitur.

Tamen dicta natura divina in Christo fuit passibilis, & impassibilis, mortalis & immortalis, secundum quod Christo placebat, & sic dicunt Christum fuisse passum & mortuum secundum naturam divinam, quia sic voluit ipse, licet humana natura in eo non esset, quando passus & mortuus fuit.

RESPONSIO. Sciendum est, quod in XX. articulo dicitur de Armenis; quod humanam naturam dicunt & credunt & tenent conversam in divinam ejus naturam; & hic iterum replicant, quod natura humana conversa fuit in

Dei

* Sic legitur in MS. Per fortaram intelligere videtur fortitudinem, nam eam opponit imbecillibus signis.

ANNO CHRISTI 1341.

Dei naturam; & quod humana natura secundum hanc opinionem, quod Christus homo non erat, quia quidquid mutatur a substantia & natura sua, quod erat non manet; & hic etiam in XXI. articulo dicitur de Armenis, quod dicunt Christum passum & mortuum secundum naturam divinam, & per hoc manifestum est, quod Christus etiam non est Deus secundum dicta eorum, quoniam passibilis & mortalis & mutabilis natura Deus non potest esse. Sic sequitur secundum dicta eorum, quod Christus non est Deus nec homo, quod absit, quia Christus veraciter Deus est & perfectus homo est sicut symbolum ecclesiæ Armenorum testatur in articulo Filii dicendo: *Credimus & in unum Dominum JESUM CHRISTUM Filium Dei unigenitum, a Deo Patre genitum, scilicet de essentia Patris, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum & non factum, eumdem ipsum de natura Patris, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, visibilia & invisibilia.* Necessitatem expositionis non habetis vos qui mente illuminati estis, videntes quod ecclesia Armenorum per confessionem supradictam JESUM CHRISTUM verum Deum & creatorem omnium creaturarum credit, & statim post hæc dicit symbolum: *Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendens de cælis incarnatus est, humanatus est, natus est perfecte ex MARIA sancta Virgine, per Spiritum sanctum, per quem accepit corpus, animam & omnia quæ veraciter sunt in homine, non habens dubium.* Et per hoc manifeste confitetur ecclesia Armenorum, quod ille qui erat Deus verus & creator omnium creaturarum, ille manet homo verus sine ullo dubio. Ergo falsum est, quod natura humana mutata fuit in Dei naturam. Falsum est & hoc etiam, quod divina natura passa est, in Christo crucifixa est, & mortua est. Item sciendum, quod divinitatem Verbi dicere esse passibilem est hæresis Ariana, sicut & Gregorius Theologus manifestat & dicit in verbis ad Clodium contra Apollinarem: quod si absque anima erat homo, hoc Arriani dicunt, ut in divinitatem passiones introducant, quasi in movente corpus illud. Ita in eodem sensu dicit sanctus Athanasius contra Arrianos, quod Deitas non vulneratur, quia Spiritus est Deus, impassibilis & impalpabilis, quia carnem vulneraverunt Judæi. Et Nerses Glanensis Catholicon Armenorum, dicit contra quosdam tales hæreticos: Qui hoc dicunt, similes sunt eis, qui cavent a parvo lapide in via, ut non offendantur, & voluntarie a præcipitio alto projiciunt seipsos; sicut & vos cavendo ab illo, ut non solum homini dabitis passionem, & crucem, & naturam immortalem dicitis comprehensam esse a morte, quod nec dæmones audent dicere, nec aliquis de pessimis hæreticis excepto Arrio, qui non confitebatur eum ex natura Patris genitum, sed quasi unum de creaturis post tempora factum. Ideo secundum creaturas in operibus passionum ponebat eum, quoniam naturæ creatæ sub vitiis passionum cadunt sensibiles & intelligibiles, intelligibiles solum passione spirituali, sed homines spirituali & corporali: tamen increata natura Dei libera est a passionibus vitiorum, & tantum distant a natura ejus passiones, quod si vellet mori & pati, non posset, quia licet omnipotens est, tamen in natura sua, quæ est impassibilitas & immortalitas, mutationem recipere non potest. Item, dicit Gregorius Theologus in sermone Nativitatis: quasi homo mortuus, & quasi Deus resurgens, non alius resurgens & alius mortuus; sed dicit, quod Verbum unicum in corpore secundum humanitatem moriens, & secundum divinitatem resurgens. Item alibi dicit: Passibilis corpore, & divinitate impassibilis, ipsemet cælestis & terrestris, visibilis & invisibilis, comprehensibilis & incomprehensibilis. Et contra Arrianos scribit dominus Nerses Glanensis catholicon Armenorum de verbis S. Athanasii ad Mesopotameos: Quomodo verbum increatum passibile dicitis, vel, quomodo passibile corpus increatum appellatis? Ergo increatam essentiam Verbi dicendo passibilem, blasphematis, & passibile corpus dicendo increatum, ad duos defectus caditis, vel fantasticam operationem, & passionum patientiam putatis secundum impietatem Manichæi, vel increatæ naturæ Dei passiones imponitis, & hæc dicendo ipsam divinitatem Patris & Spiritus sancti dicitis mortis esset receptibilem, quoniam mors corporis consubstantialis mortalium fuit; unde nos cum sancto Athanasio confitemur Christum Deum & hominem, non propter divisionem hoc dicimus, absit, quia passiones & mors dicuntur de eo, quoniam confitemur passionem & mortem corporis Verbi, & ipsumet Verbum immutabile & inalterabile credimus, & quia ipsemet est passibilis & impassibilis, divina natura immutabilis & impassibilis, sed corpore passus, ut dixit Petrus, & mortem gustans. Ideo errant qui dicunt, quod alius est qui passus est, & alius est qui non est passus, sed non est alius nisi Verbum quod passum est, & mortem recepit corpore, quia ipsummet impassibile & incorporale Verbum placuit esse corpus passibile, ut per passiones suas salvaret homines. Ideo alapatus a ministro, quasi in Verbo suo alapam recipiens dicebat: *Quare cædis me?* & esse verbum impalpabile dicebat per prophetam: *Dorsum meum dedi verberibus, & genas meas alapis, & faciem meam non averti a confusione sputi*; quoniam quidquid humane patiebatur corpus Verbi, hoc cum eo stando Verbum in se recipiebat, ut nos communicari possumus divinitati Verbi. Et valde erat mirabilis res, quoniam ipse erat qui patiebatur, & ipse erat qui non patiebatur. Patiebatur per passibile, quoniam suum corpus patiebatur, & in ipso passibili erat ipse sive passibile indivisibiliter & a passibili corpore, quia Deus essendo Dei Verbum, impassibilis erat natura, tamen cum passibili corpore unitus; incorporalis & corpus habebat in se impassibile Verbum mundans infirmitates ejus. Ergo falsum dicunt contra ecclesiam Armenorum, quod solam naturam dicunt divinam passibilem & impassibilem, mortalem & immortalem, quod absit, quia error iste semper maledictus est ab ecclesia Armenorum, & anathema sit. Sequitur.

Credunt etiam & tenent, quod in Domino JESU CHRISTO *post unionem non fuit nisi unus intellectus, una voluntas, & una operatio, scilicet divina, non humana.*

RESPONSIO. Licet multi multis modis propter duas voluntates, duas operationes, & duas naturas, & aliqui perverse dicendo una voluntas, una natura, una operatio; sed nos secundum doctrinam sanctam evangelii malum abjiciendo & bonum in spiritu & in corde, &

in

ANNO CHRISTI 1341.

in fide nostra colligendo unum eumdemque Christum credimus & confitemur, perfectum Deum & perfectum hominem, sicut supra; sed secundum illud quod perfectus Deus est, habet omnes proprietates divinitatis, quas habet Pater & Spiritus sanctus absque personali proprietate Patris & Spiritus Sancti, per quas dividitur ab eis. Sed secundum hoc quod perfectus homo est, habet omnia quæ habebat primus Adam absque peccato, scilicet corpus animatum et spiritum rationalem cum virtutibus suis voluntate et operatione, et aliis omnibus.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod ab illa hora quod Dominus mortuus fuit in cruce, ipse descendit ad inferos, & infernum destruxit totaliter, ita quod ex tunc non fuit infernus, nec aliquæ animæ hominum, vel etiam dæmones ex tunc fuerunt in inferno, nec erunt postea.

RESPONSIO. Quod Christus descenderit in inferno et corporaliter destruxit infernum, ubi erant sancti patres, verum est et diximus supra illud quod dicit quod omnino destruxit infernum, et deinde non est infernus, etc. et istud etiam diximus in XI. articulo, et de dæmonibus diximus in XV. sed apud nos et apud alios sapientes Armenorum confirmatum est veraciter, quod peccatores qui erant ante Christum, in inferno sunt, et vadunt in inferno nunc etiam, et illuc remansuri sunt in sæculo sæculorum. Sequitur.

Quod vero Christus resurrexit, educens de inferno sanctorum animas, qui ibidem erant, duxit eas in paradisum terrestrem, & cum ipsis dictum paradisum intravit, dicens eis: Ecce locus in quo fuistis; & statim de isto paradiso eas ejecit, & posuit eas in terra vel aere circa paradisum terrestrem.

RESPONSIO. Quod Christus surrexit a mortuis, et animas sanctorum eduxit secum de inferno, verum est confitendum, sed alia omnia falsa sunt, insana et vana.

Item, quod de anima Latronis Christum confitentis in cruce apud Armenos sunt diversæ opiniones, quarum una est, quod illud quod ponitur in evangelio: Hodie mecum eris in paradiso, *ta hodie non tenetur ibi determinate pro illa die, qua mortui fuerunt Deus et latro, sed tenetur pro die finalis judicii, quando sancti perfecti intrabunt in paradisum cælestem, quomodo dies accipitur in Psalmo:* Melior est dies una in atriis tuis. *Tunc enim, non ante, latro intrabit in paradisum cælestem secundum eos cum aliis sanctis perfectis. Alia vero opinio dicit, quod die qua dictus latro mortuus fuit, ejus anima venit ad partem paradisi terrestris, volens illuc intrare, sed per angelos, Enoch, et Elyam intrare illuc prohibitus fuit; sed in die resurrectionis Domini, quando Dominus cum aliis animabus sanctorum, quas extraxerat de inferno, venit ad portam paradisi terrestris, invenit ibi dictam animam latronis, et cum Dominus ostendisset manus et latus, angelis, Enoch et Elyæ aperientibus ei portam paradisi, intravit illuc cum dicta anima latronis & aliorum sanctorum, & cum eis dixisset:* Ecce locus, de quo exivistis, *cum omnibus dictis animabus exivit de paradiso, et eas posuit in terra vel aere circa dictum paradisum, ubi erunt usque ad diem judicii, et tunc introducentur in paradisum cælestem. Alii vero dicunt quod illa vere hora, pro qua Adam exivit de paradiso feria VI. Dominus posuit animam latronis in paradiso terrestri, si tamen postea eduxit inde eam vel non, non dicunt.*

RESPONSIO. Sciendum est, quod supradictæ tres opiniones licet inveniantur prima et ultima in opinionibus aliquorum Armenorum, & media Assyriorum, tamen nos, & alii qui sapientes sunt, in opinionibus hominum non sumus ligati insolubili ligatione, maxime in perversa, sed in verbis evangelii, ut dicit Christus ad hoc: *Hodie mecum eris in paradiso*; & Dominus cum anima rationali, una cum Deitate sua ivit ad locum patriarcharum, & aliorum sanctorum, qui quandoque vocantur sinus Abrahæ, & quandoque infernus, ut cantat & confitetur ecclesia nostra, quod anima latronis etiam cum Christo ivit illuc secundum verbum Domini, & quando liberavit alias animas sanctorum, & latronis etiam cum eis in die resurrectionis suæ, & quando duxit alias animas ad cælum, quando ascendit, animam latronis etiam cum eis, & sicut viderunt aliæ animæ sanctorum Deitatem Christi in inferno, & semper ex tunc, quia est gloria cælestis paradisi, similiter & anima latronis, & supradictas tres opiniones nos non recipimus, sed spernimus & condemnamus.

Item, quod dicti Armeni dicunt et tenent, quod animæ malorum hominum, qui multa peccata actualia gravia commiserunt, qui mortui fuerunt ante Christi passionem, fuerunt positæ in inferno, et ibi pœnas infernales pro peccatis suis sustinuerunt.

RESPONSIO. Verum est & adhuc hodie sustinent, & sustinebunt in sæcula sæculorum, secundum præceptum Domini ibunt peccatores ad supplicia æterna. Sequitur.

Sed cum Dominus post passionem suam infernum destruxisset, dictas animas posuit in terra, vel in aere, & ibi vadunt huc vel illuc, non patientes aliquam pœnam sensibilem usque ad diem judicii.

RESPONSIO. Falsum est, & non alias audivimus, quia animas peccatorum dicimus in inferno in æternum mansisse. Sequitur.

Hominum autem malignorum animæ, qui fuerunt post Domini passionem, quando mortui sunt dicti homines, angeli mali & terribiles accipiunt eas, & adducunt ad oceanum, de quo supra mentio facta est, & ostendunt eis oceanum, & vermes & dracones, qui ibi sunt; & dicunt eis, quod post generale judicium ibi ponentur, & per dictum oceanum & dracones cruciabuntur, & ex hoc dictæ animæ multum timent propter dictas pœnas, quas passuræ sunt post generale judicium, non tamen interim aliam pœnam sensibilem patientur.

RESPONSIO. In VII. articulo & in XI. sufficienter dictum est de peccatoribus & inferno, & hæc quæ supra scribuntur sunt phantasiæ & fabulæ. Sequitur.

Animæ vero hominum bonorum & perfectorum, quando moriuntur, accipiuntur per bonos angelos, & ducuntur in cælum ante thronum Dei; & vident sub throno Dei, qui thronus sunt angeli, gloriam quam post generale judicium habituræ sunt, & hoc multum consolantur. Postea tamen ab angelis ducuntur ad terram vel ad aerem, & sunt ibi usque ad diem judicii, & propter dictam spem dicuntur requiescere.

RESPONSIO. Licet aliqui dicebant hoc, quod in exitu justarum animarum de corpore angeli ducunt in cælis facere adorare Deum; & post hæc secundum divitates suas & voluntatem Dei ducuntur ad locum quietis; sed quod dicit in articulo, quod post adorationem, iterum ducunt ad terram vel ad aerem, non audivimus. Sequitur.

Di-

ANNO CHRISTI 1342.

Dicunt etiam & credunt, quod post generale judicium homines mali, qui fuerint vel ante Domini passionem vel post, ponentur in corpore & anima in dicto oceano, & ibi cruciabuntur perpetuo.

RESPONSIO. Falsum est hoc, & in multis locis superius manifestavimus, quia numquam a sacra scriptura audivimus nos oceanum essa infernum, sicut nunc superius diximus, & item in VII. & in XI. articulis manifestavimus opinionem ecclesiæ Armenorum de inferno & de peccatoribus.

Item, quod Armeni dicentes unam solam naturam esse in Christo, scilicet divinam & non humanam, respondere non possunt ad dicta posita in scriptura de Christo, per quæ manifeste ostenditur Christum habuisse humanam animam, quæ divina natura non erat, sicut: Non derelinques animam meam in inferno; *nec ad illud:* Tristis est anima mea usque ad mortem; *nec ad illud quod dicit Dominus:* Pater in manus tuas commendo Spiritum meum, & inclinato capite emisit spiritum; *per quæ omnia manifeste scriptura dicit fuisse in Christo post unionem animam humanam: sed cum eis prædicta dicuntur, non habentes quod respondeant, recurrunt ad baculos, vel ad pœnas corporales, ut male tractent eos qui talia eis dicunt.*

RESPONSIO. Licet aliqui de Armenis aliquando unam naturam dixerint in Christo propter indivisibilem & ineffabilem unionem verbi & corporis & animæ rationalis, contra divisionem Nestorii & suorum similium, quia in lingua nostra natura æquivoca est, quandoque etiam personam significat, ut dominus Nerses Glanensis dicit; & quia Cyrillus qui in synodo Ephesi erat principalis ad condemnandum hæreses Nestorii, una cum omnibus sanctis patribus qui ibi erant, dicit in multis locis; una est natura Verbi incarnati contra divisores & propter ineffabilem unionem; sed secundum opinionem hæreticorum confusione, alteratione, vel conversione nullus dixit, ut hic, & in multis aliis locis in falsitate & confusione istius libelli mentitur, dicendo quod Armeni dicunt solam unam naturam in Christo, scilicet divinam & non humanam. Ideo dictis supra sanctæ scripturæ ecclesia Armenorum non fuit contra, nec sistit; sed credit & prædicat, prout in xx. & xxi. articulo manifestavimus de humanitate & divinitate Christi; sed quod possumus respondere de verbis nostris patet, ideo baculare non est necesse; sed illi qui istas falsitates dixerunt, & alii eis similes, quos non cognoscimus, taliter errantes errant, licet Armeni essent, tamen de ecclesia Armeniorum non erant, sed de synagoga sathanæ, sicut dicit Johannes: *de nobis exierunt, sed non erant ex nobis:* quia ecclesia Armeniorum tales errores semper excommunicat & anathematizat cum consentientibus eum, & anathema sit. Sequitur.

Dicunt etiam & credunt, quod anima Christi, quando descendit ad inferos, ne cognosceretur, induit se Deitate, sicut & quando erat in vita præsenti, ne cognosceretur, induit Divinitatem suam corpore.

RESPONSIO. Hic manifeste dicunt contra dicta sua supra, qui testificantur veritatem secundum dictum Armenorum, quod in Christo post unionem erat Deitas & anima rationalis & corpus; quia descensus animæ rationalis Christi ad inferos, ut dicit, quod induta Deitate, ut non cognosceretur, & quando erat in vita præsenti sic dicit, quod Deitas induta corpore, hæc post unionem erant, licet non est rectum quod dicit, quod anima Christi quando descendit ad inferos, ut non cognosceretur, induit se Deitate; quia descendens ad inferos non occultatus est, sed manifestatus fuit, quoniam mors morti, factus est, & liberatio vinculatis, & salus & gloria sanctorum suorum. Item, dicit hic secundum fidem Armenorum, quod in Christo post unionem erat Deitas, anima & corpus, est verum, & confessum a nobis: sed in xx. articulo contra dicit, quia humana natura conversa fuit ad divinam ejus naturam, & natura (divina) ad humanam sine conversione animæ & corporis mutari non potest; & in articulo xxvi. etiam dicit: Armeni dicunt & credunt, quod in Christo nec corpus erat, nec anima post unionem. Hæc falsitas per se patet, quoniam quomodo Christus simul & semel corpus & animam habet & non habet, vel natura humana in Christo est conversa & non conversa? quod est valde inconveniens.

Item, quod Armeni dicunt & credunt, quod licet resurrectio a morte solum ad carnem pertineat, quæ mortua fuerat; tamen in Christo, quia non erat nisi divina natura post unionem ipsam, secundum quod volebat faciebat opera carnis & animæ, quamvis in Christo nec caro esset nec anima post unionem.

RESPONSIO. Et in XXVIII. articulo etiam dicit, Armeni dicunt, voluntas divina sicut volebat faciebat, & ostendebat se humanum corpus habere, licet non haberet. Quare per supradicta manifestum est, quod omnia opera Christi phantastica erant, & non vera. Si sic est, ut dicit, & in XX. articulo dicunt Christum, secundum fidem ecclesiæ Armenorum, non esse hominem; sed dicentes Armeni credunt & tenent, quod in homine humanæ naturæ ad filium Dei humana natura conversa fuit in divinam ejus naturam, sic quod post dictam unionem in Christo non erat, nisi una natura, divina scilicet & non humana. Item, in XXI. post unionem naturarum in Christo humana natura conversa fuit in naturam divinam, sic quod in Christo ex tunc non erat nisi natura divina. Item, in XXVIII. dicunt Armeni, quod in unione ipsa humana natura conversa fuit in Deitate, de quibus patet, quod secundum hanc falsitatem Christus homo non est, sic dicendo: Armeni dicunt & credunt, quod natura divina in Christo fuit passibilia, & impassibilis, mortalis & immortalis, sicut Christo placebat, & sic dicunt Christum passum & mortuum secundum divinam naturam. Item, in XXIX. Armeni dicunt & tenent, quod quando voluit divina ejus natura mortalis fuit & mortua, etiam & quandó voluit facta fuit immortalis; ex quo sequitur manifeste, quod si sic esset, Christus etiam Deus non esset, quia passibilis, mortalis & mutabilis natura de se & ratione naturæ suæ Deus esse non potest. Ecce prima hæresis Manichæorum, qui dicunt Christum non verum hominem factum, sed phantasticum. Secunda est Eudici & sequacium, qui unam naturam dicebant in Christo confusam. Et tertia Arrii, qui Deitatem Verbi passibilem dixit, sicut in xx. articulo manifestavimus; sed quod Christus secundum fidem ecclesiæ Armenorum est verus Deus, verus homo, & quod omnia opera ejus veraciter sint, Johannes Evangelista ostendit in canonica, ubi dicit: *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus* San-

ANNO CHRISTI 1342.

sanctus, & hi tres unum sunt: per quod manifestatur, quod Christus verus Deus est: *& tres sunt qui testimoniam dant in terra, Spiritus, caro, & sanguis*; & per hoc ostenditur, quod Christus verus Deus homo est. Igitur ad esse homini duo sunt necessaria principaliter, esse anima & corpus, quoniam per unionem istorum verus homo fit: sed per hoc quod Christus clamavit in morte voce magna, & emisit spiritum, manifeste ostenditur, quod animam habebat, non solum vitalem, sed etiam rationalem, de qua ante dicit: *Tristis est anima mea usque ad mortem; & potestatem habeo ponere animam meam & iterum accipere*, & per hoc quod una apertione lateris per lanceam exivit aqua & sanguis, certificatur veraciter, quod Christus verum corpus habebat, quia a phantastico corpore nec aqua nec sanguis exire potest, & quod hæc omnia alia opera Christi divina & humana vera sunt, non phantastica, dicit Evangelista, *qui vidit et testatur, et testimonium ejus verum est*. Item, si non habebat animam, quam igitur emisit? & si non habebat corpus, quod fixerunt in cruce, volverunt pannis, & posuerunt in sepulcro, & post resurrectionem numquam pedes divinitatis tenuerunt in via mulieres. Et si non erat verus homo, qui in cœnaculo intrans ad discipulos dixit: *Palpate et videte, quia ego idem ipse sum*, quare in confusione negantium dicebat, quod *anima corpus et ossa non habet, sicut me videtis habere*. Et ad solvendum opinionem Thomæ dicebat Dominus: *Fer manum, et mitte in latus meum, et mitte digitos ad locum clavorum, et noli esse incredulus, sed fidelis*; & talia similia multa habemus in evangelio & ab apostolis, quod Christus erat perfectus Deus & perfectus homo & omnes operationes ejus veraciter sunt, quibus firmiter credimus sine ullo dubio, & contradictores habentes contradictionem maledicimus.

Item, quod Armeni credunt et teneat, quod die sabbati post parasceve, hora sexta, Dominus resurrexit, et hoc dicunt se habere ex traditione Gregorii, qui fuit antiquitus eorum catholicon, cui, ut dicunt, fuit revelatum, cum esset in sepulcro Domini, quod hora sexta dictæ diei sabbati resurrexerat Dominus; et sic apud Armenos est determinatum, et dicta hora faciunt festum de resurrectione Domini, et postea eadem die comedunt ova, caseum, non tamen carnes.

RESPONSIO. Ecclesia Armenorum, sicut recepit a Gregorio illuminatore usque ad hanc diem, in dominica die facit resurrectionem Domini, et non in sabbato, per cujus prædicationem credit Christum Deum et hominem, vetus et novum testamentum recipit ad doctrinam et magisterium et instructionem suam; et non, sicut detractores et maledictores sancto patri nostro dicunt, per traditionem ejus datum fuit et ordinatum in ecclesia Armenorum sexta hora magni sabbati facere resurrectionem Domini dicentes manifestatum fuisse sancto Gregorio in sepulcro Domini. Sed quod ecclesia Armenorum in dominica facit resurrectionem Domini, et non in sabbato, multipliciter ostenditur: Primo per evangelistas, quorum verbis credit ecclesia Armenorum, et Marcus dicit, resurget JESUS diluculo, *Una sabbatorum apparuit Mariæ Magdalenæ*. Lucas vero: *Una sabbatorum valde diluculo audiverunt mulieres ab angelo. Non est hic surrexit*. Similiter & alii duo evangelistæ testificantur de his. Secundo, ab officio ecclesiæ Armenorum, quod canticum supradicti sabbati totaliter sepulturam Domini

A recolit & honorat, & nullam mentionem de resurrectione facit, excepto illo, quod secundum consuetudinem Armenorum in festo resurrectionis, & in omnibus aliis festivitatibus totius anni in vigilia festum colere incipimus, sicut apud vos etiam in sabbato sancto legitur evangelium S. Matthæi de resurrectione, & dicitis alleluja, & similia alia. Tertio, quia tantum paschatis una sabbatorum totaliter resurrectionem Domini honorat & colit, ante omnia cantat: *Hodie surrexit a mortuis sponsus immortalis & cælestis, tibi gaudium & lætitia, o ecclesia sponsa de terra, benedic in voce exultationis Deum tuum Syon. Hodie Angelus cum splendore lucis descendens de*
B *cælis, & terruit custodes, & sanctis mulieribus prædicabat, dicens: Christus resurrexit a mortuis, gaude & lætare mater, & Virgo, quoniam genitus de te Virgine hodie per resurrectionem genitus de sepulcro virgine. Hodie lapis fidei Petrus, & dilectus Johannes cum adversariis festinantes ad sepulcrum resurgentis*, & sic omnia cantica dicta una sabbatorum resurrectionem Domini multis modis narrant. Quarto, quia per totum annum in dominica resurrectionem semper colimus, excepto pentecostes & aliis magnis festivitatibus, quæ in dominica veniunt, & resurrectionis officium impediunt. Quinto, in omnibus diebus dominicis dicimus hoc canticum, quod dominus Nerses Glanensis catholicon di-
C cit magisterialiter: *Manifestemus & ministerium secretum nostramus, quia lux invisibilis, inintelligibilis, mundis autem spiritibus visibilis, in hac una sabbati nobis est ortus sanctæ resurrectionis splendor. Iterum & descendens in sepulcro, incorruptibili corpore & sancto resurgens, tertia die & lux orta est mundo*. Sexto, quia totius anni dominicas colimus & honoramus propter resurrectionem Domini, & sic per traditionem Gregorii illuminatoris nostri, et per doctrinam evangelii et apostolorum, resurrectionem Domini in dominica recipimus, scimus et credimus, et contra facientes et dicentes anathematizamus. Sed quod de ovis & caseis, sciendum est, quod in primis diebus universaliter come-
D debant caseum & ova in sero sabbati sancti, tamen resurrectionem una sabbati diluculo faciebant. Et hæc consuetudo antiqua est, & multotiens prohibita per Mons catholicon, maxime in synodis de Sisin et de Adana, quæ factæ fuerunt propter unionem ecclesiæ Romanæ, ordinaverunt cum piscibus et oleo solvere, et abstulerunt ova et caseum, et nos sic facimus, et populum nostrum, quantum possumus, facimus observare. Sequitur.

Computant autem tres dies & tres noctes, quibus fuit Dominus in ventre terræ sic, quia in nocte sequente feriam quintam Dominus tradidit corpus suum & sanguinem discipulis suis, & ipsi discipuli, qui terrei erant, corpus ejus & san-
E *guinem comederunt & biberunt, & sic in seipsis Christum sepelierunt; & computant illam noctem, & postea diem sequentem usque ad illam horam, qua in die parasceve tenebræ factæ sunt super universam terram, pro prima die & nocte; tempus vero illud quod dictæ tenebræ duraverunt, computant pro secunda nocte, & diem quæ fuit post dictas tenebras, computant pro secunda die, noctem vero quæ præcedit sabbatum, computant pro tertia nocte, & diem sabbati usque ad meridiem, pro tertia die.*

RESPONSIO. Licet talia verba inveniantur in libris nostris, quæ aliqui stulti locuti sunt,

ad

ad probandum, quod Christus tribus diebus & tribus noctibus mansit in corde terræ, & tamen communiter a magistris Armenorum spernitur hæc perversa expositio, maxime de nobis; sed ad confirmandam tertium diem resurrectionis Domini, accipimus partem pro toto, scilicet in parasceve in hora nona positus fuit in sepulcro, cui nox præcesserat, & post hæc nox & dies sabbati, quæ faciunt duos dies, & in nocte una sabbati diluculo, ut dicunt evangelistæ, surrexit Dominus, & sic sunt tres dies & tres noctes. Sequitur.

Et dicunt, quod dicta eorum opinio confirmata fuit per B. Silvestrum papam ad instantiam dicti Gregorii, & plus credunt dictæ opinioni, quam evangeliis Marci & Lucæ, qui dicunt, quod prima sabbati, id est dominica Dominus surrexerit.

RESPONSIO. Hæc omnino falsa sunt, & detrectationes et opprobria sanctorum Dei.

Item, quod Armeni nesciunt respondere ad illa, quæ in evangeliis continentur, ubi manifeste scribitur, quod Christus post resurrectionem suam unum corpus humanum habuit, cum dicant, quod in ipsa unione humana natura conversa fuit in Deitatem, nisi hoc solum quod voluntas divina secundum quod volebat faciebat, et ostendebat se corpus humanum habere, cum tamen non haberet.

RESPONSIO. Sciendum est, quod, quod in 20. et in 21. articulis ostendimus sufficienter suprascriptum errorem falsum esse, tamen quia multotiens replicatur, prolixitati parcatis. In 26. dicitur secundum quod volebat faciebat opera corporis, et opera animæ, licet in Christo nec corpus erat, nec anima post unionem, et hic dicit quod voluntas divina secundum quod volebat faciebat, et ostendebat se corpus humanum habere, cum tamen non haberet; sed per hoc quod dicit quod Armeni nesciunt respondere ad illa, quæ in evangeliis continentur, ubi manifeste scribitur, quod Christus post suam resurrectionem verum corpus habuit. Sciendum est, quod Armeni dicunt illa, quæ ab evangelio didicerunt, quod in Christo sunt tria, scilicet Divinitas, rationalis anima humana, et corpus humanum; ideo necessitatem respondendi non habent, ut cantat ecclesia Armenorum in canticis Nativitatis Domini; *Te rogamus, Fili Patri coætanee, qui hodie cum natura protoplasti de Virgine natus es, Deus et homo.* Numquam protoplasti natura sine anima et corpore erat, vel quomodo est homo, si animam et corpus non haberet? sed super conversationem Christi super terram cantat ecclesia veraciter, *Incarnatus est, & cum hominibus conversatus est.* Et pro anima rationali cantat: *Voluntarie expirasti, & in sinu Patris tradidisti sanctam animam tuam, & pro corporis claritate inclinatus fuisti, & pro salute nostra incarnatus fuisti, &c.* Igitur ecclesia Armenorum habet & credit & confitetur, quod Christus animam rationalem, quam accepit, tradidit in morte, & cum eodem corpore, quod acceperat, crucifixus est, quod est post unionem. Quomodo ergo & animam & corpus non haberet, sicut sunt in XXVI. & XXVIII. articulis, & in symbolo diximus omni die: *Ascendens in cælum cum eodem corpore ad dexteram Patris judicare vivos & mortuos.* Igitur si post unionem anima & corpus non erant in Christo, ut dicunt in articulo, quomodo eodem corpore in Ascensione ascendit ad cælum? & nunc quomodo eodem tempore sedet ad dexteram Patris? & quomodo eodem corpore venturus est judicare vivos & mortuos? Ergo ex hoc patet, quod false dicunt contra ecclesiam Armenorum.

Item, licet secundum Armenos, in Christo post unionem non fuerit nisi natura divina, in qua conversa fuit humana ejus natura.

RESPONSIO. Ut in XX. articulo manifestavimus, hoc veraciter falsum est. Sequitur.

Armeni tamen dicunt & tenent, quod voluntati Christi subjecta erat divina natura, ut de ea faceret quod vellet, & ut dicunt, quando voluit, divina ejus natura mortalis fuit, & etiam mortua, & quando voluit fuit facta immortalis, sicut factum fuit post suam resurrectionem, accipientes ad hæc probandum illud, quod dicitur in Johanne: Ego vivo, & vos vivitis.

RESPONSIO. Credendum est quod in XX. & XXVI. art. & in multis aliis locis hæc manifestavimus sufficienter falsa esse, quod naturam divinam dicit esse mutabilem, tamen & hic idem manifestat ecclesia Armenorum in symbolo, quod omni die dicunt, quod increata & immutabilis natura Filii Dei. Igitur quod dicunt de eo, quod erat aliquando quando non erat Filius, vel erat quandoque quando non erat Spiritus-Sanctus, vel de nihilo factus, vel de aliqua essentia vel substantia dicunt esse increatum Filium, vel Spiritum-sanctum, vel alterabilem, vel mutabilem, ut dicitur in XIX. & in XX. articulis, & in XXI. & in XXVI. & in XXVIII. articulis, taliter dicentes anathematizat sancta catholica & apostolica ecclesia, & anathema sit.

Item, quod Armeni dicant & tenent, quod ex hoc quod Christus ascendit in cælum, in eo post unionem desiit esse natura humana, alioquin si in Christo fuisset humana natura post unionem, non ascendisset in cælum, sed translatus fuisset in paradisum terrestrem, sicut de Enoch & Elia factum fuit.

RESPONSIO. Armeni credunt & tenent quod Christus cum eodem corpore quod accepit a Virgine ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, & cum eodem corpore venturus est judicare vivos & mortuos in confusionem & opprobrium falsitatis illorum, quam superius dicunt: *Si in Christo fuisset humana natura post unionem, non ascendisset in cælum.* Sciendum est, quod ecclesia Armenorum credit & tenet, quod sancta Dei genitrix virtute Christi assumpta fuit in cælum cum corpore. Igitur nutus Christi, qui alios assumsit cum corpore ad cælum, seipsum non poterat mutare? Item, sancti post generalem resurrectionem cum corporibus ascensuri sunt in cælum, ut in VII. articulo manifestavimus, secundum fidem ecclesiæ Armenorum, qui simpliciter homines sunt; sed Christus qui Deus erat & homo, quomodo non poterat ascendere in cælum? Ergo falsitas hæc per se patet. Ideo dicit Apostolus: *Nolite omni spiritui credere.* Et Propheta: *Sepulcrum patens est guttur eorum;* & *Linguis suis dolose agebant,* & *perdet Dominus loquentes mendacium.*

Item, quod Armeni tenent, quod illæ auctoritates Prophetæ & Apostoli: Ascendens Christus in altum captivam duxit captivitatem, *& quod* Christus exspoliavit principatus & potestates, transduxit eas in semetipsum, *non intelliguntur, quod hoc faceret quando Christus ascendit in cælum; sed intelliguntur quando Christus ascendens ab inferis, & duxit secum animas hominum, quæ ibi erant, & posuit eas in ista terra vel aere usque ad diem judicii.*

ANNO CHRISTI 1341.

 RESPONSIO. Licet magistri locuti sunt differenter de hoc, sed nos non dicimus, & credimus, quod Christus post passionem suam descendit ad inferos cum anima rationali, ubi erant sancti patres, & liberavit eos ab inferis, & quando ascendit in cælum, eos duxit in cælum secum, secundum verbum evangelii, quo dicit: *Quando exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum.*

Item, quod dicunt Armeni et tenent, quod Christus descendens ad inferos ligavit dæmones, qui ibi erant, et etiam super terram, ut non possent tentare vel offendere homines, sicut ante faciebant; sed sunt trecenti anni, quod dæmones omnes sunt distigati, et seduxerunt homines a fide Christi per totum mundum, exceptis Armenis; a triginta annis citra, illos homines de minori Armenia, et a XXV. citra, Armenos de majori Armenia seduxerunt a fide Christi, quia, ut dicunt, ex tunc Armeni posuerunt in sacrificio aquam in vino, et fecerunt festum Nativitatis Domini XXV. die Decembris; et sic a dæmonibus seducti fidem Christi dimiserunt.

RESPONSIO. Sciendum est, quod millesimo anno post baptismum Domini, in quo tempore catholicon Armenorum erat Petrus, & rex Græcorum erat Basilius, & Armenorum rex erat Johannes, tertio die Octubris terribile & mirabile factum fuit in cælo tertia hora diei, quoniam firmamentum cæli scissum fuit ab Oriente usque ad Occidentem, & vehemens lux effusa fuit in terra a parte Aquilonari, & antequam lux deficeret, factus fuit rugitus & strepitus supra totum mundum, & attenebrata fuit terra, sic quod stellæ apparebant quasi in medio noctis. Item, post quinque annos obscuratus fuit sol taliter, quod omnes stellæ de die sicut de nocte apparebant, & terra clamavit communiter, & tremuit vehementer longo tempore, & mare fluctuabat valde vehementer; tunc supradicti catholicon & rex Armenorum miserunt ad quemdam devotum & virtuosum magistrum Armenorum, vocatum Johannem *Cesetrie*, ut diceret causam signorum: qui respondit eis cum lacrymis & suspiriis, quod nunc mille anni sunt a vinculo sathanæ, quem ligavit Dom. noster J. C. nunc autem solutus est a vinculis secundum Apocalypsim Johannis Evangelistæ, cui dixit angelus Domini quod mille annis ligabatur sathanas, & iterum solvetur a vinculis; hodie solutus fuit super mundum, & scissionem firmamenti cæli accepit super debilitates & infirmitates ecclesiæ, quæ debebant debilitari in virtutibus, & obscuritate solis & stellarum; accepit super vitia & incredulitatem hominum, ubi dicit, quod deficiet quilibet in operibus suis, & quasi per modum prophetiæ dicit multiplicari Agarenos & gentiles super terram ad destructionem ecclesiæ, quem vidimus & videmus oculatim, & alia multa quæ propter prolixitatem transimus; sed in fine dicit, quod exitura est virilis gens Romanorum; & accipient Jerusalem, & liberabunt Christianos, & ædificabuntur ecclesiæ, & quod breviter scripsimus invenitur nobiscum. Cetera omnia quæ dicit in articulo, apud nos non inveniuntur, & sunt verba mente genita & false composita. Tamen de aqua & festo Nativitatis Domini, verum est, quod Armeni non unici detrahunt nobis, qui sumus uniti ecclesiæ Romanæ, & multas alias detractiones & blasphemias loquuntur de nobis, & despiciunt nos; at non debilitamur a veritate, quam accepimus a sancta ecclesia Romana.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod Christus post suam ascensionem habuit humanitatem, sed non habuit naturam humanam, nec voluntatem, nec operationem humanam.

RESPONSIO. Hoc quod dicit, quod Christus post ascensionem suam habebat humanitatem, verum est, quoniam secundum fidem Armenorum perfectus homo est, sicut & perfectus Deus; sed illud, quod dicit quod non habebat naturam humanam, nec voluntatem, nec operationem, falsum est, et in XX. & XXI. & XXV. & XXVI. articulis sufficienter ostendimus, quod secundum hoc quod perfectus homo est, perfecte habet naturam, voluntatem, & operationem, & omnia alia naturalia animæ & corporis. Sequitur.

Etiam dicunt & tenent, quod Christus in cælum ascendens, non subito pervenit ad dextram Patris, sed decima die post suam ascensionem, & in novem diebus, qui sunt a die ascensionis ejus usque ad diem Pentecostes, Christus fuit inter angelos, ita quod per unam diem fuit in uno ordine Angelorum, & alio die in alio, & quilibet ordo angelorum festivavit eum una die: decima vero die pervenit ad dexteram Patris, & tunc statim misit apostolis Spiritum-sanctum, et propter hoc Armeni festivant illos decem dies.

RESPONSIO. Sciendum est, quod S. Gregorius post tormenta amarissima duorum annorum suorum pro testimonio Christi & increpatione idololatriæ Cheridati regis Armenorum, positus fuit & in lacum tormentorum, & erant ibi multi serpentes & scorpiones, & cibabant eos de condemnatis ad mortem. In supradicto lacu B. Gregorius fuit per tredecim annos, de mandato regis, et angelus Dei omni die apparebat et consolabatur eum, et iste angelus erat de quarto ordine; a quo didicit B. Gregorius, quod angeli etiam festivant Ascensionem, qui audivit ab angelo, quod festum magnum est hodie ordini meo qui in cælis est, quod est festum Ascensionis. Ecclesia autem Armenorum de hac materia nihil plus habet, nisi istud de B. Gregorio, sed aliqui alii inveniuntur, qui dixerunt in sermonibus putative, quod quilibet ordo per unam diem festivat, & in quolibet ordine per unum diem stetit, & hoc non habemus a S. Gregorio, nec est acceptabile apud nos, maxime nunc, quando habuimus notitiam Romanæ ecclesiæ; sed magis veritatem dicimus & prædicamus, scilicet quod cælitus ascendit in cælum, & sedet ad dextram Patris, secundum prophetam: *Exultavit ut gigas ad currendam viam.*

Item, quod Armeni de majori Armenia dicunt, quod ipsi sunt ecclesia catholica et apostolica, et propter hoc, quod ipsi habent catholicon; et etiam eorum ecclesia est apostolica, quod ipsi tenent fidem, quam apostoli prædicaverunt, et propter hoc sunt ecclesia catholica et apostolica.

RESPONSIO. Quod Armeni de majori Armenia, propter hoc quod habent catholicon dicunt, se solam ecclesiam catholicam & apostolicam, hoc non audivimus: sed quod ecclesia Armenorum est apostolica, propter hoc quod habent fidem, quam apostoli prædicaverunt, hoc verum est, quia symbolum ecclesiæ Armenorum, quod nunc habet, est sanctum & rectum & conveniens evangelicæ & apostolicę prędicationi, sicut recepimus a sancta ecclesia, & a sanctis patribus nostris. Sequitur.

Græca vero ecclesia non est ecclesia catholica vel apostolica, quia ponunt aquam in vino in

sacri-

ANNO CHRISTI 1342.

sacrificio, & quia dicunt duas naturas esse in Christo, & quia faciunt festum nativitatis Domini xxv. die mensis Decembris.

RESPONSIO. Sciendum est, quod Græci primo in sacrificio non ponebant aquam, & festum nativitatis, sicut Armeni faciebant sexto die Januarii, sed postea in diebus Joannis Osanri ecclesia Græcorum a pontifice Romano recepit aquam ponere in sacrificio, & festum nativitatis facere xxv. Decembris; sed ecclesia Armenorum non recepit, quia catholicon Armenorum S. Isaac dejectus est de sede sua, & non habebat ecclesia Armenorum caput, quod recepisset supradicta, sicut aliæ ecclesiæ, & sic remansit ad pristinam consuetudinem. Græci autem, postquam receperunt aquam in sacrificio ponere, & festum nativitatis colere xxv. Decembris, inceperunt obprobriari Armenis, & Armeni Græcis. Sequitur.

Dicunt etiam & tenent, quod ecclesia Romana non est ecclesia catholica & apostolica, propter easdem causas, quas dicunt de ecclesia Græca, & etiam quia corrumpunt fidem Christianam faciendo & acceptando concilium Calcedonense ad instantiam B. Leonis papæ.

RESPONSIO. Quia ecclesia Armenorum cum ecclesia Romana numquam bellavit, quare obprobria & convicia ecclesiæ Romanæ parum inveniuntur, sicut de B. Leone in canticis Christianorum, & causam quare, in secundo articulo memoravimus. Tamen nos de minori Armenia, & qui de majori Armenia obediunt & conveniunt nobiscum, jamdiu est, cum duabus solemnibus synodis abstulimus obprobria S. Leonis papæ & glorificamus eum cum sanctis, & synodum Calcedonensem cum aliis sanctis synodis, licet aliqui de majori Armenia, qui non conveniunt nobiscum, remanserunt sic, sicut ante erant. Sequitur.

Dicunt etiam & tenent, quod ecclesia Romana & Græca desinent esse ante generalem resurrectionem, vel tempore antichristi: Ecclesia vero Armenorum durabit usque ad finem.

RESPONSIO. Hoc falsum est, quia licet de Armenis dicunt aliqui de rusticis, quod non venient usque ad antichristum, sed pro Græcis & pro Francis, numquam audivimus talia. Sequitur.

Et quod illi de Armenia minori, excepto rege & quibusdam nobilibus, sunt de ecclesia majoris Armeniæ, & sunt pejores, quam illi de majori Armenia, nec volunt recipere aliquem magistrum, nisi sit de majori Armenia. Dicunt etiam, quod rex & nobiles minoris Armeniæ, quia tenent supradictos articulos cum ecclesia Romana & Græca, non sunt de ecclesia catholica & apostolica.

RESPONSIO. Populus Ciliciæ communiter sicut catholicon, rex, & alii prælati ecclesiastici & sæculares uniti sunt ecclesiæ Romanę, similiter & populares. Ideo pejores quam inobedientes manifestare non possunt esse, & si sunt aliqui in corde suo, non sunt inobedientes manifestare non possunt, quia corriguntur de inobedientia etiam per mortem.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod ecclesia catholica fuit per totum orbem diffusa a principio, quia aliqui ex omnibus crediderunt in Christum.

RESPONSIO. Verum est hoc & acceptabile. Sequitur.

Sed postea in concilio Calcedonensi fuit fides ecclesiæ corrupta et destructa, ex eo quod ibi determinatum fuit, quod in Christo erant duæ naturæ et una persona, et omnes qui dictum concilium receperunt, fuerunt extra ecclesiam catholicam: et quia dicti Armeni dictum concilium non receperunt, sed condemnaverunt; ideo solum apud eos est catholica, exceptis paucis de ecclesia minoris Armeniæ.

RESPONSIO. Causam non recipiendi synodum catholicon in secundo & tertio articulis breviter manifestavimus, & illud etiam, quia nos jamdiu est cognoscentes veritatem, recepimus synodum sanctam: tamen non est mirum, si Armeni defecerunt de facto duarum naturarum, quia ut vos bene scitis in synodo Ephesina universaliter a tota ecclesia condemnatus fuit nefandus Nestorius cum hæresi sua, qui dicebat duas naturas, duas personas, & duos filios in Christo; & condemnationem istam Nestorii & hæresis ejus Armeni condemnaverunt in tota ecclesia, sed post modicum tempus facta fuit synodus Calcedonensis, in qua determinatum fuit duas naturas confiteri & unam personam in Christo, licet si dixerint naturas esse unitas in persona, & in hac synodo Armeni non erant, ut veritatem scivissent. Ideo quoniam audiverunt ab Assyriis, quod confirmaverunt hæreses Nestorii, tunc inceperunt declinare a synodo, sicut ab hæresi Nestorii. Sed tamen ecclesia Armenorum in diebus Esach cæsaris, & Esdræ catholicon Armenorum, quęrentes veritatem cum solemni Synodo, receperunt concilium Calcedonense cum determinationibus suis, cum aliis sanctis synodis, & a dicto Esdra usque ad septem catholicon sic tenuerunt; sed post hæc Johannes de Osna fecit synodum in Manasgarde cum sex episcopis Assyriis, & paucis Armenis contra catholicon prædecessores suos, & fecit declinari multos a veritate, dicendo unam naturam, unam voluntatem, unam operationem in Christo contra concilium Calcedonense: tamen alii catholicon dominus Gregorius & dominus Nerses Glanensis, videntes impietatem eorum, voluerunt iterato redire ad pristinum statum, & uniri cum Græcis; & licet duæ partes concordaverint ad invicem, & pervenissent ad unionem, si a morte non fuissent preventi, & remansit sic usque ad tempora prædecessorum nostrorum, qui cum duobus conciliis uniti sunt cum ecclesia Romana, & receperunt concilium Calcedonense, & abstulerunt omnes causas turbationis, & nos una cum omnibus nobis obedientibus sic stamus, sic sumus & docemus.

Item quod Armeni credunt & tenent, quod solum apud ipsos est ecclesia catholica, quia, dicunt, apud illos sunt quæ faciunt esse unam tantum ecclesiam, scilicet verus baptismus & unica fides Christi, & unicus Spiritus-sanctus & unus Deus & Dominus, quæ apud alias ecclesias, quæ vocantur Christianæ, non sunt.

RESPONSIO. Si aliqui talia dixerunt, nos ignoramus, quia nec audivimus, nec diximus, quoniam licet ecclesia Armenorum, secundum fidem Christianam in qua est, de catholica ecclesia est; tamen ipsa per se non est tota & universalis ecclesia; & si dicit habere, sicut & habet veraciter res istas, scilicet verum baptismum, & unicam fidem Christi, unum Sanctum Spiritum, unum Deum & Dominum, tamen non dicit, quod aliqui Christiani non habent, sicut in articulo dicitur, & ex hoc patet, quod dicunt, quod omnes venientes ad eos ab aliis ecclesiis rebaptizant, quoniam baptismus datus in aliis ecclesiis, non putant verum baptismum esse;

ANNO CHRISTI 1341.

esse, & hoc falsum est, quia universaliter in tota ecclesia Armenorum hominem venientam ad eos ab aliis ecclesiis rebaptizant, quia baptismum aliarum ecclesiarum putant verum esse, & non sicut mentiuntur in prædicto articulo; sed aliqui ex eis, qui articulum istum falsum ponunt super Armenos, baptizaverunt plures contra verbum apostoli, qui dicit: *Non est possibile semel baptizatis iterum renovari ad pœnitentiam, & sibi ipsis reiterato crucifigere filium Dei*. Sequitur.

Quia, ut dicunt, Armeni habent etiam veram fidem, quam alia ecclesiæ destruxerunt recipiendo concilium Calcedonense. Habent & vere Spiritum-sanctum & verum Deum & Dominum, quæ aliæ ecclesiæ non habent, quia negaverunt Deum & Dominum in concilio Calcedonensi, dicendo quia in Christo sunt duæ naturæ & una persona.

RESPONSIO. Causam non recipiendi concilium Calceduoense in xxx. articulo manifestavimus & replicandi necessitas non est. Sequitur.

Propter quæ in symbolo non dicunt simpliciter: Et unam sanctam ecclesiam, *sed* in istam sanctam ecclesiam, *accipiendo ly* istam, *pro ecclesia Armenorum*.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia talem intellectum numquam in symbolo audivimus, licet & hoc vocabulum dupliciter invenimus in symbolo Armenorum, universaliter dicunt, *credit in his sola universalis & apostolica ecclesia*, & de hoc sic intelligimus, quia quicquid dicit symbolum, a principio usque hic, & quod post sequitur usque ad finem, credit sola & universalis & apostolica ecclesia. Sed qui dicunt: *credimus in hanc solam universalem, &c.* intelligimus *in hanc* pro una catholica & apostolica ecclesia, quæ orthodoxa confitetur omnia quæ sunt in symbolo, & non solum pro generatione nostra, ut false detrahimur.

Item, quod a tempore Eraclii imperatoris citra, fuerunt tres catholicon in Armenia tenentes diversam fidem & diversum baptismum ad invicem.

RESPONSIO. Sciendum est, quod in hoc articulo ponunt multa inaudita, & insitas pessimas falsitates super Armenos, quia licet catholicon *de Alnane*, quod interpretatur *Columbarum* & Jurgianorum quandoque obediebant catholicon Armenorum, tamen tres catholicon, ut dicitur in articulo, Armeni non tenuerunt, nec post Eraclium, nec ante diversas fides, & diversum baptisma tenuerunt ad invicem. Catholicon *de Alnane* est antiquus, & constitutus a B. Gregorio; sed Archamarensis archiepiscopus est, & quandoque obediebat catholicon, & de parvo tempore citra nomen catholicon imposuit sibi, quare excommunicatus fuit a catholico Armenorum, & adhuc est in excommunicatione; tamen baptisma, fides, & officium & ordinationes ecclesiæ & doctrina eorum trium per unum modum fuerunt usque ad illud tempus, quod catholicon, qui est in Armenia minori, & tres simul cum obedientibus eis uniti fuerunt cum ecclesia Romana. Nunc autem ista est differentia inter nos & eos, quia nos ponimus aquam in sacrificio & facimus festum nativitatis xxv. Decem. & dicimus in Christo duas naturas unitas in una persona filii Dei, & recipimus sanctam synodum Calcedonensem, & confitemur purgatorium & cognoscimus primatum ecclesiæ Romanæ; sed ipsi secundum antiquam consuetudinem non ponunt aquam in sacrificio, et faciunt festum nativitatis et Epiphaniæ sexta Januarii, et dicunt Christum perfectum Deum et perfectum hominem, tamen unam naturam propter ineffabilem unionem, secundum verbum Cyrilli, qui dicit, quod una est natura Verbi incarnati, et adhuc non recipiunt concilium Calcedonense, neque nomen purgatorii audiverunt, nisi de quinquaginta annis citra, et non cognoscunt primatum ecclesiæ Romanæ. Sequitur.

ANNO CHRISTI 1341.

Nam catholicon Columbarum dicit, quod Pater & Filius & Spiritus Sanctus fuerunt crucifixi in cruce.

RESPONSIO. Falsum est hoc & crimen. Sequitur.

Et illi qui subjecti sunt ei, baptizant in aqua.

RESPONSIO. Verum est hoc: Sequitur.

Catholicon vero medius & subjecti ejus dicunt, quod solus Dei Filius fuit crucifixus in cruce.

RESPONSIO. Verum est. Sequitur.

Et pro majori parte baptizant in aqua, licet aliqui, pauci tamen, baptizent in vino, non tamen baptizatos mergunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

RESPONSIO. Falsum est & criminosum, quia omnes cum aqua baptizant in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, quia eumdem librum, & ejusdem rubricas, & eamdem consuetudinem baptismi, quam nos habemus, & ipsi habent, & numquam audivimus, quod aliquis in ecclesia Armenorum cum vino baptizaret, nec ecclesia Armenorum talem errorem sustinere posset. Sequitur.

Catholicon vero tertius a quinquaginta annis citra tenet illud, quod tenet ecclesia Græcorum.

RESPONSIO. Catholicon tertius tenet omnia ecclesiæ Græcorum, per quæ convenit cum ecclesia Romana: tamen illud, in quo cum ecclesia Romana non convenit, non tenet, nec vult tenere, sed tenet sicut sancta ecclesia Romana. Sequitur.

Conveniunt tamen dicti tres catholici & subjecti eorum in istis, quod in Christo est una natura sicut una persona, quæ natura est divina, & quod non ponunt (aquam) in vino in sacrificio, nec faciunt festum nativitatis Domini xxv. die Decembris, excepto catholicon tertio, qui a quinquaginta annis citra in istis a primis duobus est separatus.

RESPONSIO. Differentiam tertii catholicon, qui est in Armenia minori & archiepiscopi Archamareosis & catholicon *de Elnane* superius diximus, & non est necesse reiterare; sed illud quod dicit quod Christus est una natura sicut una persona, & natura ista est divina, omnino falsum est, & crimen tam de his, quam aliis, quæ de nobis asserunt, ut superius diximus, in multis locis. Sequitur.

Quilibet autem de dictis catholicon, dicit, quod ipse tenet veram fidem, & verum baptismum habet, & quod aliqui catholicon ab eo non habent veram fidem, nec verum baptismum, & sic quia sunt divisi inter se, non est una ecclesia inter eos, sed alia & alia.

RESPONSIO. Contrarietas hæc, quæ ponitur de fide & baptismo de supradictis tribus catholicon falsum est crimen, quia catholicon *de Alnane*, & *de Archamar* uniti sunt omnino in fide, & in baptismo, & nos differentiam nostram ab eis in isto articulo demonstravimus.

Item

ANNO CHRISTI 1342.

Item, quod Armeni credunt & tenent, quod in aliis ecclesiis ab ecclesiis Armenorum non datur peccatorum remissio, quia aliæ ecclesiæ negaverunt veram fidem, recipiendo concilium Calcedonense.

RESPONSIO, Talia verba sunt dicta a malignis & a stultis, & sunt valde spernibilia apud nos & maledicta. Sequitur.

Nec etiam habent unum baptismum, quia miscent aquam in vino in sacrificio dicentes, quod aqua quæ fluxit de latere Christi, virtutem tribuit soli sacramento baptismi, & ideo illæ ecclesiæ, quæ miscent aquam in vino, baptismum perdiderunt, propter quod remissio peccatorum non fit apud ipsos, sed solum fit in ecclesia Armenorum.

RESPONSIO. Hæc omnino falsa sunt, quia si ecclesia Armenorum crederet, quod in aliis ecclesiis baptismus non est, quia miscent aquam in vino in sacrificio, baptizatos ab eis rebaptizaret, sed ecclesia nostra, ut in XXXVI. articulo diximus, nullum baptizatum ab aliis eccl. rebaptizat, & sicut credit quod habent verum baptismum, ita habent & remissionem peccatorum. Sequitur.

Et ideo presbyteri Armenorum probibent subjectis, ne sacrameata recipiant ab aliis, quam ab Armenis; quia illa sacramenta alii non habent.

RESPONSIO. Ecclesia Armenorum maxime in Cilicia semper indivisibiliter omnia sacramenta ab ecclesia Romana recepit, & dedit eis maxime ex tunc, quando iterum in caritate ligata fuit cum dicta ecclesia: similiter, & ab ecclesia Græcorum sacramenta accipiebat, & ei dabat quamdiu diligebant se mutuo; sed postquam per diabolum turbatio intravit inter eas, coeperunt declinare ab invicem: tamen Armeni non propter hoc principaliter, quia judicabant eos sacramenta ecclesiæ non habere; sed propter invidiam & inimicitiam utriusque.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod populus subjectus uni catholicon potest recipere dicta sacramenta ab alio catholicon vel presbyteris ejus, & dicta sacramenta valent dicto populo; sed episcopi & presbyteri unius catholicon non possunt recipere sacramenta ab alio catholicon vel subjectis ejus, vel si reciperent, talia sacramenta eis non valerent.

RESPONSIO. Populus totius ecclesiæ Armenorum individicabiliter de una diœcesi in aliam diœcesim, & vice versa accipit omnia sacramenta, & usque nunc non est prohibitum. Simili modo est de episcopis in *Alnaat* & in *Archamar*, accipiunt mutuo sacramenta individicabiliter; sed archiepiscopus Archamarensis, ex tunc quod fuit rebellis nobis, & excommunicavimus simul cum suffraganeis suis, non possunt participare nobiscum, nisi primo obediant & absolvantur ab excommunicatione, in qua sunt. Similiter & catholicon Alnacensis cum suffraganeis suis non participant nobiscum nec nos cum eis, postquam uniti fuimus cum ecclesia Romana. Sed quando conveniunt nobiscum in unione ecclesiæ Romanæ, non est differentia inter nos & ipsos.

Item, quod Armeni credunt & tenent, quod nullus Armenorum potest consequi remissionem peccatorum per episcopos vel presbyteros ecclesiæ Romanæ vel Græcæ.

RESPONSIO. Hæc dicere de episcopis & sacerdotibus Romania falsum est communiter, quia sicut in XXXVIII. manifestavimus, quod sic ecclesia Armena semper tenuit pacem & amorem cum ecclesia Romana, & eamdem opinionem, quam pro se habuit, & etiam pro ecclesia Romana: tamen de Grecis non dicunt, quod populo suo non possint dare remissionem peccatorum, sed populum suum prohibent, ne vadat ad eos. Sequitur.

Sed aliqui ex Armenis dicunt, quod dicta peccatorum remissio potest fieri in Armenis per episcopos & presbyteros Armenorum.

RESPONSIO. Hæc opinio generalis est omnium, & non solum aliquorum. Sequitur.

Alii vero dicunt, quod episcopi vel presbyteri Armenorum nihil faciunt ad peccatorum remissionem, nec principaliter, nec ministraliter; sed solus Deus peccata remittit: nec episcopi vel presbyteri adhibentur ad faciendum dictam peccatorum remissionem, nisi quia ipsi acceperunt potestatem loquendi a Deo, et tum Deo; et ideo cum absolvunt, dicunt, Deus dimittat tibi peccata tua, *vel* Ego dimitto tibi peccata tua in terra, Deus dimittat tibi in cælis.

RESPONSIO. Hoc quod dicit, quod episcopi & presbyteri Armenorum nihil faciunt ad peccatorum remissionem, falsum est, & non audivimus, quia licet principaliter dare remissionem solius Dei est, de se habet & facit, sed ministrabiliter datum est a Deo ministris ecclesiæ dimittere peccata. Sed quod dicit Apostolus: *Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum in cælis: & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in cælis*. Et iterum in Evangelio sufflavit in eis & dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, & quibus remiseritis peccata, remittuntur eis: & cui retinueritis, retenta sunt*; quoniam secundum quod accepit a Deo, dare potest aliis: sed pro forma absolutionis sciendum est, quod licet intentio sacerdotis, & illius, qui confitetur, eadem est sicut vestra, quia intentio intendit dare, & populus recipere remissionem peccatorum; tamen formam non perfecte ponebant, sed sic dicebant, ut supradictum est. Sed ex tunc quod habuimus notitiam Romanæ ecclesiæ, multi de nobis addiscentes formam ejus, cum eadem forma facimus remissionem peccatorum, et docemus alios facere.

Item, Armeni dicunt et tenent, quod postquam aliquis peccando perdidit gratiam Dei, numquam postea in æquali gratia resurgit.

RESPONSIO. Nos dicimus et habemus, quod post peccatum cum pœnitentia et gratia Dei potest aliquis in æquali et altiori gratia ascendere, sicut antiquitus de David propheta, et in novo testamento de Petro Apostolo, et aliis eis similibus.

Item, Armeni dicunt et tenent, quod sola Dei passio sine omni alio dono Dei, etiam gratificantis, sufficit ad peccatorum remissionem, nec dicunt, quod ad peccatorum remissionem faciendam requiratur gratia Dei gratificans vel justificans, nec quod in sacramentis novæ legis detur gratia gratificans.

RESPONSIO. Arbor ex fructu cognoscitur, ut dicit Veritas Dei, sive ab operibus Armenorum potest agnosci, quoniam qui hæc dicunt mentiuntur. Armeni vero baptizatos baptizant in remissionem peccatorum, absolvunt et absolvuntur a peccatis; similiter et alia sacramenta accipiunt, quæ de Christo sunt spirituales medicinæ pro salute nostra data, quoniam credunt, quod sub velamine visibilia Dei divina gratia invisibiliter operatur salutem humanam, quoniam sacramenta non solum signant vel ostendunt; sed etiam dant gratiam sanctificationis digne recipientibus, et recipientes faciunt pla-

ANNO CHRISTI 1342.

legem antiquam; sed abhorremus valde, si aliquis de Christianis inveniatur judaice vivere. Sequitur.

Et de hoc etiam reprehendit eos Damascenus, dicens, quod dicti Armeni accipientes de erroribus Judæorum, Sarracenorum, paganorum, & aliorum errantium, de illis erroribus suam fidem composuerunt.

RESPONSIO. Fidem & confessionem ecclesiæ Armenorum mittimus sanctitati vestræ, & inde videre poteritis utrum de Christi evangelio est, & ab apostolis ejus est, an de errore Judæorum, Sarracenorum & paganorum. Et mentiuntur, quoniam inde manifestabitur falsitas eorum, qui injuste contemnunt Armenos. De Damasceno vero non habemus talia dicta de nobis, sicut superius fuit dictum: tamen si dixerit, ut homo Græcus, tunc non solum nobis dixit, sed vobis plus quam nobis, quod inconveniens putavimus scribere. Sequitur.

Et de dicta fide in concilia Manasgardensi librum composuerunt, qui apud eos vocatur Radix fidei.

RESPONSIO. Nos concilium Manasgardense una cum omnibus determinationibus suis reputamus contra veritatem, & a magno tempore citra non recipimus eum, sicut superius multotiens manifestavimus.

Item, quod dicti Armeni observant discretionem ciborum mundorum & immundorum animalium, secundum quod lex Moysi dicit.

RESPONSIO. Licet Armeni aliqua animalia separent, & aliquas volucres, & non comedant: tamen hoc non faciunt propter cæremonialia legis Moysi, sed propter inconsuetudinem gentis. Qui sani sunt, cum gratiarum actione recipiunt omnia secundum Apostolum. Omnes creaturæ Dei bonæ sunt, nec est aliud dejicibile, iis maxime qui cum gratiarum actione recipiunt, quoniam omnia mundantur per verbum Dei. Sequitur.

Et licet aliqui de Armenia comedunt porcum: tamen secundum eos, si sacerdos comederet de porco, postea non posset expellere dæmones de obsessis corporibus, quia, ut dicunt, Dominus expellens dæmones de duobus hominibus, misit eos in porcos.

RESPONSIO. Illi monachi de Armenis, qui carnes non comedunt, nec carnes porcinas comedunt: licet aliqui particulariter inveniantur in majori Armenia, qui non comedunt, ad quos non pervenit potestas nostra ut corrigantur.

Item, quod (cum) Armeni jejunant diebus jejuniorum institutis inter eos, non comedunt carnes, nec pisces, nec ova, nec caseum, nec butyrum, nec lac, nec oleum, quia dicunt, quod omnia ista sunt quædam carnes.

RESPONSIO. Verum est hoc excepto oleo, quod communiter comedunt: et de piscibus multi comedunt; et causam, quam dicunt non comedendi, dicentes quod sunt quædam carnes, hoc falsum est, quoniam non propter hoc quod dicit, non dimittimus comedere; sed quia ab ecclesia nostra prohibita sunt, et quia habemus exemplum a Christo, ab apostolis, et a sanctis patribus in Thebaida, qui in diebus jejuniorum ab omni pinguedine et sapido cibo abstinebant, ad affligendum et subjiciendum corpus, ut dicit apostolus, quod per necessitates et desideria se ipsos crucifigebant. Sequitur.

Comedunt autem herbas, panem & vinum: possunt tamen comedere, quotiens volunt, illis diebus, quibus jejunant.

RESPONSIO. Hoc quod dicit, quod comedunt, verum est, et alia multa cibaria de seminibus et fructibus, et de dulcibus etiam comedunt: illud tamen quod dicit, quod possunt comedere quotiens volunt in diebus jejuniorum, licet in jejuniis hebdomadarum et in quarta et sexta feria, verum est, et pauci sunt qui solum semel comedunt; sed in diebus jejuniorum quadragesimæ, abstinent usque ad horam nonam, et plures semel comedunt, exceptis quibusdam vitiosis, qui nolunt facere secundum legem, sed secundum voluntatem; et exceptis laborantibus et infirmis, pauperibus, prægnantibus et lactantibus. Sequitur.

Dicunt & prædicant, quod illi qui in diebus jejuniorum comedunt pisces, ova, caseum, butyrum & oleum, sunt maledicti & infideles, & extra fidem constituti, & sunt ab ovili Christi separati.

RESPONSIO. Ista sunt verba rixæ et contrarietatis, quoniam qui Christi sunt, secundum apostolum faciunt, qui dicit: *Is qui manducat, non manducantem non spernat; & qui non manducat, manducantem non judicet.* Et, *qui manducat, Domino manducet, gratias enim agit Deo; & qui non manducat, Domino non manducet, & gratias agit Deo.* Et non maledicimus, nec dicimus, nec credimus, quod propter cibaria separati sint comedentes ab ovili Christi. Et si quandoque aliqui dicunt talia verba, sicut superius dicitur, propter rixas et controversias dicunt, non secundum legem.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod si Armeni committunt semel quodcumque crimen, quibusdam exceptis, ecclesia eorum potest absolvere eos tantum ad culpam & pœnam de dictis criminibus: sed si aliquis commiserit dicta crimina iterum, absolvi non possunt per eorum eccl.

RESPONSIO. Hoc falsum est, et contra doctrinam Christi, cui credimus et obedimus: qui dixit Petro, Dimitte peccanti, non septies, sed septuagies septies. Item, secundum consuetudinem ecclesiæ nostræ, quotiescumque peccatores pœnitentes veniunt ad confessionem, audimus eorum confessionem, & secundum demerita pœnitentiam injungimus; tamen si confessor ignorat mederi, mittit eum ad magistros vel ad episcopos. Quare falsum dicit, quod si quis committeret dicta peccata iterum, absolvi non posset per eorum ecclesiam; et licet absolvimus peccatorem a peccatis, non tamen a pœna communiter.

Item, dicunt, quod si aliquis eorum post baptismum acceptat primam & secundam uxorem, absolvi potest per eos; quod si accipiat tertiam & quartam & deinceps, non potest absolvi per eorum ecclesiam; quia dicunt, quod tale matrimonium fornicatio est, & talem habent pro pagano: ita quod nec erit in fine communicandus, neque ducunt de domo sua ad sepeliendum per portam domus; sed frangunt parietes domus, et per foramen parietis educunt corpus ejus; nec missam celebrant, nec sepultura ecclesiæ eum sepeliunt, sed faciunt de eo, sicut de pagano.

RESPONSIO. Armeni, qui non sunt uniti ecclesiæ Romanæ in majori Armenia, secundum consuetudinem Græcorum duas uxores accipere putant esse legitimum; sed tertiam et quartam et deinceps adulterium putant. Tamen, quando illi, qui tertiam uxorem vel quartam acceperunt, convertuntur, ad pœnitentiam recipiunt, et faciunt pro eis et in vita et in morte, sicut pro aliis peccatoribus; ideo illud quod dicit, quod tales putant paganos, in morte non communicantur, et quod non extrahant per

por-

ANNO CHRISTI 1342.

portam domus, & talia opprobria quæ dicit contra eos, falsum est, nec alias vidimus, nec audivimus. Nos vero de Cilicia, & qui obediunt nobis, postquam uniti fuimus cum ecclesia Romana, qui recipiunt tres vel quatuor, & sic deinceps unam post aliam, recipimus eos, & alios Christianos legitime nubentes. Sequitur.

Si tamen ille qui recipit tertiam uxorem dum vivit, eam dimittit sic, ut postea non revertatur ad eam, recipiunt eum ad pœnitentiam, & imponunt ei XV. annos pro pœnitentia, sic quod in dictis annis non comedat carnes, pisces & supradicta lacticinia; & si dictam pœnitentiam perfecerit, & postea moriatur, faciunt de eo, sicut de alio Christiano in vita & morte.

RESPONSIO. Verum est hoc, quod recipiunt ad pœnitentiam tales in majori Armenia, sicut & alios peccatores, tamen non sic, sicut dicitur in articulo.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis ante susceptionem ordinis sacri commisit aliquod peccatum luxuriæ carnalis exterioris, quod ille habet confiteri confessori dictum peccatum.

RESPONSIO. Verum est, quod ecclesia Armenorum omnes quos ordinat, prius facit eos confiteri, postea ordinat. Sequitur.

Deinde episcopus qui ordines facit, interrogat dictum confessorem, si ille est dignus ordinari. Cui sacerdos respondet, quod non, & sic repellitur a susceptione ordinis sacri.

RESPONSIO. Verum est hoc, quod antequam essemus uniti cum ecclesia Romana, tales defectus fiebant, ut superius dicitur: tamen non communiter, ut supra; & adhuc aliqui in majori Armenia, qui non obediunt nobis, forte sic faciunt. Sequitur.

Si vero postquam ordinatus est, commiserit tale peccatum luxuriæ, oportet quod si absolvi velit, quod confiteatur confessori suo, & tunc ille confessor deponit eum ab executione ordinis; & si postea exsequatur actus dicti ordinis, dictus confessor dicit hoc episcopo in præsentia aliorum, & eum qua vel cum quo peccaverit, revelat.

RESPONSIO. Communiter hoc non est verum; tamen principaliter possibile est esse inique; sed ubi potestas nostra pervenit, non dimittimus tales sine pœna transire. Sequitur.

Mulieres etiam, cum quibus tales peccaverint, jactant se dicendo: Ego deposui talem sacerdotem.

RESPONSIO. Possibile est, quia aliquando fuerunt talia; sed tamen quando inveniuntur, puniuntur. Sequitur.

Ex quo contingit apud Armenos, quod multi sunt qui dicta peccata nolunt confiteri dum vivunt, ne repellantur a susceptione sacrorum ordinum; & si eos susceperint, ne postea deponantur ab ordinis executione.

RESPONSIO. Sciendum est, quod plures propter timores & verecundiam non confitebantur, ut putamus; nunc autem omnes confitentur.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod ista peccata sunt irremissibilia, nec eorum ecclesia potest hæc peccata remittere, quia Christus non dedit ecclesiæ potestatem, quod talia peccata remittat, scilicet si aliquis peccatum luxuriæ committat in ore hominis vel mulieris.

RESPONSIO. Tale quod nunquam nos audivimus. Sequitur.

Et si blasphemat Christum, vel fidem Christianam, aut crucem, & tales blasphemos non reputant Christianos, nec sacramenta ecclesiæ eis ministrant dum vivunt, nec quando moriuntur faciunt eis sicut de Christianis; nec eorum filios reciperent ad baptismum, nisi convertantur, & pœnitentiam agant.

RESPONSIO. Hæc omnia falsa sunt, quoniam omnia peccata quæ confitentur & pœnitentur, remittuntur, sicut Christus dedit ecclesiæ potestatem, & ecclesia nostra facit, excepta finali impœnitentia, quod est irremissibile apud nos. Ideo ecclesia nostra non pœnitentibus & induratis in peccatis, qui in hora mortis etiam non avertuntur a peccatis, non dat eis sacramenta ecclesiæ. Tamen nunquam hæc audivimus nec vidimus, quod pueri geniti a peccatoribus parentibus, puniantur pro peccato parentum, non dando eis characterem baptismi; quod est valde falsum & despectuosum, & contra prophetam dicentem: *Filius non portabit iniquitatem patris sui.*

Item, quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis commiserit semel peccatum adulterii, sodomiæ, bestialitatis, vel homicidii, vel apostasiam a fide, faciendo se Sarracenum, vel Judæum; & etiam si aliquis dicat, quod in Christo sunt duæ naturæ & una persona, potest absolvi per eorum ecclesiam, non tamen debet communicari, nisi in fine vitæ suæ.

RESPONSIO. Hoc verum est, exceptis duobus. Primum, quod dicit quod tales peccatores non debent communicari nisi in fine vitæ; quia talibus peccatoribus, quando conteruntur, & confitentur peccata sua, & pœnitentiam peregerint, damus eis sacramenta. Secundum est quod dicit, quod si aliquis dicat, quod in Christo sunt duæ naturæ & una persona, duplici modo intelligimus hoc; si dicentes dicunt duas naturas divisas in Christo, sicut Nestorius, tales infideles reputamus: sed qui dicunt duas naturas unitas in una persona Filii Dei, quod credidit ecclesia nostra, & credit firmiter, & hoc peccatum non putamus, sed potius justitiam, sanctitatem & veritatem, sicut superius diximus. Sequitur.

Et si quis commisit dicta peccata vel etiam alia pluries, non potest absolvi per ecclesiam, nisi prima vice; & si postquam semel confessus fuerit & absolutus de aliquo peccato, de prædictis iterata committat dictum peccatum, prima absolutio non valet.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia ecclesia Armenorum semper recipit pœnitentes, sive sint peccata ejusdem speciei, seu alterius speciei; & prima absolutio valet confessis, licet in peccata confessa recidivent.

Item, quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod si sacerdos habens uxorem, cum ipsa committat sodomiam, non peccat, nec si hoc confiteatur, deponitur, sed in hoc derelinquitur conscientiæ suæ, quod confiteatur, vel non confiteatur si vult.

RESPONSIO. Sodomitæ, ut habemus ex sacra scriptura, propter gravitatem turpitudinemque peccati, cum maximis pœnis puniti fuerint a Deo, sicut sodomitæ & gommorritæ, propter quod si aliquis de sæcularibus inveniatur in hoc peccato, punitur: Ergo multo plus clerici, si inveniantur in hoc peccato; sed mirum est, quod dicit, quod si sacerdos sodomiam committat cum uxore non peccat, & relinquitur conscientiæ suæ confiteri & non confiteri. Unde potest hoc probari? ipse sibi contradicit ubi in 50. articulo peccatum fornicatio-

ANNO CHRISTI 1342.

cationis aggravat, & hic sodomiam peccatum non dicit: ex quo patet, quod falsum est.

Item, quod inter Armenos catholicon et episcopi excommunicant Armenos sine omni culpa excommunicatorum, et nulla monitione præmissa, sicut placet eis.

RESPONSIO. Falsum est communiter, quoniam nos pro peccatis excommunicatorum monemus homines: si audiant & dimittant peccata, bonum est: tamen, si non obediant, tunc excommunicamus, licet multotiens propter debilitatem nostram & injustitiam tyrannorum excommunicandos etiam excommunicare non possimus; & hoc etiam multotiens accidit in ecclesia Dei nobis & aliis, quia injusti prælati injuste communicant populum suum propter vitia sua. Sequitur.

Et dicunt, quod excommunicati per eos non possunt absolvi de aliquo peccata, nisi per catholicon vel episcopos, qui eos excommunicaverunt.

RESPONSIO. Excommunicatos a catholicon, sine verbis & auctoritate catholicon, nullus de episcopis potest absolvere. Excommunicatos vero ab episcopis, si injuste fuerit factum, catholicon justitiam faciens absolvit eos, vel absolvere facit. Sequitur.

Si tamen vadant ad alium catholicon vel episcopos alii catholicon subjectos, possunt absolvi per eos a dicta excommunicatione et peccatis suis.

RESPONSIO. Verum est hoc, quia sunt inobedientes & injusti; quia quod de jure non possunt facere, injuste faciunt; & ecclesia corrigere non potest, quia sub potentia infidelium sunt. Sequitur.

Dicunt, et tenent, quod excommunicatis non debent sacramenta ecclesiastica ministrari.

RESPONSIO. Verum est hoc. Sequitur.

Et si aliquis excommunicatus moriatur, amici ejus vadunt vel mittunt ad illum, qui eum excommunicavit, et dant ei pecuniam, vel alias res valentes pecuniam, prout conveniunt cum eo; et tunc excommunicans dat ei licentiam, quod ipsum sepeliant ecclesiastica sepultura, et quod faciant pro eo illa quæ supradicta sunt de animabus, non tamen aliter absolvunt illum ab excommunicatione.

RESPONSIO. Si excommunicatus in die mortis pœnitet de peccatis, & rogat præsentes, ut vadant ad excommunicantem, rogare eum, ut pacificetur, reddendo debitum, si possibile est, etsi non misericordiam petere, tunc excommunicans convenit cum eis, & dat licentiam facere ei sicut & aliis Christianis. Multotiens vero injusti episcopi & officiales eorum faciunt injustitiam, sicut scriptum est hic & prius.

Item, Armeni dicunt et tenent, quod excommunicationis sententia etiam juste lata, et secundum Domini ordinationem, quia monitus non vult ecclesia obedire, nec se de peccata quod commisit emendare, non excludit a regno Dei; quia ita beat excommunicatus vadit ad regnum Dei.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia tale opus infidelium est, qui spem gratiæ ecclesiæ non habent, nec bonorum spiritualium, ut dicit apostolus: *qui terrena cogitant solum, quorum abstractum est cor, alienati sunt a vita Dei:* generatio vero Armenorum maxime sæculares turmæ, valde timent ab excommunicatione vel juste vel injuste (lata.) Sed si Armeni excommunicationem nihil putent, ut dicit, quo modo ergo in LIV. articulo „ contra se dicit, Ar„ meni dicunt & tenent, quod excommunica-

A „ tis non oportet dare sacramenta. Item, si
„ aliquis excommunicatus moriatur, parentes
„ ejus vadunt & mittunt ad eum qui excom„ municavit eum, & conveniunt cum eo, &c.„
Hinc patet quod false dicunt. Sequitur.

Sed fornicatio, homicidium, adulterium, & si sacerdos accipiat secundam uxorem, & si aliquis ex Armenis dicat esse in Christo duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes, & unam personam; ista excludunt a regno Dei, & non excommunicatio lata propter inobedientiam ecclesiæ. Unde Armeni parum vel nihil reputant excommunicationem valere.

RESPONSIO. Verum est, quod peccata quæ a lege divina prohibita sunt, operantes sine
B contritione et pœnitentia excludunt a regno, et peccata quæ sunt contra canones et statuta ecclesiæ, sicut in ecclesia Armenorum confirmatum est per synodum, quod sacerdos unam uxorem habeat et non plures, et qui plures accipiunt, peccant, et si impœnitentes moriantur, pereunt; sed de duabus naturis, et duabus voluntatibus et duabus operationibus et una persona, quo modo intelligimus in Christo, respondimus supra in multis locis.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod si aliquis fuisset baptizatus in ecclesia, & postea lapsus fuisset in hæresim vel in apostasiam a fide, faciendo se Sarracenum, vel Judæum, & deinde vellet reverti ad ecclesiam Armenorum, non reba-
C *ptizaretur, sed solum cum chrismate inungeretur, nec aliter absolvatur; imponitur tamen ei, quod vadat ad locum illum, in quo commisit apostasiam a fide, & ibi coram omnibus confiteatur peccatum suum, & abneget illam perfidiam, quam commisit.*

RESPONSIO. Verum est hoc, quia baptizatos iterum non baptizamus; sed apostatantes a fide Christi secundum septimum canonem Laodicensem, sive etiam secundum canonem Constantinopolitani concilii, qui mandat primo abrenunciare hæreses in quas crediderunt, et confiteri orthodoxam fidem, et eos ungere cum oleo sancto in fronte. Sic et nos quandoque facimus, tamen non injungimus
D conversis iterato ire ad locum, ubi negaverunt Christum, nisi forte ipsi voluerint; et si aliquis confessor interrogaverit conversum, utrum valuerit ire ad locum illum, ubi negavit Christum, et confiteri eum, et ipse respondeat, non, propter hoc non dimittitur recipi ad gratiam. Sequitur.

Si tamen aliquis fuisset baptizatus in ecclesia alicujus catholicon Armenorum, & postea converteretur ad fidem Romanæ ecclesiæ vel Græcæ; si postea vellet venire ad ecclesiam primam, in qua fuerat prius baptizatus; illa ecclesia sic baptizaret eum, ac si numquam baptizatus fuisset & semper fuisset Sarracenus vel Paganus. Si vero aliquis fuisset primo baptizatus in ecclesia Ro-
E *mana vel Græca, & postea vellet venire ad ecclesiam Armenorum: illa ecclesia, ad quam veniret, rebaptizaret eum, ac si numquam baptizatus fuisset, sed semper fuisset Paganus vel Sarracenus.*

RESPONSIO. Falsum est hoc ut in XXXVI. articulo sufficienter manifestavimus et respondimus, ubi hoc etiam dicit, quod et hic. Sequitur.

Et quod Armeni ideo dicunt, quod baptizati in ecclesia Romana vel Græca, quando veniunt ad ecclesiam Armenorum, rebaptizari debent; quia ecclesia Romana vel Græca in eo, quod dicunt

duas naturas esse in Christo, fidem negaverunt; & ex eo quod ponunt aquam in vino in sacrificio, non habent aquam baptismi, quia aqua quæ fluxit de latere Christi, non potest fervire in sacramento baptismi. Unde cum ponatur aqua in sacrificia per dictas ecclesias, eædem ecclesiæ non habent baptismum, quia non habent verum chrisma, sine quo verum baptisma non datur; & propter prædicta, quia ecclesia Latina & Græca non habent verum baptisma, sed solum ecclesia Armena dictum baptismum verum habet, quia contraria dictis ecclesiis tenet & habet; & ideo ecclesia Armena baptizat baptizatos in ecclesia Latina vel Græca, quando veniunt ad eam.

RESPONSIO. Causæ baptismi quod ecclesia Armenorum baptizat baptizatos a Latina ecclesia vel Græca, ut dicunt detractores Armenorum, tres sunt. Primo quia Romana ecclesia & Græca dicunt duas naturas esse in Christo. Secunda, quia aquam ponunt in sacrificio. Tertia, quia non habent verum chrisma; sed ecclesia Armenorum nunquam baptizavit, nec nunc baptizat baptizatos a supradictis ecclesiis. Ergo falsum & criminosum est, quod dicunt de nobis.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod verum chrisma sic conficitur, quod habent diversos flores aromaticos, & alias, quos invenire possunt in die ramis palmarum, & illos decoquunt in vino, & deinde dictum vinum accipiunt, & per quatuor dies ante diem cœnæ ponunt dictum vinum in oleo, decoquunt insimul, & astant tunc multi episcopi & sacerdotes, dicentes multas orationes dum hæc decoctio fit; & deinde die cœnæ accipitur unus flasca de dicto oleo, & in ipso flascone ponit catholicon balsamum, & postea catholicon celebrat missam; & quando catholicon elevat corpus Christi, unus episcopus qui adstat ei, elevat dictum flasconem, & catholicon dicit orationes. Deinde de dicto flascone ponitur in diversis vasis, quæ stant ibi juxta altare, & sic verum chrisma conficitur solum per catholicon modo prædicto.

RESPONSIO. Verum est hoc, exceptis duobus, primo, quia cum vino non decoquimus, & secundo, quia in oleo vinum non immiscemus, sed odoriferos flores & aromata decoquimus in aqua, ut accipiat aqua odorem suavitatis; & post hæc accipimus aquam illam claram & odoriferam, & in dicta aqua decoquimus oleum usque totaliter quod deficit aqua, & remanet solum in oleo odor suavitatis, & hoc ideo facimus, ut incorrupte & odorifere remaneat, & ut propter longitudinem temporis non corrumpatur; quia in multis provinciis, ubicumque sunt obedientes nobis, de nobis recipiunt oleum unctionis sive chrisma; & episcopi qui sunt sub potestate nostra, & sub dominio infidelium, a nobis prohibiti sunt consecrare chrisma, ut non propter distantiam sint rebelles nobis. Et balsamus miscetur simul cum oleo, & simul consecrantur in vase super altare, licet tantum unus flasco elevatur, ut populus videat. Sciendum est, quod alias orationes non dicunt, nisi quatuor evangelia leguntur quando decoquitur chrisma. Sequitur.

Et sine tali chrismate non potest dari verus baptismus.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia licet non sic facimus, sicut diximus, tamen baptizatos cum chrismate aliarum ecclesiarum veraciter habemus baptizatos, & non despicimus, & supradictam falsam opinionem alias non audivimus. Sequitur.

Unde contigit apud eos, quod pueri portati ad baptismum, quia sacerdos non habet de dicto chrismate, vel illi qui puerum portaverunt, nolunt tantum dare, quantum sacerdotes vellent, frequenter moriuntur sine baptismate.

RESPONSIO. Licet secundum consuetudinem gentis nostræ sacerdos semper chrisma & corpus Christi custodit, tamen si contingat in aliquo loco, quod chrisma non inveniatur, & necessitas erit baptizandi, tunc baptizant solum cum aqua, & baptizati sunt; & licet sacerdotibus, qui baptizant, dent unum dragma, vel plus secundum voluntatem dantis; sed numquam audivimus, quod sacerdos quando baptizat, acceperit pretium pro chrismate, quare falsè dicunt. Sequitur.

De quibus pueris dicunt Armeni, quod in die judicii baptizabuntur de sanguine, qui fluxit de latere Christi: quia, ut dicunt, quando Christus moriebatur in cruce, luna descendit, & accepit sanguinem Christi, qui adhuc manet in luna, & ex hoc apparet aliqua nigredo in luna, quæ prius non apparebat: in die autem judicii effluet dictus sanguis de luna, de quo baptizabuntur dicti parvuli, quod sic possint intrare regnum cælorum.

RESPONSIO. Hoc omnino falsum est, nec audivimus usque nunc, & valde miramur de tam falsa compositione. Tamen notandum est, quod in IX. articulo contrarium dicunt. Armeni dicunt, quod non baptizati pueri, post generale judicium ibunt ad paradisum terrestrem & non cælestem.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod ad hoc quod sit baptizatus verus, ista tria requiruntur, scilicet aqua, chrisma (quod) modo prædicto factum est, eucharistia: ita quod si aliquis baptizaret in aqua aliquem dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus-sancti, amen, *& postea non ungeretur dicto chrismate, non esset baptizatus. Si etiam non daretur ei Eucharistia, sacramentum baptismi ratum non esset.*

RESPONSIO. Licet secundum consuetudinem ecclesiæ nostræ noviter natis tria sacramenta simul damus. Primo baptizamus tali modo, quod sacerdos ponit puerum in aqua fontis, & accipit de eadem aqua sancta, in qua stat puer, & ponit super verticem pueri, dicendo: *Talis veniens de catechumenis ad baptismum, baptizetur in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti amen.* Et post hæc cum chrismate confirmant eum ad modum crucis in fronte pueri, & dicunt: *Oleum suave in nomine JESU CHRISTI fusum super te, sit character divinus & cælestis donorum in nomine Patris & Filii & Spiritu-sancti, amen.* Et cetera alia: & postea puerum baptizatum communicant sic: cum corpore Christi sicco tangunt labia pueri, & reponunt; & si sacerdos celebrat & in tempore illo baptizatur puer, tunc modicum sacerdos digitum suum tingit in sanguine, & inde tangit labia pueri, & hoc fit secundum consuetudinem ecclesiæ Græcorum tantum. Si necessitas contingat baptizandi, ubi chrisma & corpus Christi non inveniuntur, tunc baptizant cum sola aqua, & baptizant cum sola aqua, & baptismus est, sicut in LVII. articulo diximus. Ideo non est verum quod dicunt, quod baptizati sola aqua in tempore necessitatis, qui non fuerunt uncti cum chrismate, vel communicati de corpore Christi, baptizatos non putant esse. Sequitur.

Et

ANNO CHRISTI [illegible]

☞ *Et etiam apud eos non baptizantur pueri quousque habeant VIII. dies.*

RESPONSIO. Hoc falsum est, quia post & etiam ante baptizamus, & secundum voluntatem parentum, & necessitatem noviter natorum. Sequitur.

Et tunc species sacramenti Eucharistiæ liquefiunt in aqua vel vino, & ponunt in ore pueri baptizati, & sic accipiunt eucharistiæ sacramentum, & tunc dicuntur vere baptizati: quę tria si non fierent, Armeni non reputarent puerum vere baptizatum.

RESPONSIO istius prius fuit habita, sed illud quod dicunt, quod balneant in aqua vel in vino, omnino falsum est. Sequitur.

Dicunt etiam, quod pueri baptizantur in peccatorum remissionem, tamen nullum peccatum habent.

RESPONSIO. Falsum est hoc; quia pueri baptizantur in remissionem peccati originalis, ut Armeni dicunt & credont, & hoc sufficienter ostcodimus in articulis IV. & in XIII. Sequitur.

Adulti vero baptizantur in remissionem peccatorum, non quia in aqua baptizantur; sed quia dicto chrismate inunguntur, & accipiunt Eucharistiæ sacramentum.

RESPONSIO. Falsum est hoc, qoia Armeni io unctione oon petunt remissionem peccatorum, sed gratiam; quoniam remissionem peccatorum in aqua fontis baptismatis recepit in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, quæ est ante unctionem & communionem: & in LXX. articulo dicit aliam falsitatem contra istam, quod Armeni non dicunt vel tenent, quod sacramentum Eucharistiæ digne susceptum operetur in suscipientem remissionem peccatorum, vel pœnarum debitarum pro peccato relaxationem; vel quod per ipsum detur gratia Dei, vel ejus augmentum: ex quibus patet, quod falsum dicunt, quod corpus Christi operetur remissionem peccatorum io suscipientibus digne, & non operetur simul. Hoc falsum est & impossibile.

Item, quod Armeni diversimode baptizant; & quantum ad materiam, & quantum ad formam baptismi. Quantum ad materiam quidem, quia aliqui, licet pauci, baptizant in vino puro: alii vero in lacte, alii vero communiter in aqua.

RESPONSIO. Omnino falsum est & erroneo, quoniam materia baptismatis Armenorum est sola aqua, in qua Christus baptizatus fuit, & quæ exivit de latere Christi ad ablutionem nostram, & etiam a Christo audivimus, quod in evangelio dicitur: *amen amen dico vobis, qui non fuerit renatus ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare regnum Dei.* Ideo ecclesia Armeoorum dixit in oratione baptismi: *Concede aquam istam, in qua baptizatur iste nunc in remissionem peccatorum, & receptionem Spiritus sancti, & adoptionem patris cælestis & ad hereditatem regni cælorum, ut mundatus a peccatis, in beneplacito tuæ voluntatis fiet in hac vita, & in futuram bonum indeficiens hereditabit.* Et cum lacte & vino baptizare numquam vidimus, nec audivimus, nec in libris nostris hoc iovenitur. Ideo possumus dicere cum propheta *sepulcrum patens est guttur eorum, et linguis suis dolose agebant.* Sequitur.

Quantum vero ad formam, nulla forma baptismi certa est apud eos, sed quilibet episcopus vel presbyter ordinat sibi formam in qua baptizet.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quooiam forma baptismi ecclesiæ Armeoorum una est, & non alia; et talis est ista, quod sacerdos ponit puerum io fonte baptismatis, accipit aquam benedictam, in qua stat puer & ponit soper verticem pueri, dicendo: *Talis veniens a catechumeno ad baptismum, baptizetur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Aliqui autem merguut ter in aqua, ter recipiendo dictam formam. Hæc est forma ecclesiæ nostræ. Sed quod quilibet episcopus vel sacerdos componat sibi formam specialem & baptizet, numquam vidimus, nec audivimus, nec scimus. Sequitur.

Et modum baptizandi tenet quem vult. Aliqui enim ex eis qui in aqua baptizant, non nominant dum baptizant tres personas divinas: dicendo: Baptizetur iste in nomine Patris & Filii & Spiritus-sancti, *sed dum baptismatum in aqua lavant, dicunt evangelium ab illo loco:* Venit JESUS a Galilæa io Jordanem ad Johannem *usque ad illum locum:* Et vox facta est dicens: Hic est filius meus. *Alii vero dum baptismatum lavant.* Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit, Domious super aquas multas. *Alii vere dum baptizatum lavant, dicunt antiphonam, scilicet:* Dum erant apostoli in cœnacolo, repente venit sonitus tamquam spiritus vehemens cum magna voce, & accendit eos in igne sine ardore. *Dicunt etiam illam antiphonam:* Repente descendit Spiritus-sanctus io similitudinem gloriæ super apostolos. *Et aliam etiam, quæ talis est:* Benedictio io excelsis Spiritus-sancti procedentis a Patre, per quam inebriati sunt apostoli vino immortali & iovitaverunt terram ad cælum.

RESPONSIO. Quia sicut materia & forma ecclesiæ Armenorum oniformes sunt, ut superius est dictum, similiter & modus baptismatis per totam ecclesiam Armenorum per unum modum est; & differentias istas, qoas dicis in articulo, modo quo dicuntur, nec habemus, oec in libris nostris invenimus, quia licet dicamus: *Vox Domini super aquas*, quando aquam ad fontem baptismatis pooimus, & post hæc legimus de Ezechiele: *Hæc dicit Dominus: accipiam vos, etc.* & ab apostolo, *Ergo lex pædagoga, etc.* Et post hæc evangelium: *Et erat homo ex pharisæis nomine Nicodemus, etc.* Et post hæc duæ orationes, & post hæc baptizant in fonte baptismi in aqua, *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus-sancti.* Et post hæc sacerdos tenens puerum in fonte dicit hoc evangelium: *Tunc venit Jesus de Galilæa in Jordanem ad Johannem, etc.* usque illuc. *Exivit JESUS velociter de aqua illa.* Et quando verbum hoc dicit, extrahit puerum de fonte, & pooit puerum in ulnis compatris, & post hæc dicunt: *Pater noster*, & aliqua talia cantica. Et sic est modus baptismi nostri, & non sicut superius dicunt. Sequitur.

Illi vero qui baptizant in vino, dum lavant illum qui baptizatur, dicunt. Ego te lavo in vino, ut sis fortis & non patiaris frigus. *Illorum vero qui baptizant in lacte, non exprimitur aliqua forma.*

RESPONSIO. Hæc suot verba falsa, sicut superius diximus, & detractiones. Sequitur.

Aliqui vero dum lavant baptizando, dicunt, quod ipsi vellent committere turpia cum matre pueri, qui baptizatur.

RESPONSIO. Istud est verbum turpe & opprobriosum sacramentis Dei, & grave audi-

ANNO CHRISTI 1342.

Dei, ipsi euntes oraverunt super eos, qui solum baptizati erant in nomine JESU CHRISTI, tunc posuerunt super eos manus, & accipiebant Spiritum Sanctum, tamen iterato non baptizaverunt. Ex quo patet, quod perfecte & veraciter baptizati erant, sicut nos credimus. Sequitur.

Dicunt etiam dicti Armeni, quod Eunuchus baptizatus a Philippo, in tali baptismo non acceperit Spiritum Sanctum; postquam Philippus raptus fuit ab eo, Spiritus Sanctus venit super Eunuchum.

RESPONSIO. Hoc contra textum ubi dicitur in Actibus Apostolorum; *& descenderunt ambo in aquam Philippus & Eunuchus; & baptizavit eum: & cum exierunt de aqua illa, Spiritus Sanctus venit super Eunuchum, & angelus Domini rapuit Philippum.* Quare non est credendum, si millesies exponerent illa, quamvis expositiones non acceptamus, nec alias audivimus.

Item, catholicon minoris Armeniæ dicit, quod sacramentum confirmationis nihil valet, & si valet aliquid, ipse dedit licentiam presbyteris suis, ut idem sacramentum conferatur.

RESPONSIO. Falsum est dupliciter. Primo, quia sacramentum confirmationis recipit ecclesia Armenorum, secundum consuetudinem Græcorum, & hoc est valde antiquum, antequam minor Armenia esset Armenorum. Secundum falsum est & crimen dicere de catholicon minoris Armeniæ, quod sacramentum confirmationis nihil putat.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod illa inunctio cum chrismate facta in novem locis, de qua supradictum est, valet Christianis dum vivunt, pro omnibus inunctionibus quæ fiunt per ecclesiam Latinam: unde apud eos non est sacramentum confirmationis, nec extremæ Unctionis, nec quando consecrantur episcopi vel presbyteri, unguntur eorum manus vel capita.

RESPONSIO. Hoc quod dicunt, quod unctio puerorum, quæ fit in novem locis, sicut supra dictum est, valet Christianis dum vivunt pro omnibus unctionibus quæ fiunt per ecclesiam Latinam, hæc sunt verba stultitiæ & inania, quoniam quamvis observatio extremæ unctionis communiter deficiat in ecclesia Armenorum, particulariter non faciebat, secundum modum ecclesiæ Græcorum: unctionem aut confirmationem universaliter per omnes Armenos cum baptismo dabant sacerdotes sine defectu, sicut & Græci, ut superius, etiam in LVIII. articulo diximus. De unctione vero sacerdotum sciendum est, quod a tempore domini Nerses Glanensis citra ducentos annos, hæc veritas intravit ecclesiam Armenorum, quoniam in consecratione episcopi & sacerdotis ungimus caput & pollicem episcopi; sacerdoti autem totam manum ungimus sub hac forma, quia duabus manibus sacerdotis ad invicem conjunctis episcopus ungit, incipiendo a pollice dextræ manus, ducendo ad indicem sinistræ manus, & incipiendo a pollice sinistræ manus, ducendo ad indicem dextræ manus dicendo: *Domine, tu unge sanctitate & benedictione manus istorum, & omnia quæcumque isti benedicent, tu benedic, & quæcumque manus istæ signabunt in nomine tuo confirma, & perfice, ut confortentur per gratiam Domini nostri* JESU CHRISTI. Caput vero episcopi ungimus per modum crucis & dicimus: *Caput tuum sit unctum & benedictum cælesti unctione cum honore episcopali, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Deinde ungimus pollices, & dicimus: *Deus Pater Domini nostri J. CHRISTI, qui per voluntatem suam exaltavit te ad honorem episcopalem, potentia sua signet te per unctionem sanctam, & impleat abundanter spiritali benedictione: quare consecratus de te, sanctificatus sit, & omnia quæcumque signabis cum manu et pollice sanctificentur, et super quem acquiescet dextera tua, sit ei ad salutem et sanitatem* Et hæc receperunt patres nostri ab ecclesia Romana, & ad nos sicut pervenit, sic facimus, & docemus omnes obedientes nobis. Illi vero qui ante dictum Nerses fuerunt, secundum consuetudinem ecclesiæ Græcorum faciebant. Sequitur.

B *Sed quando presbyteri vel episcopi sunt mortui, portantur ante altare, et ibi eorum capita et frontes et manus dextra inunguntur, et tunc populus venit, et osculatur manum dextram prædictorum, et faciunt oblationes suas, ac si primam missam haberent celebrare: postea adducuntur ad ostium ecclesiæ animalia munda, cooperta pannis sericeis, et modo supradicto occiduntur et comeduntur.*

RESPONSIO. Verum est hoc, tribus exceptis. Primum, licet inungunt frontem, caput vero non. Secundum, nec oblationem faciunt ut in prima missa. Tertium, de animalibus in XL. articulo manifestavimus.

Item, omnes Armeni communiter dicunt et tenent, C *quod per verba posita in canone missæ, quando dicuntur per sacerdotem:* Accepit panem, & gratias agens fregit & dedit suis sanctis electis, & recumbentibus discipulis dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc est Corpus meum, quod pro vobis & multis distribuitur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem accipiens, benedixit, gratias egit, bibit, dedit suis sanctis electis & recumbentibus discipulis, dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes: Hic est Sanguis meus, novi testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, *non conficitur, nec ipsi conficere intendunt Corpus & Sanguinem Christi, sed solum dicunt verba recitative recitando, scilicet quod Do-* D *minus fecit quando sacramentum instituit.*

RESPONSIO. Omnes Armeni universaliter credunt, & dicunt, quod panis & vinum per verba Christi posita in canone missæ eorum, quando accipit sacerdos panem in manu sua, & dicit alta voce: *Accipite & bibite ex eo omnes: Hic est sanguis novi testamenti, qui pro vobis et multis effundetur in propitiationem et remissionem peccatorum*, conficitur veraciter Corpus & Sanguis Christi, secundum fidem ecclesiæ Armenorum, & secundum intentionem sapientum, quamvis multi de simplicibus incipientes a principio missæ dicunt & legunt usque ad finem canonis missæ, et putant fuisse missam, ideo, non dicit verum quod non conficitur, E nec ipsi conficere intendunt Corpus & Sanguinem Christi, sed solum dicta verba recitative recitando, scilicet quod Dominus fecit, quando sacramentum instituit. Sequitur.

Et post dicta verba dicit sacerdos multas orationes positas in eorum canone, et post dictas orationes venit ad locum, ubi sic in eorum canone dicitur: Adoramus, supplicamus, petimus a te, benigne Deus, mitte in nobis & in hoc propositum donum coessentiale tibi Spiritum Sanctum, per quem panem benedictum Corpus veraciter efficiens Domini nostri et Salvatoris JESU CHRISTI; *et dicta verba dicit sacerdos, ter, deinde*

di-

ANNO CHRISTI 1342.

ANNO CHRISTI 1342.

dicit sacerdos super calicem: Et vinum benedictum Sanguinem veraciter efficiens Domini nostri & Salvatoris JESU CHRISTI, *& per hæc verba credunt, quod conficitur Corpus Christi & Sanguis.*

RESPONSIO. Quamvis illud quod dicit superius invenitur in missali S. Athanasii, quod nos habemus, & facimus, & Johannes Olauri etiam post verba Christi, quæ ponuntur in canone missæ: *Accipite & comedite, accipite & bibite*, & cetera alia sic dicit, *etiam faciens panem hunc pretiosum Corpus Christi tui, & vinum hoc pretiosum Sanguinem Christi tui*. Similiter & S. Basilius dicit indifferenter in eodem loco & eodem modo, ut S. Chrysostomus; ideo & nos sic diximus, ut dixerunt & ordinaverunt isti, tamen non credimus, confici Corpus & Sanguinem Christi, ut dicunt, quod ante est confectum. Et tamen qua intensione supradicti sancti magistri fecerunt, ignoramus, & si aliud melius videatur vobis, quod necessarium sit facere, parati sumus perficere. Sequitur.

Diversum ritum etiam habent dicti Armeni ad celebrandam missam, quia quidam illorum in altari ponunt duos calices, in quibus ponunt panem & vinum, & calices apud eos sunt vel terrei vel lignei: & quidam celebrant missam in communibus vestimentis, quidam induuntur sacris vestibus, & quidam celebrant populo præsente, & quidam excluso populo, & clausis januis sacerdos solus celebrans intrat ecclesiam & exit, & penitus non ostendit populis Corpus Christi, & adhuc in pluribus locis fit isto modo, quod celebrant super januas clausas, quousque sacerdos dicit: Respicite, *quando scilicet elevat Corpus sacramentum, ut populus videat, & tunc aperiuntur januæ ecclesiæ.*

RESPONSIO. Nos in minori Armenia per omnia facimus, sicut & vos, quia quando nos celebramus, vestimur vestimentis sacris, & ponimus unum calicem argenteum vel aureum cum patena, & alii nimis pauperes de metallo stannato, vel de vitro grosso. Ligneus autem vel terreus apud nos non inveniuntur, & numquam clausis januis celebramus; sed semper in aspectu populi: tamen in Armenia majori in aliquibus locis inveniuntur particulariter, sicut superius dictum est in articulo, propter metum infidelium, & nos quantum possumus corrigimus, & docemus non facere sic. Sciendum est autem, quod in majori Armenia, qui januis clausis celebrant in quadragesima, in sabbato tantum fit & in Dominica, & hoc particulariter, & in tempore quo elevatur Corpus Domini, aperiunt portas ecclesiæ, ut populus videat, quod elevatio Corpus Domini fit necessario, sive sit ibi populus, sive non.

Item, Armeni non dicunt, quod post dicta verba consecrationis panis & vini in verum Corpus & Sanguinem, quod natum fuit de Virgine Maria, & passum & resurrexit.

RESPONSIO. Contra hoc est textus canonis missæ ecclesiæ Armenorum, qui dicit: *Per quem*, scilicet per Spiritum Sanctum, *panem habens, & vinum benedicens, Corpus & Sanguinem veraciter faciens Domini nostri Jesu Christi, convertens per Spiritum sanctum*. Ex quo patet, quod ecclesia Armenorum panem & vinum per operationem Spiritus Sancti intendit consecrare, & transubstantiare in verum Corpus & Sanguinem Christi, qui natus est de Virgine Maria, crucifixus & sepultus, & resurrexit, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei Patris, & venturus est judicare. Et Christus idem dicit: *Hoc est Corpus meum*. Et *Hic est Sanguis meus*. Et *Qui manducat Corpus meum, & bibit meum Sanguinem, ipse in me habitabit, & ego in eo*. Ergo qui aliud dicet, vel putabit, vel prædicabit, quam illud quod Christus dicit, anathema sit secundum Apostolum. Sequitur.

Sed tenent, quod illud sacramentum sit exemplar, aut similitudo, aut figura veri Corporis & Sanguinis Domini, & hoc specialiter aliqui magistri Armenorum dixerunt, videlicet, quod non erat ibi Corpus Christi verum & Sanguis, sed exemplar & similitudo ejus.

RESPONSIO. Tales magistros cum tali doctrina non cognoscimus, sed maledicimus. Sequitur.

Dicunt etiam, quod quando Christus sacramentum instituit, non transubstantiavit panem & vinum in Corpus suum & Sanguinem; sed solummodo instituit exemplar & similitudinem Corporis & Sanguinis sui, propter quod sacramentum altaris non vocant Corpus, & Sanguinem Domini, sed hostiam vel sacrificium, vel communionem.

RESPONSIO. Error maximus est iste, & quem alias numquam audivimus; quoniam Christus in celebratione Corpus & Sanguinem suum dixit, sicut & nos credimus, & non exemplar & similitudinem Corporis & Sanguinis sui. Sciendum est vero, quod nos panem missæ hostiam vocamus, quando nondum consecrata est in altari, & Corpus Christi post consecrationem: communionem autem propter communionem nostram cum eo: sacrificium vero, quia oblationem facimus Deo Patri pro nobis. Sequitur.

Quidam etiam magister vocatus Nerses, habet in suis libris expressum, quod quando sacerdos dicit hæc verba Hoc est Corpus meum, *tunc est ibi Corpus Christi mortuum; sed quando sacerdos dicit:* Per quem, *ut supra positum est, ibi est Corpus Christi vivum; non tamen expressit, si erat verum Corpus Christi ibi, vel similitudo ejus.*

RESPONSIO. Opinio dicti magistri super hoc verbo, & si qua alia sunt, quæ non sunt recta, non recipiuntur a nobis. Et potest iste errare sicut homo, quoniam & alii magni magistri, qui tamquam sancti honorantur, in multis defecerunt, quæ ab ecclesia non recipiuntur pro vero. Quod dicit quod dictus magister non expressit utrum erat Corpus Christi ibi vel similitudo ejus, non dicit verum, quoniam verum Corpus et Sanguinem dicit panem et vinum post celebrationem. Sequitur.

Et quod etiam Armeni illud quod ponitur in eorum canone missæ, Per quem panis benedictus efficiatur verum Corpus Christi, *sic verum Corpus Christi exponunt, quia efficitur vera similitudo & exemplar Corporis & Sanguinis Christi.*

RESPONSIO. Talem falsam et perniciosam expositionem numquam alias audivimus, nisi in isto libello. Sequitur.

Unde & Damascenus propter hoc reprehendens eos, dixit quod ducenti tunc anni erant, quod Armeni perdiderant omnia sacramenta, & quod illa sacramenta, quæ habebant, non erant eis tradita ab apostolis, vel ab ecclesia Græca vel Latina; sed ipsi, ut voluerunt, sacramenta sibi finxerunt.

RE-

ANNO CHRISTI 1342.

RESPONSIO. Non putamus quod Damascenus dicat talia de oobis; & sic dieit, forte propter divisionem nostram ab eis. Sciendum est vero, quod sacramenta quæ recepimus a principio ab ecclesia per sanctos patres nostros, ita habemus; primo matrimonium & pœnitentiam, quæ ante incarnationem Christi dedit Deus hominibus in adjutorium perficere mandata ejus, & pervenire ad bona promissa, & Christus etiam confirmavit ista; pœnitentiam, prædicando, ut dicitur in Marco: *Si non pœnitemini peribitis*; & matrimonium, eundo ad nuptias, & Armeni ita habent; quia peccatoribus prædicat ecclesia Armenorum conteri de peccatis suis, & confiteri, & pœnitere, secundum illud: *Facite fructus dignos pœnitentiæ*; & matrimonium habet & prædicat pretiosum, sanctum, & simile Christo & ecclesiæ, secundum apostolum; & sicut Christus recepit baptismum in aqua, & mandavit nobis baptismum in aqua in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, quod & nos facimus & habemus simili modo, sic in articulo LIX. & in multis aliis locis manifestavimus. Sed quando fecis discipulos sacerdotes, dedit potestatem ligandi atque solvendi, secundum illud Marci: *Amen dico vobis quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in cælis; et quodcumque solveritis super terram, erit solutum et in cælis*. Sic & nos habemus & facimus, & primam missam ipse Christus fecit, & secundum (eam) corpus & sanguinem suum dedit, quod pro nobis in multis distribuitur in propitiationem & remissionem peccatorum, & mandavit apostolis facere, secundum illud Matthæi: *Hoc facite in meam commemorationem*. Et hæc similiter nos facimus, sicut superius in LXV. & in LXVI. articulis manifestavimus. Et confirmationem etiam, secundum consuetudinem totius orientalis ecclesiæ usque nunc, episeopi & sacerdotes qui baptizant, dant consequenter post baptismum, sicut in XVIII. articulo & in LXIII. manifestavimus, & licet per hoc differamus ab ecclesia Romana, in qua soli episcopi dant; Græca autem non, quoniam & ipsi ita faciunt sacramenta quæ apostoli didicerunt a Christo, & docuerunt ecclesiæ. Hæc sunt quæ etiam & nos habemus, & invenimus in libris apostolorum. Quare falsum est dicere de nobis, quod non habemus sacramenta quæ apostoli docuerunt ecclesiæ, & quod nova sacramenta finximus pro nobis. Igitur ostendat nobis veritatem sacramentorum, & antiquitatem sacramentorum apostolorum, & tunc corrigemur. Et si non sit ita, cessent a detractionibus suis.

De sacramento vero extremæ unctionis, sciendum est, quod aliqui licet panci faciunt secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ, quemadmodum & nos & aliqui secundum modum Græcorum. Secundum autem majorem partem non faciunt: nunc conamur hoc sacramentum per gratiam Dei, quantum possumus, conformari consuetudini ecclesiæ Romanæ.

Item, Armeni dicunt et tenent, quod si presbyter vel episcopus ordinatus committat fornicationem etiam in secreto, perdit potestatem conficiendi et ministrandi omnia sacramenta, quæ pertinent ad episcopum vel presbyterum, et tamen omnia sacramenta per eos confecta, nullam efficaciam vel virtutem habent, ex eo quod per tales fornicationes perdiderunt potestatem conficiendi et administrandi.

RESPONSIO. Quamvis publici fornicatores prohibentur ab ecclesia Armenorum, ut non celebrent, non propter hoc quia perdiderunt potestatem celebrandi & administrandi omnia sacramenta, quæ pertinent ad episcopum vel presbyterum, & quod nullam virtutem vel effectum habeant sacramenta confecta per eos, ut dicunt supra; sed propter canones sanctorum patrum & scandalum populi, & quia ministri hujus magni sacramenti juxta posse mundi sint. Qui vero in secreto peccat, si de voluntate sua dimittit celebrare propter conscientiam, tunc confessor celebrare non cogit. Si vero veraciter contritus est, & non velit cessare a celebratione, tunc confessor habet dispensare eum per pœnitentiam. Sequitur.

Dicunt tamen, quod bonus laicus fidelis Eucharistiam confectam per episcopum vel presbyterum habentem potestatem conficiendi sacramentum Eucharistiæ, eam aliis ministrare potest.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia tale, quod ad nos non pervenerit.

Item, dicti Armeni dicunt, quod si episcopus vel presbyter committat fornicationem, vel quamcumque aliam speciem luxuriæ secrete vel publice, perdit potestatem conficiendi et ministrandi sacramenta, quæ ad Deum pertinent. Si vero efficiatur hæreticus et apostata a fide, ut Sarracenus vel Judæus, vel committat quodcumque aliud crimen, ut homicidium, perjurium, et sic de aliis criminibus, dictam potestatem conficiendi et administrandi sacramenta non perdit; sed sufficit, quod de talibus peccatis pœniteat, sive dicta peccata commiserit publice, vel occulte.

RESPONSIO. De fornicatione manifestavimus in LXVIII. articulo. Tamen de homicidiis sciendum est, quoniam sacerdotes Armenorum contra inimicos fidei tempore necessitatis ad bellum vadunt, & si in bello de infidelibus occidunt, tunc propter hoc ab ordinibus non prohibemus; nec quando infideles venientes super Christianos ad occidendum eos, tunc si sacerdotes nostri liberando se, occidunt eos, non inhibemus eis, quin possint celebrare, quia pro fide & justitia bellant. Aliter vero homicidæ pœnitent et cessant a celebratione. Apostatam a fide non vidimus celebrare post apostasiam.

Item, Armeni non dicunt nec tenent, quod sacramentum Eucharistiæ digne susceptum operetur in suscipiente peccatorum remissionem, vel pœnarum debitarum pro peccato relaxationem, vel quod per ipsum detur gratia Dei, vel ejus augmentum.

RESPONSIO. Dicta Christi in canone missæ Armenorum, cui credunt Armeni, sine omni dubitatione sunt contra hoc, quia dicit Dominus: *Accipite et comedite ex hoc omnes, hoc est corpus meum, quod pro vobis et pro multis distribuitur in propitiationem et remissionem peccatorum*. Item: *Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus, novi testamenti, qui pro vobis et pro multis effundetur in propitiationem et remissionem peccatorum*. Et alibi in canone missæ scriptum est de corpore Domini, ut hoc sit omnibus nobis accedentibus ad eum, non ad condemnationem, sed propitiationem et remissionem peccatorum; de quo dicit Johannes evangelista: *Sanguis Jesu mundet ab omnibus peccatis*. Et in LVIII. articulo etiam contra se ipsos dicunt, quod adulti baptizantur in remissionem peccatorum, non quia in aqua baptizantur, sed quia dicto chrismate inunguntur, & accipiunt Eucharistiæ sacramentum. Ergo sumptio corporis Christi remissionem peccatorum

ANNO CHRISTI 1342.

rum operatur etiam secundum verba eorum, quod est contrarium suprascriptis; quoniam sicut per comestionem cibi mors intrat in nobis, sic per spiritualem cibum istum vivificamur & augmentamur in gratia, secundum illud: *Qui manducat corpus meum & bibit sanguinem meum, mortem non videbit in æternum*. Sequitur.

Sed solum dicunt, quod effectus sacramenti Eucharistiæ sunt isti; scilicet, quod ille qui recipit hoc sacramentum, Christus manet in eo, quia scilicet corpus Christi intrat in ejus corpus, & in ipsum convertitur, sicut & alia alimenta convertuntur in alimentum.

RESPONSIO. Sciendum; quod numquam non alias talem hæresim audivimus, quoniam si effectus corporis Christi solum hoc esset, quod verteretur in alimentum sicut & alia cibaria, nihilominus tamen apostolus ipsum ostendit esse majus, quam alia cibaria, dicens: *judicium sibi manducat & bibit, qui non dijudicat corpus Domini*. Ecclesia Armenorum effectum corporis Christi in canone missæ exprimit aliter: *Recipe a nobis propositionem hanc, & perfice hanc in sacramentum corporis & sanguinis unigeniti tui, & medelam remissionis peccatorum concede nobis manducantibus hunc panem & vinum*. Sequitur.

Et quia eucharistia manet in suscipiente, dicunt quod presbyter qui accipit corpus Christi non debet flebotomari postea per triduum: & quia quidam presbyter contrarium fecit, exivit de flebotomia sanguis & ignis.

RESPONSIO. Possibile est, quod aliqui de simplicibus faciunt sic, tamen non propter hoc quod corpus Christi & sanguis maneat & convertatur in eis; sed propter insipicotem consuetudinem, nec fit de mandato nostro, nec de statuto ecclesiæ. Sequitur.

Dicunt etiam Armeni, quod effectus eucharistiæ sunt, ut custodiatur accipiens a fulgure & grandine, & ab aliis aeris nocuis impressionibus, & ab infirmitatibus corporis, & talibus malis corporalibus suis vel carorum suorum, & idem dicunt quo ad istas pœnalitates corporales de sacramento pœnitentiæ, quod scilicet homines per dictum sacramentum a talibus pœnalitatibus custodiuntur.

RESPONSIO. Effectum eucharistiæ supra in parte manifestavimus. Quamvis per gratiam sacramenti recipimus multa data optima, & dona perfecta spiritualia & corporalia, & liberamur a multis periculis, tentationibus spiritualibus & corporalibus. De pœnitentia vero sic est, sicut in loco suo patefecimus.

Item, quod sexcenti & xxii. anni sunt, quod concilium supradictum fuit celebratum per Armenos in civitate Manasgardensi: & ibi patriarcha Assyriorum, * catholicon, episcopi, & magistri Armenorum determinaverunt, quod in sacrificio altaris non debet misceri aqua in vino.*

* al. xxi.

* al. furiatorum.

RESPONSIO. Verum est hoc, quamvis multotiens superius diximus, quod nos dictum concilium cum omnibus determinationibus ejus non recipimus. Sequitur.

Nihilominus determinaverunt ibi, quod illi qui miscent aquam in vino in sacramento altaris, non habent verum baptismum, quia illa aqua quæ fluxit de latere Christi in cruce non potest servire nisi sacramento baptismi; & ideo qui aquam ponunt in vino, perdiderunt sacramentum baptismi. Determinaverunt etiam in dicto concilio, quod si aqua in sacramento altaris poneretur, quod illud sacramentum nullum esset, quia Dominus post consecrationem sacramenti eucharistiæ dixit: non bibam de hoc genimine vitis; *& ita solum* A *germen vitis debet poni in sacrificio & non aqua.*

ANNO CHRISTI 1342.

RESPONSIO. Superius multoties diximus, quod concilium Manasgardense cum omnibus determinationibus suis, quę sunt contra veritatem, non recipimus. Hoc autem quod dicunt, quod illi qui miscent aquam in vino in sacrificio altaris, non habent verum baptismum, ex eo quod aqua solum sacramento baptismi servire potest, & quod in missa, in qua erit aqua, non est missa, ista sunt verba stultitiæ, & nescimus certitudinaliter, utrum in dicto concilio determinatum fuit hoc vel non: quoniam quamvis Armeni propter antiquam consuetudinem in sacrificio aquam non ponebant, tamen B non dicunt, quod in sacrificio in quo aqua erit, eucharistia non sit, vel ex eo quod aquam ponant, propter sacramentum baptismi. Forte aliquis impius propter rixas & inimicitias dixit tale quid, quod ignoramus. Sequitur.

In quo etiam concilio anathematizaverunt illos, qui ponebant vel ponerent aquam in dicto sacrificio, & in tantum hoc detestantur, quod si in ecclesia Armenorum celebretur missa, in qua misceatur aqua in vino, aliqua pars tecti ecclesiæ discooperitur, ut radius solis in eo intrare possit, per cujus introitum consecratio dictæ ecclesiæ tollitur, & postea antequam aliquis Armenus in dicta ecclesia missam celebret, oportet quod dicta ecclesia reconcilietur.

C RESPONSIO. Hæc omnino falsa sunt, & verba nequitiæ.

Item, quod Armeni antiqui dixerunt & tenuerunt, quod nullus non ordinatus in presbyterum, quantumcumque esset bonæ vitæ, poterat conficere sacramentum eucharistiæ.

RESPONSIO. Verum est hoc secundum opinionem antiquorum Armenorum & novorum. Sequitur.

Et quod illi, qui erant in presbyteros ordinati, si malæ vitæ essent, non poterant dictum sacramentum conficere; sed boni presbyteri hoc facere poterant, & non alii.

RESPONSIO. Quamvis sacerdotes malæ vitæ de facto possint celebrare sicut boni; tamen D de jure solum bonis convenit facere secundum apostolum, *primo probet quis seipsum, & tunc de pane illo edat, & de calice bibat, quia qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit*, quoniam non dijudicat corpus Domini &c. Sequitur.

Armeni vero moderni dicunt, quod boni & mali presbyteri, dummodo non dimiserint legem Armenorum, nec effecti fuerint de lege ecclesiæ Latinæ vel Græcæ, nec commiserint peccata, de quibus supradictum est, possunt conficere dictum sacramentum: sed illi presbyteri, qui dimiserunt legem Armenorum, vel facti de lege ecclesiæ Græcæ vel Latinæ, quia eam dimittendo effecti sunt heretici, non possunt conficere dictum sacramentum.

E RESPONSIO. De bonis & malis sacerdotibus supra breviter diximus, quomodo possunt & non possunt. Si vero Latinorum & Græcorum legem dicant rebaptizari & reordinari, tunc verum est, quod illud non recipimus, sive sit de nobis, sive sit de aliis, forte baptizatus non erit. Si vero de ritu ecclesiæ Latinæ dicunt, tunc verum non est, quia sacerdotes ejusdem ecclesiæ amore simili accipimus, sicut & nostros, & baptizatos per eos, & rebaptizati in opprobrium baptismi & reordinati in opprobrium sacerdotii deponuntur ab ordinibus secundum statuta canonum.

Item,



ANNO CHRISTI 1342.

Item, Armeni habent in quodam canone, quod si aliquis fuisset baptizatus in quibuscumque ecclesiis, quæ tenerent quod in Christo essent duæ naturæ & una persona, & vellet a presbyteris Armenorum recipere eucharistiæ sacramentum, idem sacramentum non daretur ei per dictos presbyteros, nisi prius abnegaret baptismum, quod acceperat, & malediceret illos, qui dicunt duas naturas esse in Christo, & qui miscent aquam in vino in sacrificio, quibus factis, rebaptizant eum modo Armenorum, & tunc dant ei eucharistiæ sacramentum, per eos modo Armenorum confectum.

RESPONSIO. Quamvis Armeni separentur ab illis, qui dicunt duas naturas divisas, ut Nestorius, qui una cum hæresi sua fuit anathematizatus in sancta & universali synodo Ephesina, talibus non damus sacramentum eucharistiæ, nisi prius abnegent illam hæresim, tamen non separantur ab illis, qui duas naturas dicunt unitas in uno Christo & in una persona, quod & Armeni confitentur & credunt. Illud vero quod dicit, quod faciunt abnegare baptismum & rebaptizant, omnino falsum est, & crimen, quod etiam multotiens superius diximus. Sequitur.

Et quod presbyteri Armenorum, dum celebrant missam jánuis clausis ecclesiæ, secundum quod supradictum est, maledicunt illos, qui dicunt duas naturas esse in Christo, & qui miscent aquam in vino in sacrificio, & qui aliquam reverentiam faciunt imaginibus Dei vel sanctorum.

RESPONSIO. Quamvis aliquando inter Græcos & Armenos per simplices fuerit controversia de imaginibus, nunc autem ablata est turbatio illa: prælati vero, Armenorum semper receperunt imagines sanctorum, & sunt in ecclesiis nostris. Illud vero quod dicunt quod januis clausis maledicunt, dicentes duas naturas esse in Christo, & ponentes aquam in sacrificio eucharistiæ, hoc non audivimus alias, nisi nunc.

Item, quod apud Armenos majoris Armeniæ, non sit imago crucifixi, nec aliæ imagines teneantur sanctorum.

RESPONSIO. Quamvis quandoque aliqui ignorantes de Armenis contrarii fuerint, sicut supra in LXXIII. articulo diximus; tamen a prælatis dictæ ecclesiæ numquam sunt abjectæ, sed potius habentur in multis ecclesiis depictæ; sed causa, quod non habentur imagines communiter in majori Armenia, est persecutio Sarracenorum, qui dominantur Armenis, & valde persequuntur imagines & habentes.

Item, quod magister Armenorum cum venisset ad quemdam locum, ubi fiebat solemniter (sacrificium,) & sacerdos elevasset eucharistiæ sacramentum, ut videretur a populo, dictus magister maledixit eidem sacerdoti, dicens, quod mysterium fidei in secreto debebat teneri, & non populo ostendi, & quod ostendendo dictum sacramentum, sacerdos videbatur dicere populo: non timeatis, unum frustum panis est hoc sacramentum.

RESPONSIO. Sciendum est, quod Nerses episcopus de Orut, qui nunc in Romana curia false se nominat archiepiscopum Manasgardensem, scripserat supradictum errorem a populo Hangæ, quod est castrum magnum, & a populo de villa Sahap, quæ sunt loca notabilia, domino Jacobo, qui tunc temporis erat catholicon Armenorum, & dictus dominus Jacobus misit legatos dominum Basilium de Malmesia, qui est episcopus Iconiensis, & Basilium publicum notarium ad inquirendum & certificandum utrum ita esset, sicut scripserat supradictus episcopus ex parte populi dictorum castrorum vel non, sed dictus publicus notarius catholicon Armenorum cum juramento testimonium perhibuit coram domino Makzinitar, qui nunc est catholicon Armenorum, & coram domino Sergio, & domino Basilio, & domino Gregorio, & fratre Daniele, & coram multis aliis, quod de mandato catholicon ivimus ad Hanga castrum solemne, & ibi congregavimus quinque episcopos & XII. sacerdotes, & plures burgenses ejusdem loci & magistrum Mahznichar & Diracoe sacerdotem, qui missam celebraverat, propter quem & de quo supradictus Nerses episcopus ex parte dictorum castrorum scripserat errorem & domino Jacobo, & ibi Nerses apiscopus inventus est mendax; quia populus ille ad instantiam cujus scripserat errorem, testimonium dederunt unanimiter, & una voce jurando, quod de dicto Makznichar & Diracoe sacerdote talia verba quæ scripsit Nerses episcopus de ipsis non audiverunt, nec de voluntate & licentia eorum scripsit litteram. Tunc rumor magnus fuit, quod si non fuissemus ibi, plures lapidassent eum & nepotem suum, qui litteram falsam scripserat de voluntate sui avunculi, & illud fuit principium, & causa persecutionis suæ a diœcesi, & fugiens venit ad nos. Nos vero propter hanc falsitatem & alias multas injustitias, quas fecit apud nos & in aliis locis, non potuimus eum recipere in amorem. Quare fugiens de nobis, venit ad vos, & hæc multoties imposuit nobis.



Item, quod fuerunt Boloniæ tres Armeni, qui prius fuerant baptizati in forma Armenorum, & postea fuerunt baptizati in forma ecclesiæ Latinæ, qui homines cum postea venissent apud Florentiam, duo Armeni interrogaverunt eos, an fuissent balneati, vocantes balneationem baptismum receptum in ecclesia Latina; qui cum respondissent quod sic, dixerunt eis, quod abnegarent dictam balneationem; quod cum facere nollent, tantum verberaverunt eos, quod unus ex eis post paucos dies decessit; alios vero duos tamdiu in carcere retinuerunt, quo usque dictam balneationem abnegarent, dicendo, quod dictam balneationem reputabant ac si unus canis minxisset super eos, & fuerunt per eos, ut creditur, rebaptizati, secundum modum Armenorum, alioquin talibus non darent eucharistiæ sacramentum, etiam in fine quantumcumque peterent.

RESPONSIO. Supradicta facta nos ignoramus, tamen de hoc valde miramur, quod cum apostolus baptismum unum dicit, & forma cum qua baptizamus est sancta & accepta ab omnibus generalibus synodis, in quibus primatum ecclesia Romana habebat, quomodo sustinet eos, qui rebaptizant baptizatos cum illa forma, quam sanctam & rectam tenet maxime quando vi faciunt.

Item, cum clerici & laici Armeni fuissent baptizati in forma ecclesiæ Latinæ, catholicon minoris Armeniæ fecit eos capi & dehonestari, radendo totaliter eorum capita & medietatem barbæ, & scindendo vestes eorum, & postea in carcerem poni; & cogebat eos, quod sacramentum baptismi quod acceperant, in forma ecclesiæ Romanæ abnegarent; & quia facere noluerunt, diu fecit eos in carcere detineri.

RESPONSIO. Sciendum est, quod supradicti ecclesiastici & sæculares, non propter hoc fuerunt dehonestati, quia cum forma Latinæ ecclesiæ baptizati fuerant, sed quia præsumserant

ANNO CHRISTI 1342.

serant tam in occulto quam in secreto errorem introducere in ecclesia: quia ipsi reordinati fuerant, rebaptizati, & multos alios trahentes ad se rebaptizaverunt & reordinaverunt; aliquos rebaptizabant in balneis, alios in domibus, alios in transitu aquarum, & in occultis locis & silvis reordinabant. Et causas dedicationis has dicebant primo, quia quando primo baptizati fuistis, non etatis capaces rationis, & nescitis utrum sacerdos dixit: *Baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; & forte non dixit propter ebrietatem, ideo necesse est vobis baptizari in ætate perfecta, ut certitudinaliter a sacerdote formam baptismi recipiatis, & auferatis dubium de cordibus vestris. Secundo, quia peccata quæ fecistis, si contingat quod cum pœnitentia non deleveritis, nunc per baptismum sanctificabimini, & sine pœnis purgatorii potestis transire ad regnum cælorum; & si verum esset, quod baptizati non essent, rebaptizari & reordinari necesse fuisset; tunc oportebit notificare prælatis ecclesiæ, & medelam sanitatis quærere, & non occulte & in secreto novum errorem & malum in ecclesiam Dei introducere, & bonas constantias Christianorum corrumpere. Ideo correxerunt eos in modico tempore ecclesia & rex per suum forum judiciale, & irarum misericordiam fecerunt, dando eis res suas & constituendo eos ad executionem ordinum.

Item, quod cum archiepiscopi dubitantes an essent vere ordinati & baptizati per Armenos, venissent ad catholicon, qui nunc est minoris Armeniæ, dictus catholicon vocavit dictos archiepiscopos, & inhibuit eis hoc primo, quod non celebrarent missam Latinam, sed missam antiquam Armenorum.

RESPONSIO. De duobus archiepiscopis, quos dixit, unus vocatur Simeon Bech & alter Nerses Balo. De Simeone Bech verum est, quod Theotopolis archiepiscopus erat, de Nerses vero, qui nunc est in curia Romana, qui archiepiscopum Manasgardensem se nominat, falsum est; quia ipse erat episcopus Urmi, & non de Manasgarde; & illi ad dubitationes suas erroneas alios inducebant rebaptizando, & in missis eorum dubium introducendo, dicentes quod missæ Armenorum non veraciter sunt missæ. Ideo dominus Jacobus, qui tunc catholicon erat, vocavit eos & monuit, ut non facerent a seipsis novam deceptionem, nec perderent homines in civitate & in habitatione sua, & non dixit eis quod missam Latinam non celebrarent, quoniam usque in hodiernum diem, qui vult & scit, facit. Sequitur.

Secundo præcepit eis, quod non servarent jejunia ecclesiæ Romanæ, sed antiqua jejunia Armenorum.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia dominus Jacobus, qui tunc catholicon erat, multotiens multos condemnabat ad sententiam pecuniariam, qui non observabant quinque dies statutos pro jejunio Nativitatis qui incipiunt in XIX. die Decembris, sed custodiebant jejunium Epiphaniæ secundum antiquam consuetudinem Armenorum, qui faciebant festum Nativitatis & Epiphaniæ simul sexto die Januarii. Sequitur.

Tertio, præcepit eis, quod non baptizarent aliquem, qui dubitaret de suo baptismo, & veniret ad eos ad petendum verum baptismum; sed ut dicerent ei, quod baptismus Armenorum est melior, quam baptismus ecclesiæ Romanæ.

RESPONSIO. Quia supradicti duo episcopi non solum baptizabant, qui dubitaret an esset baptizatus, & dubium esset conveniens, sed etiam totam gentem in erroneam opinionem inducebant, et rebaptizabant, sicut in LXXVII. articulo etiam diximus; ideo monebat eos dominus Jacobus, quod non facerent, & non dicebat, quod baptismus Armenorum melior esset, quam baptismus Romanæ ecclesiæ, quoniam nos baptismum Romanæ ecclesiæ et Armenæ ecclesiæ unum scimus, secundum Apostolum, et unus baptismus non est uno bonus et melior. Sequitur.

Quarto, inhibuit eis, ne facerent populum suum Armenum Latinum, quia dicebat ille dictus catholicon, quod melius erat, quod populus suus sicut Armenus vadat in infernum, quam si fierent Latini, & omnes irent in paradisum.

RESPONSIO. Hoc mandatum per se patet, quia nullus habens rationem hoc diceret, neque vellet, quoniam melius est de quacunque natione voluerit esse, ire ad vitam, quam Christianus peccator esse, et ire ad infernum: quamvis secundum canones generalium conciliorum populum et diœcesim nostram ab aliis rapi nolumus.

Quinto, præcepit eis, quod non docerent pueros Armenos nec linguam, nec litteram Latinam, quia quando addiscerent linguam Latinam, amitterent linguam Armenorum & ad testimonium & confirmationem horum dictorum est hoc, quod in eodem anno supradictus catholicon consecravit sex episcopos Armenos, & accepit ab eis litteram publicam, quod ipsi non darent pueros de partibus suis ad discendum litteram Latinam.

RESPONSIO. Hoc falsum est, et per hoc patet, quod ipsi qui hæc dicunt, tunc nec linguam, nec litteram * faciebant; quomodo ergo alios docere potuissent? De sex episcopis etiam, quos ad testimonium pro confirmatione mendacii sui dicunt, nec dominus Jacobus hoc fecit, sicut dicit, nec etiam vidimus, nec audivimus. Sequitur.

* f. sciebant.

Nec dimitterent aliquem prædicatorem Latinum, qui prædicaret veritatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, in diœcesi & provincia sua. Item, quemlibet episcopum, quem ipse consecrat, facit anathematizare illos Armenos, qui volunt fieri veri catholici & obedientes ecclesiæ Romanæ.

RESPONSIO. Et hoc falsum est, quia multi prædicatores de ecclesia Romana prædicaverunt et prædicant in ecclesia Armena; et nullum de Armenis umquam excommunicavimus ex eo, quod obediret ecclesiæ Romanæ, sed potius excommunicamus semper, et manum adjutricem porrigimus, et contrarios corrigimus.

Sexto, inhibuit eis, quod non prædicarent papam Romanum caput esse ecclesiæ in Orientalibus partibus, sed ipse se dicit & facit papam in partibus Orientalibus, a fine maris usque ad imperatorem magnum Tartarorum, & multa alia verba inconvenientia & errorem sapientia locutus est.

RESPONSIO. Summam potestatem papæ Romani, et obedientiam nostram in multis locis manifestavimus; tamen catholicon Armenorum a primitiva ecclesia usque nunc habet curam omnium Armenorum. Propter

hoc

ANNO CHRISTI 1342.

hoc vocatus fuit catholicon Armenorum. Nos vero interrogavimus dominum Jacobum, qui tunc catholicon erat, de subscriptis verbis; et ipse admiratus respondit talia verba numquam dixisse. Sequitur.

Hæc omnia inbibuit eis dictus catholicon, & quia noluerunt ei obedire in prædictis, gravem persecutionem contra eos fecit, propter quod unus ex eis post annum cum dimidio ivit ad insulam Cypri, & ibi audivit quod dictus catholicon, consentiente rege Armeniæ, illos quos illi & aliqui Latini baptizaverant & ordinaverant sub conditione in forma ecclesiæ Romanæ, capi fecit, & aliquos sacerdotes ex eis degradavit, & in duro carcere regis posuit: alios vero incarceravit, & adhuc sunt incarcerati, & eorum bona & possessiones fuerunt confiscatæ, & aliis venditæ.

RESPONSIO. Causa persecutionis eorum non est hæc, quam dicunt; quæ autem sit in articulo LXXVII. manifestavimus in parte, sicut et vos audietis per litteras multorum, qui sciunt facta Nerses.

Item, quod presbyteri & episcopi Armenorum imponunt pœnitentiam illis Armenis, qui veniunt ut baptizentur in ecclesia Græca vel Latina per aliquot annos, ut scilicet jejunent modo Armenorum. Modus autem Armenorum talis est, quod in dicto tempore non debent comedere carnes, pisces, lac, caseum, vel ova. Possunt tamen comedere quoties volunt in die. Illis vero Armenis, qui accipiunt Eucharistiæ sacramentum in ecclesia Græca vel Latina, imponunt pœnitentiam quinque annorum, ut scilicet jejunent per dictum tempus modo supradicto.

RESPONSIO. Qui non sunt baptizati, ut sunt cathecumeni Armenorum, si volunt parentes, tunc indifferenter faciunt baptizari in ecclesia Latinorum sicut Armenorum; quia plures de principibus Armenorum et filiis eorum baptizati sunt secundum consuetudinem ecclesiæ Romanæ. Tamen si baptizati fuerunt et rebaptizentur in opprobrium et contumeliam sacramenti Dei, tunc tales non solum cum jejuniis, sed cum igne necesse est corrigere. Pœnitentiam vero jejuniorum, quam dicunt pro baptismate et communione, nec nos fecimus, nec audivimus talia fuisse inter Armenos: quoniam multi de nobis, qui volunt, indifferenter et cum magna spe communicantur a Latinis sicut a nobis. De jejuniis autem verum est, quoniam supramemorata cibaria non comedimus, excepta quadragesima, in qua semel comedunt: in aliis autem, quando et quantum volunt comedunt: in quadragesima vero communiter jejunant quousque horam nonam dici, et postquam dixerint officium, comedunt aliqui semel, et aliqui incontinentes contra statuta prout placet comedunt.

Item, quod apud Armenos in quadragesima, quam incipiunt Dominica in quinquagesima, non celebratur missa in ecclesiis, nisi in die sabbati & Dominica.

RESPONSIO. Verum est hoc, secundum consuetudinem totius Orientalis ecclesiæ; in palatio vero regis Armenorum celebratur omni die in quadragesima; et in aliis ecclesiis quando faciunt, non prohibemus. Sequitur.

*Nec decem * aliis septimanis anni in quibus Armeni jejunant.*

* vel nec dicitur aliis septimanis.

RESPONSIO. Falsum est hoc, excepta septimana ante Dominicam septuagesimæ, in qua in Armenia majori non celebrant nisi in sabbato et Dominica: in Armenia vero minori, in secunda septimana omni die celebrant, et in aliis etiam X. septimanis; in majori vero per IX. septimanas faciunt sicut et nos, excepta septimana ante septuagesimam. Sequitur.

Magis autem celebrant missas in die sabbati, quam in diebus dictorum temporum, quia communiter omnia festa quæ veniunt in septimana, celebrant in die sabbati, exceptis festis assumtionis Beatæ Mariæ, Exaltationis Sanctæ Crucis, quæ festa celebrant in Dominica; alio vero tempore anni communiter in ecclesiis non celebrant, nisi dictis duobus diebus in septimana, & tunc etiam ducunt animalia ad ostium ecclesiæ, & occidunt modis supradictis.

RESPONSIO. Quamvis aliquas festivitates faciant in die sabbati in majori Armenia, quæ cadunt in fine septimanæ jejunii, tamen non omnes; festum vero Beatæ Mariæ et S. Crucis, et omnes alias festivitates, ut docet martyrologium, nos in minori Armenia facimus; et licet quandoque in festivitatibus sanctorum aliqui ob solemnitatem festi præmittunt eleemosynam dare pauperibus, tunc occidunt animalia, et cibant famelicos, non tamen secundum supradictum modum.

Item, quod Apud Armenos populus non communicat, nisi in vigiliis Epiphaniæ & in die; ita quod illi qui jejunaverunt, per septimanam ante dictam vigiliam, in dicta vigilia vel nocte sequenti communicant, & faciunt festum Natalis Domini, & ibi anathematizant omnes illos qui faciunt festum Natalis Domini XXV. die Decembris. In sequenti vero die faciunt festum Epiphaniæ, & tunc illi de populo qui volunt communicant, & etiam illi qui non jejunaverunt dictam septimanam. Communicant etiam aliqui in die cœnæ & in sabbato sancto.

RESPONSIO. Armeni communicant in vigilia Epiphaniæ post vesperas in occasu solis, quoniam celebrant missam & in mane, et in cœna Domini, et in sabbato sancto, et in Paschate communiter, et quamvis ante universaliter tota ecclesia Armenorum sexta Januarii faciebant festum Nativitatis et Epiphaniæ, secundum antiquam consuetudinem Orientalis ecclesiæ: illos vero qui XXV. die Decembris faciebant festum Nativitatis Domini, non anathematizabant, ut dicunt false et criminaliter. Nos autem a magno tempore citra in minori Armenia, et qui sequuntur ritum nostrum de majori Armenia etiam festum Nativitatis XXV. die Decembris facimus et docemus.

*Item, quod quando aliqui communicari debent per sacerdotem, fit confessio generalis, dicendo genera peccatorum, non descendendo ad aliquod peccatum singulare, & postea populus * recitat dictam confessionem in secreto, tamen raro vel numquam aliquis Armenus confitetur sacerdoti sua peccata.*

* al. populus reiterat.

RESPONSIO. Populus Armenorum communiter secundum consuetudinem ecclesiæ Armenorum confessus fuit, et confitetur peccata sua sacerdoti singulariter, et sine singulari

ANNO CHRISTI 1342.

aonfessione apud nos non debet communicare, nec communicari: sed si aliquando non fit, hoc non est secundum consuetudinem legis nostræ, sed fit ex ignorantia confessoris vel confessi, quoniam Christiani qui non confitentur, valda reprehensibiles funt & vituperabiles apud nos. Sequituc.

Et si confitetur, non dicit, quod hoc vel illud singulare peccatum commiserit, sed dicit, quod diabolus dictum peccatum fecit, vel quod ad suggestionem alterius hominis dictum peccatum fecit.

RESPONSIO. Licet aliqui ignorantes, dum confitentur, dicunt: Satanas decepit & peccavit, tamen non intelligunt, quod non obstante satana, qui fuit culpabilis, quoniam si intelligerent se esse innocentes, non confiterentur. Sequitur.

Dimittunt autem confiteri peccata sua secrete & singulariter, quia sacerdotes peccata eorum revelarent, & multum graves eis pœnitentias imponerent, propter quod communiter Armeni non confitentur, nisi in genere peccata sua.

RESPONSIO. Secundum consuetudinem ecclesiæ Armenorum nulla de causa debet confessio revelari. Si vero aliquis hoc fecerit, tunc deponitur & punitur; nec propter gravem pœnitentiam desistunt a confessiona. Sequitur.

Facta autem dicta generali confessione per populum, sacerdos dicit: Ego dimitto vobis peccata vestra, *vel* Deus dimittat vobis: *& aliqui dicunt:* Ego dimitto vobis peccata vestra in terra, & Deus dimittat vobis in cælo.

RESPONSIO. De forma absolutionis nostræ diximus in XL. articulo sufficienter. Sequitur.

Dicti autem sacerdotes dicunt eis, quod nisi dictas pœnitentias compleverint, non debeat communicare in vita præsenti, nec ingredientur in regnum Dei, & erunt exclusi a gratia & benedictione Dei.

RESPONSIO. Quamvis confessores pœnitentiam, quam injungunt confessis, volunt quod compleant, & si accidat quod non compleant, non propter hoc prohibentur a communiona, nisi despexerint pœnitentiam & noluerint facera, & sint potentes ad hoc, vel pec canones & statuta prohibiti sint. In hora vero mortis sine prohibitione communicant. Sequitur.

Et apud Armenos nullam certam formam habent presbyteri & sacerdotes absolvendi subjectos eorum a peccatis suis.

RESPONSIO. Formam absolutionis nostræ modo quo habemus in XL. articulo diximus. Sequitur.

Quod dicti Armeni dicunt & tenent, quod dicta generalis confessio sufficit ad remissionem peccatorum & absolutionem, nec apparet, quod secrete & singulariter aliquis confiteatur peccata sua sacerdoti; dicta etiam absolutio generalis valet ad peccatorum absolutionem, etiamsi contritio non præcesserit.

RESPONSIO. Non sine causa dicit Spiritussanctus pec prophetam, quod os talium maledictione, amaritudine, & nequitia plenum ast, & sub lingua eorum labor & dolor. In L. articulo singularem confessionem dicunt necessariam esse secundum consuetudinem Armenorum, sic dicendo: Si vero postquam ordinatus est, commiserit tale peccatum luxuriæ, oportet quod si absolvi valit, quod non confiteatur suo confassori. Et hic dicit, quod oportet quod secrete & singularitec aliquis confiteatur peccata sua sacerdoti, sed confessionem generalem dicunt sufficara ad absolutionem & remissionem peccatorum, etiamsi contritio non præcesserit, quod est falsissimum & contra omnes canones.

ANNO CHRISTI 1340.

Item, Armeni infirmi, quando dicitur eis, quod morti appropinquant, ipsi vel eorum amici petunt communionem, & eam faciunt portari; & quandoque contigit, quod quando multum debiles sunt, sacerdotes ponunt in ore eorum communionem; & quando sunt proximi morti, faciunt sacerdotes de communione signum crucis super os eorum, & sic reportant communionem.

RESPONSIO. Non oportet dari, nisi his qui volunt & possunt accipera. Hoc autem verum est, quod quandoqua talia accidunt, ut dicitur in articulo, & nos correximus & corrigemus juxta posse, quod hoc non sit plus.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod catholicon, episcopi & presbyteri Armenorum eamdem & æqualem potestatem habent ligandi vel solvendi, quantam & qualem habuit B. Petrus apostolus, cui a Domino dictum est: Quodcumque ligavaritis super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumqua solveritis, &c.

RESPONSIO. Secundum jura canonica & civilia, successores habent auctoritatem prædecessorum suorum; papa autem est successor apostoli Petri, & habet auctoritatem Petri, & catholicon est successor Thadæi apostoli, & habet auctoritatem ejus. In Nicæna vero sancta synodo sancti patres congregati, quorum determinationes & canones valde acceptabiles sunt apud nos, sententiam dederunt Romanam ecclesiam caput esse omnium aliarum ecclesiarum, cujus caput est papa. Ideo catholicon Armenorum, & alii patriarchæ sub potestata ejus sunt, & minores eo, scilicet archiepiscopi minores sunt catholicon secundum gradum, & non æquales, ut dicitur hic supra in articulo, & apud nos nullus ignorat hoc, quod catholicon majorem potestatem habet quam episcopi, & episcopi quam sacerdotes, quamvis secundum consuetudinem ecclesiæ Armeniæ non astringimus auctoritata subditorum nostrorum populos, scilicet audire confessionem & absolvere larga ab omnibus peccatis. Tamen si vobis videatur inconveniens, parati sumus facera secundum voluntatem vestram modo quo scribetur nobis.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod usque ad concilium Nicænum Romanus pontifex non habuit majorem potestatem, quam alii patriarchæ; sed tunc de voluntate dicti concilii fuit ordinatum, quod dictus Romanus pontifex haberet potestatem super alios patriarchas; quam potestatem habuerunt Romani pontifices usque ad concilium Calcedonense; sed quia in dicto concilio congregato ad instantiam B. Leonis papæ fuit determinatum, quod in Christo erant duæ naturæ & una persona, Romani pontifices perdiderunt dictam potestatem, & omnes alii, qui dicto concilio consenserunt, & ex tunc illa plena potestas ligandi vel solvendi, quam Christus dedit ecclesiæ in persona B. Petri, apud solos Armenos remansit: & hoc etiam Armeni determinaverunt in supradicto concilio Manasgardensi, quod congregatum fuit ibi de mandato cujusdam Sarraceni nepotis Mahometi.

RESPONSIO. Si ante concilium Nicænum papa Romanus majorem auctoritatem habebat, quam alii patriarchæ, nos huic rei non contradicimus; sed sicut in sancta synodo Nucari * determinatum fuit, sic discimus, cognoscimus & habemus; & pontifex Romanus major est auctoritata aliis patriarchis, sicut in LXXXIV. diximus. Quod autem dicitur postea

* f. Nicæna.

ANNO CHRISTI 1542.

☞ stea in articulo: auctoritatem hanc habuerunt summi pontifices Romani, &c. *usque in finem*, sunt verba rixæ & controversiæ, quæ nunquam audivimus.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod post concilium Calcedonense Romanus pontifex non habet plus de potestate super subjectos suos, quam ille pontifex qui præest Nestorianis super Nestorianos, & ille qui præest Græcis super Græcos. Dicunt etiam ulterius, quod papa scit quod potest, & armeni sciunt quod possunt.

RESPONSIO. Hæc nos non dicimus, nec alias audivimus, & maledicimus dicentes, & in LXXXIV. articulo manifestavimus, quod papa Romanus major est aliis patriarchis.

Item, quod rex Armenorum interrogavit catholicon minoris Armeniæ, an si papa excommunicaret eum, reputaret se excommunicatum, quod respondit quod non, quia papa nihil habet facere de eo, nec ipse aliquid accepit a papa. Re tamen dixit, quod si papa mandaret ei, quod dictum catholicon deponeret, ipse deponeret eum.

RESPONSIO. Utrum rex dominum Jacobum, qui tunc erat catholicon, super talia interrogavit, ignotamus, quia non eramus præsentes; sed quando post mortem regis interrogamus dominum Jacobum, ipse dixit: hæc ignoro.

Item, catholicon Armenorum hoc modo eliguntur, instituuntur & confirmantur, & potestatem pertinentem ad catholicon accipiunt, & deponuntur, & aliter puniuntur: quia catholicon Columbarum & catholicon de Hactamar *viventes eligunt aliquem de genere ipsorum, quem volunt, & postea consecrant eum in catholicon; non tamen utitur hac potestate quousque mortuus fuerit ille catholicon qui eum elegit. Postquam autem mortuus est dictus catholicon, primus sequens catholicon vadit ad imperatorem Tartarorum, qui est paganus, & ab ipso confirmatur in catholicon, & ut confirmetur in catholicon per eum exigitur ab eo pecunia, quam solvere potest, qui modus eligendi & confirmandi catholicon introductus fuit in ecclesia majoris Armeniæ per Saporem regem Persarum paganum, qui colebat ignem, & durat usque nunc. Qua confirmatione facta per dictum regem, idem rex dat litteras suas, quod episcopi & subjecti ei obediant, quia est confirmatus per eum, & quod dent ei certam quantitatem pecuniæ, & postea annuatim alias, & omnes presbyteri ad minus dant ei valorem unius floreni annuatim, & de qualibet foco Christianorum ei subjectorum habet ad minus valorem sex grossorum argenti annuatim, & dictus catholicon dicto regi qualibet anno habet dare certam magnam summam pecuniæ, quam si non daret, vel aliud crimen committeret; dictus rex deponit eum, & secundum qualitatem criminis commissi per eum, punit etiam ad mortem.*

RESPONSIO. Suprascripta communiter vera sunt, exceptis paucis, quoniam quamvis catholicon Alnancensis & archiepiscopus Akchamacensis vadunt ad canem tamquam ad tyrannum, tenentem mundum, & accipiunt confirmationem super potestate temporali & non spirituali, quia canis de spiritualibus Christianorum non curat. Secundo, utrum Saporius rex Persarum, qui colebat ignem, hoc modo fecerit, sicut scribitur superius, vel non, tunc vero non propter hoc sic fit, quia Saporius sic fecit; sed quia tyranni hujus temporis qui sunt canes sic volunt, quia dominantur in illis partibus, & sicut volunt ita faciunt subditis suis. Tertio, licet episcopi & sacerdotes serviant supra A dictis catholicon & archiepiscopo, & populares episcopis & sacerdotibus secundum consuetudinem suam; tamen supradicti prælati non possunt vi extorquere pecuniam a populo, nisi a cane accipiant mandatum speciale, & hoc potest esse valde raro. Quarto, quia quamvis supradictus catholicon Alnancensis & archiepiscopus Aktamecensis heredes sibi eligant, tamen in vita eorum non consecrantur electi, sed post mortem. Sequitur.

Catholicon vero minoris Armeniæ sic fit; quia mortuo catholicon, rex Armeniæ convocat episcopos quos vult, & eligunt tres episcopos minoris Armeniæ in catholicon & præsentant eos regi, qui rex coram qualibet electorum prædictorum fle- B *ctit genua, & deinde ille de dictis electis, qui plus de pecunia dederit regi, per regem statuitur catholicon, & confirmatur per hoc, quod rex imponit annulum in digito manus ejus, & iste catholicon qui nunc est, dedit pro confirmatione sua dicto regi L. millia grossorum, vel valorem ipsorum, & qualibet anno dat ei xx. millia grossorum vel valorem. Dictus autem rex potest deponere dictum catholicon, & aliter punire, quando vult; & apud Armenos catholicon, episcopi, & presbyteri nullum ordinem alicui dant, nisi interveniente pecunia, nec chrisma, nec aliquod aliud sacramentum; sed omnia alia talia venalia sunt apud eos.*

RESPONSIO. Veritas hæc est, quod, post C mortem catholicon, archiepiscopi, episcopi, magistri, abbates & archipresbyteri de mandato regia congregantur, & quilibet horum dat vocem cui vult, scilicet episcopis, magistris, abbatibus & monachis: & voces omnium in scriptis dant regi sub sigillis suis. Si vero plures sunt, rex mandat ut conveniant in duobus vel in tribus; deinde rex cum concilio suo de tribus his elegit unum quem vult, & in die consecrationis rex flexis genibus ponit annulum in digito ejus, osculando manum dexteram, & tedit ad locum suum, & tunc accipiunt eum prælati, & consecrant eum secundum consuetudinem catholicatus. Tamen consensus regia in electione catholicon cum argento non fit, D ut dicitur in articulo. Sequitur.

Dictus autem rex potest deponere dictum catholicon, & alias punire, quando vult.

RESPONSIO. Rex catholicon de jure nec deponere potest, nec punire, sed si aliquod malum fecerit contra canones, illa de causa canones deponunt eum & puniunt; tunc rex congregat episcopos qui elegerunt illum catholicon, & deponit eum & punit: sed de hoc quod in articulo dictum, quod apud eos catholicon, episcopi, & sacerdotes nec ordines, nec chrisma, nec aliquod aliud sacramentum dant alicui, nisi interveniente pecunia, falsum est hoc: quamvis aliqui ante & post ordinationem episcopo dant aliquid per modum encænii secundum quod volunt, & non pretium gratiæ ordinum.

E *Item, quod imperator majoris Armeniæ, quando confirmat dictos catholicon, dicit eis:* Eatis & faciatis officium secundum fidem vestram, & mandamus, quod possitis benedicere, maledicere, & ligare & solvere secundum fidem vestram, prout vobis videbitur expedire; & volumus, quod Christiani qui sunt sub nobis obediant vobis, & si obedire nollent, mandamus, quod illi qui præsunt terræ, eos cogant vel puniant, *& de hoc dat eis privilegium.*

RESPONSIO. Hæc nos nescimus utrum li-

gan-

ANNO CHRISTI 1342.

gandi vel solvendi mandatum dent ipsi, nec fit de voluntate nostra vel per canones, nec nos corrigere & dirigere possumus, eo posito, quod sic fieret, sicut dicitur in articulo. Sequitur.

Et eodem modo fit per regem minoris Armeniæ, de catholicon minoris Armenia.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quoniam rex ipsi catholicon non dat privilegium, nec auctoritatem ligandi, absolvendi, maledicendi & benedicendi; quia quod non habet, dare non potest: catholicon vero habet auctoritatem hanc de Christo, mediantibus apostolis & eorum sequacibus. Sequitur.

Et rex minoris Armeniæ eligit ipsos episcopos. & presbyteros, accepta pecunia ab his; & postea illos electos in episcopos mittit ad catholicon, ut consecrentur per eum, & presbyteros ad episcopos, ut ordinentur per eos: qui etiam episcopi & presbyteri ordinantur per catholicon & per episcopos pecunia.

RESPONSIO. Episcopi minoris Armeniæ de voluntate regis eliguntur & constituuntur, & causa ista est, quoniam monasteria cum redditibus suis de patrimonio regis sunt; & diœceses episcoporum & monasteria cum reditibus suis mixti sunt simul, qua de causa sine voluntate regis non fit; & si quandoque catholicon electionem putat esse inconvenientem, violenter non facit fieri. De pecunia vero sciendum est, quod non per bonam consuetudinem, nec per canones potest fieri. Si vero facit, peccat. Qui nunc majori Armenia veniunt, cum litteris testimonialibus, catholicon consecrat eos auctoritate sua. Tamen illud, quod dicitur de sacerdotibus, quod rex accipit pecuniam, & mittit eos ad episcopos ut consecrentur, omnino falsum & in LXVIII. articulo breviter manifestavimus modum dandi & accipiendi de sacerdotibus: sic fit de episcopis. Sequitur.

Eo autem ipso quod sunt consecrati vel ordinati, a Deo immediate post consecrationem accipiunt potestatem ligandi & solvendi, consimilem illi, quam dedit Christus B. Petro apostolo, & tantam potestatem habent presbyteri, sicut episcopi & catholicon.

RESPONSIO. De hoc respondimus in LXXXIV. articulo sufficienter.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod potestas illa, quam Christus dedit B. Petro dicendo ei; Quodcumque ligaveris super terram, &c. *Fuit solum data personæ Petri, & pro ipso solo: ita quod hæc potestas non transivit ad aliquem ejus successorem.*

RESPONSIO. In articulo LXXXIV. manifestavimus quomodo successores habent auctoritatem prædecessorum, sicut nos habemus & dicimus, & malum hoc noviter inventum, nullus qui utitur ratione cogitat.

Item, quod Armeni dicunt & tenent, quod generalis potestas super totam ecclesiam Christi non fuit data Petro, nec successoribus ejus a Christo; sed hæc potestas fuit eis data per concilium Nicænum, quam tamen potestatem postea successores Petri perdiderunt.

RESPONSIO. Hæc de novo audivimus; sed nos bene habemus hoc in scriptis, quod volumus dicere, quod in prima & secunda synodo Nicæni patres sententiam dederunt, quod ecclesia Romana caput esset aliarum ecclesiarum. Similiter & pontifex Romanus excellentior quam alii pontifices. Igitur nos sic dicimus & habemus non solum, quia in sancta synodo determinatum fuit; sed quia Christus oves suas Petro recommendavit pascere. Illud vero quod dicunt, quia successores Petri auctoritatem perdiderunt. Hæc sunt verba rixæ & non caritatis, nec veritatis; & absit, quod talia verba stolida per mentes nostras transierint.

Item, quod apud Armenos non sunt nisi tres ordines, scilicet, acolytatus, diaconatus, & presbyteratus.

RESPONSIO. Secundum consuetudinem nostram acolytum vocamus ostiarium, quem facimus sub ista forma; quia in fine orationis ostiario dat episcopus clavem in manu, accedenti dicendo: *Accipe auctoritatem claudendi & aperiendi portas ecclesiæ sanctæ*, & scindit crines per modum crucis, & in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Secundo dat candelam in manu ejus, & dicit: *Accipe auctoritatem accendendi lampades sanctæ ecclesiæ*. Tertio dat libros in manu ejus, & dicit: *Accipe auctoritatem legendi libros divinos sanctos novi & veteris testamenti*. Et hæc tria vocamus acolytatus ordinem. Post subdiaconos ordinamus: post orationem & alias orationes, ponit episcopus manum super capita eorum, & in fine induunt vestimenta, & ponunt manipulum in manu sinistra, & istos vocamus subdiaconos & exorcistas, & sic sunt quinque ordines. Ordinem vero diaconatus sic damus: post multas ordinationes & orationes, quas dicit episcopus super diaconum juxta altare; deinde convertit episcopus faciem diaconi ad populum, & ambas manus ponit super caput ejus, & astantes sacerdotes ponunt unam manum super humerum, & aliam elevant ad Deum, dicendo alta voce episcopus & sacerdotes: *Divina & cælestis gratia, quæ semper implet necessitatem administrationis apostolicæ ecclesiæ, voca talem de subdiaconatu in diaconatum & ad ministrationem sanctæ ecclesiæ secundum testimonium personæ suæ & populi*, & populus dicit ter: *Dignus est*. Deinde convertit eum ad orientem, flectendo genua coram episcopo, & ponit manum super caput ejus dicendo: *Ego ponam manum meam super eum; vos omnes orate, ut dignus sit iste gradum diaconatus incorrupte observare ante sanctum altare Dei*. Post hæc dicit multas orationes & epistolas. In fine vero episcopus ponit stolam super humerum sinistrum dicens: *Accipe mundam & sanctam stolam de manu Domini nostri JESU CHRISTI, & tradidit evangelium in ecclesia Dei ad auscultationem vivorum & memoriam mortuorum*. Deinde tradit thuribulum cum incenso dicens: *Accipe licentiam dare odorem suavitatis ad ministrationem sacramenti Dei*. Quando vero sacerdotem ordinamus, hoc modo facimus post aliquas orationes, quas habet dicere episcopus tenendo manum super caput ejus, convertit eum ad populum, & dicunt: *Divina & cælestis gratia &c.* Illo modo sicut superius in ordinatione diaconi diximus, et deinde dicit episcopus multas orationes, et legunt multas lectiones, et post hæc omnia sacerdos qui noviter ordinatur aperit manus adhærentes ad invicem, et episcopus cum chrismate per modum crucis signat ambas manus ejus, sicut superius diximus, sic dicens: *Tu, Domine magne, sanctitate & benedictione manus istorum & omnia quæ hi benedicent benedic, & quod manus istorum signabunt in nomine tuo confirma, & perfice ut sint confortati per gratiam Domini nostri* Jesu Christi. Post hæc accipit episcopus patenam

cum

ANNO CHRISTI 1341.

cum corpore Domini et calicem cum sanguine, et dat in manibus eorum dicendo: *Accipe potestatem per gratiam Dei signare & perficere sanctam eucharistiam pro vivis & mortuis.* Deinde ponit episcopus dextram super novos sacerdotes et dicit: *Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, qui perfecti estis in ordine sacerdotali, offerre propositionem corporis & sanguinis Christi Dei nostri pro pace in remissionem peccatorum, populo Dei, cui det gloria, potentia & honor, &c.* Modum et responsionem istorum ordinum dominus Bermundus comes Quiquensis secundum antiquam consuetudinem Armenorum, et secundum novam consuetudinem, quas ecclesia Armenorum impetravit ab ecclesia Romana a CC. annis citro interpretravit in lingua latina, et misit vobis et demum etiam poteritis videre veritatem. Sciendum, quod a prædecessoribus nostris sic pervenit ordo sacerdotis, et ita sic nos fecimus & facimus. Sequitur.

Quod ordines conferunt episcopi promissa vel accepta pecunia.

RESPONSIO. Item istius in LXXXVIII. articulo diximus. Sequitur.

Eodem modo dicit ordines presbyteratus & diaconatus conferunt, scilicet per manus impositionem, dicendo quædam verba, hoc solum mutato, quod in ordinatione diaconi exprimitur ordo diaconatus, & in ordinatione presbyteri ordo presbyteratus.

RESPONSIO. Veritatem sicut habemus supra manifestavimus. Sequitur.

Nullus autem episcopus apud eos potest ordinare alium episcopum, nisi solus catholicon: qui catholicon tenet penes se pontificale, ubi continetur modus consecrandi episcopum dictum; qui catholicon nullum in episcopum consecrat, nisi data vel promissa pecunia secundum facultates consecrandi in episcopum vel valorem episcopatus.

RESPONSIO. Verum est quod secundum consuetudinem ecclesiæ catholicon solus consecrat omnes episcopos vel archiepiscopos Armenorum, astantibus episcopis vel archiepiscopis, & facimus secundum canones sine pecunia, & episcopi consecrati a catholicon serviunt secundum valorem episcopatus. Sequitur.

Et in majori Armenia consecrantes episcopos, presbyteros, diaconos, vel acolythos in communibus vestibus stant, dum prædicta faciunt, & etiam ordinandi.

RESPONSIO. Quamvis talia prius facta fuerunt, & ab aliquibus paucis & simplicioribus: nunc vero cum sanctis vestimentis communiter faciunt, maxime qui obediunt nobis, & de die in diem quantum possumus corrigimus.

Item, quando aliquis ordinatus est in diaconum, episcopus dat ei licentiam quod contrahat matrimonium cum virgine: quo matrimonio contracto, ministrat in dicto ordine, & potest etiam, stante matrimonio, promoveri in sacerdotem.

RESPONSIO. Semper apud nos in acolytatus ordine qui volunt sacerdotea sæculares fieri, accipiunt uxores virgines, & deinde subdiaconi & diaconi fiunt, & serviunt in ordine diaconatus, & ideo falsum dicit, quod prius diacones fiunt, & deinde uxorem accipiunt. Sequitur.

Si existens diaconus, accipiat secundam uxorem, postea non promovetur ad sacerdotium.

RESPONSIO. Verum est hoc.

Item, in Armenia majori, quando aliquis ordinatur in diaconum, non datur liber evangelorum, nec stola, sub certa forma verborum, nec quando aliquis ordinatur in presbyterum, datur ei calix cum vino, nec patena cum pane sub certa forma verborum, quibus utitur ecclesia Romana, nec inunguntur ejus manus.

RESPONSIO. In majori Armenia episcopi, qui a nobis consecrantur, ita sicut manifestavimus in XCII. articulo: qui vero non obediunt nobis, eos non bene cognoscimus veraciter.

Nec quando aliquis ordinatur in episcopum, ponitur liber evangeliorum in cervice & in spatulis ejus, nec caput nec manus inunguntur ejus chrismate, ut fit in ecclesia Romana. Catholicon etiam majoris Armeniæ soli consecrant episcopos, assistentibus eis aliis episcopis.

RESPONSIO. De minori Armenia ponimus evangelium super spatulas, & ungimus pollicem & caput, sicut in LXV. articulo expressimus, & astant multi episcopi in consecratione. In majori vero Armenia, qui non obediunt nobis, quomodo faciunt, nos nescimus veritatem.

Item, quod catholicon majoris Armeniæ dedit potestatem cuidam presbytero, ut possit ordinare in diaconos quos vellet de subjectis, cum tamen apud Armenos minoris Armeniæ, nullus possit ordinare aliquis in presbyterum & diaconum nisi solus episcopus.

RESPONSIO. Hoc vero falsum est, quia non invenimus aliquem catholicon minoris Armeniæ, qui dederit sacerdoti licentiam diaconos ordinare, quoniam apud nos solus episcopus potest diaconos ordinare, & non sacerdos.

Item, catholicon minoris Armeniæ, quando vult consecrare episcopos, induit se vestimentis sacris, ipse tamen solum dictam consecrationem facit, & si aliqui episcopi sint præsentes propter honorem ejus, non consecrant cum eo episcopum; sed solum assistunt in missa, quando celebrat catholicon, sicut cardinales, quando papa celebrat, nec tenent librum pontificalem, nec orationes dicunt, quæ dicuntur per episcopos assistentes in consecratione episcoporum.

RESPONSIO. Quamvis catholicon solus dicat orationes consecrationis, tamen episcopi qui assistunt participant cum eo, quia aliqui de assistentibus episc. tenent manus accedentis; & alii evangel. tenent super humeros accedentis, & alii tenent manus super humeros ejus, quando catholicon consecrat & unus episcopus legit evangelium secundum quod convenit, & omnes alta voce dicunt: *Divina & cælestis gratia, &c.* sicut in ordine diaconatus scripsimus. Ideo verum non est quod dicit, quod nihil faciant episcopi assistentes ei, quamvis episcopi assistentes non habeant librum pontificalem.

Item, quod catholicon Armeniorum conveniunt cum episcopis eis subjectis, qui non per successionem veniunt, ad certam quantitatem pecuniæ ei dandam; quam si non solvunt, deponit eos, & consecrat alios episcopos loco ejus, & cum suis litteris scribit populo, quod ipse episcopum primum deposuit & alium constituit, ex quo contigit, quod frequenter propter talem causam in uno episcopatu sunt tres vel quatuor episcopi: venientes simul Episcopos & depositos per eum iterum restituit ad suos episcopatus, si bene solvant ei pecuniam, de qua cum ipsis convenit.

RESPONSIO. Episcopos non dantes pecuniam raro contigit deponere; tamen multoties quia sunt in subjectione infidelium, non obediunt aliquando catholicon, vel alter alterius episcopatum rapit, vel contrariatur veritati,

vel

ANNO CHRISTI 1342.

vel unioni ecclesiæ orthodoxæ, vel quia propter mala merita sua populum scandalizat, & quando vocamus eos, ut veniant ad nos, ut corrigantur, ipsi non obediunt, nec veniunt, ideo deponimus eos, & propter tales causas, tales privantur ab episcopatibus suis, & alii in loco eorum substituuntur; tamen episcopus depositus si injuste sit depositus, propter invidiam & falsum testimonium processu temporis examinatione facta & veritate reperta, qui injuste fuit depositus, tunc restituitur ad episcopatum suum. Sequitur.

Illos vero episcopos, qui veniunt per successionem, quando non solvunt ei pecuniam, de qua cum eis convenit; dictus catholicon eos excommunicat, nec dat eis chrisma, quousque solvant dictam pecuniam.

RESPONSIO. Quoniam inobedientes reperiuntur episcopi, & censum debitum de jure nostro & consuetudine, quam tenentur dare sedi nostræ, & non dant; hoc puniendo increpat in spiritualibus, quousque reddiderint censum ecclesiæ debitum.

Item, catholicon minoris Armeniæ tenet penes se ulnam brachii & manum adhuc integram B. Gregorii, qui fuit catholicon, & fuit ordinatus episcopus more ecclesiæ Græcæ, quam ulnam & manum dictus catholicon ponit super caput & manus illorum, quos ordinat in episcopos, & dicit, quod si dictæ manus impositio & brachii non fieret super caput & manus illorum, qui per eum ordinantur in episcopos, non essent ordinati in episcopos; quia impositio dicti brachii & manus faciunt consecrationem episcoporum, & propter hoc ipse nullos episcopos ut episcopos recipit, qui ordinati fuerunt per alios catholicon Armeniæ majoris, quod nullus alius catholicon, nisi ipse, dictum brachium & manum Gregorii habeat.

RESPONSIO. Hoc omnino falsum est, quia quamvis dextera B. Gregorii sancti patris nostri, qui fuit successor B. Thadæi apostoli, & convertit gentem Armenorum, cum multis passionibus & miraculis de idololatria ad cultum Dei, ponamus super capita episcoporum signando, tamen non dicimus nec habemus, prout habetur in articulo, quod impositio dicti brachii seu ulnæ faciat consecrationem episcoporum, quoniam patet manifeste falsum; quia secundum hoc sequeretur, quod nullus de aliis episcopis esset episcopus; quos omnes tamen reputamus episcopos, & illos etiam qui de catholicon Alnanensi & archiepiscopo Akathamatensi consecrati sunt, quamvis cum ipsis propter eorum rebellionem non participamus, tamen quando uniunt se ecclesiæ nostræ, recipimus eos ut episcopos.

Item, quod Armeni venientes ad Italiam, dicunt se esse expulsos de episcopatibus suis per Sarracenos, cum tamen hoc verum non sit; & dicunt se esse archiepiscopos, cum tamen in Armenia nullus sit archiepiscopus, ad hoc ut possint pro pecunia vendere religiosis mendicantibus episcopatus; & multi ex eis magnas pecunias exigunt, & multos episcopos taliter fecerunt, & in curia Romana etiam multos ordinaverunt in presbyteros & diaconos sine licentia diœcesanorum, in quorum diœcesi habitabant, & pro pecunia & persecuti sunt & persequuntur illos Armenos, qui secundum ritum ecclesiæ Romanæ baptizabantur, & illos qui fidem Romanæ ecclesiæ tenent: & dicunt, quod ecclesia Romana errat; sed episcopi Armeni bonam & rectam fidem tenent.

RESPONSIO. Potest esse, quod supradicti episcopi fugientes de tribulationibus veniunt ad vos, ut quiescerent tamquam pueri ad patrem, licet non cum litteris & verbis nostris. Ideo ipsi respondeant pro se ipsis. De hoc vero, quod dicunt, quod Armeni non sunt archiepiscopi, falsum est hoc, quia multi archiepiscopi sunt in minori & majori Armenia, quamvis suffraganeos non habeant, quia aliqui episcopatus vacant, qui dissipati sunt per infideles, & aliqui de archiepiscopis in majori Armenia episcopatus suffraganeorum suorum rapuerunt; & quia sub potestate infidelium sunt, eos vi dirigere non possumus. Pro persecutione vero Armenorum, qui iterum rebaptizati sunt, sciendum est, quod nos contrarium audivimus ab aliquibus, qui appellaverunt ad nos, quod sine mandato papæ condemnaverunt illos qui sunt in monasteriis Armenorum in terra Latinorum, & condemnant & incarcerant, quousque coacti chirographum propria manu dent scriptum, quod non sunt baptizati, & tunc baptizant eos, & persequuntur eos quousque fugiunt de partibus vestris. Notandum, quod ipse sibi contrarium dicit, quia in articulo LXXVIII. dicit, quod duo archiepiscopi dubitantes, &c. & nunc dicunt, quod in Armenia nullus sit archiepiscopus: ex quo patet simplicitas & falsitas eorum.

Item, quod apud Armenos nulla est certa forma verborum exprimens consensum matrimonii inter virum & uxorem; immo multi per parentes & amicos coguntur venire ad ecclesiam, ut matrimonium fiat inter eos; & quamvis unus vel ambo dicant, quod nolunt inter se matrimonialiter copulari, tamen matrimonium fit inter eos in facie ecclesiæ.

RESPONSIO. Apud Armenos est forma verborum, quæ consensum matrimonialem manifestant inter virum & uxorem. Igitur primo mediantibus parentibus sponsi & sponsæ loquuntur ad invicem, & si consentiunt, desponsant se mutuo per traditionem annuli; & quando veniunt ad portam ecclesiæ, tunc promittit fidem unus alteri cum talibus verbis: Interrogat sacerdos sponsum, dicendo: *Si talis mulier efficiatur cæca, clauda, leprosa, infirma, dominus es?* quod sonat in lingua Armenica: *Vis accipere eam?* Tunc sponsus respondet: *Dominus sum*, hoc est, consentio in eam. Deinde sponsam interrogat, & ipsa respondet in simili forma, & cetera talia, & in libro quem olim mittamus vobis, inveniretis sufficienter super ista materia. Deinde introducit in ecclesiam, & dat benedictionem, & huic respondent, *ad domum*. Et hæc est consuetudo generalis omnium Armenorum. De violentia vero, quam dicit fieri per parentes & amicos, contra voluntatem viri & uxoris, in terra nostra non fit. Si vero accidat in terra infidelium, tunc per episcopos cum excommunicationibus & pœna pecuniaria corriguntur & diriguntur.

Item, quod inter Armenos gradus consanguinitatis & affinitatis, qui apud eos pro eodem habentur, observantur usque ad septimum gradum. Si tamen aliqui existentes in tertio gradu & infra inter se matrimonium contrahant, permittuntur stare in tali matrimonio, & non inquietantur super hoc per episcopos.

RESPONSIO. Secundum antiquam consuetudinem gradum consanguinitatis custodiebamus usque ad septimum gradum: nunc vero usque ad quintum gradum observamus; & si infra contrahatur per simplices, dirimuntur, & gradum affinitatis usque ad duos vel tres, & non amplius, ut dicunt.

Item,

Item, quod apud Armenos, si post matrimonium contractum, & carnali copula subsequuta, & prole suscepta, viro non placeat uxor, vel e converso; ille cui non placet alter conjux vel ambo, si sibi mutuo non placent, vadit vel vadunt ad episcopum seu sacerdotem, & eis data pecunia, secundum quod ad invicem conveniunt, episcopus seu sacerdos separat dictum matrimonium, & licentiam dat alteri nubendi, etiam tum altero conjuge invito, & hoc fit multoties apud Armenos.

RESPONSIO. Hoc nunc non facimus, & si inveniatur qui talia fecerit amplius, secundum præcepta ecclesiæ nostræ, ipsum episcopum dejicimus ab episcopatu suo, & privamus ab executione ordinum, & bona confiscantur ad palatium regis. Et hoc confirmatum est per spiritualem & temporalem curias nostras. Tamen eunuchos & dæmoniacos post spatium septem annorum separamus. In Armenia autem majori adhuc multotiens fit illud, quod superius dictum est.

Item, apud Armenos multi sunt qui habent plures uxores simul, quia viri habentes uxores in uno loco, cum se propter mercaturas vel alias transferunt ad alia loca, accipiunt alias uxores in dictis locis, ad quæ se transtulerunt: in locis etiam propriis manentes, multi sunt qui duas uxores viventes simul habent, quarum unam accipiunt post aliam, etiam in facie ecclesiæ talia matrimonia facientes.

RESPONSIO. Plures uxores simul habere non fit apud nos legitime, & non vidimus: tamen uxorem & fornicariam multotiens illegitime accidit simul habere. Quod de mercatoribus dicit, potest fieri incongrue, & sine lege. Illud etiam quod dicit, quod duas uxores simul viventes matrimonialiter habent communiter, falsum est, & contra canones: quia Christus non plures, sed dixit: *Duo erunt in carne una*. Sequitur.

Spurii etiam apud eos ita succedunt in hereditatem, ac si legitimi essent, & promoventur sine ulla dispensatione ad omnes ordines, & ad episcopatum, & etiam ad statum catholicon, sicut de facto est de nepote Zachariæ, qui erat filius concubinæ fratris dicti Zachariæ, qui promotus est in episcopum post patruum suum.

RESPONSIO. Apud nos spurii ad gradum sacerdotii non possunt ascendere, secundum consuetudinem & canones ecclesiæ nostræ, & si contingat, fit contra statuta. De nepote autem dicti domini Zachariæ, de quo dicitur quod est spurius fratris domini Zachariæ, hoc non audiveramus, & cum audivimus & quæsivimus, tunc fuit nobis dictum, quod de licentia domini Johannis fuit factum.

Item, quod cum Armeni dicunt, quod in ipsa unione natura humana in Christo conversa fuit in divinitatem; dicti Armeni dicunt & credunt, quod Christus in judicio, in forma divina apparebit & judicabit, & non in forma humana.

RESPONSIO. In XX. & in XXI. & multis aliis manifestavimus, quod secundum fidem Armenorum, nec humana natura conversa fuit in divinam, nec divina in humanam; sed divina & humana naturæ unitæ fuerunt in uno Christo non confuse & indivisibili unione, & ita falsum imponunt Armenis, & sic necesse non est hoc repetere: tamen de modo & apparitione Christi in judicio, ecclesia Armenorum in symbolo, contra hoc ostendit quod habet & credit, dicens: *Venturus est in corpore ecclesiæ forma hominis & gloria Patris judicare vivos & mortuos*. Ecce forma Dei. Idem & Matthæus dicit: *Venturus Filius hominis in gloria Patris sui*. Et Johannes Apocal. I. *Ecce veniet in nubibus cæli; & videbunt eum omnes oculi & qui vulneraverunt eum*. Quomodo ergo Christus erit in judicio Filius & eodem corpore quod accepit a virgine, & non habebit figuram hominis? quod est valde falsum & phantasticum.

Item, Armeni dicunt & tenent, quod est generale judicium, justi & impii in æternum vivent, quia ex tunc non morientur.

RESPONSIO. Verum est; justi autem in gloria, & impii in pœnis. Sequitur.

Dicunt tamen, quod ex justis hominibus aliqui ibunt in paradisum cælestem post judicium, & alii in paradisum terrestrem, & alii in terram istam; ut supra dictum est, in quibus locis nullam pœnam sustinebunt.

RESPONSIO. Quamvis inveniatur, quod aliqui putaverint hoc, tamen opinio ista non capitur a nobis, quoniam nos recepimus & credimus, ut Christus dicit, quod justi ibunt in vitam æternam, & peccatores ad pœnas æternas. Sequitur.

Dicunt tamen, quod vita æterna etiam in illis qui ibunt in paradisum cælestem, non consistit in Dei visione faciali & fruitione; quia Dei essentia a nulla creatura umquam videbitur, sed solummodo claritas ejus.

RESPONSIO. In VIII. articulo sufficienter ad hæc fuit responsum.

Item, quidam catholicon Armenorum scripsit & dixit, quod in generali resurrectione cum corporibus suis omnes homines resurgent.

RESPONSIO. Verum est. Sequitur.

Sed tamen in corporibus eorum non erit sexuum discretia, quia si talis discretio sexuum esset inter eos, tunc viri ducerent uxores, & mulieres nuberent, cujus contrarium Dominus dixit: sed resurgent viri & mulieres cum corporibus suis in alia forma, in qua non erit sexuum discretia.

RESPONSIO. Sicut audivimus & didicimus a sancto evangelio, quando resurgent omnes in resurrectione generali cum propriis corporibus suis, nec viri uxores accipient, nec mulieres viros; sed erunt ut angeli, qui in cælis sunt; & ita credimus & habemus, quoniam post resurrectionem generatio non erit, tamen quod cum sexu virili & femineo resurgendi sunt, de hoc communiter ab ecclesia Romana certificati sumus & placet, & contrarium non recipimus, quamvis apud nos inveniatur opinio nunc dicta in articulo.

Item, Armeni tenent, quod si aliquis sit in periculo moriendi, & non habeat tempus recipiendi communionem, quod faciunt crucem cum manu in terra, & de qualibet brachio dictæ crucis accipiunt modicum de terra & comedunt, & hæc comestia terræ habetur per eos pro communione.

RESPONSIO. Hæc sunt phantasiæ vetularum & simplicium, & responsionis non digna, quoniam non quicquid vetulæ quandoque dicunt, apud nos est lex; quia hoc anno in terra nostra plus quam decem millia Christianorum a gladio infidelium occisi sunt, & numquam ab aliquo audivimus, quod aliquis cum terra communicatus fuerit.

Item, quod aliqui magni homines Armeni laicis dixerunt, quod sicut bestiæ in morte exspirant, & sic moriuntur: ita & homines: & sicut bestiæ cum semel mortuæ fuerint, numquam resurgent: ita nec homines postquam mortui fuerint, resurgent.

RESPONSIO. In terra nostra per gratiam

ANNO CHRISTI 1342.

☞ Dei tales hæretici non inveniuntur, sicut ipsi dicunt, tamen si in majori Armenia inveniantur, ignoramus, & talia alia non audivimus, excepto de quibusdam hæreticis, qui sunt in majori Armenia in contrata *Manasguer*, & vocantur filii solis, & quamvis ipsi haberent in majori Armenia, & loquantur Armenice, tamen Armeni non sunt; sed colunt solem, & sunt infideles manifesti, & operantur multas alias turpitudines, quas propter prolixitatem transimus.

Apud Armenos nullus punitur de quocumque errore, quem teneat.

RESPONSIO. Falsum est hoc, quia multi puniuntur de erroribus spiritualibus, & de malis corporalibus, quantum convenit & possibile est secundum conditiones temporum.

Item, apud Armenos sunt multi alii errores a prædictis, qui errores continentur in infrascriptis libris Armenorum, quorum primus intitulatur Tonapachaz *, *id est contra festivitates, quas ecclesia Romana celebrat & Græca. Secundus liber vocatur* Anadoarmat, *id est Radix fidei. Tertius liber vocatur* Johannes Mandagonensis. *Quartus liber vocatur* Johannes Ossinensis. *Quintus liber vocatur* Myastosuruy * *id est unius locutionis. Sextus vocatur* Michael Patriarchæ Antiocheni. *Septimus vocatur* Paulus Taronensis. *Octavus intitulatur* Occenensis. * *Nonus vocatur* Mathæus. *Decimus vocatur* Canonum apostolorum, *in quo continentur omnes errores Armenorum. Undecimus dicitur* Sergium. *Duodecimus dicitur* Marocha *a nomine magistri, qui sic vocabatur, in quo libro exponuntur evangelia. Decimus tertius dicitur* Vanam, *in quo exponitur evangelium Johannis. Decimus quartus dicitur* Ignadius, *in quo exponitur evangelium Lucæ. Decimus quintus vocatur* Guanazan, *id est liber virgarum: Decimus sextus vocatur* Neginus Pataraquin, *in quo exponitur missa. Decimus septimus vocatur* Teytorgunt * *id est liber epularum. Decimus octavus vocatur* Aismavort *, *id est martyrologium, & quod sunt plures alii libri Armenorum, in quibus multi continentur errores.*

* al. Tonophacen.
* al. Myasicosurum.
* al. Octavensis.
* al. Texsorquire.
* al. Aismanore, id est, martyrologium.

RESPONSIO. Sciendum est, quod de superscriptis libris sunt aliqui, quos nescimus, & sunt isti primus. *Tactanensis*, secundus *Mathæus*, tertius, *Miasesurus*; libri vero quos audivimus & vidimus, & qui sunt spernendi & reprobandi, nec a nobis recipiuntur, sunt *Johannes Ossinensis*, *Mandagonensis*, *Paulus Taronensis*, *Marucha*, *Michael*; sed libri qui sunt in ecclesia Armenorum approbati & acceptabiles in parte non sunt illi *Tonapachar*, *Hanadoarmat* idest radix fidei *canones apostolorum*, *liber Sergium*, *Vanam*, *Ignadius*, *Guanazam*, *Aysyjanot*, *Pataraquin*, *Mebging*, id est expositio missæ, in illis, quando inveniuntur aliqua, quæ contra veritatem sunt & unionem nostram cum ecclesia Romana, sed vel de una natura, vel de aqua in sacrificio, vel de festo nativitatis, vel de synodo Calcedonensi, & si quæ similia, de quibus ad præsens non recordamur, illa spernimus, reprobamus, nec recipimus.

*Item, dicunt Armeni, quod Christus non deposuit superflua naturæ, & ut dicunt, causa est, quia corruptio talium superfluitatum est peccatorum gravatio *, & quia Christus peccata non fecit, idea non dominabatur sibi talis corruptio.*

* al. Generatio.

RESPONSIO. Opinio ista comuniter inveniebatur inter Armenos; tamen ex tunc, quod uniti fuimus cum ecclesia Romana particulariter & non generaliter invenitur tale dictum, maxime nos volumus sequi intellectum vestrum super hoc verbo.

Item, dicunt, quod licet Christus fuit circumcisus secundum legem, non tamen sibi fuit amputatum præputium, quia non licebat a Deificato corpore aliquid amputari, & maxime, quia sic fuerat ordinatum, quod primogenitus circumcideretur, findendo pellem præputii, & nihil amovendo, & Christus fuit primogenitus.

RESPONSIO. Quamvis inveniatur in dictis aliquorum, sicut scriptum est in articulo, tamen nos sic dicimus, & credimus sicut in evangelio dicitur, quod Christus octava die fuit circumcisus secundum legem Moysi, & vocatum fuit nomen ejus JESUS, & in honorem & memoriam ejus omni anno festum facimus solemniter; & opinio proposita in articulos a nobis non recipitur.

Item, dicunt, quod Deus propter amorem hominis victus fuit, quia in suis comminationibus non fuit inventus verax; sed semipartialis; quia dixerat homini quod moreretur, si manducaret lignum vetitum; & tamen non fuit totaliter mortuus post commestionem fructus, quia anima numquam fuit mortua, iterum etiam nec in corpore fuit mortuus usque ad nongentesimum trigesimum annum. Iterum quia animalia omnia non rebellaverunt sibi, sed necessaria in ejus servitio remanserunt.

RESPONSIO. Si opinio ista inveniatur ab aliquo dicta, ad nos tamen non pervenit, nec tale quid alias audivimus, quia nos naturam divinam & incommutabilem credimus & scimus, & Deum in verbis suis ineffabilem & veracem scimus & credimus, quoniam sicut dicit Deus Adæ, quod in die qua comedes morte morieris, & sic factum est, & ex tunc sub potentia mortis cecidit, & perdidit gloriam paradisi, & post tempora mortuus fuit corpore, & animalia etiam post transgressionem Adæ non sic obedierunt Adæ & filiis ejus, sicut ante faciebant ante transgressionem mandati Dei.

Item, dicunt, quod signum posuit Deus non occidendi Cain, & ita fuit ad litteram, quia secundum eos nullus eum occidit; sed ipse de præcipiti se submisit: ex quo innuunt scripturam Genesis quoad hoc esse falsam, quæ videtur dicere, quod Lamech interfecit Cain.

RESPONSIO. Si supradicta opinio invenietur in dictis alicujus stulti, tamen apud nos sic non invenitur, quoniam in biblia nostra, & in libris qui leguntur in scholis invenimus, quod Lamech interfecit Cain. Sicut Genes. 4. dicitur: *Audite uxores Lamech vocem meam, & auribus percipite, quoniam occidi virum.* (a)

Item, quia, cum rex Armenorum vocatus Ethon, ut Armeni unirentur ecclesiæ Romanæ, congregasset omnes episcopos Armeniæ & magistros, & catholicon, ut disputarent cum legato misso ei per Romanam ecclesiam; & facta dicta disputatione, cognovisset dictus rex, quod veritatem tenebat sancta Romana ecclesia, & quod Armeni errantes erant a veritate, ex tunc reges minoris Armeniæ tenent fidem Romanæ ecclesiæ; sed episcopi, magistri & principes Armenorum non fuerunt de hoc contenti; & post recessum dicti legati, quidam magister dictus Varcham *de Nigro-monte* (b) *composuit unum librum vocatum* de Risma *contra papam, & suum legatum, & contra ecclesiam Romanam, in quo vocant papam Romanum superbum Pharaonem cum suis subditis in mari heresum submersos, & legatum ejus* am-

(a) Hic desideratur unus articulus de catholic. quem rex petentibus duobus episcopis deponere recusavit.

(b) In responsione legitur Nigromonte.

ANNO CHRISTI 1342.

ambasiatorem Pharaonis fuisse reversum cum maxima verecundia. Et dixit quod ecclesia Romana erat multum decepta, quia nativitatem & aquam a maledicto Archomano recepit, & multas alias blasphemias scripsit, qui magnus est, & multi magistri Armenorum & episcopi & presbyteri dictum librum habent, & honorant tamquam canones apostolorum.

RESPONSIO. Invenimus, quod in diebus magni Ethimy regis venit legatus a papa pro unione, & rex recepit eum caritative, & dictum legatum misit in Hormengela ad dominum Constantinum catholicon; & ipse etiam cum caritate & honore recepit eum, & in tempore illo erat in Nigro ponte supradictus *Varcham*, vir ignotus & amator rixæ, qui scripsit aliqua verba insipida, erronea, & inordinata contra verba legati, quæ non placuerunt regi, nec catholicon, & sunt valde reprehensibilia apud nos, & ubicumque inveniuntur igne comburuntur.

Item, quod Armeni non habent omnino veram fidem, quam tenet ecclesia Romana, nec sacramenta, blasphemantque ecclesiam Romanam, & papam, & cardinales, dicentes esse hereticos; & quod catholicon minoris Armeniæ dixit, quod papa & omnes cardinales qualibet die plures quam ipsi haberent capillos in capite, faciunt homines occidere: & licet prædicent, quod simonia non sit committenda, ipsi tamen sine labe simoniæ nullas gratias faciunt, & paucissimi sunt homines in majori Armenia præter regem & nobiles, qui teneant fidem veram Romanæ ecclesiæ.

RESPONSIO. Mentiuntur: Armeni namque habent fidem veram, quam receperunt a sancta catholica & apostulica ecclesia per sanctum Gregorium illuminatorem, & hæc est, *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium & invisibilium, & unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, a Deo Patre genitum, scilicet ex essentia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, eumdem ipsum de natura Patris, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, visibilia & invisibilia, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, incarnatus est, humanatus est, natus est perfecte ex Maria Virgine per Spiritum sanctum, per quem accepit corpus, animam, mentem & omnia quæ veraciter sunt in homine, indubitanter passus est, crucifixus est, sepultus est, tertia die resurrexit, ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, venturus est eodem corpore & gloria Patris judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, increatum & perfectum, qui ex Patre Filioque emanat, qui cum Patre & Filio adoratur & glorificatur, qui locutus est per prophetas in lege & in prophetis & in evangelio. Qui descendit in Jordanem, prædicavit in apostolis, & habitavit in sanctis: credit in his sola universalis & apostolica ecclesia, in unum baptisma pœnitentiæ in propitiationem & remissionem peccatorum, & in resurrectionem mortuorum, in judicium æternale animarum & corporum, in regnum cælorum & in vitam æternam.* Qui vero dicunt de eo, quod erat quandoque quando non erat Filius, vel erat quandoque quando non erat Spiritus-sanctus, vel de nihilo factus, vel de alia essentia vel substantia dicunt esse increatum * Filium Dei vel Spiritum sanctum, vel alterabilem, vel mutabilem, talia dicentes anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Nos vero glorificemus illum, qui est ante sæcula, adorando sanctam Trinitatem & unam Deitatem. Sciendum est, quod quamvis primo Spiritum sanctum in symbolo a Patre solum dicebamus emanare, tamen ex tunc, quod uniti fuimus cum ecclesia Romana, a Patre & Filio dicimus. Similiter habent Armeni & sacramenta sancta, quorum quodlibet in loco suo superius manifestavimus, & in LXVII. articulo, & omnia in uno loco breviter diximus, sicut habemus & docemus, idem replicare necesse non est. Sequitur.

* f. creatum.

Blasphemant sanctam Romanam ecclesiam & papam, & cardinales, dicentes eos esse hæreticos.

RESPONSIO. Omnino hoc falsum est, quia si nos tales malas opiniones haberemus de vobis, non fuissemus uniti vobiscum in confessione fidei orthodoxæ, & eo quod hoc dicit, anathematizatum sit. Ista etiam interrogavimus de illo, qui tunc temporis catholicon erat, & ipse respondit: ignoro, amen.

CONCILIUM PROVINCIALE ROTHOMAGENSE

Anno 1342. celebratum.

Ex MS. cod. Aquicinct. affert Mart. Ver. Mon. t. VII. p. 414.

GUillelmus miseratione divina episcopus Bajocensis, dilectis nobis in Christo filiis capitulo ecclesiæ nostræ Bajocensis, salutem in Domino. Cum in concilio provinciali nuper in capella archiepiscopali Rothomagensi, gratia Spiritus sancti prævia, celebrato, statutum novum editum fuerit sub hac forma. Quoniam secundum canonicas sanctiones pro reformandis moribus, & excessibus corrigendis concilia provincialia sint a singulis metropolitanis cum suis suffraganeis celebranda, idcirco nos J. (*a*) miseratione divina Abrincensis episcopus, vi specialis commissi vices gerentes reverendi patris, ac domini domini Ay. (*b*) Dei gratia Rothomagensis archiepiscopi absentis, & nomine nostro, & G. (*c*) Sagiensis, ac G. (*d*) Lexoviensis personaliter, nec non & G. (*e*) Bajocensis, R. (*f*) Ebroicensis, ac G. (*g*) Costantiensis episcopi per procuratores ad hoc idoneos constitutis in provinciali concilio, in capella archiepiscopali Rothomagensi insimul congregati, & inibi sacrum concilium provinciale celebrantes, vocatis etiam ad dictum concilium abbatibus, prioribus conventualibus, & capitulis tam cathedralium, quam aliarum collegiatarum, ac conventibus sæcularium & regularium ecclesiarum & monasteriorum provinciæ Rothomagensis, & per se vel per procuratores præsentibus in concilio memorato pro corrigendis excessibus, præsertim in personis ecclesiasticis perpetrandis, & moribus, quantum in nobis est, reformandis, salva semper in omnibus apostolicæ sedis auctoritate, post multas deliberationes præhabitas, præfato approbante concilio, consensu unanimi statuimus infrascripta.

Quoniam multis grassantibus (vitiis) opus est exemplo, ut pœna unius metus sit multorum, & meta præsumtionis existat. Et quia experientia docuit in Rothomagensi provincia fuisse & esse quamplures suæ salutis immemores & obli-

(a) Johannes Hautfrene.
(b) Aymerici, qui eodem an. obiit.
(c) Guillelmus Manger.
(d) Guill. de Caromonte.
(e) Guill.
(f) Robert. de Brucourt.
(g) Guill. de Thieuvilt.

ANNO CHRISTI 1342.

oblitos, ac nomen Domini recipientes in vanum, qui perhorrenda inhumanitate, detestandaque sævitia, nonnullas personas etiam ecclesiasticas diffidarunt, & earum vitæ pararunt insidias, domosque ipsarum invaserunt, necnon & ipsas personas ecclesiasticas impediverunt, & eisdem impedimentum præstiterunt, & etiam procuraverunt, quominus pacifice, libere & secure ad ecclesias & alia loca incedere possent, & a suis exire domibus, pro libito voluntatis, eisdemque quamplurimas irrogarunt injurias, ac ipsas fuerunt hostiliter insecuti, & in futurum pejora contingere verisimiliter formidantur, nisi celeriter occurratur. Quapropter nos volentes tot & tantis consimilibus excessibus ac malis exemplis & animarum periculis obviare, sacro approbante concilio, provida deliberatione statuimus, quod si quis in provincia Rothomagensi de cetero aliquam personam ecclesiasticam, cujuscumque status aut ordinis existat, diffidaverit, vel paraverit insidias, quamvis mors, vulneratio vel percussio secuta non fuerit, vel domos ipsas invaserit, vel eam impediverit indebite, aut eidem impedimentum dederit, vel procuraverit, quominus libere, pacifica & secure ad ecclesias & alia loca incedere valeat, & a suis exire domibus pro libito voluntatis, aut alias ipsos fuerit hostiliter insecutus, vel præmissa, aut aliquid præmissorum fieri mandaverit, vel nomine suo facta rata habuerit, aut facienti auxilium, consilium aut favorem impenderit, seu facientes vel mandantes scienter receptaverit; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua absolvi valeat a diœcesano loci, quo dictum facinus fuerit perpetratum & non ab alio, præterquam in mortis articulo, nisi super hoc a dicto diœcesano mandatum habeat speciale, satisfacto tamen primitus diffidato, seu insidiato, arbitrio diœcesani loci, in quo præmissa, aut aliquid præmissorum fuerit perpetratum, & tam diffidator, quam alii quivis supradicti sic excommunicati, quamdiu in sua perduraverint contumacia, singulis Dominicis diebus & festivis, pulsatis campanis & candelis accensis, per omnes illius diœcesis ecclesias, in quo præmissa vel aliquod præmissorum fuerit perpetratum, necnon civitates diœceseon vicinarum ad mandatum diœcesani excommunicati publice nuntientur. Pœnas vero supradictas extendi volumus ad eos, qui diffidationes jam factas, vel aliquod præmissorum de cetero prosequentur. Et ne quis prætextu ignorantiæ a pœna hujusmodi statuti se valeat excusare, statuimus & ordinamus, quatenus præsens statutum in singulis synodis & decanorum calendis, ac etiam in parochialibus ecclesiis ad minus ter annis singulis publicetur. Ejusdem auctoritate concilii vobis districte præcipiendo mandamus, quatenus dictum statutum in nostra Bajocensi ecclesia prædicta, palam, publice & solemniter, ad hoc facto silentio, publicari curetis & mandetis per omnes ecclesias vobis, capitulo, seu singularibus dignitatibus aut præbendis subjectas modo simili publicari, juxta dicti statuti continentiam & tenorem, ita quod non possitis aut debeatis de inobedientia aut negligentia reprehendi. Datum sub sigillo nostro anno Domini MCCCXLII. die XIV. mensis Decembris.

SYNODUS IN GRÆCIA

ANNO CHRISTI 1344.

Pro deponendo a Sede Monembasiæ Isidoro episcopo quorumdam criminum reo

Anno 1344. *habita.*

Ann. 1344. ISidorum ex monacho episcopum suum Monambasiotæ rerum magnorum criminum postulabant apud summos ecclesiæ Græcæ Hierarchas. Ad ea cognoscenda coacta est synodus, in qua convictus episcopus depositionis sententiam tulit; synodi sententiam Tomum Græci appellant, hanc nactus est in MS. Codice Allatius, exhibuitque in Dissert. II. de libris ecclesiasticis Græcorum, ex quo hic datur.

Verba facta sunt de sanctissimæ Metropolitanæ Monembasiensis ecclesiæ Hieromonacho Isidoro, cum scilicet nonnullos ex clero ejusdem ecclesiæ ad ecclesiastica officia promovisse: cum vero ipsius commemoratio haberetur, quemadmodum haberi solet, & leges præscribunt, præsulum commemoratio post ordinationem nulla se correctione meliorem reddidit, postquam id cognovit. Simul etiam dictum est, erga Imperialem sublimitatem puram ipsum non colere benevolentiam, rebellioni recenti, ac tyrannidi plurimum addictissimum. Hinc fit, nullam ipsi commodi curam, vel sollicitudinem Urbis hujuscemodi, & tot terrarum, neque munus pontificium. Ulterius dictum est eum eadem atque Palamas sentire, fovereque, qui rebellat Ecclesiæ, & sanctorum Patrum traditionibus non inhæret, immo pessime nonnulla ex promulgato Tomo de disputatione inter ipsum & Barlaam accipit, & ad propriam attrahit, præter traditionem, & communem sensum ecclesiæ Christi, cum terribiles excommunicatio per hunc tomum adversus eum prolata fuisset, ne in posterum loqueretur, neque simile aliquid scripto traderet. Ideoque turbas in ecclesia Dei movet, & tali pondere neglecto, ipse eosdem conatus fovet, & rursus eadem audet. Cum hoc itaque una sentiens Hypopsephius prohibitus fit primum ne sacra celebraret, cum vero neque ab eo sejungi voluerit, neque professionem edere, quod sententias Palma non probat. His discussis, & quid opus factu esset inquirentibus nobis, determinatum, ac plena synodo constitutum est, hunc ita se habentem non esse, neque ad sacerdotium, neque ad Pontificatum admittendum, etenim qui ante pontificatum, quæ ad Pontifices spectabant molitus est, & tyrannidem affectantibus se conjunxit, iisque, qui proprias opiniones pertinaciter propugnant, adhæsit, & eos, qui ab ecclesia discesserant, excepit, hic jure & merito, neque ad Pontificatus solium pervenire permittetur. Manu Patriarchæ per litteras cærulei coloris subscriptum erat, mense novemb. indict. 13. Ignatius miseratione divina patriarcha Theopolitanus, magnæ Antiochiæ, & totius Orientis.

ANNO CHRISTI 1344.

LUDOVICI IV. BAVARI

Imperatoris submissio facta Clementi VI. anno MCCCXLIV. die XVI. mensis Januarii per Humbertum Dalphinum Viennensem & alios ejusdem Ludovici Ambasiatores.

Ann. 1344. Extat ap. Baluz. Misc. t. II. pag. 471.

IN Nomine Domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem MCCCLIV. Ind. XII. die XVI. mensis Januarii, pontificatus sanctissimi Patris & Domini nostri Domini Clementis divina providente clementia papæ sexti anno secundo, in consistorio publico, in quo fuere præsentes reverendi patres domini miseratione divina, Petrus Penestrinus, Bertrandus Ostiensis, Gaucelinus Albanensis, Johannes Portuensis, Annibaldus Tusculanus, Petrus Sabinensis episcopi, Imbertus tituli basilicæ XII. apostolorum, Talayrandus tituli sancti Petri ad Vincula, Petrus tituli sancti Clementis, Gotius tituli sanctæ Priscæ, Bertrandus tituli sancti Marci, Bernardus tituli sancti Cyriaci in Thermis, Guillelmus sanctorum quatuor coronatorum, Guillelmus tituli sancti Stephani in Cœlio monte, Helias tituli sancti Vitalis, Guido tituli sanctæ Cæciliæ, Stephanus tituli sanctorum Johannis & Pauli, Hugo tituli sancti Laurentii in Damaso, Ademarus tituli sanctæ Anastasiæ presbyteri, ac Raymundus sanctæ Mariæ Novæ, Galhardus sanctæ Luciæ, Johannes sancti Angeli, Bertrandus sancti Eustachii, & Guillelmus sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconi cardinales, præsentibus etiam venerabilibus patribus fratre Petro Jerosolymitanensi, & fratre Geraldo Antiochensi Patriarchis, ac dominis Gasberto Narbonensi, Orchelyo Salzeburgensi archiepiscopis, Johanne Belvacensi, Petro Claromontensi, Stephano Cassinensi, Guillelmo Forojuliensi, Raymundo Morinensi, Beltramino Boonïensi, Angelo Grossetano, Bernardo Oscensi, Guidone Tutellensi, fratre Petro Grassensi episcopis, Gaffredo Lausanensi, Nicolao Lemonicensi, Agapito Lunensi electis, Bernardo Stephani, Raymundo de Valle, Guidone de Calma, & Francisco de Ursinis domini papæ notariis, & discretis viris dominis Guillelmo de Norwico, Johanne de Blandialo, Amanevo de Mota, Bernardo de Novodomuno, Petro Alamandi, Bernardo Hugonis de Cardalhaco Auditoribus sacri palatii Apostolici, Guillelmo de Posterela, Petrovillaris fratre Petro Basterii, Hugone de Arpajone, Jacobo de Placentia, Galhardo Nigri domini papæ cappellanis, Carlino de Madalbertis de Cremona, Blasio de Senis, Francisco de Lanceo, Henrico de Ast, Francisco de Aquila, Jacobo de Mediolano in Romana curia Advocatis ac Guillelmo de Bos, Johanne de Amelio, Michaele Ricomanni, & Bertrando de Chiannaco clericis cameræ dicti domini nostri papæ, & notariis publicis infrascriptis, & alia Prælatorum & personarum ecclesiasticarum & secularium multitudine copiosa, personaliter constituti magnificus & potens vir Dominus Humbertus Dalphinus Viennensis, ac venerabiles viri Domini Marquardus de Randegg Juris canonici professor, electus de Præpositus Bambergensis, Eberhardus de Tumioaroe Præpositus Auglustensis ecclesiarum, & Viricus de Augusta Protonotarius, Ambasiatores, nuncii, & procuratores magnifici viri Domini Ludovici de Bavaria, qui se regem Romanum nominat, facta per dictum dominum Marquardum quadam propositione verbali, in qua mala multa & excessus, crimina & delicta, quæ commiserat idem Ludovicus contra sanctam Romanam Ecclesiam tempore sanctæ memoriæ Domini Johannis Papæ XXII. in persona ipsius Domini Johannis & contra unitatem & libertatem ecclesiæ sacrosanctæ, & quasi omnia contenta in quodam procuratorio, de quo infra fit mentio, verbo narravit, vice & nomine ipsius Domini Ludovici de Bavaria exhibuerunt & produxerunt quamdam litteram, quam dicebant esse procuratorium dicti Ludovici, scriptam & signatam, ut prima facie videbatur, mano & signo Ottonis Amcldors de Vineaman clerici Bambergensis diœcesis & Romarii Hormelin clerici Constantiensis diœcesis publicorum auctoritate sedis apostolicæ Notasiorum, & sigillatam impendenti quodam sigillo rotundo io cera crocea, in quo medio sculpta erat quædam imago hominis hebentis infulam in capite suo, sedentis inter duas aquilas, habentis sub pedibus ejus duos leones, & tenentis in manu dextra quoddam sceptrum & in manu sinistra quoddam pomum rotundum, in cujus circumferentia hæ litteræ legebantur; *Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator semper augustus*. Et a tergo dicti sigilli erat quædam impressio alterius parvi sigilli, in qua erat sculpta quædam aliqua, & in circumferentia ipsius eæ litteræ legebantur: *Juste judicate filii hominum*. Quæ quidem littera de ipsius domini nostri papæ mandato ibidem publice lecta fuit; ipsaque ex integro lecta, supranominati ambasiatores, nuntii, & procuratores, habentes ut dixerunt, inter cetera a dicto Domino Ludovico de Bavaria plenam & liberam potestatem & speciale mandatum, prout ex forma dicti procuratorii, cujus tenor describetur inferius, constare dixerunt, ponendi & submittendi dictum Dominum Ludovicum de Bavarie, res, statum, velle & nolle, nihil sibi proprii arbitrii retinendo, absolute & liberaliter io manibus dicti domini nostri papæ, ejusque dispositioni & ordinationi ipsius Domini Ludovici de Bavaria personam, res, statum, velle & nolle, nihil sibi proprii arbitrii retinendo, pro malis & excessibus, delictis, & criminibus contra dictum Dominum Johannem, ecclesiam Romanam & etiam universalem commissis, & contra unitatem & libertatem ejusdem ecclesiæ sacrosanctæ. Et pro emenda & satisfactione omnium præmissorum facienda eidem Ecclesiæ sacrosanctæ, prout habent, ut præfertur a dicto Domino Ludovico in mandatis, ex deliberato proposito & spontanea voluntate, licet per dictum dominum nostrum papam, facta prius aliquali collatione juxta exigentiam agendorum, semel & pluries dicti Ambasiatores, nuntii & procuratores exhortati fuissent, quod in tanto negotio priusquam facerent, viderent & deliberarent acturi,

& quod

ANNO CHRISTI 1344.

& quod nollent fictive aliquid agere & verbis solum dicere & non realiter, & facto quæ dicebant attendere, quia Deus, cujus vices tenet in terris Ecclesia, irrideri non potest, & quod non eredereni, quod ipse indiscretam remissionem faceret, licet misericordiam non negaret, plena deliberatione iterum habita inter eos absolute & liberaliter ipsum dominum Ludovicum, scilicet personam, statum, res, & bona ipsius, posuerunt in manibus præfati domini nostri papæ, ipsumque & alia supradicta & ejus ordinationi & dispositioni pro omnibus supradictis excessibus & emenda & satisfactione fiendis pro eis & omnibus in littera procuratoria infrascripta contentis totaliter submiserunt. Et ad prædictorum majoris roboris firmitatem supranominati Ambasiatores, nuntii, & procuratores, & ipsorum quilibet, juraverunt tactis sacrosanctis evangeliis in animam ipsius Domini Ludovici prædicta omnia & singula posita, ut præfertur, & submissa attendere & complere & effectualiter observare quicquid dictus Dominus noster super prædictis duxerit ordinandum, & non contra facere vel venire per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, aliqua ratione seu causa. Et ibidem dictus dominus noster Papa, audita dictorum Ambasiatorum, nuntiorum, & procuratorum propositione & submissione, & aliis per ipsos dictis factis, & juratis, humilique petitione & supplicatione ipsorum tam super expressatis superius, quam aliis in dicto procuratorio contentis, multarum animarum periculis, quæ propter dictum dominum Ludovicum & perpetrata per eum sunt diversis pœnis et sententiis involutæ. Affectu paterno compatiens, hujusmodi positionem, summissionem, personæ ipsius D. Ludovici de Bavaria, rerum, status, abdicationem proprii arbitrii ipsius in se misericorditer et gratiose recipiens dixit et protestatus fuit, quod licet quantum ad relaxationem processuum contra ipsum dominum Ludovicum factorum, et pœnarum quas propter præmissa incurrerat, intenderet misericorditer agere cum eodem, quantum sibi cum honore ecclesiæ videretur, indiscretam tamen remissionem facere nullatenus intendebat. De quibus omnibus & singulis dictus Dominus noster mandavit, et ipsi Ambasiatores, nuntii, et procuratores requisiverunt, per nos Notarios infrascriptos et nostrum quemlibet fieri unum, duo, et plura publica instrumenta. Actum etc.

Finis Tomi Vicesimi Quinti.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova:

AVendo veduto per la Fede di Revifione, ed Approvazione del *P. D. Filippo Rofa Lanzi* inquifitor Generale del Santo Offizio di *Venezia* nel libro intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jefu, curante Nicolao Coleti, & Joanne Dominico Manfi &c.* Non v' effer cofa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteftato del Segretario Noftro, niente contro Principi, e buoni coftumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator *di Venezia* che poffi effere ftampato, offervando gli ordini in materia di ftampe, e prefentando le folite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Dicembre 1767.

(Sebaftian Zuftinian Riform.
(Alvife Valareffo Riform.
(Francefco Morofini 2.° Cav. Proc. Riform.

Regiftrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

Davidde Marchefini Segr.